Universidad de Sevilla
Biblioteca

S. P. JOANNIS
CHRYSOSTOMI
OPERA

2/6

Universidad de Deusto
Biblioteca

40,5



Universidad de Deusto
Biblioteca

9
4
6

Universidad de Deusto
Biblioteca

2/6

TERTIVS TOMVS OPERVM DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONTANTINOPOLITANI, QVORVM

Catalogus sequenti pagina continetur.

Esta corregido conforme al nuebo expurgatorio deste año de 632 y lo firmelo palamos

Fray Gaspar de [illegible]



DOMUS LOYOLAEAE S.I.
JHS
BIBLIOTHECA

BASILEAE

M. D. LVIII.

1622

De Villaburbula

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTORI PHILOTHEOLOGO TYPOGRAPHVS SALVTEM.

QVia Tomum quartum Paulinæ epistolæ sic occupant, ut is iustam habeat magnitudinem, homilias in uarios locos eiusdē Apostoli sparsim habitas, in tertij fine collocatas præmisimus, sed cū quāto potuimus auctario. nam cum hactenus nouem solæ haberētur, quatuor adiecit Sig. Gelenius, unam Ioannes Checus Britannus. Extremum locum tenēt Laudes Pauli, unde lectorem mirè in eius amorem accensum transmittunt ad tomum sequentē proximè, hoc est diuinas uiri sanctissimi epistolas. Homilias quoq; in Acta, siue illæ ipsius Chrysostomi sunt, siue magis ex illius commētarijs excerptæ ac consutæ, rursum ad Græca recognitas, innumeris locis emendatiores inuenies, ne nihil accessisse putes peruulgatis editionibus. Bene uale.

TERTII TOMI OPERVM CHRYSOstomi Catalogus.

Commentariorum D. Ioan. Chrysostomi in Ioannis euangelium, Homiliæ LXXXVII.

HOMILIAE ALIQVOT IN IOANNEM secundum ordinem capitum.

Ex cap. I. De fide in Christo. 421
Ex eodē, Fuit homo missus à deo, de diuo Ioanne Baptista. 423
Ex cap. IIII. Veniet hora quando ueri adoratores adorabunt patrem, &c. 427
Ex cap. XI. De Lazaro resuscitato. 429
Ex cap. XV. Vos amici mei estis, si feceritis quæ mando uobis, Homil. II. 430.433
In Acta apostolorum, Homil. LV. 437

CONCIONES FESTAE.

De proditore & mysterijs cœnę domini, in quinta feria passionis, Homil. VI. 805
De proditione Iudæ in cœna domini. 816
De latrone, Sermo. 824
De cruce & latrone in die Parasceues Homil. II. 826.833
De cruce domínica, Homília. 836
De resurrectione, Homil. IX. 842.864
De ascensione domini, Sermo. 865
De pentecoste, Sermo. 873
In Pentecoste, De sancto spiritu, Sermo. 878
De sancto & adorando spiritu, Homília. 886
De fide et lege naturę et sācto spiritu, Sermo. 901
De sancta Trinitate, Sermo. 908
In Encenijs, De Eucharistia, Sermo. 918
De præmijs sanctorū diuersisq; honoribus apostolorum, & de gehenna, Sermo. 921
De martyribus, Sermo. 924
De martyribus, quòd aut imitādi, aut nō laudandi sunt, Sermo. 927
De beato Philogonio, Oratio. 929
In Iuuētium & Maximum martyres, Sermo. 938
De uerbis Pauli, Non solū sed & gloriamur in afflictionibus, &c. 941
De uerbis Pauli, Salutate Priscillā et Aquilā. 949
De libello repudij. 959
De uerbis Pauli, Nolo uos ignorare, qd patres nostri omnes sub nube &c. 965
De uerbis Pauli, Oportet hæreses esse. 974
De fide spe & charitate. 982
De uerbis Pauli, Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc &c. 985
De eleemosyna & collatione in sanctos. 994
De uerbis Pauli, Habentes autem eundem spiritum fidei, &c. 1003
De eisdem & aduersus Manichæos. 1012
De eisdem & eleemosyna. 1020
De uerbis Pauli, Vtinam toleraretis paululum quiddam insipientiæ meæ. 1030
De profectu Euangelij. 1039
De uerbis Apostoli, De dormientibus nolo uos ignorare fratres. 6048
De laudibus diui Pauli Homil. VIII. 1057
De ferendis reprehensionibus in conuersione diui Pauli. 1097

FRANCISCI ARETINI IN D. IOANNIS CHRYSOSTOMI EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI COMmentarium super Ioannis euangelio, ad clarissimum uirum Cosmum Medicen Florentinum, Præfatio.

COMMVNIS ferè omniū opinio est, Cosme uir clarissime, superiores & longè à memoria nostra remotas ętates, omniū uirtutum genere nostram superasse, nec ullū nūc inueniri quem maioribus illis comparare possimus: in qua sententia multitudinē esse minimè miror, cuius id ingenium est, ut audita uisis, et uetustissima quęq; maiora arbitretur. Quòd autem uiri graues & doctrina, & rerū usu exerciti idē sentiant, hoc ego ęq; iniquissimo animo ferēdum censeo. Non tamen is sum, qui negem maiori clarorū uirorum copia illa tēpora floruisse, assentior sanè, libenter ob meam in seculum nostrū pietatē (si commode possem) negaturus. Non em̄ mihi ita fastidio sunt homines mei, ut neminem illis profitear cōparandum, ut pleriq; obstinata assertione contendunt, male de seculi sui hominibus meriti, quibus partim qui uiderint, qui cōsuetudine deuinctos habuerint, nonnulli qui beneficos in se experti sint, fauere profecto deberent, ut etiā si nō omnino id sentirent, tempora tamē sua amore complecti, & pro uiribus extollere uiderentur. Est enim, ut sentio, bene instituti hominis temporum suorum bonis delectari: & si quem uideāt uirtutibus præcellere, tāto eos maiori admiratione & laudibus prosequi, quāto inter paucos eius uirtus clarior appareret. Et profecto si ætatē nostram nō maligne, non inuide considerare uoluerimus, uiros clarissimos habuit habetq;, quos siue magnitudine animi, siue sapientia, siue rerum gestarum gloria, siue magnificentia, siue rerum publicarū administratione: si non præferre, ausim tamen maioribus comparare, unde non minora uirtutis exempla, quàm à maioribus illis nobis proponerentur. Quod licet non huius loci, neq; propositi sit in præsentia disquirere: paucos tamē attingam, ne uidear uelle quidem, quos tamē laudare possim, non habere. Quid enim de Martino quinto dicam, qui cū primum ad summum est pōtificatum assumptus, imbecillimum, & uarijs casibus agitatū ecclesiæ statum, & diuturnū schisma ita sedauit, ita in unum corpus redegit, ut ex maximis perturbationibus & procellis, in tranquillissimum portum tanti gubernatoris peritia periclitantē Petri nauiculā appulerit? Quid ad clarissimū principem Nicolao quinto defuit? cuius tēpora etsi breuissima, quantulacunq; tamen, in hac nostra inferiori Italia Augusti paci contulerim, cuius ductu & auspicio, ut urbs Roma, ita & Romana lingua renouata est: quem nisi tam repente inuida mors è medio sustulisset, non minus quàm Augustus urbem è lateritia marmoreā reliquisse gloriari potuisset. Quid Pio secundo pietate par? uere, inquam, pio, qui ut cōmissæ sibi ecclesiæ & Christianæ religioni consuleret, inualido & imbecillo corpore nullum recusauit laborem. Quid Alphonsum Arragonum regem memorem, qui ut maximo animo Siciliæ sibi regnū uēdicauit, ita & quoad uixit, & sapientia & autoritate incredibili id rexit, et tutatus est? Quid Franciscum Sphortiam? nonne cuius uerterum imperatorum iure cōnumerabis, cuius tu nominis & gloriæ Cosme uel in primis autor fuisti? Neq; em̄ te ullo pacto tacere aut possum, aut debeo: tu enim unus es, quē in priuata fortuna cuius maiorū non æquandum modo, sed longe præferendū cōtenderim. Tu unus es quem unice admirari, de quo maxime gloriari possimus: tu unus multorum simul laudes cōplexus es, Pompei autoritatem & gloriam, Catonis seueritatem, Lucilli magnificentiam, Crassi, sed in meliores usus, diuitias, summam præterea in immortalem deū religionem. Extant clarissima pietatis tuę et in deū, & in patriam monumenta, extant innumera & in priuatos homines beneficia: lōge plura suspicor, quibus tacita tecum conscientia lætaris, quæ inditis gentibus dei seruis, innuptis uirginibus, reliquis pietatis operibus tam larga dextera exhibes, ut secundum domini præceptum nesciat sinistra. Et tamen indies magis atq; magis diuitiæ abūdant, crescunt, exuberāt. Centuplum accipietis, inquit. Et merito quidem. Cui enim potius credendæ sunt, ęq; qui & sciat, & uelit quā liberalissime distribuere? Iure igitur summi dei clementia, in clarissima Italiæ ciuitate, in summa & autoritate, & amore omnium te principem cōstituit: & ut Ciceronem Italia, ita ciues te tui in patriam, summo omnium consensu, ab exilio reportarunt. Vbi tot annos in tranquillissima pace, in omnium admiratione, filijs paternam imaginem uirtutemq; referentibus indolis eximiæ, tot propinquis, tot amicis munitus, summa cū laude consenuisti: ubi te omnes patrem patriæ & loquunt̄, & sentiunt: ubi ut Demosthenem ferūt Athenienses populi, ita tu & princípum, & rerum publicarum pro arbitrio tuo habenas sępenumero moderatus es, ut nemo sit, qui sapientiam, qui uirtutem, qui ingeniū tuum non admiretur: ut & ubi clarorum principum nomen peruenire non potuit, ibi tuum celeberrimum habeatur, atq; te cōsummatissimum uirū reddas. Inter publicas & grauissimas occupationes si quid ocij datur, id omne liberali mensę, hoc est studijs, & diuinis impendis lectionibus, quibus animus eruditur, oblectatur, pascitur, ueram cōcipit beatitudinē. Hæc & alia plura cum de præstantia tua iam diu acciperem, accusabam sanè fortunā meam, cui talem uirum uidere, & colere non licebat: quod ergo unū in primis desiderabā uotis meis,

 huma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

humanitate incredibili audisti: iussisti Florentiã uenirem, ueni, te uisitaui, ut filium accepisti, spem bonam dedisti. Sed cum interloquendũ abs te acciperem, quãtopere in Ioannis Chrysostomi commentario super Ioannis euangelio, quem nuper rudi & inemẽdato stylo traductum R. patri Ioanni episcopo Atrebatẽsi dederam, delectarere, incredibilem cepi uoluptatem, aliqua ex parte tuae in me benignitati satisfacturum ratus. Itaq; cum primum Romam redirem, me ei ultimã manũ imponere, & clarissimo nomini tuo inscribere pollicitus sum. Primam igitur eius partẽ, cuius Graecum exemplar penes me est, pro ingenioli mei uiribus emendaui, quam, dum reliquũ & inueniam & absoluam, uisum est interea ad praestantiam tuam mittere, ut me pollicitationis meae memorem intelligas: opus enim permagnum est, & tempore indiget. Et licet in librorũ praefationibus autorum laudes colligi soleant, eas tamen in praesentia praetermittere statui: non quin latissimus in Chrysostomo (siue doctrinam, siue mores intueri uelimus) commendationis campus pateat, ut etiam infanti linguae uberrimam dicendi materiam praestare possit: sed cum ad te uirum praestantissimum dirigatur, nolui tantum mihi tribuere, ut ea ostendam quae tibi longe quàm mihi erant clariora. Cognosces uim hominis, cognosces doctrinã, cognosces mores: quorũ plerosq; uel omnes potius in te cognosces. Non tamẽ is sum, qui nõ intelligam, quantum Chrysostomo dignitatis, quãtum splẽdoris imbecillis interpres abstulerit: sed utcunq;, sententias tamẽ me assecutum spero. Accipias ergo, qua soles humanitate hanc editionem, quam ego tam libẽter exhibeo: ut si gratum tibi fuisse intellexero, maximum abs te beneficium me accepisse existimem. Nec me mediocriter & ad hanc perficiendam, et alia aggredienda Cosmus lector hortabitur.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, COMMENTARII SVPER Ioannis euangelium, Prologus, Francisco Aretino interprete.



VI agonum certamina spectare cõsueuerunt, cum insignem quempiam athletam, & coronis plurimis donatum, alicũde profectum intelligunt, omnes certatim cõcurrunt, ut eius luctas, artemq; & corporis robur conspicentur: & uideri quidem nõnunquam uniuersum theatrum licet, multis hominum milibus inundans, qui & corporis & animi oculos penitus intendãt, ut nihil eorum, quae in ipso aguntur spectaculo, se praetereat. Tum si quis praestanti ingenio musicus aduentauerit, non minori studio idem ipsi theatrũ occupant, & omissis omnibus quae in manibus habent negocijs, & saepenumero necessarijs & urgentibus, nõ minori studio aduolant, sedentq; incredibili cantus plausuq; accipiendi cupiditate, & de utriusq; praestantia inter se disputant. Et haec quidem multi. Qui autẽ rhetorum callẽt rationes, ipsi quoq; in sophistis hoc idem contendunt. Quippe & in his spectacula sunt auditores, plausus, suffragia, & inquisitiones eorum quę dicuntur diligentes. Quòd si rhetorũ, tibicinumq;, ac athletarum & spectatores & auditores eadem consident attentione, quantum nobis studij, quantum diligentiae, si recte iudicabimus, adhibendũ erit? non in tibicinis, neq; sophistae, aut gladiatoris, sed uiri è cœlo uocem tonitru clariorem proferentis spectaculo, qui uniuersum orbem suo clamore cohibuit, comprehendit, implicuit, non nimio quidem, sed diuinae gratiae exuberantia, quae ab eius lingua affatim emanauit. Et quod mirum sit, tantus clamor non asper, non inucũdus, sed omni musica harmonia suauior, quo nil auditorum aures posset uehementius demulcere. Huc accedit, quòd sanctissimus, quòd admirationis plenus, arcana redundans sapientia, qui tot tantaq; confert bona, ut qui diligenter & accurate eum accipiunt & obseruant, non iam homines, & terrae incolae habendi sint, sed super omnia huius seculi bona collocentur in Angelorũ consessu, neq; aliter terram quàm cœlum habitẽt. Tonitrui enim filius est Christo dilectissimus, colũna omnium quae in orbe sunt ecclesiarum, qui cœli claues habet, qui Christi calicẽ bibit, & baptismatis aqua ablutus est, qui super pectus domini multa cum fiducia recubuit. Hunc nos in praesentia aggredimur, qui neq; fabulas effingit, neq; personatus incedit. Non enim huiusmodi loquitur, neq; suggestum ascendit, aut orchestram supplodit, aut aureo ornatur uestimento: sed stola purissima amictus progreditur. Christus nãq; indutus nobis ostẽditur, pedes calceatus decoros in euangelij pacis preparatione, zona nõ pectus, sed lumbos praecinctus: nõ ex purpurea pelle, neq; deaurata, sed ueritatis decore intexta, atq; distincta. Talis in praesentia Ioannes nobis offertur, nullã neq; simulationem, neq; fabulam afferens, quae longe ab eo absunt: sed nuda & aperta fronte, nudam & apertam annunciat ueritatem. Neq; alium se uerbis, alium reipsa, specie, aspectu, uoce persuadendo exhibet: neq; instrumentis indiget, ut cithara, lyra, & huiusmodi: sed omnia lingua operatur, omni citharœdo, omni musica suauius utiliusq; procinens. Est em̃ ei prosceniũ uniuersum cœlũ, theatrum orbis terrae, spectatores auditoresq; omnes angeli, & quicunq; homines & angeli sunt, aut fieri desiderant: quippe hi duntaxat hanc proculdubio possunt harmoniam exaudire, eamq; re ostendere, tales se auditores, quales oporter exhibẽtes. Siquidem alij omnes non secus ac infantes, audiunt quidem non tamen audita intelligunt, & placentulis

centulis & puerilibus ludis intenti, in delicijs, opibus, potentia, uentri uiuẽtes, uerba interdũ accipiunt: uerũ nihil inde magnificũ, nihil altũ decerpũt, lateritiae prorsus & luto inhaerent. Huic aũt apostolo supernae affuerũt uirtutes, eius animę pulchritudinẽ, sapientiã, & speciem uirtutis admirantes, per quã ipsum simul hausit Christũ, et spiritualem cõsecutus est gratiam. Etenim tanquã lyram quãdam preciosis lapidibus, auroq; distinctã, aureo plectro adhibito: sic suã sibi animã exornãdo effecit, ut per eum magnum & altum spiritu personaret. Quemadmodũ igitur nec piscatoris est, neq; filij Zebedęi, sed eius qui arcana mysteria intelligat, hanc pulsare lyram, sic ei summam praestemus attentionem. Nihil enim nobis humanũ, sed à spiritus sancti profundis & abditis thesauris omnia proloquitur, quae neq; angeli priusquã hic diceret, nouerunt. Nanq; & ipsi nobiscum per Ioannis uocem, & per nos didicerunt, quae cognouimus, & quod nobiscum beatus etiam Paulus his uerbis significauit: Vt innotescat principatibus, & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei. Si igitur principatus & potestates, Cherubinq; & Seraphin hęc per ecclesiã didicerunt, planè cõstat ipsos angelos summa cum attẽtione eius sese auditores exhibere. Quippe id circo non parũ honoris cõsequimur, quòd nobiscum angeli discant, quae nescium. Quòd autem per nos, lõge magis honoramur: sed per quos, uel quales nostrum, nondum diximus. Quamobrem multum hic adhibeamus cum æquanimitate silẽtium, non hodie aut una duntaxat die, sed per omnem uitam, cum omni tempore huiusmodi audire bonum sit, & perquam utile. Nam si ea quae in regijs fiunt domibus, cognoscere exoptamus: ut exempli gratia, quid dixerit, fecerit, cõsuluerit super subditis suis rex, & saepe quae nihil ad nos attinent: quanto magis quae à deo dicuntur, audiẽdi flagramus desiderio, tum maxime cũ ea scire nostra plurimum interfit? Quae omnia hic nobis euangelista accurate explicat, cum ipsi regi increbili sit amore deuinctus: imò & ipsum in se loquentem cõtineat, audieritq; ab eo quaecũq; ipse

Ioan. 15 à patre acceperit: Vos dixi amicos, inquit, quia omnia quaecũq; audiui à patre meo, nota feci uobis. Quemadmodum igitur si quẽpiam è summo cœlo descẽdentem repente cõspicaremur, qui arcana illa certe nobis se dicturũ polliceretur, omnes certatim cõcurreremus: itidẽ & nos in praesentia faciamus. E cœlo enim uir hic nos allocutũ uenit: neq; enim est de hoc mũdo, ut ipse testatur Christus, cũ inquit. Vos de mundo estis: & paracletũ habet in se loquentẽ, & ubiq; praesentem, qui tam certè nouit dei mysteria, ut res suas humana anima, spiritum sanctificationis, spiritũ rectum, qui nos ducit & trahit in cœlũ, qui alijs nos oculis illuminat, qui nos idoneos reddit, ut futura nõ secus ac praesentia cõtemplemur, qui demum efficit, ut etiã in carne cœlestia spectare possimus. In omni igitur uita æquanimitatem ei, atq; silentium praestemus, nemini segniciei, nemini somno locus sit,

nemo huc accedentium squalore tabescat, sed ad superna unanimes mẽtes nostras erigamus. Inde enim Ioannes hic eos alloquit, qui illic quamuis terram incolant, uiuunt. Et profecto in hac uita nihil magnũ, nihil exoptabile adipiscimur: nihil ad eos qui à brutorum uita emergere nolunt Ioannis doctrina, quemadmodum nihil ad eum res humanae. Tonitrus igitur mentes nostras perterret, cũ in naturalem sonitum erumpit: at Ioannis uox nõ modo neminem perturbat fidelium, sed omni liberat perturbatione atq; molestia. Solis autẽ dæmonibus terrori est, & dæmonum seruis: quod ut nobis certo constet, & animo ſileamus & ore, animo tamen maxime. Quænam enim tacentis utilitas, si eius anima perturbationibus æstuet? Animi ergo quietẽ expeto, cuius auribus indigemus. Nulla ergo nos pecuniarum capiat cupiditas, nulla gloria, non ira, non aliorum turba affectuum. Neq; enim fieri potest, ut qui se non omnino his liberat, ualeat illorum altitudinẽ intueri, & ut oportet cognoscere mysteriorum religionẽ, arcana, reliquas omnes uirtutes, quae his tãquam oraculis delitescũt. Nam si fidibus & tibijs nemo unquam recte scire potest, nisi totum ad id animum intendat: quanã ratione huiusmodi mysteria solo auditu, animo uero alieno, & alijs curis implicito intelliget? Idcirco Christus his nos uerbis admonet: Nolite dare sanctũ canibus, neq; mittatis mar- Matth. 7
garitas uestras ante porcos. Margaritas hæc uerba uocauit, quae his longe pulchriora praestantioraq; sunt. Verũ cũ ea materia nõ sit nobis alia charior, idcirco horum sermonum uoluptatem melli saepenumero comparare consueuit: non quòd quicquam inter hæc conferendum sit, sed quòd apud nos nihil est melle suauius. Quòd & lapidũ pretiosorum naturam, et cuiusuis mellis uoluptatem plurimum diuina exuperent, audi prophetã quibus uerbis earum asserat praestantiam. Desiderabilia, inquit, super aurum, & lapidẽ preciosum multum, & dulciora super mel & fauum: sed bene ualentibus tantũ, quamobrem subdidit: Etenim seruus tuus custodit ea. Et alio in loco cum suauia dixisset, addidit, Faucibus meis. Quàm suauia, inquit, faucibus meis eloquia tua. Et iterum, ut eorũ significaret excellentiam: Super mel, inquit, & fauum ori meo, cum in bona esset ualetudine. Non igitur morbo aliquo affecti, sed animæ prius cura adhibita, hoc pabulũ accipiamus. Propterea tot uerbis præmissis, nondum rem ipsam aggressus sum, ut quisq; omni abiecta ægritudine, tanquam cœlum petẽs, ira, solicitudine, secularique omni impedimẽto uacuus, huc liber ingrediatur. Etenim nihil in hac uita magnum, nisi prius omni animi perturbatione amota, adipisci possimus. Nec mi hi quispiã dixerit, breue tempus inter hanc, & futuram esse concionem. Non enim quinq; duntaxat diebus, sed uno momento licet præteritam omnem uitam commutare. Quid, inquam, latrone et homicida sceleſtius? Nonne hoc summum malitiæ genus est? Verum ad ipsum uirtutis apicem quamprimũ euasit, & in ipsam assumptus est para-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dilum, nec dierum, nec dimidiæ quidem horæ, sed breuius tantum momẽti indiguit. Eadẽ & nos ratione repente mutari possumus, & ex luteis aurei fieri. Cum enim neq; uirtus, neq; uitium à natura sit, facilis ad utrumuis transitus datur, cũ nulla cogat necessitas. Si uolueritis, inquit, & uerba mea audieritis, bona terræ comedetis. Vidésne sola nobis opus esse uoluntate? uoluntate, inquã, non qualibet, & quæ nonnullorum est, uerum & diligenti, & exquisita. Neminem nouí qui in præsentia ad cœlum euolare nollet, re tamen ipsa oportet uoluntatem cõfirmare. Siquidem mercator dicere cupit, non tamen eius animus soli acquiescit cupiditati: sed nauem parat, nautas cogit, hortat gubernatorem, & alia quæ nauigationi opus sunt, diligenter disponit: aurum præterea mutatur, maria traijcit, & innumeris periculis, quibus se mari credentes iactari consueuerunt, se exponens, peregrinas appellit terras: Itidem & nos oportet uolũtatem rei applicare. Nauigamus nãq; & nos nauigationem, nõ ab alia in aliam terram, sed à terra in cœlũ. Quare tota mente intẽdamus ad eam gubernationem, quæ nos superne erigat, & nautas rationi obsequentes, et nauem nobis firmam comparemus, ne tentationum procellis, aut ullis secularibus demergatur affectibus, neque superbiæ spiritu efferat, sed leuis & expedita ad superna euadat. Quòd si hac ratione nauem nobis, & gubernatorem, & nautas parabimus, secundo uẽto nauigare, & dei filium uerũ gubernatorem, nobis conciliare poterimus, qui nauiculam nostram usquam allidi non patietur: sed licet innumeri spirent uenti, & uentos sedabit, & mare tranquillissimum reddet. Tales crastinæ assimus concioni, operęprecium est aliquid hinc utilitatis accipere, & mente recondere. Nemo uia esse uelit, nemo petra, nemo spinosus ager: sed bona terra, hoc pacto prompto libẽtiq; animo, bene culto & subacto agro semina mandabimus. Quòd si lapidosum & incultum uiderimus, dabitis ueniam si illic serere recusabimus: sed omissa satione, spinæ prius incidendæ erunt. summæ nãq; dementię semina in incultam terram iacere. Qui his uacat sermonibus, eum non decet dęmonis habere cõsuetudinẽ. Quenam enim iustitiæ, & iniquitatis communitas? Audisti Ioannem, & ab eo spiritualia didicisti. Deinde fornicatum abis auditurus mulieres obscœna loquentes, obscœniora dissimulantes, quiq; effœminati seinuicem alapis cædunt: & quanam ratione cum tanto in cœno prouolutus iaceas, bene ablui & mundari poteris? Et quid singillatim me omne uicium describere hoc in loco oportet? Omnia enim illic risus sunt, turpitudo, exprobratio, maledicta, opprobria, conuicia, omnia corruptio, omnia lues. Ecce prędico et annuncio omnibus uobis, nemo qui hac mensa fruitur, animam suam mortiferis illis perturbet spectaculis. Quicquid illic dicitur, satanæ pompa est, & lasciuia. Nostis sacris initiati, quo fœdere nobis uos adstrinxeritis, & ut uerius dicam, Christo: cũ uos ipse edoceret, quid ei dixistis, quæ super satanæ pompa cũ eo uerba habuistis, quo pacto ei et angelis eius tunc abrenunciastis, promisistisq; nulla ei in re assensum præstare. Quamobrem nõ parum nobis curandum est, ne in his promissionibus perfidiæ arguamur, néue nosipsos his indignos reddamus mysterijs. Nónne animaduertis, quòd in regijs domibus non nequam, & perfidi, sed probitate et fide probati uiri ad regis consilia, et in regios amicos aduocãtur? Legatus nobis de cœlo ab omnipotenti deo demissus uenit, res nobis perneccessarias annuncians, cuius neglecta legatiõe ad mimos diuertitis. Et quo hæc digna supplicio, quibusue fulminibus, & flagellis? Nam quemadmodum nulla dæmonum consuetudine, ita neque auditu uti oportet, neq; in sordida uestę ad lautissimam dei mẽsam tot tantisq; bonis affluentem accedendum, quam ipse nobis prępararuit: cuius tãta uis est, ut ad cœlum ipsum repente nos rapiat, modo sobrie uiuamus. Neq; enim fieri potest, ut qui frequenter diuinis uacat sermonibus, is miseram uitam agat. Euolat enim quamprimũ, & supernam petit patriam, & innumeros consequitur bonorum thesauros: quibus utinam et nos fruamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

Esa. 1

A

B

C

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI SVPER EVANGELIVM IOANNIS

ex capite primo, Homília prima, Francisco Aretino ínterprete.



IN PRINCIPIO erat uerbum.] Cum Ioãnes hoc libro doctrinã suam nobis annũciaturus sit, necesse est & genus patriamq; & uitam eius ostendere. Verum cum nõ ipse, sed per ipsum deus humanam alloquatur naturã, superuacaneum uideri potest, huiusmodi in præsentia disquirere. Sed profecto admodum peropus est. quippe cum quis Ioannes fuerit, & unde, & quibus ortus parentibus, deinde eius uocem sapientiamq; didiceris: non illius esse doctrinam, sed diuinæ uirtutis, quæ eius animam inspirauit planè cognosces. Qua igitur fuit patria? Nulla quidẽ, sed è uilla, & regione abiecta, nulli rei utili. Galilæam enim contemnunt scribæ, cũ inquiũt: Interroga & uide, q; ex Galilæa non surgit propheta. Nec nõ & uerus Israelita: Ex Nazareth potest aliquid boni esse? Huiusmodi Ioannes patria non modo nõ insigni aliqua familia, sed ne nota quidẽ, ortus est patre piscatore, adeo paupere, ut eãdem artẽ filios erudiret. Nemo aũt ignorat nullũ opificẽ cupere sibi filiũ suæ artis hęredẽ relinquere, nisi nimia paupertate cogatur, maxime si ars eius uilis sit & abiecta: piscatoribus nil pauperius, nihil abiectius, addo etiã indoctius: in eorum autẽ numero alij alijs præstant, hunc aũt apostolum ex uilioribus fuisse id argumentũ est, q; non in mari, sed paruo quodã in stagno, cum patre & Iacobo fratre piscabat, scissaq; resarciebat retia: q; nõ modicæ erat paupertatis indiciũ. Sic eũ uocauit Christus. Ex his sanè intelligi potest, q; expers fuerit externæ doctrinæ, & omniũ penitus studiorũ. Lucas etiã non solũ indoctum, sed ignarũ omnino literarũ fuisse testatur, & recte quidẽ, Nã qui cũ adeo inopia laboraret, ut nec in foro uersaret, neq; uirorum præstantiũ ullam haberet consuetudinem, sed piscationi toto animo intenderet: uel sicui aliquando congrederet, si piscatores essent & coqui, quidnã feris & brutis præstare debuisset? Quid nõ piscium potius more obmutuisset? Hic tamẽ piscator circũ stagna, retia, pisces, semper uersatus, à Bethsaida Galileæ, patre piscatore paupere & rudi, qui literas, neq; ante, neq; postquã Christũ secutus est, usquã didicit, uideamus quid loquit, quam aggredit disputationem. Nũquid de rebus agrestibus aut fluuiali bus, quibus ue instrumentis pisces capiant? Huiusmodi enim à piscatore cognoscere quispiã expectaret. Verum aliud narrantem audiemus, hoc est quæ in cœlo sunt, & quæ nemo unquam antehac intellexit. Talem enim & tam profundam doctrinam, uitam optimam, & philosophiam ad nos affert, qualem credibile est ab ipsis spiritus sancti thesauris accepisse, tanquam modo ex ipso cœlo descenderit: imò neque omnes, qui in cœlo sunt, scire ea credendum est, ut iam diximus. Nunquid hæc tibi piscatoris uidentur, an oratoris potius, an philosophi, an alius cuiuspiã in hac exteriori edocti sapiẽtia? Nequaquã: non enim humanæ simpliciter est animæ, de immortali & beata illa natura, & quę cũ illa sunt testatibus, de natura corporũ mortaliũ, et eorum futura immortalitate, de supplicio, de futuro iudicio, de uerborũ, operum, cogitationum, & sententię uniuscuiusq; examinibus intelligere, quid homo sit, quid mundus, quid uerè sit, quid cũ nõ sit esse uideatur, quid uitium, quid uirtus. Horũ nõnulla Platonici & Pythagorei inuestigare cõtenderunt. Neq; enim reliqui nobis philosophi memorandi sunt, qui in huiusmodi disputationibus perridiculi reperiuntur: hi etiã qui apud eos præ cæteris admirationi fuerunt, & illius scientiæ habiti sunt principes, hi maxime sunt, qui & respublicas & leges cõdiderunt: in quibus lõge magis, quàm pueri sunt deridendi, cum mulieres omnibus cõmunes instituerint, & mores, & nuptiarum pudorem, omnemq; deniq; uitam tã ridiculis corrumperẽt sanctionibus. Vt autẽ doctrinam aliquam de anima afferrẽt, nihil turpitudinis reliquerũt. Quippe qui mures, culices, fruticum hominum animas fieri, & deum ipsum animam esse, & alia quædam huiusmodi turpissime assererent. Neq; hoc solum uituperãdum est, sed magnus est ipsorum uerborum Euripus. Quẽadmodum enim qui in Euripo sunt, huc illuc iactãtur: itidem hi nunquam sibi cõstant, utpote incerta & fragili sententia omnia loquentes. Verũ hic piscator omnia absq; ulla dubitatione disserens, tãquã petræ innixus, nulla ex parte titubat. Ipsis nãq; supernis penetralibus dignus habitus est, et cum omnipotẽtem deum in se loquentem habeat, nihil terrenum sentit, ut illi, qui ne per quietem quidem regias ingredi meriti sunt: sed extra in foro & in aliorum hominum cõsuetudine pro captu suo inuisibilia coniectantes, multis se ambagibus inuoluerunt, cum de supernis mysterijs disputare contenderint, & tanquam cęci & ebrij non mutuo duntaxat errore, sed plerisque in locis secum ijsdem semper rebus dissideant. Atqui illiteratus hic, & rudis à Bethsaida Zebedæi filius, etsi sæpenumero nominũ asperitatem Græci deriserint, audenter tamen dicam. Quanto enim

Act. 4

A

B

C

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

magis nostra gens barbara illis uidetur,& gentilis ornatu & cultu abstinet:tanto nostra apparent clariora. Hic,inquã,barbarus & ineruditus hæc loquit̃,quæ nemo unquã mortaliũ nouit:neq; loquit̃ tantũ,sed persuadet.Quòd si illud duntaxat assecutus esset,non paruam de se cõcitasset admirationẽ. Nũc cum alterum accedat longe mirabilius,q̃d maxime arguit diuina esse, quæ ab eo dicuntur,quòd per omne huius uitæ curriculũ, doctrinã suã uniuersis persuaserit auditoribus, quis infusam ei uirtutẽ incredibili admiratiõe nõ prosequatur? Et profecto hoc maximũ est argumentum,nihil ex seipso Ioannẽ locutũ, qui ex media barbarie euãgelio suo uniuersum deprehẽdit orbem. Corpore aũt habitauit Asiã, ubi antiquitus omnes philosophorũ sectę philosophatæ sunt:circo locus is dęmonib. obnoxius est,et admodũ formidabilis. In medio tamẽ inimicorũ claruit, illorũ fugata caligine, arcem euertit quã munitissimã. Animo uero in eũ fecesslit locũ, q̃ idoneus & accõmodatus ei esset qui eiusmodi operaret: utgẽtilium opiniones penitus abolerent, sua autẽ indies fierent clariora. Ex quo enim & hic & reliqui piscatores fuerũt,& Pythagoreæ & Platonicæ siluerũt disciplinæ,quę superiori tẽpore tanti nominis & autoritatis ferebãt, ut ne nomine quidẽ a plerisq; sint cognitę. Atqui & Plato ad tyrannos se cõtulit accitus,ut aiũt,& multis cum socijs in Siciliã nauigauit. Pythagoras uero magnam Græciã inhabitãs,innumera magicæ genera nouit. Cũ bob. em̃ loqui, hoc em̃ ipsum fecisse aiũt, nihil aliud est q̃ magica, & inde maxime cõstat. Nã qui bruta ita allocutus est,nulli hominũ profuit plurimũ. Atq aptior ad philosophicas rationes humana natura est: ille tamẽ cũ aquilis & bobus,ut ferũt,disputans,præstigijs alliciebat: neq; enim rationis expertem naturam,ut oratiõe uteretur,effecit:neq; enim humanis uiribus fieri potest,sed mẽdacijs decepit ignaros,& nulla ex parte humanæ cõsulens utilitati,æquũ non esse & fabas edere,& plantarũ capita auditoribus persuasit. Quodq; præceptoris animã nũc in frutice,nũc in puellam,nũc in piscẽ uerteretur. Nónne meritò illa omnia extinxit, aboleuitq; uera & perfecta doctrina? Merito sanè & recte quidẽ optima,sed non itidem indocti,& illiterati uiri doctrina euanuit. Verũ Syri,Ægyptij,Indi,Persæ, Æthiopes, & innumeræ aliæ gentes, in suã transferẽtes linguam,homines barbari philosophari didicerũt. Non temere igit̃ dixeram Ioãni theatrũ esse uniuersum orbẽ. Non enim suis omissis hominibus, ad brutorũ naturas inuestigandas elaborauit: q̃d superuacaneæ & inanis philosophiæ & sumæ amẽtiæ est:sed cũ cæteris omnibus, hoc quoq; morbo expulso, id tantũ adnisus est, & totis uirib.cõtendit,ut uniuersus orbis utilitatẽ & uirtutẽ à terra in cœlũ transferre ediscret. Iccirco nulla caligine, nullis tenebris suã operuit doctrinã, ut illi ratione sua prauis opinionib. obscuritatẽ, tanq; uelum quoddam indiderunt. Huius autẽ doctrina sole clarior dst atq; illustrior, ideoq; in omnes A mortales propagata. Non enim his,quibus cũ cõ suetudinẽ habebat,quinq; annorũ indixit silentium,quẽadmodũ ille. Nec sic docuit tanq; insensibilibus assideret lapidibus, neq; numeris omnia cõtineri fabulatus est:sed omni ejecto satanæ fastidio atq; illuuie,tãta doctrinã suam perfudit facilitate,ut nõ modo sapientibus, sed & mulierculis, adolescentulis,quicquid dixerit ante oculos ponneret. Ea enim & uera esse & utilia audituris omnibus cõfirmauit:quod omnia post illũ secula testimonia perhibent. Vniuersum nanq; ad se orbẽ allexit, & ab omni calamitate uitã nostrã liberã reddidit,postquam nobis suam cõmunicauit doctrinam. Quapropter mortem potius, q̃ Ioannis præcepta cõtemnere malumus,quę planè cõstat nihil abiectum, nihil humanum sapere, sed diuinũ & cœleste esse, quicquid è sacro eius pectore B emanauit. Nullũ hic tumorem uerborum, atq; fucum,nullam superfluam cõpositionem & stylum ineptum uidebimus (lõge enim hæc ab omni absũt philosophia) sed diuinũ & inexpugnabile robur,& sacrorũ dogmatum tantam uim, ut nullo possit pacto superari: præterea innumerabilium bonorũ societatẽ. Verborũ sanè & orationis curiositas superflua est, & sophistis digna,uel potius ignaris adolescẽtibus, ut ipse quoq; apud eos philosophus inducat magistrũ suũ admodũ hãc artem apud iudices coarguentẽ, q̃ uerba ab ipso audient simplici,ut ita dicam,doctrina, subrusticа,nullis uocabulorũ fucata illecebris. Haud em̃ decet,inquit,ò uiri hac in ætate,ficta fucataq; ora C tione adolescentuli more me audiatis. Et animaduertite quàm sit ridiculus. Quod enim tanquam turpe,philosophiaq; indignũ, & adolescẽtulorũ opus fugere professus est, huic ipse maxime operam dedit,hoc unum summo studio contẽdit, & nihil in Platone præter hoc admiratione dignum uideri licet. Et quemadmodum sepulchra extrinsecus ornata, si exteriorem illam faciem amoueris,cadauerum sanie,& exesorũ ossium plena reperiuntur:itidem in philosophorũ opinionibus, detecta uerborũ superficie & ornatu, multa inania,absurdaq; deprehenderis,maxime ubi de anima philosophantur,nũc honore, nunc contumelia,nullo modo modestiáue adhibita eam afficiẽtes. Hoc diabolicũ recte est, nulla ex parte medio D critatem seruare,sed in alterutrũ extremorum allectos animos ad errorem trahere, cum nũc ad diuinã substãtiam, neq; modo neq; pietate seruata eam efferat:nunc in sues,& asinos, & abiectiora quoq; animantia turpiter inducat. Verum de his satis superq;. Si quid enim ab his utilitatis accipi posset,& amplius huic sermõi esset immorandũ: sin adeo friuola,turpia,ridicula,despicienda sunt & superuacanea, age tandem eorum fabulis omissis,ueram aggrediamur doctrinã quæ ad nos per huius piscatoris linguam cœlitus deducitur. Nihil enim humanum, nihil terrenum sapit. Agite igitur ipsam Ioannis orationem in medium proferamus,& quod principio hortati sumus, ut diligenti attentione his sermonibus uacaretis, id uobis

uobis in præsentia in memoriã reducimus. Quanq; ratione Ioannes ita in euangelio suo exorsus est, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum.] Animaduerte euangelistæ fiduciam,& uerborũ uim. Nihil dubitat, nihil conjectatur,sed certa omnia assertione proloquitur. Magistri si quidem est, in his quæ dicit nihil ambigere. Nam si is qui alios docet, alterius indigerit doctrina,non præceptoris,sed discipuli se munere fungi,si recte iudicabit,intelliget. At si quis ambigeret, quid tandem prima omissa causa, ad secundam quamprimũ transit? primũ quidem & secundum in hac re prætermittamus. Non enim nostra hæc. Nam & numero & omni temporum consequẽtia diuinitas prior est & superior. Quapropter his omissis, patrem à nullo esse, filium à B patre genitum confiteamur. Rectè,inquit. Verũ, quonam pacto nulla habita patris mentione, de filio sermonem aggreditur? Quoniam omnibus patrem esse constabat,si non ut patrem,saltem ut deum,unigenitus autẽ ignorabatur. Quare haud immerito ad eius cognitionẽ à principio statim festinauit, ut nescientibus eum ostenderet. Præterea neque partem in filij mentione subticuit:& cognosce,quæso,spiritualem sapientiam. Nouit homines antiquitus prę omnibus maxime deum & uenerari,& asserere: Idcirco hinc principiũ fecit, et prosequens, deum, inquit, esse, non qualem Plato,qui alterum mentem, alterum animum esse profitetur: hæc enim à diuina & immortali natura, quæ nihil habet nobiscum commune longe C absunt: sed secessit communicatione ad creaturam,secundum substantiam dico,non secundum habitudinem. Præterea uerbum ipsum appellauit. Cum enim nos docturus esset hoc uerbum unigenitũ esse dei filium, ne passibilem quispiã naturã suspicaretur,præoccupata uerbi appellatione,omnẽ aufert suspicionem. Inde enim & filium & nulli passioni subiectum significat. Vides ne, ut dixi,quia cũ de filio loquitur,patrem nõ subticet? Quòd si hæc satis nõ sunt ad omnia ostẽdenda,nulla te admiratio teneat. De deo enim nobis sermo est,quẽ neq; dicere neq; intelligere pro ipsius magnitudine quisquam potest, ideo Ioãnes substantię nequaquam nomen affert. Quippe cũ dici nequeat,quænam dei sit substantia, ubiq; autem eum nobis ex operibus manifestat. Siquidẽ hoc uerbum paulopost uideri licet lumẽ appella D tum,& lucem uitam,& uitam ueritatem. Non tamen hac duntaxat causa his eum nominibus appellauit,sed hac quidẽ prima, altera quoniam no Ioan. 15 bis patrẽ annunciaturus erat. Omnia enim,inq̃t, quæcũq; audiui à patre meo,nota feci uobis. Vocat autem ipsum & uitam & lucem. Nam à notione lux nobis largita est, et à luce uita. Et profecto non unum nobis nomen, non duo,nõ etiam plura,satis sunt ad diuinas res edocendas:sed acquiescamus,si uel multis,quãuis obscure,quæ deo attribuuntur,possumus percurrere. Non autẽ simpliciter eum appellauit,sed cum articuli adiectione à reliquis ipsum hoc loco separãs. Age q̃ uere A dixerim,à cœlo hunc nos Euãgelistam allocutũ. Cõtemplare quomodo ab ipso statim exordio sũperne aduolans, auditorũ animos, mẽtesq; supra omnia quæ sensu percipiuntur,erexerit supra terram,mare,cœlum,angelos,Cherubin,Seraphin, omnẽ deniq; creaturam: & ut eò ascenderet, per suasit. Quid igitur? Nunquid cum ad tantam nos erigeret altitudinẽ, ibi nos sistere potuit? Nequaquam. Sed quemadmodũ si quis eum,qui ex littore ciuitates, oras,portusq; cõspicatus sit, in medium postmodum pelagus proueheret,priorum conspectu amoto,in nullum certum obiectũ,sed in infinitum eius dimittit intuitum: sic Euangelista supra omnẽ nos creaturã ad cœlestia erigens, ad supernum erectũ oculum dimittit,nullo fine, ut arcana illa assequamur, nobis adhibito, quipe qui nullus est. Ascendens igitur ad uerbum,q̃ in principio erat,hoc inquirit principiũ: quo inuento,cum semper eius mentis aciem magis perstringat,non habet ubi ratione innitatur, sed intente suspiciens,cum cessare nequaquã ab iniquirendi labore possit,rursum ad inferiora descẽdit,

In principio enim erat uerbum:] Nihil aliud quàm quod semper sit,significat. Ecce ueram philosophiam,& diuina dogmata, non qualia Gentilium,qui tẽpora,& deos hos antiquiores, illos iuniores posuerũt:sed nihil tale in nostra religione. Nam si deus est,quemadmodũ est, nihil eo sit prius: si omnium conditor, primus: si dominus & princeps omnium, omnia post ipsum & creaturæ,& secula. Volebã & alia in præsentia uobis exponere,nisi uererer animos uestros audiendo defatigatos. Quare his admonitis,quę sint uobis ad dictorum dicendorũq; attentionẽ utilia, finẽ nostræ imponamus orationi. Quænam igitur ea sunt? Scio plurimos uerborũ longitudinẽ fastidire,quod ideò fit,quoniam anima multis secularibus curis oneribusq; opprimitur. Sicut enim oculorum acies pura & lucida acute omnia intuetur, neq; etiam in tenuissimis deprehendẽdis corporibus elaborat: uerum si quis malus à capite humor,uel caligo aliqua ad oculum ascendit, densa quædam ante pupillam nebula obijcitur,quæ ne crassiora quidem corpora uidere sinit: Ita animæ usu uenit,cũ omnis perturbatio quæ eã offenderat,purgata est,intẽte opportuna omnia prospicit:uerum cum plurimis turbatur affectibus,uim omnem illam amittit, ut nihil altum ualeat intueri,sed quàm primum nebula obiecta, & somno, atq; segnitie, quæ ad uirtutẽ & uitam utilia sunt, nulla in his capessendis alacritate cõtemnit. Hoc ne uobis accidat(nõ enim omittam quin semper uos admonitos faciam)animum adhibeatis diligẽter,ne ea uobis dicanẽ, quæ fidelibus Hebræorum à Paulo,cũ multa se ad eos interpretatu difficilia locutũ diceret:non quòd suapte natura talia essent,sed quòd desidiæ eos & negligentiæ in his accipiendis argueret. Qui enim infirmus imbecillisq; est,non secus breui quàm longa oratione perturbatur: & quæ manifesta & facillima sunt, difficilia esse autumat. Nemo in hac cõcione huiusmo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

iusmodi affectibus coinquinetur, sed omni huius A
seculi cura, solicitudine q abiecta, diligẽter huic
aures doctrinę adhibeat. Quippe cum pecuniarũ
fames auditorum animos occupauit, nulla profe
cto ratione huiusmodi in alijs rebus accipiendis
desiderio flagrare poterunt. Neq enim unius ani
ma multis sufficere potest cupiditatibus, sed ab
alia alia opprimit, & diuisa fit imbecillior, cũ alia
dominetur, & totum ad se animum trahat: quod
in liberorum amore usu uenit. Nam qui unũ dun
taxat habet, eum incredibili animi ardore prose
quitur: qui plures, in eo diuisi affectus inferiores
reddũtur. Quòd si in naturali charitate & ui, & co
gnato amore euenire cõsueuit: quidnam in eo q
a uoluntate & arbitrio nostro proficiscit æstimã-
dum est, maxime cum harum rerum amatores pu
gnantes inter se affectus, & cupiditates habeant? B
Contrarius pecuniarum amor huiusmodi atten-
tionis desiderio est. Huc ingressi, cœlum ingredi
mur: non in hanc concionẽ dico, sed si animos ad
eam attente audiẽdam preparabimus, terrestrem
uitam agentes cœlũ ascendere, & cœlestia depre
hendere, & audire possumus, quibus nemo terre-
na admisceat. Nemo in hoc cõsessu domesticarũ
rerum cura impediatur, hinc emolumẽtum & ad
domesticos parietes, & ad forum afferre, & nobi
scum tenere oportuit, non animam domesticis, et
fori oneribus cogitationibusq opprimere. Ideo
doctrinæ sedem ingredimur, ut omni penitus sor
de abluamur. Nam si parũ studij diligentiæq diui
nis sermonibus, huius seculi occupationibus di-
stracti, adhibuerimus, longe satius hac concione C
abstinuissemus. Nemo igitur in ecclesia super do
mo & familia cogitet, sed domi ecclesiam, & diui
nas res animo cõplectatur. Hęc cæteris rebus om
nibus sint nobis preciosiora: hæc em animæ sunt,
illa uero corporis imò & animæ & corpori hæc
plurimum conferunt: idcirco ea nobis omniũ po
tissima ducamus, relíqua superuacanea. Diuina
nanq & præsenti & futuræ uitæ accõmodata sũt:
terrena uero neutri, nisi ab illis præscripta lege
moderentur. Non enim duntaxat quales futuri si
mus, & quo pacto illam uicturi simus uitã cogno
scere oportet, sed quãnam ratiõe in hoc quoq se-
culo peregrinãdũ nobis est. Et profecto ędes hęc
huius uitæ spiritualis est medicina, ut quæ exteri-
us acceperimus uulnera, hic curare possimus, nõ
ut nouis acceptis discedamus. Quòd nisi spiritus
sancti sermonibus uacauerimus, nõ modo prio-
res non abluemus nequitias, sed & alijs coinqui-
nabimur. Sũma itaq diligentia his quæ nobis cœ
litus reuelata sunt, attendamus. Neq multũ labo
ris supererit, si principiũ & materiam ipsam cura-
bimus intelligere, sed paruo primũ labore susce-
pto, alios deinde secundũ Paulum admonere po
terimus (hic enim Apostolus quàm altissime eri-
gitur, & incredibilem effundit doctrinam, in qua
longe magis q cæteri immorat) ne friuolis & su-
peruacaneis imbuamur. Quãobrẽ hæc paulatim
exponimus, ut facilia ante oculos nobis ponant,
neue excidant. Magna nos formido teneat, ne di-
uinæ sententiæ fiamus obnoxij, cum inquit: Si nõ
uenissem, & locutus eis nõ essem, peccatum non
haberẽt. Et quidnam amplius, quàm qui nihil au
dierunt, consequemur: cum auditis diuinis sermo
nibus, nihil ex his domũ referamus, sed uerba tan
tum admiremur? Date igitur nobis, ut in bonam
terram semen iaciamus, curate ad recipiendũ pre
paremini, & si quis spinas fouerit, spiritus sancti
ignem inijciat: si quis durum & contumax cor ha
buerit, eodem igne & molle reddat, & placabile:
si quis secus uiam multis cogitationibus conculcatur, interiora petat, neq his assideat quæ ipsum
unco ad se trahere annitũtur, ut bonarũ segetum
in uobis exuberantium prouentũ pulcherrimum
conspicemur. Hoc pacto nosipsos curabimus, &
incredibili desiderio hos spirituales sermões hau
riemus: & si non uno statim momento, paulatim
saltẽ omnibus secularibus molestijs liberabimur.
Quare summa nobis attentione elaborãdum est,
ne nobis dicatur quod aspidis surdæ aures habea
mus. Quid enim à fera talis differt auditor? Nónne omnibus brutis est rationis expertior, qui lo-
quentẽ deũ audire dedignat? Si deo placere ho-
minis est, qui audire negligit, quánam ratione id
assequetur? is profecto nihil differt à belua. Cõsi-
dera igit quàm turpe, quàm scelestum sit, cũ Chri
stus nos ex hominibus angelos fieri uelit, ex ho-
minibus in beluas spõte nostra mutari. Vẽtri em
seruire, & pecuniarum cupiditati semper inhiare,
irasci, mordere, calcitrare, non hominũ, sed belua
rum potius est. Atq singulę beluę singulos, ut ita
dicam, habẽt affectus: at homo diuina uita primũ
abiecta, omnia sibi pro arbitrio indulgẽs, nõ mo-
do belua, sed monstrũ multiforme & uarium eua
dit, neq ullam à natura ueniã meretur. A uoluntate
enim & sententia omnis ea malicia proficiscitur.
Sed absit, ut hoc unquã de Christi ecclesia suspi-
cemur: de nobis quidem meliora, & quæ ad salu-
tem faciant persuasimus. Verum quò magis hoc
nobis persuademus, eò uehementius rationibus,
quæ nos ab omni immũdicia præseruare possint,
inuigilabimus: ut ad ipsum uirtutum cacumen e-
uadentes, quæ nobis promittuntur bona conse-
quamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu
Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul
& spiritui sancto in secula seculorum, Amen. D

EX CAP. PRIMO HOMILIA II.

IN principio erat uerbum.] Superuacaneum iam mihi uidetur uos ad monitos facere, ut æquo animo, & attente meã accipiatis orationẽ. Si-quidem quamprimũ eius audiendę re ipsa incredibilem prę uobis tulistis cupiditatẽ. Hic enim concursus frequens, & diligens attentio, impulsioq & præparatio, ut ea uobis loca oc cupentur, unde clarius exaudiamur, nec non nostra in tanta angustia perseuerantia, quouscq spiri tuale hoc dimittat spectaculũ: ad hæc plausus, tu multus, & alia huiusmodi maximũ animi, & feruoris nostri sunt argumentũ. Quocirca superflua hac

hac admonitione omissa, illud uos admonendos A
hortandosq censeo perneccssarium, ut quo nũc
estis animo perseueretis, neq in hoc tantum con-
sessu, sed domi quoq uir cum uxore, pater cum fi-
lio inuicẽ de his frequenter loquantur, & ultro ci
troq suam & ferant & inquirant sententiam, ue-
lintq probatissimam hãc & pulcherrimã induce
re cõsuetudinẽ. Nec mihi quispiam dicat, pueros
in hoc occupari non oportere. Non enim tantum
opus est, ut his uacẽt admonitionibus, uerumetiã
solis: imbecillitatis tamen nostræ gratia hoc non
dicimus, neq eos à secularibus & terrenis rebus,
quemadmodũ neq uos a ciuilibus negotijs abdu
cimus. Atqui è septẽ his diebus unũ ad cõmunis
omniũ domini cultũ, seruitiumq colloeandũ me
rito arbitramur. Nónne ridiculum est, ut seruulos B
nostros in nostris semper negotijs occupatos ue-
limus, nos uero nullũ deo exhibere seruitiũ, præ-
sertim cũ nostra omnis seruitus nihil ei quicq cõ
ferat? Deus enim nulla re indiget, sed ad nostram
penitus redundat utilitatẽ. Vos autẽ ad spectacu
la filijs adductis, neq ad doctrinam, neq ad ullã
bonam frugem eos unq hortamini. Verũ si quid
sanctum, si quid spirituale comparandum, cogen
dumúe fuerit: inanem id appellatis solicitudinẽ.
Nónne irã dei in uos merito prouocatis, cum cæ-
teris rebus & certo tempore & diligenti cura ad-
hibita, in diuinarũ rerũ doctrina pueros exerceri,
molestũ intempestiuũq ducitis? Non sic, non sic,
inquã, fratres dilectissimi. Hæc profecto ætas his
maxime admonitionibus indiget: tenera est, & ci C
to quæ ei instillãtur, imbibit, & audita accipit: tan
quàm sigillo auditus ceræ hoc est puerorum ani-
mis impresso. Præterea & uita eis in aditu est, &
in ipsis fere ianuis, ut uel ad uirtutẽ, uel ad uitium
facile possit deflectere. Si quis igitur eos ab ipsis
incunabulis, & quasi uitiorũ uestibulis, ad uiã uir
tutis abstraheret, in habitu quodam & natura re-
cta uiuendi eos confirmaret: neq spõte sua facile
in deteriora prolaberentur, cũ eiusmodi à teneris
assuetudo ad uirtutem eos alliceret. Hoc pacto et
maiores diligentius obseruabunt, & reuerebunt,
& ciuilibus in rebus utiliores reperientur. Siqui-
dem ab ineunte ætate seniorũ mores edocebunt.
Neq enim fieri, ut sic dicam, potest, qui his aures
adhibet, hisq se apostolicis admonitionib. prom D
pto animo offeret: quin incredibile quoddam bo
num, siue uir, siue mulier, siue iuuenis, huius men
sæ particeps cõsequatur. Nam si beluas uerbis &
ratione nonnunq mansuetudinẽ erudimus, longe magis spirituali hac doctrina cum hominibus
cõmunicata id efficiemus, cũ utriusq, medicinæ
scilicet & eius qui curatur, maxima sit differentia.
Neq enim in nobis ea est, quæ in illis feritas: alte-
ra naturæ est, altera uoluntatis. Neq rationis uis
eadem, illa humanæ est sententiæ, hęc spiritus san
cti gratiæ & uirtutis. Quam si quispiam se cõsecu
tum desperet, intelligat feras mansuescere sole
re, & nunq sibi ipsi diffidet: frequenter hanc sibi
medicinã expetat, spiritus sancti leges omni tem
pore audiat, & repetita domo, quæ audierit, me-
mori tandẽ menti inscribat. Hoc pacto & spe bo-
na, & securitate uiuet plurima, ipsaq experientia
planè quãtopere proficiat, intelliget. Quippe cũ
diabolus diuinã legem animæ inscriptam, & cor
hominis dei tabulam factum cõspicatur, eo se am
plius conferre formidat. Vbi em literæ regię, non
aureo titulo, sed dilecti seruuli Iesu mẽti animoq
impressæ, exuperanti spiritus sancti gratia effuse
rint: ille nullo pacto perpeti, aut cõsistere potest,
sed longe formidolosus effugit. Nihil enim adeo
eius consilia perturbat et proterit, quàm qui ad di
uinarum rerum cogitationem animus erigitur, &
supernum hunc atq uberrimũ fontẽ haurire sem-
per desiderat. Eum, inquam, animum nihil huma
num, quamuis molestissimum perturbare, nihil
quãuis magnũ et exoptabile, inflare & superbia
efferre poterit: sed in tantis huius seculi fluctibus
perturbationibusq in multa uiuit tranquillitate.
Neq enim natura, sed mentis nostræ imbecillita-
te perturbamur. Nam si natura id nobis inditum
esset, omnes quidem homines necessario pertur-
barẽtur. Omnes enim idem nauigamus pelagus,
cuius & fluctuũ & tempestatũ immunes nullo pa
cto esse possemus. Quòd si extra huius insani ma
ris fluctus tempestatesq multi reperiuntur, pro-
cul dubio constat eos affectus, non à rebus huma
nis, sed animi tãtũ uitio insaniaq proficisci: quę si
tam firmo sisteremus proposito, ut omnes casus
facile toleraret, nihil nobis hyemis, nihil tẽpesta-
tis, quieto & tranquillo mari relinqueret. Verum
nescio quo pacto, cum nihil de his dicere propo-
suerim, in hanc diuerterim admonitionẽ. Ignosci
te quæso orationis nostræ lõgitudini. Etenim nõ
parũ ueritus sum, ne quando hoc uobis remissius
studiũ fieret, néue fastidio afficeremini, cuius nisi
dubius fuissem, nulla huiusmodi nobis orta esset
disputatio. Satis em id nobis omnia facilia & red-
dere & subministrare posset. Sed iam tempus est
propositã aggredi orationẽ: quare indefessos uos
huiusmodi certaminibus exhibeatis: & profecto
certamina nobis proposita sunt, aduersus ueritatis inimicos, qui pro uiribus omnia machinantur,
ut filij dei gloriam, imò potius suam aboleãt. Per-
petua enim diuina gloria eadem permanet, nihil
ob maledicã & scelestã linguã minor. illi aũt quẽ
se adorare profitent, euertere conati, corpus suũ
ignominia, animam supplicio, afficiũt. Quidnam
igitur hi nobis, qui hanc ueram doctrinã profite-
mur, dicunt: In principio erat uerbũ: hoc non om
nino æternũ significat: idem nanq & de cœlo, &
de terra dictum est. O dedecus, ô impietatem in-
credibilem. De deo tecũ mihi sermo est, & tu ter-
ram mihi, & terrenos homines affers in medium.
Igitur cũ homo filius dei dicatur, & deus utiq sit:
(Ego em dixi dij estis, inquit, & filij altissimi om-
nes) cũ unigenito de filiatione contendis, et nihil Psal. 81
ipsum hac in parte amplius, q tu habere dicis?
Minime, inquis. Dicis tamen, quamuis uerbo in-
ficieris. Quonã pacto? Quod te quoq per gratiã
profiteris adoptionem accepisse, & ipsum simili-
ter. Cum enim dicas non natura ipsum filiũ, nihil
aliud

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliud quàm gratiæ est, confirmas. Veruntamẽ uideamus quæ nobis adducũtur testimonia. In prin-
Gen. 1 cipio, inquit, creauit deus cœlum & terram, terra
1. Reg. 1 autem erat inanis & uacua. Et fuit uir unus de Ramathaim sophin. Hæc sunt quæ putãt firmissimã esse argumenta. Sed ut doctrinę nostræ ueritas ostendatur, ad comprimendam eorũ blasphemiã, quid habet similitudinis, creauit, & erat? Quid deus & homo? Quid pura commisces? Quid diuisa & separata cõfundis, & cœlestia ad terrena deducis? Hoc enim in loco, erat, proprium solũ significat: sed, in principio erat, & uerbum erat. Quem admodum igitur, est, uerbum, si de homine dicatur, presens duntaxat tempus signat: sin autem de deo, sempiternum atq; perpetuum: itidem et erat. Nam cum de humana natura sermo habetur, præteritũ tempus, & hoc ipsum finitum: quãdo uero de deo, æternitatem ipsam ostẽdit. Satis ergo fuerat ei, qui terrã & hominẽ audiret, nihil amplius de his cogitare, quàm eorũ naturę conueniat. Nã quod factum est, quocunq; tempore uel seculo factum sit, factũ est tamen: filius autem dei non temporibus tantũ, sed seculis quoq; omnibus superior
Heb. 1 est, quippe qui eorũ omniũ cõditor, et opifex est: Per quẽ, inquit, fecit & secula. Creator enim ante creaturas omnino esse cõstat. Cum uero quidam adeo stulti & insensati sint, ut, ppterea maius q̃dam de sua dignitate opinentur, his uerbis, creauit & fuit homo, auditoris præoccupant sententiam, & omnem impudẽtiam exuunt. Omne enim creatum, & cœlum & terra tẽpore creatũ, & temporale habet principiũ, neq; principio caret, quoniam creata sunt: itaq; cũ audis, creauit & fuit homo, nõ delirat, neq; stulta & superflua ingerit. Ego etiã & aliud maius afferre possum. Quidnam? q̃d si de terra dictũ esset, In principio fuit terra: & de homine, Quòd in principio fuit homo, neque sic quicquã maius præstantiusq; de his, q̃ quæ in præsẽtia cognoscimus, opinari nos oportuit. Terræ enim & hominis appellatio quæcunq; de se dicuntur, cõprehendens, nõ sinit nos quicq̃, quàm quæ & intelligimus & uidemus, excellentius cõiectari: quemadmodũ etiã si exiguũ quiddã & minimum de deo dicatur, nihil tamen humile, nihil abiectũ de se sinit existimari. Accedit ad hoc, q̃d de terra loquens, prosequitur: Terra autẽ erat ina-
Gen. 1 nis & uacua. Cum enim asseruerit quod terrã deus creauerit, eiq̃ proprios statuerit terminos: secure iam quæ sequuntur, enarrat, non ignarus neminem adeo stultum, qui sine principio ipsam & ingenitam arbitretur: terræ enim nomen & creauit sufficientia sunt, ut cuiuis etiam stolido persuaderi possit, neq; æternã, neq; ingenitã esse, sed ex eorũ numero, quæ tempore cõdita sunt. Præterea hoc uerbũ, fuit, de terra quidem, & de homine dictum non omnino esse signat, sed & hominẽ inde oriundũ, de terra autẽ qualis ea sit, nobis ostẽdit. Neq; enim solum dixit terram fuisse, sed etiã qua-
1. Reg. 1 lis fuerit, tenebrosa scilicet, et informis, aquisq; operta & admixta. Et de Elchana non dixit solũ q̃ fuit homo, sed etiã unde, de Ramathaim, inquit, sophin. De uerbo autẽ non ita loquitur, & profecto hæc inuicẽ conferre erubescimus. Nam si eos reprehendimus, qui illos cõferunt, quorũ magna est & uirtutis & morũ differentia, cum tamẽ una sit & eadem substantia: qui quorum & natura, & cætera omnia prorsus differunt, in comparatione adducunt, nonne ultimæ sunt dementiæ arguendi? Sed benignus nobis & propitius is adsit, quẽ illi tam perperam impieq; calumniantur. Huiusmodi nanq; disputationis necessitatẽ non sponte nostra aggressi sumus, neq; nos eam inuenimus, sed coacti eorũ perfidia, qui redẽptori suo bello indicto, hanc nobis purgandæ calumnię dederũt occasionem. Quid ergo dicimus? Quod erat, cũ de uerbo dicitur, perpetuum & æternum esse signat. Inquit enim. In principio erat uerbum, consequens autem erat apud aliquẽ esse: cum enim maxime hoc dei sit proprium, æternum, & sine principio esse, hoc primum posuit: deinde ne quis audiendo, In principio erat uerbũ, etiam ingenitum dixerit, hoc mox exposuit, anteq; quid esset dicatur, Erat, inquit, apud deum. Et ne omnino quispiã uerbũ ipsum id esse quod profertur, aut quod intra hominẽ est, arbitraretur: per articulum primum, ut iam diximus, & per secundam hanc adiectionem eam amouet suspicionem. Non enim dixit, in deo erat: sed, apud deum, in persona eius æternitatem nobis ostẽdens: quod apertius quoque significauit, cum subdidit, Et deus erat uerbum.] Sed factum est, inquit. Quid ergo obstitit, quin diceret, in principio fecit deus uerbum? Cũ de terra Moses loqueretur, nõ dixit, in principio erat terra: sed, in principio creauit deus terram, & creata fuit. Quid prohibuit Ioannem quoque eo dẽ modo exordiri, in principio creauit deus uerbum? Nam si de terra ita locutus est Moses, ne q̃s ipsam increatam arbitraretur, longe magis de filio loquentem timere Ioannẽ oportuit, si creatus erat. Mundus nanq; cum sit uisibilis, per se condi-
Psal. 1 torem suum prædicat. Cœli, inquit, enarrant gloriam dei: filius autem inuisibilis est, & creaturã lõge supra quàm dici possit, excedit. Quòd si illic, & si neq; uerbo nobis, neq; doctrina opus erat, ut creatum mundum disceremus, tamen manifeste id nobis ante oculos ponit propheta: multo magis de filio idem à Ioanne dicendum fuerat, si creAct. 3 atus fuisset. sanè quidem. Verum Petrus id manifeste, aperteq; professus est. Quonam in loco, & quomodo? Quando cum Iudæis disputãs his uerbis usus est, Quod dominum ipsum, & Christum deus fecit. Quicquid sequit̃ non addidisti, Iesum scilicet, quẽ crucifixistis. an ignoras eorũ de quib. sermo habet̃, partim immortalis naturæ esse, partim carnẽ accepisse? Quod si negas, & omnia simpliciter ad diuinitatem trahis, passibilem diuini naturam feceris: quòd si non passibilem neque actiuam dixeris, uerum si ex ipsa diuina & ineffabili natura sanguis emanauit, ipsaq; carnis loco in cruce clauis transfixa, & discerpta est, admittẽ dũ profecto esset commẽtum tuum: sin neq; ipse quidem diabolus hoc effinxerit, quanam ratione ipse

ipse ignorare assimulas? Indignam sanè cui ignoA scatur ignorantiam, & qualem neq; dæmones unquam simularũt. Præterea hæc nomina, Dominus & Christus, non substantiæ sunt, sed dignitatis: alterũ potẽtiæ, alterum unctionis. quid igit̃ de filio dei dixeris? Nã si, ut dicitis creatus esset, nullũ locum hoc haberet: nõ em̃ prius fuit, deinde ipsum fecit deus, neq; seruuli habet principiũ, sed eiusdẽ
Ioan. 18 naturæ atq; substantię. Interrogatus enim an esset rex: Ego ad hoc natus sum, inquit. Petrus autẽ de eo tanquam creatura quadam loquitur. Nam omnis ei de Christi humanitate sermo est. Et quid admiraris Petrum ita loquentem? quippe & Paulus
Act. 17 cum Athenien sibus disputans, hominẽ tantum ipsum his uerbis appellat: In uiro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eũ à mortuis: nihil de dei forma, neq; quòd ei æqualis sit, neq; q̃d B splẽdor gloriæ eius, meminit. Neq; immerito: nõ dum enim tempus uenerat, ut hæc diceret, sed satis adhuc erat, ut & hominem fuisse & à mortuis suscitatum intelligerent. eodẽ quoq; modo Christus fecerat, cuius exẽplo Paulus opera sua disposuit. Non enim cõtinuo suam reuelauit diuinitatẽ, sed ab ipso principio propheta Christus & simpliciter homo habitus est: deinde & uerbis, et operibus quod erat, ostendit. Idcirco Petrus hoc ordine usus, hanc primam ad Iudæos concionem habuit. Nam cum nihil de diuinitate eius adhuc manifeste accipere possent, in humanitatis eius sermonibus immoratur, ut eorum auditus his exerci C tus, demum se diuinitatis doctrina imbueret. Q̃d si quispiam omnem cõcionem altius percurrere uoluerit, perspicue hanc nostram deprehenderit sententiam. Etenim hominem ipsum appellat, & passioni eius, resurrectioniq̃, & secũdum carnem generationi insistit. Atqui & Paulus cũ eum ex semine Dauid secũdum carnem factum diceret, nihil aliud nos admonuit, quàm id factum à Christi humanitate sumptum esse, quod & nos confitemur. Verũ tonitrui filius de dei ineffabili, & sempiterna essentia nunc loquitur. Propterea non fecit, sed erat, posuit. Oportebat enim, si creatus esset, id maxime definire. Quòd si Paulus ueritus est, ne stultorum aliquis suspicaretur filium patre maiorem fore, & genitorem ei subiectum, & idcir
1. Cor. 15 co ad Corinthios scribens, inquit: Quòd omnia D Christo subiecta sunt, præter illum qui subiecit ei omnia: licet absurdum fuisset, quempiam suspicari, patrem unquam filio cũ cæteris omnibus subiectum iri: has tamen, etsi nulli nixas rationi, suspicationes formidauit, addiditq̃, præter eũ qui subiecit ei omnia: longe magis Ioannem, si creatus esset filius dei, timere, ne quis increatum æstimaret, & hoc ante omnia edocere oportuisset. Nunc autem cũ genitus sit, merito sanè neq; ipse, neq; alius, siue apostolus siue propheta, creatum eũ asseruit: sed neq; ipse unigenitus, si esset creatus, subti cuisset. Qui enim tam humilia, & abiecta propter humilitatẽ loquitur, id nullo pacto prætermisisset. Neq; enim absurde arbitror quam haberet magnitudinẽ & præstantiam tacuisse, potius q̃ eam quam non haberet silentio præteriisse, neq; signifi casse qualis esset. Illud enim nõ immerito fileri poterat, ut humanũ genus humilitatis admoneret: hic autem ne minimã quidem silentij causam inueniẽs. Quanam enim gratia, si creatus esset, id tacuisset, & multa de se prætermisisset? Nã si ut nos humilitatẽ edoceat, abiecta quædam sæpenumero de se, etiam minime digna loquitur, multo magis si creatus esset, aperte dixisset. Nónne uides ipsum ne quis ingenitum crederet, ad id ostendendum, & re & uerbis summa ope contendere, ut etiam & dignitate, & substantia sua indigna loquatur, & in prophetæ humilitatem descendat? Illud enim, sicut audio, iudico: & ille mihi dixit, quid dicam, & quid faciã, & à meipso non loquor: & alia huiusmodi prophetarum duntaxat uerba sunt. Si ergo ut hanc tolleret suspicionem, tam uiles de se sermones, tam humiles non est dedignatus: lõge magis si creatus esset, ne quis ipsum increatum suspicaretur, multa huiusmodi protulisset in medium: ut exempli gratia. Nolite arbitrari me genitũ esse à patre, creatus sum nõ genitus, neq; illius substantiæ sum. Nũc autẽ omnino contrà, ea loquit̃, quæ etiam inuitos cõtrariam accipere cogant sententiam: ut illud, Quia ego in patre, et pater in me Ioan. 14
est: &, Tanto tempore uobiscũ sum, & nõ cognouistis me: Philippe, qui uidet me, uidet & patrem: & sicut pater suscitat mortuos, & uiuificat: sic & filius quos uult uiuificat: &, Pater meus operatus est usq; modo, & ego operor: &, Sicut cognoscit me pater, & ego cognosco patrẽ, & in omi scriptura unũ & idẽ se esse cũ patre asserit. Autoritatẽ autẽ & potestatẽ & his, & alijs plurimis locis manifestat: ut cũ inquit: Tace, obmutesce. Volo mũdare. Surde & mute spiritus, ego tibi præcipio exi ab eo: &, Audistis quia dictũ est antiquis, nõ occides: ego autẽ dico uobis, qui iratscitur fratri suo, reus erit iudicio, & plura huiusmodi. Addo etiam miracula, hæc omnia satis idonea sunt ad eius uirtutem, potẽtiamq̃ ostendendam: imò & minima eorum pars, plurimũ etiam insipientiores & adducere, & persuadere posset, ut crederent: sed profecto earum est inanis gloria uirium, ut uel ad manifestissima quæq; eorũ, qui ipsi succumbunt, mentis aciem perstringat, & in rebus luce clarioribus dissentire, ac contendere persuadeat: eos autẽ qui ueritatem probe tenent & intelligunt, in dissimulationem cõtradictionemq̃ abhortetur, quod ludæis usu uenit. non enim ignorationis gratia dei filium abnegarũt, sed ut apud populũ plurimum Ioan. 12
& autoritatis, & honoris cõsequerentur. Ex principibus enim, inquit, multi crediderũt in eum, sed propter pharisæos non confitebantur, ut de synagoga non eiicerẽtur: potius enim hominũ quàm dei gloriam optarunt. si quidem nullo pacto fieri potest, ut is qui tanto studio seculari gloriæ seruiat, diuinam unquã assequatur. Idcirco his uerbis Ioan. 5
reprehẽduntur: Quomodo potestis uos credere, qui gloriam inuicẽ accipitis, & gloriam quæ à solo deo est, non quæritis? Intolerabilis quædam ebrietas est inanis gloria: ideoq; quem sue subiecit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditioni,is ægre in sanitatem restituit. Et quam pestifera tabe infecit animam, à cœlo abscissam terræ affigit,neq; eam amplius sinit,ut ad uerã lucem dirigere possit intuitum:sed in huius seculi sordibus semper eius persuasione deuoluitur, & domi nos nobis tam potẽtes imponit, ut etiã sine iussu aliquo nos exuperẽt,nobisq; perpetuo dominentur. Qui enim hoc morbo afficit, nullo præcipiente omnia sua sponte operatur, quæ dominis suis placere,quibusq; plurimum eos lętari arbitratur. Etenim pulchra ueste eorum causa induitur, faciemq; ornat non sibi, sed alijs:caterua sequentium stipatur,quò omnes ipsum admirentur: quicquid denicq; facit,aliorum tantũ gratia facit. Num quicquam posset esse molestius? Vt alijs admirationi sit,præceps frequenter agitur. Vis eius intellige- B re tyrannidem? Satis tibi ex Christi uerbis constabit. Audi & quæ sequuntur. Nam si quempiã negociatorẽ, qui preciosissimas sibi merces magno auri pondere compararit, rogaueris quanam gratia tantũ auri profundat, quidue tantus sibi sumptus uelit:nullã aliam ab eo rationẽ accipies, quam ut populo placeat. Quòd si deinde qd populus sit, percõtaberis:quiddã, inquit, tumultus perturbationisq; plenum, & stultícia maiori ex parte constans,atq; compositum temere, per maris fluctuaria & pugnante sententia sępenumero iactatũ. Qui igitur sub eiusmodi dominij seruitio premitur,nonne omniũ est sanè miserrimus? Veruntamen qui secularem uitam agũt, si his se affectibus deuinxerint, etsi graue sit, leuior tamen est reprehensio. Qui uero terrena se abiecisse,pfessi, ea tamen auidi inhiant,hi grauius sunt accusandi: illis enim pecuniarũ tenus damnum,his autem ad animam usq; periculum extẽditur. Nam cum secularis gloria fidei rectitudinem mutarint, & deum ut ipsi laudentur, cõtempserint: dic quæso, quo damno,qua insania afficiuntur? Alij animæ affectus, & si magno sint homini nocumento, aliquam saltem afferũt uoluptatẽ, quamuis temporalem atq; breui duraturam. Nam qui pecuniarũ aut mulierum flagrant desiderio, easq; sectantur, nõnullam tamen cum damno uoluptatem, licet breuissimã, capiunt: quos uero hic morbus irretiuerit, hi semper omni priuati uoluptate uitam uiuunt & miserrimam. Neq; enim quod tantopere exquirũt, multitudinis gloriam assequuntur, sed cum ea frui uideantur, ea tamen omnino carẽt: cũ id nulli prorsus gloriæ sit adnumerandum. Ideoq; non gloria, sed inanis gloriæ opus appellatur. Inanem gloriã hanc maiores nostri omnes merito dixerunt: Inanis nanq; est, nihil in se habens neq; clarum, neq; glorioſum, tanquam personæ, quæ pulchræ quidem uisu, & decoræ, intus inanes reperiunt. Quare cum aspectu ipso elegãtiores appareant, nemem tamen unquam ad se amãdum allexerũt. Ita nihil etiam miserius ea quæ multitudine cõparatur gloria, difficilem nobis, & uiolẽtum affectum significat: aspectu nanq; solo pulchra, atq; elegãs uidetur, intrinsecus autem non inanis modo, uerumetiam ignominiosa crudelitatis & uiolentiæ A plena. Vnde igitur tam temerarius, tam insanus absq; ulla uoluptate affectus? Nõ aliunde sanè q; à uili & abiecto animo. Neq; enim fieri potest, ut qui gloriæ dulcedine capitur, magnum aliquid et egregiũ sapiat, sed ignominia illico ipsum notari necesse est, et animi abiecti, infamis, atque exigui existimari. Qui enim nihil propter uirtutẽ, sed ut hominibus & rudibus et indoctis placeat, operatur quiue in omni re fallacẽ hominũ atq; erroris plenam exquirit sententiã, quã is gloriã mereri? Animaduerte si quis eum percontaretur, quid tu multitudinẽ esse arbitraris? proculdubio & desidem, & nullæ bonæ rei deditam respõderet. Quid aũt? an ex illius numero fieri optares, si quis eundem iterum interrogaret, non utiq; mihi assensurũ persuadeo. Nõne igitur maxime ridiculum est, eorũ gloriam aucupari, quorũ ne similis quidem esse uelles? Si autem dixeris, multos etiam constantes uiros hac esse sententia, idcirco longe magis contemnendos dicimus. Nam si sponte sua cõtemptibles sunt, cũ multi fuerint maiorem in modum digni sunt qui contemnantur. Singulorum enim amẽtia simul collecta, multitudine ipsa fit auctior. Quamobrẽ si quis eos singillatim castigaret, facile quod uellet, assequeretur: sin cũctos simul, nullus esset correctioni locus, cum numero ipso stultitia crescat, et pecudum more ducantur, quocũq; inuicem secularem gloriam, atq; opinionem secuti. Agite, quid hanc popularem gloriam tantopere desideratis? Nolite, inquã, fratres, obsecro. Gloriæ nanq; cupiditas omnia cõmiscuit, auaritiam, inuidiam, calumniam, insidias peperit, & qui nulla affecti sunt iniuria, in illos qui nihil de ipsis male meriti sunt, & armat & efferat. Hæc amicitiæ & cõsuetudinis obliuiscitur. Nihil se pudet, sed omni abiecta uirtute omnibus bellũ indicit, semper inconstans, semper inuisa. Et sanè ira & uiolentus & intolerabilis morbus est, nõ tamen semper nocumẽto esse solet, sed duntaxat cum irritatur. Inanis autem gloria omni tẽpore pestifera est. Nunquam remittitur, nisi ratione & cohibeatur, & sedetur: semper præsto est, nõ solũ peccandi se hortatricẽ exhibens, uerumetiam si quid rectè faciamus, id è manibus summa ui eripere contendit, uel nihil rectè à nobis inchoari perficiq; permittit. Quòd si auariciam Paulus idolorum seruitutẽ D appellat, eius matrem, radicem, fontẽ, hoc est inanem gloriam, quo nomine digne appellabimus? Nullum quidem, si rectè eius malitiam cõtemplabimur, dignum inueniemus. Abstineamus ergo dilectissimi, & pernicioſum hoc exuamus uestimẽtum, quo discisso, & procul abiecto fiamus aliquando liberi, ueram induti libertatem, & ueræ nobilitatis, quæ à deo nobis elargita est, cognitionem nõ negligamus, sed secularem gloriam, qua nihil risu dignius, nihil turpius, nihil ignominiosius. Hoc multis sanè rationib. uideri licet. Siquidem huius gloriæ cupiditas, ignominia est. Est autem uera gloria, eam ut nullius momenti cõtemnere, & ad diuinam uolũtatem omnia & uerba & opera nostra dirigere, hoc pacto ab eo qui cũcta certa

certa ratione intelligit, mercedẽ accipere poterimus, si eo solo erimus spectatore contenti. Quid eñ nobis opus est, ut alij opera nostra inspiciant, cum is nos intueatur, qui unicuiq; pro meritis retributurus est præmium? Nonne hoc ridiculum atq; absurdum, cum quicquid seruus operatur, ad gratiam & amorem sibi domini conciliandum faciat, eoq; uidente & probante seruitiũ suum contentus sit, neque aliorum laudibus moueatur: nos cum tantum, tamq; summũ dominum habeamus, alios qui nos, & opera nostra uideant & probent disquirere? maxime cum nihil uel nobis utilitatis afferre, sed tãtum inspicere possint quæ facimus. Accedit ad hoc quòd omnis noster labor inanis fit, & irritus. Non ita obsecro dilectissimi, nõ ita: sed unde præmiũ nobis futurum est, inde totis ui- B ribus id cõparare curemus, deum operum nostrorum & laudatorem & spectatorem adhibeamus, nihil nobis cũ humano iudicio. Quòd si hanc gloriam assequi uoluerimus, tunc profecto cõsequemur, cum diuinam tantũ implorabimus. Qui me glorificat, glorificabo & eum, inquit. Et quemadmodum tunc maxime diuitijs affluimus, cum eas contẽnimus, & diuinas tantũ efflagitamus. Quærite, inquit, regnum dei, & hæc omnia adijcientur uobis. Itidem in gloria usu uenit, quando iam sine periculo & diuitiæ nobis, & gloriæ largiri possũt, tunc eas plena & exuberanti manu diuina nobis benignitas elargitur. Sine periculo autem tũc his fruimur, cum nos capere & exuperare nequeunt: neq; tanquã seruis imperant, sed nobis seruiunt, C easq; & domini & liberi possidemus. Propterea earum nobis amorem prohibet deus, ne turpi his seruitio subijciamur. Quòd si assequimur, incredibili nobis libertate omnia instaurat. Quid enim Paulo clarius? quid glorioſius? qui nõ humanam gloriam se quærere profitetur. Quid nihil habente, & omnia possidente locupletius? Cum enim, ut iam dixi, neq; pecuniæ, neq; gloriæ cupiditate uincimur, tunc eas affatim accipimus, tũc eis fruimur. Si igitur nobis gloriam cõparare cupimus, gloriam fugiamus: hoc enim pacto diuina seruare præcepta, & præsentibus bonis & futuris frui poterimus. Quorũ utinam fiamus participes, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cũ quo patri, simul & spiritui sancto glo D ria, in secula seculorum, Amen.

EX CAP. PRIMO HOMILIA IIII

IN principio erat uerbum, & uerbũ erat apud deum.] Bonarum artium præceptores, cum pueros doctrinæ rudimentis accipiũt erudiendos, nõ grauiori primum lectionum onere eorum mentes implicant: sed breuibus & ijsdem sępenumero repetitis præceptis, paulatim eos assuefaciunt, quo fit ut eorum animis facile doctrina inprimat, ne ab ipso eruditionis principio ad lectionum multitudinem capessendam, memoria nimis laborante perterriti, ad colligenda præcepta segniores reddantur, & doctrinæ difficulta te torpescant. Hũc & nos morem secuti, ut uos labore leuemus, paulatim hoc diuinũ pabulum distribuamus, uestrisq; instillemus pectoribus. Quare eadem iterum uerba proponam, nõ ut idem repetam, sed ut omissa adijciatur. Agite igit, In principio erat uerbũ, & uerbum erat apud deũ. Quanã ratione, cum reliqui Euangelistæ ab humanitate Christi suum orsi sint euangeliũ: nam Matthæus incipit, Liber generationis Iesu Christi filij Dauid: Lucas de Maria prima uerba facit: Marcus simili ferè utit principio, & de Ioanne Baptista illic nobis intexit historiam: Ioannes id breui prosequẽs, his uerbis significauit, Et uerbũ caro factum est, & reliquis prætermissis omnibus, conceptione, partu, educatione, incremẽto, quam primũ supernam nobis generationẽ aggreditur? Cur ita fecerit, iam uobis aperiam. Cum reliqui Euangelistæ circa carnem immorati essent, timendum erat ne iccirco nonnulli nihil altum, sed terrena dũtaxat & caduca coniectantes, in ea solum doctrina confirmarentur: quod & Paulus Samosatensis opinatus est. Ex hac igitur humilitate, qui lapsuri erant, in cœlum erectis, non immerito ab æterna & diuina essentia facit nobis narrationis principium. Cũ enim Matthæus ab Herode rege, Lucas à Tyberio Cæsare, Marcus à baptismate Ioannis exordiatur: his omnibus omissis Ioannes, supra omne tempus, & seculum ascendit, auditorũ animos ad id quod in principio erat erigens, neq; usquã eos sinit consistere, neq; terminũ aliquem ponit, quẽ admodũ illi Herodem, Tyberium, Ioãnem. Illud autem admiratione dignum est, quòd neq; Ioannes in ampliori narratione humanitatẽ contempsit, neq; illi cùm huic uacarent, sempiternam omnino siluerunt essentiam. Et sanè quidem: unus enim spiritus est, qui omnium mentes mouet: propterea ualde in narrationibus suis cõcordant. Tu autem dilectissime, cum uerbum hoc in loco audis, noli quæso ijs acquiescere, qui dicunt id uerbum esse, quod ore profertur, aut simpliciter uerbum: multa enim dei sunt uerba, quæ & angeli faciunt, nullum tamen eorũ deus est: sed & prophetiæ & præcepta, uerba dicũtur. Mos enim scripturæ est diuinas leges, & præcepta, & ꝓphetias uerbum appellare. Quare de angelis loquens: Potentes, inquit, uirtute qui facitis uerbum eius. hoc autem uerbum substãtia quædam est in persona, ex ipso patre sine passione proueniẽs, hoc, ut iam dixi, per uerbi appellationem manifestauit. Quemadmodum igitur, In principio erat uerbum, æternitatem significat: ita hoc, erat in principio apud deum, coæternitatẽ nobis ostẽdit. Sed ne hac particula, In principio erat uerbum, æternũ quidem, antiquiorem tamẽ aliquo temporis spacio patris uitam suspicareris, & unigenito dares principiũ, addidit: Hoc erat in principio apud deum, itidem eius æternitatem quemadmodũ patris significãs. Nunquam enim solus, & sine uerbo fuit, sed semper deus apud eum erat, & in persona quidẽ propria. Qua ergo ratione subdidit, In mundo erat, si apud deum erat? Quia & apud deũ erat, et in mũ- ꝓſal. 103

Universidad de Deusto
Biblioteca

do. Neq; enim aut pater, aut filius sine ullo cõpre henditur. Nam si magnitudinis eius non est finis, & sapientiæ eius non est numerus, neq; etiã substantiæ satis constat esse aliquod temporale principium. Cum audis, Quòd in principio creauerit deus cœlum & terram: quidnam per hoc principium intelligis? Certè quòd ante omnia uisibilia ea creauerit. Sic cum de unigenito dicatur, quòd in principio erat: ante omnia intelligibilia, & ante secula fuisse intelligas necesse est. Quòd si quis diceret: Si filius est, quonam pacto fieri potest quin patre sit minor? Quod enim ab aliquo est, omnino eo à quo fit, posterius esse oportet. Respondemus, has maxime humanarũ esse cogitationũ inquisitiones: & qui hoc quærit, inquirit etiã absurdiora: neq; auribus tantum accipienda hæc sunt. B De deo enim nunc nobis sermo est, nõ de humana natura, quæ nostrarum rationũ consequentiæ necessitatiq; subiecta est. Verũtamẽ pro infirmorum intelligentia, aliquod adhæc exemplũ adducemus. Age dic, quæso, Nũquid solis splendor ex ipsius solis natura emanat, an aliunde? necessario fatendum est, nisi penitus desipiamus, ex solis natura: quod cum ita sit, nũquam tamẽ ipso sole posterius ipsius radios fulgorẽq; dixerimus exoriri, cum sine his nunquã appareat. Quòd si in his quę ipso uisu & sensu percipiunt in corporibus: quod ex aliquo fit, nõ posterius eo à quo fit, esse aliquid manifeste deprehenditur: persuaderi nõ poterit, inuisibili, ineffabili naturæ eandẽ inesse potestatem, ut par est illius essentiæ? Propterea Paulus C quoq; ipsum, & ex eo, & coæternũ asseruit. Quid autem? Nonne & secula, & temporum spatia per ipsum facta sunt? omnia confiteamur necesse est, nisi insaniamus. Nulla igitur inter patrẽ & filium est differentia. Si nulla, nõ est filius posterius, sed coæternus patri. Ante enim & Post tẽpus significãt & ostendũt. Sine seculo, uel tẽpore, nemo posset neq; ante, neq; post intelligere. Tẽporibus autẽ & seculis omnibus superior est deus, atq; antiquior. Quòd si omnino filio principiũ esse cõtendis, caue ne patrem quoq; sub principio antiquiori quidem, sub principio tamen cõprehendere eadem ratione cogaris. Age, nunquid terminum aliquem, uel principium filio constituis, à quo ad superius illud procedens patrem superiorẽ esse dicis? Quid? Dic igit, quæso, quãto pater prior est, breuéne an longũ inter patrem & filium temporis spacium fuisse dicis? alterutrũ asseras, sub principio patrem comprehẽdas necesse est. Medium nãq; interuallum quantumcunq; sit, proculdubio metiris. Dimensio autem fieri non potest, nisi sit utrinq; principium, sub quo hoc pacto quantũ in te est, patrem constituis, neq; iam secundum nos pater sine principio intelligi poterit. Nõne assentis id uerum esse, quod à saluatore dicitur, ubique
Ioan. 5 potestatis ipsius argumentum: Qui non honorat me, non honorat patrem? Nec ignoro hoc uerbũ non facile à multis intelligi: idcirco pleriq; in locis sententias nostras afferre differimus, eo quòd reliquum uulgus eas capere atq; assequi nequeat: A neq; si assequeret, firmitudinis aliquid habet aut certitudinis. Humanæ nanq; rationes, & sententiæ incertæ sunt, atq; imbecilles. Libenter autem & illud negantibus ueritatẽ afferam, quod à propheta dicitur: Ante me non est factus alius deus, Esa. 43 & post me non est. Quòd si filius patre minor est, quo pacto, inquit, post me nõ est alius deus? Nunquid ipsius unigeniti tolletis substantiã? Necesse est enim aut hoc tam impie audere, aut in propria patris & filij persona unam intelligere diuinitatẽ. Quonam etiam pacto id uerum est, Et omnia per ipsum facta sunt? Nam si patris æuum antiquius, quomodo quę ante ipsum filium facta fuerũt, per ipsum facta sunt? Videtis ne in quantam temeritatem se adducant, qui semel ueritatẽ abiecerũt? Sed quamobrem non inquit Euangelista, ex nihilo factũ esse, quẽadmodũ Paulus his uerbis ostenRom. 4 dit: Qui uocat quæ nõ sunt, tãquam ea quæ sunt: sed in principio erat, inquit? Hoc illi contrarium est, nec immerito: siquidem deus neq; fit, neq; se quicq; habet antiquius, sed huiusmodi Gentium uerba sunt. Age & illud, Nonne rerũ omniũ conditorẽ longe omniũ excellentissimũ, præstantissimumq; dixeris? Quòd si itidem ut alia ex nihilo factus esset, ubi eius incõparabilis esset excellentia? quid item illud: Ego primus, & ego post hęc? Esa. 41 &, Ante me non est factus alius deus? Si ẽm filius non esset eiusdem substãtiæ, alter esset deus: si nõ coæternus, post illum: si nõ ex substantia processisset, factum esse constaret. Quòd si ad idolorũ simulachrorumq; differentiam, hæc dicta asserunt, cur eiusdem differẽtiæ gratia unum uerum deum dicere non consentiunt? Ac si ad eam differẽtiam hoc dictum esset, quonam pacto uerba omnia interpretaberis? Post me, inquit, non est alius deus: non filium his uerbis excludit post se nõ esse, sed deum fictũ. Esto sanè. Quid ergo quod ait, Ante me nõ est factus alius deus? Itáne hoc quoq; intelliges, quòd fictus deus ante eum factus nõ sit, sed tamẽ filiũ factum? Et quisnam hoc dixerit? neq; enim ipsum diabolum hoc dicturũ arbitror. Præterea si filius non est coæternus patri, infinitam eius uitam quonammodo dixeris? Nam etsi alicuius principium ducit, quamuis sine fine sit, non tamen est infinitus. Quod enim infinitũ est, utrinq; D fine careat oportet. Hoc Paulus his uerbis manifestauit: Neq; principium dierum, neq; finem ha- Heb. 7 bens: quibus uerbis et principio & fine carere plane demonstrauit. Quemadmodũ enim hoc nõ habet finem, ita neq; illud, cum neq; hic finis, neq; ille principium. Quonam autem pacto uita erat aliquando, cum non esset? Vitam nanq; semper & sine principio, & sine fine esse omnes cõfitentur. Si profecto uita sit, quemadmodũ est: Si uero est quando non est, qua ratione alijs uita esse potest, cum aliquando ipsa non fuerit? Quid ergo causæ fuerit, quòd principium Ioãnes posuit? In principio, inquit, erat. Considerasti hanc particulam, In principio erat, & uerbum erat nõ intelligis? Quũ autem de patre propheta diceret: A seculo & usq; in seculum tu es: nunquid ei terminum aliquẽ his uerbis

uerbis præscripsit? Nequaquã, sed eius significat A æternitatẽ, itidẽ hoc in loco intelligi necesse est: quippe cum nullum ei terminum constituat, neq; dicat principium habuisse, sed in principio erat. Hinc te adducit, tibi suadet, ut filium sine principio intelligas. Sed dixerit quispiam, patrẽ articuli adiectione, filium sine articulo positum. Quid ergo? cum Apostolus inquit: Magni dei, & saluato
Tit. 2 ris nostri Iesu Christi: & iterum, Qui est super omnes deos: sine articulo filij meminit. Itidem de pa-
Philip. 2 tre ad Philippenses scribens: Qui cũ in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem
Rom. 1 deo. Et ad Romanos. Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo: neglexit articulũ. Superuacaneum nanq; est ubiq; id præponere, præsertim cum superius eo frequenter usus B sit. Quemadmodũ enim de spiritu pater loquens,
Ioan. 4 inquit, Spiritus deus: neq; cũ spiritui articulũ non adiũciat, idcirco deum esse incorporeũ negamus: ita hoc in loco, quamuis filio articulus nõ præponatur, non propterea patre minor est deus. Quid tum, cũ & hunc & illum appellet, neutrius nobis diuinitatis ullam facit differentiam, sed prorsus contra. Nam cũ dixisset, Et deus erat uerbum.] Ne quis filij diuinitatem patre aliqua ex parte minorem arbitraretur, mox id affert, per quod eius suprema diuinitas manifeste significatur, & eius demonstrat æternitatẽ. Hoc enim erat, inquit, in principio apud deum:] & opificium addit,

Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum C est nihil, quod factũ est.] Quod potissimũ pater per prophetas ubiq; eius substãtiæ indicium esse prædicat, & frequenter in hoc demõstrando prophetæ uersantur, neq; hoc duntaxat, sed etiã summa ope ad idolorum simulachrorũq; gloriam tollendam contendunt. Dij, inquit, qui cœlum & ter
Hier. 10 ram non fecerunt, pereant. Et iterum: Ego manu mea extẽdi cœlum. Vt diuinitatem per hoc significari ostendant, idem frequenter meminerũt. Ioannes autem his solis uerbis nõ contentus, etiam uitam ipsum, & lucem appellat. Si igitur semper cum patre fuit, si omnia condidit, produxit, continet: hoc enim per uitam significatur, si uniuersa illuminat, quis nam adeo stultus, adeo temerarius est, ut dicat ex his euangelistam minorem diuinitatis uirtutem intellexisse, per quæ & æqualitas, et D idem esse uel maxime potest ostendi? Nolimus, quæso, creaturam cum creatore cõfundere, ne id audiamus, quòd seruierũt creaturæ potius quàm creatori. Quòd si de cœlis hoc dictum existimãt, ueruntamen cum de his sermo haberetur, prorsus tanquam gentile & impium creaturæ cultum exhibendum negauit. Absit igitur ut huiusmodi nosipsos maledicto subijciamus. Propterea uenit dei filius, ut nos ab hoc cultu liberaret: propterea serui formam accepit, ut ab hac nos eriperet seruitute: propterea iusputus est, propterea alapis cæsus, propterea mortem passus ignominiosam, atque turpissimam. Minime committendum est, ut nullum hæc nobis fructum afferant, & in pristinã rursus impietatem recidamus, imò longe grauio-

rem. Non enim creaturæ seruiẽdum est, & ipsum creatorem, quantum in nobis est, in creaturæ uilitatem adducendum. Ipse namq; qualis est permanet. Tu autem idem ipse es, inquit, & anni tui Psal. 101 non deficient. Ei igitur gloriam demus, ut à patribus & maioribus nostris accepimus, demus, in quam, gloriã & fide & operibus. Nulla enim nobis bonorum dogmatum ad salutem utilitas, si uita uitiorũ sordibus scateat & inquinetur. Quamobrẽ eam ita formemus & erudiamus, ut deo placeat, omni turpitudine, iniquitate, auaricia longe abiecta, & tanquam hospites & aduenas, & à terrenis rebus alienos nos exhibeamus. Et si quis diuitijs plurimis & possessionibus affluit, haud aliter his quàm colonus utatur, tanquam paulo post ea omnia uelit nolit relicturus. Et qui fuerit iniuria lacessitus, non modo memor nõ infigat pectori, sed quam primũ eam obliuioni prorsus mãdet. Non amplius una nobis die ad iram indulsit Apo
Eph. 4 stolus, Sol, inquit, non occidat super iracundiam uestram. Et merito quidem: nihil enim tam breui fieri potest molestius. Quòd si nox ira percitos nos comprehenderet, omnes operationes nostrę graviores subsequerent, cum ignis plurimum memoria excitet, si per ocium omnia animũ prouocantia, atrocius nobis reputentur. Priusq; iram igitur tam exitiali uacemus ocio, et uehementiorem flammam accendamus, prœueniendum præcepit, & quicquid pectus nostrũ urit, penitus extinguẽdum. Vehemẽs enim irę affectus est, & omi flamma uehementior: quare nobis celeritate opus est, ut hunc ignem extinguamus, nẽue ad summum eum euadere sinamus. Irę enim morbus, nisi mox sedetur, multas generat calamitates, domos & familias totas euertit, ueteres dissoluit consuetudines, & breui momento res infandas molitur: eius nanq; furoris impetus ipsi ruina, inquit, est. Quãobrem huic indomitæ beluæ nolimus habenas remittere, sed præduro freno, metu scilicet futuri iudicij, eã cohibeamus. Quotiescũq; dolore aliquo amicus te, uel familiaris affecerit, ad iramq; concitarit, ueniat in mentem quę tu contra deum cõmiseris, quodq; si à proximo offensam & contumelias æquo animo toleraueris, leuius in te dei iudicium
Luc. 6 prouocabis. Dimittite, inquit, & dimittẽ uobis. Cũ hoc succurrerit, omnis ultionis cupiditas continuo euanescit. Illud præterea animo frequenter uolutes uelim, & si quando in immanitatem aliquam, & furorẽ mox lapsurus te continueris, et si quando ira percitus, in alicuius iniuriam pernicie'm ue præceps irrueris, & utraq; inuicem tempora conferas, id enim non parum tibi ad correctionem profuerit: age, dic quæso, utrum tibi laudabilius duxeris, cum ab ira uictus es, an cum eam uicisti? Nonne uicti nosipsos reprehendimus uehemẽtius, & nemine nos accusante erubescimus, & multa nos operũ nostrorum subit pœnitẽtia? Verum cum affectus strenue superauimus, uictoris more & gaudemus plurimum, & exultamus. Victoria enim cõtra iram est, & quidẽ maxima, non cum ulciscimur iniurias, sed eum eas æquo animo

Universidad de Deusto
Biblioteca

toleramus. Hoc nāq; magnum est, hoc laudabile. Neq; cum ira excandescis, cuipiam mineris interitum, neq; in eum furibundus irruas. Neq; admonentem ut iram cohibeas, contenere uelis, ea gratia ne quis te forte irrideat. Nemo te hac causa irridebit, sed cum ira te traxerit in uindictam, uel si quis irriserit stultus erit estimandus. Tu uero noli inter stultos & amentes uictoriæ gloriam quærere, sed ea contentus sis, quam sapientum tibi iudicio comparaueris. Verum quid in paruo & humili hominum spectaculo te constituo? in ipsum cōtinuo deum oculos dirigas, qui te laudabit, neq; præterea ullam ab hominibus gloriā quærere oportebit. Siquidē huius seculi gloria ad gratiam sępe, nonnunquā ad odium tribuitur, neq; quicq; affert utilitatis: quod uero deus nobis indicat, nullam huiusmodi habet dubitationē, & plurimum qui à deo laudatur, utilitatis cōsequitur: hanc nos laudem, hunc honorem sequamur. Vis ne manifeste intelligere quantū mali afferat iracundia? Adsis cum aliquando quispiam rixatur, neq; enim in temetipso facile hanc possis deprehendere turpitudinem, tenebris & ebrietate ratione obuoluta, sed cum tui tibi affectus non dominantur, tunc in alijs rem tuam planissime cognoscas licet, cū incorrupte & uere iudicare poteris. Videbis nanq; iratos non secus ac insanos turpiter in mediū præcipites ferri. Cū enim circa precordia ira efferbuerit, os ignem emittit, tota inflatur facies, incōposite manus mouentur, ridiculè prosiliunt pedes, monitoribus & rixam dirimere conantibus insultant, in eosq; nulla ab insanientibus differentia irruunt: & cum hæc faciunt, tanquam amentes, nihil sentiunt, nihil intelligunt, sed asinorum more calcibus morsibusq; inuicem insultant. Et profecto iracundia percitus, nullum neq; decorem seruare potest, neq; modestiā. Hi igit homines post hanc ignominiam & domum & ad se reuersi, dolore simul anguntur & metu, cū intelligant quos læserint, quos furoris & insaniæ suæ testes habuerint. Quippe qui in illo furore nō secus ac mente capti, quid faciant non aduertūt: cum ad se redierint, tum demum omnia secum reputant, num amici, num inimici ei insanienti affuerint, num uiderint: pari enim ratione utroq; formidant, alios tanquam reprehēsores, & eos quorum præsentia magis sibi erubescendum sit: alios tanquam qui ipsorum malo, & ignominia plurimum gaudeāt. Quòd si ad plagas et uerbera inuicē proruperint, longe maiore formidine angunt, ne quid grauius ei qui cæsus est accidat, ne aut febris in mortē, aut ulcus insanabile, in ultimū eū adducat periculū. Et quid, inquit, mihi pugna opus erat? quid iniurijs? quid contentionibus? Hæc & illa pereant, & omnibus his terrenis rebus maledicunt, quę ipsis discordiæ præbuerunt materiam, & de dæmonibus conqueruntur, stultiores autem cum perperam quid operantur, tēpora malitiæ insimulant: nō tamen malitia temporum causa est. Neque enim mala sunt ipsa, neq; malus dæmon duntaxat, sed eorum malitia, qui à prauis se uinci patiuntur affectibus: hi dæmones allicium, et sibijpsis malorum omniū sunt autores. Sed intumescit cor, inquit, & iniurijs excādescit. Nouimus quid ira possit, et idcirco qui inanem hanc belluam exuperāt, eos maxime admiramur, neque deest, modo uelimus, facultas. Quamobrē cū domini nos & principes cōtumelijs prosequuntur, nō irascimur? an formido ira non minor nos absterret, neq; à principio iræ locum dare permittit? Quamobrem seruisępenumero à nobis maledictis affecti, silentio omnia perpetiuntur, an quòd seruitutis uinculo continentur? Tu autē noli solum dei timorem cogitare, sed etiam quòd ipse tibi iniuriam faciat, cū silentium indicit, & omnia æquo animo perferes. Dic te urgēti, Quid faciā tibi? alius mihi & dexteram, et linguam cohibet: hoc profecto uerbum et tibi, & illi fiet philosophiæ materia. Nunc aūt hominum gratia etiam intolerabilia ferimus, & adeos q nos lacessunt, huiusmodi sępenumero uerbis utimur: Ille me, non tu, lacessiuit. Verum deo non tantam adhibemus reuerentiam, & quænam nobis uenia speranda est? Agite, quæso, nosipsos alloquamur. Deus nunc nos lacessit, cum manus nostras cōtinet, ne prosiliamus cōtrà, neue nobis deus, q̄ homines sit despectior. Exhorruistis hoc uerbum? Verum ego non uerbum tantū, sed operationes exhorrere has uelim. Dei præceptū est, non modo nobis percutiētem maxillam, sed grauiorem etiam cōtumeliam perferēdam: nos uero uolendo penitus metui, diuinæ repugnamus uoluntati, ut nō modo mala perpeti recusemus, sed grauius etiam iniurias ulcisci adnitamur: qui nisi omni conatu ultioni inuigilemus, humilis nosipsos, & abiecti animi esse ducimus: & quod grauissimum est, nostram calamitatem, uictoriā nobis ducimus: & cum maxime ab ira uincimur, tūc maxime uicisse existimamus: & cū humi misere prostrati iacemus, innumeris à diabolo plagis, uulneribusq; acceptis, uictoriā reportasse cōtendimus. Quamobrē fratres uos ego & hortor, & moneo, ut uictoriiā ipsam cognoscere nō negligatis: eāq; prosequamini. siquidem malorū perpessio uictoria nobis est. Si igitur à deo laudum præconia cupimus, nō æterna certamina, sed diuinā legem in his seruemus certaminibus, & quicquid eueniat, æquo animo perferamus: hoc pacto ueteri, pstrata malitia, & præsentis seculi, & quæ in futuro nobis promittūtur bona consequemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

EX CAP. PRIMO HOMILIA IIII

OMNIA per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil, quod factū est.] Moses ueteris testamenti librum, historiamq; exorsus, quę sensu percipiuntur, ea nobis pluribus uerbis enumerat. In principio, inquit, creauit deus cœlum et terram. Gen. 1
Inde subdit lucem secundū cœlum, stellarum naturā, uaria animantiū genera creata, & cætera

tera denique omnia, ne singillatim prosequentes simus longiores. Hic autem euangelista omnibus his præcisis, atq; omissis, uno uerbo & ea, & lōge altiora cōprehendit, nec immerito: utpote cum satis cognita essent auditoribus, & ipse ad altiorem, præstantiorēq; materiam properet, & omni cōnatu non circa creata, sed ipsum omnium creatorem incumbat: idcirco ille quanuis minorē creationis partem aggrederetur: nihil enim nobis de inuisibilibus disputat uirtutibus: his tantū immoratur. Verum Ioannes ad ipsum omniū conditorē ascēdere festinans, merito & quæ ille prosecutus est, & quæ cōticuit prętermissis paucis, omnia cōprehendit. Omnia, inquit, per ipsum facta sunt: & ne putares quæcūq; Moses dixit, ea duntaxat Ioannem intelligere: infert, Et sine ipso factum est nihil, quod factum est: hoc est, eorū quę creata sunt, siue uisui, siue intellectui tantū subiecta, nihil sine filij uirtute productum est, uel conditū. Neq; cum dixerimus, Sine ipso factum est nihil: profecto id puncto notabimus, ut hæretici opinantur. Hi ēm cum uelint spiritum creatum esse, sic legūt: Quod factum est in ipso uita erat, uerum cum nulla profecto ratione hæc intelligi possit oratio. Primum nanq; neq; temporis huius, neq; propositi erat, spiritus meminisse: quod si ita ei uisum est, si ita placuit, quanam gratia tam obscure spiritus mentionem fecit? unde autem constat de spiritu dictum esse? præterea in hoc euangelio inuenimus, nō spiritum, sed filium, & seipsum factum. Verum excitemini ne hæc uos sententia fugiat, & agite, quæso, primum hūc textum secūdum eorum legamus opinionem: hoc pacto quàm perperam, impieq; eum interpretentur, planè intelligetis. Inquiūt igitur, Quod factum est in ipso uita erat: hanc uitam spiritum intelligi contendunt: sed hæc uita lux etiam inuenitur appellata, cum subdidit: Et uita erat lux hominum, ltaq; secundum eorum positionem, lux hominum spiritus dicitur. Quid ergo cū prosequitur, Fuit homo missus à deo, qui testimonium perhiberet de lumine? quod etiam de spiritu dictum confiteantur, necesse est. quod enim superius, uerbum, appellauit: id deinde, & deum, & uitam, & lucē, appellat. Vita erat, inquit, hoc uerbum: & uita, lux. Si igitur uerbum, uita est: uerbū autem hoc, & uita, caro factum est: uita facta caro est, hoc est uerbum. Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre.] Quòd si spiritū dicant hoc in loco uitam appellari, cōsidera quot sequerentur absurda. Erit enim spiritus incarnatus, nō filius, erit unigenitus spiritus. Quod si negaretur, in aliud longe absurdius, hoc euitato, prolaberentur. Nam si de filio hoc in loco intelligendum, & punctum illic faciendum cōtenderent, filium à seipso factum fateri cogerentur. Nam si uita est uerbum, & quod factum est in ipso uita erat, secundum eorū lectionem, ipsum in seipso, & per seipsum factus est. Deinde post nōnulla in mediū adducta, subdit: Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre.] Ecce unigenitus filius, eorū sententia spiritus sanctus esse inueniet: de eo enim hæc omnia narrata sunt. Animaduertis ne cum semel ueritas depraua tur, quò res euadat? quot impia, quot absurda pariātur? Quid ergo? non erit lux spiritus? est sanè lux, sed hoc in loco nequaquam de eo loquitur euāgelista: etenim deus spiritus, hoc est, incorporeus, appellatur: nō tamen ubicunq; mentio fit de spiritu, deus quoq; intelligitur. Et quid admiraris si de patre hoc dicimus, cum ne de paracleti quidem appellatione id dicere possemus, ut ubicunq; spiritus, illic omnino paracletus significetur, quāuis hoc nomen illius potissimum sit demōstratiuum? siquidem & Christus dei uirtus & dei sapientia nūcupatur, nō tamen semper sapientiæ & uirtutis dei appellatione filium dixeris intelligendum: Itidem hoc in loco, quamuis illuminet spiritus, minime tamen de eo intelligitur: sed quando eos iam his erroribus liberauimus, undiq; contra ueritatē insurgere adnitentes: eo quo primum asseruerunt modo legēdum, pertinaciter insistunt, uidelicet, Quod factū est in ipso uita erat. quid igitur & Sodomorū supplicium, & diluuiū, & gehenna, & innumera huiusmodi? Sed de mundi opificio sermo nobis, inquit, est. Sanè quidē & illa opificij sunt. Sed ut uehementius eorum reprehendamus positionē, per contemur eos, nunquid lignum uita sit? nunquid lapis? inanima hæc & immobilia. Verū & hęc omnino esse nata, & quisnam hoc diceret? nō enim ipsa uita homo est, sed uitam suscepimus. Et ut ordine hoc etiam in loco orationem prosequamur, animaduerte quàm inepte, quàm absurde, quāq; nulla ex parte spiritui quicquam consentaneū loquantur. Nam cū inde decidunt, ea hominibus attribuunt, quæ merito de spiritu dici arbitrati sunt. Veruntamen etiam sic ipsorum sententiam inquiramus. Vita, creatura hoc in loco intelligit: ergo & lux creatura est, & de ea uenit testimonium perhibiturus Ioannes: quamobrem igitur ipse lux nō est? Non erat, inquit, ille lux, atqui ex creaturarū erat numero. Quomodo ergo non est lux? Quomodo in mundo erat, & mūdus per ipsum factus est? Nunquid creatura in creatura erat, & creatura per creaturam facta erat, uel est? quomodo & mundus eum non cognouit? Quotquot autem receperūt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri.] Sed iā satis risimus: uobis has ineptias, hæc monstra considerauda dimittimus, ne risus moueudi duntaxat gratia hæc dixisse uideamur, & tēpus conteramus incassum. Nam si neq; de spiritu id dictum est: ut planè ostendimus, neq; de creatura, & eo quo asserunt puncto esset is textus distinguendus, illud unum sequeretur absurdissimum, quod ante diximus, filium per seipsum factum esse. Si enim lux uera filius est, lux autem hæc erat uita: uita autem facta est in ipso: eorū proculdubio sententia hæc coniungi, & in idem uenire necesse est. Quamobrem hac reiecta, ueram aggrediamur expositionem. Quæ nam autē ea est? ut post eam particulam, quod factum est, perfectum punctum apponamus: deinde clausulam incipiamus, In ipso uita erat: cuius particulæ sententia huius-

Universidad de Deusto
Biblioteca

modi est: Sine ipso factum est nihil, quod factum A
est. Si quid factum est, inquit, sine ipso factum nō
est. Vides quo pacto hac breui adiectione omnia
corrigit incōuenientia? ex ea enim particula, Sine
ipso factum est nihil: & adiectiōe, quod factū est:
intelligibilia cōprehendit, spiritū subtrahit: Quip
pe cū dixisset, Omnia per ipsum facta sunt, & sine
ipso factum est nihil: ne quis suspicaret, si omnia
per ipsum, spiritū quoq; per ipsum factum esse, ea
fuit adiectio necessaria. Ergo si quid factum est, id
per ipsum factum dixi, siue inuisibile sit, siue cor-
poreum, siue cœleste. Præterea non simpliciter di
xit, omnia: sed si quid factū est, hoc est genitū: spiri
tus uero ingenitus est. Vidésne doctrinā qua cer-
tissimam in memoriā reduxit sensibilium creatio
nem, quæ ante Moses edocuerat? Inde cū satis in
his profecerimus, ad altiora nos erigens, ad incor B
porea scilicet atq; inuisibilia, spiritūsanctū ab om
ni creatura seiunxit. Itidē Paulus gratia hac inspi-
ratus inquit, uniuersa in ipso cōdita esse, cuius a-
nimaduerte quæso certitudinē: ipse enim spiritus
in Paulo loquebat. Ne quis igitur eorū quæ à deo
creata factaq; sunt, quicquā subtraheret, eo quòd
sint inuisibilia: neq; his admisceret paracletū, sen-
sibilibus & quę cognitu facilia sunt prętermissis,
cœlestia his uerbis enumerat: Siue throni, siue do
minationes, siue principatus, siue potestates. Hęc
aūt particula, siue, singulis addita, nil aliud nobis
significat, q̄ omnia per ipsum facta sunt, & sine ip
so factum est nihil, quod factum est. Si uero hanc
præpositionem, per, significare diminutionem ar
Psal. 101 bitraris, audi prophetā dicentem: Initio terram tu
fundasti, & opera manuū tuarum sunt cœli: quod
de patre tanquā de conditore dictū est. Idem de fi
lio Paulus attestatur, nunquā profecto id assertu-
rus, nisi conditorē ipsum non ministrū opinaret.
Per ipsum autē, hoc in loco nulla alia ponitur gra
tia, q̄ ne ingenitū quispiā suspicaretur. Nam q̄ ex
opificij & generatiōis dignitate nihilo sit patre in
ferior, audi loquentē: Sicut pater suscitat mortu-
os & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. q̄ si
de filio etiā in ueteri testamento: Initio terram tu
fundasti domine, dictum est, manifesta est opificij
dignitas. Sin de patre prophetā id locutū dixeris,
quod de illo dictū est, Paulus filio attribuit, & ita
idem efficiet: neq; em̄ filio id Paulus tam cōstan- D
ter attribuisset, nisi proculdubio patri & filio pa-
res esse intelligeret dignitates. Vltimę nanq; & a-
mentiæ esset & audaciæ, quæ incorporali cōueni
rent naturæ, ea ad minorem, & quę illa indigeret,
deducere. Verū neq; minor est filius, neq; patris
indiget substātia: quocirca nō hoc modo de filio
Paulus audet profiteri, sed alia quoq; huiusmodi:
hoc enim uerbū, ex, quod tanquam dignū quod-
dam & præcipuum soli patri attribuis, filio quoq;
proprium his uerbis ostendit: ex quo totū corpus
per nexus & coniunctiones subministratū, & cō-
structum crescit in augmentum dei. neq; hoc solo
contentus, aliunde etiam nobis os obstruxit, cum
1. Cor. 1 illud uerbum, Per quem, quod diminutionem si-
gnificare arbitraris, patri attribuat. Fidelis enim

deus, inquit, per quem uocati estis in societatē fi- Rom. 15
lij eius. Et item per uoluntatē eius. Et alibi, quòd
ex ipso, & per ipsum, & ad ipsum omnia. Itaq; non
filio tantum hoc uerbū, ex quo, sed spiritui quoq;
attributum inueneris. Dixit enim ad Ioseph ange
lus: Noli timere accipere Mariam coniugē tuam, Matth. 1
quod enim in ea genitum est, ex spiritu sancto est.
Quemadmodum certe hoc uerbū, In quo, quāuis
spiritus sancti sit proprium, id tamē deo attribue-
re non recusat propheta, cum inquit. In deo facie-
mus uirtutem. Et Paulus obsecrans inquit: Si quo
modo tandem aliquādo prosperū iter habeam in
uoluntate dei uenire ad uos. Et iterum, In Christo
Iesu. Et huiusmodi frequēter uerba indifferenter
accepta inueniemus: quod minime fieret, nisi ubi-
q; eadem esset substantia. Ne autem ex ea partī-
cula: Omnia per ipsum facta sunt: de signis dictū
suspicareris: de his enim reliqui euangelistæ uer-
ba fecerunt, non multo post subdit: In mundo
erat, & mūdus per ipsum factus est.] Non autem
spiritus qui factus non est, sed omnē longe excedit
creaturam. Verum iam reliqua prosequemur:
cum de rerum creatione Ioannes uerba fecisset, q̄
scilicet, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ip-
so factū est nihil, quod est,] de prouidentia iam
sermonem aggredit. In ipso, inquit, uita erat.]
quod addidit, ne quis forte dissideret, quonā pac-
to tanta & talia per ipsum facta sunt. Nā quēad-
modum si ex profundissimo & iugi fonte quan-
tūuis aquæ haurias, nihil tamē his diminuitur: ita
in unigeniti operibus, quodcūq; ex his productū
C factum ue credideris, nihilominus effecit. Imò
ut propriori utamur similitudine, lucis, scilicet,
quam mox ipse subdidit: Et uita erat lux ho-
minum.] Quemadmodū, inquam, lux quantāuis
hominū multitudinem illuminaret, nihil splendo
ris remitteret: itidem deus & antequam mundum
condidit, & postquam conderet, idem perfectus
atq; integer permanet, nihil tāto & admirabili o-
pificio minor, nihil imbecillior. Quòd si innume-
ros huiusmodi esset mundos conditurus, omni-
bus tamen sufficeret, non modo ad creandos, sed
ad gubernandos. Vitæ em̄ nomen hoc in loco nō
modo creationis est, sed prouidentiæ ad perpetui
tatem. Necnō & resurrectionis rationem iam af-
ferre incipit, & admiranda hæc euangelia exordi
tur: adueniente autem ad nos uita, uis mortis pe-
rijt: & luce nos illuminante, tenebræ euanuerunt:
sed manet semper in nobis uita, & mors ei domi-
nari nō potest. Itaq; de patre dictū est, de hoc quo
que proprie dicet, quod in ipso uiuimus, & moue
mur, & sumus. Quod & Paulus his uerbis signifi- Col. 1
cauit: quia in ipso condita sunt uniuersa, & omnia
in ipsum creata sunt: quapropter & radix dicitur,
& fundamentum. Verum cum audis, Quod
in ipso uita erat,] noli suspicari compositum: alibi
enim de patre dicit, Sicut pater habet uitam in se,
sic dedit & filio uitam habere: sed ut patrem idcir-
co non dixeris compositum, quia uitā habeat, ita
nec filium. Etenim alibi inquit, quod lux est deus:
& iterū, quòd lucem habitat inaccessibilē. Hęc au-

tem

tem omnia singillatim prosecuti sumus, nō quòd A
compositionem ullam in deo suspicemur, sed ut
paulatim ad doctrinæ altitudinē euehamur. Cum
enim nō facile à multitudine intelligi posset, quā-
nam ratione in eius persona uita sit primum, id hu
milis tetigit, cum inquit, Dedit ei uitam habere.
Inde eruditos altius erigit his uerbis: Ego sum uita: & iterū: Ego sum lux. Et quēnā est hęc lux? Nō
quæ sensu, sed quæ animo percipitur, quæ ipsam
illuminat animā. Cum enim dicturus esset Chri-
stus, Nemo potest uenire ad me, nisi pater traxe-
rit eum: Idcirco hinc exorsus Euangelista, inquit,
ipsum esse qui illuminat: ut quamuis de patre ali-
quid eiusmodi audieris, non solius patris id esse,
Ioan. 16 sed filij quoq; profiteaeris. Omnia, inquit, quæcūq; B
habet pater meus, mea sunt. Primum igitur crea-
tionē nobis edocuit, deinde beneficia quæ in ad-
uentu suo nobis largitus est, uno uerbo cōmemo
rauit, significauitq; Euangelista, cum ait: Et ui
ta erat lux hominum.] Non ludeorū, sed hominū
omnium. Non enim ludęi duntaxat, sed Gentiles
quoq; in hanc cognitionem deuenere, & commu
nis omnibus proposita est hęc lux. Quanā aūt gra
tia non angelorū, sed hominū tantum lucē dixit?
quoniam ei in presentia de humana natura sermo
habetur: & ad homines uenit, ut uera & perpetua
eis bona annūciaret. Et lux in tenebris lucet]
Tenebras, & mortem & errorem appellat. Siquī-
dem sensibilis hæc lux, non lucet in tenebris, sed
omni luce penitus tenebræ carent. Prædicatio au
tem inter eum qui omnia comprehenderat, erro- C
rem effluxit, eumq; penitus aboleuit: & moriens
Christus sic mortem uicit, ut eos qui iampridem
morte detinerentur, liberaret. Cum igitur neque
mors, neq; error hanc lucem exuperet, sed charita
te incredibili propria ui ubiq; effulgeat: idcirco in
quit, Et tenebræ eam non cōprehenderunt.]
Quæ etsi uinci nequeat, non tamen illorum qui il
luminari nolunt, animis patit immorari. Quam-
obrem si non omnes cōprehenderit, nolite turba
ri. Non enim necessitate & ui, sed cum uolumus,
cum assentimur, deus ad nos uenit. Nolimus huic
luci, & tantis delicijs ostiū claudere: hęc lux per si
dem nobis exoritur, & exorta in eorum, à quibus
pie suscipitur, animis affatim radios diffundit: cui
si puram & immaculatā uitam exhibeas, semper D
Ioan. 14 tecum permanet, semper in te habitat. Qui diligit
me, inquit, præcepta mea seruabit, & pater meus
diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionem
apud eum faciemus. Quemadmodū enim solari-
bus radijs nemo clausis oculis frui potest, ita neq;
huius claritatis particeps abunde unquam fuerit,
nisi animi oculum ad eum & dirigat & intendat:
tunc enim quocūq; se uertit, facilis eis prospectus
patebit: quod ueniet, cum omnibus malis affecti
bus animū purgauerimus. Peccatū enim tenebræ
& uorago quædam profunda: quod uel inde pla-
nissime cōstat, q̄ clam & sine arbitris peccata cō-
mittunt. Quicūq; enim in facinora, sceleraq; pro-
labitur, odio habet lucē, neq; luci se credit: & quæ
occulte, & in abscōdito fiunt, etiam sunt dictu tur-

pia. Sicut enim in tenebris neq; amicus, neq; ini-
micus agnoscitur, sed omnia penitus ignorantur,
itidem in peccato usu uenit. Quippe qui lucro in-
hiat, nullam amici, inimiciue intelligit differenti-
am: & inuidus familiarissimum non secus quàm
inimicum conspicatur, & latrones similiter in o-
mnes bellum gerunt, omnibus insidiantur: & om
nino quicūq; se uitiorum sordibus coinquinant,
nihil ad rerum differentias dignoscēdas ab ebrijs
insanientibusq; differunt. Et quemadmodum no
ctu amoto lumine lignum, plumbum, ferrum, ar-
gentum, lapides pretiosos, & alia omnia eodem
modo & uidemus, & dijudicamus: ita qui sordi-
de, & uitiose uitam uiuit, neq; modestiæ uim neq;
sapientię discernit pulchritudinem. In tenebris e-
nim, ut iam dixi, pretiosi etiā lapides nullam spe-
ciem, nullum præ se ferunt fulgorem, non sua, sed
caligantium oculorum culpa. Neq; hoc duntaxat
nobis dum sub impia uitiorū tyrannide uiuimus,
molestum est: uerum etiam illud quòd formidine
propterea angimur, & ueluti qui per obscurā no-
ctem iter faciunt, ut nihil metuendum sit, metu ta
men cōcutiuntur: sic qui scelus aliquod admittūt,
etsi nemo id uideat, nemo reprehendat, nihilo ta-
men melius sibi fidunt, sed omnia formidant, om-
nia suspicantur: quippe qui perpetuis conscientię
stimulis agitantur, omnia formidolose circumspi
ciunt. Propulsemus igitur tam grauem, tam mole
stam uitam, cuius angorem mors sequitur, mors,
inquam, immortalis & perpetua, cui nullus sup-
plicij finis est. Adde quòd in hac uita nihil ab insa
nientibus hi differūt, qui terrenas res & breui du-
raturas tanquam in somnis suspicantur, uidentē di
uitijs affluere, cū nullis affluant: in delicijs esse, cū
non sint: neq; ante se deceptos intelligunt, quàm
ab insania liberentur, q̄ somnū discutiant. Quo-
circa ut sobrij simus & uigilemus, nobis Paulus
præcipit, & itidem dominus. Qui sobrius est & ui
gilat, quāuis à peccato capiatur, mox tamē ipsum
abijcit, fugatq;: qui uero somno aut insania cōpre
henditur, nō intelligit quo pacto sub eius detinea
tur seruitute. Quamobrem nobis nullus sit somni
locus: non enim noctis tempus est, sed diei, ut in
die honeste ambulemus. Etem̄ nihil peccato tur-
pius est, nihil ignominiosius. Et profecto si ad tur
pitudinis rationem referatur, tolerabilius est nu-
dos, q̄ in peccato & scelere deprehēdi: illud enim
non ita in culpa est, interdumq; paupertatis gratia
contingit: eo autem qui peccatorum sordibus in-
quinatur, nihil obscœnius, nihil contemptu di-
gnius. Veniat nobis in mentem, & diligenter cō-
sideremus eos, qui rapinæ & cupiditatis causa in
iudicium uocantur, quàm obscœni, quàm ridicu-
li appareant, cū omnia turpiter & iniuste fecerint,
omnes fefellerint, in omnia temere prolapsi sint.
Nos autē tam misere, tam infeliciter uitā agimus,
ut uestem præpostere indui non patiamur, imò
alios si id faciant reprehendimus: cū uero & nos,
& proximi nostri, capite ambulemus, non aduer-
timus. Quid enim eo turpius, qui assidue meretrī-
cios petit fornices? Quid contumelioso, quid ma-

ledico

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iedico, quid inuido risu dignius? Sed quamobrē non tam hęc turpia, quàm nudū ambulare uideatur? ex consuetudine: unde nemo unquam sponte sua nudus ambulare consueuit: illud autem omnes omni tẽpore, & sanè cõfidenter audẽt. Quòd si quispiam cum angelis haberet consuetudinem, apud quos nunquam talia committuntur, certo tunc quoniam ridiculum sit, intelligeret. Et quid de angelorum loquor cõsuetudine? in ipsis enim regijs apud nos, si quis introductam meretricem cognosceret, uel ebrietate, uel aliqua huiusmodi turpitudine dehonestaretur, ultimum daret supplicium. Quòd si hæc in regijs intolerabilia sunt, longe magis in conspectu summi & omnipotẽtis regis, cũ ubiq; præsto adsit, & quęcunq; audemus intueatur, meritis pœnis afficiemur. Quare uos et hortor & admoneo, ut in hac uita & sobrios nos & quietos exhibeamus: rex em̃ noster omnia nostra opera cõspicatur. Vt igitur hæc lux perpetuo nos illuminet, hos diuinę clemẽtię radios & quęramus, & efflagitemus, ita ut præsentibus his, & futuris bonis affatim fruamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

A

B

EX CAP. PRIMO HOMILIA V

VIT homo missus à deo, cui nomen erat Ioannes.] Cum de uerbo dei in euangelij sui principio ea Ioannes disseruisset, quæ mentes nostras facile allicere possent ad credendum, uia & ordine procedẽs ad ipsius uerbi præconem ac nũncium, & eodem quo ipse nomine appellatum, Ioannem scilicet uenit. Tu autem cum à deo missum intelligas, nihil iam humanum ab eo dici, anunciariue existimes. Non enim suum quicquã, sed mittentis arcana denũciat. Idcirco angelus appellatur, hoc est nũcius. Est enim nunciꝰ officium nihil ex se dicere. Fuit autem hoc in loco non tran situs ad esse, sed ipsius apostolatus est significatiuum. Fuit missus, inquit, pro missus est. Quomodo igitur textũ illum apostoli, Qui cum in forma dei esset, non eandem cum patre essentiam significare dicunt, eo quod non præponatur articulus. Ecce hoc in loco nullus præponitur, nũquid igit̃ de patre hic nõ loquitur? quid igitur dicemus prophetę dicenti: Ecce ego mitto angelum meũ ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te? Meum nanq; & tuum duas personas significat.

C

Phil. 2

D

Malach. 3

Hic uenit in testimoniũ, ut testimoniũ perhiberet de lumine.] Quid hoc, dicet fortasse quispiam, seruus de domino testimoniũ perhibet? Verũ cum non solum à seruo testimonio perhibitus sit, sed ad seruum etiam uenerit, & cum Iudæis baptizatus sit, nonne magis & cõmoueberis, & dubitabis? Sed quid perturbari commouericꝰ oportet? Admirare potius ineffabilem dei benignitatem. Quòd si quis adhuc in perturbatione dubius persistet, dic ad illum id quod ad Ioannem dixit: Sine modo, sic enim opus est nobis implere omnem iustitiam. Si uero amplius quis perturbabitur, & illud ad Iudęos dictũ adducet: Ego non ab homine testimoniũ accipio: dicetq; Si hoc non indiget testimonio, quanã gratia missus est à deo Ioannes? Respõdendum est, non propterea quòd ipsius testimonio indigeret: prophanum enim id asserere: sed ea quam ipse Ioannes subdit causa, Vt omnes crederẽt per illum.] Ipse autem Christus cum dixisset, Ego non ab homine testimoniũ accipio: ne apud indoctiores sibijpsi repugnare uideret, cum nunc dicat, Alius de me perhibet testimonium, & scio quia uerum est testimoniũ eius, Ioannem significans: nunc, non ab homine testimonium accipio, mox adiectione eam soluit dubitationem, inquiens: Sed hæc dico propter uos, ut salui sitis: quasi dicat, Deus ego sum, & dei unigenitus filius, & supernæ & immortalis substantiæ, nullius indigeo testimonio, & quãuis nemo hoc proferetur, nihil propterea natura mea fit minor, nihil deterior: sed cum mortalium salus mihi curæ esset, in hanc descẽdi humilitatem, ut hominis testimonio me subijcerẽ. Nam propter Iudæorũ imbecillitatem, hoc pacto melius faciliusq; fides in eum extẽdi propagariq; poterat. Sicut igit̃ carnẽ induit, ne si nuda se diuinitate exhiberet, omnes perderet: ita uirum qui se annũciaret misit, ut cum familiarem uocem populi audirẽt, facilius ad credendũ adducerent. Nam quòd nihil illo teste indigeret, satis quispiam esset, nuda duntaxat & aperta substantia potuit ostendere, atq; ita omnes in admirationem cõuertere: nõ tamen id fecit, quoniã, ut iam dixi, omnes perdidisset, cum nemo posset inaccessam illius lucis præsentiã tolerare. Propter ea, ut dictũ est, carnem induit, & uni cõseruorum nostrorũ de se testimoniũ mandauit, quoniam ad salutem nostrã omnia operatus est, neq; suæ duntaxat dignitati, sed auditorum usui facilitatiq; cõsuluit. Quod ipse quoq; his uerbis significat: Hæc dico propter uos, ut saluemini. Et Euãgelista cum de domino locutus dixisset, Vt testimonium perhiberet de lumine] addidit, Vt omnes crederent per illum,] quasi dicat, Ne putes hac causa testificatum uenisse Ioannem Baptistam, ut fidei ratione aliquid domino adderet, sed ut sui homines crederẽt per ipsum. Quòd autem ad hanc tollendam suspicionem hoc dixerit, ex sequentibus constat. Addit enim. Non erat ille lux.] Nam si non huius suspicionis gratia in hoc institisset, præteriisset simpliciter, & potius esset eiusdem rei repetitio, q̃ doctrinę clarior significatio. Quippe cum dixerit, Missus est ut testimonium perhiberet de lumine,] prosequitur Non erat ille lux.] Neq; id temere: sed quoniã frequenter apud nos qui testimoniũ perhibet, maior eo est, de quo perhibetur, & maioris plerunq; autoritatis apparet, ne qua de loãne huiusmodi oriretur suspicio, ab ipso statim principio eam penitus tollit, ostenditq; & quis perhibuerit, & de quo perhibitum sit testimonium, & quæ sit inter eos differentia, & in hoc eius incomparabilem enarrat essentiam. Et ita audenter iam reliquam aggreditur orationem.

Matth. 3

Nec

Nec non si quid absurdum temerariúmue oriebatur quo stultorum mentes cõmoueri potuissent, è medio diligẽter sublato, ita omnia persequitur, ut facile iam nullo impedimento doctrinæ suæ rationem edoceat. Oremus itaq; cum horum sensuum reuelatione, & doctrinæ huius ueritate, puram etiam uitam nullis his sordibus inquinatam. Siquidem nullus eorum usus est, nisi bonis illustrentur operibus. Quamuis enim fidem firmissimã, quãuis scripturarum sensus haberemus, à uitæ autem patrocinio & deserti essemus, & nudi, nihil nos à gehennæ ignibus eriperet, quin perpetua & inextinguibili flamma cõsumeremur. Quemadmodũ enim qui bene operantur, resurgẽt in uitam æternam: ita qui male, in supplicium æternũ, quod nullo unquam fine præscribitur. Quare omni diligentia, curaq; adhibita contendamus, ne quod ex uera & firma fide lucrum accepimus, operum prauitate perdatur: sed in hac uita totis uiribus Christi sectemur uestigia, cui beatitudini nihil est conferendum. Atq; utinam pure & sancte uiuẽtes, quæcunq; dicta sunt, ad dei gloriam referamus, cui honor, simul & unigenito filio, & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

A

B

EX CAP. PRIMO HOMILIA VI

ERAT lux uera, quæ illuminat omnẽ hominem uenientem in hunc mundum.] Propterea mihi iam diu dilectissimi filij, paulatim uos per scripturarum pascua ducimus, nec omnia simul diffundimus, ut facile quæ uobis committimus, & custodiatis, & seruetis. Quippe qui ædificando nondum primis compactis lapidibus, alios superimponũt, iam quassatum, & breui ruiturum struunt parietem. Qui autem his firmatis, & calce compactis opus reliquũ prosequunt̃, tutam & diu duraturam domum ædificant. Huiusmodi & nos architectos ad nostras confirmandas animas imitemur. Etenim nonnunquã ueriti sumus, ne recente, & adhuc imbecilli priore fundamẽto, aliarum speculationũ accessu, cum mens simul omnia assequi nequeat, priora illa offendantur, & pereãt. Quid igitur hodie nobis propositum est?

C

Erat lux uera, quæ illuminat omnẽ hominem uenientem in hunc mundũ.] Siquidem cum superius Ioannem uenisse dixisset, ut testimoniũ perhiberet de lumine, & quòd missus fuit: ne cuipiam ex testimonij nouitate, de eo q̃ testimoniũ perhibiturus est, aliquid suspicionis exoriretur, mentes erexit, & supra omne principiũ æternam, & nullo fine præscriptam dei prosecutus est essentiam. & quonã pacto filius hoc habere potest, inquis? De deo loquimur, & quonam pacto, interrogas? nõne times? nõnne exhorrescis? quòd si abs te quispiam quæret, quomodo immortalẽ uitam & corpora nostræ habituræ sint animæ: nõnne ridicula esset quæstio? ac si non humani esset ingenij eiusmodi inquirere, sed credere tantũ oporteret: neq; esset curiosius inuestigandum, quod sufficientem habeat sui demonstrationẽ, uel immẽsam promittentis potestatẽ. Nam cum animarũ & corporum nostrorum conditorem, qui omnẽ incorporalem excedit creaturam, sine principio esse asseramus: quánam ratione id factum sit, efflagitabis? Quisnam hoc incõstantissimi esse animi, & insanæ mẽtis indicium negauerit? Audisti, Erat lux uera.] Quid stulte & temere æternã hanc uitam humana ratione coniectari, atq; inuenire cõtendis? Haud fieri potest. Quid scrutaris imperscrutabilia? Quid circa incõprehensibilia inanem subis laborẽ? Quid inuestigas quæ nulla ratione possunt deprehendi? Inquiras quanta potes diligentia solarium radiorum originem: nõ sanè poteris, neq; indignaris, neq; tuam iniquo fers animo imbecillitatem. Quid igitur in maioribus tam audax es & temerarius? Tonitrui filius loãnes tuba personãs spiritali, nihil aliud quàm quod audierat à spiritu, inuestigauit: tu autem illius gratiæ expers, & penitus uacuus, manifestis humanæ naturæ rationibus illius cognitionis terminos superare contendis: propterea eò peruenire nunquam poteris. Tale enim diaboli ingenium est, tales insidiæ, ut eos qui nobis constituti sunt fines, transire persuadeat, ac si ad lõge meliores simus peruenturi: cum uero hac nos spe allexerit, diuina gratia priuauerit, tunc non solum nobis nihil amplius præstantiúsue elargitur (quonam enim pacto diabolus) sed ne in pristinam quidem cõditionem, ubi tute & secure cõmorabimur, reditũ permittit, sed passim trahit errantes, cum non habeant ubi possint cõsistere. His fraudibus primum è paradiso hominem expulit. Maioris nanq; cognitionis & glorię spe allectum, ab his quibus tranquille fruebat bonis deiecit: & non modo eum deo similem, ut pollicitus erat, non reddidit, sed sub mortis ditionem compulit. Non modo nihil amplius à ligni fructu assecutus est, sed ne cognitionem quidem, quam prius habuerat, retinuit, cũ multa se cognituru sperar et: tum primum erubuit, cum se nudum abscondit, cum antea nullo fuisset pudore confusus. Cum enim se nudum & uestibus carentẽ cognouit, & tristitia & dolore contabuit: quod ne nobis accidat, cõditori nostro deo pareamus, & eius præcepta omni diligẽtia obseruemus. Neq; præterea quicquam inuestigemus curiosius, ne accepta beneficia amittamus. Quemadmodũ hi qui cũ sempiternæ uitæ principium inuenire cõtenderint, etiam quæ assequi licuerat, amiserunt: neq; tamen quæsita assecuti sunt, cum minime potuerint, & à uera unigeniti fide deciderũt. Nos uero nullo pacto uelimus perpetuos, quos nobis patres nostri posuerunt terminos præterire, sed omni tempore spiritus sancti legibus pareamus: & cum audierimus, Erat lux uera, non ulterius inquirẽdo, quod inueniri non potest, persistamus. Nam si genitus esset ut homo, necessario differentiã aliquam esse inter genitorem genitumq; oportuisset: cum uero ineffabili ratione, & ut deũ decet, genitus sit, merito & ante & post, quæ particulæ temporis indicia sunt, in eum cadere nequeunt. Nam filius seculorum omnium est conditor. Ergo non pater, inquit,

D

Vestigijs patrum insistendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquit, est, sed frater. Quænam hæc necessitas? si patrem filiumq; aliunde ortos diceremus, id sanè sequeretur: sin hanc negamus impietatem, & patrem quidem sine principio esse, neq; ex alio genitum, filium autem sine principio, genitum tamen ex patre & sentiamus, & profiteamur: quid nos tã impiam cogit inducere necessitatem? nihil profecto. Splendor est, splendor autem cũ natura simul cuius est splendor intelligitur. Præterea Paulus filium splendorem appellauit, ut nullam suspicaremur patris & filij differentiam. Quod autem à superiori exemplo sequitur, absurde à stultis motam obiectionẽ tollit. Non enim ex splẽdoris, inquit, appellatiõe propria ipsum priuari persona existimabis: hoc impium est, & Sabellianorum, Marcellianorũq; insania, qua nos abiecta, in propria esse persona filium dicimus. Idcirco cum splendorem ipsum appellasset, addidit figurã esse substantiæ eius, quo propriam eius personam ostẽderet, & eius esse substantiæ cuius est figura. Non enim satis est uno, ut iam dixi, uerbo dei doctrinam hominibus ostẽdere, sed multa ex singulis collecta, quæ huic accommodentur materiæ eligamus, sic poterimus de diuina gloria digne loqui, digne autem dico, quantum in nostris uiribus est. Quòd si quis dei respectu digne se uerba facturum arbitraretur, contenderetq; ita se deum intelligere, ut ipse seipsum nouit, is maxime deum ignorat. Cum igitur hæc aperte uideamus dilectissimi, summo nobis studio insistendum est in ijs quæ nobis uerbi ministri, & qui certo id conspicati sunt, tradiderunt, & nihil ulterius cõtendamus. Duo nãq; mala & quidem grauia, hoc morbo laborantes circumueniunt. Primum quòd dum in his frustra inquirendo laborant, miseri fiunt, cum ea inuenire nequeant. Alterum quòd deum irritant, cum constitutos ab ipso terminos excedere conentur: quòd quãtopere deũ ad iram prouocet, cum plane omnibus constet, in præsentia omittamus: & eorum contempta dementia, quò perpetuo nos corroboret, eius sermones formidemus, quoniam inquit: Esa.66 Ad quem aspiciam, nisi ad humilem, & quietum, & metuentem sermones meos? Hac igitur pernicioſa inquirendi cura abiecta, nostra conteramus corda, peccata deploremus, ut à Christo nobis præceptũ est, & eorum gratia quæ perperã & inique egimus, compungamur: & summa cum diligentia quicquid superiori tempore ausi sumus, quicquid maligne cõmisimus, animo repetamus, atq; abijciamus. Ad quod multas nobis deus uias aperuit. Primum enim errata tua in deum confiteare, ut iustificeris. Et iterum: Dixi pronunciabo aduersum me iniquitatẽ meam domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. Neq; enim parum nobis confert ad magnitudinem peccatorũ immi nuendam frequens eorum memoria & accusatio. Est & alia operosior, ut nemini qui nos offendit succẽseamus, sed iniurias omnes magno & generoso animo obliuioni mãdemus. Vis & tertiam? audi Danielem. Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum. Accedit & alia, iugis scilicet oratio, & in deprecationibus ad deum, cum puritate perseuerantia, quæ non paruam nobis affert consolationem, & à peccatis nos abluit. Ieiunio ad hæc cum proximi charitate, maiorem in modum diuinã in nos iram extinguit. Ignem nãq; ardentẽ extinguit aqua, & eleemosynis purgantur peccata. Decursis igit̃ his ijs omnibus, & repetitis, in ijsdem assidue perseueremus, hoc pacto nõ modo præterita abluemus peccata, sed in posterum maximum cõsequemur emolumentum. Quippe qui nullam dabimus diabolo occasionẽ, ut nos in uitæ desidiam, uel in exitialem aliquem affectum pellíciat. Præterea neq; insanas disputationes, neq; noxias inducet cõtrouersias, ut ei moris est, cum ociosos nos & oscitantes, nullãq; quomodo ad uirtutis uiam dirigamur solicitudinem habere conspicatur. Hunc nos eius insidijs aditum obstruamus, uigilemus, sobrij simus, ut in hac breui uita paruo labore perpetua in externo illo seculo bona nobis comparemus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cũ quo patri, simul & spiritui sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

Sabellianorum & Marcellianorum hæresis

EX CAP. PRIMO HOMILIA VII

ERAT lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.] Nihil prohibet quin hodierna die eadem uerba repetamus, cum hesterna propter opinionũ expositionem, omnia cõplecti non potuerimus. Vbi sunt hi, qui ipsum uerum deum negãt? Ecce hic lux uera appellatur, alibi ipsa ueritas & uita, sed cum in eum locum uenerimus, apertius explicabimus. In præsentia autem necessarium est id charitati uestræ exponere. Si illuminat omnem hominem uenientẽ in hunc mundũ, quonam pacto tot homines sine lumine permanent? Neq; enim omnes Christum cognoscunt, quomodo ergo illuminat omnem hominẽ? Illuminat profecto, quantũ in ipso est. Si qui autem sponte sua mentis oculis conniuentibus ad huius lucis radios aciem dirigere noluerint, nõ ex luminis natura, in tenebris perstiterunt: sed malitia sua, qui sponte tanto se dono indignos reddiderunt. Nam si gratia in omnes diffusa est, non ludæum, non Græcum, non Barbarũ, non Scytham, non liberum, non seruum, non uirum, non mulierem, non senem, non iuuenem effugit aut dedignat̃, omnibus eadem est, omnibus se facilẽ exhibet, omnes pari honore aduocat. Qui autẽ eius munere frui negligunt, hanc suam cæcitatem æquo librẽt examine. Cum enim omnibus aditus pateat, & à nemine prohibeat̃, perditi quidam & nequam homines propria duntaxat malitia ingredi recusant. In mundo erat, sed non tanquam mundo æqualis, idcirco addidit: Et mũdus per ipsum factus est, quibus uerbis iterũ te ad æternam unigeniti reducit essentiam. Qui enim audit hunc mundum esse eius opus, nisi penitus insaniat, nisi inimicus gloriæ dei, atq; hostis sit, omnino uelit nolit ante opera sua eorũ conditorẽ fuisse confitea-

cõfiteatur necesse est. Quocirca magis magisq; in diẽs admiratus sum Pauli Samosatẽsis insaniam, quo uultu tã manifestæ audeat repugnare ueritati, seq; ipsum spõte sua in errorem præcipitẽ dare. Non enim ignoratione, sed consulto errauit, non secus ac ludæi. Nam quemadmodũ hi hominum gratia, fidei firmitudinem prodiderũt, & Christũ unigenitum, & dei filium intelligentes, principũ tamen gratia fateri noluerũt, ne e synagoga ejicerentur: ita & illum ut mulieri cuidam rem gratam faceret, salutem suam inquiunt cõtempsisse. Graue profecto & molestum quiddam est inanis gloriæ uis, quæ facile etiam sapientum oculos possit perstringere, nisi temperetur: & si ambitio hoc potest, longe magis hic qui ea uiolẽtior est affectus. Idcirco ad ludæos Christus, Quomodo, inq̃t, potestis credere, qui gloriam ab inuicẽ accipitis, & gloriã quæ à solo deo est non quæritis? Et mũdus eum non cognouit.] Hoc loco mundum, peccantium multitudinẽ, & terrenis rebus deditam, stultumq; & abiectum, & omnibus obnoxiũ perturbationibus uulgus appellat. Nam dei amici & uenerabiles illi uiri, etiã ante Christi incarnationem ipsum cognouerũt, & patriarcham eius præuidisse aduentum ipse Christus nominatim testatur. Abrahã pater uester exultauit, ut uideret diem meum, uidit, & gauisus est. Et quòd Dauid, ludæos arguẽs inquit: Quomodo Dauid in spiritu dominum ipsum uocat, dicẽs: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis? Et frequenter in eos inuectus, Mosi meminit: & quòd reliqui prophetæ eãdem habuissent cognitionem, apostolus Petrus, omnes prophetas à Samuele cognouisse eum, & eius aduẽtum multo ante tempore dixisse, his uerbis attestatur: Et omnes prophetæ à Samuele, & deinceps qui locuti sunt, annũciauerũt dies istos. Iacob autem & patri quemadmodũ auo & apparuit deus, & locutus est, multa & magna eis se daturũ bona pollicitus, quæ quidem re executus est. Ad hæc obiecerit quispiam: Quo igitur pacto multi prophetæ cupierunt uidere quę uidetis, & non uiderũt: & audire quæ auditis, & nõ audierunt? Nunquid non fuerunt eius cognitionis participes? Fuerunt sanè. Quod hac eadem particula, ex qua nõnulli ea cognitione priuatos fuisse prophetas arbitrati sunt, manifestum facere conabimur: Multi, inquit, cupierunt uidere quæ uos uidetis: nouerunt ergo ipsum ad nos uenturum, & quæ fecit, facturum. Nisi enim nouissent, nullo pacto uidendi flagrassent desiderio. Nemo enim quod ignorat, cupere potest. Nouerũt igit̃ ipsum dei filium ad humanum genus descensurum. Sed quæ nam sunt quæ neq; uiderunt, neq; audierũt? Ea quæ nũc uos & uidetis & auditis: siquidem & uocem eius illi audierunt, & ipsum uiderunt, non tamen in carne, neq; cum hominibus conuersantem, neq; nobiscum tam familiariter libereq; loquentem. Quod significauit cum non simpliciter dixit, cupierũt uidere me, sed quę uos uidetis, neq; audire me, sed quę uos auditis. Itaq; licet nõ ipsius aduentũ in carne conspicati sunt, uiderunt tamen ipsum futurum, quem cupiebant, & in quem credebant. Cæterum cũ nos gentiles accusant, & his uerbis percontantur: Quid superiori illo tempore, cum nondum humanum genus aspiceret, faciebat Christus? Quid tandem finem ipsum expectauit, ut nostræ saluti consuleret, cum tandiu nos neglexerit? Respõdebimus, quòd ante id tẽpus in mũdo erat, & opera sua summa curabat prouidentia, neq; à uenerabilibus illis & sanctis uiris ignorabatur. Si uero quòd non omnes eum tunc temporis, sed boni tantum, & uirtute prædíti & sanctimonia cognouerunt, idcirco incognitum dixeris: hac etiam ratione nunc incognitũ dixerimus, cum non ab omnibus cognoscatur. Sed quemadmodum in præsentia, nemo eorum gratia qui deũ ignorant, cognoscentibus nõ crederet: ita qui deũ superioribus illis temporibus dubitandũ est. Multis enim, &, ut rectius dicam, clatis illis & præstantibus uiris cognitus est. Quod si quis percontaretur, quamobrem non omnes ei tunc crediderunt, neq; seruierunt, sed iusti duntaxat: eum rursus interrogabo, quid hoc etiam tempore non omnes eum cognoscunt? Et quid de Christo loquimur? cur ipsius patris non omnes, neq; nunc, neq; antiquitus habuerunt cognitionẽ? Verum alij omnia sponte sua fieri aiunt, alij dæmonibus uniuersi orbis prouidentiam permittunt. Sunt qui aliũ præter hunc deum effingant, non nulli oppositam potestatem deum impie asseuerant, & leges eius mali cuiusdam dæmonis arbitrantur. Quid ergo? hac nos causa deũ esse negabimus, quoniã nonnulli ipsum negant, & malum ipsum esse profitebimur, quoniam malum impie autumant? Mitte, quæso, stultitiam, & ultima te insania liberũ redde. Nam si stultorum iudicio ad nostras mẽtes doctrina informãdas duceremur, nihil esset reliqui, quin eadem similiter cõprehenderemur insania. Nemo solem dixerit oculis noxiũ, eo quòd nonnulli uisu sunt hebetiori, sed q̃ accommodatissimũ, & exacutè intuẽtibus eius utilitas iudicatur. Neq; mel quispiam amarũ gustu iudicauerit, quoniam tale ægrotantibus uideat̃. Deum autem ex infirmorũ & ignorantium iudicio uel non esse, uel malum esse, aliquãdo rebus humanis prouidere, aliquando eas negligere opinari, non sani hominis, sed insani potius, & ultimo furore percíti merito dixerimus. Et mundus eum non cognouit, inquit, sed hi quibus mundus dignus non erat, eum cognouerũt: & causam ignorationis inseruit. Non enim simpliciter, inquit, Nemo eum cognouit: sed mundus eum non cognouit: hoc est, qui tantum mundo inhærent, qui mundo innituntur, qui terrena duntaxat sapiunt: sic etiam Christus eos appellare consueuit. Pater sancte, inquit, & mũdus te nõ cognouit. Neq; filium tantum, sed & patrem mũdus ignorauit, quemadmodũ diximus, Nihil etenim adeo mentem perturbat, q̃ secularibus his rebus inhærere. Cum igitur hæc nobis luce clarius pateant, huius mundi illecebras, carnalia q̃, & terrena totis uiribus abijciamus. Neq; em in parua re, & nullius momenti, sed in maximo bonorũ

Paulus Samosatensis

Ioan.8

Matth.22
Psal.109

Ioan.17

Universidad de Deusto
Biblioteca

detrimentũ accipimus, siquidem nullo pacto fieri potest, ut qui omnia ad præsentis uitæ uoluptatem refert, is cœlestibus bonis fruatur: sed necessarium est, qui terrenis rebus inhiat, à cœlestibus Luc.16 decidat. Non potestis, inquit, deo seruire, & mammonæ: unum teneamus, alterum odio habeamus oportet. Hoc quoq; ipsa rerum clamat experientia. Quippe qui pecuniarum derident cupiditatem, hi maxime sunt qui dei flagrant desiderio: at contrà qui illas præcipue admirantur, hi maxime sunt qui in deũ amorem habent remissiorem. Animus enim qui pecuniarum cupiditate distrahitur, non facile ab his abstinet, quæ deum ad iram prouocant: utpote qui alterius seruus sit domini, omnia ipsi contra diuinas leges præcipientis. Sobrij igitur sitis aliquando, & excitemini, & cui nostrũ B debeamus seruitium, intelligamus: eiusq; duntaxat regnum desideremus, clamemus, præterita de fleamus tẽpora, quibus mammonæ seruimus, cuius graui & intolerabili iugo abiecto, Christi iugum & leue & facile subeamus. Nihil enim eorũ quæ mammona, nobis Christus præcipit: siquidẽ illud omnium inimicitias, hic contrà omniũ amorem, omnibus salutem dicere. Illud nos luto & terræ affigens, neq; enim aliud aurum est, ne noctu quidem uel minimum respirare nos sinit: hic nos inani & superuacanea cura liberat, iubetq; ut in cœlo thesauros sine cuiusquam iniuria, propria iustitia recondamus. Illud post innumeros sudores atq; miserias, neq; nobis adesse, neq; auxilium in necessitatibus præstare potest, quamuis multa & C grauia perpessi simus, ut eius legibus pareamus, imò uehementiore afficit supplicio: hic etsi nobis amaritudinis calicem promittat, nunquam tamẽ nos sine mercede dimittit, sed incredibili liberalitate nos donat. Nonne summæ profecto dementiæ est tam leue, tam gratũ imperium, & tantis redundans bonis, ut ingrato & fœdissimo seruias tyranno, contemnere: cum nihil neq; in hac, neq; in æterna illa uita his qui ipsi parent & seruiunt, afferre possit utilitatis? Neq; id solum graue est, & molestum quòd nullum laborum præmium reddat, uerum quòd innumeris sibi obsequentes, ut iam diximus, malis accumulat: plurimi eñ ex his qui illic cruciãtur eo quòd pecunijs seruierunt, earũq; cupiditate indigentibus nihil erogarunt, pœnas D luunt. Quod ne nobis accidat, dispergamus, demus pauperibus, & noxijs huius uitæ curis, solicitudinibus, & eo, quod illic nobis impendet, supplicio animũ liberemus, & pro terrenis pecunijs iustitiã cœlo recondamus: perpetuos colligamus thesauros, qui unà in cœlum nobiscum euadere, & prosilire, & nobis periclitantibus præsto adesse, & iudicem cõciliare possint: quem si nobis propitium, ut optamus, & in hac uita, & in die illa habuerimus, fidenter his bonis fruemur, quæ in cœlis diligentibus se præparauit: quæ utinam omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

EX CAP. PRIMO HOMILIA VIII

IN propria uenit, & sui eum nõ receperunt.] Si priorum meministis sermonum fratres dilectissimi, fidentius iam quæ sequũtur super eis magno cũ emolumento ædificabimus: sic enim & uos melius edoceri poteritis, & nobis nõ multo opus erit labore, cũ ex discẽdi cupiditate acutius inspiciẽdi uia pateat. Qui enim id quod accepit amittit, semper indigeat oportet, nec ullo unquam tempore quicquam consequetur: qui uero accepta custodit, & his indies aliquid superaddit, ex discipulo quam primũ magister proculdubio euadet, nõ modo sibi, sed omnibus utilis. Huiusmodi ego hanc omnem cõcionem futuram ex pecto, hoc ex incredibili uestro audiendi desiderio, & mira attentione cõiectatus. Agite ergo tanquam sub certa & tuta custodia in animis uestris Christi thesaurum deponamus: & quæ nobis hodie proposita sunt, ea quantum nobis spiritus sancti gratia suppeditabit, explicemus. Dixerat euangelista: Et mũdus eum non cognouit: quod de superioribus illis temporibus locutus est: non immerito iam ad prædicationis tempora descendit, atq; in propria uenit, & sui eum non receperunt. Suos hoc in loco Iudæos appellat, tanquã populum potentem, & sub quo omnes ferme homines cõprehenderẽtur. Et quemadmodũ superius multitudinis amentiam admiratus, & de cõmuni natura erubescens, inquit, quòd mundus per ipsum factus est, nec tamen cõditorem suum cognouit: ita in hoc iterum loco Iudæorum multitudinis ægre ferens perfidiam, in grauiorem prorumpit accusationem: inquit enim, Et sui eum non receperunt: cum ad eos uenisset. Nec Ioannes solum, sed prophetæ quoq;, & deinceps Paulus hoc idem cõ questi sunt: & quidẽ prophetæ ex persona Christi clamauerunt: Populus quem ego nõ cognoui, ser Psal.17 uiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Et iterum: Quibus Esa.5 non est narratum de eo, uidebunt: & qui non audierunt, contemplati sunt, & inuentus sum à non quærentibus me. Palam apparui his qui me nõ interrogabãt. Paulus autem ad Romanos: Quid ergo, inquit? quod quærebat Israel, hoc non est consecutus, electio autem cõsecuta est. Et iterũ: Quid ergo dicemus? quòd gentes quę non sectabantur Rom.11 iustitiam: apprehenderunt iustitiam? iustitiam autem quæ ex fide est: Israel uero sectans legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Et sanè plurima admiratione dignũ est, quo pacto, qui in prophetarum libris educati, Mosen & reliquos deinceps prophetas singulis diebus plurima de Christi aduentu locutos audierant: præterea Christum signa & miracula quotidie facientem, & secũdum taxat uersatum uiderant, neq; sinentem adhuc discipulos, ut in gentes dispergerentur, & in Samaritanorum ciuitatem ingrederentur, neq; ipsum eas ingressum, sed ubiq; asserentem missum se ad oues quæ perierãt de domo Israel: tum cum signa uide-

uiderent, prophetas frequẽter audirent, quotidie A ab ipso admonerentur, tam surdi penitus, & cæci perstiterunt, ut nihil eos ad Christi fidem posset adducere. Gentiles autẽ nihil eiusmodi uiderant, nullos de deo sermones, ne in somnis quidem acceperant, sed in insanientiũ fabulis uersati, (hæc enim gentiliũ philosophia est) ac poetarum deliramenta euoluentes, lignis & lapidibus affixi incubuerant, neq; doctrinæ, neq; uitæ gratia quicq; utile, bonúmue conspicabantur. Eorum nanq; uita quàm porcina immundior erat, & scelestior. Et quid ita non esset? cum uiderent deos suos in omnibus flagitijs, sceleribusq; delectari, & uerbis quidem obscœnis, rebus autem obscœnioribus colí, quibus & festum diem, & cultum ipsis se exhibere arbitrabantur, præterea nefandis etiam puero- B rum cædibus uenerari: mirum si in his illos imitabantur? Hi tamen cum in imum malicię pelagus demersi essent, repẽte tanquam machina quadam ad superna impulsi ab ipso cœlo clari apparuerũt. Quonam pacto hoc factũ est, audi Paulum. Etenim beatus ille est qui hæc diligẽter inquirit, neq; cessat quousq; eorum causas inuenerit, & in omnes diffuderit. Quæ igitur est causa? & quamobrẽ ludæi tam obstinate induruerunt? audi, inquam, illum cui ministerium hoc creditũ est, & qui hæc aperit, hanc multitudinis soluens dubitationem. I- Rom.10 gnorantes, inquit, iustitiam dei, & quærentes propriam iustitiam statuere, iustitiæ dei nõ sunt subiecti, propterea ita induruerũt. Et iterum hoc idem C aliter interpretatus, ait: Quid ergo q̃ gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ est ex fide: Israel uero sectando legem iustitiæ, in legem iustitię nõ peruenit? Dic quare? Quia non ex fide: offenderant eñ in lapidem offensionis: hoc est, diffidentia eis horum malorum fuit causa, quã iustitia peperit. Cũ enim antiquitus, quàm gẽtiles & legem, & dei cognitionem, & alia quæ Paulus commemorat amplius & pfectius Iudæi habuissent, inde post Christi aduentũ eodẽ honore & hos illosq; ex fide uocatos uiderent, nihilq; circũsionis gratia post fidẽ se Gentibus superiores, stultitia sua in inuidiam exarserunt, & ineffabilem immẽsamq; domini nõ tulerunt benignitatẽ: quod nulla alia causa, quàm ex superbia & prauitate sua eis accidit. Quid eñ D omniũ stultissimi ob humanitatem clemẽtiamq; in alios collatam offendimini? Nũquid uestra bona aliorum communicatione minuebantur? Sed cæca profecto malicia est, quæ nihil opportunũ, nihil utile intelligere potest, sed quamprimũ omnium obliuiscitur. Offensi itaq; quòd socios eiusdem habituri essent familiaritatis, cõtra se ensem strinxerunt, & longe à se diuinam abiecerunt benignitatem. Nec immerito. Amice enim, inquit, Matth.20 non tibi facio iniuriam: uolo etiam & huic nouissimo dare sicut & tibi. Imò neq; digni sunt hi, quibus ita respondeat. Ille enim etsi ægre ferebat, narrare tamẽ poterat totius diei labores, erumnas, æstus, sudores: hi autem quid afferre potuissent, nisi desidiam, luxuriam, iniuriam, uitia, quæ semper

omnes prophetæ suis prosecuti sunt accusationibus, quibus non minus quam gentes deum offenderunt? Quod Paulus his uerbis significauit: Nõ Rom.3 enim est distinctio Iudæi, & Græci. omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiã ipsius. in qua epistola & utiliter admodum, & scite disputat. Cæterum superius grauiori eos supplicio dignos ostendit. Quicunq; enim in lege peccauerunt, per legem iudicabũtur, hoc est grauius: quippe qui cum natura etiam legem habent, quæ eos accusat, neq; hac tãtum causa, sed q̃ fuerunt apud gentes autores ut deo maledicerent. Nomen meum, inquit, per uos blasphematur in- Esa.52 ter gentes. Cum igitur hoc maxime eos offenderet (etenim ex circumcisione credentibus nouũ et admirabile uidebãt: idcirco Petrũ accusabãt quòd ad ipsos à Cæsarea rediret, q̃ ad homines habẽtes præputiũ diuertisset, & cum his comedisset. Qui cum dei intellexissent dispensationem, rursus admirabantur, quomodo inter gentes donum spiritus sancti diffusum esset, & stupore quodam nunquam tam inopinatam rem se expectasse significabant. hoc cum intelligeret Paulus maxime eos tangere, in eo immoratur, ut eorum tam inflatam contundat superbiã. & quonam pacto hoc faciat, uide. cũ de gentibus disputauerit, ostẽderitq; nullam eas habere excusationem, neq; salutis spem, & accurate eorũ peruersam doctrinam, & immũdam uitam accusauerit, ad Iudæos sermonem uertit: inde à propheta omnibus collectis, quibus ille asserit sceleſtos quosdam & dolosos, & subdolos, & quasi omnes simul inutiles factos, & neminem deum requirere, & declinasse omes, & alia huiusmodi, addit: Scimus aũt quoniã quæcũq; lex loquitur, his qui in lege sunt loquit: ut omne os obruatur, & subditus fiat omnis mundus deo. Omnes enim peccauerũt, & egent gloria dei. Quid te effers Iudæe? Quid superbis? etenim os tuum obstructum est, & tua periit audacia, & cũ omni mundo etiam tu factus es subditus: nec secus, ac cæteri omnes ut gratis iustificeris indiges. Oportebat si benignus eras & rectus, & debitã habebas in deo fiduciam, non hoc pacto his qui consecuturi erãt & misericordiam & salutem, pro humanitate inuidere. Maximæ enim prauitatis est, ut aliorum cõmoda iniquo animo quis ferat, præcipue si nullo suo detrimento id fiat. Nam si aliorum salus tuis cõmodis officeret, esset fortasse dolori tuo indulgendum, quanquam neq; hoc sapientiam deceat. Quòd si neque proximi damno aliquid tibi lucri, neq; felicitate detrimenti prouenit, quamobrem torqueris si quis gratis salutem assequitur? Oportebat sanè, ut dixi, si bonis, si probatis esses moribus, quæ gratis gentibus salus elargita sit, eam minime iniquo animo ferre. Cum autem domino eiusdem sis reus criminis, eumq; offenderis, alienis commodis doles & superbis, tanquam tibi soli sit obnoxius cui gratiam largiatur: hoc profecto nõ inuidiæ tantum, sed ultimæ dementiæ est, & quantumuis grauissimis dignum supplicijs. Superbiam nanq; malorum omnium in te plantasti radi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cem. Idcirco Sapiẽs principium eam peccati, hoc A
est radicem, fontemq; & matrẽ appellauit. per hãc
primus homo à tãta illa paradisi sede deiectus est,
per hanc qui eum decepit diabolus à tantæ digni
tatis fastigio decidit. Quare cũ uersutus ipse, atq;
scelestus huius peccati naturam uimq; intelligat,
quod ex ipso etiam cœlo possit creaturam deijce
re, hanc uiam aggressus est, cũ Adam è tanta glo-
ria deturbauit: quippe cum deo similem eum futu
rum polliceretur, superbia extulit, & ad ima præci
pitem deuoluit. Nihil enim tam alienum à diuino
amore hominem reddit, nihil tam facile in gehen
nam intrudit, quàm superbiæ insania, sub qua om
nis nostra uita immunda est, quamuis pudicitia,
uirginitate, ieiunio, oratiõibus, eleemosyna, quã-
uis omni denicq; uirtute præstemus. Immũdus, in- B
quit, apud deum omnis superbus. Coerceamus er
go hanc animi elationem, hũc fastum penitus tol
lamus, si mundi esse, & eo quod diabolo paratum
est supplicio uolumus liberari. Superbus em eo-
dem quo diabolus cruciatu damnatur: audi Pau-
1. Tim. 3 lum, Nõ neophytum, ne in iudicium incidat, & in
laqueum diaboli. Quod in iudicium? quem in la-
queum? In ipsam damnationem, & in ipsum sup-
plicium. Quo nam igitur pacto hoc euitare discri
men poteris? si tecum eius naturã, multitudinem
scelerum, tormẽtorum magnitudinem, & eorum
quæ in hac uita pulchra uidentur fluxũ, imbecilli-
tatemq;, nihil à fœno differentem, & uernis flori-
bus languidiorem reputabis. Si hæ frequẽter ani-
mo insederint cogitationes, & eorum qui recte ui C
xerunt meminerimus: nullo nos conatu, nullis ui
ribus diabolus inflare poterit, neq; occasionem ul
lam aut causam qua nos oppugnet, inuenẽrit. Bo
nus autem & mitissimus humilium deus, ipse &
uobis & nobis cor contritum præbeat & humilia
tum, sic enim & hæc & alia bona opera de nobis
extare poterunt, ad gloriam domini nostri Iesu
Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul
& spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

EX CAP. PRIMO HOMILIA IX

IN propria uenit, & sui eum non rece-
perunt.] Clementissimus & benignis
simus deus, dilectissimi, omnia & fa-
cit & molitur, ut nos ad sectandas uir D
tutes illuminet, & unumquenq; bo-
num esse uult, neminem tamen cogit. Suadet au-
tem, ut recte faciamus: quicunq; ipsi assentiuntur,
& allicit, & trahit. Propterea cum ueniret in mun
dum, alij eum receperunt, alij neglexerunt. Nul-
lum enim seruorum deus uult inuitum, nullũ co-
actum: sed eos tantũ, qui spõte sua ipsum optant,
ipsum amplectũtur, & gratiam se ei seruitutis ha-
bere intelligunt. Homines em, utpote quibus ne-
cessario seruorum opera & seruitio opus est, im-
probos & dicto non audientes seruos, possessio-
nis iure coercent. Deus autem cum sibij ipsi suffici
at, & nullius indigeat, nostræ duntaxat salutis gra
tia omnia operat, nosq; ipsos nostri arbitrij & iu-
ris esse libere permittit. Idcirco cogit neminẽ, ad
nostram tantũmodo spectat utilitatẽ. Quòd si no
lentes ad seruiendum traheret, non secus eis debe
ret, ac si nullum præstitissent seruitium. Quanam
igitur causa, dicet quispiam, qui ipsi parere nolũt,
supplicio afficit? Quid minatur gehẽnam his, qui
præcepta transgrediũtur? Quoniam maiorem in
modum eorũ qui hortatu & suasionibus suis non
adducũtur, curam habet: & cũ bonus benignusq;
sit, nec resilientes missos facit, neq; fugientes ne-
gligit. Quamobrem cum priorem, hoc est, benefi
cij uiam contemnamus, nullisq; aut suasionibus,
aut præmijs obaudire uelimus, alterã pœnæ scili-
cet & supplicij aggreditur, amarissimam quidem,
maxime tamen necessariam: priore enim contem
pta, necessario secunda agendũ est. Nam & legum
latores multis & grauibus contra errantes suppli
cijs animaduerterunt, non tamen eos propterea
aspernamur, sed lõge magis sanctionum illarum
gratia ueneramur: qui nulla nostra re indigentes,
uel potius nescij qui futuri sint, qui ex ipsorum le-
gibus fructum sint percepturi, tamen uitæ nostræ
curam habuerunt, eosq; qui honeste & probe ui-
uunt, laudibus: qui male & perperã, supplicio pro
sequuntur, & à sceleribus arcent, ac si humanã of-
fendant societatem. Quòd si hos & diligimus, &
admiramur, nónne longe magis deus ob immen-
sam nostri curam amore nobis cõplectendus est?
Etenim maxima & illorũ, & huius erga nos pro-
uidentię differẽtia est. Ineffabiles profecto, & quę
omnem excedũt cogitationem diuinæ bonitatis
diuitiæ sunt. Considera quæso, In propria ue-
nit,] non suæ necessitatis gratia: sufficiens enim
est, ut dixi, per se diuinitas, sed ad suorũ utilitatem:
neq; tamen sui eum receperunt, neq; eum tantum
expulerunt, uerumetiam extra uineam eiectũ oc-
ciderunt. Non tamen dei benignitas eos à pœni-
tentia excluſit, sed tam benignum, tam facilem se
eis exhibuit, ut modo uelint post tantum iniquita
tem omnia abluere & delere peccata, per fidẽ pos
sint, & tanquam nihil unquam sceleris commisis-
sent, amicis annumerari. Quòd autem non falsò,
neq; inanis spei gratia hęc loquamur, ex apostolo
Paulo planissime constat, qui cum Christum post
eius mortem persecutus esset, & eius testem Ste-
phanum multitudinis manibus tradidisset, cum
primũ, pœnituit, & errata cognouit, atq; reprehẽ
dit: nec non ei quem tantopere persecutus erat, se
subiecit, & paruit, inter primarios & familiarissi-
mos in prædicatorem & magistrũ uniuersi orbis
assumptus est, cum paulò ante blasphemus fuerit,
persecutor, contumeliosus: ut ipse de dei salute be
nignitateq; exultans, nullo rubore testatur, sed li-
teris tanquã monumento cuidam quæ superiori
tempore temere cõmiserat, mandauit: melius ra-
tus pristinam uitam suam ab omnibus accusari,
diuini muneris magnitudinem ostẽdendo, quàm
si ineffabilem dei benignitatem ueritus, errorem
suum palam gentibus facere tacuisset. Propterea
aliquoties persecutiones, insidias, bella, quæ in ec
clesia molitus est, meminit, & nunc quidem: Non
sum dignus uocari apostolus, inqt, eo q; persecu-
tus

tus sum ecclesiam dei. nũc quòd uenit Iesus, ut sal A
uos faceret peccatores, quorum primus ego sum.
Et iterum: Audistis meam conuersationẽ aliquan
do in Iudaismo, q maxime persecutus sum eccle-
siam dei, & expugnabam illam. Tanquã enim ui-
cem Christo redderet patiẽtiæ quam ipse in se ha
buerat, ita prompte & ingenue, quãtopere à prin
cipio Christũ oppugnauerit, & quo pacto hostis
& inimicus sit salutem consecutus, profitetur, ex
quo bonã etiam spem desperãtibus præbet. Nam
propterea, inquit, se misericordiam à Christo con
secutũ, ut & patientia, & immensæ bonitatis eius
diuitiæ in ipso primum ostenderent, ad informan
dum eos qui crediturí erãt in illum in uitam æter-
nam. Grauiora enim commissa erant, quàm quæ
uenia digna essent, quæ quidem euãgelista osten-
dens, inquit: In propria uenit, & sui eum non B
receperũt.] Vnde uenit qui omnia implet, qui ubi-
q; præsens est? Quem locum aduentu suo uacu
um reddidit, qui omnia manu comprehendit, om
nia sustinet? Locum quidem illũ. Quomodo? des-
censu suo ad nos id fecit. Quoniam etsi in mũdo
erat, adesse tamen non uidebatur, cum adhuc non
cognosceretur: post autem se ipsum ostendit, cum
nostram carnem induere dignatus est, & hãc eius
apparitionem & descensum aduentum appellat.
Admiratione perfecto dignũ, ut discipulus in ma
gistrí sui cõtumelijs commemorandis non erube
scat, sed aperte omnia literis mandet. Etenim non
paruum ueritatis argumẽtum, Nam quem pudet,
gratia accipientium, non facientiũ contumeliam
pudere oportet. At hic post tantam iniuriam ma- C
gis etiam claruit, cum adeo hominibus contume-
liosis cõsuluerit. Illi autem iniqui & scelesti omni
iudicio apparuerunt, cum tam beneficum, tam li-
beralem tanquam inimicũ atq; hostẽ expellerent.
Neq; in hoc tantum sibijpsis obfuerunt, sed quod
non assecuti sunt, quæ essent, si eum recepissent.

Quotquot autem receperũt eum, dedit eis po
testatem filios dei fieri.] Quid non dicis nobis Io
annes eorum etiam suppliciũ, qui eum non rece-
perunt: sed tantũ quòd sui erant, & in propria ue-
niens, à suis minime receptus est? quod autem ex
hoc eis supplicium maneat, silentio præterijsti. Ita
enim maiorẽ in modũ eos perterrere, & duriciem
illam ingratitudinis mollire poteras. Quanã igi- D
tur gratia id subticuisti? Et quodnã maius sup-
plicium esse posset, quàm si in eorũ ponatur arbitrio
filios dei fieri, & nolint, sed sponte sua, tanta se no
bilitate, tanto honore indignos efficiant? Verum
enimuero non in hac duntaxat uita cruciabũtur,
cum nihil acceperint, sed in ignem damnabuntur
perpetuum, ut in sequẽtibus patebit. Hoc autẽ in
loco, eum recipientium immẽsa bona breui enar-
rat. Quotquot autẽ receperũt eum, inquit, de-
dit eis potestatem filios dei fieri.] Siue serui sint
siue liberi, siue Græci siue Barbari, siue sapientes
siue insipientes, siue uiri siue mulieres, siue pueri
siue senes, siue nobiles siue ignobiles, siue diuites
siue pauperes, siue principes siue priuati: omnes,
inquit, eodem dignati sunt honore. Fides enim &
spiritus sancti gratia, mortalium omniũ diuersita-
tem comprehendens, in unam redigit formam &
uno regio charactere imprimit. Quid huic huma
nitati par? Rex eodem quo nos luto formatus est.
Serui eandem cum rege naturam communicant,
& nonnunquã melioribus præditi sunt moribus.
Non dignatus rex in exercitum suum adscribere,
qui seruili sunt cõditione. Vnigenitus autem dei
filius neq; publicanos, neq; magos, neq; seruos, &
his etiam despicatiores, & pauperiores homines,
nonnullos etiam manco, distorto, & sordido cor-
pore in filios accipere non dedignatur. Tanta fi-
dei uis, tanta gratiæ exuberantia, & quemadmo-
dum ignis si metallorũ terram attigerit, eam quã-
primum aurum reddit: sic & longe magis pro lu-
teis aureos eos baptisma facit, quos abluerit, cum
spiritus sanctus tanquam ignis illa ipsa hora ani-
mos nostros ingrediatur, & terrena absumpta si-
militudine cœlestem illam nouam & claram tan-
quam ex fornace fulgentem referat. Et cur non di
xit, Fecit eos filios dei fieri? Vt ostenderet multa
nobis opus esse diligẽtia, ut adoptioni nobis per
baptisma impressam imaginem, puram seruemus
atq; intactam. Præterea quòd nemo hãc nobis po-
test auferre potestatem, nisi primum nobisipsis ab-
stulerimus: si enim qui ab hominibus autoritatem
aliquam accipiunt, tantum fere possunt, quantum
qui dederint: longe magis nos qui hunc à deo ho
norem assecuti sumus, si nihil hac indignum fece-
rimus potestate, omnium erimus potentissimi: cũ
qui hoc nos honore dignatur, inter omnes maxi-
mus sit & præstantissimus. Accedit ad hoc quòd C
per eam particulam, gratiam non temere, neq; si-
ne labore nostro in nos infundi significatur, sed
cum ipsi uolumus, tum eam inquirimus. In nostra
enim potestate est filios dei fieri. Quippe nisi pri-
mum ad eam accipiendam promptum animũ ex-
hibeamus, neq; diuinum ad nos munus accedit,
neq; quicquam in nobis operatur. Vbiq; igit non
uiolentum, non coactum, sed uoluntarium peni-
tus & liberum nobis ostendit arbitrium, quod in
hoc loco significauit. In ipsis enim arcanis & su-
pernis bonis, dei quidem est, dare gratiam: homi-
nis autem, fidem exhibere. Præterea non parua o-
pus est diligentia. Siquidem ad animæ puritatem
seruandam, nõ satis est baptizari duntaxat & cre-
dere: sed si perpetuo ea frui mundicia & pulchri-
tudine uolumus, dignam se uitam exhibere opor
tet. Talem se nobis deus exhibuit. Quòd em per
mysticam generationem omni priori crimine ab-
luamur, per baptisma nobis largitus est. Quòd au
tem in puritate mẽtis in posterum perstemus, ne-
que ullis amplius sordibus uitam coinquinemus,
nostræ uirtutis est & diligentiæ. Idcirco & genera
tionis modum memorat, & carnalium patrũ com
paratione hanc significat excellentiam, cum in-
quit: Qui non ex sanguinibus, neq; ex uolun-
tate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex deo nati
sunt.] Hoc autem fecit, ut utilitate & humilitate
prioris partus ex sanguinibus, & carnis uolunta-
te, & magnitudine, præstantiaq; alterius per gra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam coghita, magnũ quiddam inde de deo & genitoris nostri beneficio sentiamus, neq; paruam deinceps curam adhibeamus: uerum maiorem in modum nobis formidandũ est, ne pulchra hac stole, segnicie postmodum & sceleribus nostris sordidata, è cubiculo thalamoq; eijciamur: ut quinq; illæ uirgines fatuæ, & is qui nuptialem uestem non habebat: si quidem ille ex conuiuis erat, excluſus tamen est. Et quoniã inuitatus, & tanto acceptus honore, dominũ qui se inuitauerat cõtumelia affecit, audi cẽ miseram, cẽ luctuosam pœnam dederit: Cum enim ad tam splendidam, & tam lautam mensam ueniret, non modo conuiuio prohibitus est, uerum & manibus ligatis & pedibus in tenebras mittit exteriores, ubi & perpetuus fletus est, & stridor dentium. Nolimus igitur, nolimus, inquam, dilectissimi, fidem nobis ad salutem satis esse existimare. Nam nisi uitam puram exhibuerimus, & hac cœlesti uocatione digna nos induerimus uestimenta, quibus ad nuptias admittamur: nihil nos eripiet, quin eodem quo miser ille afficiamur supplicio. Etenim indignũ est, cũ deus & rex uiles & abiectos, & nullo honore dignos homines cõuocare, & à triuio ad mẽsam suam accersere non erubescat: nos tantã præferamus temeritatem, ut ne tanto quidẽ honore allecti, meliores efficiamur, sed post uocationẽ in eadem perseueremus malitia, adeoq; in incredibilem uocãtis insaniamus humanitatem. Nõ enim idcirco nos ad spiritualem hanc, & uerẽdam mysteriorum uocauit societatem, ut ueteri coinquinati malitia ingrediamur: sed ut omni abiecta turpitudine, non indignas regijs cõuiuijs uestes induamus. Quod si uocantis gratia nolumus, nostri saltem nos uocatione illa dignos exhibeamus. Siquidem nõ ille nos à tam admirabili conuiuarum cœtu, sed nosipsos eijciemus. Ille quod suum fuit, summa parauit diligentia: nuptias fecit, mensam sterni iussit, seruos uocatum nos misit, ueniẽtes benigne, & maximo honore accipere dignatus est: nos autẽ ipsum, cõuiuas, nuptias, sordidarũ uestium cõtumelia, hoc est, sceleribus nostris afficientes, non iniuria eijcimur. Hoc eñ pacto, & nuptias, & cõuiuas honorat, cum temerarios & impudentes expellit, aliter reliquos inuitatos offenderet. Sed absit, ut quispiam talem experiatur uocationẽ. Idcirco priusq; hæc fierent, mandata sunt literis, ut earum minis pterriti, nostros cõpesceremus affectus, neq; hãc ignominiã ad supplicium re ipsa, sed uerbotenus experiri sineremus. Cãdida igitur & pura stola induti in uocationẽ illam proficiscamur, quã utinã omnes cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cũ quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorũ, Amen.

A

B

C

D

EX CAP. PRIMO HOMILIA X

ET uerbum caro factum est, & habitauit in nobis.] Vnum uos in præsentia antequam ad euangelica uerba ueniamus rogatos uolo, id ne contemnatis, obsecro. Quippe cum nihil graue, nihil factu difficile petamus, neq; accipienti mihi solum utile, uerum exhibentibus uobis longe utilius. Quid igitur à uobis contendimus? ut una dierum in hebdomade, uel saltem sabbato, curæ uobis sit euangelicas legere lectiones, quas ante has conciones in manibus habere, domi frequenter repetere, earum diligenter sensum disquirere, quid clarum, quid obscurum in his sit adnotare uelitis, quid pugnare uideatur, cum nõ pugnet: ita omnibus penitus examinatis, his uos concionibus quàm attentissimos exhibeatis.

Hoc pacto non parum utrisque nostrum emolumenti proueneritis. Siquidem nobis non multo opus erit labore, ut euangelij uim ostendamus, cũ domi ipsam uobis sententiam quantum ad uerba iam familiarem reddideritis: uos autem & acutiores & perspicaciores efficiemini, non ad audiendum, & doctrinam duntaxat percipiendam, sed & ad docẽdum alios. Nam multi in præsentia hic audiunt, qui simul omnia euangelij uerba, & quæ super his à nobis dicuntur, memoriæ manda re conantur: non tamen etiam si annũ in hoc consumeremus, admodũ proficerent. Quamobrem? quoniam intempistiue, & in sola tantum ecclesia breui tempore meis uacant sermonibus. Quod si qui sunt qui negocia occupationesq;, & publicarum priuatarumque rerum curas causantur: Primum in hoc non parum errant, quòd in tot rebus uersantur, & ita semper secularibus negocijs affixi sunt, ut ne minimum quidem in his quæ maxime necessaria sunt, studium impendant. Deinde friuolam & nullius momẽti excusationem afferunt, cum accusari potius hac in parte eorum cum amicis possent consuetudines, & moræ in theatris & consessus, ut equorum certamina speculentur, in quibus sæpenumero diem totum consumunt: non tamen in his alias causantur occupationes. Præterea rebus uilibus & abiectis diligens adhibere studium potestis: diuinis autem si quando uacandum est, adeo uobis inutilia & nullius momenti uidentur, ut ne minimam quidem curam in his ponendam ducatis: & quonam pacto, qui ita sentiunt, spirare, solémue conspicari digni sunt? Est & alia his oscitantibus inepta excusatio, librorum uidelicet inopia. Et diuitibus quidem ad hoc respondere ridiculum est. Verum cum multos pauperes hac frequenter accusatione uti existimem, cum his parumper iocari atque ita eos pecontari placet, nunquid omnia artis suę habeant iustrumenta, etsi inopia in his comparandis admodum impediantur: nonne igitur absurdum est, hic non causari paupertatem, sed diligenter attendere, ne quid sibi ad artem suam necessarium deficiat: ubi autem tantam sint consecuturi utilitatem, occupationes deflere, & inopiam? Verum si quis tam pauper esset, ut nullo pacto libros sibi comparare queat, ei ex continua quæ hic habetur lectione, nihil ex diuinarum literarum sententijs ignorare licet. Quod si impossibile uobis uidetur, non immerito uidetur: plerisq; enim pauam his sermonibus attentionem adhibent, sed uix

uix paucis auditis, quamprimum domum reuertuntur: si qui remanserint, nihilo attentiores sunt, corpore solo adsũt. Sed ne amplius querimonijs uos tedio afficiam, & tempus frustra conteratur, agite euangelium aggrediamur. Tempus enim iã propositis uerbis nostram accommodare orationem. Sed excitemini quæso, ne quid uos prætereat. Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis.] Cũ dixisset ex deo, & filios dei factos, qui eum receperunt: tanti honoris causam adiecit, Quod uerbum caro factum est, & serui formã dominus accepit. Factus est enim filius hominis dilectissimus dei filius, ut filios hominũ filios dei faceret. Supernum nãq; cum homini copulatum est, illud quidem nullo in propriam gloriam detrimento affectum: hoc autem ex multa elatũ humilitate, quod certe in Christo factum est: suam nanq; naturam descensu suo nihilo inferiorẽ reddidit, nos autem cum in ignominia ante & in tenebris essemus, ad supernam erexit gloriam. Nõ aliter quàm cum rex inopem mendicumq; studio & beneuolentia quadam alloquitur, nihil se indignum facit, illum uero omnibus admirãdum reddit: quòd si in contingenti hominum dignitate nihil honoratiorem abiectioris consuetudo offendit, multo minus immortalem illam substantiam, cum nihil non proprium habeat quod adsit, nihil quod absit, cũ omnia bona firma, stabiliaq; in æternum possideat: itaq; cum audieris. Et uerbum caro factum est: ne perturberis, neue titubes: non enim substantia transiuit in carnẽ, hoc etiam cogitatu impium est: sed eadem permanens, serui formam accepit. Philip. 2 Sed quanam gratia hoc uerbo, factum est, utitur? Vt hæreticorũ os obstruat. Cum enim sint qui dicant imaginationem quandam et figmentum esse, quæcunq; de incarnatione feruntur: ab ipso principio eorũ percepta blasphemia esse asserit, neq; substantiæ mutationem, quod absit, sed ueræ carnis uult acceptionem ostendere. Gal. 3 Quemadmodum enim cum inquit: Christus nos redemit ex maledicto legis, factus pro nobis maledictum: non intelligit substantiam eius à propria gloria separatam in maledictum uersam: hoc enim neque dæmones ipsi, neq; stultissimi & naturali sensu penitus carentes opinarentur, tãtam ea opinio saperet una cum impietate stultitiam. Non igitur hoc dicit, sed quòd pro nobis maledictum accipiens, nõ sinit nos amplius maledictos esse. Itidem hoc in loco, carnem inquit ipsum factum esse: non quòd mutauerit carne substantiam, sed quòd carnem accepit, nulla parte coinquinata substantia. Quòd si qui dicerẽt omnia in dei esse potestate, & idcirco in carnem potuisse transferri, id eis respondebimus: Deum profecto omnia posse, quousq; deus permanet: si autem mutaretur & in deterius, quonam pacto deus amplius esse posset? Longe enim ab immortali illa natura Psal. 101 est trãsmutatio. Vnde propheta: Omnes, inquit, ut uestimentum ueterascent, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Hæc enim substantia omni mutatione superior. Ideoq; ad hoc uenit, ut prodesset. Sed quid dico præstantius? Neque est quicquam deo præstantius. Nihil ei, ne minima quidem in re æquiparatur. Sequitur ergo ipsum in deterius mutatum esse, si mutatus esset. Hoc autẽ nullo pacto deus esset, sed blasphemia, quæ in eorum qui hæc dicerent, caput uerteretur. Sed quoniam propter hoc duntaxat factum est, inquit, ne id opinaremur, animaduerte ex his quæ sequũtur, quo pacto rationem illam, & omnem auferat suspicionem, Subdit enim: Et habitauit in nobis,] tantum non dicens, nihil absurdum suspiceris, cum factum dicimus. Non enim immutabilis illius naturæ mutationem, sed diuersorium, & habitationem mutatam dixi. Habitare autem non idem est quod habitatio, sed alterum in altero habitat, aliter nõ esset habitatio. Siquidem nihil in seipso habitat. Alterum dixi secundum substantiam: unitate nanque & coniunctione unum est, deus uerbum, & caro: non confusione, aut interitu substantiarum, sed arcana quadam & inexplicabili unitate. Quomodo autem hoc sit, noli disquirere, factũ est ut ipse nouit. Sed quam nam habitationem habitauit, audi prophetã: Suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit. Cecidit profecto natura nostra, eo casu ut restitui nullo pacto à quoquam, nisi ab illa potentissima manu posset: neq; enim aliter exurgere poterat, nisi qui in principio eam effinxerat, manum porrexisset, & cœlitus aquæ & spiritus regenerationẽ informasset. Et animaduerte quæso admirãdum, atq; arcanum mysterium, perpetuo enim hoc habitat tabernaculum. Carnem nostram induit, nõ ut rursum dimitteret, sed omni cum ea tempore habitaturus: aliter enim regio eam throno fecisset indignam, & omnium angelorum exercitui, angelis, & archangelis, thronis, dominationibus, principatibus, potestatibus inferiorem constituisset. Quæ oratio, quæ mens, quantum honorem humano generi deus exhibuit, mirificũ profecto & admirandum, explicare potuisset? quis angelus? qs archangelus? nihil quod in cœlis est, nihil quod in terra. Eiusmodi dei in nos beneficia sunt, tam magna, tam excellentia, ut non solum mortalium linguam, sed angelorum uirtutem eorum exuperet explanatio. Quamobrem iam orationi nostræ finem imponemus, si prius unũ uos faciemus admonitos, ut scilicet ei uicem reddamus, qui tã bene de nobis meritus est: quod si fecerimus, ad nos rursus omne lucrũ refertur. Tunc autem ei uicem reddiderimus, cum anima nostra nobis curæ fuerit. Et profecto in hoc quoque domini uidere licet benignitatem, qui cum nemine nostrum indigeat, referri tamen sibi uicem dicit, cum animam nostram non neglexerimus. Quare ultimæ amentiæ est, & innumeris dignum supplicijs, nisi pro uiribus contendamus tales nos exhibere, qui tãto frui honore mereamur. Et maxime cum operum nostrorũ ad nos omnis redditura sit utilitas, & multa præterea nobis bona proponantur, pro quibus omnibus gloriã diuinę demus cle-

A

B

C

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentiæ, non uerbis solum, sed re ipsa: ut futurorū A
bonorum fiamus participes, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cū quo patri, simul & spiritui sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

EX CAP. PRIMO HOMILIA XI.

ET uidimus gloriam eius, gloriā quasi unigeniti à patre plenum gratię et ueritatis.] Fortasse uehementius, & opus sit nup uobis & graues uisi sumus & molesti, acrioriq; contra uos & desidiam uestram accusatione orationē nostrā prosecuti sumus. Quod si ea tantum gratia fecisse mus, ut dolore afficeremini, nō immerito esset ab omnibus iniquo animo ferendū. Verum si cū omnium uestrum cōmunem spectaremus utilitatem B uestram nobis conciliare gratiam cōtempsimus, si non uoluntati nostræ ueniam, saltem, si æqui iudices eritis, amori dabitis. Etenim non parua nos formido incessit, ne quando orationi nostræ negligentius uobis aures adhibentibus, attentione & industria remissiore grauius in uos diuinā irritaretis indignationem. Quamobrem frequenter uos excitare admitimur, & somnū excutere, ut ne minimum quidem concionis nostræ uerbū inauditum prætereat. Hoc enim pacto fidenter & hāc uitam agere, & in die illa ante Christi tribunal impauidi adesse poterimus. Cū igitur superiori die satis uos admonitos fecerimus, agite hdoie ab his uerbis exordiamur. Et uidimus, inquit, gloriam C eius, gloriam quasi unigeniti à patre.] Cū dixisset euangelista nos filios dei factos, neq; aliter q̄p per uerbum quod caro factum est: alterum item emolumentum affert, quod inde consequimur. Quid nam id est? Et uidimus gloriā eius, gloriam quasi unigeniti à patre. Nō utiq; nisi per socium corpus uidimus. Nam si ludæi gloriosam Mosi, cū nostræ esset naturæ particeps, faciem conspicari non potuerūt, sed homini etiā iusto opus fuit uelamēto, quod eius gloriæ magnitudinem obūbraret, ut illis qui eius aspectū non perferebant, spectabilem redderet: quonā pacto & ipsis supernis uirtutib. inaccessibilem diuinitatē, nos ex luto & terra facti ferre possemus? Idcirco habitauit in nobis, ut ad ipsum accedere, cū ipso loqui & cōuersari au- D dēter liceret. Quid aūt significat, gloriā quasi unigeniti à patre? Quoniā multi etiam prophetarū glorificati sunt: ut idē ipse Moses, ut Elias, ut Helisæus: ille ab igneo curru tractus, hic autē simpliciter receptus: & post hos Daniel, & tres pueri, & alij complures quicūq; miracula fecerūt, & angeli hominibus apparuerunt, & suæ naturæ clarissimam lucem spectantibus ostenderūt. Neq; angeli solum, sed & Cherubin & Seraphin multa cum gloria à propheta uisa sunt. A quibus omnib. hoc in loco euāgelista abducit, & à creatura & conseruorū nostrorū claritate mentibus nostris amotis, in ipso nos bonorū culmine constituit: ac si dicat, Nō prophetæ, nō angeli, non cœlestium uirtutū, non creatæ alicuius naturæ, non cuiuspiam alterius rei, sed ipsius domini, ipsius regis, ipsius dilectissimi unigeniti filij gloriā uidimus. Id autē uerbum, Quasi hoc in loco nō similitudinis est, neq; Quasi
parabolæ, sed cōfirmationis & definitionis certissimæ: quasi dicat: Vidimus gloriam qualem deceat, & credibile sit habere unigenitum, & dilectissimū omniū regis dei filiū. Neq; hoc loquēdi genus præter morē inuenit. Neq; recusabo à cōmuni etiā consuetudine id cōfirmare. Neq; enim ad uerborū speciem, neq; ad cōpositionis ornatū, ꝓpositū est nobis in præsentia orationē habere, sed ad uestrā dūtaxat utilitatē. Quapropter nihil prohibet ex uulgi uerbis hunc dicendi morē ostendere. Quonā pacto? Qui regē aliquādo preciosissimo cultu ornatū, preciosisq; undiq; fulgentē lapidibus cōspicati, alijs speciē illā ac maiestatē enarrare uolunt, purpureū florem, gemmarū magnitudinem, albas mulas, auratos currus, soliū adeo tantum oculos nimio fulgore perstringēs, ꝓ uiribus enarrant. Cū uero & his & alijs collectis cultum illum omnē maiestatemq; uerbis cōprehendisse sibi nō uideant, continuo addūt: Quid multis opus est? uno uerbo dicam, quasi rex. Cum ex hoc uerbo, quasi, nō regi similem, sed ipsum regē uelint significare: ita hoc in loco euāgelista, quasi, inquit, ad gloriæ maiestatē & incōparabilem excellentiam significandam. Reliqui nanq; omnes & angeli, & prophetæ, iussi omnia operabantur, ipse autē ea potestate quæ & regem deceret et dominū. Quod quidē & turbæ admiratæ sunt, quòd ita loqueretur, quasi ipse uim haberet & potestatem. Apparuerunt, ut dixi, angeli cum gloria multa in terra: ut in Daniele, in Dauid, in Mose, sed tā quam serui, & qui domini mandata exequerent: ipse autem tāquam omniū dominus & princeps, & licet sub uili & abiecta specie se ostēdisset, creatura tamē dominum suum agnouit. Quonam pacto? Stella è cœlo Magos uocauit, qui eū adora- Matth. 2
rent. Angelorum cœlestium cœtus in terra apparuerunt, qui & domino seruirent, & gratias referrent. Alij item præcones surrexerūt, omnes admirabile hoc mysterium testimonio perhibētes. Pastoribus enim angeli, ciuibus pastores, Mariæ & Elizabeth Gabriel, his qui in templo erant Anna & Simeon annunciauerunt. Nec uiri tantū & mulieres lætati sunt, uerum nondū infans in hanc uenit cognitionem. Ciuis, inquam, eremi, & eodem quo hic euangelista nomine appellatus, adhuc in utero matris gaudio exultauit, & omes spe maxima erigebantur, & hæc quidem circa partus tempora. Verum cum seipsum magis ostendit, longe prioribus maiora miracula apparuerunt. Si quidē non amplius stella, non cœlum, non angeli, nō archangeli, nō Gabriel, non Michael, sed ipse eum cœlitus pater, & cū patre paracletus alloquens, irradiansq;, & in eo permanēs, prædicauit: hac profecto gratia, Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre. Accedit ad hoc quòd non pastores tantum, neq; uiduæ, neq; senes nobis Christum annunciant: sed ipsa quoque rerum uox omni tuba clarius, pclamat, quæ tanta fuit, ut quā-

pri-

primum hic quoque exaudiretur. abijt in Syriam, A
Math. 4 auditus eius, inquit. Tunc cœlum terra facta est, cum cœli dominū cōtineret, quem omnibus manifestauit, ubiq; clara uoce professa, cœlorū regē aduentasse, dæmones undiq; exilientes diffugerunt, diabolus oppressus abscessit, ipsa mors primum succubuit, mors penitus abolita est, omne morborum genus disperijt. Siquidē mortui sepulturas, insanos dæmonia, ægrotos morbi reliquerunt, & plurima admirationis plena & stuporis, & præter omniū expectationem apparuerunt, & quæ non immerito desiderarūt uidere prophetæ & non uiderūt. Videre enim licuit factos oculos, & quod in omnium uotis esse poterat, uidere scilicet quonā pacto Adam deus effinxerit, id breui omnibus, & in potiore corporis parte ostensum B est. Membra præterea abscissa restituí, & corpori conglutinari, manus emortuæ moueri, pedes cōtorti repente prosilire, surdæ aures aperiri, & muta lingua clara uoce proloqui. Siquidem quemadmodum optimus architectus domū situ & uetustate labātem, ita communi hominū natura accepta, eius perditas restituit partes, disiuncta & abscissa copulauit: & quæ prorsus ceciderāt, erexit. Quid aūt opus est, ut animæ formationem longe corpore admirabiliorē uerbis prosequamur? Magna sanè corporis præstantia, anima tamen tanto præstantior, quanto corpore melior. Neq; hac tātū ratione, sed quoniā corporis natura, quocunq; ipsam opifex ducere uelit, eò sequet, neq; resistit: C anima aūt sui iuris uim in se habet operandi, neq; ulla in re deo, nisi uelit obtemperat: inuitam enim & coactam minime uult deus bonā & uirtutibus præditā reddere: neq; id animæ uirtuti esset adscribendum, sed sponte sua bona sit, & uirtutem complectēdam persuadeat oportet. Quamobrē difficilior huius est, q̄p illius cura. Veruntamen omnis emēdata est, omnis fugata malicia: et quemadmodum corpora bene curata non in bonā tātum ualetudinē, sed in bonum quamprimū habitum restituunt: itidem animas deus non à uitijs solū purgauit, sed ad ipsum mox uirtutis cacumē extulit: & publicanus apostolus factus est: persecutor, blasphemus, calumniator, orbis terrarum prædicator apparuit: Magi ludæorū magistri effecti: latro paradisi ciuitate donatus: meretrix fide incre- D
dibili effulsit: Chananęa et Samaritana et ipsa fornicatrix, hæc ad ciues suos prædicatoris munere functa, ciuitatem totā irretiens, uniuersos in Christi fidem traxit: illa fide et sedulitate effecit, ut filię anima à malo dęmone liberaretur. Et alij lōge his peiores statim in discipulorū numerum accepti, omnes repente corporis ægritudines, omnes animi affectus mutauerunt, & in sanitatem ipsumq; uirtutis apicem euaserūt. Nec duo tantū, aut tres, non decem, non centū, sed totæ ciuitates & gētes facillime Christi fidem acceperūt. Quid ego præceptorum sapientiā, cœlestium legum uirtutem, angelicæ uitę ordines enarrem? Talem em̄ nobis uitam proposuit, tales apud nos leges cōdidit, & tales mores instituit, ut qui his utātur, angelorum mox naturam induant: & quātum homini liceat, deo similes reddātur, etsi omniū hominum maliciam excesserint. His igitur omnibus ab Euangelista collectis, in corporib. uidelicet & in animis, in elementis, Christi miraculis, præceptis arcanis illis, & cœlo altioribus donis, legibus, moribus, persuasionibus, futurorū promissionibus, eiusq; tormentis & cruciatibus, in admirandam hanc & cœlestis doctrinæ plenam uocem prorupit. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratiæ & ueritatis.] Neq; enim miraculorū gratia Christū dūtaxat admiramur, sed & passionis, ut cū affixus est cruci, flagellis & alapis cæsus, & insputus ab his, de quibus tam bene merebat. Siquidē in his ipsis, quæ probri & ignominiæ plena esse uidebant, ipsum rursus uerbum clarissimū apparuit, hoc Ioannes gloriā appellauit. Non em̄ charitatis solum & amoris fuerat, sed immensæ etiā uirtutis. Tunc enim mors abolita est, maledictum perijt, dęmones cōfusi sunt, & de his triumphatū est, chirographū crucí affixum. Verū cum sensu ipso uisus, hæc non deprehenderētur, etiam corporea ipsum unigenitū dei filium, & totius naturæ dominum certissime demonstrarunt. Quippe cum primum sanctissimum corpus cruci affixū est, sol radios abscōdit, uniuersa terra cōcussa et tenebris operta est, sepulchra aperta sunt, et mortuorū multitudo surrexit, ciuitatē ingressa, & cum lapis monumēto impositus et custodibus signatus esset, qui crucifixus, qui distractus, qui mortuus erat, resurrexit. Præterea potestate multa undecim implens discipulos, per uniuersum orbem dimisit, qui humano generi ad meliorem frugem uita directa mederent, & cœlestis doctrinæ cognitionē quocunq; terrarū dissemināret, dæmonum euerterēt potestatē, magnas illas & arcanas diuitias edocerēt, nobis animæ immortalitatem, sempiternā corporis uitam, et quę intellectū nostrū excedunt, nunquā finem habitura prędmia annunciarēt. Hęc & alia plura reputās beatus hic Euāgelista, quę is quidem nouit, scribere aūt non est ausus, eo q̄ mūdus ea nō caperet (omnia, inquit, si scribanē per singula, nec ipsum arbitror mundū capere eos, qui scribendi sunt libros) hæc, inquā, omnia reputans exclamauit: Vidimus gloriā eius, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratiæ & ueritatis.] Qui igitur tanta & tam admiranda audire, & tot muneribus frui meriti sunt, eos etiam uitam ea dignam doctrina exhibere oportet, ut illis fruant bonis. Idcirco dominus noster Iesus Christus in mūdum uenit, ut non solū in hac uita eius gloriā, sed futurā quoq; uideamus. Propterea inquit: Volo ut ubi ego sum, & ipsi sint, ut Ioan. 17
uideant gloriam meam. Quæ si tam clara, tam eximia est, quidnam de ea quispiā diceret? Nō enim in hac terra corruptibili, neq; in fluxis & caducis corporibus in quibus sumus, sed in perpetua, & immortali creatura apparuit, & tanto splendore, ut nulla possit ratione comprehendi. O beati, ter, inquam, & sæpius, qui gloriæ illius digni habiti sunt spectatores fieri, de qua exclamās propheta

inquit

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquit: Tollatur impius, ne uideat gloriã dei. Sed ablit, hoc cuiquam uestrũ accidat, ut eam aliquan dò non uideat: ad quam assequẽdam nisi summa utamur diligentia, possemus sanè dicere, bonum esse si nati non essemus. Quid eñ uiuimus? Quid spiritum ducimus? Qui sumus, si illo priuamur aspectu, si dominus noster tunc à nobis uideri non permittet? Nam si illi qui solis lucem conspicari nequeunt, omni morte miseriorem uitam degũt, quid eos perpeti credendum est, qui illa luce priuantur? Siquidem in hoc seculo cæcitatis duntaxat damnũ est, in illo autẽ non in usu tantum lædimur: quamuis hæc sola priuatio sit grauissima, ut neq; etiã sic par esset supplicĩũ: sed tanto id grauius, quanto sol ille quàm hic est sine comparatione præstantior. Verũ aliud quoq; supplicĩũ expectandum est: quippe qui luce illa caruerit, nõ modo in tenebras intrudetur, sed perpetuo ardebit, cõsumetur, dentibus strídebit, innumeris pœnis cruciabitur. Nolimus, quæso, nosipsos contemnere, & breui huius uitæ desidia in æternum damnari supplicium, sed uigilemus, sobrij simus, omnia & faciamus, & operemur, ut æternis illis potiamur bonis, & fluuiũ illũ igneo flagrore perfluentem ante horrẽdum tribunal, longe diffugiamus: in quem qui semel inciderit, ei nunquam reditus datur. Nemo eum inde, non parentes, non frater, eximere amplius poterit, quod & ipsi prophetæ clamitant: Frater non redimit, redimet homo? Et Ezechiel quiddam etiã amplius: Si staret Noe & Iob & Daniel, filios suos & filias non liberarent. Siquidem unum dũtaxat illic patrocinium est, operum uidelicet, quo qui caruerit, aliũde nusquã saluti locus est. His itaq; frequenter animo agitatis uitam nostram nullis coinquinatam sordibus, claram, mundamq; reddamus, ut fidẽter dominũ nostrum cernere, & promissa assequi bona possimus, gratia & benignitate dñi nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

Psal. 84
Ezech. 14

EX CAP. PRIMO HOMILIA XII

IOANNES testimoniũ perhibet de ipso, & clamat dicẽs: Hic erat quem dixi, qui post me uenturus est, ante me factus est, quia prior me erat.] Nunquid frustra currimus? frustra laboramus? nunquid super petrã semen iacimus? nunquid secus uiam, an inter spinas latẽt semina cadentia? contendimus enim, & maiorem in modum formidamus, ne agricultura nobis sterilis euadat. Neq; hoc dico qđ uerear ne in laboris huius mercede capiam detrimentũ: nõ enim eadem conditione, qua agricolæ post annuos sudores & miseram illam laboriosamq; uitam si terra aliquã do pro operis in se impẽsis non respõdeat, nemo alius eius damnum instaurare potest, sed pudibũdus, tristisq; ab area domũ ad uxorem & filios reuertitur, & quem longi laboris mercedẽ petat, habet neminem: in nobis autẽ nihil huiusmodi usu uenit, sed licet culta terra nullum afferat fructum, & eius & noster dominus uana nos spe dimissos non frustratur, sed remunerat. Vnusquisq; enim, inquit, propriã mercedem accipiet secundũ proprium laborem, non secundum rerũ euentum. Et tu, inquit, fili hominis testificare populo huic, si forte audiant, si fortè intelligant: & per Ezechielem: Si uoluntas prædicat quid fugere, quid eligere oporteat, animam tuam libera, quamuis nemo attendat. Verum enimuero licet firmum hoc solatium & remunerationis fiduciã habeamus, cum nihil uos bene operando proficere uideamus, nihilo melius afficimur quàm agricolæ illi, qui demisso uultu & rubore perfusi anguntur, & suã deflent calamitatem. Hoc magistri misericordia est, hoc patris cura. Etenim Moses cum à Iudæorum ingratitudine liberari posset, & alterius gentis potiorem longeq; maiorẽ accipere principatum: Dimitte me, inquit, ut irascaẽ furor meus cõtra eos, & deleam eos, faciamq; te in gẽ tem magnã. Cum sanctus & dei seruus esset intimus, ne audire quidem id sustinuit, sed potius unà cum his qui sibi semel crediti erãt, perire, q̃ sine illis saluus esse & ad maiorem dignitatẽ assumi, prætulit. Huiusmodi esse oportet cui animarũ cura cõmissa est. Est nãq; absurdum ut prauorũ filiorũ pater nolit nisi eorũ quos genuit pater appellari. Nos autẽ discipulos quotidie nunc hos, nunc illos mutemus, ergà neminem amice, familiariterq; affecti? Sed absit, ut de uobis unquã hæc suspicio suboriatur. Confidimus enim uos fide in dominũ nostrũ Iesum Christum, & mutua in omnes charitate abundare: sed hæc dicimus, ut studium uestrum augeamus & diligentiam, & uitæ uestræ uirtutẽ maiorem in modum propagemus. Sic enim iactis oratiõis nostrę fundamentis, altius mẽtes erigere poteritis, si nulla malitiæ lippitudo mẽtis uestræ oculos perstrinxerit, & acumen obtuderit. Quid igitur hodierna die nobis propositum est? Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamabat dicens: Hic erat quem dixi, qui post me uẽturus est, quia prior me erat.] Multus est hic Euangelista in Ioannis laudibus, & eius testimonium multifariam diffundit. Quod non temere, sed incredibili sapientia prosequitur: plurimum enim hunc hominẽ omnes Iudæi admirabantur. Nam & Iosephus Ioannis cæde bellũ ortum existimat, & propterea nõ esse Iudæorum ciuitatẽ, quæ aliquãdo Metropolis fuit, & longa oratione præcursoris laudes exequitur, per eũ Iudæos arguẽs, cuius frequẽter testimoniũ memínit. Et alij quidẽ euangelistæ facta superiorũ prophetarũ mentione, per singula Christi opera trahunt auditorem, & super natiuitate: Hoc autem factũ est, inquit, ut impleretur quod dictũ est per prophetã dicentem: Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabunt nomẽ eius Iesum. Et cũ Herodes ei insidiatus, tanta ubiq; diligentia eum perquiri fecit, ut puerũ interficeret, in mediũ Hieremię adducunt testimoniũ: Vox in Rhama audita est, ploratus & ululatus multus, Rachel plorãs filios suos. Et Osee cum rursus ex Ægypto rediret: Ex Ægypto uocaui filium meũ: & hunc ubiq; in

1. Cor. 3.
Ezech. 3
Exod. 32
Matth. 1
Esa. 7
Hiere. 31
Osee 11

in suis euangelijs morem seruant. Ioannes autem apertius & a recentioribus testatur, utpote qui ceteris sublimius locutus, non mortuos tantum, sed uiuum, & qui Christum præsentẽ præsens ostendit & baptizauit, in medium frequenter adducit, non idcirco ut serui testimonio domino autoritatem cõpararet, sed ut ad auditorũ descenderet imbecillitatem. Quemadmodum enim nisi seruí formam accepisset, nunquam cõprehendí potuisset: ita nisi serui uoce conseruorũ aures arrexisset, nõ sanè multi Iudęorũ eius probassent orationẽ. Præterea & aliud magnũ & admirabile respexit. nam cum de suíipsius laudibus cuiusq; suspectũ sit testimoniũ, & plerisq; sæpenumero auditoríb. nõ persuadeant, alterum de ipso testificaturum adduxit. Accedit ad hoc, q̃ nõ nulli solent libẽtius eorum uocem audire, cum quibus cõsuetudinem habuerũt, utpote q̃s magis cognoscunt. Propterea uox de cœlo semel uel bis audita est: Ioannes autẽ sæpenumero & frequenter locutus. Nam qui multitudinis imbecillitatẽ superabant, hi a sensibilibus omnibus liberi, cœlitus uocẽ audire poterãt, nec eis multum opus erat humana, quippe qui ab illa persuasi erant & allecti. Qui uero adhuc in his inferioribus deuoluebantur, & multa terrenarũ rerum nube operiebanť, hoc humiliori indigebant sermone. Ita igitur Ioannes cum omnibus se sensibilibus exuisset, alijs magistris non indiguit, sed cœlitus eruditus est. Qui eñ me misit, inquit, baptizare in aqua, ille mihi dixit: Ad quem uideris spiritum dei descendentẽ, hic est. Iudęi autem qui adhuc rudes ad illam altitudinem nõ poterãt peruenire, hominem habebant magistrum, non suaeis, sed cœlestia annunciantẽ. Quid igitur hic loquitur? Ipse testimoniũ perhibet de eo, & clamabat dicẽs:] Quid per illud uerbum, clamabat, significatur? hoc est fidenter & libere, omni abiecta formidine, dei aduentũ prædicabat. Quid aũt testabatur? quid clamabat? Hic erat quem dixi, qui post me uenturus est, ante me factus est.] Obscurum & adhuc plenum humilitatis testimonium. Nõ enim dixit, hic est filius dei unigenitus & dilectus: sed, hic erat quẽ dixi: qui post me uẽturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Quẽ admodum enim aues pullos suos, neq; eueſtigio, neq; una duntaxat die, totam uolandi artem edocent: sed primo à nido tantum educunt, inde cum aliquantulum quieuerunt, uolatui eos assuefacere incipiunt, postridie ad operam reuocãt: ita paulatim exercendo ad naturalem eos efferunt altitudinem: Ita beatus Ioãnes nõ statim ad summa Iudæos erigit, sed primum paululum à terra eleuat, cum Christum se meliorẽ testatur. Neq; enim parum erat, quòd auditores primo Christũ nondũ cognitum, non miracula facientem, Ioanne uiro tam admirabili, tam claro, ad quem omnes cõcurrebãt, quem omnes angelum arbitrabantur, meliorem crederent. Principio igiť hanc opinionem in auditorũ animis cõfirmare conatus est, eo uidelicet, qui testimoniũ perhiberet, eũ de quo perhiberetur: & eo qui prior uenit, eũ qui posterior, & claro & nobili nõdum notum esse potiorem. Et animaduerte testis sapientiam, nõ modo cognitum, sed priusquam nosceret prædicat. Illa enim particula, Hic est: id significat, quemadmodum Matthęus dicit: Omnibus qui ad se uenerant, dicebat: ego quidem baptizo in aqua in pœnitẽtiam: qui autem post me uenturus est, fortior me est, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamenti. Sed quanam causa antequam eum ostenderet, ita locutus est? Vt facilius præsentis testimonium auditorũ animis reciperetur, cum iam exhibitis uerbis illius noticiam habuissent, néue eos uíle Christi uestimentũ à credendo dehortaretur, sed facile multitudinẽ in fide contineret. Nam nisi prius aliqua de domino cognitio habita esset, & simul eũ populus uidisset, & tam admirabile, tam magnũ testimonium accepisset, aspectus eius usitatus testimonij quamprimũ magnitudini obstitisset. Adeo enim Christus abiectus, adeo cõmunis omnibus uidebat, ut & Samaritanæ mulieres, meretrices q̃ & publicani, nullo honore et accedere, & alloquí eum auderẽt. Vt igitur diximus, si & uerba hæc simul audissent, & Christum uidissent, Ioannis saltẽ derisissent testimoniũ: sed cum ante eius cognitionẽ plura de ipso audierint, & in his confirmati fuerint, contra euenit: siquidẽ eo uiso non sunt prædicationis eius doctrinam aspernati, sed Ioannis testimonio fidem adhibẽtes, etiam clariorem sunt arbitrati. Quòd autẽ dicit: Qui post me uẽturus est: hoc est, prædicaturus, nõ futurus, hoc & Matthæus significat dicens: Post me uenit uir, cuius generatio nõ ex Maria, sed ex aduẽtu secũdum prædicationẽ. Nam si de generatione dixisset, nõ præsenti, sed præterito usus esset tempore. Natus nãq; erat Christus, cum ita locutus est Ioãnes. Quid aũt significat, Ante me factus est? Clarior, uidelicet, atq; honorabilior. Nolite enim, inquit, etsi prior uenerim ad prędicandum: ideo me illo maiorẽ arbitrari: longe minor sum: ut ne seruí quidẽ loco cõnumerari sim dignus: hoc significauit cũ inquit, Ante me factus est. Quod alijs uerbis Mattheus ostẽdit: Nõ sum, inquit, dignus soluere eius corrigiã calceamẽti. Verũ quod per hãc particulã, Ante me factus est: Christi nõ intelligatur aduẽtus, ex sequẽtib. perspicuũ est: siquidẽ superflue adderet, q̃a prior me erat. Quis eñ adeo stolidus, adeo insanus est: ut qui ante eum factus est, illum eodem tempore nõ fuisse nõ intelligat? Quòd si de ęterna intelligeret essentia, id nihil aliud significaret, q̃s qui post me uenturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Sed hoc absurdũ est, & causa frustra adijcitur. Contrarium enim, si hoc significare uoluisset, dicere oportuit, uidelicet, Qui post me uenturus est, prior me erat, quia ante me factus est. Huic enim particulę, Prior me erat, non immerito posset hæc afferri causa, quia ante me factus est. Huic autem, Ante me factus est, quia prior me erat: non est causa: hoc firma ratione nititur. Siquidem iam omnes nostis, non quæ manifesta sunt, sed obscura semper ratione indigere. Quòd si de essentia sermo esset, non

Matth. 3

erat

Universidad de Deusto
Biblioteca

erat obscurum, quin prius factum prius esse oportuerit: sed cū de honore disputetur, nō abre apparentem soluit dubitationē. Etenim credibile erat multos dubitare, quanam gratia qui posterius uenit, ante factus sit, hoc est honorabilior. Huius igitur quæstionis mox causam affert, Quia prior me erat. Neq; superbe locutus est: Cum prior essem, me reiecit, & ante me factus est. sed prior me erat, inquit, quamuis posterior uenerit. Et quonam pacto ings, si de eius claritudine & futura hominis gloria diceret, quod nondum fuerat, tanquam factum profiteretur: non enim, inquit, fiet: sed factus est. Quoniā mos prophetarum est, ut sæpenumero quæ futura sunt, tanquam facta enarrent. Nam
Esa. 53 et Esaias de Christi morte locutus, nō inquit: Tanquam ouis ad occisionem ducetur, quod futurū erat: sed ductus est. Atqui nondum carnem indue B
Psal. 21 rat, uerūtamen quod futurum erat, propheta tanquam factum enarrat. Et Dauid crucē significās, non inquit: Fodient manus meas & pedes meos:
Psal. 40 sed, foderunt: & Diuiserunt sibi uestimenta mea, et super uestem meam miserunt sortem. Et de pro
Ioan. 13 ditore uerba faciens, qui nōdum fuerat: Qui manducat, inquit, panes meos, leuauit cōtra me calca
Psal. 68 neum. Et de passione locutus: Dederunt in escam mihi fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Vultis ne alia adducamus exempla, an hæc in præsentia sufficiunt: Ego satis arbitror. Nam si in superficie non multum spacij cōprehendimus, profundum tamen attigimus, nō tamen minus hoc cū illud laboris habet. Sed ueriti sumus, ne lōgiori sermone uestram remitteremus attentionē. Quamobrem debitum orationi nostræ finē imponamus.
Matth. 5 Debitus autem finis est, laus digna deo, non uerbis tantum, sed operibus. Luceat enim, inquit, lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui est in cœlis. Et profecto nihil optima uita clarius dilectissi
Sap. 3 mi, ut sapiens testatur: Viæ iustorum tanquā lux fulgent: illustrant uero nō eos modo, qui per opera lucem attingunt, & rectam uiam ingrediūtur, sed & propinquos. Effundamus igitur oleū ē lampadibus, ut maior accendatur ignis, & lux appareat locupletior. Hoc autem oleum non modo in præsentia multum ualet, sed cum sacrificia florerent, maiorem in modum illorum uirtutem pro- D
Matth. 9 bauit. Oleum enim, inquit, uolo, & non sacrificium. Et merito quidem: alterum enim inanimatū est, alterum animatum. In altero quicquid imponitur, igni consumptum in cinerem uertitur, et fumus in aerem dissoluitur: alterum alios affert fructus. Quod Paulus significauit: cū enim paupertatis Corinthiorum thesauros enarraret, his uer-
2. Cor. 9 bis usus est: Quoniam ministeriū huius officij nō solum supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multos in gratiarum actione in domino. Et iterum: Glorificantes deum in obedientia confessionis uestræ in euangelio Christi, & simplicitate cōmunicationis uestræ in illos, & in omnes, & in ipsorum obsecratione pro nobis desiderantium uos. Vides mutuam gratitudinē, dei laudem, continuas preces, & uehemētiorem eorum charitatem, qui beneficium acceperūt? Sacrificemus igitur dilectissimi, sacrificemus in ipsis sacrarijs quotidie: hoc em & oratiōe & ieiunio & multis huiusmodi officijs maius est sacrificiū, modo ex iusto labore fiat & lucro, et omnis sit expers auaritiæ, rapinæ, uiolētiæ. Hæ oblationes deo gratæ sunt, alias respuit oditq; neq; uult alienis calamitatib. honorari. Impiū em & prophanum id sacrificium est, & irritat potius deum quàm placet. Quocirca summa diligentia uti oportet, ne dum uolumus deum colere, iniuria afficiamus. Nam si Cain deteriores hostias offerē do, quāuis nullam aliam iniuriam intulerit, ultimū tamen dedit supplicium, nōne longe grauiora perpetiemur, si rapina & auaritia male parta deo offeramus? Propter hoc enim formam huius mandati deus manifestauit, ut, uidelicet, misereamur, nō torqueamus conseruos. Qui autem aliena rapit, & alij dat: non miseretur, sed lædit, & iniuriam uel maximam facit. Vt enim lapis nūquam oleum fundit: ita neq; crudelitas humanitatem: siquidem cū hinc prouenit eleemosyna, nō amplius est eleemosyna. Quare hortor ne id solū cogitemus, ut præbeamus indigentibus, sed ne ex rapina. Nam si alter precat, alter imprecatur: utrius uocē potius dominus audiet? An plus illud utilitatis, an hoc detrimēti afferet? Quòd si diligenter uixerimus, diuinæ gratiæ auxilio, misericordiam ueniamq; omniū, quæ semper peccauimus, consequi poterimus, & flu-
C men igneum effugiemus: à quo liberi utinam omnes ad cœlorum regnum peruenīamus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cū quo patri, simul & spiritui sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

EX CAP. PRIMO HOMILIA XIII

[I]T de plenitudine eius nos ōmes accepimus, & gratiam pro gratia.] Superiori die diximus, quod Ioānes ut eorum dubitationem solueret, qui essent quæsituri quo pacto Christus posterior ad prædicandum ueniens, prior eo fuerit & clarior, addidit: Quia prior me erat.] Et hęc una causa est, qua non cōtentus subdit aliam, uidelicet. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Et iterum aliam:

Quia lex, inquit, per Mosen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est.] Et quid tandem, inquis, significat: Et de plenitudine eius nos omnes accepimus? Ad primum satis dictum est: Non habet, inquit, donum participabile, sed ipse fons est, & radix bonorū omnium: ipse uita, ipse lux, ipse ueritas, non in seipso bonorum diuitias cōtinens, sed in uniuersos diffundens: quibus diffusis plenus permanet, neq; aliorum satietate minuitur, sed diuitias suas elargitur semper uberius: cumq; omnes his bonis impartiat, in eadē permanet perfectiōe. Quod aūt ego fero, participabile est: ab alio em id accepi, & exigua pars totius est, & quasi gutta parua ad immēsum abyssum & infinitum

finitum pelagus comparata: imò neq; exemplum A sufficiēs est, ad quod uolumus ostendendū. Nam si guttā è pelago acceperis, ea tamen pelagus, etsi uilu percipi nequeat, diminuitur: de illo autē fonte hoc dici non potest, sed quantūcunq; quis hauriat, nihil deficit. Quare alio exēplo utendum est, cum hoc infirmū sit: neq; possit, quod quærimus, demōstrare. Alterum igitur afferemus, quod magis ad propositam nos adducat sententiam. Constituamus nobis igneum fontē, à quo innumeræ accēdantur lucernæ, & totidem, & item totidem: nónne huiusmodi fons ita plenus est ignis, quem admodum antequam ex eo quicquā sumeretur? Sanè perspicuum est. Quòd si in corporibus quæ in partes diuidi possunt, & per ademptionem partium minora fiunt, aliquid huiuscemodi inueniē, ut post sui communicationem nullam diminutio B nem accipiant: quanto magis in incorporea & immortali illa potentia hoc contigerit? Nam si ubi subiectum substantia est & corpus, & fit & nō fit diuisio: multo magis cum de actione sermo habetur, & actione incorporeæ substātiæ, credibile est idem euenire. Idcirco Ioannes inquit: Et de plenitudine eius nos omnes accepimus. Et testimoniū suum Baptistæ testimonio coniungit. Hæc enim particula, De plenitudine eius nos omnes accepimus: nō præcursoris uerbum est, sed discipuli, cuius hæc est sentētia. Nolite existimare diuinæ cō suetudinis, & eiusdem mensæ participationis gratia nos de eo testimonium perhibere: nam & Ioā-
C nes qui Christū antea nūquam uiderat, neq; cum eo conuersatus est, nisi cum ipsum baptizauit, in multorū cœtu eum cōspicatus, inde omnia accipiens, clamauit: Prior me erat. Nos autem omnes duodecim, trecēti, quingēti, tria milia, quinq; milia, innumera ludæorum multitudo, omnis fidelium cœtus, qui tunc fuerunt, nunc sunt & futuri sunt, de plenitudine eius accepimus. Quid autem accepimus? Gratiam pro gratia. Quam pro qua?
Philip. 3 Pro ueteri nouā. Quēadmodū enim duplex erat iustitia, Secundū iustitiam, inquit, quæ in lege est factus irreprehēsibilis, Et duplex fides: ut, Ex fide in fidem, Et adoptio duplex: ut, Quorū adoptio est, Et duplex gloria: ut, Si enim quod euacuatur p gloriā est, multo magis quod manet in gloria, Et lex duplex: ut, lex spiritus uitæ liberauit me. Et D duplex seruitus: ut, Quorum seruitus, & iterū: Spiritui dei seruientes, Et testamentū duplex: ut, Disponam uobis testamentū nouum, nō secundum testamentū quod disposui patribus uestris, Et duplex sanctificatio, & duplex baptisma, & duplex sacrificium, & templum, & circumcisio duplex: ita & duplex gratia. Sed illa quidem quasi figuræ sunt, hęc quasi ueritas: æquiuocationē quandam, non rei communionem seruantia: quoniam in figuris sunt & umbra. Nam & homo pictus, homo appellatur, & uerus homo itidem. Similiter in statuis & aurea & lutea hominis habet appellationem: uerum tāquam hominis figura, ille ut uerus homo. Noli igitur tanquam à nominum cōmunicatiōe, idem re ipsa esse existimare, sed neq; diuer-

sum. Nam si figura erat, non erat aliena à ueritate: si umbram seruabat, ipsa minor erat ueritate. Vultis quænam sit horū omnium differentia, explicemus? Vnum aut alterum dictorum accipiamus, hoc pacto & cętera fient uobis manifesta, certoq; deprehendemus puerilia fuisse præcepta hæc præclarorum philosophiæ professorum, & magnorum uirorum: & illa tanquam ab hominibus, hæc tanquā ab angelis instituta. Vnde igitur exordiemur? Vultis ab ipsa ad optione? Quenā inter hāc & illam differentia est? illa uerbo honorabat, hęc re ipsa: & de illa quidem inquit: Ego dixi dij estis, Psal. 8 & filij altissimi omnes: de hac autem: Ex deo facti sunt. Quanam ratione? Per lauacrū regenerationis & renouationis spiritus sancti. Et illi quidem postquam filij appellati sunt, adhuc spiritū seruitutis habebant: erant enim serui, etsi hac appellatione honorabantur: nos liberi tum facti, nō nomine, sed re honorē accepimus. Quod Paulus his Rom. 8 uerbis significauit: Non enim accepistis spiritum Gal. 4 seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritū adoptiōis filiorū dei, in quo clamamus, Abba pater. Generati nāq; à deo, & ut uere dici potest, formati, itaq; uocati sumus filij. Sed si sanctificationis modum & hunc, & illum cōsiderabimus, multam in hac quoq; parte deprehendemus differentiam. Illi enim cum idola non colebant, neq; fornicabantur, neq; adulteriū committebāt, hoc nomine appellabantur: nos uero non in huiusmodi cōtinētia, sed in maiorū possessione facti sumus sancti. Et primum quidem ab ipso spiritus sancti aduentū hoc donū assecuti sumus, deinde à uita longe potiore, quàm Iudaica. Et quòd nō arroganter hoc dictum sit, audi quid ille loquatur: Nolite uaticinari, neq; purgare filios uestros, quoniā populus sanctus estis. Ita apud illos hæc erat sanctitas, ut idolorum leges abijcerent: apud nos autem, ut
1. Cor. 7 sancta sit, inquit, & corpore & spiritu. Pacem prosequimini & sanctificationē, sine qua nemo uidebit dominum, & perficiētes sanctificationē in timore dei. Vides hanc esse sanctificationem, quādo intrinsecus radicem habet, & fontem? Non enim hoc nomen Sanctus, in omnibus eandem ha- Sanctus bet significationē. Nam & deus sanctus dicitur, sed nō quemadmodū nos. Cum igitur uocē hanc à Seraphin demissam propheta audiuit, quid in-
Esa. 6 quit: Heu mihi misero, quòd cū homo sim, & impura labia habeam, in medio populi immunda labia habentis habito. Atqui & sanctus & purus erat: sed si superne sanctitati nostram conferamus, immūdi profecto sumus. Sancti angeli sunt, & ipsa Cherubin & Seraphin sācta, sed huius quoq; sanctitatis alia differentia, inter nos uidelicet, & supernas uirtutes. Opus esset & alia genera explicare, sed longiori uteremur oratione. Quare ulterius progressi, reliqua uobis inquirenda relinquemus: poteritis enim hæc domi colligendo ipsam deprehēdere differentiā, & in reliquis proficere. Da, inquit, sapienti occasionem, & sapiētior fiet: Prou. 9 nobis reliqua sunt necessario transigenda. Cum ergo dixisset Ioānes: Et de plenitudine eius nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes accepimus:addidit, Et gratiã pro gratia. A Gratia nanq; Iudæi salutem consequebantur. Nõ enim ut multiplicẽ uos, inquit, sed propter patres uestros elegi uos. Nam qui non proprijs meritis à deo dilecti sunt, eos perspicuũ est, & propter gratiam eiusmodi honorẽ consecutos: nos autẽ omnes saluí quoq; facti sumus gratia, sed non eodem modo, neq; ijsdem de rebus, sed longe maioribus & excelsioribus. Non enim hæc nobis duntaxat gratia data est, uenia scilicet peccatorum, quã cũ illis cõmunicamus: omnes enim peccauerũt: sed iustitia, sanctificatio, adoptio, spiritus sancti gratia longe clarior, longe uberior: ad hæc & alia maior hoc est, à spiritu & reconciliatione fiducia: huius gratiæ causa, deo chari facti sumus, non ampli
B us ut serui, sed ut filij & amici, Quocirca inquit, Gratiam pro gratia. Verum quæ legis fuerũt, fuerunt & gratiæ, etiam ipsa formatio hominis ex nihilo. Non enim nostris præcedẽtibus meritis hãc accepimus remunerationẽ. Quomodo enim cũ nihil essemus: sed gratia dei, quæ semper in beneficijs priores sibi partes uendicat. Neq; solũ quòd facti sumus ex nihilo: sed quòd facti, & faciẽda & uitanda didicerimus, & horum à natura legẽ accepimus, & conscientiæ iudicium incorruptũ nobis ab opifice deo tributum sit. Hoc, inquam, maximæ fuit gratiæ, post quam alia secuta est, ut præuaricatam legem præscriptam recuperemus. Cõsentaneũ nanq; erat, ut qui datum semel à deo preceptum præuaricassent, pœnam luerent: uerũ mitius nobiscum actum est. Iterum emendandi me-
C dicina adhibita, non debita quidem, sed à misericordia & gratia prouenies. Nam quòd gratię sit
Psal. 120 & misericordiæ, audi Dauid loquentem: Qui facit misericordiam deus, & iudicium omnibus iniuriam patientibus: Notas fecit uias suas Mosi, filijs Israel uoluntates suas. Et iterum: Bonus & rectus dominus, propter hoc legem ponet peccantibus in uia. Misericordiæ igitur & miserationũ, & gratiæ legem accepimus. Idcirco cum gratiam pro gratia dixisset, etiam pro beneficiorum dei in nos magnitudine uehementius certans, addidit:

Lex per Mosen data est, gratia & ueritas per lesum Christum facta est.] Et animaduerte euãgelistæ sapientiam, non personarum, sed tenuium re
D rum facit disquisitionem: quibus confessis, longe Christum Ioanne maiorem necesse est etiam pertinaces consentiant. Siquidem cum res quæ nullam habent, neq; ad alicuius gratiam, neq; ad otiũ causam, hoc testantur, certam etiam impudẽtibus ostẽdunt sententiam. Nam quales eas autores fecerunt, tales existimantur. Quare eorum maxime uerum est testimonium sine ulla suspicione. Vide te quàm placide, & paulatim & Baptista Ioãnes, & discipulus ad supremam auditores cognitionẽ trahant, cũ prius humilioribus eos assuefecerint. Ille enim Christi ad se comparatione facta, eum sine comparatione omnes excedẽtem: sic deinde eius excellentiam ostẽdit, Qui fortior me erat: &, Ante me factus est. Inde subdit: Quia prior me erat. Hic aũt maius locutus est, minus tamẽ q̃ uni-

geniti dignitas postularet. Nõ enim ad Ioannem, sed ad eum qui longe maiori erat apud Iudęos admirationi, facit comparationem, hoc est, ad Mosen, Quia lex, inquit, per Mosen data est: gratia & ueritas, per Iesum Christum facta est. Animaduerte præterea q̃ honestam facit comparationem, etiã apud imbecilliores. Non enim ratione excellentiam confirmat, sed nudis nominibus differentiam ostendit, gratiam & ueritatẽ legi, & hãc particulam, Facta est: huic, Data est, opponẽs. Maxima autem utrorũq; differentia: dari enim ministri est. Nam qui dat, is aliunde accipit, & dat cui dari præcipitur: Fieri autem & gratiam & ueritatẽ, regis est, cum potestate omnia dimittentis peccata, Mar. 2
& benignitatis suæ dona cõfirmantis. Quare inquit, dimittuntur tibi peccata tua. Et iterum: Vt scias, quoniam potestatẽ habet filius hominis in terra dimittendi peccata, dicit paralytico: Surge, tolle grabatũ tuum, & uade in domum tuam. Vides quomodo gratia per eum facta sit: uide & ueritatem. Gratiam quidem, & quæ modo diximus, & erga latronem benignitas, & baptismatis & spiritus sancti dona, & alia item plurima nobis ostendunt. Veritatem autẽ manifestius intelligemus, si figuras didicerimus: futuras enim dispensationes in nouo testamento consummari, figuræ primum ut figuræ annũciarunt, quas Christus suo cõsummauit aduentu. Videamus ergo figuras, si placet, in paucis. Non enim omnia transire præsentis est Exod. 12
tẽporis. A paucis reliquas intelligetis. Vultis ab ipsa passione incipiamus? Quid dicit figura? Tollite agnum per familias, & sacrificate, & facite, ut instituit. Christus autem nihil huiusmodi præcipit, sed ipse id factus est sacrificiũ, & oblationem seipsum patri offerẽs. Vides quo pacto figura data est per Mosen, ueritas facta est per Iesum Christum? Item in monte Sina, ut Amalechitæ in pugna profligarent, manus Mosi ab Aarõ et utrinq; Ioan. 19
sublimes tenebant: Christus uero aduenies suas extẽdit in cruce. Animaduertis quomodo nobis Deut. 27
figura ostẽdit, & ueritas facta est? Præterea lex in- Gal. 3
quit: Maledictus quicunq; non manserit in omni- Matth. 11
bus quæ scripta sunt in libro hoc. Gratia autẽ: Venite omnes q laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Et, factus est pro nobis maledictum. Cum igitur tantam assecuti simus gratiam & ueritatem, nolimus quæso pro beneficiorum magnitudine pigriores fieri. Quãto enim maiori honore accepti sumus, tanto maiorẽ debemus uirtutẽ. Nam qui pro paruis acceptis beneficijs parua retulerit, nulla dignus est reprehẽsione: qui uero in ipsum honoris culmen assumptus est, si uilia mini maq; rependit, longe maius meretur supplicium. Sed absit omnis de uobis hæc suspicio. Confidimus in domino, qui animis uestris pennas dabit, quibus in cœlum elati, in huius mundi peregrinatione terrena labe non inquinabimini. Verum enimuero hoc de uobis persuasi, nõ quiescimus tamen quin frequẽter eadem & hortemur, et admoneamus. Nam & in seculi certaminibus non oscitantes & supinos, sed strenuos, & se ultro periculis

lis obijcientes uniuersi hortantur, & plaudũt spec- A tatores. Illos enim, ac si de eorum uictoria penitus desperent, neq; possint ullis hortationibus ad uirtutem accendi, taciti missos faciũt. Hoc autem in loco non de uobis tantum, qui sobriam uitam agitis, sed de recidentibus, modo uoluerint, bene sperare licet. Quamobrem modo hortãdo, modo exprobrando, nunc suadendo, nõnunquam laudando omnia & facimus, & admonemur, ut salutẽ uestram non negligatis: & quantum in nobis est, nihil omino prętermittimus. Nolite igit nostram de uiuendi ratione iniquo animo admonitionem accipere. Non enim ita loquimur, ut uos inertiæ accusemus, sed de uobis optime speramus. Neq; ad uos duntaxat, sed ad nos qui orationem habemus, hæc & loquimur, & loquemur. Siquidem & B
nos doctrina, admonitione, consilio indigemus. Nam etsi ipsi sermonẽ facimus, nihil nobis quoq; fieri prohibet. Sermo enim sceleribus obnoxios corripit. Qui autem omni liberi sunt crimine, eos etiam longius abducit. Neq; enim nos sine peccato sumus. Medicinæ igitur ars cõmunis est, & remedia omnibus proponit. Cura non communis est, sed ad utentium uoluntatem, Qui uult medici
na uti, curatur: qui eam uulneri adhibere negligit, magis lædit̃, & torquet̃ uehementius. Nolimus ergo ægre medicinam ferre, sed læto animo accipiamus. Licet non paruum dolorem nostræ afferant admonitiones, suauissimus tamẽ fructus sequitur, cuius gratia & facimus omnia, et dicimus, ut à plagis & uulneribus quæ peccãdo animę inu- C
rimus, liberi ad æternã uitam euadamus, & Christi præsentia digni efficiamur: neq; acerbis & sæuis potestatibus in die illa nos exhibeamus, sed quæ nos ad cœlorum possunt assumere hęreditatem, deum diligentibus præparatam: Quam utinam omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

EX CAP. PRIMO HOMILIA XIIII

DEVM nemo uidit unquam. Vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse narrauit.] Sacræ scripturę uerba nõ uult deus ut simpliciter, sed multa D
cũ prudentia intelligantur. Ideo beatus Dauid sæpenumero in psalmis ad doctrinam
Psal. 116. nostram: Reuela, inquit, oculos meos, & intelli-
Prouer. 2. gam mirabilia ex lege tua. Itẽ & eius filius: Quòd
Eccli. 51. oportet tanquã argentum exquirere sapientiam, & tanquam thesaurum perscrutari. Præterea dominus Iudæos admonuit: Scrutamini scripturas: quod non utiq; dixisset, si perfacile et prima tantũ lectione possent intelligi. Quod em in medio & in promptu positum est, nemo sanè perscrutatur: sed quod obscurum & latens, id multa indiget inquisitione, ut inueniatur. Idcirco thesaurũ absconditum scripturas appellauit, ut ad earum nos inquisitionem excitaret. Hęc autẽ nobis dicta sunt, ne simpliciter & temere, sed summa cum attẽtio-

ne scripturam accipiamus. Nam si quis ipsa duntaxat uerba nuda, & ut dicuntur acciperet, multa absurda de deo necesse esset suspicari. Etenim hominem eum esse, pecunia corrumpi, iracundũ, furibundum, aliaq; de eo his peiora intelliget. Verũ si reconditam uerbis sententiam deprehenderit, omnia purgabuntur. Nam proposita nobis lectio sinum deum habere dicit, quod est proprium corporis. Sed nemo tam insipiens est, qui incorporeum corpus arbitretur. Vt igitur digne spiritalem sensum accipiamus, agite altius hunc locum inue stigemus. Deum nemo uidit unquam.] Quãnam hæc particula cum superioribus habet conse quẽtiam? Vt ostendat Euangelista beneficiorum dei magnitudinem, & horũ eorumq; quę per Mo sen data sunt incomparabilem differentiã, probabilem causam, personę adducit dignitatẽ, quę maiora effecerit. Ille enim cum seruus esset, merito inferiorum factus est rerũ minister. Hic autẽ dominus & rex, & regis filius longe maiora nobis contulit, qui cum patre semper est, & semper eum intuetur: propterea inquit, Deũ nemo uidit unquam, sed unigenitus filius.] Quid igit dicemus Esa. 6.
clarissimo prophetæ Esaiæ, cum inquit: Vidi dominum in throno altissimo sedentẽ? Quid Ioanni de eo testimonium perhibenti, quòd hęc dixit, quando uidit gloriam eius, & de eo locutus est? Ezech. 1.
Quid Ezechieli? Etenim ipse quoq; super Cheru Dan. 7.
bin eum sedentem uidit. Quid præterea Danieli dicenti: Antiquus dierum sedit? Quid ipsi Mosi: Ostende mihi gloriam tuam? Iacob autem etiam
ab hoc appellationem accepit, cũ Israel uocatus Exo. 33.
est, quod deum uidens interpretatur. Necnon & alij ipsum uiderunt. Quid Ioannes: Deum nemo uidit unquam? Vt ostendat illa omnia permissionis fuisse, non ipsius puræ substantiæ. Nã si ipsam uidissent, nulla ex parte differentẽ uidissent: quippe quæ simplex, & pura est, non cõposita, nec descriptibilis. Non iacet, non stat, nõ ambulat. Hæc omnia corporis sunt officia. Quomodo autẽ sit, ipse nouit solus, quod per prophetã significauit: Ego uisionẽ multiplicaui, & in manibus prophe- Osee. 12.
tarum assimulatus sum: hoc est permisi, nõ tamen id quod eram me ostẽdi. Cum enim eius filius uera carne accepta uenturus esset in mundum, multo ante sanctos uiros ad diuinæ substantiæ uisionem exercuit, ita ut uidere poterãt. Nam id quod est deus, non modo prophetæ non uiderunt, sed neq; angeli, neq; archangeli. Sed si eos percõtaberis, nihil ab his de dei substantia audies, sed tantũ referentes: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Si Cherubin & Seraphin, sanctificationis laudem audies, plenũ esse cœlum et terram gloria eius. Si supernas uirtutes, tibi item respõdebunt, sibi unum opus esse, ut deum laudent: Laudate eum, inquit, omnes uirtutes eius. Solus autẽ ipsum uidet filius & spiritus san- Psal. 148.
ctus. Quòd si omnis natura creata est, quanam ratione increatũ uidere poterit? Etsi incorpoream uirtutẽ, quamuis genitam, non possumus manifeste cõspicari, & hoc sæpenumero in angelis ostendi

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum est: multo minus incorpoream, & ingenitam A
substantiã. Quare Paulus: Quem, inquit, uidit ne
1. Tim. 6 mo hominũ, neq; uidere potest. Soline igitur pa-
tri hoc præcipuũ ineſt, non tamen filio? Audi hac
Colos. 1 etiam in parte quid superius dicat: Qui est imago
dei inuisibilis. Qui autem inuisibilis imago est, ip
sum quoq; inuisibilẽ esse necesse est, aliter non es-
1. Tim. 3. set uera imago. Propterea inquit: Qui manifestus
est in carne. Manifestatio autem per carnem non
est secundum substantiam. Nam quòd ipse inuisi
bilis sit, nõ solum hominibus, sed & supernis uir-
tutibus, cum dixerit Paulus, manifestũ esse in car-
ne: subdidit, uisum ab angelis. Ergo ex quo carnẽ
induit, ante nõ ita uidebatur, cum ipsis quoq; inui
sibilis esset substãtia. Quamobrem igitur inquit,
Matth. 18 Nolite despicere unũ ex his minimis: dico enim B
uobis quòd angeli eorum semper uident faciẽ pa
tris mei, qui in cœlis est? Quid ergo, faciem deus
habet, & cœlo circũscribitur? Sed nemo ea agite-
tur insania, ut hæc dixerit. Quænam ergo ea sen-
tentia? quę & in loco illo: Beati mũdo corde, quo
niam ipsi deum uidebunt. Cogitationẽ nãq; atq;
imaginationem, quam pro uiribus nostris de deo
capimus, eam uisionẽ appellat. Neq; aliter de an-
gelis intelligendũ est, propter puram ipsorum, &
nullo somno obnoxiam naturam, cũ nihil aliud
Matth. 11 quàm deũ semper mente agitent. Propterea Chri
stus: Nemo, inquit, cognoscit patrem, nisi filius.
Quid, inquam? Num omnes in ignorantia uiui-
mus? Absit. Sed nemo ita cognouit patrem, ut fi-
lius. Vt igitur multi quisq; pro captu suo ipsum ui C
derunt, substantiam autẽ nemo uidit: sic multi de
um cognoscimus, non tamen ipsam substantiam
qualis est, nisi solus eius unigenitus, qui certã no-
tionem, uisumq;, & cõprehensionem habet, qua-
lem filium de patre habere par est. Sicut enim co-
gnoscit me pater, inquit, & ego cognosco patrẽ.
Quare animaduerte quãta cum autoritate loqua
tur Euãgelista. Siquidem cum dixisset, Deum ne-
mo uidit unquam: nõ prosecutus est, filius qui ui-
dit narrauit. Nam in sinu patris esse, maius quid-
dam est, quàm uidere. Qui enim tantũ uidet, non
certam habet rei uisæ cognitionẽ: qui uero in sinu
immoratur, omnia ei perspicua sunt & certa. Ne au
tem audiẽdo: Nemo cognoscit patrem nisi filius,
D
diceres quòd licet maiorẽ cæteris de patre habe-
at cognitionem, non tamen qualis est nouit, ideo
in sinu patris eum esse, inquit Euangelista. Chri-
stus autem tantum se patrem cognoscere, inquit,
quantũ pater ipsum. Percontare quæso, qui con-
tradicit, nũquid cognoscat filium pater? respõde
bit, Etiam, nisi omnino insaniat. Deinde illud ite-
rum interrogabimus: Quid autem? certáne quã-
dam uisione, & scientia ipsum uidet, & id quod est
manifeste cognoscit? Certè assentiet. Hinc colli-
ge certã filij de patre cõprehensionẽ. Ipse em̃ in-
quit: Sicut cognoscit me pater, & ego cognosco
patrẽ. Et alibi: Nemo deũ uidit, nisi q ex deo est.
Hac, ut dixi, gratia Euãgelista sinus meminit, quo
uno uerbo multã substantiæ cognationẽ, propin
quitatem, parem patri cognitionem, potestatem
ostendit. Non enim diuersam substantiam in sinu
haberet pater, sed neq; ipse auderet, si seruus, si ex
multitudine unus esset in sinu dñi uersari. Hoc nã
que dilectissimi filij tantum est, qui multum geni
tori suo fidit, neq; ipso ulla ex parte sit inferior, æ-
qua hoc cognitio significat. Vis & sempiternum
intelligere? audi Mosen quid de patre loquatur.
Nam cum peteret si interrogaretur à Iudæis, quis
ipsum misisset, quid iuberet responderi: Dic, inqt, Exod. 3
Qui est, misit me: Hoc enim uerbum, Qui est: sem
piternum & sine principio, & uere, & proprie es-
se significat. Hoc idem ex ea particula, In princi-
pio erat, ostendit Ioannes. Item hoc in loco, cum
in sinu patris esse dicit. & ne propter nominis cõ-
municationem, unum eorum, qui per gratiã facti
sunt filij, significare arbitreris: primum articulum
addidit, qui per gratiam filios seponit. Inde si hoc
tibi non satis est, & adhuc humi deuolueris, alio
magis proprio nomine usus est, cum inquit, Vni-
genitus. Si in adhuc humum despicis, non recusa-
bo, inquit Euangelista, de deo sermonem faciẽs,
humanis & corporeis uerbis uti, hoc est in sinu,
tãtum ne uile quicquam & abiectum de Christo
suspiceris, Considera benignitatẽ domini, & no-
stri curam. Indignis se uerbis nuncupari patit, ut
hoc saltẽ pacto oculos erigamus, & aliquid de se
magnum concipiamus, & tu ad inferiora semper
dilecteris. Dic quæso, qua gratia hoc in loco si-
nũ positũ existimas? Crassum hoc nomẽ & carna
le. Nunquid ut deum corpus habere suspicemur?
Absit. Cur igit? Nam si neq; filij dilectio, neq; cor
pus deum esse hinc cõprobatur, superfluum hoc
in loco, & ociosum id uerbum est. Nõ enim te pe
tere recusabo, ut aliquid in hoc coniectemur. Sed
profecto constat, nihil aliud quàm summam uni-
geniti dilectionem, & patri coeternitatẽ significa
ri. Vbiq; hoc perspicuum est. Ille narrauit, inquit.
Quid narrauit? Quòd deum nemo uidit unquã:
an, quòd unus est deus? Verum hoc & reliqui, p-
phetæ, & Moses iampridem exclamat. Dominus Deut. 6
deus tuus, dominus unus est. Et Esaias: Ante me
non est factus alius deus, & post me nõ est. Quid
igitur amplius à filio didicimus? quòd in sinu sit
patris. Quid ab unigenito? Primum quidem hæc
eadem unigeniti operationes sunt, deinde longe
ab eo expressiorem & magis perspicuam doctri-
nam accipimus, uidelicet, quòd spiritus deus est:
& qui adorant eum in spiritu & ueritate oportet
adorare. Quod deũ uidere est impossibile, quòd
eũ nemo nouit nisi filius, quòd pater est dilectis-
simi unigeniti, & alia multa, quæ de eo narrata sũt.
Id autem uerbum, narrauit, expressiorem certio-
remq; doctrinam demonstrat: non apud Iudæos
tantum, sed in uniuersum mundum propagauit,
eumq; meliorẽ reddidit. prophetis enim neq; Iu-
dæi omnes fidem adhibebant, unigenito autẽ dei
filio uniuersus orbis & paruit, & credidit. Narra-
tio autem hoc in loco doctrinæ euidentiam signi
ficat. Quare & uerbum, & magni cõsilij angelus
appellatur. cum igitur perfectiore dignati simus
doctrina, neq; amplius per prophetas, sed per fi-
lium

lium ad nos in ultimis his diebus deus locutus sit, A
lõge potiorem, et dignam accepto honore uitam
exhibeamus. Etenim absurdũ est si cum tantus de
scenderit dominus, & nõ amplius per seruos, sed
per seipsum nos alioqui uoluerit, nos nihil a pri-
scis illis differamus. Illi Mosen, nos Mosi domi-
num, magistrum habemus. Quamobrem hoc ho
nore dignam præ nobis feramus philosophiam,
& nihil cum terrenis communicemus. Propterea
nobis cœlitus uiuendi normam detulit, ut magi-
stri imitatores pro uiribus efficeremur. Qua autẽ
ratione possumus Christi imitatores fieri? Si om-
nia in communem nõ nostram fecerimus utilita-
tem: etenim Christus non sibijpsi morem gessit,
Psal. 69 sed ut scriptum est. Improperia, inquit, impropе-
rantium ceciderunt super me. Nemo priuatã quæ
rat utilitatẽ, sed & proximi, ita suam quæret: siqui B
dem illorum res nostræ sunt. Corpus nãq; unum
sumus, & inuicem partes & membra, Nolimus i-
gitur ita alter erga alterũ affici, ac si penitus simus
alieni. Nemo illum, neq; amicum, neq; cognatũ,
neq; uicinum, neq; quicquam cum eo sibi esse di-
cat, Quomodo accedam? quid dicã? Licet enim
horum nihil sit, homo tamen est eiusdem naturæ
particeps, sub eodem domino conseruus, & con-
tubernalis, eiusdem mũdi incola. Quòd si fidẽ tan
tum tecum cõmunicat, iam tuum factus est mem
brum. Quæ enim amicitia, quæ familiaritas tantã
contrahere unionem posset, quãtam fidei cogna-
tio? Non enim quãtam amicus amico debet pro-
pinquitatem, tantam nos habere inuicẽ oportet, C
sed quãta est membri ad membrum: hac amicitia
& cura aliam maiorẽ nemo unquã inuenire pos-
set. Quemadmodum ergo is sane ridiculus foret,
qui unde secum familiaritas sit, unde propinquи-
tas percontaretur: ita qui unde sibi cum fratre &
proximo. Omnes enim in unum corpus bapтiza
1. Cor. 12 ti sumus, inquit. Quid significat, in unũ corpus?
ne diuidamur, sed mutuam consuetudinem, ami-
ciamq; tanquam unum corpus seruemus. Nolí-
mus inuicem alter alterum contemnere, ne nosi-
psos cõtemnamus. Nemo unquam carnem suam
odio habuit, sed nutrit, & fouet. Propterea hunc
mũdum tanquam domũ unam nobis deus largi-
tus est, & omnia æqua portione distribuit. Vnum
Solem omnibus lucere fecit. Vno nos tecto, cœ- D
lo uidelicet, operuit. Vnam cunctis mẽsam, hoc
est terram cõmunicauit, impartitus est aliam lon-
ge maiorem, unam tamen cõdiscipuli intelligũt.
Vnum generationis modũ omnibus largitus est
spiritualẽ. Vna nobis, & cõmunis in cœlo patria,
idem poculum omnibus propinatur. Nihil ampli
us diuiti & spectato uiro, q̃ pauperi et abiecto de
us exhibet: sed uniuersos pariter uocat. Carnalia
pari honore, spiritalia similiter. Vnde ergo tanta
huius uitæ inæqualitas? Ex diuitum auaritia, atq;
insolentia. Sed nolite fratres, nolite, quæso, ita af-
fecti esse: nec cum ratio ipsa et necessitas in unum
nos cogat, à terrenis & caducis huius uitæ bonis
distrahamur, à diuitijs dico, paupertate, sanguinis
coniunctione, inimicitijs, amicitia. Hæc enim om

EX CAP. PRIMO HOMILIA XV

ET hoc est testimonium Ioannis, quan
do miserunt Iudæi à Hierosolymis sa-
cerdotes & leuitas, ut interrogarent
eum, Tu quis es?] Graue uitium inui
dia est dilectissimi, graue inquam &
exitiosum, non his quibus inuidetur, sed ipsis in-
uidentibus. Primũ enim eos offendit, consumitq;
tanquam mortiferum quoddam uirus eorum ani
mos occupans. Si quo autem pacto eum cui inui
detur lædit, paruum quidem, & nullius ferè mo-
menti detrimentum est, quodq; plus emolumẽti
quàm damni afferat. Neq; inuidia solũ, sed etiam
in cæteris uitijs, non qui malo afficitur, sed qui af-
ficit is damnum accipit. Quod nisi ita se haberet,
non iniuriam accipiendam potius quàm inferen
dam præcepisset Paulus discipulis. Quare nõ ma 1. Cor. 9
gis, inquit, iniuriam accipitis? quare non magis
fraudem patimini? Certo enim nouit, non mala
accipientem, sed inferentem omnino exitium se-
cuturum. Hæc omnia mihi propter Iudæorum in
uidiam dicta sunt. Qui enim ex ciuitatibus ad Io-
annem confluxerant, qui propria damnarant pec
cata, qui baptizati erant, post baptisma tanquam
quadam boni operis pœnitentia, mittunt qui Io-
annem interrogant, Tu quis es? Certe genimina
uiperarum & serpentes: uel si quid his grauius ge
neratio mala, adultera, puersa, post baptisma Ba-
ptistam interrogas, & percontaris? Quid hac stul
titia stultius? quomodo eum cõuenistis? quomo-
do peccata uestra confessi estis? quomodo ad ba-
ptisma cucurristis? quomodo ipsum percõtati e-
stis, quid foret agẽdum? Hæc omnia à uobis teme
re, & sine ratione facta sunt, cum neq; principiũ,
neq; fundamentum intelligatis. Verum neq; uos
accusauit Ioannes, neq; quicquã exprobrauit, sed
omni cum mansuetudine respondit. Quamobrẽ? D
est enim dignũ cognitu, ut omnibus eorum mani
festa, perspicuaq; fieret malitia. Sępenumero Ioã-
nes Christo testimoniũ perhibuit, & cum Iudæos
baptizaret, frequẽter Christi meminerat. Ego,
inquit, uos baptizo in aqua: qui autẽ post me ue-
nit, fortior me est, ipse uos baptizabit in spiritu
sancto & igni.] Quibus uerbis humana quadam
perturbatione affecti sunt. Mundi nanq; gloriam
affectantes, & secundum faciem iudicantes, Ioan
nem Christo inferiorem, indignum arbitrabantur.
Multa nanq; Ioannis generositatem ostende
bant. Primum generis claritas, principis enim sa-
cerdotis erat filius. Deinde uita & asperitate, &
omnium hominum contemptu insignis. Siqui-
dem uestę, mensa, domo, & ipso uictu cõtempto

Universidad de Deusto
Biblioteca

eremum ab ineunte ætate incoluit. Contrà, Chri-
stus obscuro genere natus, quod sæpenumero his
uerbis exprobrarunt: nónne hic est fabri filius?
Nónne mater eius dicitur Maria, & frater eius Ia-
cobus, & Ioseph? Et patria unde originē ducere
putabatur, ignominia quadam notabatur, ut in-
quit Nathanael. A Nazareth potest aliquid boni
esse? Præterea conuersatio omnibus cōmunis, &
uestimenta nihil à uulgo differentia. Nō enim zo
na pellicea cingebatur, neq; pilosam uestē indue-
bat, neq; melle & locustis uescebatur: sed cū om-
nibus eandem habebat cōsuetudinem. Infamium
hominum, & publicanorum conuiuijs aderat, ut
eos ad meliorē frugē alliceret: quod quasi incon-
ueniēs, Iudæi ei exprobrabāt, ut ipse Christus in-
quit: Venit filius hominis manducans, & bibens,
Matth. 11 & dicūt: Ecce homo uorax & potator uini, publi
canorum & peccatorū amicus. Cum ergo frequē
ter Ioannes ab se Iudæos ad Christum, longe eo-
rum opinione inferiorem dimitteret, ægrè ipsi fe-
rebāt, & rubore perfundebant. Quippe qui Ioan
nem potius magistrū habere, quàm Christum uo
luissent: palàm tamen id dicere uerebant. Mittūt
autem ad eum, ut per adulationem ipsum alliciāt
ad cōfitendum se Christum esse. Quamobrē non
abiectos, & infimæ sortis homines mittūt, quem-
admodum ad Christum cum uellent eum capere
in sermone. Tunc enim seruos, & iterū Herodia-
nos destinarunt: nūc autem sacerdotes, & leuitas:
nec quoslibet sacerdotes, sed ab Hierosolymis,
hoc est maioris autoritatis & nominis. Nō enim
temere hoc significauit Euangelista, et mittunt ut
interrogarent eum: Tu quis es? Et profecto nata-
les eius adeo celebres erant, ut uulgo diceretur,
Luc. 1 Quis putas puer iste erit? & super omnia monta-
na ludææ diuulgarētur omnia uerba hæc. Et cum
iterum Iordanem petisset, omnes ad eum ciuita-
tes aduolarent, ex Hierosolymis, & ex omni Iu-
dea ad Ioannem ut baptizarentur, concurrerunt.
Quid igitur interrogant? Non quòd ignorarēt:
satis enim superq; cognoscebat. Neq; ullo pacto
poterat ignorari: sed ea quam pauloante diximus
ratione, quo eum adducerent, ut se Christum esse
confiterē. Audi ergo quomodo beatus Ioannes
non uerbis sed animo quo illi percontabātur, re-
spondet. Nam cum dixissent, Tu quis es? Non re
spondet continuo, quod recte erat respondendū,
Ego uox clamātis in deserto, sed eorum primum
suspicionē amouit. Interrogatus enim, inquit,
tu quis es? confessus est, et non negauit: confessus
est, quia non sum ego Christus.] Et animaduerte
Euāgelistæ sapientiam. Tertium idem dicit, ut &
Baptistæ uirtutem, et Iudæorum malitiam, atque
Luc. 3 stultitiam demōstret. Lucas uero inquit, quòd cū
turbæ suspicarent eum esse Christum, iterum tol-
lit suspicionem. Hoc frugi serui officium est, non
solum domini sui gloriam non aucupari, sed & à
multitudine tributum propulsare. Verum turbæ
simplicitate & ignorātia in hanc uenere suspicio-
nem: hi autem mala mente, malo animo eum per-
cōtati sunt, id arbitrati quod diximus. Quòd nisi
A hoc animo fuissent, non continuo ad aliam uenis-
sent interrogationem: sed indignati, tanquam ad
propositum non respondisset, neq; id dubitarent,
neque id percontatum uenissent, tanquam in cri-
mine deprehensi, & rei, ad aliud uenerunt.

Quid ergo? Helias es tu? & dixit, Non sum.]
Arbitrabantur enim eum uenturum, sicut Chri-
stus inquit. Rogantibus nanq; discipulis, quomo
do ergo Scribæ dicunt, quòd Heliam oportet pri
mum uenire, ipse respondit: Helias quidem uen- Matth. 17
turus est, & restituet omnia. Deinde interrogant,

Propheta es tu? & respondit, Non: Et tamen
propheta erat, quare se prophetam negat? Quia
iterum percontantium animum inspexit. Existi-
mabant enim prophetam quēdam eximium uen
B turum, eo quod inquit Moses, Prophetam uobis Deut. 18
suscitabit dominus deus de medio fratrum ue-
strorum, tanquam me ipsum audite. Hic autem e-
rat Christus. Non igitur rogarunt, an esset unus
ex aliorum numero prophetarum, sed articulum
addiderunt, ac si dicerent: Prophetáne ille es, qui
à Mose prædictus est? Propterea negauit. Di-
xerunt ergo ei: Quis es? ut respondeamus his
qui miserunt nos. Quid dicis de teipso?] Vides
ne hos uehementius urgentes, alliciendo iterum
rogantes non dimittendo, hunc autem summa
cum mansuetudine falsas eorum suspiciones om
ni conatu tollentem? ueritatis amicus, Ego, Esa. 40
inquit, uox clamantis in deserto, dirigite uiam do
mini, sicut dixit Esaias propheta.] Cum enim ma
gnum quiddam, & eximium secūdum eorum o-
C pinionem de Christo locutus sit, ad præstandam
uerbis suis autoritatem, prophetæ statim testimo
nium adducit. Et qui missi fuerant, erant ex
pharisæis, & interrogauerunt eum, & dixerunt
ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neq;
Helias, neque propheta? Vides quàm temere lo-
quantur? quoniam adhuc eū adducere uolebant.
Non tamen hinc orsi sunt, ne quo animo dicerēt
deprehenderētur. Et cum se Christum esse ne-
gasset, iterum malicia sua dissimulata, ad Heliam
ueniunt, & prophetam. Quòd cum se neutrum
esse profiteretur, dubij iam consilij, persona & si-
mulatione omni abiecta, aperte fraudulentā mē-
tem his uerbis detegūt. Quid ergo baptizas, si tu
D non es Christus? Deinde ut animum celarent, ad
diderūt, neq; Helias, neq; propheta. Nam cum a-
dulationibus allicere non possent, calumnia se e-
um coacturum arbitrati sunt, ut quod non esset,
se esse confiteretur. O superbiam, ò amentiam &
curam intempestiuā. Misistis ut ab eo cognosce-
retis quis esset, & unde. Nūquid ei quid facturus
sit præscribetis? Hoc cogentiū est, ut se Christum
confiteatur. Veruntamen neq; nunc indignatur
Ioannes, neque sic eis, ut merebantur, respondet:
Vos præcipere, & legem mihi ponere audetis?
Sed iterum incredibilem præ se fert mansuetudi-
nem. Ego, inquit, baptizo in aqua, medius au-
tem uestrum stetit, quem uos nescitis. Ipse est qui
post me uenturus est, qui ante me factus est, cuius
non sum dignus, ut soluam eius corrigiam calcea

menti

menti.] Quid nam his respondere potuissent Iu- A
dæi? Ipsi contra se, nulla uenia, nulla excusatione
dignam sententiam tulerūt. Quonam pacto? tan-
tæ autoritatis Ioannem, & tam uerum arbitraban
tur, ut nō solum de alijs testimonium, uerum ipsi
de seipso omnia crederent? Neq; enim nisi ea es-
sent sententia, ipsum interrogatum misissent quid
de se diceret. Nostis enim quòd de se dicentibus,
his duntaxat maxime fidem adhibemus, quos ue-
rissimos arbitramur. Neq; hoc tantum eorum os
obstruit, sed animum quoque, quo ad eum locuti
sunt. Promptissimo nanque animo ad eum uene-
runt, licet postmodū mutati sint. Quæ ambo Chri
stus his uerbis significauit: Ille erat lucerna ardēs
& lucens, uos autem uoluistis exultare ad horam
in eius luce. Et respōsum eius probauit, inquiens:
B Qui non quærit gloriam suam uerax est, & iniusti- Bene inquit Sapiens: Initium superbiæ nō cogno Eccl. 1
tia sua non est in eo. Ioannes autem non sibi glo- scere dominū. Nō esset è cœlo electus, neq; in dia
riam quęsiuit, sed ad alium eos dimisit. Et qui mis- bolum uersus cecidisset angelus, nisi hoc se scele-
si erant, summæ erant apud Iudæos autoritatis, & re coinquinasset. Hoc eum præcipitem dedit, hoc
primum locū obtinebant. Itaq; nulla ex parte con in gehennam intrusit, hoc malorū omnium ei cau
fugium, aut excusationē habebant, si Christo non sa fuit, hoc tantarū uirium est, ut omnē animi uir-
crederēt. Sed qua gratia Ioanni de Christo fidem tutem, eleemosynam, orationes, ieiunium, cætera
non adhibuistis? Vos ex primoribus misistis, uos animi bona corrumpat. Superbia in hominibus,
de his interrogastis, uos Baptistæ responsum au- immunda, inquit, est apud deum. Non ergo forni
distis: omnia conati, omnia scrutati sunt, & suspi- catio duntaxat, neq; adulterium hominem polluit,
ciones uestras omnes in medium protulerunt, & sed & superbia, ac etiam illis longe magis. Quam
tamen ingenue confessus est, non esse neq; Chri- obrem? quoniā fornicatio, etsi indigna uenia sit,
stum, neq; Heliam, neq; prophetam: neq; hoc con potest tamen quispiā uoluptatem in excusationē
tentus, quis esset ostēdit, & de baptismate suo uer adducere: superbia aūt ne minimam quidem, pro
ba fecit, quod paruū esset & uile, & præter aquam C pter quam uel umbram saltem ueniæ cōsequatur:
nil amplius haberet: ostendit preterea excellentiā sed nihil aliud est q̄ deprauatio animi, & morbus
baptismatis à Christo traditi. Adduxit Esaiæ pro- grauissimus, non aliunde q̄ ex insania ortum du-
phetæ testimoniū, qui diu ante deum & se eius mi cens. Nihil enim superbo homine insanius, quā-
nistrum appellauit. Quid iam dubij relinquebat, uis ditissimus sit: quāuis multa hac exteriori sapi-
quin deum adorarent, & cōfiterentur, cum omni entia præditus, quamuis potens, quamuis omnia
adulatione amota, uerū esset testimonium? Neq; quæ homini exoptanda uidentur, in illum conge
enim aliud testantis mores & sapientia polliceba rantur. Quippe qui humanis bonis superbit, mi-
tur. At hoc uel inde perspicuum erat, quòd nemo ser est & infelix, & illorū omnium mercedē amit-
proximum sibi præfert: neq; quem sibi honorem tit. Qui eorū gratia, quæ nulla ex parte bona sunt,
arrogare potest, in alium facile confert. Itaq; Ioa propter umbrā, & florem fœni (hæc enim inanis
nnes nisi Christus deus fuisset, in tantū non descen gloria est) inflatur: nónne omnium maxime ridi-
disset testimonium. Nam si id nomen tanquā con culus est, cum idem faciat quod quiuis pauper &
ditione sua maius abiecisset, non sanè alij, & sanè mendicus, & semper famelicus, qui si quando læ-
inferiori tribuisset. Medius autem uestrum stetit, tum somniū uiderit, eo lætatur? Miser sanè & infe
quem uos nescitis. Decens nanq; erat, ut in popu- D lix, qui cum animā tuam grauissimo morbo cōsu
lo tanquam unus ex multitudine uersaretur, qui mas, & in ultima miseria uerseris, tumescis tamen
ubiq; humilitatem & māsuetudinem doceret. Ne quòd auri tibi talenta sint plurima, quòd seruorū
scitis autem quis & unde sit. Illam autem particu- multitudo. Verum hæc non tua sunt. Si non cre-
lam, Qui post me uenit, frequenter meminit, tan- dis, plurimorū habes exemplum. Quòd si ita insa
tum dicens: Nolite putare rem ipsam in meo esse nis, ut neq; ex maiorū experientia hoc intelligas,
baptismate: nō sanè perfectum est. Alius post me parūper expecta, & in teipso nullam tibi inde uti-
uenit alterum allaturus. Hoc tamen illius præpa- litatem cognosces: cū exanimis, nec hora, nec bre
ratio quædā est, & præcessio. Res nostræ umbræ ui quidem momento, eorum dominus eris, inui-
sunt, & imago: alium uenire oportet, qui uerita- tus alijs relinques, & his sæpenumero quibus nol-
tem afferat. Quamobrē illud, Post me uenit, eius les. Multis enim nec sua disponere permissum est,
maxime ostendit dignitatem: nam si id erat perfe migrauerūt repente è uita, & cum uellent his frui
ctum, nullus erat secundo locus. Ante me factus nō potuerūt. Quod ne nobis accidat, iam ad sani-
est: hoc est, honorabilior. Inde ne ex comparatio- tatem reuersi, ea nosipsi ad ciuitatē nostram trans-
ne similitudinem intelligerēt, cum nullam uellet mittamus, quibus solis fruemur, alijs minime. Illa
intelligi, ita ante se fuisse dicit, ut neque inter ulti- in asylū & locum tutissimum recondemus, unde
nihil ea nobis poterit auferre, nō mors, non testa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

menta,non hæreditatum successiones,nõ calum- A niæ,non insidiæ. Sed qui hinc emigrans sua præmiserit,his perpetuo fruetur. Et quisnam tanta laborat insania,ut rebus suis omni tẽpore se perfrui tutum negligat? Transferamus igit illuc nostras diuitias: non nobis asinis opus est, non camelis, nullis iumentis,nullis curribus,nullo alio uehendi instrumẽto,qua nos molestia deus liberos reddidit:tantum pauperibus indigemus,claudis,cæcis,infirmis. Hi res & pecunias in cœlum perferre, & earum dominos ad æternorũ bonorũ hæreditatẽ perducere poterũt: quam utinã omnes consequamur,gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,per quem, & cũ quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum,Amen.

EX CAP. PRIMO HOMILIA XVI

HAEC in Bethabara facta sunt trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans. Altera autem die uidit Ioãnes Iesum uenientem ad se, & ait: Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mũ di.] Magnum bonum fiducia est,& loquẽdi libertas, omniaq; Christi confessioni postponere, tam magnum,inquam,& admirabile,ut filius dei unigenitus idem de patre prædicet, quamuis non æqua sit uicissitudo. Tu enim cõfiteris in terra, ipse in cœlo:tu præsentib.hominibus, ille patre & angelis omnibus. Talis Ioannes, non multitudine, nõ gloria,nulla re humana motus, omnia pessundat,liberrime,ut debet,Christi mysteria omnibus annunciat:propterea etiam locum significat euãgelista, ut magnanimi præconis fiduciam ostẽderet.Nõ enim domi,neq; in angulo aliquo se abdidit,sed apud Iordanem,in media omnium, qui ad se baptizatũ uenerant,multitudine id palam profitebatur. Venerant enim Iudæi dum baptizaret, tunc supremum illud arcanũ, & inenarrabilis doctrinæ plenum de Christo prædicauit, quodq; nõ esset dignus soluere eius corrigiam calceamenti. Propterea inqt:Hæc in Bethania facta sunt.Quædam autem exemplaria ueriora uidentur, in quibus Bethabara scriptum est. Bethania enim non trans Iordanem,neq; in deserto erat, sed nõ longe ab Hierosolymis. Locorum autem alia etiam ratione meminit.Nam cũ non antiqua,sed quæ pau D loante contigerunt esset narraturus,qui aderãt & uiderãt,eos testes adducit, ex quibus rem certam innuit. Confidens enim nihil se ueritati addidisse, sed ut res se habuerat, pure & simpliciter enarrasse,à loco testimonium accepit,non paruũ,ut dixi, futurum ueritatis indicium. Altera aũtem die uidit Ioannes Iesum uenientem ad se, & ait: Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi.] Distribuerunt tempora euangelistæ. Matthæus priusq; Ioannes Baptista caperetur, tempora prosequẽs, ad ea quę secuta sunt,properat:Euãgelista autem Ioãnes his maxime immoratur. Et ille postquã uenit Iesus è deserto, interim omissis omnibus quæ Ioannes,quæ Iudæi missi inuicem uerba contulerint,& alijs pluribus, continuo transit ad carcerẽ. Cum audiret,inquit,Iesus, quòd traditus esset Ioannes,secessit in desertum.Ioannes autem hoc tacuit,utpote à Matthæo narratum.Narrat aũt quæ post descensum montis secuta sunt,& multis prętermissis addit, Nondum enim missus erat Ioannes in carcerem.Et quanam gratia hoc in loco inquit Iesum ad ipsum uenisse non semel, sed iterũ? Matthæus necessarium eius aduentum fuisse inquit, baptismatis gratia. addit eñ Iesus, Sic enim *Matth.3* decet nos implere omnem iustitiam. Ioãnes eum iterum uenisse dicit post baptisma, quod manifestauit inquiens: Ego uidi spiritum descendentem quasi columbam, & manentem super eum.] Qua igitur gratia uenit nunc ad Ioannem? neque enim uenientem tantum, sed ad se, inquit. Cur inquam? Ne quis suspicaretur, cum primùm unà B cum cætera multitudine uenisset, eadem qua alij causa uenisse,ut scilicet peccata confiteretur,& in pœnitentiam ablueretur in flumine: Idcirco uenit præbens Ioanni occasionem, ut eiusmodi suspicionem tolleret,quam illud uerbum, Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mũdi:] penitus tollit. Qui enim tãta excellit puritate, ut aliorum peccata possit abluere, sanè constat eum non ad confitendum peccata uenisse, sed ut illi admirabili præconi hanc daret occasionem, & secũda hac uoce his qui priora audierant,& certius dicta imprimeret,& alia superadderet.Illud autem uerbũ, Ecce,ponitur,eo quòd sæpe multi ex iam dictis ipsum inquirebant,ideo præsentem ostendit.Ecce hic est,de quo iã sermo habitus est.Hic est agnus. C Agnum autem appellat, ut Esaiæ prophetiam in memoriam Iudæis reducat, ut per figuram magis eos ad ueritatem alliciat. Ille quidem agnus nullius peccatum accepit, hic autem totius orbis terrarum. Periclitantem enim mundum quamprimum ab ira dei liberauit,Hic est de quo dixit,

Post me uenit uir,qui ante me factus est.] Vides & in hoc loco quomodo superiora interpretatur? Nam cum dixisset, Agnus qui tollit peccata mũdi:subdit,Quoniam ante me factus est,uidelicet,quòd accipit peccata mũdi, & baptizat in spiritu sancto. Meus eñ aduẽtus nihil aliud habuit, quam prædicare commune orbi terrarum præstitum beneficium, & in aqua baptizare: huius autem,purgare humanum genus, & largiri paracleti operationem.Hic ante me factus est:hoc est clarior apparuit,quia prior me erat. Pudeat Pauli Samosatensis sectatores tam manifestam oppugnare ueritatem. Et ego nesciebam eum.] Aufert omnem testimonio suspicionem, cum non humanæ familiaritatis gratia, sed diuina reuelatione id perhibere ostendat.Nesciebam eum,inquit,Quomodo ergo dignus est fide testis? Quomodo alios docet,qui nescit? Nõ inquit,nescio,sed nesciebam, ut hoc uerbo maxime sibi crederetur. Quo enim pacto tantum ignoto tribueret? Sed ut manifestetur Israeli, propterea ego ueni in aqua baptizans.Non igitur ipse baptismatis indigebat. Neque alia ratione illud lauacrum institutum est, quam ut uiam reliquis ad Christi fidem præberet.

Non

Non enim inquit,ut baptismate ablutos mũdem, A neq; ut peccatis liberem,ad baptizandũ ueni, sed ut manifestet in Israel.Quid enim,dic quæso:nón ne licebat sine baptismate prædicare, & multitudinem facile ad credendum adducere? Minime. neq; enim tanto studio omnes festinassent, si sine baptismate fuisset prædicatum, neq; nisi ex cõparatione eius excellentiã didicissent. Siquidẽ multitudo,non ut prædicationem audiret,sed ut confessi peccata baptizarentur, concurrebat. Aduenientes Christi doctrina imbuebantur, & baptismatis intelligebant differentiam quantum Iudaicæ institutioni præstaret:idcirco omnes confluebant,nec tamen sic erat in precio. Quomodo igitur cognouisti eum? quia spiritus descendit.Verũ ne quis spiritus, quemadmodum nos, eum indiguisse arbitraretur, audi quo pacto hanc tollit su- B spicionem, ut ostendat spiritum ad Christum annunciandum descẽdisse. Nam cum dixisset, Et ego nesciebam illũ:addit, Sed qui misit me baptizare, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum descendentem,& manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto.] Vides ad hoc uenisse spiritum,ut Christum ostenderet? Non erat Ioannis suspectum testimonium, nihilominus ut id probabilius faceret, ad deum & spiritum sanctum relegauit. Cũ enim rem tam magnam,& admirabilem,dignamq; quæ omnes in admirationẽ conuerteret,testificaretur,uidelicet quòd uniuersi orbis terrarum solus peccata auferret,& ad tantam multitudinem abluendã diuini muneris magnitudo sufficeret, huiusmodi iam sentẽtiam con C firmat. Confirmatio autem est quòd filius dei sit, neq; baptismate indigeat,& quòd idcirco spiritus descendit, ut eum duntaxat manifestaret. Non enim erat Ioannis dare, quod ab eo baptizati signi
Act.19 ficabant,cum dicerent:sed neq; si spiritus sanctus est,audiuimus.Non baptismate Christus, neq; illo,neq; alia re:sed baptisma, Christi indiguit gratia. Hoc enim fons & caput omnium bonorũ relinquebatur, ut scilicet qui baptizarentur, digni essent spiritu sancto. Hanc igitur spiritus satietatem aduentu suo impleuit,& testimonium perhibuit Ioannes, dicens, quòd uidi spiritum descendentem quasi columbam de cœlo & manentẽ super eum,& ego nesciebam eum. Sed qui misit me baptizare in aqua,ille mihi dixit: Super quem ui- D deris spiritum descendentem, & manẽtem super eum,hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego uidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius dei.] Frequenter hac utitur particula,nesciebam eum.Quanam gratia? Ei cognatione iunctus erat
Luc.1 secundum carnem.Ecce enim, inquit, Elizabeth cognata tua & ipsa cõcepit filium. Ne igitur uideretur ad uoluntatem loqui eius cognationis gratia,inquit,Nesciebam eum:& merito sanè. Qui in deserto extra paternam domum à pueris uersatus erat,quid mirum si Christũ nesciebat,anteq; spiritus descẽderet? Quòd si ante baptisma eum nõ co
Mar.3 gnouit,cui prohibebat eũ,dicens:Ego à te debeo baptizari? Hoc enim signũ erat certissimæ cogni tionis,non tamẽ multo ante tẽpore eius notitiã habuit.Nec ab re:miracula eñ quę à pueris Christus fecerat,ut de magis,& alia huiusmodi, diu ante(Ioanne adhuc infante)cõtigerant.Interea multo intercedente tempore, minime mirum si ignorabat.Nam si antea notus fuisset, non utiq; dixisset,Vt manifestet in Israel, propterea ueni baptizans. Hinc constat signa illa, & miracula quæ in Christi pueritia ferunt,uera nõ esse.Nam si à pueris miracula facere cœpisset, non sanè eum Ioannes ignorasset, nec reliqua multitudo indiguisset magistro,qui ipsum manifestaret.Nũc aũt inquit, propter hoc ueni,ut manifestet in Israel. Sed qua nam ratiõe inquit,Ego debeo à te baptizari? Deinde utpote qui manifestius eum cognosceret,tur bis eũ manifestauit dicens:Hic est qui baptizat in spiritu sancto,quem dixi,Post me uenit uir qui ante me factus est.Quia & qui misit me baptizare in aqua, propterea misit me, ut manifestet in Israel. Ipse ante descensum spiritus Ioanni reuelatus est: idcirco & antequam uenisset,dixit:Post me uenit uir,qui ante me factus est.Nesciebat igitur anteq; Christus ad Ioannem ueniret, sed cum baptizandus esset,tunc eum cognouit,& maxime cum pater eũ prophetæ reuelasset,& spiritus Iudæis,quorum gratia descẽderat, qui baptizaretur,ostendisset.Itaq; ne Ioannis contemneretur testimonium, inquit: Quia prior me erat, & in spiritu baptizat, & iudicabit orbem terrarum.Ideo pater ipse uoce sua filiũ professus est, & spiritus supra Christi caput descẽdit.Cũ enim alter baptizaret,alter baptizaret,ne quis de Ioanne id uerbũ dictum arbitraret, uenit spiritus qui huiusmodi amouit dubitationẽ.Itaq; cũ inquit, Nesciebam eũ:superiora tẽpora respicit,nõ quę circa baptisma fuerant.Nam quo pacto prohibuisset,dicẽs,Ego debeo à te baptizari? quomodo hæc de eo loqueret? Sed quid non credebant Iudæi? Non enim solus Ioãnes uidit spiritum in columbæ similitudine. Quoniam hoc mysterium nõ corporis tantum oculis indigebat,sed mẽtis potius, ne inanis species putaretur. Nam si miracula facientem Christum, cum tactu solo infirmos sanaret, mortuos uitæ redderet, uidentes Iudæi non crediderunt, sed inuidia perciti,contraria sibi uidere uidebantur,quo pacto solo spiritus aduentu abiecissent incredulitatẽ? Qui dam autem dicunt,non omnes, sed Ioannem tantum,& quosdam uita & moribus probatiores spiritũ uidisse.Nam etsi corporeis oculis in columbę speciem spiritus descendens uideri poterat, nõ tamen necessario sequebatur,ut ab omnibus spectaret.Etenim Zacharias sub corporea imagine multa conspicatus est,necnon & Daniel & Ezechiel, nullum tamen uisionis socium habuerunt. Præterea Moses multa uidit,qualia aliorum nemo.Et transfigurationem in monte nõ omnes uiderunt discipuli. Sed neq; in resurrectione uisionis illius omes fuere participes. Quod significauit Lucas, cũ inquit: Qui dedit eum manifestũ fieri testibus *Act.10* pręordinatis.Et ego uidi,& testimoniũ perhibui, quia hic est filius dei. Agnum ipsum appellauit,

atq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

atq; quòd spiritu baptizare deberet, professus est. Filium aũt dei, nequaquam. Atqui post baptisma nihil ipsum dixisse scribunt alij euangelistę. Verũ omissis quæ interea facta sunt, post captum Ioannem, miracula prosequuntur. Ex quo non immerito coniectare possumus, quòd & hæc, & alia plura prætermiserunt, quod etiam hic euangelista in fine operis sui demõstrauit. Tantum autem abest ut fingant aliquid magnum de eo, ut quæ uidẽtur exprobranda esse, omnes uno ore diligentissime posuerint, neq; inuenires qui eorum quicquã relinqueret. Miracula autem, alij alia omiserũt, alia nemo meminit. Hæc non temere dixi, sed ad contundendam gentilium impudẽtiam, sufficiens sane hoc ad discipulorũ mores ostendendos exemplum, quòd nihil ad gratiam loquantur, poterisq; aduersus fidei oppugnatores his muniri rationibus. Verum attendite, quæso: etenim absurdũ est quòd medicus, coriarius, textor, & omnes generatim opifices quisq; pro artis suæ professione pugnet: Christianus aũt non possit ullam religionis suæ afferre rationem. Atqui illę artes neglectę, ad pecuniam damnum referunt: huius autem cõtemptus, animæ detrimentũ affert: & tamen tanta misseria, tanta insania laboramus, ut in illas omnẽ curam cogitationẽq; adhibeamus: necessaria autẽ, & salutis nostræ munimenta firmissima pro nihilo ducimus. Hoc nõ sinit Gentiles recognoscere errorem suum, atq; deridere. Nam cũ ipsi mendacio nixi omnia faciant, ut dogmatum suorũ ignominiam defendant, nos aũt ueritatis cultores, ne hiscere quidem ad nostra tutanda possimus: quæ causa est, quin doctrinæ nostræ nimiam damnent imbecillitatẽ, quin fraudem & stultitiam in nobis suspicentur, quin Christo tanquã mendaci, & multitudinis stultitia fraude sua abutẽti maledicant? huius nos causa blasphemiæ, nos, inquam, qui nolumus pijs religionis nostræ sermonibus inuigilare, sed superuacuis & caducis rebus curã omnem adhibemus. & qui saltationis, & aurigandi, & bestias conficiendi studio delectant, huiusmodi certaminibus totis uiribus incumbunt, ne inferiores euadant, & studia sua maiorẽ in modũ laudant, & aduersus eorũ accusatores, excusationẽ meditãt: qui uero reprehendit, maledictis prosequũtur. in Christiana autẽ religione defendenda, nulla cura adhibita torpescimus, oscitamus, maxime ridiculi deprehendimur: & qui non summã dei subimus indignationem, cum Christum inferiore loco, q̃ saltatorẽ habeamus? Horũ enim opera quãuis turpissima multis modis excusare adnitimur: Christi miracula, quãuis orbem terrarum cõuerterint, neq; intelligere, neq; curare uidemur. Credimus in patrem, & filium, & spiritum sanctum, in resurrectionem corporum, & uitam æternam. Si quis Gentilium percontaretur, Quis hic pater est, quis filius, quis spiritus sanctus? Tres deos asserítis, & nos pluriũ deorum assertores reprehẽditis. Quid ad hoc dicetis? Quid respondebitis? Quo pacto has dissoluetis obiectiones? Quid autem si uobis ad hæc obmutescẽtibus aliam inferat quæstionẽ, An in hoc corpore, an in alio resurrecturi simus? Et si in hoc, quæ necessitas ut dissoluat? Quid pręterea hoc tandẽ, & non superiori tẽpore Christus humanam carnẽ accepit? Quid ei in presentia, potius quã tot superioribus seculis usum est humano generi prouidere? Necq; enim necessariũ est, ut qui plures pręterea quęstiones accumulat, earum cõticeat solutiones, ne rudioribus obsit. Arbitramur sanè quæ diximus sussectura ad somnum uestrum excutiendũ. Quid igitur si hæc, & huiusmodi percontarentur? Non potestis ipsa uerba audire? quod nos, quęso, manet supplicium, tũ tãti simus erroris autores his, qui in tenebris inuoluuntur? Vellem, si horũ studio teneremini, huc in medium impij alicuius Gentilis philosophi cõtra nos librum proferre, contra senioris huius, ut hac uos ratione excitarem, & desidiam uestram excuterem. Nam si illi ut cõtra religionẽ nostram loquerentur, tantopere inuigilarunt: qua nos uenia dignamur, nisi huiusmodi contra nos insultus propulsare calleamus? Hoc nobis Petrus præcipit. Inquit enim, parati semper ad satisfactionẽ omni poscenti uos rationem, de ea quæ in uobis est fide & spe. Et Paulus: Verbum Christi inhabitet in uobis abundanter: sed quid ad hæc respõdent fucis stultiores? Benedicta omnis anima simplex: & qui simpliciter ambulat, in fiducia ambulat. Hoc nanq; omnium malorum causa est, quòd non multi scripturarum testimonia in opportunis rebus sciunt adducere. Nõ enim in eo loco simplex pro stulto, & pro eo qui nihil nouit, intelligendũ est: sed pro nõ malo, nõ uersuto. Nam si ita intelligeret, superuacaneũ fuisset dicere, Estote prudentes, sicut serpentes: & simplices, sicut columbæ: Sed quid hæc, cũ in nullam huius disputationis adducamur necessitatẽ? Præterea neq; alia in hac uita nobis rectè efficiuntur, sed undiq; ridiculi, in mutuas semper calamitates intenti, in corrigendis & accusandis criminibus pigri oscitamus. Quamobrẽ uos hortor nunc saltem uestri iuris facti, ne in reprehendendo tantum perseueretis: siquidem nõ satis est ad placandum deum: sed optimam uitam induamini, ut ad gloriam dei in hoc seculo uiuentes, futurã omnes cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cũ quo patri, simul & spiritui sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

1. Pet. 3
Colos. 3
Prou. 10
Matth. 10

EX CAP. PRIMO HOMILIA XVII

ALTERA die iterum stabat Ioãnes, & ex discipulis eius duo. & respiciens Iesum ambulantem dicit: Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum.] Pigra quodammodo humana uita est, & ad perditionẽ procliuis, non propter naturę suæ opificiũ, sed propter uolũtatis desidiã. Quamobrem sæpius admonendum. Vnde Paulus: hæc scribere mihi quidẽ non graue, uobis autem tutum. Terra eñ semel accepto semine mox profert fructus, neq; indiget altera satione. In anima nostra non ita usu uenit, sed frequẽter & summa cum diligẽtia in ea serendum

serendum est, ut semel saltem fructũ accipiat: primum enim non facile incidunt, & imprimuntur animo uerba dei: quoniam multa sequit difficultas, multis obstruitur spinis anima, multi adsunt insidiatores, semina diripientes. Deinde cum germinant, & radices agunt semina, iterum indigent diligentia, ut ad maturitatẽ perueniant: & cũ peruenerint, ut integra perstent, & à nemine lædantur. In seminibus enim cum è uagina spica erũpit, & rubiginem, & cætera noxia facile contemnit. In doctrina autem perfectum opus nõnunquam aliqua incumbens tempestas & fluctus perdidit: idq; & rerum difficultate, & hominum qui sciunt & uolunt lædere fraudibus, uarijsq; alijs tentationibus penitus labefactatur. Hæc autem nõ temere uobis dicta sunt, sed ut quoties idem Ioannem repetentẽ audieris, nolis tanquam nugatorẽ contemnere, neq; superfluũ, & molestũ arbitrari. Voluit enim semel audiri, sed cum nõ multi eius uerbis à principio nimio somno oscitantes uacauerint, iterum eos excitat. Considera autem eius uerba: inquit enim, Qui post me uenit, ante me factus est. Et item, Non sum dignus soluere eius corrigiam calceamẽti. Et iterum: Hic est qui baptizat in spiritu sancto, & igne. Quodq; spiritus usus est descendens, quasi columba super eum: & quòd testimonium perhibuit, quoniã hic est filius dei: nemo his uerbis attendit, nemo rogauit cur, pro quo, & qua ratiõe id diceret. Dixit præterea, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mũdi: neq; hoc ulla eos admiratione affecit, idcirco repetere cogitur, tanquam duram quandam, & immitem terram nouali frequẽter molliens, & sermone tanquam aratro subactam mentem excitãs, hoc pacto semina alte deijcit. Propterea non longiori usus est oratione, quoniam unum tantũ curabat, ut Christo omniũ animos cõiungeret. Norat enim si hoc reciperẽt, non amplius testimonio alicuius indigere, ut factum est. Nam si Samaritani audito Christi sermone dicunt mulieri, Non iam propter tuam loquelam credimus, ipsi eñ audiuimus & scimus, quia hic est uerè saluator mundi: longe magis discipuli id fecissent: effecerunt q̃. Nam cum abeuntes unotantum uesperi Christum audissent, non amplius reuerterunt ut & Ioanni ministrarent, & eius audirent prædicationem. Inuenit enim hic primum, inquit, fratrem fuum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Messiam, quod est interpretatũ Christus. Intuere hoc etiam loco, quòd neq; cũ dixit: Post me uenturus est, qui ante me factus est: neq; cum, Nõ sum dignus soluere eius corrigiam calceamenti: quemquam lucratus est. Verum cũ de Christi generatione uerba habere, & in humiliorẽ sermonẽ descendere cœpit, tunc secuti sunt discipuli. Vnde animaduertendum est, quòd non tam multi ad Christum sectandum adducũtur, quando magnũ aliquid & altum de deo dicitur, sicut cũ ad humiliora, & ad auditorũ salutem accõmodatiora descenditur. Audierunt igitur à Ioanne quòd tollit peccata mundi, & è uestigio ad eum properarunt. Nam si peccata abluere, & sine labore nostro his nos liberare potest, cur tãtam reijcimus gratiam? Audiant catechumeni, & qui ad ultimum usq; spiritum propriam contemnunt salutem. Iterum instat Ioannes, Ecce agnus dei. Nihil Christus, sed ille omnia loquitur: ita & sponsus, nihil ad spõsam primo loquitur, sed silet. Alij ipsum ostendũt, alij sponsam accipiunt, cui tantum monstratur, neq; à seipso eam, sed alio tradente accipit sponsus: cum uero traditam acceperit, ita ei afficitur, ut minime amplius despondentium reminiscatur. Ita Christus uenit, ut ecclesiam componeret, nullum ipse uerbum fecit, tantum præsto fuit amicus eius Ioannes, dexteram imposuit sponsæ, ipse uerba habuit, & hominũ animas Christo tradidit, quibus acceptis, ita formauit, ut nõ amplius ad Ioannem esset redeundum. Aliud præterea animaduertendum est, quòd quemadmodũ in nuptijs non sponsa sponsum petit, sed contrà, etiam si regis filius uilem ancillam duceret: Ita nunc non in cœlum humana ascendit natura, sed ipse deus ad hãc descendit, quamuis humilem, quamuis cõtemptam. Re autem perfecta non permisit eam amplius hic immorari, sed ad patriam domum sustulit. Sed quanam gratia non seorsum suis conuocatis discipulis Ioannes hæc cum his loquitur, & ita eos Christo cõmendabat, sed omnibus præsentibus inquit ad eos, Ecce agnus dei? Ne uideret id ex composito fecisse. Nam si ipsius hortatu, & tanquam gratiam ei haberent, Christum petijssent, resilissent fortasse: nunc autem ex communi doctrina eum secuti, firmi perstiterunt discipuli, non magistri gratiam, sed propriam tantum spectantes utilitatem: Prophetæ & apostoli omnes absentem Christum prędicauerunt: illi quidem ante, hi uero post acceptam carnem, Ioannes autem solus præsentem. Quare amicum ipsum sponsi appellat? Affuit enim solus nuptijs, omnia fecit, omnia ad finem perduxit: ipse rem orsus est, & uiso Iesu ambulante inquit, Ecce agnus dei. Neque uoce tantum, sed & oculis Christum testatus est, & admiratus, & incredibili gaudio exultauit. Neque iam exhortatur sed admiratur, & obstupescit præsentem, & dei donum quod annunciaturus uenerat, & purgationis modum manifestat. Agnus enim utrunq; significat. Neq; dixit, qui tollet aut tulit: sed, tollit peccata mundi, ut quotidie ea tollere intelligatur. Non enim cum passus est, solum nostra abstulit peccata, sed ex illo hactenus tollit. Non semper crucifigitur. Vnum nanq; pro peccatis nostris tulit sacrificiũ, sed semper per illud nos purgat. Quemadmodum igitur cum uerbum dixit, et filium, utrunq; præ cæteris eximium intellexit: ita & agnus, & propheta, & lux uera, & pastor bonus, & alia quæ ab eo articuli adiectione dicta sunt, præcipuum quiddam, & cæteris præstantius demonstrant. Etenim & agni, & prophetæ, & filij multi sunt, sed hic longe præstat. Neq; articulo solo, sed unigeniti quoq; adiectione hoc confirmat. Nihil enim cum creatura cõmunicat. Quòd si cui nõ idoneo tempore, hora uidelicet decima, hæc dicta uiderẽt: (hora enim, inquit, quasi decima

Messias

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma erat) multum mea sententia fallit. Mundi nãq; A nibus cognoscunt. Ita & Paulus: Misimus, inquit, 2.Cor.8
hominibus, carnisq; uoluptatibus deditis, id tem cũ eo fratrem in multis sæpe studiosum, cuius laus
pus nõ admodum cõmodum est ad aliquid serio in euangelio. Andreæ autem meminit uel hãc ob
peragendum, eo quòd mens cibo ingrauescit. Io causam, ut cum audieris ipsi & Simoni Christum
annes autẽ etiam uespertini cibi reliquiæ, animi solertiã ma dicẽtem: Venite post me, faciam uos fieri piscato Matth.4
ne etiam hebetant: ille autem nullo huiusmodi o res hominum: tam admirabilem promissionẽ in
nere premebatur. Non igitur immerito sub uespe telligas, non dubitans & fratrem iam fidei iecisse
rum hunc sermonẽ habuit. Propterea in deserto fundamenta. Conuersus autẽ Iesus, & uidens
conuersabatur iuxta Iordanem, quò omnes sum eos sequentes, dicit eis: Quid quæritis?] Hinc ad 2.Tim.4
mo feruore ad baptisma cõcurrebãt, parum secu moneri possumus, deum suis in nos beneficijs no
laria curantes, & ut Christum sectarentur, triduo stras non præuenire uoluntates, sed à nobis inci Psal.1
cibis omnibus abstinebãt. Hoc enim studiosi præ piendum esse: sed cum nos prompto, paratoq; ani
conis, & diligentis agricolæ officium est, ut non mo ad suscipiendam gratiam exhibemus, tũc mul
prius ab opere disistant, quàm quod intẽdunt, ef tas nobis offert salutis occasiões. Quid quæritis?
fecerint. Sed quid tandem nõ uniuersam Iudæam B Quid sibi uult hæc interrogatio? Qui humanorũ
Christũ annunciando peragrauit? Quid iuxta Ior cordium scrutator est, qui cogitationes nostras a
danem tantũ immoratus uenientem expectauit, perte intuetur, is interrogat, non ut sciat (scit em)
quem offenderet? Quoniam per opera id fieri uo sed ut rogando eos sibi conciliet, & familiares red
lebat, id curabat, ut Christus nosceretur, & persua dat atq; audẽtiores, seq; suo eos dignari collo quio
deret, ut uitam æternam audirent, Illi maius, ope ostẽdat. Credibile enim erat eos subuereri, & for
rum scilicet, reliquit testimoniũ, quemadmodum midare, cum se rudes intelligerent, & tantum de
ipse inquit, Ego ab homine non accipio testimo illo magistri accepissent testimonium. Amouen
nium, opera quæ dedit mihi pater, hęc sunt quę te dæ igitur uerecũdiæ, & timoris gratia rogat, neq;
stimonium perhibent de me. Vide quãto hoc cla domum usq; silentio finit peruenire. Atqui idem
rius sit. Cum enim scintillam paruã excitasset, re eo tacente euenisset, si secuti essent. Cur igitur
pente flamma ad summũ euasit. Nam qui prius Io rogat? Vt eos, ut dixi, bona spe cõfirmaret, ne erube
annis uerbis minime mouebantur, postmodũ di scerent hæsitarentq;. Nec ex sequentibus tantum
cunt, quæcunq; Ioannes dixerit uera esse. Accedit sed ex interrogatione eorum ostẽdit desiderium.
ad hoc, quod si his annũciandis orbem peragras Siquidem cum nihil adhuc magnũ neq; uidissent,
set humano quodam studio id fecisse uideretur, et C uidelicet aliquid utile decerperent. Animaduerte
non parua auditorum animis orta esset suspicio. quæso horum prudentiam. Non dixerũt, Doceas
Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & quid sequamur, quid necessario faciẽdũ: sed, Rab
secuti sunt Iesum.] Atqui & alij erãt Ioanni disci bi inquiunt, ubi habitas? In ocio enim, ut dixi, &
puli, qui non modo non secuti sunt, sed ei æmula rogare, & audire aliquid ab eo uolebant, idcirco
bantur. dicebant enim: Rabbi, qui erat tecũ trans neq; tempus distulerunt, neq; se postridie publice
Iordanem, cui tu testimoniũ perhibuisti, ecce hic disputantem audituros dixerunt, sed uehemẽs au
baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Et iterum ui diendi desideriũ præ se ferunt, ne horam quidem
Matth.9 dentur eum accusare: Quare nos ieiunamus, & di dimittentes. Et animaduerte animi ardorẽ. O me
scipuli tui non ieiunant? Sed meliores, nullo alio morabilem illorum sapientiam, ô diligentiam, ô
affectu perturbati, audito Ioanne è uestigio secuti in magistrum fidem. Etenim iam sol ad occasum
sunt Iesum: non quòd magistrum despicerent, sed properabat (hora enim erat quasi decima) & pro
quòd certã fidem eius adhiberẽt testimonio. Ma pterea etiam Christus domum non docet, sed alli
ximum autem argumentũ est, recta eos mente se cit sequentes, ostendens iam in suos accepisse. Nõ
cutos, quòd nullo hortatu (suspicionem em fuis D dixit igitur intempestiuũ esse, ut ad se proficisce
set) sed solo auditu, quòd in spiritu sancto esset ba rentur: sed uenite, inquit, & uidete ubi habitem.
ptizaturus, secuti sunt: neq; magistrũ reliquerunt, Non dicit audietis cras si quid uultis: neq; tũc mis
sed quid ille amplius quàm Ioannes ferret, edisce sos fecit, sed tanquã amicos longa deuinctos con
re uoluerunt. Et animaduerte uerecũdam diligen suetudine alloquitur. Quo igitur pacto, inquit, fi
tiam. Non enim quam primũ de magnis, & neces lius hominis non habet, ubi caput reclinet? quo
sarijs rebus Iesum percontantur, neq; de publicis niam nullum habuit proprium diuersorij. Ita ea
simpliciter, sed proprijs. Norãt enim non uilia & intelligenda est parabola. Nõ quòd domum non
abiecta, sed uera esse magistri uerba. Erat au habitaret, hoc autem dixit euangelista, quia apud
tem Andreas frater Simonis Petri, unus ex duo eum ea die moram traxerunt. Sed cur non id addi
bus, qui audierant à Ioanne, & secuti fuerant eũ.] dit, tanquam manifestũ esset? Neq; enim alia ratio
Qua gratia alterius non meminit? Sunt qui dicũt ne secuti sunt, neq; Christus eos allexit: quam ut
quoniam ipse sit euangelista, qui secutus est: alij erudiret: quod tam largiter, & prõpte una nocte
quòd obscurus esset, neq; præter necessaria sibi di acceperunt, ut mox uterq; alios allicerẽt. Hinc fa
cenda ducit. Nulla enim utilitas eius nominis co cile admonemur omnia præter diuinarum rerum
gnoscẽdi. Neq; septuaginta duo suis quisq; nomi doctrinam, & uana & superflua æstimãda: ad eum
autem

autem nullum tempus esse intẽpestiuum, quãuis A rum affectus, qui in ipso sedẽt spectaculo, quibus
aliena domus ingrediẽda sit, & magnus uir & cla plurima licentia est, & extra hunc honestum reue
rus etiam ab obscuro petẽdus, & intempestiue, nun rendũq; consessum, abiecto pudore & uident illa
quam huius doctrinæ occasio contemnenda est. & audiunt. Et quid tandem; aliquis fortasse impu
Cibus enim, & balnea, & cœnæ, & reliqua secula dentior dicet, si naturæ necessitas animum ita affi
ria statutũ tempus habent: supernæ autem sapien cit, nos nõ illam, arguis? Quoniam quòd auditor
tiæ doctrina nullo tempore circumscribitur, sed moueatur, naturale quidẽ est, fateor: quòd autem
omne ei tempus accõmodatum est. Opportune, audiat, uolũtarium. Siquidem necessarium est, ut
inquit, importune, argue, obsecra, increpa. Et pro qui igni appropinquat, exuratur, & hoc humanæ
pheta, In lege eius meditabit die ac nocte. Et Mo naturæ imbecillitas exigit: non tamen nos natura
ses hoc Iudæis semper præcipit: secularia em, hoc igni admouet, hoc enim praue & peruersæ uolun
est balnea, cœnæ, quæ necessaria sunt, & frequen tatis est. Admonendũ igitur censeo, ne sponte no
ter petimus, corpus imbecillius reddũt: animæ au stra nosipsos præcipites in ignem demus, néue in
tem doctrina quanto magis imbuimur, tanto for profundum malitiæ pelagus demergamus, ne pa
tior anima efficitur. Verum enimuero in delira ratæ diabolo flammæ obnoxij, cum illo in perpe
mentis, & nugis inutiliter uniuersum tempus con tuum damnemur supplicium: à quo utinam liberi
sumimus, & aurora, crepusculo, meridie, uespere; B in ipsos Abrahæ sinus recipiamur, gratia & beni
frustra desidemus, locum ad hæc constituimus: di gnitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cũ
uinum autem pabulum si semel, bisue ad summũ, quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula
audimus: tanquã saturi nauseamus. Quænam ho seculorum, Amen.
rum causa? Praua animi affectio. Cõcupiscentiam
circa hæc & appetitũ dissoluimus, & idcirco spiri EX CAP. PRIMO HOMILIA XVIII
tualem cibum fastidimus. Magnũ autẽ & hoc præ
ter alia ægritudinis indiciũ, quòd neq; esurimus, INVENIT hic prior fratrem suũ Si-
neq; sitimus: sed utrũq; nobis insucundũ est. Nam monem & dixit ei: Inuenimus Mes-
si in corporibus id est grauissimi morbi signum, siã, quod est interpretatũ Christus:
longe magis in anima. Quonam igitur pacto o & adduxit eũ ad Iesum.] Cũ à prin-
scitantem eam & dissolutam, quibus operibus, cipio deus hominẽ fingeret, noluit
quibus uerbis sarcire poterimus? Si diuinos ser solum esse, sed ei dedit mulieris auxiliũ, & ut una
mones, propheticos, apostolicos, euangelicos, & cohabitaret, instituit. Norat enim hac mutua con
alios omnes familiares habuerimus, tunc longe suetudine multum utriq; emolumenti prouentu-
hos meliores gustatu cibos, & seculi immũdos co C gnoscemus. Hoc nãq; nomine intempestiuas nu rum. Quid si non ut decuit mulier tanto usa est be
gas, & sodalitates appellare libet. Quid em, quæ neficio? Nam si rei ipsius natura consideretur,
so, melius, de forensibus ne iudicialibusq; nego magna profecto in hac cõiunctione deprehende
cijs: an de cœlestibus, & quæ post nostrã hinc mi tur utilitas, modo aliquid sapiamus, neq; in uxore
grationem expectamus, disputare? Quid satius, duntaxat & uiro, sed & fratribus, si tanto ipsi mu- Psal.132
proximi res & alienas diligenter curare: an ange nere frui uoluerint. Vnde propheta: Ecce quàm
licas plurimum nobis cõferentes inquirere? Res bonum, inquit, & quàm iocundum, habitare fra
uicini non omnino tuæ, sed cœlestes tuę sunt. Sed tres in unum. Et Paulus, ne eorum congregatio-
licet, inquit, qui omnino hæc dicit, omnia imple nem dimitteremus, admonuit. Hæc est inter nos
at. Quid autẽ de quibus temere disputatis non in & bestias differẽtia. Hac gratia ciuitates, fora, do
telligitis, sed omnem uitam in hoc consumentes, mos, excogitauimus, ut simul uiueremus, nõ mu
nullum adhuc disputationis finẽ inuenitis? Neq; tua tantum consuetudine, sed charitatis uinculo.
adhuc grauiora dico. Humaniores enim hæc inui Cum enim indiga nobis natura ab opifice deo tri
cem disputant, pigri autem & negligentes de mi buta sit, neq; sibijpsi sufficiens, utilitati nostræ pro
mis, saltatoribus, aurigis sermonem faciunt, ita & spectũ est, ut scilicet indigentia nostra mutua con
auditum simul & animam coinquinant, naturam suetudine iuuaretur: Itaq; quod alteri deest, alteri
his cõfabulationibus in omne uitiorũ genus præ us auxilio suppletur. Non aliter hac mortali suc
cipitem agentes: simul ac enim saltatoris nomen cessione diutinam immortalitatẽ seruamus. Lon
lingua protulit, animus eius faciem, comã, mol gum explicatu esset in præsentia, quãtum hac in
lem uestem, & his illum lõge molliorem effingit. uicem intima & syncera coniunctione utilitatis
Alius ex fornicariæ mulieris sermone, uerbis, for proueniat. Sed aliud intendimus, cuius gratia hęc
ma, limis atq; lasciuis oculis, delicato aspectu, ca nobis dicta sunt. Andreas autẽ cum apud Iesum
pillorum in orbẽ flexibus, fuco pictis genis flam multa didicisset, non abscondit thesaurum, sed ad
mam fouet: nónne, quæso, in præsentia his uerbis fratrem festinauit, accepta bona quamprimũ cõ
toto animo commouemini? Verum non pudet, municaturus. Sed qua gratia Ioannes, quem Chri
neq; erubescitis. Naturali enim necessitate hi mo stus sermonem habuerit, non enarrauit? Vnde co
tus exoriuntur. Quòd si in ecclesia, & ab illis pro gnoscere possumus, quòd ideo apud Christũ mã
cul irritamentis, nostris tamen sermonibus nonni serint? pauloante id nobis ostensum est, & ex ho
hil incalescitis: considerate quales esse par est eo dierna concione etiam cognoscere licebit. Quid
enim fratri Andreas dicit? Inuenimus Messiam,
quod interpretatur Christus. Vides q; cito didicit

Universidad de Deusto
Biblioteca

simul & persuadentis magistri sapientiam, & eorum in discedo incredibile à principio diligetiam ostendit: Hoc enim uerbum, Inuenimus, animæ est maxime eius aduentū desiderantis, & cœlitus ueniam expectantis, cuius aduetu exultans, alios euangelij gestiat fieri participes. Hoc fraterni animi, cognati amoris, synceri est affectus officium, ut in spiritualibus q̄ diligentissimam curam adhibeamus, inuicem opitulemur: audi Andreā quàm assertiue articuli adiectiõe dicat, Inuenimus Messiam. Vnum quendam Christum expectabant nihil cum alijs communicantem. Considera ab ipso principio fidelem & beneuolum Petri animum. Cucurrit e uestigio, nil moratus. Adduxit, inquit eum ad Iesum, sed nemo eius damnet nimiam in credendo facilitatē, nisi prius rem ipsam diligenter intueatur. Siquidē credibile est Andream plura persuasioni maxime accõmodata narrasse: uerum euāgelistę nonnunquā multa breuitatis gratia prętermittūt. pręterea nõ dicit ei statim persuasisse, sed tantum adduxisse ad Iesum, ut inde totū disceret, aderat em̄ alter discipulus doctrinę particeps: nam si Ioannes Baptista cum inquit, Ecce agnus dei: & qui in spiritu baptizat, certiorem doctrinam magistro edocēdam reliquit, & inde hauriri hortatus est: longe magis Andreas cum suum non esset officiū, neq; ad tanti luminis narrationē sufficeret, ad ipsum fontem fratrē adducere oportuit tanto studio & alacritate, ut nihil eum auerteret, aut moraretur. Intuitus aūt Iesus dixit: Tu es Simon filius Iona, tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.] Incipit iam reuelare diuinitatis mysteria, eāq; paulatim per ꝓphetias aperire: hoc pacto & cum Nathanael egit, & cum muliere Samaritana. Non enim minus q̄ signa prophetiæ mouent, neq; ullum præ se ferunt fastum. Nam miracula apud stultam plebem nonnunquā
Matth. 12 calumnia notātur. In Beelzebub enim, inquit, eijcit dæmonia. Prophetia autē nulli crimini est obnoxia. In Simone em̄, atq; Nathanael hac doctrinæ uia usus est, non autē in Andrea & Philippo. Quid tandem? Quoniam ille Ioannis habuit testimonium nõ parui ad fidem momenti: Philippus uero conspectis qui aderant, facile persuasus est.

Tu es Simon filius Iona.] Ex præsenti futurū credit. Qui enim patrem nominat, constat eum futurū præuidere: & honorifice de eo prædicit, non adulatione, sed ueri prædictione: quod uel ex Samaritana constat, quā uehementer reprehendit, præterita eius opera cõmemorans: Quinq; enim uiros habuisti, & quem nunc habes, non est tuus uir. Sic & pater eius multa prædicit idolorum arGen. 49 guens opinionem. Annuncient quæ uobis uentura sunt. Et iterū: Annunciaui & saluos feci, & non erat in uobis alienus. & in tota prophetia hoc meminit. Hoc enim uel maxime dei opus est, quod neq; dęmones imitari possunt, quamuis maiorem in modū adnitant. In miraculis enim sæpe sub ueritatis umbra decipi possumus, prædictio futurorum immortalis dei dūtaxat opus est: quòd si quā do dęmones aliquid prædixerūt, stultum & incautum uulgus deceperunt: eorū nanq; uaticinia passim falsa deprehenduntur. Atqui Petrus nihil ad Christi uerba respondit. Nõdum enim quicquam uiderat manifeste, sed primo didicit. Animaduertendum autem quòd non omnia quæ euentura ei erant, hoc primo cõgressu prędixit: non enim appellauit eum Petrum, nõ dixit super eam petram ędificaturum ecclesiam, sed dixit: Tu uocaberis Cephas.] Illud em̄ maioris erat & potestatis, necnon etiam autoritatis. Ea enim Christus nunc cõticuit, humilius à principio loquitur: cum uero diuinitatem suam demonstrauit, maiora narrauit inquiens: Et ego dico tibi, tu es Simon, tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus, & super hãc petram ędificabo ecclesiam meam. Hunc Petrum appellauit, Ioannem uero filium tonitrui. Quamobrem? ut ostendat se eundem esse, qui uetus dedit testamentum. Ipse est qui nomina apte imponit, qui Abram Abraham, & Saraí Saram, Iacob Israel uocauit. Multis à natiuitate nomina imposuit. ut Isaac, Samson, ut ijs quorū meminit Esaias & Osee. Quibusdam, quam à parentibus acceperunt appellationem mutauit, ut prædictis, & Iesu. Mos etiam antiquitus erat à rebus nomina imponi, quod & Helias fecit: hoc aūt nõ temere fit, sed ut ea appellatio imponat̄, quæ sit diuini beneficij perpetuū monumentū, ut memoria per prædicta nomina auditorum animis imprimat̄. Ita & Ioanni cœlitus nomen impositum est. Qui enim debebant ab ineūte ætate uirtute pollere, eis tūc indita sunt nomina: qui uero in ætatis progressu profecturi erant, postmodum. Sed tunc quidem uaria ac differentia singuli nomina acceperunt: nunc autem uno omnes appellamur, Christiano scilicet, omnium maximo atq; præstantissimo, cum quo & filij dei & amici, & corpus dicti sumus: qua appellatione cæteris omnibus uehementius excitari, & prõptiores ad uirtutē cõplectendam fieri, nec ea quicquam indignū facere conari debemus, cũ eodem quo Christus nomine uocamur, ut Paulus testatur, cuius excellētiā nos intelligere oportet: q̄ si is, qui principis cuiuspiam, aut alterius clari uiri nomē sortitus est, cũ id audit, tumet atq; superbit, & magnæ id sibi gloriæ arbitratur, eiusq; autoritatem pro uiribus seruare adnitit̄: quid nobis faciendum est, qui nõ principis, non terrenę alicuius potestatis, non angeli, non archangeli, sed ipsius omniũ regis nomine appellari dignati sumus? Nónne ita animã nostram instituemus, ut non afficiatur iniuria, qui tanto nos honore prosecutus est? An ignoratis quãto cohortes regiæ, & scutati, & hastati, eius latus stipãtes honore habeant̄? Ita & nos proximi facti deo, eò magis q̄ quos nũc dixi mus, quò corpus propinquius est capiti q̄ illi regibus, totis uiribus cõtendamus, ut Christi simus imitatores, qui inquit: Vulpes cubilia habẽt, & uo Matth. 8 latilia cœli nidos struunt, filius autē hominis non Luc. 9 habet ubi inclinet caput. Hoc ego à uobis exigere possem: graue fortasse & onerosum multis uidebitur, quare hanc perfectionē propter imbecillitatem nostram omittamus. Arbitror aūt uos non

inhiare pecunijs, sed quemadmodum summam illam uirtutem propter multorum imbecillitatē omitto, ita uobis à summa malitia abstinẽdum est, ac etiam longe magis. Non accuso qui domos habent, agros, pecunias, mãcipia, modò his bene utantur ad frugalitatē, & ut decet, hoc est tanquam dominus, non tanquã seruus: ut ea possideat, non
χήματα ab his possideatur: ut utatur, non abutatur: χήματα enim, hoc est pecuniæ ἀπὸ τ῀ χάομαι, quod est uti, dicũtur, & ea uidelicet ratione, ut his in necessitatibus utamur, non ut seruemus. Hoc seruí est, illud domini, & ius super id habentis. Non propterea diuitias accepisti, ut terræ defodias, sed distribuas liberaliter: quas si deus seruari uoluisset, non sanè homini dedisset, sed creditas dimisisset: uerum cũ uelit expendi eas, nobis largitus est, ut his inuicem cõmunicaremus. Qui pecunias seruat, non est earum dominus. Quòd si ut augeãtur seruas, ea profectò optima augẽdi ratio, ut in omnes distribuãtur. Neq; enim sine sumptu lucrum, neq; diuitiæ sine larga effusione proueniunt. Cuius rei argumentū in secularibus rebus uideri licet. Siquidem mercator, & agricola: ille pecunias, hic semina profundit. Mercator nauigando pecunias in multos impendit, ut deinde lucretur: agricola semina in terram iaciens, assiduo diei labore exerceat̄, ut plus inde accipiat: hic autem non tãto opus est labore, non nauis fabricanda est, non iungendi boues, non terra aranda, non tempestates, non aeris intemperies, non uis grandinis timenda, nulli fluctus, nulli scopuli offendendi. Hæc nauigatio, hæc satio, una duntaxat re indiget, ut dispergantur diuitiæ: reliqua omnia agricola ille perficiet, de quo inquit Christus: Pater meus agricola est. Quæ igitur temeritas, quæ insania, ubi omnia sine labore, sine periculo assequi possumus, supinos & oscitantes persistere: ubi autem sudores innumeri, nauigandi pericula, labores, curæ, & quod grauius est, incertum uotum, tantopere inuigilare? Nolite, quæso, nolite ergo propriam salutem tantopere despicere: sed tot periculis contemptis, ad faciliora & lucrosiora curramus, ut futura bona consequi possimus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

EX CAP. PRIMO HOMILIA XIX

IN crastinum autē uoluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum, & dicit ei Iesus: Sequere me. Erat autem Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri.] Tritum prouerbium est, homini diligenti semper aliquid superesse. Et
Matth. 7 Christus: Qui quærit, inquit, inuenit. Quare nulla iam me admiratio tenet, cur Philippus Christũ secutus sit. Andreas enim audito Ioanne, Andreæ Petrus, hic nemine, sed tantũ Christo dicente: Sequere me, quam primũ credidit, & secutus, alijs factus est prædicator. Cucurrit enim ad Nathanael: quem scripsit, inquit, Moses in lege, & prophetę,

inuenimus. Vides uiri diligentiã, ut scripturæ meminerit, ut Christi aduentum expectauerit? Inuenire enim quærentis est. In crastinũ exiuit in Galilęam: priusquam quisquam ipsum sequeretur, neminem uocat, quod non temere fecit, sed summa sapientia: nam si nemine sua sponte prosequente ipse aliquos uocasset, de eorum perseuerantia potuisset dubitari: uerũtamẽ si ultrò sequi elegissent minimè. Philippum autem sibi notiorem uocat, utpote qui in Galilæa & natus erat, & educatus. Acceptis igitur discipulis, alios iam uenatur, & in primis Philippum, & Nathanael. Sed de hoc non tam mirum fuit, quandoquidẽ nomen Iesu in uniuersam Syriã diffusum erat: illud admiratione dignum, quo pacto Petrus, Iacobus, Philippus potuerunt tam breui persuaderi: nõ ea tantum ratione quòd ante signa, sed quòd Galilæi erant, unde neq; propheta surrexit, neq; quicquã boni. Rusticiori enim quodam modo, & crassiori erant ingenio. Vnde in hoc etiam Christus suam demonstrauit uirtutem, cum ex sterili terra tales sibi discipulos cõparauit. Credibile quidem est Philippum, & qui cum Petro erant, uiso & audito Ioannis de Christo testimonio, eum securos, & Christi sermonem non parum in illis operatum. Nouerat enim qui idonei futuri essent discipuli. Euangelista autem hæc omnia omittit. Quoniam igitur uęturus erat Christus, credidit: quod Christus esset, ignorabat, quod uel à Petro, uel à Ioanne audierat. Meminit autem eius patriæ Euangelista, ut intelligas, quòd infirma mundi elegit deus. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quẽ scripsit Moses in lege: & prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth.] Per Mosen & prophetas dignum fide sermonem suũ facere, & auditori persuadere adnitit̄ur. Nam cũ Nathanael esset in perscrutanda ueritate diligentissimus, ut & suis uerbis, & Christi testimonio uideri licet, merito ipsum ad Mosen, & prophetas Philippus relegauit, ut crederet. Quòd autem Ioseph filium appellat, noli perturbari, eiusmodi adhuc erat opinio. Et unde constat Philippe, quòd ille sit? quod das nobis signum? neq; enim satis est quòd is sit affirmare. Quod, inquam, signum, quod miraculũ affers?
D Non est de tantis rebus temere credendum, & periculosum est: dic quid certi habes? quod & Andreas, inquit. Siquidem ille cũ suarum uiriũ non esse intelligeret, quem thesaurũ, quas diuitias inuenerit ostẽdere, fratrẽ ad eũ quem inuenerat ducit: ita Philippus quomodo ille hic sit Christus, & quomodo prophetæ eum prædixerint non dicit: sed ducit ad Iesum, quem adhuc ibidem conspicabatur, ut inde doceret. Et dixit ei Nathanael, à Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus, Veni & uide. Vidit Iesus Nathanael uenientẽ ad se, & dicit de eo: Ecce uere Israelita, in quo dolus nõ est.] Laudat Iesus & admirat̄, qui dixit, A Nazareth potest aliquid boni esse? Quid laudat? nõne potius accusare oportuit? Minime. Nõ enim quòd non crederet, ita locutus est, neq; accusari, sed laudari meruit. Quanam ratione prophe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tarum uerba diligentius, quàm Philippus cõsiderabat? Audierat ex Bethlehẽ, & ex patria Dauid Christum uenturũ. Hoc Iudæi credebant, hoc propheta iampridẽ his uerbis prædixerat: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquã minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meũ Israel. Huius prophetiæ memor Nathanael, audiens eum Nazarenũ, perturbatur & dubitat, ne secundum prophetæ sermonem Philippus falleretur. Intuere, quæso, hominis prudentiam, intuere mansuetudinem. Nõ dixit se deceptũ, neq; falsa sibi narrari, neq; quòd à Prophetа nõ ex Nazareth, sed ex Bethlehem Christũ uenturũ dicerit: sed contrà quàm Philippus dixerit persuasus, obuiam tamẽ uenit. Ostendit igitur & scripturarum cognitionem, & morum simplicitatẽ, necnon uehemens Christi aduẽtus desiderium, cum Philippi uerba non cõtempserit. Norat enim Philippum in patria cõmemoranda falli potuisse. Et uide quàm uerecunde interrogando non credendum innuit: non dixit, nihil boni fert Nazareth: sed, à Nazareth potest aliquid boni esse? Necnon & Philippus prudenter quidem, non indignatur, nõ ægre fert, utpote parum creditus, sed expectat uirum, ut ad Christum adducat, & ab ipso principio apostolum gerit, ideo Christus inquit: Ecce uere Israelita, in quo dolus nõ est.] Est enim & mendax Israelita, sed non hic, quippe cuius incorruptum est iudicium, nec ad gratiam, nec ad odiũ quicquam loquitur. Atqui Iudæi rogati ubi Christus nasceretur, in Bethlehem dixerunt, prophetę testimonium afferentes: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquã minima es in principibus Iuda. Verum illi antequam Christum uiderent de eo testati sunt, quo uiso inuidia destiterunt, dicentes: Hũc nescimus unde est. Nathanael autẽ in eadem perstitit sententia, quòd non esset à Nazareth. Quomodo ergo prophetæ eum Nazarenũ uocãt? Eo quòd illic educatus est, & conuersatus. Nec se Nazarenum negauit, ne qua suspicio oriretur: neq; si id persuasisset, non propterea se Christũ esse ostẽdisset. Quid enim prohibebat non esse Christum, quamuis à Bethlehem natum? Hoc igitur omisit, id autem in medium attulit, quod maximũ erat ad credendum argumẽtum, se, uidelicet, præsentem eorum sermoni fuisse. Nam cum ille diceret, Vnde me nosti? respondit, Priusquã te Philippus uocaret, cum esses sub ficu, uidi te. Animaduerte hominis constantiam. Nam cum dixisset Christus: Ecce uere Israelita: non intumuit laudibus: neque his obuiam factus est, sed perscrutat̃, ut de eo certi aliquid intelligat. & adhuc tanquam hominẽ alloquitur. Iesus tanquam deus respondet. Non enim è loco aliquo editiori ipsum & eius mores, & mãsuetudinem uidisse, non è specula aliqua more hominis eũ sub ficu obseruasse dicit: nemo enim illic aderat, sed soli Philippus & Nathanael secreto in loco inuicem sermonem habuerãt. Idcirco, inquit Euangelista, quòd cum uideret à longe uenientem ad se, dixit: Ecce uere Israelita. Vt intelligatur priusquã appropinquaret Philippus, ita Christum locutũ. Et ne quisquam posset suspicari, quare & temporis meminit, & loci & arboris? Ne ab ipso missum Philippum quisquam opinaretur, si tantũ eius ad Nathanael profectionis meminisset. Verum cum dixisset ubi eum conuenit Philippus, & tempus, certissimum se prophetã ostendit: neq; hoc tantum, sed etiam quę inuicem locuti essent in memoriam reduxit: hoc est, à Nazareth potest aliquid boni esse? Ex quo maxime eũ sibi conciliauit, cum ex eo non reprehendit, sed laudibus prosecutus est. Et admiratus his uerbis Nathanael uere Christum esse cognouit, à prophetia, scilicet, & præuidentia, & à certissima ipsius mentis perscrutatione. Demonstrarat enim animi eius cogitationes planè intellexisse, præsertim cũ quę egre ferenda uidebantur, ea non reprehendit, sed laudat: dixit enim à Philippo uocatum, non autẽ quę inuicem sermonẽ habuerint, neq; quòd affuerit: relinquit hæc eius conscientiæ examinanda, cum nolit ipse coarguere. Quid igitur? priusquã à Christo uocaretur, eum duntaxat uidit, nónne antea etiam insomni oculo uiderat? Viderat sanè, nõ modo inficias iret, sed ita opus fuit dictu. Quid igitur ille? cum certissimum de Christi prouidẽtia argumentum accepisset, confessus est, & primò se diligentem, deinde consensu fidelem ostendit: respõdit enim: Tu es filius dei, tu es rex Israel.] Vides gratam repente, & Iesum amplexantem animam? Tu, inquit, ille es quem expectamus, quem quærimus. Vides hominem stuporis, admirationis, lætitiæ plenum? Is nobis sequẽdus est, quibus deus filij sui cognitionem dare dignatus est: exultandum nobis est, non animo tantum, sed re ipsa. Quod autem exultantium officium est? Credere ei quem cognoueris, credentium uero cogniti parere uoluntati: nam si operibus nostris deum iram, uocabimus, quonã pacto poterimus exultare? Nónne uidetis cum amicũ domi quispiã accipit, quam prę se ferat lętitiam, quanta alacritate paratus sit nulli rei parcere, dum hospiti rem gratam faciat? Quòd si quis ei non obsequeret, neq; ad eum reficiendũ omnia faceret, etsi millies eius præsentia se lætari diceret, non utiq; crederetur: & merito sanè. Re ipsa, non uerbotenus ostendenda lætitia est. Venit ad nos Christus, ostẽdamus eius aduẽtu lætitiam, nihil quod eum perturbet faciamus, ornemus quam ingreditur domum, hoc lætantium est: prãdium apponamus eius gustui sua uisissimum, hoc exultantium est. Quale autẽ prãdium? ipse inquit: Meus cibus est, ut faciã uoluntatem eius, qui me misit. Pascamus ipsum esurientem, potum demus sitienti: etiã frigidam aquã abste accipit, quippe qui amat. Amicus enim, etsi parua accipit, magna sibi uidẽt. Tu modo læto uultu impendas duos obolos, nõ recusat, sed tanquã magna dederis grate accipit. Nam cum nullius indigeat, neq; necessaria ei sint munera tua, merito non munerum magnitudinem, sed donantis uoluntatem reputat. Ostende igitur duntaxat, te aduenientem diligere, omnia eius gratia moliri, aduentu lętari. Considera qualis erga te fuerit, quòd pro

Mich. 5

Luc. 2

Matth. 13

Ioann. 4

pro te animam posuerit, neq; post tanta in te bene
2.Cor.5 ficia rogare te recusat. Pro Christo enim prædicamus, inquit, tanquam deo obsecrante pro nobis. Et quisnam adeò insanit, ut dominum suum non amet? Hoc egò dico, nec ignoro neminẽ uestrum neq; uerbis, neq; animo aliter sensurũ. Verum nõ uerbis tantum, sed & re ostendi uult amicus quid sentias. Nam si lingua duntaxat amici exhibemus officium, sanè ridiculum est, nõ modo apud deũ, sed apud homines: nec stultum modo, sed damnosum. Verbis ergo opera cõsentiant, operibus confiteamur, ut ipse nos suos profiteatur, ineffabili gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

EX CAP. I ET II HOMILIA XX

RESPONDIT ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Respondit Iesus, & dixit ei: Quia dixi tibi, uidi te sub ficu, credis? maius his uidebis.] Primum nobis curandum est, dilectissimi, & omni studio inuigilandum, ut sacrarum scripturarum profundũ inspicere possimus, quarum sensus oscitantes nunquam deprehendemus. Est igitur cę diligentissime inuestigandũ, & assiduis precibus insistendum, ut uel aliqua ex parte diuina mysteria assequi ualeamus. Ecce hodierna die nõ paruæ nobis, sed multæ perscrutationis quæstio proponit̃. Nã cũ Nathanael dixisset, Tu es filius dei: respondit Christus, Quia dixi tibi, uidi te sub ficu, credis? maius his uidebis. Quid hic quæsitu dignum? cur Petrus post tot tãtaq; miracula, post talem doctrinã acceptã, Christum dei filiũ confessus, ac si reuelationem à patre acceperit, laudat̃? Nathanael uero ante signa, ante doctrinam idem quod Petrus asserẽs, minime, sed tanquã nihil Christo dignũ dixerit, maiorum spe trahitur? Quidnã hoc? quoniã etsi ijsdem uerbis & Petrus, & Nathanael usi sint, nõ tamẽ idem ambo senserunt: sed Petrus filium dei tanquam uerum deum: Nathanael tanquã hominem tantũ cõfessus est, quod ex sequẽtibus constat. Addit em̃, Tu es rex Israel. Filius autẽ dei non modo Israel, sed uniuersi orbis terrarum rex est. Quòd etiã inde ostenditur, cę Petro nihil amplius addidit Christus, sed tanc̃ super perfecto in fide eccleſiã suam eius testimonio ædificaturũ pollicitus est: Nathanael aũt tanc̃ potiori in parte deficienti subdidit:

Amen amen dico uobis, amodo uidebitis cœlum apertũ, & angelos dei ascendentes, & descendentes super filiũ hominis.] Animaduertis quomodo eum à terra paulatim erigit? quomodo animum excitat, ne amplius simplicem hominẽ consectetur? Cui enim angeli ministrãt, & super quẽ ascendunt & descendũt, quonam pacto hominẽ esse existimabit? Præterea cũ maiora uisurum diceret, angelorũ ministerium addidit: ac si diceret, hoc tibi magnũ Nathanael uisum est, propterea me regem confessus es: quid autem dices cum angelos super me ascendentes & descẽdentes uideris? Quibus uerbis suadet, ut ipsum angelorũ dominum confiteatur: tanquã enim super dilectissimum regis filium, regi ministri & ascenderũt, & descenderunt: hòc quidem passionis tempore, illud resurrectionis & ascensionis: necnon & ante cum accesserunt, & ministrabant ei, cum natũ annunciarunt, laudarunt, dicentes: Gloria in altissimis deo, & in terra pax, quando ad Mariam uenerunt, quãdo ad Ioseph. Facit autem, quod sæpe alias: duo prædicit, alterum iam præteritũ indicat, alterum ex hoc confirmat futurum. Illud nãq; manifestum erat, quòd ante Philippi uocationẽ esset sub ficu: ascensus autem & descensus angelorum partim fuerant, partim erant futuri, apud crucem, uidelicet, in resurrectione, in ascensione, qui etsi nondũ euenerint, ex præteritis tamen facit, ut credantur. Qui enim eius uirtutem iam uiderat, facilius quæ futura audit, credit. Quid igitur Nathanael? nihil respondit. Christus autem hactenus locutus secum, ea uerba reputaturũ dimisit: noluit enim omnia simul, sed iacto in terram fertilem semine, sinit ut germinet: ut alio in loco inquit, Simile est regnum cœlorum homini, qui seminauit bonũ semen: cũ aũt dormiret, uenit inimicus eius, & superseminauit zizaniã in medio tritici, & abijt.

CAPVT SECVNDVM.

ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilęę, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est aũt Iesus & discipuli eius ad nuptias.] Vt iam dixi erat Christus cę alibi in Galilęa notior, quare uocatus nuptijs affuit, in quibus non dignitati suæ, sed nostræ cõsuluit utilitati: quippe qui non dedignatus est formam serui accipere, longe minus seruorum nuptijs interesse. Qui cum publicanis & peccatoribus uersabatur, multo minus nuptias recusasset: non enim qui inuitauerant, recte de eo sentiebant, neq; tanquam magnum quendam, sed popularem, & ut notum: quod his uerbis significat Euangelista. Et erat mater Iesu ibi, & fratres eius: ac si dicat, quemadmodũ illam & fratres, ita & Iesum uocauerunt. Et deficiente uino, dicit mater Iesu ad eum. Vinum non habent.] Dignũ hoc in loco quæsitu est, unde in mentem matri uenerit, magnum aliquid de filio coniectari: nullum enim adhuc signũ fecerat. Hoc enim fecit, inquit, initium signorum Iesus in Cana Galilææ. Quòd si quis diceret, non idoneum hoc argumentum, quod primum signum fuerit, quoniam additum sit in Cana Galilææ: ac si diceret, non omniũ primum, sed eorum quæ illic fecerat, Ad hoc respondebimus, quod superius inquit Ioannes: Ego nesciebam eum, sed ut manifestetur Israel, propterea ueni ego in aqua baptizans. Nam si antea miracula fecisset, non indiguisset Israel, qui ipsum manifestaret. Vir enim factus, miraculorum multitudine, non Iudæis modo, sed & Syris, & longinquiora incolentibus, cognitus est tribus annis duntaxat: imò ne tribus quidem, sed quamprimum nomen eius in omnes diffusum. Qui igit̃ tam breui

Universidad de Deusto
Biblioteca

miraculis claruit, longe magis à prima infantia, si ea fecisset: fuisset enim maiori admirationi, utpote puer, quàm uir, neq; tamdiu in obscuro latuisset: sed nihil à pueris operatus est. Vnum aũt duntaxat Lucas testatur: quòd annorũ duodecim sedisset in templo medius doctorum, & audiens, & interrogãs, fuissetq; summæ omnibus admirationi. Nec immerito à teneris annis Iesus à miraculis abstinuit, arbitrati enim essent se præstigia uidere. Nam si annorum accessu, & ætate maturo multi id suspicati sunt, quid de puero credidissent? Præterea maturius eum propter inuidiam crucifixissent, & generatio eius non fuisset credita. Vnde igitur matri uenit in mẽtem aliquid magnum excogitare de filio? Manifestari iam cœperat & Ioannis testimonio, & ex his quæ discipulis prædixerat, & ante omnia ipsa natiuitas, & quæ eo tempore euenerant, maximam de puero opinionem cõcitarant. Audiebat enim, inquit, omnia de puero, & conseruabat ea in corde suo. Sed quid antea nihil eiusmodi dixit? Quoniam, ut dixi, iam manifestationis tempus aduentabat: antea enim cum tanquam ex medio uulgo aliquis conuersatus esset, nihil adhuc tale mater ausa fuerat: uerum cum Ioannem ad perhibendum de eo testimonium uenisse audisset, & discipulos iam uideret, cœpit audere. Et deficiente uino, dicit: Vinum nõ habent. Optabat enim ut iam hominum gratiam conciliaret, & ipsa clarior filij gratia efficeretur, & fortasse aliquo humano afficiebat affectu, quemadmodum & fratres eius cum dixerunt: Ostende te ipsum mundo: cupidi eius miraculis sibi famam comparare, idcirco asperius respondit. Quid mihi & tibi mulier? Nondum uenit hora mea.] Nam quòd matrem reuereretur, testatur Lucas quòd subditus erat parentibus, & hic Euangelista quantam passionis tempore matris curam habuerit. Vbi enim parentes nihil diuina impedirent mysteria, nihil offenderẽt, æquum & necessarium erat filio parere, neq; negare sine magno periculo potuisset: cõtrà siquidem cum intempestiuum, & quod spiritualibus esset impedimento petijssent, Quæ est mater mea, & fratres mei, aiebat. Siquidẽ non adhuc debitam de ipso opinionem habebãt, sed more matrum Maria, iure omnia filio se præcepturam censebat, cum tanquam dominum colere, & reuereri liceret, ideo in hunc modũ respondit. Considera quàm indignum erat, uniuerso adstante populo, & ad eum, & eius doctrinam audiendo, suspenso, illam in medium accedentem, publicam impedire utilitatẽ, & de priuatis rebus habere sermonem, & extra eiusmodi concionẽ euocare? Inquit igitur, Quæ est mater mea, & fratres mei? non quòd matrem contemneret, absit: sed ut maxime utilitati consuleret, neq; occasionem daret, ut quispiam de ipso abiectum aliquid cõciperetur: nam si aliorum curam habebat, & digna se opinione illos imbuere moliebatur, longe magis id in matre curasset. Cum enim consentaneum sit Mariam, utpote matrem, priores sibi partes uendicasse: ideo matrẽ uenisse nunciãtibus ita respondit, neq; aliter ipsam ex humili ad illam altitudinẽ erexisset si semper tanquam à filio honorari existimasset, & non tanquam dominum habuisset. Hac gratia & hoc in loco inquit, Quid mihi & tibi mulier? Alia præterea causa afferri potest, non minus necessaria, ne qua suspicio oriretur: ab indigentibus enim, non à matre id quærendum erat. Quid tandem? Quoniam quæ familiarium precibus impetrantur, quamuis magna, raro tamen eorũ prædicationibus augentur: indigentium laudes cum quid impetrarint, omni uacãi suspicione, nihil ab his simulatur, & multa inde utilitas prouenit. Etenim si uel optimus medicus, qui multos ægrotos curauerit, neq; ab ipsis, neq; eorum familiaribus, sed à sua tantũ matre laudaretur, suspecta sanè esset laus illa & molesta, nec præsentiũ quispiã magnum de eo aliquid, uel egregium opinaret: propterea asperius locutus: Quid mihi, inquit, & tibi mulier? eam admonens, ne idem amplius tentaret. Curæ enim ipsi erat maternus honor, sed longe magis animarum salus, & cõmune in multos beneficium, cuius gratia humanam carnem accepit. Non sunt igitur hæc liberius ad matrẽ loquentis, sed diuinę dispensationis uerba, ut admoneret pro dignitate miracula facienda. Quòd enim uehementer ipsam, & præ cæteris amaret, & reuereretur, asperiora hæc uerba, & indignatio demonstrat: quonam pacto, in sequentibus dicemus. Verum cum audieris mulierem illam dicentem: Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ tu suxisti: deinde ipsum respondentem, Quinimmo, beati, qui audiunt uerbum dei, & custodiũt illud: Ea sententia dictum existima, non quòd matrem negligeret, sed nihil ei utilitatis matris nomen allaturũ ostenderet, nisi bonitate & fide præstaret. Quòd si Marię nihil sine uirtute materna charitas erat profutura, longe minus nobis patris, fratris, matris, filij bonitas, nisi aliquid nostrum afferamus. Frater, inquit, non redimit, redimet homo. In nullo nãq; alio, nisi in solis sumptibus uirtutibus, post diuinam gratiam de salute cuipiam sperandum est. Nam si id profuturum erat per se Marię, profuisset etiam ludæis, quorũ cõsanguineus erat Christus secundum carnem, profuisset ciuitati in qua natus est, profuisset fratribus. Atqui dum fratres rerũ suarũ curam habuerũt, nihil eis propinquitatis nomen profuit, sed cum reliquo mundo damnati erant.

Tunc autem admirationi esse cœperunt, quando propria claruerunt uirtute: patria uero nihil inde consecuta cecidit, & incendio absumpta est, conciues misere interempti periere, consanguinei secundum carnem nil ad salutem lucrati sunt, deficiente uirtutis patrocinio. Verum apostoli ante omneis clarissimi euaserunt, cum se ad ueram & expetendam eius familiaritatem, consuetudinẽq; per obedientiam contulerunt. Hinc intelligimus fide semper nobis opus esse & uita, quæ uirtutibus luceat, hæc duntaxat saluos nos facere poterit. Quãtæ enim cognati eius admirationi fuerũt, cum ne eorum quidẽ nomina teneamus, apostolorum autem & uita, & nomina ubiq; terrarũ decantantur. Nolimus igitur ob terrenam nobilitatem in superbiam efferri, licet longam progenitorum, & quidem clarissimorũ seriem numeremus, eorum uirtutes superare cõtendamus, scientes aliorum nobis opera non modo nihil in futuro iudicio profutura, uerum grauiter nos cõdemnatura, cum optimorum parentum liberi, & domesticis exẽplis eruditi nihil profecerimus. Hoc ideo in præsentia dico, quoniam multi Gentiliũ ad fidem & Christianam religionem à nobis hortati, ad cognatos, progenitores, & familiares suos cõfugiunt, quòd fideles & Christi fuerint assertores. Quid ad temiser & infelix? hoc te magis cõdemnat, quoniam tot progenitorum, tot familiarium exempla ad ueritatem complectẽdam te adducere nõ potuerunt. Alij fideles quidem, sed uitæ nullam curam adhibentes, cum ad uirtutem hortantur, idem in suam adducunt excusationem, quod pater, auus, atauus pietatẽ maxime coluerint. Id te accusat, quòd ex talium uirorum semine his te indignum præstiteris. Audi prophetam ad ludæos loquentem: Seruiuit Israel in muliere, & in muliere seruatus est. Audi Christum: Abrahã pater uester exultauit, ut uideret diem meũ, uidit & gauisus est. Ita semper bona progenitorũ opera nõ modo nulli ad laudem, sed ad crimen longe quidem grauius ascribit. His igitur animaduerlis, nostris ipsorum operibus salutem consequi totis uiribus adnitamur, ne spe nostra frustrati, tum deũ intelligamus, cum nulla nobis pœnitentiæ erit utilitas. In inferno enim, inquit, quis confitebitur tibi? Quamobrem in hac uita flagitiorũ nos pœniteat, ut sempiterna bona cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quẽ, et cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

Luc. 2

Matth. 12
Mar. 3
Luc. 8

Luc. 11

Psal. 84

Osee 12

Psal. 6

EX CAP. SECVNDO HOMIL. XXI

QVID mihi & tibi mulier? nondũ uenit hora mea.] Laboriosum sanè est orationẽ habere, quod et Paulus his uerbis testatur: Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in uerbo & doctrina. Verum uos & leuare hunc laborem, & grauiorem facere potestis. Nam si orationẽ nostram neglexeritis, uel etiam non neglectam, re tamen nõ adimpleueritis: laboriosum nobis profecto erit, eo quòd incassum laborauerimus: sin autẽ attentionem præstabitis diligentẽ, et re ipsa audita exequemini, nullus nos labor grauabit: Fructus eñ qui in laboribus comparatur, nõ sinit quicquam graue aut onerosum uideri. Quamobrem, si animum nostrum excitare, & promptiorem in dicendo reddere placet: quem fructum faciamus ostendite, ut lætis inspectis segetibus, prouẽtus spe allecti, utilitatis magnitudinem reputantes, laboremus. Neq; enim parua nobis hodierna die proponitur quæstio. Nam cum mater dixisset, Vinum non habent: respondit Christus, Quid mihi & tibi mulier? Nondum uenit hora mea. Et licet ita responderit, maternis tamẽ uotis obtemperauit. Hæc nulla ex parte minor est quæstio, quàm superior, de qua non immerito sit dubitandum. Eum igitur ipsum, qui miraculũ operatus est inuocantes, ad huius loci expositionem ueniamus. Neq; hoc tantum in loco dictum est, Nõdum uenit hora mea, sed & alias: nã cum capere eum Iudæi non possent, inquit Euangelista: Nõdum uenerat hora eius: & iterum: Nemo misit in illum manum, quia nõdum uenerat hora eius: Et iterum: Venit hora, clarifica filium. Quidnam ista significãt? Idcirco plures in eandem sentẽtiam textus adduximus, ut una omnibus solutio afferat. Quæ igitur ea est? Nulli temporum necessitati Christus subiectus est, nec ob temporis obseruationem nondum horam suam uenisse dicebat. An ne temporum opifex, & autor seculorum tempora obseruaret? Ostendit autem omnia debito tempore, non simul operari, quoniam inordinata quædam confusio fuisset, nisi opportune omnia transegisset, simulq; generationem, resurrectionem, iudicium miscuisset. Considera, quæso, oportuit facere creaturam, non uniuersam simul, non uirum & mulierem uno condidit momẽto. Oportuit mortí dam natum & resurrectum iri propter humanum genus, multum inter utrunque fuit: sic enim opus fuit: oportuit dari legem, sed nõ simul & gratiam, sed utrunq; debitis dispensari temporibus. Nulli igitur Christus subest temporum necessitati, sed ipse temporibus ordinem imposuit, quoniam autor eorum est: quare hoc in loco inquit, Nondum uenit hora mea: hoc est, nondum cognitus sum: neq; enim ipsum quisquã præter Andream et Philippum sequebãtur, neq; hi uere adhuc ipsum cognoscebant, non mater, non fratres: siquidẽ post multa miracula, inquit Euãgelista, Neq; enim fratres eius credebant in eum: nemo qui nuptijs adesset: quippe qui si cognouissent, sine dubio ad eũ in suis confugissent necessitatibus: propterea, inquit, Nondum uenit hora mea: id est, nondum cognitus sum præsentibus, nondum sciunt unum deesse. Sine, id primum intelligant, satis non est quòd sola referas, mater es, & suspicio sum miraculum faceres. Oportet indigentes rogent, non quòd hoc ipse indigeam, sed ut miraculũ uniuersis appareat. Quippe egeni cum beneficium accipiunt, plurimã habent gratiam: qui nõ indigent, non itidem eam intelligunt. Cur autem cum nõdum horam suam uenisse dixerit, impleuit tamen matris uoluntatem? Maxime quidem, ut contradicentibus & temporum momentis eum subiectum existimantibus, palàm non rectam eorum sententiam ostenderet: nam si tempori subijceretur, quo pacto immature id fecisset? Præterea ut matri honorem exhiberet, & non omnino contumax uideretur matri, tot præsentibus, néue impotentiæ argueretur. Etenim Maria ad filium ministros duxit. Siquidẽ cum Chananeæ dixisset Christus, Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus: dedit tamen, nimia eius sedulitate permotus: atqui etiã dixerat, Nõ sum missus, nisi

1. Tim. 5

Matth. 15

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad oues quæ perierunt domus Israel: & tamen filiam liberauit. Ex quo admonemur, quòd etiã beneficio indigni, assidua efflagitatione eo digni efficimur. Idcirco mater & expectauit, & palam ministros accersiuit, ut à pluribus rogaretur, & addidit: Quodcũq; dixerit uobis, facite.] Norat nõ esse imbecillitatis excusationẽ, sed ne fastu quodam temere id suscipere uideretur, quamobrẽ ministros adduxit. Erant autẽ ibi lapideæ hydriæ sex positæ secũdum purificationẽ Iudæorum, capientes singulæ metretas binas, uel ternas. Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerũt eas usq; ad summũ. Et dixit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt.] Nõ temere dictũ est ab Euangelista, Secundum purificationem Iudæorũ: sed ne quis infidelium suspicari posset aliquo fortasse crassiore uino in eis insidente, deinde infusa aqua limpidissimum uinum effectum: Quare illa particula, Secundũ purificationem Iudæorum: nunc; in his uinum fuisse ostendit. Nam cum Palæstina inopia aquarum laboret (rari eñ illic fontes scaturiũt) hydriæ illæ aqua semper plenæ seruabantur, ne si quando immũdi fierent, longius flumina petenda essent, sed prope purgarentur. Sed quanam gratia antequã implerentur, nõ fecit miraculum, quod longe fuisset admirabilius? Siquidẽ aliud est subiectæ materiæ qualitatẽ mutare, aliud ipsam substãtiam ex nihilo facere. Hoc profecto mirabilius, non tamen ita credibile, & quod tã facile potuisset multitudini psuaderi: hac gratia miraculorum nonnunquã magnitudinem consulto imminuit, ut facilius crederent. Sed cur ipse hydrias aqua non impleuit, deinde in uinum uertit, sed ministris implendas mandauit? Ipsam eandem ob causam, ut miraculi ipsos testes haberet, qui aquã hausissent, ne qua fraus, ne quod præstigium putaret. Nam si cõtumaciores fuissent ad credẽdum, potuissent ministri testimonium perhibere se aquã hausisse, & hydrias impleuisse. Accedit ad hoc, q; hæreticorum dogmata in ecclesia pullulantia propter hoc euertuntur. Nã cum sint nonnulli qui alterum mũdi opificem, quæ uidentur opera condidisse asseuerant, horum quoq; insaniam cohibẽs, plura facit miracula ex subiectis substantijs. Nam si ipse deo cõtrarius opifex fuisset, nõ utiq; alienis usus esset Christus ad propriæ uirtutis demõstrationem: hoc autẽ miraculo manifeste ostendit se eum esse, qui uineas irrigat, pluuiam per uitis radicem in uinum uertit, cũ quod in planta longiori temporis spacio efficitur, id repente in nuptijs operatus est. Cum autem implessent hydrias, inquit: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerũt. Vt aũt gustauit architriclinus aquã uinum factum, & nõ sciebat unde esset, ministri autẽ sciebant qui hauserant, uocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primũ bonum uinũ ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est: tu autem seruasti uinum bonum usq; adhuc.] Rursus hoc in loco nonnulli calumniantur hũc ebriosorum fuisse cõuentum de gustu differentium, corruptis homines moribus, nec idoneos qui miraculũ iudicarent, utpote qui non uiderint aqua an uinum esset. Siquidem ipse architriclinus, inquit, cum inebriati fuerint maxime hoc ridiculum. Veruntamen hanc ipsorum suspicionem tollit Euangelista: non enim cõuiuas, inquit, de miraculo tulisse sentẽtiam, sed architriclinum, qui sobrius nil adhuc gustauerat. Etenim nemo ignorat huiusmodi in cõuiuijs munera maxime sobrijs et temperantibus demandari, quorũ solum officium est, ut debito ordine & apparatu omnia dispensentur. Idcirco sobriũ uirum in miraculi testimonium adduxit. Nõ enim dixit Christus, ut recumbentibus miscerent, sed ferrent architriclino. Vt autẽ gustauit architriclinus aquã uinum factum, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, uocat sponsum architriclinus. Et quanã gratia non uocauit ministros? ita enim miraculũ manifestius fuisset. quoniã neq; ipse Christus manifestum fecit, sed lente & pedetentim miraculorum suorum uirtutem cognosci uoluit: ad hoc si ministri tunc id narrassent, nemo eis credidisset, sed insanire potius arbitrati essent, cum de homine opiniõe omniũ humili & abiecto id perhiberẽt testimoniũ, sed re ipsa cognouerũt. Neq; enim qui sibijpsis non crederent, alij fuissent credituri. Propterea non omnibus reuelauit miraculum, sed maxime idoneis: certiorem cognitionẽ in posterũ reseruauit, ut post aliorum signorũ certitudinem, hoc etiã crederet. Siquidem in filij reguli curatiõe ostẽdit Euãgelista, hoc manifestius post fuisse: hac enim maxime gratia regulus Christum uocauit, q; illud signũ audierat, quod his uerbis significatur: Venit Iesus in Cana Galilææ, ubi fecit aquam uinum. Neq; simpliciter uinũ, sed optimũ. Eiusmodi enim Christi miracula, ut quam quæ natura perfecta sunt, lõge pulchriora, melioraq; reddant: ita & aliàs distortũ membrũ, quam sana ualidius reddebat. Quòd autem uinũ et uinũ optimum esset factum, nõ ministri tantum, sed & sponsus, & Architriclinus perhibuere testimonium: quòd à Christo factum fuerit, ministri qui aquam hauserãt. Itaq; quãuis tũc occultatum esset miraculũ, non tamẽ diutius sileri poterat: sic multos & necessarios testes sibi in posterũ asciuit, & sanè credibile est spõsum nõ prorsus in his siluisse. Verum Euangelista expositio miraculo ad magis necessaria properat: necessarium nãq; erat, ut aqua uinum & uinũ bonum factũ sciretur, nõ autem quòd architriclino sponsus dixerit. Multa enim signa prius obscura progressu temporis manifestata sunt ab his qui à principio uiderũt: tunc Iesus uinum ex aqua fecit, tunc atq; etiam in præsentia lasciuas & infirmas hominum uoluntates mutare non desinit. Sunt enim plerique hominum nulla aqua meliores, frigidi, fluentes, semper mutabiles: huiusmodi homines ad dominum adducendi sunt, ut eorum uoluntates in uini similitudinem transferat, ne amplius labantur, sed præteritorũ compũcti, sibi & proximo lætitiæ efficiantur autores. Sed quinam sunt hi frigidi? Qui fluxis præsentis uitæ rebus incumbunt, qui nõ contemptis

temptis humanis seculi delicijs, gloriæ, potentiæ, diuitijarum sunt amatores. Hęc enim omnia fluxa & caduca sunt, et nusquã consistentia, quæ in præceps semper celeri impetu deferuntur. Siquidem qui hodie diues est, cras erit pauper: qui hodie in curru, præcone, lictoribusq;, et apparitoribus comitatus magistratum gerit, postridie nonnunq; in carcerem intruditur, & uelit nolit, alijs omnia relinquit. Qui in delicijs uitam agit, qui conuiuijs dissoluitur, pene crapula uentrem disrumpit, ne una quidem die potest in eadem satietate permanere, sed cõcocto cibo iterum ad id compellitur, nihil à torrente differẽs. Nam quemadmodum in eo prior fluxus alio superincumbente urgetur, ita & nos alio post alium cibo indigemus. Huiusmodi est omnium huius seculi rerum natura, ut quæ sortita est, retinere nunquã possit, sed semper fluant, semper trahantur: in delicijs autem & conuiuijs non solum fluxus, sed difficultates multæ, & mala deprehenduntur. Illa nanq; satietas tum corporis robur, tum animi minuit fortitudinẽ. Neq; ita fluuialium fluctuum uis ripas exedere & conuellere solet, ut delicíæ, lasciuiaq; bonam ualetudinẽ, & uires omnes facile subtrahit. Quòd si medicos percontaberis, omnium prope morborum causas inde ortas inuenies. Vilis & tenuis, & simplex mẽsa bonę ualetudinis mater est, ita eam medici appellarunt, & non ad satietatẽ crapulari, sanitatẽ & sanitatis parentẽ: cõtra satietatẽ morborum ipsa medica arte incurabiliũ dixerunt: quod perspicuũ est. Siquidẽ pedũ, capitis, oculorũ, manuũ egritudines, paralysis, hydropisis, icteros, febres longæ & acutæ, & plures id genus morbi, nimia crapula contrahunt. neq; eñ uacat in præsentia omnes enumerare, qui nõ ex modico & tẽperato uictu, sed uoracitate & crapula ingenerãtur. Quòd si uis animi quoq; morbos hinc prouenientes intelligere, auaritia, iactantia, bilis, desidia, luxuria, omnis denique incõtinentia hinc ducit originem, nec secus ac asini animæ immodicis mensis & tot belluis distractę luxuriãt. Perstringã et dolores, anxietatesq;, quibus qui se his addixerũt, afficiunt: omnes quidem enumerare nõ possumus, in summa breui totũ explicabo: uaria nãq; & preciosa mensa nunquã auide, nunquã cum uoluptate fruunt. Vt enim tenuis mensa bonæ ualetudinis, ita & uoluptatis mater est: & crapula ut morborũ, ita fastidij, & fons est & radix. Vbi enim satietas, ibi auiditas esse nullo pacto potest. Vbi nulla auiditas, quo pacto ibi uoluptas erit? Propterea non tantũ prudentia & ualetudine prospera præstare diuitibus pauperes uidemus, sed & lætitia. Quibus manifeste cognitis, ebrietatẽ delicíasq; fugiamus, nõ in mensis modo, sed quæcunq; in rebus secularibus capiunt, ea omnia spiritualium uoluptate mutemus: & secundũ prophetam:

Psal. 116 Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, ut præsentibus, & futuris bonis perfruamur, gratia & benignitate dñi nostri Iesu Christi, per quem, & cũ quo patri, simul & spiritui sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

EX CAP. SECVNDO HOMIL. XXII

HOC fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ.] Plurimum nos diabolus urget, plurimum nostræ insidiatur saluti. Inuigilandum est igitur, & contra illius impetus unumquemq; se omni ex parte prẽmunire oportet: nam uel nimio aditu uiam sibi quam latissimam patefacit, paulatim uires accipit. Quòd si qua nobis salutis nostrę cura est, ne minima quidem in re eum nobis prævalere permittamus, ne mox in moribus prævaleat. Summæ nanq; amẽtiæ est, ut cum ille tantopere animarum nostrarũ perditioni inuigilet, nos contrà pro nostra ipsorum salute, nõ eandem adhibeamus diligentiam. Hunc ergo nõ temere in præsentia sermonem aggressus sum. Timeo ne in medio etiam templo aliquando hic lupus deliteat non præuisus à nobis, & insidijs suis & nostra desidia, ouis aliqua à grege & hac concione aberrans diripiatur. Nã si eius uulnera sensu deprehenderentur, si corpus offenderetur, nõ sanè esset difficile eius insidias præcauere: uerum cum anima inuisibilis inuisibiles plagas accipiat, summa nobis opus est uigilantia. Nec tantum uunusquisq; seipsum probet. Nemo enim nouit hominem, ut spiritus hominis qui in ipso est. Oratio omnibus in medium proponitur, communis indigentibus medicina. Vnumquemq; auditorum, quod ad morbum suum facit, accipere oportet. Nescio qui ægrotent, qui bene ualeant, idcirco de omnibus loquor affectibus, ut sibi quisque accommodatam medicinam inueniat. Nunc in auaritiam, nunc in delicias, nunc in luxuriam inuehimur, rursus uirtutes laudamus. Timeo enim nequando uni nobis morbo uacãtibus, alij quo magis laboret, medicinam non adhibeam. Si unus hic esset, non tam necessarium ducerem multiplicem habere sermonem, sed in tanta concione plurimos esse affectus credibile est. Quamobrem nõ immerito hac utimur orationis uarietate, quæ in omnes diffusa, quo quisque indigeat, inueniet: hac gratia & scriptura uaria est, & uaria loquitur, cum in omnem hominũ naturam conditionémque diffunditur, in qua omnes reperiri affectus necesse est, licet nõ omnes in singulis. his nos purgati, summa cum attẽtione, quæ nobis proposita sunt, audiamus. Hoc, inquit, fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ. Diximus quosdam dicere, non fuisse hoc initium signorum, quæ illic facta sunt. Ego non contendo hoc. Illud affirmo, post baptisma Christum miracula facere cœpisse, ante nullum: hoc siue aliud primum fuerit post baptisma, non admodum quæsitu necessarium ducimus. Et manifestauit gloriam suam.] Quonam pacto? Non enim multi affuerunt, sed ministri tantum, Architriclinus, sponsus. Quo, inquam, pacto manifestauit gloriam suã? Ex parte licet, & non tunc, secutis tamen temporibus manifestauit, cum omnes id miraculum essent auditurí. Hactenus nanq; prædicatur, neque uspiam latet: nam quòd in illa die non omnes sciuerint

Universidad de Deusto
Biblioteca

rint, ex sequentibus constat, siquidem cũ dixerit, A Manifestauit gloriam suam: addidit, Et crediderunt in eum discipuli eius.] qui etiam antea admirati eum fuerunt. Videsne tunc signa maxime fuisse necessaria, quãdo idonei essent discipuli, & præsto ad miracula accipienda: facilius enim crediturí erant, quorũ prædicatione uniuersus orbis secutís temporibus in Christum credidit. Et quonam modo sine miraculis eius quisquã habuisset cognitionẽ doctrina, prophetía, miraculũ, sufficientía fuerunt, quæ omnium animos arriperent. Itaq; iã anima familiarior, magis idonea facta est quæ signis & miraculis moueret. Quare sæpe euã gelistæ nihil operatũ Christum dicunt, quãdo quidem præsentes ad id accipiendum non essent idonei. Post hæc descendit in Capernaum ipse, et B mater eius, & fratres, & discipuli eius, & ibi manserunt nõ multis diebus.] Quanam gratía cũ matre abijt in Capernaum? neq; enim illic ullũ fecit miraculum, neq; incolæ rectè de ipso sentiebant, Luc. 10 sed multís flagitijs laborabant, ut ipse Christus ostendit: Et tu Capernaum usq; ad cœlũ elata, usq; ad infernũ defereris. Quoniam ut mihi uidet, cũ paulo post esset Hierosolymã ascẽsurus, ante Capernaum petijt, ne quocunq; fratres secum & matrem traheret. Parum igit illic matris gratia commoratus, iterum miracula aggreditur. Propterea, inquit, quòd non multo post ascendit Hierosolymam, paucís itaq; ante Pascha diebus baptizatus uenit Hierosolymã, ubi rem miram aggressus est.

Venit in templũ, & uẽdentes oues, boues, co- C
Matth. 21 Luc. 19 lumbas, & nũmularios sedentes eiecit.] Alius euangelista eum dicentem meminit: Nolite facere domũ patris mei spelunca latronũ: hic autẽ inquit, Domũ negociationis.] Nõ ut inuicẽ discordent, sed quòd bis eos eiecerit, non eodẽ tempore: sed hoc in operũ suorũ initio, illud iam passionis tẽpore appropinquãte: quare uehemẽtiori castigatione usus, latronũ spelũcam appellauit, nunc in ipso principio remissius agit, ex quo uerisimile est illud iterũ factum. Præterea quæsitu dignũ est, qua gratia adeo Christus hic indignatus est, & maxime cũ aliàs iniurijs contumelijsq; affectus, Samaritanus & dæmonium habens appellatus, nihil tale fecerit: nunc nõ contentus flagello uerbis etiã in eos inuehit? Cõtrà, cur ludæi qui in D collatís beneficijs Christũ accusabãt & persequebant, cũ credibile esset tam acri castigatione grauius excandescere, æquo animo tulerũt? Nulla enim in eum cõtumelia usi sunt, sed quod signum, inquiunt, ostendis nobis, quia hęc facis? Animaduertís inuidiam incredibilẽ, & quonam pacto in alios collata beneficia magis eos irritabant? Sed cum spelũcam latronũ ab his templum fieri dicit, ostendit, quæ uendebant. à furto, rapina, auaritia, & alienis calamitatibus cõparata: cum autem domum negociationis, impudẽtes eos in negociando significat. Sed qua gratia hoc fecit? Cum morbos esset sabbato curaturus, & alia facturus, quæ illis trãsgressio legis uidebant, ne dei cõtẽptor & patri contrarius existimaret, id fecit, ut eorũ tolleret suspicionẽ. Non enim par erat, ut qui pro templi honore tantã ostẽdisset indignationẽ, ab eius domino alienũ animum haberet. Sufficiẽtes sanè erãt superiores anni, quibus legi paruerat, qui eius erga legislatorem reuerentiam ostenderent, quodq; nõ præuaricaret: atqui cũ credibile esset superiorẽ uitam aut obliuioni mandatã, aut incognitam, utpote in paupere et uili causa educati, et cũ uilibus cõuersati, iam in omni frequentia prope diem festum, cũ multi concurrerent, hoc fuisse facit experimẽtum. Neq; tantũ illos eiecit, sed euertit mensas, dispersit argentũ, ut illi secum reputarent, q; qui se pro domus honore periculis exponeret, eius dominũ minime contemneret. Neq; simulationẽ in ipso quispiã poterat cõiectari, cum non uerbotenus monuisset, sed periculis & cõtumelijs in medio uulgi & sacerdotũ furori se obiecisset: rem minime cotemnẽdam peregit. Hoc sanè non simulantis, sed nihil pro diuini templi honore recusãtis officiũ fuit: hac gratia operi uerba cõsenserunt. Nõ enim dixit domũ sanctã, sed patris mei. Patrẽ appellat, neq; ludæi indignanẽ: simpliciter nanq; patrẽ acceperunt. Cum aũt in posterum expressius se illi æqualem ostendit, tunc exacerbati sunt. Quid igit illi? Quod signũ ostendis nobis, quia hęc facis?] O summã dementiam, quonã signo opus erat, cũ malefacta corriperet, & dei domũ tãta purgaret ignominia? Zelus ille pro domus dei honore maximum fuit uirtutis signũ, quod boni aduerterunt. Recordati nanq; C Psal. 68 sunt discipuli eius tunc, quia scriptũ est: Zelus domus tuæ comedit me.] Illi aũt prophetiæ nõ meminerunt, sed signũ quærebant, dolebãt turpe lucrum auferri, & ut eum ab incepto auerterent, ad miraculum trahere adnituntur: ideo à signis absti
Matth. 16 nuit, ut antea cũ idem peterẽt. respõderat eis, Generatio mala & adultera signũ quærit, & signum non dabitur ei, nisi signũ Ionæ prophetæ: Sed tũc quidem manifestius, nũc latentius, ob nimiam eorum stultitiam. Neq; enim qui primũ non petenti bus signum dederat, petentibus negasset, nisi praua & fraudulentã eorum mentẽ cognouisset. Intellige, quæso, quid statim rogauerint: intellige malitię plenam percontationem, consentaneũ erat, ut Christus eam curam susciperet, & tandem domus ignominia cõmoueret: illi autẽ accusant, & uẽdere sibi licere cõtendunt, neq; à uẽdẽdo desistendũ, nisi ipse signum ostẽderet. Quid ad hæc Christus? Soluite, inquit, templũ hoc, et in tribus dieb. excitabo illud.] Multa tũc obscura ad eos locutus est, quæ post impletam prophetiã erant futura clarissima: ut nũc contigit. Nam cũ resurrexisset, inquit, à mortuis, recordati sunt discipuli eius, q; hoc dicebat de corpore suo: & crediderũt scripturæ & sermõi quẽ dixit Iesus. His uerbis alij dubitabãt, alij respõderunt: Quadraginta sex annis ædificatum est templum hoc, & tu tribus diebus excitabis illud?] Secundã templi ædificationẽ meminerunt, prima nanq; uiginti annis absoluta est. Sed qua gratia dubitantibus nõ aperuit, se templũ carnẽ suam appellare? Euangelista

id

id interpretatur, Christus tacuit. Qua, inquã, gratia? quoniã ipsius uerbis fidem non adhibuissent: quòd si discipuli non erant idonei qui ea audirẽt, multo minus turbæ. Inquit enim, Cum surrexisset à mortuis, tunc recordati sunt, & crediderunt sermoni & scripturæ.] Duo nanq; eis proponebantur, alterum resurrectio, alterum longe maius, an deus in ipso esset: utrunq; his uerbis signi
Rom. 1 cauit, Soluite templũ hoc. et in tribus diebus excitabo illud. Quod & Paulus nõ paruum esse diuinitatis signum ostendens, inquit: Qui prædestinatus est filius dei in uirtute secundũ spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi. Quare & hic & alibi sępenumero hoc signum in medium affert: Cum exaltaueritis, inquit, filiũ hominis, tũc cognoscetis quia ego sum. Et iterũ: B
Matth. 16 Nõ dabit uobis signũ nisi Ionæ prophetæ. Et hic iterum: In tribus diebus excitabo illud. Quoniã hoc uel maxime argumento se non esse purũ hominem, & mortem sibi subesse, & eius uim & bellum grauissimum mox soluturum ostendebat: id circo inquit, Tunc scietis. Tunc, quando? quãdo, uidelicet, in resurrectione orbem terrarum ad me traham, tunc scietis me ut deum & dei filium dilectissimum, ad paternam ulciscẽdam cõtumeliam hoc fecisse. Quid tandem? Nõ dixit quibus signis à negociatione mala abstinere oporteret, sed daturũ promisit: quoniã id eos magis irritasset, hoc aũt magis exterruit. At illi nihil respõderunt, cũ id incredibile uideretur, & ut impossibile percontari neglexerunt. Quòd si sanæ mentis fuissent, C quod tũc incredibile uisum erat, post tot signa & miracula profecto quærere & percontari debuissent, ut eam soluerẽt dubitationem: sed stulti, aut eius uerbis aures non adhibebant, aut iniqua interpretatiõe deprauabãt: propterea Christus obscure ad eos locutus est. Erit aũt hoc in loco quæsitu dignũ, quomodo discipuli Christum à morte resurrecturum ignorabant? Quoniam adhuc spirituali gratia indigni erãt. Ideoq; cum frequenter eis Christus resurrectionem prædixisset, nihil tamen manifeste intellexerunt, sed quid id esset inuicem percõtabantur. Videbatur enim haudquaquam credibile, quòd seipsum posset aliquis suscitare, & ita suscitari. Nec aliam ob causam Petrus reprehensus est, quàm quòd cum nihil de resurrectione sciret, inquit: Ablit à te domine. Neq; Chri- D stus ante rẽ ipsam hoc manifeste discipulis reuelauit, ne, scilicet à principio tanquam rei maxime incredibili diffisi perturbarent: neq; enim adhuc planè norant quis esset. Manifestis nãq; operibus nemo non credidisset: solo autem uerbo nõ ita fides præstari assolet. Hac ratione obscure primum locutus, cum re ipsa fidem confirmauit, tũc & uerbis prudentiam, & tantã spiritus gratiam infudit, ut repente omnia ad se traheret. Ille uobis cõmemorabit omnia, inquit. Nã si uno dũtaxat uesperi pudore abiecto discipuli fugientes, Christũ negauerũt: minime superioris temporis operum & uerborum essent recordati, nisi spiritus sancti gratiam superne afflati accepissent. Quod si à spiritu, A in quiet quispiam, audituri erant: quid oportuit Christum id prius communi care, præsertim cum non intelligerent? Quoniam non docuit eos spiritus, sed Christi doctrinam in memoriam reduxit: quod non parum in eius gloriam cessit. Spiritus itaq; gratiæ infusio, tam larga, tam exuberans à dei gratia ortum habuit, inde sua ipsi uirtute donum consecuti sunt. Vitæ enim honestate atq; sapientia effulserunt, magnos subierunt labores, & præsentem cõtempserunt uitam, nullius eam momenti arbitrati: hinc super omnes elati, tanquã aquilæ leues alte uolantes, operibus suis in ipsum cœlum euaserunt: hinc ineffabilem spiritus sancti gratiam cõsecuti sunt. Hos & nos dilectissimi imitemur, neq; extinguamus lãpades, sed eleemosyna clariores reddamus. Huius ignis lux ita seruatur, si in uasa oleum dum hanc uitam uiuimus, colligamus: quod nobis neq; post hinc migrationem amplius, neq; nisi per manus pauperum colligere permittitur. Colligamus, inquam, abunde, si cum sponso ingredi uolumus: sin minus, excludemur. Impossibile enim, impossibile, inquã, est etsi innumera faciamus bona, sine eleemosyna cœlestis regni uel uestibulum quidem attingere. Quamobrem multa in pauperes utendum est liberalitate, ut arcanis & ineffabilib. illis fruamur bonis: quæ utinam omnes consequamur, gratia & benignitate dñi nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

EX CAP. II ET III HOMIL. XXIII

Cvm autẽ esset Hierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderũt in nomine eius.] Christi temporibus alij in errore perstabant, alij ueritatẽ oppugnabant, nonnulli eam cõplexi paulo post deserebant: hos Christus seminibus comparauit, radices tantũ in superficie diffundentibus, quæ quamprimum arescunt. Hos nobis Euangelista in præsentia significat: Cum autem esset Hierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderũt in nomine eius, uidentes signa quæ faciebat. Ipse autem Iesus nõ credebat semetipsum eis, eo quòd ipse nosset eos.] Firmiores erãt discipuli, non signorũ tantum gratia, sed doctrinæ Iesum secuti. Qui crassiori erant ingenio, signis trahebant: acutiori uero, prophetis & doctrina: quibus qui crediderant, signis deinde magis cõfirmabantur, hos Christus beatos appellauit. Beati qui non uiderunt & crediderũt. Quòd aũt hi nõ uere crederẽt, ex sequẽtibus ostendit: Ipse em, inquit, Iesus non credebat seipsum eis. Quare? Eo q; ipse nosset omnes, & quia ei opus nõ erat, ut quis testimoniũ perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine: hoc est, nõ curabat exteriora uerba, qui in ipsos animos ingredit, qui in humanas cogitationes irrũpit, qui eorum seruorem mox infrigescere cognoscebat: neq; ac si perfecti essent discipuli, eis fidebat, nec arcanorum doctrinam tanquã fidelibus credebat: Humanorũ autẽ

cordium

Universidad de Deusto
Biblioteca

cordiũ cognitio solius dei est, quí ea formauit. Tu A
Act.1 enim, inquit, cognoscis corda solus. Non opus erat Iesu testibus, ad eas quas formarat mentes cognoscendas. Norat igitur eorum infirmitati non credendum. Homines enim, utpote quí neq; presentia, neq; futura intelligãt, cum fraudulentis & instabilibus sæpenumero res suas sine suspicione cõmunicant: Christus autem abscõdita cordium manifeste intuebatur. Tales multi sunt his quoq; temporibus, qui sibi fidei nomen uendicant, facile ad credendum adducunt: his neq; nunc Christus fidit, plurima occulit: et quemadmodum nos non eodem modo amicis nomine et re credimus, ita neq; deus. Audi quid discipulis dicat: Nõ iam uos dico seruos. Vos amici mei estis. Vnde, & quamobrem? Quia quæcũq; audiui à patre, nota feci uobis. Hac gratia nũlla ludæis ne petentibus B quidem signa ostendebat, quoniam tentandi gratia percontabantur. Nonne & nunc quoq; signorũ petitio tentantiũ est? Sunt sane & hac nostra ætate qui quærant, quare & nunc signa non fiunt? Si fidelis es, ut oportet: si Christum diligis, ut dilectũ decet, non indiges signis: signa em̃ incredulis dãtur. Cur igit̃, inquis, ludæis nõ data sunt? Sunt inquam, maxime. Quòd si petẽtes aliquando nõ acceperunt, ideo factum est, quoniã non ut ab incredulitate desisterent, ea quærebãt: sed ut magis malicia sua obdurescerent.

CAPVT TERTIVM.

ERAT autem homo ex pharisæis, Ni- C
codemus nomine, princeps ludæorũ hic uenit ad Iesum nocte.] Hic in euãgelicæ narrationis progressu Christo opitulatur: dicit enim, Lex nostra nõ iudicat quenquam, nisi prius ab eo & cognoscat quid faciat, Aduersus hunc ludæi indignati dicebãt: Interroga & uide, quòd propheta ex Galilæa non surrexit. Hic etiam post passionem multum diligentiæ in sepulturam dominici corporis adhibuisse perhibetur. Venit enim, inquit, & Nicodemus, quí uenerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ, & aloes quasi libras centum: hic nunc afficiebatur quidem Christo, non tamẽ ut oportebat, neque quo debebat animo, sed ad- D
huc ludaica imbecillitate detinebat: ideo nocte uenit, quia interdiu formidabat. Sed clementissimus deus, neq; tam frigidũ affectũ pepulit, neque obiurgauit neq; indignũ sua duxit doctrina, sed multa cũ mãsuetudine cũ alloquit̃, & arcana aperit, obscure quidem, aperit tamen: quippe qui longe magis uenia dignũ existimauit, quàm qui malicia percontabãtur. Illi enim nullo pacto poterant excusari: hic etsi reprehensioni, non tantæ tamen erat obnoxius. Quomodo igitur Euãgelista nihil tale de Nicodemo dixit, quemadmodum alibi, q̃ ex principibus multi crediderũt in eum, propter ludæos autem non cõfitebantur, ne extra synagogam fierent? Quia id totũ ex nocturna profectione significauit. Quid ergo inquit? Rabbi, scimus quòd à deo uenisti: nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo.] Adhuc humi uertitur Nicodemus, adhuc humanam de Christo habet sententiam, & tanquam de propheta loquitur, nihil altum propter signa conIectans. Scimus, inquit, quòd à deo uenisti magister. Quid ergo noctu uenis, & clanculũ, ad eum qui diuina loquitur, qui à deo uenit? Quid non aperte profiteris? Sed hoc neq; dicit, neq; reprehẽdit Iesus. Calamum enim contritum non confrin- Esa.42
ges, inquit, & linũ ardẽs nõ extinges. Nõ dicet, inquit, neq; clãmabit. Et iterum: Non ueni ut iudicem mundum, sed ut saluũ faciam. Nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo.] Adhuc secundũ hæreticos loquitur, qui dixerunt Christum in operibus suis alterius indiguisse auxilio. Quid ad hoc Christus? Consídera, quæso, humilitatem incredibilem. Noluit dicere se nullius egere auxilio, omnia suapte facere potestate, esse dei dilectissimũ filium, & eiusdem qua pater potentię, eo quòd difficile creditu uidebat. Quod enim semper dixi, & nunc dicam, curę erat Christo à principio non tam quisnam esset ostendere, quàm ut crederetur nihil contra patris facere uoluntatem. Ideoq; uerbis sæpenumero humilioribus locutus est, re autem quid posset, ostẽdit: Miracula uirtute summa operatus est. Volo, inquit, purgare. Tabitha surge. Extende manũ. Dimittuntur tibi peccata tua. Tace, obmutesce. Tolle grabatum tuum, & uade in domum tuam. Tibi dico malum dæmonium exi ab hoc. Fiat tibi ut uis. Si quis uobis aliquid dixerit, dicite, quia domino his opus est. Hodie mecũ eris in paradiso. Audistis quia dictum est antiquis, Non occides: ego autem dico uobis, quia omnis qui irascit̃ fratri suo, reus erit iudicio. Venite post me faciã uos piscatores hominum. Sic in omni euangelio summam eius deprehendimus in rebus autoritatem. Et quonam pacto ei quispiam credidisset, nisi secundum iussa res finẽ assecutæ essent? Potuissent inania deridéri præcepta. Verum cum re euenerint, etiam inuitis silentiũ imposuit. Ex solis enim uerbis ludæi, ut erant impudentes, stultitiam eius arguere potuissent. Quamobrem hoc in loco Nicodemum alloquens, nihil altum attingit, sed obscure ex humili ad superna erigit, admonetq; se si bijpsi sufficientem ad faciẽda miracula. Perfectũ enim ipsum genuit pater nullius indigentem, nullius rei humilis aut abiectę participem. Sed uidea mus quomodo hoc confirmet. Dixerat Nicodemus: Rabbi, scimus quia à deo uenisti magister, & q̃ nemo potest facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo.] Existimauit se magnũ aliquid dixisse. Quid Christus? Vt ostẽderet nondũ uerę cognitiõis uestibulum attigisse, sed extra regiam aberrare, & ipsum, & quicũq; eadẽ esset sentẽtia, respondit: Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, non potest uidere regnum dei.] hoc est, nisi iterum nascaris, & uera imbuaris doctrina, longe à regno dei aberras. Sed obscurè dixit, & ut æquiori animo toleraret: non aperte ad ipsum sermonẽ uertit, sed indefinito utit̃ uerbo,

Nisi

Nisi quis renatus fuerit, tantum non dicens, siue A
tu, siue alius quis talem de me habuerit opinionẽ, in regnum non recipietur. Quod nisi hac ratione dixisset, nihil sane ad propositum id responsum. Hoc si ludęi audissent irrisissent profecto, & abijssent. Nicodemus autem & in hoc discendi studiũ præ se tulit, & propterea obscure aliquãdo loquitur Christus, ut audientes attentiores reddat. Siquidem clarum & manifestum uerbum fugit nõnunquam auditorem, obscurum autem etiam diligentiorem efficit. Sententia autem est, Nisi genitus fueris denuo, hoc est, nisi spiritus per regenerationis lauacrum particeps efficiaris, nõ poteris ueram de me opinionẽ cõcipere. Ista tua nõ spiritualis, sed animalis opinio est. Nõ tamen his uerbis usus est: noluit enim pro uiribus, & cognitio- B
ne sua loquentem perterrere, sed ad maiorum cogitationem sine suspicione erigit. Nisi quis renatus fuerit denuo. Denuo, hoc in loco, alij è cœlo, alij iterum exponunt. Quippe qui non ita nascitur, non potest uidere regnum dei. Regnum dei seipsum significat, ostendens non esse id tantum, quod uidetur, sed alijs opus esse oculis ut uideat. Ad hæc Nicodemus: Quomodo, inquit, potest homo nasci cum sit senex?] Rabbi eũ appellas, & à deo uenisse dicis, & eius uerba nõ intelligis? eo etiã uerbo uteris, quod multam affert perturbationem. Ea enim particula, quomodo, nõ multum credentium, sed adhuc terrena sapientiũ est. Nam & Sara propterea risit, quia quomodo pare re posset cogitauit, & alij multi hoc uerbo fide ex C
ciderunt. Hæretici quoq; hinc in sua perstant opinione, alij quidẽ quomodo natus est Christus, alij quomodo carnem accepit interrogant, & mentis suæ imbecillitati immensam illam & ineffabilem subijciunt substãtiam, quæ importuna curiositas sapientibus fugienda est. Neq; enim qui quomodo percontant, id scient, & uera excidẽt fide. Propterea, Nicodemus cum dubitaret, modum inquirit: id enim sibi dici intelligebat, perturbat̃, et rem non intellígit. Nam cum ad Christum tanquã ad hominẽ uenisset, audiretq; quàm ab homine longe maiora, & quę nemo unquam audierat: primũ ad id mentem erigit, caligine tamẽ perstringitur, neque perstat in fide, rei difficultate huc illucq; di- D
stractus. Ideo nõ posse id fieri primum asserit, inde apertius sibi declarari rogat. Nunquid, inquit, potest in uentrem matris suæ iterato introire, & renasci?] Animaduertite quoniã pacto, qui humanis rationibus spiritualia admiscet, ridicula loquitur, & delirat tanquam ebrius, quoties diuinorum sensum perscrutat̃, neq; eũ accipit. Audiuit generationẽ, sed spiritualem nõ intellexit: sed ad carnis traxit uilitatem, & tam admirabilẽ profundamq; doctrinam naturali necessitati conglutinauit, deliramenta & ridiculas proponit dubitationes: idcirco Paulus inquit, quòd animalis homo non suscipit ea quæ spiritus sunt. Verum Nicodemus Christum reuerenter alloquit̃, nõ intellexit quę diceret, & impossibile id arbitratur, hoc tamẽ cõticet. Duo ei dubitationẽ faciebãt, & ge-

neratio talis & regnũ. neq; enim regni nomen auditum erat à ludæis unquã, neq; huiusmodi generatio. Primum aũt priorem partem aggredit̃, quæ maxime eius mentem mouerat. Nos autẽ horum nõ ignari, diuina mysteria perscrutari caueamus, neq; rerum humanarum necessitate illa agi existimemus, sed pietate summa omnia intelligamus, scripturis fidem adhibeamus. Curiosus nãq; & nimius rerum diuinarũ perscrutator nihil proficit, nihil inuenit præter ultimũ supplicium. Audis natum Christum, crede: quomodo, noli disquirere, neq; propter hoc tollas generationem, q̃d ultimæ stultitiæ est. Nam si Nicodemus, generatione nõ illa ineffabili, sed hac, quæ dei gratia prouenit, audita, quoniã nihil magnũ animo concepit, sed terrenis tantum inhæsit, tenebris perfusus est: quãto hi digni supplicio, qui admirandam illam & omnem superantem rationem & intellectum tanto studio quærunt, inuestigant, perscrutantur? Nihil enim tam obscuris obducitur tenebris, quàm humana cogitatio, quæ omnia ad terrã reducit, nec patitur cœlitus lumẽ accipere, utilissima profecto & ad lutum omnia referẽs: ideo supérna nobis aqua opus est, ut abluti & quantũ fieri potest, mundi cœlũ petamus, & cœlestibus imbuamur disciplinis: hoc autem & animi bonitate & uitæ rectitudine assequimur: neq; em̃ intẽpestiua inuestigatione duntaxat, sed corruptis quoq; moribus humana mẽs in tenebris uersatur. Quare Paulus ad 1.Cor.15
Corinthios inquit, Lac uobis potum dedi, non escam. Nondũ enim poteratis, sed ne nũc quidem potestis: adhuc enim carnales estis. Cum sit inter uos zelus & cõtentio, nónne carnales estis? Et ad Hebræos, & alibi frequenter hanc malorum dogmatum causam Paulum afferentem quiuis uidere poterit. Anima enim affectibus implicita, nequit profecto magnum aliquid, aut generosum intueri, sed tanquam lippitudine quadam perturbata, in tenebris uersatur. Mẽtis igit̃ oculos à tã grauissimo morbo liberemus, illuminemus, nolimus inter spinas semen iacere. Quænam hæc spinarum copia nostis, etsi tacemus, sæpenumero audistis Christum præsentis uitæ solicitudines & diuitiarũ fraudes, spinas appellasse, & merito sanè. Nam quemadmodum spinæ steriles sunt, ita & diuitię. Quemadmodum illæ qui tangunt, lacerãt: ita harum cupiditas. Quemadmodũ facile igni cõprehenduntur, & odio habentur agricolis: ita huius seculi negocia. Postremo ut inter spinas feræ, uiperæ, scorpij, delitescunt: ita in fraudib. diuitiarũ. Verũ enimuero dilectissimi, spiritus sancti igne & spinas consumamus, & bestias effugemus: ut agricolæ agrum purgatũ reddamus, inde spiritualibus aquis irrigemus, plantemus oliuam fructiferam, plantam utic̃ mitissimam & semper uirentem, quæ illuminat, quę nutrit, quæ bonam facit ualetudinẽ: hæc eleemosynæ sunt officia, quę tanquam signaculũ est eam possidentibus. Hæc plãta ne morte quidem arescit, sed semper uiret, mentem illuminat, animi uires nutrit, ac etiam robustiores efficit. Hanc si perpetuo amplectemur, fi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

denter & ſpõſum adire,& thalamum ingredi poterimus:cuius utinã omnes fiamus participes gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem,& cũ quo patri,ſimul & ſpiritui ſancto gloria,in ſecula ſeculorum,Amen.

EX CAP. TERTIO HOMIL. XXIIII

RESPONDIT Ieſus,& dixit: Amen amen dico tibi,niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto,non poteſt introire in regnum dei.] Pueri ſingulis diebus ad magiſtros proficiſcentes,& doctrinam accipiunt,& acceptã reciprocant,nunquam uacãtes,ut ſcientiæ poſſeſſionem adipiſcantur,interdum noctes diebus iungunt,et ad hoc pro caducis & fluxis rebus ſæpenumero illos cogitis: nos autẽ à uobis qui perfectiori eſtis ætate,non tantum exigimus, quantum uos à liberis ueſtris:non enim ſingulis diebus, ſed duobus tantum,& breui eorum parte,ut uos labore leuemus,hortamur orationi noſtræ aures adhibeatis. Ad hęc et paulatim uobis ſcripturarũ dicta decerpimus,ut facile accipere,in mentis ueſtræ theſauris recondere,memoriæ mandare, mandata aliis diligenter exponere poſſitis: quod profecto aſſequimini,niſi perquam ſomnolenti,& deſidiæ dediti,& puerulis longe hebetiores ſitis. Accipiatis igitur dilectiſſimi, quæ heſternam concionem ſequuntur.Hæſitabat Nicodemus,& de huius ſeculi generatione locutum Chriſtũ arbitratus, Impoſſibile,inquit,ſenẽ naſci denuo.] Animaduerte nunc quomodo iterum Chriſtus,quam generationem dicat manifeſtius oſtendit: difficilem quidem ei qui ſecundum animam tantũ percontabatur,potentẽ tamen à terrenæ cogitationis humilitate erigere auditorẽ. Quid ergo dicit? Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto,nõ poteſt introire in regnum dei. Tu impoſſibile dicis, ego tam neceſſarium,ut aliter quis ſaluus eſſe nõ poſſit:quippe quæ maxime neceſſaria ſunt, ea etiã facilia fecit deus. Terrena & ſecundum carnẽ generatio ex puluere eſt, ideo recõdita ſũt ei cœleſtia. Quid enim cõmune terræ cum cœlo? Spiritualis cœleſtes nobis portas perfacile aperit,intelligitis quot ueſtrũ in tenebris ſitis? Exhorreſcite, gemite,formidoloſæ minæ ſunt, formidoloſa ſentẽtia. Non poteſt,inquit,qui nõ renatus fuerit ex aqua & ſpiritu introire in regnum cœlorũ. Non ita ſentiebat Nicodemus. Nihil emẽ peius eſt,quàm humanis rationibus ſpiritualia ſubijcere. Hoc illum impedit,ne quid magnum,ne quid profundũ cõtemplaretur.Ideo nos fideles appellamur, ut humanarum cogitationũ uilitate contempta, ad fidei altitudinem euadamus,& quæ nos manẽt bonorum cognitionẽ hauriamus. Quòd ſi Nicodemus intellexiſſet, non ſanè impoſſibile dixiſſet, qua ut abduceretur ſententia, quã diceret generationẽ Chriſtus oſtẽdit, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto,non poteſt introire in regnũ dei.] Voluit eũ minis perterrere & ad credẽdum allicere,ne impoſſibile arbitrareſ, & ut carnalis generationis opinionem tolleret,aliam, inquit,Nicodeme generationẽ dico. Quid ad terrã deuolueris? Quid hanc naturali ſubijcis neceſſitati? Alius partus hic & excellentior nihil cũ terrenis cõmunicat, nomine tantum hæc generatio conuenit,re longe differt. Reijce cõmunem conſuetudinem:alium partum induco, quo homines renaſci uolo: alium generationis modum affero. Formaui ex terra & aqua,non utile uas euaſit,ſed deterius factum eſt:non ampliùs aqua & terra fingendũ eſt,ſed aqua & ſpiritu. Quòd ſi qs interroget,quomodo ex aqua,rurſus ego illũ, quõ ex terra? Quomodo lutũ in aliã tranſiuit materiã? Quomodo unius ſpeciei ſubiectum, terra enim ſola erat,uaria et diuerſa effinxit? Vnde oſſa,nerui,arteriæ,uenæ? Vnde membrana & uaſa organica? unde hepar,ſplẽ,cor? unde cutis, ſanguis, phlegma, cholera? unde tot operatiões, tot colores? hæc enim nõ terræ ſunt,neq; luti. Quomodo terra accepto ſemine germinat,caro acceptum corrumpit? Quomodo terra cõmiſſa nutrit,caro his nutritur, nõ nutrit? Terra collecta aqua uinum facit, caro id ſæpenumero acceptũ in aquã uertit. Vnde igitur caro ex terra eſt,cum contrariã terræ operationem oſtendat? Sanè ratione inuenire non poſſumus,fide ſola poſſumus. Quòd ſi quæ quotidie uidemus & tangimus,fide indigent: quanto magis arcana illa & ſpiritualia? Nam quemadmodũ terra inanimata,immobilis, diuina uoluntate ad tanta miracula producẽda uires accepit:ita ſpiritu et ſenſibili aqua omnia hæc admirabilia,& humanã excedẽtia cogitationẽ facile exoriunt. Noli igit, quoniam hæc non uides,diffidere: neq; enim animam uides,tamen animam eſſe & eam te habere & aliquid præter corpus eſſe nõ dubitas. Verum Chriſtus nõ hoc, ſed alio exemplo Nicodemum allicit.Siquidem anima incorporea eſt, Nicodemus uero craſſioribus adhuc cogitationibus uerſabat. Mediũ igitur adduxit exemplũ, quod non ad ſolidi corporis naturam, neq; ad incorpoream aſcendit,hoc eſt uenti impetus:& primũ ab aqua oritur,quæ tenuior eſt q̃ terra, craſſior quàm uentus. Quemadmodũ in principio elemẽtum terra ſubiecta eſt,totum autẽ opificis dei fuit:ita hoc in loco elementum aqua ſubijcitur , uerum tamẽ totum ſpiritualis eſt gratiæ: & tunc quidem in animam uiuentem factus eſt homo,nunc in ſpiritum uiuificantẽ. Verũ magna eſt differentia: anima enim uitam alicui non dat, ſpiritus autem non modo per ſe uiuit, ſed aliis uitã largitur: ita mortuos ſuſcitarunt apoſtoli.Et tunc quidem poſt factam creaturam homo formatus eſt, hic autem contrà. Siquidẽ ante nouam creaturã nouus homo creatur,& primus naſcit, & tunc mundus transfigura tur. Et quemadmodũ à principio totũ formauit, ita nunc totum creat.Et tunc,Faciamus,inquit,ei adiutoriũ:hic miníme. Quippe qui ſpiritus ſancti gratiã accipit, nulla alia re indiget.Qui in Chriſti corpore perficit, quonã alio ei opus eſt auxilio? Tũc ad dei imaginẽ fecit hominem, nunc deo familiarem reddidit. Tunc piſces & feras hominii ſubie-

ſubiectos fecit,nũc ſupra cœlos noſtrũ propagauit imperiũ. Tunc paradiſi incolã conſtituit, nũc cœlũ aperuit. Tũc ſexta die factus eſt, nũc prima & ipſo principio unà cum luce. Ex quibus omnibus conſtat,q̃ ad aliam meliorem,& nullũ finem habituram uitã hæc efficiebãtur.Prima igitur formatio ex terra,hoc eſt Adæ: altera ex eius latere, mulieris uidelicet:tertia ex ſemine,ut Abel. Verũ nullã harum quomodo,& qua fiant ratione,aſſequi poſſumus, quanquã craſſiora ſint. Quonam igit pacto de intellectuali per baptiſmũ generatiõe, & tam admirabili partu rationẽ reddemus, quæ longe altiora ſunt,& ſubtiliora? Nam & angeli qui aſſuerũt, tam inenarrabilis operis modũ minime enarrare poſſent. Aſſuerunt duntaxat,& uiderunt,nihil tamen operati ſunt, ſed pater tantum,& filius,& ſpiritus ſanctus. Pareamus igitur diuinæ ſententiæ,quæ ſenſu ipſo uiſus certior eſt. Viſus enim ſæpenumero fallitur,illa minime.Nã cum omnia quæcunq; ſunt deus effecerit, dignus ſanè eſt cui fides adhibeatur,cũ de ſuo quicquam aſſerit opificio.Quęnã ergo diuina ſententia eſt? Quòd generatio eſt res perfecta. Q& ſi quis quomodo percõtabitur,ſilentium ei diuino imponas teſtimonio,quod maxima eſt & certiſſima demõſtratio.Sin iterũ rogabit,qua ratione aqua abluimur: rogemus rurſus & nos, cur uniuerſa terra principium in hominis formationẽ retulit? Nam quòd ſine terra homo fieri potuiſſet, nemini dubium eſt.Sed inquiet quiſpiam, à terra corpus habuiſſe,ab aqua autẽ nihil. Verũ in hac re aqua nõ parum confert.Quamobrẽ noli curioſius inueſtigare. Nã quòd perneceſſaria ſit aqua, uel inde ꝓſpicuum eſt,quòd cum ante aquam ſpiritus inſpiraſſet:in hoc tamen nõ quieuit Apoſtolus,ſed ad
Act.6 aquæ neceſſitatẽ oſtendẽdam ait:Nunquid aquã quis prohibere poteſt,ut non baptizentur hi qui ſpiritum ſanctum acceperunt,ſicut & nos? Quænam ergo aquæ neceſſitas? Iam abſconditum uobis myſterium aperiam.Sunt & alia, nũc uero ex omnibus unum expoſuiſſe ſufficiat:primum diuina in hoc cõſummantur iudicia,ſepultura, mortificatio,reſurrectio,uita,& hæc ſimul omnia. In aqua emẽ tanq̃ in ſepulchro caput immergentibus uetus homo ſepelitur,emergentibus nouus reſurgit inde. Vt facile nobis eſt immergi, & emerſos reſpirare:ita deo ueterẽ ſepelire hominem, & nouum induere.Præterea hinc patris & filij & ſpiritus ſancti uirtutem hæc omnia implere intelligis. Quòd ne coniectura à me, ſed uero ſenſu dictum intelligas,audi Paulũ: Conſepulti, inquit, ſumus
Coloſſ.2 cum illo per baptiſmum.Et iterum: Noſter uetus
Rom.6 homo ſimul crucifixus eſt.Et iterum:Complantati facti ſumus ſimilitudini mortis huius.Non ſolũ autem baptiſma crux dicitur, ſed crux baptiſma.
Mar.10 Baptiſmo enim,quo ego baptizor, inquit,baptizabimini, & baptiſmo habeo baptizari, q̃d uos neſcitis. Nam quemadmodũ facile baptizamur & emergimus,ita ipſe moriens cum uoluit reſurrexit,immo longe facilius,quãuis triduum diuini myſterij diſpẽſatione in ſepulchro iacuerit. Cum

igitur tãtis myſterijs nos deus dignatus ſit, uitam dono cõſentaneam exhibeamus,uitam, inquam, optimam.Quòd ſi autem nõ adhuc digni eſtis,totis uiribus contendite,ut digni efficiamini,ut fiamus omnes unũ corpus, ut ſimus fratres. Donec enim diſſentimus,ſiue patrem quis habeat, ſiue filium,ſiue fratrem,nemo ſanè uera propinquitate deuinctus inuenitur,ſpirituali propinquitate ablata.Quid enim utilitatis lutei corporis coniunctio,niſi coniungamur & ſpiritu? Quid nobis terrena cõfert cognatio,ſi in cœlis ſumus alieni? Alienus eſt catechumenus à fideli,non habet idem principiũ,nõ eandẽ ciuitatem,nõ eandẽ parentẽ, non uictum,non ueſtitum,non menſam, non caſtrum,non domum,nihil cõmune. Etenim terrena catechumeni, cœleſtia fidelis ſunt: huic Chriſtus rex eſt,illi autem peccatum & diabolus:huic cibus Chriſtus eſt, illi quod corrumpitur. Et rurſus huic ueſtis tinearum opera,illi aũt angelorum dominus:huic terra,illi cœlũ patria. Itaq; cũ nihil cõmunicemus,quæ cũ illis nobis cognatio? Sed eãdem matrem habemus,eodẽ partu nati ſumus. Nihil hoc ad ueriſſimæ cognatiõis cõparationẽ. Studeamus ſupernæ ciuitatis ciues fieri: quouſq; ab ea peregrinamur: Oportet ueterẽ repetamus patriã,neq; eñ paruis rebus periclitamur.Nam ſi inopina & repẽtina mors,quod abſit, nos inuaderet & cœleſtiũ ignari hinc migraremus:nihil nobis innumera huius ſeculi bona ad ſalutẽ proficerẽt,quin nos gehẽna,uermis uenenoſus,ignis inextinguibilis, & catenæ maneant indiſſolubiles. Sed abſit, ut auditorũ meorũ quiſpiã eo damneť ſupplicio:quod euitabimus,ſi ſanctis dignati myſterijs aurũ,argentũ,lapides precioſos ſuper fundamento,ſecundũ Apoſtolũ, ædificabimus.Hoc 1.Cor.3
pacto hinc emigrãtes diuites apparebimus,ſi pecunias nõ hic relinquemus, ſed per pauperũ manus ad perpetuos trãſferamus theſauros. Si Chriſto mutuabis,cui multa debemus, nõ quidẽ pecunias,ſed peccata.Mutuemus itaq; pecunias, ut uenia accipiamus peccatorũ. Ipſe eñ eſt q̃ iudicat. Nolimus eũ deſpicere in hoc ſeculo eſurientẽ, ut in futuro nos nutriat. Hic eum ueſtimẽto operiamus,ne ſuo nos auxilio nudos deſtituat. Si ei po- Luc.16
tum dederimus,nõ dicemus cũ diuite: Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aqua, ut refrigeret linguam meam. Si hic domi hoſpitẽ accipiemus,multa nobis in regno ſuo habitacula præparabit.Si in carcerem intruſum uiſitabimus, ipſe nos uinculis liberabit.Si peregrinum collegimus,nos cœleſtis regni peregrinos nõ deſpiciet, ſed ſupernæ ciuitatis participes faciet. Si infirmo operam præſtabimus, quamprimum noſtras curabit infirmitates. Parua igitur ſaltẽ exhibeamus, ut pro paruis maxima accipiamus, maxima mercemur. Dum tempus eſt ſeminemus, ut metamus antequã hyems aduenìat,dum mare nauigari poteſt,dum huius negociatiõis ſumus domini. Sed quando erit hyems? Quando magnus ille & tremendus dies aduenerit, tunc non amplius mare hoc ſpacioſum et immenſum nauigare nobis licebit

Universidad de Deusto
Biblioteca

bit. Mari nanq; præsens hæc uita cõparatur. Nũc serendi tempus est,tunc messis & prouẽtus. Qui non sementis tempore,sed in messe seminarit, est sanè ridiculus. Sementis nunc tempus:non igitur nunc colligendum,sed dispergendum est. Dispergamus,ut cõgregemus,ut messem metamus: hoc enim,ut dixi,tempus ad serẽdum nos uocat, ut distribuamus,non colligamus:erogemus, nõ recõdamus. Nolimus tempestiuum tempus contemnere,sed ubertim semen iaciamus, nec ulla ex parte nostris parcamus facultatibus, ut multiplicem dei in nos remunerationem,liberalitatemq; experiamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,per quem,& cum quo patri, simul & spiritui sancto gloria,in secula seculorum, Amen.

EX CAP. TERTIO HOMIL. XXV

QVOD natum est ex carne,caro est,& qđ natum est ex spiritu spiritus est.] Magnis nos mysterijs dignatus est unigenitus dei filius,magnis,inquã, & diuinis: non qualia nos accipere, sed qualia ipsum exhibere decet. Nã si merita nostra reputabimus, non modo munere nullo, sed supplicio digni sumus. Sed nõ hoc respiciens benignus deus, non modo nos supplicio liberauit, sed et uitã multo priori potiorẽ largitus est: aliumq; nobis mundũ,aliam condidit creaturã. Si qua ẽm in Christo est, inquit, noua est creatura. Quænã? Audi ipsum, Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto,nõ poterit introire in regnũ dei.] Terra excideramus, haud digni quib. hic habitationem concederet,in cœlum tamen nos extulit. Principio inuidos nos deprehẽdit,& maiora largitus est. Ab uno ligno non abstinuimus,et supernas delicias impartitus est: in paradiso permanere nõ potuimus,& cœlos nobis aperuit. Non immerito igitur Paulus,O altitudo, inquit, diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei. Non amplius mater, nõ enixus,non somni,neq; cõcubitus,nõ amplexus, nouum iam naturæ nostræ intexitur opificium à spiritu sancto & aqua. Aqua autẽ accepta est, partus genito factũ. Quod enim est matrix embrioni,hoc & fideli aqua: Siquidẽ in aqua fingitur & formatur. Nam primũ dictum est, Producãt aquę reptile animæ uiuentis. Ex quo autem Iordanis alueum ingressus est Christus,non amplius reptilia animarum uiuentiũ, sed animas rationales & spirituales aqua producit. Et quod de sole dictũ est, Tanquam spõsus procedens de thalamo suo:hoc longe magis de fidelibus in præsentia dici potest. Multo nanq; ẽq; ille clariores diffundunt radios. At quod in matrice formatur tempore indiget: quod in aqua, minime,sed momento omnia perficiuntur. Siquidem ubi caduca uita est,à corporea corruptione principium accipitur, omnia mora temporis generãtur: ea nãq; natura corporis est, ut tempore perfectionem suam accipiat, sed non ita in spiritualibus. Quid tandem? Quoniã perfecta ab ipso principio opera sua facit spiritus. Sed cum Nicodemus his uerbis perturbaretur, uide quomodo Christus ei tanti mysterij arcana aperit. Quod natum est ex carne,caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Ab omnibus eum quæ sensu percipiuntur abducit, neque sinit corporeis oculis mysteria perscrutari. Non disputamus de carne, inquit, Nicodeme,sed de spiritu. Et è uestigio hoc uerbo ad superna eũ erigit:ne quid sensu subiectum perquirat, cum his oculis spiritum nemo possit intueri. Noli arbitrari, quòd carnem spiritus pariat. Quomodo ergo, dixerit quispiam, Christi caro parta est? Non à spiritu tantũ, Gal.4 sed & à carne,quod Paulus significat: Factum ex muliere, factum sub lege. Spiritus illam formauit,non tamen ex nihilo:(quid enim opus fuisset matrice?)sed ex carne uirginali. Quonam autem pacto factum sit, explicare non possum: sed factũ est,ne quis à natura nostra partum illum alienum putaret. Nam cum etiã sic nonnulli huic generationi non credant, nisi uirginalis carnis particeps fuisset, in quam impiam prolapsi essent opinionem? Quod natum est ex spiritu, spiritus est. Animaduertis spiritus dignitatẽ? Dei nanq; efficiens opus apparet: superius ẽm inquit, ex deo natos, nunc ex spiritu. Quod natum est ex spiritu, spiritus est. Natiuitatem autem hoc in loco non secundum substantiam, sed honorem & gratiam intelligit: quod si filius hoc pacto natus est, quid in eo quàm in cęteris hominibus qui ita nati sunt excellentius inuenietur? Quomodo est unigenitus? Etenim ego ex deo natus sum, sed non ex eius substantia. Quòd si neq; ipse quid differt à nobis, fortasse autem hoc pacto spiritu minor inuenietur. Nam huiusmodi generatio ex spiritus gratia facta est. Nũquid igitur ut sit filius, spiritus indiget auxilio? Hæc iudaica fuit doctrina. Cum ergo dixisset Christus, Qui natus est ex spiritu, spiritus est: & his uerbis etiam perturbaret Nicodemus, rursus ad sensibile exemplum descendit: Ne mireris, inquit, quia dixi tibi, oportet uos nasci de nuo. Spiritus ubi uult spirat.] Hoc uerbum, mireris, eius animi perturbationem significat: perturbabatur enim quòd non intelligebat, Qui natus est ex spiritu, spiritus est. Qua particula ab omni eum corpore Christus abduxerat. Quamobrẽ ad id quod magis de corpore cõmunicat, non tamẽ corporeæ crassitudini omnino subiectum est, descẽdit, puta incorporea omittit quę ille capere nõ poterat: Inuenit igitur mediũ quoddam inter corpus & incorporeum, hoc est uenti impetum, hinc eum excitat, cũ inquit: Vocem eius audis, sed nescis unde ueniat, aut quò uadat.] Quod autem dicit, Vbi uult spirat, non loquitur ac si uoluntate aliqua feratur uentus, sed liberũ eius à natura impetũ significat. Mos enim est scripturæ, ita etiam de inani loqui, quemadmodũ cũ inquit: Vanitati creatura subiecta est nolens. Significat igit non posse cõtineri, & quocũq; uult diffundi, neq; posse prohiberi, quin huc illuc feratur. Et uocem eius Rom.8 audis, hoc est sonitum: sed nescis unde ueniat, aut quò uadat. Ita usu uenit his qui spiritu generantur. Hæc conclusio est. Nam si huius, inquit, spiritus

tus quem auditus sensu accipis,& tactu impetum intelligis,ne uiam quidem nosti: quonã pacto diuini spiritus operationem perscrutaberis? Præterea ubi uult spirat ad paracleti potẽtiam ostendendam dixit. Nam si uentũ nemo cohibet, quin quò uult, feratur: quanto magis spiritus operationem nullæ naturæ leges, nulli corporeæ generationis fines, nulla alia huiusmodi uis poterunt cohibere? Quòd autem de uẽto loquatur, inde perspicuum est, cum inquit: Et uocem eius audis. Non ẽm infideli,& spiritus operationem nescienti, de spiritu dixisset, Et uocẽ eius audis. Sensus igitur est, quòd quemadmodum uentus non uidetur, sentitur tamen: ita spiritualis generatio corporeis oculis non cõprehenditur. Verum uẽtus corpus est, quamuis tenuissimum. Nã quod sensui obiectũ est, corpus est. Quòd si non doles, cũ corpus non uideas,& esse eum credis, quid hoc spirituali sermone perturbaris,& tam curiose rationes exigis, cum idem in corpore nõ facias? Quid ad hæc Nicodemus? Adhuc in Iudaica uilitate perstitit, cũ tam manifestũ exemplũ acceperit, petitq;: Quomodo possunt hæc fieri?] Idcirco uehemẽtius eũ tãgit Christus: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras?] Non malitiæ hominẽ, sed stultitiæ potius & simplicitatis accusat. Quòd si quis percontaretur, quid hæc generatio cum Iudaica cõmunicet: rursum quid non cõmunicet, rogabo. Etenim primi hominis, & ex latere eius mulieris formatio, & sterilium, & omnium quæ per aquas perfecta sunt, cõsummatio, Heliseæi præterea miraculũ, qui ex fonte rerũ reuocauit, translitus Iudæorum per rubrũ mare, piscinæ ab angelo cõmotio, Naaman Syri à lepra in Iordane mũdatio: hæc omnia generationẽ, & purgationem futuram, tanquam in figura præmonstrarunt. Ad hæc prophetarum dicta hanc generationẽ annunciant. Annunciabitur domino generatio uentura, & annunciabunt cœli iustitiam eius populo, qui nascetur, quem fecit dominus. Et, Renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. Exurge, illuminare Hierusalẽ, Ecce rex tuus uenit. Et, Beati quorum remissæ sunt iniquitates. Isaac etiã figura huius fuit generationis. Dic quæso, Nicodeme, quomodo natus est Isaac? Nũquid secundum naturæ legem? Minime. Verum inter hanc & illam generationem medius quidam modus fuit: illam quoniam ex coitu: hãc quoniã non ex sanguinibus facta est. Neq; prædicta hæc tãtũ, sed uirginis etiam generationem prædixerũt. Nã cum nemo facile crediturus esset uirginẽ parere, steriles primum, inde etiam anus pepererũt: quãtuis lõge mirabilius sit ex uiri latere genitã, quàm sterilem parere. Sed cum illud antiquissimum, & iam obliteratum fuisset, nouus pariẽdi modus secutus est, & sterilium partus uirginalis partus fidem præcessit. Hæc omnia Iesus Nicodemo in memoriam reducens: Tu es, inquit, magister in Israel, & hæc ignoras? Amen amẽ dico tibi, quod scimus loquimur: et quod uidimus, testamur, et testimoniũ nostrũ nemo accipit.] Hæc autẽ dicit, ut pro illius imbecillitate ad inferiora descendens, oratiõnẽ suã magis credibilẽ faciat. Ideo inquit: Quod scimus loquimur: & quod uidimus testamur. Siquidem cum apud nos sensus usus certissimus sit, cum persuadere quid uolumus, ita loqui solemus: Nõ audisse nos, sed uidisse. Idcirco Christus more hominum loquens, sibi fidem cõciliat. Quòd autẽ neq; sensibilem usum, neq; quicquam aliud intelligat, inde perspicuũ est, cum dixisset: Quod natum est ex carne, caro est: & quod natũ est ex spiritu, spiritus est: addidit, Quod scimus loquimur, & qđ uidimus testamur. Hoc autẽ nõdum natũ erat: quõ igit inqt, quod uidimus? Nõne cõstat q; de certa generatione et quę aliter se habere nõ possit? Et testimonium nostrũ nemo accipit. Quod autẽ inquit scimus, uel de patre & se, & uel se tãtũ dicit. Illa uero particula, Nemo accipit: nõ indignantis est, sed uerum enarrantis. Non enim eos stultitiæ coarguit, quòd tã manifesta nõ acciperent, sed re & uerbis summam præ se fert mansuetudinem: quam nuda & leui ueritatis annũciatione nos etiam edocet, ne quempiam si non persuademus quæ uolumus, maledictis prosequamur, néue excandescamus. Neq; enim sic mouemus auditorem, sed magis ad incredulitatem prouocamus. Abstinendum igitur ab ira est, adnitendumq; ut orationem nostram probabilem faciamus, nulla non modo ira, sed ne uoce quidem altiore, quæ iræ indicium est. Impediamus igitur equum, ut deiciamus uectorẽ. Incidamus pennas irę, ne augescat. uelox enim affectus est & grauis, quo facile decipimur: propterea undiq; ei aditus obstruendus. Absurdum nanq; est, ut feræ mãsuefieri possint, nostram autem animã efferatam contemnemus. Ira uehemens ignis est, omnia consumit, quippe quę corpus corrumpit, animam coinquinat, tristitiam affert, turpis uitu. Quòd si iratus seipsum intueri posset, nulla alterius indigeret admonitione. Nihil ẽm irato turpius. Ebrietas quędam ira, uel potius ebrietate grauior & dæmone miserabilior. Verum si clamori modum imponere curabimus, optimam sapientiæ uiam inueniemus. Propterea Paulus non iram tantum, sed & clamorem tollit. Pareamus igitur totius sapiẽtiæ magistro, & quando seruis nostris succensemus, eorum delicta cognoscamus, & unà eorũ nos mã suetudinis pudeat. Cum enim cõtumelias tuas silentio tolerat, cum tuis non perturbatur maledictis, hinc exemplum capias. Est enim homo, licet seruus, & anima immortali, et ijsdem quibus tu apud cõmunem dominũ donis atq; beneficijs præditus. Quòd si in maioribus & spiritualibus reb. par nobis est, & humanę cuiusdã & uilis prærogatiuæ gratia tã mansuete nos tolerat: quanã uenia, qua excusatione digni sumus. q diuino metu non possumus, uel potius noluimus, ut ille nostro, philosophari? Hęc animo agitemus dilectissimi, peccata nostra & humanæ naturæ cõmunitate reputemus, ad omnes mãsuete loquamur, ut cordis humilitate animis nostris & præsentẽ & futuram requiem inueniamus: Quam utinam cõsequamur, gratia & benignitate dñi nostri Iesu Christi, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EX CAP. TERTIO HOMIL. XXVI

SI terrena dixi uobis, & non creditis: quomodo si dixero uobis cœlestia, credetis? Et nemo ascendit in cœlũ, nisi qui descẽdit de cœlo filius hominis q est in cœlo. Et sicut Moses exaltauit, serpentẽ in deserto, ita exaltari oportet filiũ hominis, ut omis qui credit in ipso, nõ pereat, sed habeat uitam æternam.] Quod sæpenumero dixi, id in præsentia & frequẽter repetam, neq; cessabo. Quid hoc est? Cum profundissimarum rerum doctrinã narraturus esset Iesus, & locus hic exigeret, propter auditorum imbecillitatem plerũq; abstinet, neq; magnitudinem suam dignis prosequitur sermonibus, sed potius persuasibilibus. Alta enim & magna etiam semel narrata, pro auditorum captu illam possunt ostendere dignitatem: humiliora autem & humano intellectui propiora, nisi frequenter repetantur, non facile humilem auditorem ad alta erigunt. Propterea in humiliori crebrius & alto sermone uersatur. Sed ne hoc aliud afferat detrimentum, & humi discipulum detineat, nõ simpliciter posuit: sed causam affert, cur tã humiliter loquatur. Cum enim de baptismate & terrena secundum gratiam generatione uerba fecisset, ut dictum est: uoluit & suam illam arcanam & ineffabilem adducere: omisit tamen, & causam affert, crassitudinẽ & imbecillitatem auditorum, quam his uerbis significauit: Si terrena dixi uobis, & nõ creditis: quomodo si dixero uobis cœlestia, credetis? Itaq; eius sermonum humilitas auditorum imbecillitati adscribenda est. Terrena autem hoc in loco nonnulli de uento dictum arbitrãtur: hoc est, si exemplum à terrenis sumptum nõ creditis, quonam pacto altiora credetis? Verum terrenũ potius baptisma dicit, uel quod in terra perficit, uel quod ad suę ipsius ineffabilis generationis cõparationẽ ita appellat. Nam etsi cœlestis ipsa generatio sit, ad illam tamẽ ueram ex patris substantia comparata terrena est. Et non dixit, non intelligitis: sed, non creditis. Siquidem qui intellectu difficilia non intelligit, merito ignorantiæ accusatur: qui uero quæ non ratione, sed fide intelligun tur, non accipit: non amplius stultitiæ, sed incredulitatis arguitur. His igitur Nicodemo admonito, ne id rationibus perscrutetur, uehementius eius incredulitatem accusat. Quòd si generatio nostra fide credenda est: quonam digni sunt supplicio, qui unigeniti generationẽ rationibus inquirunt? Sed fortasse dicet quispiam, qua gratia hæc dicta sunt, si non erant homines crediturí? Quoniam etsi ipsi non crediderunt, futuri tamẽ homines crediturí erant, & fructum accepturi. Itaq; Iesus Nicodemum corripiens, non solum ea se, sed alia plura & longe maiora cognoscere, hac adiectione ostendit: Nemo ascẽdit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit filius hominis qui est in cœlo. Et quænam à prædictis consequentia? Maxima quidem & ualde consentanea. Nam cum ille dixisset, Scimus quia à deo uenisti magister, eũ non coarguit, ac si dicat: Ne arbitreris ita me magistrũ esse, ut multi prophetarum qui à terra sunt. E cœlo uenio, quo nemo propheta ascendit, ego illic habito. Vides ut quod quàm maximum uidetur, id eius præstantia sit indignissimum? Non enim in cœlo tantum est, sed ubiq; omnia implet. Verũ adhuc pro auditoris captu loquitur, ut paulatim altius eum erigat: filium autem hominis hoc in loco non carnem, sed à maiori substantia totum seipsum, ut sic dicã, intelligit. Hic nãq; ei mos est, ut nunc à diuinitate, nunc ab humanitate totum nũcupet. Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, inquit, sic exaltari oportet filium hominis.] Hoc quoq; uidetur & superioribus alienũ, maxime autem consentit. Nam cum incredibilẽ suam erga humanum genus per baptisma liberalitatem ostendisset, addit huius causam, neque illam minorem, hoc est per crucem. Quemadmodum igitur Paulus ad Corinthios hæc simul iungit beneficia, inquiens: Nunquid Paulus crucifixus est pro uobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Siquidem hæc duo maxime ineffabilẽ Christi in nos amorem præ se ferunt, & quòd pro inimicis passus sit & mortuus, & per baptismum integram peccatorum ueniam largitus. Sed quanã gratia non manifeste se crucifigendũ aperuit, sed ad ueterem figuram auditores relegauit? Primũ quidem, ut ueterum ad noua cognationem intelligeret: deinde ut intelligas non inuitum ad passionem uenisse, et preterea nullum sibi ex eo damnum, sed multorum salutem secuturam. Ne igitur quispiam diceret, quomodo possunt in crucifixũ credentes salui fieri, cum se à morte non liberauerit? ueterem in medium adducit historiam. Nam sicut ærei serpentis simulacrum aspicientes Iudæi, morte liberabantur: quanto maiori, qui in crucifixum credunt, beneficio fruentur? neque enim quòd crucifixus est, idcirco eum imbecillitatis arguas, neq; Iudæos superiores dixeris, sed mũdum deus amauit. Ideoq; animale eius templum crucifixum est, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitam æternã. Vides crucis causam, & ex ea salutem? Vides ut figura ueritati consentiat? Illuc mortem fugerunt Iudæi, sed temporalẽ, huc sempiternam fideles. Illic ictus serpẽtum suspensus serpens sanauit, hic incorporei serpentis plagas Iesus crucí affixus curauit: illic corporeis oculis suscipientes corporis salutem, hic incorporeis omnium peccatorum remissionem cõsecuti sunt. Illic æs suspensum erat in serpentis effigiera, hic dominicum corpus à spíritu formatũ. Serpẽs illic mordebat, & serpens sanabat: hic mors perdidit, & mors saluum fecit. Ad hæc qui interimebat serpẽs, ueneno seuiebat: qui liberabat, nullo: itaq; perdidit mors peccatum, tanq; serpens uenenum habuit domini mors, id omne ut æreus serpẽs uenenũ abstulit. Peccatum eñ, inquit, nõ fecit, neq; inuẽtus est dolus in ore eius. Hoc est quod significauit Paulus: Expolians principatus & potestates

tes tradiuit confidenter palàm triumphãs illos in semetipso. Quemadmodũ enim cum fortis athleta hostem alte erectum prosternit, clariorem facit uictoriam: ita Christus toto orbe spectante, hostiles conatus euertit: & qui in solitudine formidabant, eos ab omnibus feris in cruce suspensus tutatus est. Sed non dixit, suspendi: sed, exaltari: ut neq; auditoribus ignominiosum, neq; à figura abhorrens uideret. Sic enim dilexit, inquit, deus mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam.] Quod autem dicit, huiusmodi est. Ne mireris quòd exaltari debeam ut saluemini: ita enim patri uidetur, qui adeo uos dilexit, ut pro seruis, & quidem ingratis, filium daret. Atqui neq; pro amico, neq; pro iusto spõte quispiam id fecit, Rom. 5 quod Paulus his uerbis ostendit: Vix enim pro iusto quis moritur. Sed longiori hic sermone usus est, quoniam fideles alloquebatur: Christus breui, quoniam Nicodemum, uerum significantius. Etenim singula uerba magnam uim habent. Nam illud uerbum, Sic dilexit: & illud, Deus mundum: immensam amoris significant uehementiam. Magna enim inter hæc differentia est, & minime conferenda. Qui enim immortalis est, & nullo fine comprehenditur, qui potentissimus ex terra & cinere factos, & innumeris peccatis obnoxios, & male de se meritos, & ingratos dilexit. Quæ præterea sequuntur, magnam uim habent: Vt filium suum unigenitum, inquit, daret. Non seruum, non angelum, non archangelum. Nemo unquam pro filio tantam præ se tulit charitatem, quantam pro seruis & ingratis seruis deus. Passionem itaq; non aperte, sed in umbra prædicit. Ex ea autem emolumentum manifestius enarrat. Vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Et cùm ea particula, Exaltari oportet: moriturum se significaret, ne Nicodemus humanis affectibus perturbaretur, & omnino interiturum putaret: ui de quo pacto auferat dubitationẽ. Nam cum dei filium datum dicat, & uitæ, & sempiternæ uitæ autorem eum esse profitetur: & profecto qui morte sua uitam alijs elargitur, perpetua in morte minime est futurus. Nam si credentes in crucifixum non pereunt, multo minus ipse crucifixus: qui alios ab interitu, longe magis seipsum uendicat. Qui uitam alijs, eam sibi potius elargietur. Animaduertis semper fide opus esse? Fõtem uitæ crucifixum dixit, hoc non facile humanæ menti persuadetur, ut ex gentilibus apparet, qui adhuc eum irrident, & contemnunt. Verum enimuero fides perquam facile humanæ mentis imbecillitatẽ superans ad credẽdum nos illuminat. Vnde autem tantopere dilexit deus mundum? Sola charitate, eam ne dilectissimi contemnamus. Pudeat tam immensæ non respondere dilectioni. Ipse ne unigenito quidem filio nostri gratia pepercit, nos pecunijs in nostrum parcimus detrimẽtum. Ipse dilectissimum filium pro nobis obtulit, nos pro eo, imò pro nobis argentum offerre nolumus: & quanam hæc uenia digna sunt? Si hominum quempiam pericula & mortem nostri gratia subeũtem uidemus, eum omnibus præferimus, in primis amicum adnumeramus, & omnia nostra ei credimus, neq; adhuc eius nos meritis respondere arbitramur. Erga Christum autem eum gratitudinis modum minime seruamus. Sed ipse animam pro nobis posuit, & precio sum sanguinem fudit, neq; propterea nos sibi conciliare potuit, qui neq; pro nobis pecunias erogamus, sed ipsum nudũ & hospitem pro nobis mortuum cõtemnimus: & quisnam, quæso, à futuro nos supplicio liberabit? Nã si non deus nos, sed nosmetipsos damnamus, nónne contra nos sententiam ferimus? nónne gehennam in nos prouocamus, dum qui pro nobis animam posuit, eum fame pereuntem cõtemnimus? Et quid ego pecunias memoro, cum etiamsi innumeræ animæ nobis essent, omnes pro eo ponere oporteret? neq; etiam sic pro acceptis beneficijs gratiã retulissemus. Nam qui prior beneficijs est, maximum præ se fert bonitatis indicium. Qui beneficium accipit, quandocunq; reddit, non gratiam init, & maxime cum qui primum exhibuit, inimicos beneficijs prosecutus sit: qui uero accepit, gratiam refert, rursumq; accipit. Sed minime his mouemur ingratissimi: seruos, mulos, equos auro exornamus, dominum nudum, errantem, ostiatim mendicantem despicimus, & toruo nonnunquam oculo indignamur. Atqui propter nos ea libenter mala tolerat. Esurijt ut delicijs perfruaris: nudus erat, ut incorruptionis uestem induaris: nihil tamen exhibetis, sed uestimenta uestra partim à tineis corroduntur, partim arcæ oneri sunt, & superfluæ curæ possessoribus. Ille & hæc, & alia uobis metuens, nudum se exhibet: sed uos non in arca uestes reconditis sed induimini, ut ornati appareatis: cur, nisi ut uulgus uos admiretur? Verum non tam his indutos uestibus, quàm sua indigentibus erogantem, multitudo admiratur. Si igitur in admiratione haberi cupis, nudos uesti, ita etiam innumeri te plausus prosequentur. Tunc & deus te & homines laudabunt, uestibus autẽ conspicuum, nemo: inuidebunt potius omnes, cum corpus ornatum, animam neglectam intuebuntur. Huiusmodi cultus corporis meretrices excolant, quibus uestimẽta quàm anima chariora sunt, ornamenta animæ uirtutis duntaxat amici amplectantur. Hæc ego frequenter repeto, repetãq;, nec cessabo, non tam pauperum, quàm uestrarum animarum gratia. Illi enim, etsi nil à nobis, aliunde tamen aliquid adiumenti consequuntur. Etsi nullum consequuntur, sed fame pereant, non multũ capiunt detrimentum. Quid enim nocuit Lazaro paupertas? quid fames? Vos autem nemo à gehenna eripiet, nisi pauperum eleemosynæ opitulentur, sed cum diuite perpetuis cruciatibus damnabimini. Verum absit, ut quisquã tam diram audiat sententiã, sed in sinu Abrahæ omnes recipiamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cũ quo patri, simul & spíritui sancto gloria, in secula seculorum, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EX CAP. TERTIO HOMILIA XXVII

NON enim misit deus filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, nõ iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus est: quia nõ credit in nomine unigeniti filij dei. Hoc est autem iudicium, quia lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit, odit lucem: & non uenit ad lucem, ut non arguãtur opera eius. Qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in deo sunt facta.] Magna peccãtium pars in scelerũ sordibus diuinæ uisa clementiæ, nullam gehennam, nullum esse supplicium, omnia deum peccata dimittere asseuerat, quorum os Sapiens his uerbis obstruit, Ne dicas miseratio eius magna, multitudinis peccatorum meorum miserebitur: misericordia enim & ira ab illo cito proximant. In peccatores respicit ira eius, & secundum magnitudinẽ misericordiæ eius multa reprehensio eius. Vbi igitur dei clementia est, si pro peccatorum nostrorum meritis accipiemus? Quòd autẽ ita se res habeat, audi prophetam & Dauid dicẽtem, alterum quidem: Tu retribues unicuiq; secũdum opera eius. Quòd aũt in hoc multa dei clemẽtia ostẽdat, hinc cõstat. Duas nobis uitas deus constituit, præsentem & futuram. Præsentẽ, in certamen posuit: futuram in certaminis præmium. Quanam ratione? Multa & grauia cõmisimus, neq; à pueris in ultimam usq; senectutem abstinuimus, quin innumeris animam sceleribus coinquinaremus, nullam à nobis rationem exegit, sed per regenerationis lauacrum his nos absoluit, iustitiam & sanctificationẽ largitus est: quid ergo qui à cunabulis diuinis mysterijs initiatus, deinde multa in peccata prolapsus est? Is profecto maioris reus est supplicij: ex ipsis nãq; peccatis post mysteriorum initiationem lõge grauius affligimur: quod Paulus his uerbis significauit: Irritã quis faciẽs legem Mosi, sine ulla miseratione duobus, uel tribus testibus morit: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit, & sanguinem testamẽti pollutũ duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ cõtumeliam fecerit? Maiori igitur supplicio hic obnoxius, ueruntamen etiã huic pœnitẽtiæ portas aperuit, & multas abluendi peccati uias præbuit. Cõsidera, quæso, quãta hęc sint benignitatis exempla, ut post lapsum à gratia peccanti & reo non supplicium, sed emẽdationis spacium, diuina largiatur clemẽtia. Propterea inquit Christus Nicodemo: Non misit deus filium suum in mundum, ut iudicet mũdum, sed ut saluet mundus per ipsum. Duo enim sunt Christi aduentus, & præteritus & futurus, sed non ijsdem de causis: sed præteritus non ut iudicaret, sed ut dimitteret: futurus contrà, non ut dimitteret, sed iudicaret.

Eccl. 5
Psal. 16
Rom. 2
Aduẽtus Christi duplex
Heb. 10

Propterea de præterito inquit: Non ueni ut iudicem mundum, sed ut saluum faciam mũdum. De futuro: Cum uenerit filius in gloria patris sui, statuet oues quidem à dextris, hœdos autem à sinistris: & alias quas in hanc sentẽtiam parabolas locutus est. Atqui & prior aduentus iudicij erat secundum iustitiæ rationem. Quamobrẽ? Quoniã ante ipsum naturalis lex fuit, & prophetę: propter ea lex scripta & doctrinæ, signa, & alia plura quæ nos admonuisse poterant: quorum ratio non iniuria fuisset exigenda, sed immensa benignitate sua hæc non inquirit, sed parcit: nam si peccata iudicasset, omnes repente perissent. Omnes enim peccauerunt, inquit, & egent gloria dei. Vides summam dei clementiam? Atqui si tunc non uenit, ut iudicaret mundum: quo pacto qui nõ credit, iam iudicatus est, si nondũ adest iudicij tempus? Aut igitur inquit, ipsam incredulitatem sine pœnitentia supplicium (siquidem priuatio lucis per se supplicium maximum est) aut futurum prænunciat. Nam quemadmodũ homicida, etsi iudicis sententia sit indemnatus, damnatur tamen ipsius rei natura: ita & incredulus. siquidem & Adam qua die comedit à ligno, mortuus est: ea em̃ lata est sententia, In quacũq; die comederitis à ligno, morte moriemini. Atqui uiuebat, quomodo igitur mortuus est? Diuina sententia, & rei natura: quippe qui seipsum supplicio facit obnoxiũ, sub supplicio est: si non re, tamen sententia. Sed ne quis cum audiret eum non uenire, ut iudicaret mundum, impunitum, peccatum arbitraretur, & pigrior fieret: hanc tolit opinionẽ, inquiens: Iam iudicatus est. Nam cum multo post tempore futurũ est iudicium, eius iam formidinem incutit, quòd incredibilem ipsius præ se fert humanitatem: q̃ nõ solum filium daret, sed iudicij quoq; tempus differret in longum, ut abluendi criminis potestas fieret peccatoribus & infidelibus. Qui credit in filium, non iudicatur. Qui credit, non curiosius inuestigat, non percontatur diligentius. Quid igitur si immũdam uitam uiueret, si non recte operaretur? hos ne uere quidem fideles esse Paulus inquit: Confitentur se scire nomine deum, factis aũt negant: ueruntamen in hac uita propter hoc ipsum nõ iudicari, sed operum grauius postmodũ supplicium daturũ dicit, infidelitatis aũt causa, eo q̃ semel credidit, non punit. Vides quo pacto ab horrẽdis principijs in eãdem rursus rationẽ descendit? Primũ inquit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non introibit in regnũ dei: nunc autẽ, Qui nõ credit in filium, iam iudicatus est. Noli inquit, arbitrari quicquã ei dilationẽ conferre. Iam reus est: nisi mutet sentẽtiam, nihilo meliori conditione erit infidelis, quàm qui iam damnati sunt, & supplicio affecti. Hoc est autem iudicium, Quia lux uenit in mundũ, & dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucem. Cuius particulæ hæc est sententia: Idcirco plectunt̃ quòd tenebras dimittere, luci obuiam fieri, noluerunt. His uerbis omnẽ aufert infidelibus excusationẽ. Nam si ad operum rationem exigendam, & errata punienda uenissem, possent sanè excusari, si me non sequerentur: sin uero ad diuidendam lucem à tenebris, quisnã eius miserebitur, qui cognita luce in tenebris potius degere perseuerat? Cum enim

Matth. 25
Rom. 3
Gen. 2
ad Tit. 1

enim nulla in re nos accusare possint, sed innumera à nobis acceperint beneficia, resiliunt tamen, quod alibi significauit: Oderunt, inquit, me gratis. Et rursum: si non uenissem, & locutus nõ fuissem eis, peccatum non haberent. Siquidẽ qui in tenebris uersatur, deficiente lumine, aliqua fortassis uenia dignus est: qui uero aduenięte luce tenebras sectatur, mali profecto, prauiq; animi præ se fert argumentum. Sed cum multis hoc incredibile uideatur, ut quispiam lucí tenebras præferat, ad ducit causam quare ita affecti sint. Erant, inquit, eorum mala opera.] Omnis autem qui male facit, odit lucem, & non uenit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Et profecto non ad iudicandum, neq; ad inquirendum uenit, sed ad dimittenda peccata, & salutem per fidem largiendam. Qua igitur ratione fugerunt? Si iudicatum uenisset, aliquid habuissent excusationis. Qui enim alicuius sibi culpæ cõscius est, iudicem fugere solet: indulgentia autem errantes quoq; obuiam fiũt: quòd si ad indulgendum uenit, consentaneũ erat, ut plurimorum criminum consciį prõpto animo se exhiberent, quod multi fecerunt: etenim publicani, & peccatores Iesum sequebantur. Quid ergo his uerbis significauit? qui semper in malicia perseuerant. Ipse idcirco uenit, ut uetera peccata dimitteret, & in posterum cautiorem hominẽ redderet: uerum cum nonnulli ita ad uirtutis labores tolerandos fluxi sint & imbecilles, ut cum uita malitię studeant, nunquam se absoluere curãtes, eos hoc in loco Christus significauit. Nam cum Christi assertor, ad doctrinæ rectitudinem uitam etiam sanctam addat, ideo ad me uenire formidant, inquit, quoniam à recta formidant uita. Qui enim gentilium errores sectatur, à nemine libere reprehendi tur. quippe qui eiusmodi deos colunt, & ipsis turpes, & ridiculos, quales ipsi sunt honores exhibẽt, non aliena à doctrina sua opera præ se ferunt: qui autem dei sunt, & desidiose uiuũt, omnes & expostulãt eos, & accusant: tantæ etiam apud inimicos admirationi est ueritas. Vide igitur quàm diligenter omne prosequitur. Non enim, inquit, qui male facit, non uenit ad lucem: sed qui in malis perseuerat operibus, hoc est qui semper in perditionis uitiorũ luto uersatur, neq; uult meis subijci legibus, sed his præuaricatis, fornicatur licenter, & cætera quæ prohibentur, exequitur: huc enim tanquam in lucem prodiens, fur manifestus deprehẽditur, idcirco sub ditionem meam uenire recusat. Multi gentilium inueniuntur, qui ideo Christianæ religioni se inhærere non posse causantur, quoniam ab ebrietate, fornicatiõe, & cæteris huiusmodi affectibus nequeãt abstinere. Quid igit̃? Nonne & Christiani malæ ac perditæ uitę, gentiles uero philosophiæ studiosissimi inueniuntur? Quod multi Christiani perdite uiuant, non ignoro: quòd autẽ Gentiles rectè faciant, hoc adhuc mihi non satis constat: neq; tu mihi natura ipsa mãsuetos, & modestos adduxeris, hoc enim non est uirtus: sed eos qui cum affectibus trahuntur fortiter resistũt, hos tamen non habes. Futurorũ bonorum spes, & gehennæ metus, & alia huiusmodi uix hominem in uirtute continẽt: quibus enim nil horum persuadent, hi minime uirtutem amplectuntur: si qui autem simulant, gloriæ causa simulant: & qui ita affectus est, cum latere opera sua posse confidet, mirime à prauis cupiditatibus abstinebit. Verũ ne cui piam contentiosi esse uideamur, contendamus ex Gentilibus esse qui rectè uiuant, neq; hoc positioni nostræ contradicit. Quod enim frequenter, nõ quod raro contingit, intelligendum est. Considera autem quo pacto aliunde etiam omnem aufert Gentilibus excusationem. In mundum lucem uenisse dicit: num eam quæsierunt inquit? num laborarunt? num adnixi sunt ut eam inuenirent? Venit ad eos lux, neq; obuiam facti sunt: quòd si Christianorum nonnulli male uiuunt, respõdebimus non de his intelligi qui Christiani nati sunt, & à maioribus suis pietatem didicerunt, licet hi fæpenumero doctrina uitiosa uitam mutauerint: sed de his, ut arbitror, qui Gentilium, uel ludæorum professione cõtempta, uerã fidem cõplectuntur. Ostendit etiam errantium neminem fidei se subiecturum, nisi prius rectam sibi uitam persuadeat, & neminem nisi prorsus malitiæ deditũ in incredulitate persistere. neq; mihi dixeris eum neq; incontinentem esse, neq; raptorẽ: nõ enim hæc sola uirtus est. Quid hęc illi prosunt, si inanis glorię seruus sit, & amicorũ sodalitatẽ ueritus, in errore permaneat? hoc nõ est rectè uiuere: neq; enim gloriæ seruus minus peccat q̃ fornicator, imò longe plura & grauiora committit. Sed da mihi apud Gentiles aliquẽ omnibus affectibus, & malitia liberũ: non inuenies. Nam qui apud eos magni habentur, & pecunijs, & uentri diditi, ut inquit, maxime omnium hominũ gloriæ seruierunt: quod malorum omnium est causa: Hinc & Iudæi in perfidia manserunt, quos arguẽs Christus inquit: Quomodo potestis uos credere, qui gloriam ab inuicem accipitis? Et quid tandẽ ad Nathanael, cui etiam ueritatem testatus est, hęc uerba non habuit, neq; longiori sermone usus est? Quoniam nõ eo studio uenerat. hic enim hoc sibi faciendum constituerat: & quod alij quieti, hic auditioni tempus exhibuit: ille ab alio persuasus, nõ tamen quin admoneret præterijt. Siquidem inquit, Amen amen dico uobis, uidebitis cœlum apertum, & angelos dei ascendentes, & descendẽtes supra filium hominis. Huic nihil tale, sed de generatione & uita æterna, diuerso sermone secundũ subiectam materiam locutus est. Nam cũ ille prophetarũ dicta pro culdubio crederet, tantũ audire satis habuit: hic autem cum adhuc dubitaret, non quidem manifeste omnia ei Christus aperuit: sed eius mouit mentem, ut timore timorẽ ejiceret, cum non credentem iudicari, & non credere à praua conscientia proficisci diceret. Humanã nãq; gloriã magni faciebat, & pluris quàm supplicium. Multi enim, inquit, ex principibus crediderũt in eum, sed propter ludæos non confitebantur: præterea eum coarguit, cum dicat nulla alia ratione hominem nõ credere, quàm quòd uitam immundam uiuit: &

Psal. 34
Ioan. 15
Ioan. 4

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in sequẽtibus inquit, Ego sum lux: hic autem, Venit lux in mundum: in principijs enim obscurius, inde apertius locutus est. Veruntamen Nicodemus multitudinis gloria mulcebatur, quamobrẽ debitam fiduciam habere non poterat. Fugiamus igitur inanem gloriam, quæ cæteris est affectibus uiolentior: hinc auaritia, hinc pecuniarum amor, hinc odiũ, bella, pugnæ. Quippe qui plura amat, minime constare poterit: amat autẽ nullam aliam ob rem, quàm inanem gloriã. Et quanã gratia, dic, quæso, eunuchorum, & mãcipiorum gregibus, & huiusmodi rebus friuolis, & inanibus multi stipari uolunt: non necessitatis gratia, sed ut importuni huius affectus obuios omnes testes habeãt, horum caput est inanis gloria: quod si abscindemus, relíqua malitiæ mẽbra interibunt, & nil prohibuerit, quin terram ut cœlum incolamus. neq; ad mali B tiam tantũ quos capit animos impellit inanis gloria, sed & uirtutibus se insinuat: à quibus cum nos abstrahere non possit, in ea maiorem in modum nos offendit, multis nos laboribus subijcit, quorũ omnem fructum penitus aufert. Siquidem qui inani gloria mulcetur, ieiuniorum, orationum, misericordiæ omnem mercedẽ amittit. Quid hoc damno miserius, cũ frustra uerberemur, & ridiculi fiamus, & superna excidamus gloria? Neq; enim utrunq; & desiderare, & consequi possumus: sed si unam optauerimus, cœlorum, uidelicet, gloriam, utrunq; cõsequemur. Quamobrem si gloriam uolumus, humanam fugiamus gloriam, & diuinam duntaxat prosequamur: hoc pacto & hanc, & illã adipiscemur, gratia & benignitate domini nostri C Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto in secula seculorum, Amen.

EX CAP. TERTIO HOMILIA XXVIII

POST hæc uenit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat. Erat autem & Ioannes baptizans in Ænon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & ueniebant, & baptizabantur. Nondũ enim missus fuerat Ioannes in carcerem. Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione.] Nihil ueritate clarius, nihil potentius, nihil mendacio imbecillius, etsi innumeris obtegatur operimẽris: nam etiam sic deprehenditur, & effluit facile: ueritas autẽ nuda omnibus proponitur, uolentibus eius pulchritudinẽ intueri: neq; latere uult, nullum timet periculum, nullas insidias tremit, nullam desiderat multitudinis gloriam, nulli hominum est obnoxia, omnia excedit: etsi innumeris circũueniatur insidijs, tuta permanet: & qui ad eam cõfugiunt, tanquam firmissimo & tutissimo muro eius uiribus custodiuntur, & latentia omnia & abscondita in mediũ proponit: quod Christus ad Pilatum his uerbis significauit. Ego palàm locutus sum mũdo, ego semper docui in synagoga, & in tẽplo quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil: hoc tunc locutus est Iesus, nunc autem fecit. Post hæc, inquit, uenit Iesus & discipuli eius in Iudæam terrã, & illic demorabatur, & baptizabat. Erat autẽ Ioannes baptizãs in Ænon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & ueniebant & baptizabantur. In solennitatibus in ciuitatem ueniebat Ioannes ut in mediũ dei doctrinam proponeret, & ex miraculis utilitatem, inde sepe Iordanẽ petebat: nam & illuc multi concurrebant: semper autẽ frequentioribus locis uersabatur, nõ ostentationis aut ambitionis gratia, sed studio ut prodesset quampluri mis. Atqui prosequitur Euangelista, non Iesum, sed discipulos baptizasse: unde constat hoc etiam in loco ita intelligi. Et quanam gratia ipse non baptizauit in spiritu sancto & igne? Spiritus enim nondũ erat datus: merito autem non ipse, sed discipuli baptizarunt, cum uellent plurimos ad salutarem doctrinam allicere. Et quid tãdem discipulis Iesu baptizantibus Ioannes baptizare non destitit, sed quousq; missus fuit in carcerem id exercuit ministerium? Illa enim particula, Nondũ missus fuerat in carcerem Ioannes:] in eũ usq; diem eum baptizasse significat: atqui Iesu discipuli longe uisi forẽt clariores, si ijs baptizare incipientibus Ioãnes destitisset. Quanam igitur gratia baptizauit? Ne discipulos suos in maiorem contentionem adduceret. Nam si sæpenumero clamitando, & prioribus semper Christo concessis partibus, se inferiorẽ prædicando non persuadebat, ut ad eum accederẽt: si hoc etiam addidisset, lõge in maiorẽ contentionẽ prouocasset: propterea Christus tunc maxime prædicationi suæ fecit initium, cum Ioannes longe aberat. Puto autẽ & propterea citiorem eius mortem permisisse, ut omnes multitudinis animi ad Christum cõuerterentur, neq; amplius circa utrunq; eorum scinderentur sententiæ. Præterea inter baptizandum Ioannes nõ cessauit frequenter admonere, & maxima & clarissima de Iesu ostendere, nil aliud dicens, quàm ut in eum qui post ipsum uenturus erat, crederent. Qui igitur hoc prædicabat, quo pacto discipulorum Christi præstantiam demõstrasset, si à baptismate cessasset? Contrarium uisum esset, uel æmulatione, uel ira id facere: cum autem prædicando perstiterit, ea uehementiora ostendit: neq; enim sibijpsi gloriam comparauit, sed ad Christum misit auditores: neque minus quàm discipuli illi fiunt, imõ longe magis. Quãto minime suspectum eius erat testimonium, & maioris apud omnes autoritatis, hoc Euangelista Matthæus significat, quòd exibat ad eum Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanẽ, & baptizabantur in Iordane ab eo, confitentes peccata sua. Discipulis autem baptizantibus, multi non persistebant, ad Ioannem percurrẽtes. Quòd si quis percontaretur, quid amplius in Ioãnis baptismate quàm discipulorum fuerit, nihil respondebimus. Vtrunq; enim similiter spiritus expers erat, & unam eãdemq; baptizandi causam habebat, ut, scilicet, Christo conciliaret baptizatos. ut enim non semper peragrando credituros cõgregarent, oportebat: quòd & in Simone frater, & in Nathanael Philippus, baptizare

Ioan. 18

Matth. 4

zare constituerant, ut per id omnes sine labore ad A gaudet propter uocẽ sponsi.] Et quamobrem qui ducerentur, & ad futuram fidem præpararentur. Quòd autem nihil eorum baptismа præstaret, sequentia manifestant. Quænam? Facta est autẽ quæstio, inquit, ex discipulis Ioannis cum Iudeis, de purificatione.] Contendebant semper cũ Christi discipulis discipuli Ioannis, apud etiam Christum. Cum enim uiderent eos baptizare, cœperũt aduersus baptizatos loqui, ac si Ioannes apud ipsos baptizãdo Christi discipulos excelleret, & ad uocato aliquo ex baptizatis persuadere ei conabant, nõ tamen persuaserũt: nam quòd ipsi accesserint, non ille quæsierit, audi quo pacto Euangelista significauit. Nõ enim dixit Iudæum aliquem eos interrogasse, sed quæstionem ex discipulis Ioannis factam cum Iudæo de purificatione. Considera autem Euangelistæ lenitatem: non enim in B quenquam inuehitur, sed pro uiribus crimen extenuat, cum quæstionem factam simpliciter dicit. Nam quòd cõtenderint, ex sequẽtibus patet, quæ etiam lenius exequitur. Et uenerũt, inquit, ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecũ trãs Iordanem, cui testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniũt ad eum.] Hoc est, quẽ tu baptizasti, quem clarum & conspicuum reddidisti, is eadem quæ tu audet: non tamen dixerunt quem tu baptizasti, siquidẽ oportuisset eos & superne uocis, & spiritus sancti aduentus meminisse: sed, Qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti: hoc est, qui in discipuli loco habitus est, qui nulla ex parte nobis superior erat, C is abs te discedens, baptizat. Non aũt uerbis eum tantum dolore afficere, sed opera sua superari arbitrabantur. Omnes enim, inquit, ad eum ueniũt: unde constat quòd Iudæo cum quo disceptabant, ei minime persuaserunt. Hæc autem animi imbecillitate, & ambitione quadam loquebantur. Quid ad hos Ioannes? non eos coarguit, ueritus ne sere licto aliud quid mali aggrederentur. Sed non potest homo, inquit, accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cœlo.] Si meum prorsus testimonium accepistis, inquit, & uerum id arbitramini. discite uel ex eo, non me, sed illum in honore potiorem. Vos me audistis, uos mihi testimonium perhibetis, quòd dixerim, Nõ sum ego Christus, sed missus sum ante illum: quòd si testimonij mei D memores estis, dixistis enim, Cui tu testimonium perhibuisti, non modo ex eo nõ minuitur, sed augetur plurimum: præterea nõ meum, sed dei testimoniũ fuit. Si enim uobis fide dignus uideor, inter alia & me ante illũ missum professus sum. Vides quo pacto paulatim diuinã uocẽ fuisse ostendit? ac si dicat, minister sum, & mittentis mandata nũcio, neq; humanam aucupor gratiã, sed eius patri, qui me misit ministerium exhibeo. non ergo ad captãdam gratiam testimonium perhibui, sed ad quod missus sum, id annunciaui. quare nolite me propterea magnũ existimare: hoc enim illius ostendit magnitudinem, ille nanq; rerũ dominus: idcirco addit, Qui habet sponsam sponsus est: amicus autem spõsi, qui stat & audit eum, gaudio

Rom. 10

auditus aũt per uocem dei: hac ego uoce gaudeo. Id autem uerbũ, qui stat: non temere posuit, sed utres suas cõpositas, & iam sibi standum, & dantem illi sponsam audiendũ ostendat, & q; seruus sit, & minister, & spes, & gaudiũ suum re euenerit, prosequitur. In hoc ergo gaudiũ meum impletum est.] Perfectum est, inquit, opus, & officiũ meum, nec amplius habemus quod faciamus. Deinde nõ præsentẽ tantum, sed futurũ mœrorem prohibẽs, & futura ex dictis & factis confirmat. Illũ, inquit, oportet crescere, me aũt minui.] Hoc est, meum feci officiũ, iam cessabo. Illius opera nunc augentur: quod eũ nunc formidatis, non in præsentia tantũ erit, sed maius indies fiet, quod maxime res nostras claras ostẽdet. Propterea & ueni, & gaudeo, quoniã Christus magnũ accepit incrementũ, & ea uenerũt, quorum gratia omnia fecimus. Animaduerte q; leniter, q; sapiẽter illorũ sedauit affectus, & inuidiã extinxit, & frustra id eos tẽtare demonstrat, quibus uel bis maxime eorũ sedat malitiam. Idcirco eũ adhuc eo uiuente, & baptizante hæc tractata sunt, ut Christi excellẽtiã testareẽ, ne quę quispiã incredulitatis excusationem haberet: neq; eũ à seipso hæc dixit, neq; alijs interroganti bus: ipsi & percontatores erant, & auditores. Nã neq; sponte sua id dicenti ita credidissent, ut post interrogationẽ. Cum enim respondentẽ audirẽt, eius certam habuerunt sententiam. Iudæi autẽ eo quòd ad ipsum miserunt, & eius non crediderunt testimo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

testimonio, idcirco merito sibi omnem præcide- A
runt excusationem. Quid igitur hinc erudimur?
Quòd omniũ malorum causa est gloriæ insania,
hæc illos in contentionem traxit, hæc temerario
Matth. 9 ausu excitauit, ut ad Iesum uenientes dicerẽt: Qua-
Mar. 2 re discipuli tui non ieiunant? Fugiamus hunc affe
ctum dilectissimi, ut gehẽnam fugiamus: hic nãq;
maxime eius ignem accendit, hic diaboli undiq;
ditionem propagat, hic ętatem & dignitatem om
nem sæuissimo premit imperio, hic ecclesias huc
illuc distrahit, hic ciuilia opera corrumpit, domos
funditus, ciuitates, populos, gentes euertit: & si in
desertum uenerit, multã & illic uim ostendit. Nã
qui sæpenumero pecunias, & mũdi illecebras, &
uiolentiores corporis uoluptates ualere iubẽt, hi
nonnunquam inani gloria capti, omnia perdide- B
rũt. Qui multum laborauit, propter hunc affectũ
non laborantis, sed grauiter peccantis præmium
accipiet. Pharisæus quàm publicanus propter ina
nem gloriam minus meruit. Verum hanc accusa-
re nullus labor, omnes enim consentiunt: id autẽ
quærendum quo pacto uincamus. Quomodo igi
tur possumus? Si gloriam gloriæ comparabimus.
Quemadmodum enim terrenas diuitias cõtemni
mus, cum alias speramus diuitias: ita & huius ui-
tæ gloriam, cum longe maiorem, & uerã gloriam
consectabimur, cõtemnemus. Hæc nãq; inanis &
stulta est, & nomine tantum, non re, gloria: illa ue
ro cœlestis, uera, quæ non homines, sed angelos,
& archangelos, & angelorum dominum, imò &
cum his etiam homines laudatores habet. Si illud C
spectaculum contemplaberis, si illas coronas no-
ueris, si ad illum plausum te transtuleris, nũquam
aduersum te terrena poterunt præualere: neq; hęc
magnifacies, si habebis: sin minus, nõ quæres. Et-
enim in huius seculi regijs nemo satellitum, ijs o-
missis quibus coronato regi, & in solio sedẽti pla
ceat, graculorum uoces, muscarum & culicũ ob-
uolãtium stridorem prosequit: neq; enim ijs ulla
ex parte potiores hominũ laudes inueniunt. Hu-
mana igit intellecta miseria, omnia in tutissimos
recondamus thesauros, & manentẽ & incorrupti
bilem gloriam inquiramus. Quam utinã omnes
cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri
Iesu Christi, per quẽ, & cũ quo patri gloria, simul
& spiritui sancto in secula seculorum, Amen. D

EX CAP. TERTIO HOMILIA XXIX.

QVI desursum uenit, super omnes est:
qui est de terra, terra est, & de terra lo
quitur.] Graue quiddam est gloriæ
amor, graue, inquam, & multarum
ipsa spinarũ plena gloria, & quæ difficile tolli potest fera, & multorum capitũ bestia,
& in eos quibus fouetur, quibus suscipitur armata. Quemadmodum enim uermis ligna ex quibus
nascit, & rubigo ferrũ consumit: ita inanis gloria
altricẽ sui animam perdit. Quare multa opus est
diligentia, ut hunc tollamus affectum. Considera
quid hoc in loco discipulis suis hoc morbo affectis dicat Ioannes, & uix eos placat. Ad superiora
etiam hoc addidit. Qui desursum uenit, super om
nes est: qui est de terra, terra est, & de terra loquitur.
Cum meum, inquit, ubiq; extollatis testimoniũ,
& dignissimum fide esse dicatis: illud uos scire ne
cessarium est, nõ licere ut is qui è cœlo uenit, à ter
reno homine fidem accipiat. Quid autẽ illa parti-
cula, Super omnes est, significat? & quid nobis per
eam ostẽditur? Quòd nullius indiget, sed ipse sibi
satis est, & omniũ maximus: sed ex terra & de ter
ra loquentem dicit, non ex sua, sed ex Christi sen-
tentia. Si terrena, inquit, dixi uobis, & non credi-
tis. Baptisma, terrena appellauit, non quòd terre-
num sit, nisi ineffabilis generationis ipsius cõpa-
ratione: ita nunc de terra loqui se dicit, sua diuinæ
doctrinæ comparata. Nihil enim aliud, de terra lo
qui, significat, quàm paruas & humiles facultates
suas & quales credibile est terrenam accipere na-
turam, si cum dei magnitudine conferãtur. Siqui-
dem apud deum omnes sapientiæ thesauri recon
duntur. Quòd autem de humanis rationibus non
loquatur, inde cõstat: Qui de terra est, inquit,
de terra loquitur.] Atqui non totus erat ex terra,
sed pro parte: nam & animam habebat, & spiritus
particeps erat, quæ minime de terra sunt. Quomo
do igitur de terra esse dicit? Animaduertis ne ni-
hil aliud quàm paruum se, & nullius fere momen
ti, utpote humi reptantem, & in terra natũ: Chri-
stum autem cœlitus nobis demissum significari?
His omnibus eorum affectũ extinguens, iam au-
dentius de Christo loquitur: antea enim superua-
caneum erat uerba nullum in auditorum menti-
bus locum habitura effundere: cum autem spinas
incideris, merito iacit semina, inquiens. Qui
desursum uenit, super omnes est: & quod audiuit,
loquitur: & quod uidit, testatur, & testimonium
eius nemo accipit.] Cum magnũ quiddam & sub
lime de Christo locutus esset, rursus in humiliorẽ
de eo sermonem descendit. Illæ nanq; particulæ:
Quod audiuit & uidit: magis secundũ hominem
dictæ sunt: Non enim uisu, neq; auditu norat quæ
norat, sed suapte natura perfectus ex patris sinu
procedẽs, neq; præceptore indigẽs. Sicut, inquit,
cognoscit me pater, & ego cognosco patrẽ. Quid Ioan. 10
autem significat: Quod audiuit, loquitur: & quod
uidit, testatur? Quoniã per hos sensus omnia cer-
tò cognoscimus, & digni uidemur quibus credaꝫ,
cum uidimus aut audiuimus, utpote qui neq; fin-
gimus, neq; mendacia dicimus. Idcirco ut rem cõ
firmet, inquit Ioannes, Quæ audiuit & uidit, hoc
est uerissima. ita & nos sæpenumero scisciramur:
Vidisti ne, an audisti? quod si fatebitur, certum ar
bitramur testimonium. Ipse autem cũ dicit: Sicut
audio iudico: &, quæ audiui à patre meo, loquor:
&, quæ uidimus, loquimur: & id genus alia, nõ ea
gratia dicit, ut aliũde eum accepisse intelligamus.
Id enim arbitrari, ultimæ amentiæ est: sed ut om-
nem impudentibus Iudæis auferat suspicionem.
Cum enim nondum debitã de se opinio haberet,
frequenter ad patrem confugit, inde uerbis suis fi
dem faciens. Et quid admiraris, si ad patrem, cum
& ad prophetas & scripturas sępe descẽdat, & eo
rum

rum adducat testimoniũ? Illæ sunt, inquiens, quæ A
testimonium perhibent de me. Nunquid prophe
tis minorẽ ipsum dicemus, cum eorũ accipiat te-
stimonium? Absit: nam propter auditorum imbe
cillitatem ita loquit, & à patre audire se dicit, quæ
loquitur, non quòd magistro indigeret, sed ut illi
crederent non esse mendacium. Verba autem Io-
annis hoc significant, mihi opus est audire ab illo:
desursum enim uenit, qui hæc nunciat, quæ ipse
solus manifeste nouit. Ea nanq; uerba, uidelicet,
Audiuit & uidit: hanc significãt certitudinem. Et
testimoniũ eius nemo accipit. Atqui & discipuli
& multi alij acceperunt, quomodo igitur inquit:
Nemo accipit? hoc est pauci, & hoc nunc: nam si
nemínem dixisset, qua ratione addidisset, qui ac-
cipit eius testimonium, signauit quia deus uerax B
est. Hoc in loco & discipulos suos tangit, ac si non
multum ei crediturí essent. Quòd enim neq; dein
ceps ei crediderint, ex sequentibus constat. Pro-
pterea cum esset in carcere, ad Iesum eos misit, ut
ei magis conciliarentur: illi autem uix tunc credi-
derunt: quod Christus significans dicebat, Beatus
qui non fuerit scandalizatus in me: & propterea
nunc dicebat Ioannes: Et testimonium eius nemo
accipit: discipulos suos erudiens, & tantum non
dicẽs quòd pauci essent ei crediturí, & idcirco uer
bis eius non creditis. Quæ enim uidit, loquitur. Si
mul & Iudaicam tangit insaniam, atq; demẽtiam.
Quod & Euangelista in principio his uerbis coar
guit: In propria uenit, & sui eum non receperunt:
C
hoc non uenientis, sed non recipientium peccatũ
est. Qui accepit eius testimonium, is obsigna-
uit, quia Deus uerax est.] Hic & eos perterret, cũ
ostendat, qui Christo non credit, eum non modo
non ipsi, sed ne patri quidem credere. Quem
enim misit deus, inquit, uerba dei loquitur.] Loqui
tur enim, quę ab illo accepit, & credens illi credit,
& in credulum non credit. Signauit autem hoc est,
ostendit. Inde his uerbis timorem auget: Deus ue
rax est. Neq; enim aliter quispiam ea non crede-
ret, nisi mittentem deum mendacij insimularet: &
cum nihil aliud quàm de patre loquatur Christus,
qui eum non audit, non audit mittentem patrem.
Videsne quantam formidinem eis incutiat? Pri-
mum Christum infideles audire contemnebant,
ideo periculi magnitudinem eis proposuit, ut di- D
sceret quòd qui Christum non audiũt, neq; deum
audiũt. Hac deinde ratione imbecillitatis eorum
magnitudinem exponit. Non, inquit, ad men
suram dat deus spiritum.] Et ut dixi, rursus ad hu-
miliorem descendit sermonem, eumq; & uarium,
& intellectu facilem auditoribus reddit. Neq; e-
nim aliter incutere, & augere metum poterat. Nã
si de eo magnum quid & eximium dixisset, nõ uti
que credidissent, sed contempsissent potius: idcir
co ad patrem omnia refert. Rursum tanquam de
homine Christo disputans: quid autem inquit?
Non ad mẽsuram dat deus spiritum. Nos omnes,
inquit, ad mensuram spiritus operationem accipi
mus: nam spiritum hoc in loco operationem di-
cit. Hæc enim est quæ diuiditur, ille sine mensura
& integram habet operationem: quòd si operatio
nem eius metiri nemo potest, longe minus substã
tiam. uidésne spiritum infinitum? Sed quisnam o-
mnem spiritus accepit operationem? Qui dei o- 1. Ioan. 1
pera nouit, qui dicit: Quod audiuimus, loquimur:
& quod uidimus, testamur. Quid igitur iure dubi
tandum est? Nihil enim nisi quæ dei sunt dicit, ni-
hil nisi quæ spiritus. Et primum quidem de uerbo
dei nihil loquitur, sed à patre & spiritu doctrinæ
suę fidem cõparat. Quòd enim deus esset, norant:
quòd spiritus etiam, intelligebant, quãuis non de
bitam de eo haberent opinionem, ignorabant au
tem filium: propterea ad patrem & spiritum sem-
per confugit, & inde uerba sua confirmat: hac nã-
que abdita causa, si quis per seipsum hoc conside-
raret, ualde Christi minueret dignitatem. Non e-
nim propterea crediderũt, quoniam spiritus ope-
rationem haberet: neq; eius indiget auxilio, sed si
bijpsi sufficiens est. Verum imbecillíorum suspi-
cione cognita his utitur uerbis. Hæc autem dico,
ne simpliciter scripturas prætereamus, sed dicen-
tis considerationem, & auditorum imbecillitatẽ,
& alias in scripturis causas perscrutemur. Non e-
nim omnia ut uolunt præceptores, sed multa se-
cundum auditorum imbecillitatem loquuntur.
Quamobrem Paulus: Non potui, inquit, uobis lo 1. Cor. 3
qui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tan-
quam paruulis in Christo, lac uobis potum dedi,
non escam. Volebam, inquit, tanquam spirituali-
bus loqui, sed non potui: nõ quòd ipse loqui non
posset, sed quòd auditores intelligere nõ poterãt:
ita & Ioannes maiora discipulos docere uoluisset,
sed illi non patiebantur, hac gratia in humiliorib.
uersatur. Diligenter igitur inuestiganda sunt om-
nia. A scripturis enim spiritualia arma accipimus,
uerũ si ea nos inducre, & discipulos armare igno-
rabimus, ipsa quidem proprias habent uires, acci-
pientibus autem nihil afferunt utilitatis. Esto tho
rax, & galea firmissima, & clypeus & hasta: indet
quis thoraca pedibus, galeam pro capite oculis a-
ptat, clypeo nõ pectus, sed pedes protegat: nun-
quid huic homini ea arma quid conferent, & non
potius lædent? Plane hoc constat, non tamen ar-
morum culpa, sed ijs uti recte nescientis. Ita & in
scripturis usuuenit, si earum ordinem confunde-
mus, ipse quidem uim suam retinẽt, nobis autem
nihil conferunt. Hæc ego & priuatim, & publice
uos frequenter erudiens, nihil amplius proficio,
sed secularibus rebus omne uos tẽpus affixos &
implicitos uideo. Spiritualia uero ne in somnijs
quidem coniectamini: propterea negligimur, &
pro ueritate certantes non multũ ualemus, sed ri-
diculi gentibus, Iudæis, & Hæreticis efficimur: q
si ut in his, alijs quoq; rebus, negligentia uteremi-
ni: ne sic quidem uobis esset ignoscendum. Sed in
secularibus negocijs unusquisq; ense acutior est,
& summa diligentia artes exercet, & rempublicã
gerit: in necessarijs aũt & spiritualibus quantáuis
desidia torpemus, superuacuis tanq; necessarijs
utentes, & necessaria arbitrantes. An nescitis non
superioris tantũ ætatis hominũ gratia scripturas

Universidad de Deusto
Biblioteca

editas, sed nostri? Nónne audis Paulum dicentẽ:
Rom. 15 Hæc ad nostrã doctrinam scripta sunt, ad quos fines seculorum deuenerunt, ut per patientiam & consolationem scripturarũ spem habeamus? Et licet me frustra loqui non ignorem, nõ tamen cessabo: ita enim apud deũ excusabor, quamuis nemo me audiat. Qui attente audientibus loquitur, is laboris præmiũ habet auditorũ persuasionẽ. Cuius autem uerba non audiuntur, neque tamen cessat, plurimi faciendus est, cum deo placere admittat, & nemine attendente suũ impleat officium. Verũ licet maius nobis ex contemptu nostro præmium proueniat, id tamẽ minus desideramus, modo ad uestram aliquid salutem proficiamus, maximam mercedem probitatem uestrã ducentes. Hæc dicimus, non ut molestã & grauem nostram faciamus orationem: sed ut affectum in uos nostrum ostendamus, & quo ob desidiã uestram dolore afficiamur, uos non lateat. Qua desidia utinam omnes liberi, magna spiritualium cura susceptа, cœlestia bona cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, &c.

EX CAP. TERTIO HOMILIA XXX

PATER dilígit filium, & omnia dedit in manu eius: Qui credit in filiũ, habet uitam æternam. Qui aũt incredulus est filio, &c.] Magna assiduitatis & humilitatis utilitas in omnibus rebus ostenditur. Per eam enim artes meliores reddimus, cum repentè omnia à magistris discere nequeamus: per eam paulatim ciuitates condimus, per eam uitam nostram sustentamus. Neq; admireris, si tantum in secularibus uiriũ habeat, quandoquidem & in spiritualibus plurimũ possit. Sic enim ab idololatria liberari Iudæi potuerũt paulatim, & in paruis & humilibus rebus à principio, neq; doctrinæ, neque uitæ gratia eruditi. Sic post Christi aduentum, cum sublimioris iam doctrinæ tempus esset, omnes accesserũt apostoli, nihil primum altum, uel arcanum locuti. A paruis Christus multitudini exorsus est: ita & in præsentia Ioannes, tanquam de homine quodam mirabili loquitur, alta autem & sublimia per umbram interserit. Primũ dixit: Non potest homo à semetipso accipere quicquam. Inde altius quiddam attingens: Qui desursum, inquit, uenit, supra omnes est. Rursus ad humilia descendens post alia multa: Non ad mensuram, inquit, dat deus spiritum. Inde prosequitur: Pater dilígit filiũ, & omnia dedit in manu eius. Inde cum supplicij uim intelligeret, neq; ita multitudinis animos bonorum promissione, ut suppliciorum formidine moueri, his uerbis sermoni suo finem imponit. Qui credit in filium, habet uitam æternam: qui autem incredulus est filio, non uidebit uitã, sed ira dei manet super eum. Rursus ad patrem supplicij rationem refert: non enim dixit ira filij, quãuis ipse sit iudex: sed dei, ut maiorem illis metum incuteret. Nunquid ergo satis est ad uitam æternam in filium credere?
Matth. 7 Minime. Non enim omnis, inquit, qui dicit mihi domine dñe, intrabit regnũ cœlorũ. Et peccatum in spiritum, uel solum est satis quod in gehennam detrudat: & quid de patre loquor? Nam si in patrem, & filium, & spiritum sanctum recte credideris, non autem recte uixeris, nulla tibi ad salutem utilitas. Cum ergo dicit: Ipsa est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum: nolimus hoc nobis ad salutem satis arbitrari. Opus nanq; nobis est & uitæ, & morum puritate pollere, & licet hoc in loco dicat: Qui credit in filiũ, habet uitam æternam. Nec bona tantum, sed suppliciorũ quoq; formidinem proponit, quòd qui incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira dei manet super eum: non tamen dicimus satis esse solam fidem ad salutem, quod quæ de uita sæpe in euangelijs dicunt, ostendunt. Cur enim non dixit, ipsa est uita æterna sola: neq;, qui credit in filiũ solum, habet uitam æternã: sed in utroq; uitam esse significauit? Nam nisi mores sequantur, sequetur supplicium. Et nõ dixit in eo: sed, super eum, hoc est, nũquam ab eo discedet. Siquidẽ ne temporalem fore mortem putares, cum dicit, Non uidebit uitam: id uerbum posuit, ut eius demonstraret perpetuitatem. Quod fecit, ut per hæc uerba eos ad Christum traheret. Quamobrem non priuata, sed communi ad eos admonitione usus est, ut facilius alliceret. Non enim, inquit, si credetis & non credetis, sed in cõmuni loquit, ne qua posset exoriri suspicio, & uehementius quàm Christus. Siquidẽ Christus. Qui nõ credit iam iudicatus est: hic aũt, Non uidebit uitam, sed ira dei manet super eum. Et meritò sanè. Neq; enim idem est aliquẽ de seipso loqui, & de altero. Christũ ambitionis causa ita locutum & iactatũ existimassent, Ioannes hac carebat suspicione. Quòd si postmodũ Christus uehementiori sermone usus est, ea potest ratio afferri, quòd iam magnã de ipso Iudæi opinionem conceperant. Vt ergo cognouit Iesus, inquit, Cap. IIII quia audierunt pharisæi, quia Iesus plures discipulos facit, & baptizat q̃ Ioannes: quanquã Iesus non baptizaret, sed discipuli eius: reliquit Iudæã, & abijt iterũ in Galilæam. Ipse quidem nõ baptizauit, sed nuncij cũ uellent auditores in eius odium excitare, ita ferebant. Sed quanam gratia discessit? Non formidinis, sed ut eorum leniret inuidiam. Poterat nanq; & insultantes cohibere, sed noluit hoc frequenter facere, ne de eius incarnatione diffideret. Et si sæpius impulsus fugisset, id etiam suspicioſum multitudini fuisset: propterea multa more hominis operatus est. Quemadmodũ enim credi uoluit deum esse, ita & carnem suscepisse: hanc ob rem Petrũ corripit dicentẽ: Absit à
Matth. 16 te domine, non erit tibi hoc. Tantæ hoc sibi curæ fuit. Nam in ecclesiastica doctrina nõ parua hæc portio est, & salutis nostræ principium, cuius gratia omnia & facta, & perfecta sunt. Sic mors sublata est, & peccatũ, & maledictũ abolitum, & plurima uitæ nostræ collata sunt bona, ideo maxime suam uoluit incarnationẽ credi, quæ nobis principium & fons est innumerabiliũ bonorum: hinc non humanitatem, sed diuinitatem potius latere permisit

permisit. Recedens ergo ad eos rursum se contulit, unde prius uenerat. Neq; ab re in Galilæã concessit, sed ut magna apud Samaritanos operaret, ea quæ deum deceret sapientia, & ut nullã Iudæis ne impudentem quidem excusationem relinqueret, q̃d euangelista his uerbis significauit. Oportebat aũt eum transire per Samariam.] Vt ostenderet præter itineris rationẽ hoc fecisse, cuius exemplum & apostoli secuti sunt. Quemadmodum enim illi Iudæorũ persecutionibus tũc temporis agitati, ad gentes profecti sunt: ita & Christus, cũ ab illis fugaretur, ad has uenit: ut & in muliere fecit Cananæa. Hæc autẽ facta sunt, ut omnem Iudæis auferret excusationem, ne dicerent se relictis, Christũ ad increducíos profectũ. Idcirco excusantes se discipuli dicebant: Vobis oportebat
Act. 13 primum loqui uerbum dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ec-
Matth. 5 ce conuertimur ad gentes. Et ipse iterum. Non uenì nisi ad oues, quæ perierant domus Israel. Et iterum: Non est bonum accipere panem filiorum, & dare canibus. Cum autem eum Iudæi expulerunt, portam gentibus aperuerunt: neq; etiam sic in Samariam principaliter profectus est Christus, sed per eam iter fecit. Præteriens ergo, uenit in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sychar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autẽ illic fons Iacob.] Quanam gratia tanta hunc locum diligentia narrat euangelista? Ne postmodũ
Gen. 24 audiendo mulierem dicentem: Iacob pater noster dedit nobis hunc puteum, mireris. Etenim is locus erat, ubi pro Dina Leui & Simeon indignati grauem illam cædem patrauerũt. Et quoniam ad hoc uentum est, non ab re fuerit subtexere unde Samaritani originem habuerint. Locus is omnis
Samaritani unde dicti Esa. 7 Samaria appellatur. Vnde igitur appellati sunt? Samor mons à conditore dictus est, ut testatur Esaias, & caput Samororum Ephraim. Habitatores autem non Samaritani, sed Israelitæ appellabantur: procedente tempore deum offenderunt, & re-
4. Reg. 15 2. Para. 28 gnante Phacee surgens Thelgamasa, & multas ciuitates occupauit, & Ele subdidit, quo interempto Osee regnum tradidit. In hunc insurgens Salmanasar, alias cepit ciuitates, & tributarias fecit. Huíc Osee primum paruit: inde defectione facta, Æthiopibus confœderatus est: quod cum Assyrius rex intelligeret, gentem illam obsessam cepit, neq; amplius illic habitare permisit, ueritus ne iterum deficerent, sed Babylonẽ & in Medos translatis, collectitiam hinc inde multitudinem in Samariam habitatum misit, ut in posterum firmum sibi imperium familiaribus incolis confirmaret. His peractis uolens Deus potestatem suam ostẽdere, quodq; non imbecillitatis, sed peccatorum gratia Iudæos Assyrijs tradiderit, leones in Barbaros emisit, qui uniuersam gentem perderent. His regi nunciatis, misit sacerdotem quendam, qui populo exponeret leges dei: non tamẽ omnino, sed ex parte impietatem exuerunt. Procedẽte adhuc tempore idolorum cultu abiecto, dei cultum cõplexi sunt. Cum ita se res haberent, reuersi Iudæi,

his utpote alienigenis hostibus æmulabantur, & à monte Samaritanos nũcuparũt, nec parua hinc inter eos contentio: neq; enim omnes scripturas recipiebant, sed Mosi duntaxat, prophetas paruipendebant. Nitebantur tamen in Iudaicam se inferere nobilitatem, ad Abraham progenitorem genus suum referentes, utpote qui Chaldæus fuisset, & Iacob patrem appellabant, utpote Abrahæ nepotem. Iudæi autem cum cæteris & hos abominabantur: unde Christo exprobrabant, dicentes: Samaritanus es tu, & dæmonium habes. Et cum descendisset ab Hierusalem Hiericho, hac gratia Christus Samaritanum uisem, contemptumq;, & abominabilem apud eos in se misericordiam operantem: & in decem leprosis unum alienigenam, propter hoc Samaritanum dicit, & ipsis discipu- Matth. 10
lis ita mandauit: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Neq; Luc. 10
historiæ dũtaxat gratia prædij Iacob meminit euangelista, sed ut Iudæos iamdiu repulsos ostenderet. Siquidem progenitorum temporibus pro ipsis ea loca Samaritani occuparant: quæ enim eorum maiores cum sua nõ essent, ceperant, ea hi ob desidiam suam & iniquitatem iam pridem possessa amiserunt. Ita & nihil maiorum uirtus confert, si nepotes degenerãt. Barbari enim cum primum leones experti sunt, ad Iudaicum euestigio cultum redierunt: hi tot affecti supplicijs, mores suos minime emendarunt. Huc itaque Christus uenit, mollem & lasciuam uitam expellens, laboriosam autem & difficilem nos erudiens. Non enim iumentis usus est, sed adeò intente uadit, ut ex itinere fatigetur: Hoc semper admonet, ut sibijpsi quisque seruiat, neq; quærat superflua, neq; multis indigeat. Adeo enim omni nos superfluitate alienos uoluit, ut multis necessariorum se fraudaret. Idcir co dicebat: Vulpes foueas habent, & uolucres cœ- Matth. 8
li nidos: filius autem hominis nõ habet ubi caput reclinet. Propterea plurimũ in montibus uersatus Luc. 9
est, & in desertis, non perdius tantum, sed pernox. Hoc Dauid annuncians inquit: De torrente in Psal. 109
uia bibit, ut eius tolerantiam demonstraret. Idem hoc in loco significat euangelista. Fatigatus enim ex itinere, sedebat sic super fontem, hora autem erat quasi sexta, uenit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus: Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem, ut cibos emerent.] Hinc itineris studium, & cibi contemptum intelligimus, cum tanquam re superuacanea utatur, ita discipuli res suas dispensare didicerant. Non enim parabant uiaticum, quod & alius ostẽdit euangelista, cum de fermento Phariseorum loquentem dicit, quòd putabant panes non ferre. Matth. 16
Et esurientes inducit spicas decerptas manducare, & ad ficum ob famem uenisse: hæc nil aliud q̃ Ibid. 12
uentris contemptum, & eius seruitium paruipendere nos admonent. Consídera, quæso, hoc in loco nihil ferentes discipulos, neq; à principio diei ullam uictus curam habentes: sed quo tempore omnes prandent, cibos emptum proficiscuntur: non ut nos qui cum primum mane exurgimus, ari

Universidad de Deusto
Biblioteca

te omnia coquos aduocamus, & de parandis epu A
lis & mensa diligenter uerba facimus: inde alijs o-
peram damus, iecularia diuinis præponentes, &
quæ superflua habenda essent, tanquam necessa-
ria exequimur: ideo omnia præpostere aguntur.
Contra autem spiritualium primum rationem, &
quidem maximam habere, quibus perfectis hæc
alia deinceps attingere oporteret. Neque laboris
studiosus tantū, sed humilitatis, non fatigatus dun
taxat ex itinere sedisse, sed relictus solus dimissis
discipulis, hic Iesus ostenditur. Atqui poterat uel
non omnes dimittere, uel alios sibi ministros com
parare. Noluit: etenim discipulis quoq; his mori-
bus assuefecerat. Et quid mirum, dixerit fortasse
quispiam, si humiles erant, piscatores & tentorio-
rum opifices? Erāt sanè. Verum repente ad ipsum B
cœlum euolarunt, & cunctis regibus clariores e-
uaserunt, digni habiti qui uniuersi orbis domini
familiaritate fruerentur, & eum ubiq; admirabilē
sectarentur. Illud præterea non ignoratis, quòd
quanto quis humiliori gradu ad dignitates assu-
mitur, facilius in superbiæ insaniam effertur, utpo
te qui expers sit repentini & insperati honoris. In
hac eos humilitate Christus continuit, & ut ab o-
mnibus se abstinerent, neq; ministris indigerent.
Ipse autem fatigatus ex itinere, sedebat sic super
fontem. Vides laboris, caloris, & discipulos expe
ctādi gratia sedisse Iesum? Norat enim quid apud
Samaritanos esset euenturum. Non tamen pro-
pter hoc principaliter uenit. Neq; si propterea nō
uenisset, erat aduenies muliercula repellenda, C
quæ summam erat attentionem præstatura. Iudæi
enim ad se uenientem expulerunt, Gentiles aliò
proficiscentem ad se trahunt. Illi inuidebāt, hi cre-
dunt: illi indignabantur, hi admirantur, adorant.
Quid igitur, erat tot hominum salus contemnen-
da? tam prompti animi relinquendi? indignum sa
nè diuina fuisset benignitate. Quare cum debita
sapientia cuncta ab eo disponantur, sedendo cor-
pus reficiebat iuxtà fontē. Erat dies medius, quod
euangelista his uerbis significauit: Hora erat qua-
si sexta, & sedebat sic. Quid autem per hoc uer-
bum, sic, intelligitur? Non in sella, non in loco ho
noratiori, sed in terra, ut contingit. Venit mulier
ex Samaria haurire aquam. Ecce mulierem pro-
pter aliud egressam ciuitatem, ut impudentibus D
Iudæorum obiectionibus silentium imponatur,
& ne quis dicat eum suum ipsius præceptū trans-
Matth.10 gredi, cum mandet, ne in Samaritanorum ciuita-
tem ingrediantur, ipse eos alloquatur. Quòd au-
tem dicit, nondum uenisse discipulos, ea id gratia
meminit euangelista, ut multas sermonis Iesu ad
mulierem occasiones afferret. Quid ergo mulier?
cum à Iesu aquam peteretur, dicente: Da mi-
hi bibere. Quomodo tu, inquit, Iudæus cum sis, bi
bere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana?
Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.] Vnde
eum Iudæum esse cognouit? Ex habitu fortasse &
sermone. Tu autem mulieris ingenium considera.
Nam si cauendum erat, Iesum quàm illam caue
re potius decebat: Non enim dixit, non coutun-
tur Samaritani Iudæis: sed, Iudæi Samaritanis. Ab
stinet tamen mulier à consuetudine ne peccet, cū
alterum sua causa peccaturum arbitraretur. Neq;
tacuit, sed sententia sua quod esset præter legem
corrigit. Sed illud posset quispiam dubitare, quā-
nam gratia ab ea bibere petierit, cum lex non per
mitteret. Si quis diceret Iesum præuidisse non da-
turam, ideo minus petere oportuit. Quid igitur di
cendum? Quòd nihil iam referebat eiusmodi ob-
seruationes præuaricari. Qui enim alios ad præ-
uaricationem inducit, ipse longe magis præuari-
catur. Non enim quod ingreditur, inquit, per os Matth.15
coinquinat animam, sed quod procedit de ore.
Non parum autem Iudæos accusat hic Iesu ad mu
lierem habitus sermo. Illi enim sæpenumero &
uerbis & re allecti minime passi sunt persuaderi
hæc autem breui & nuda rogatione quamprimū
capitur, ipse Iesus ratione hac & uia non instabat.
Si qui accedebant, non prohibebat, quamuis di-
scipulis dixerat: In ciuitatem Samaritanorum ne
intraueritis, ne accedentes offendatis. Id enim
quàm indignissimum erat eius humanitate, quare
respondet mulieri: Si scires donum dei, &
quis est qui dicit tibi: Da mihi bibere: tu forsitan
petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuam.] Pri-
mum dignam quæ audiat, eam indicat, neq; con-
temnēdam: deinde quis ipse sit, celat. Nam si hoc
scisset, eue stigio paruisset, quod de Iudæis haud di
cendum est: qui cum admonerentur, nihil tamen
petebant, nihil discere cupiebāt, quod aliquid af-
ferret utilitatis, sed contumelia affectum expelle-
bant. Mulier autem Samaritana quàm mansuete
respondeat, quæso animaduerte. Domine ne-
que in quo haurias habes, & puteus altus est: un-
de ergo habes aquam uiuam?] Iam omnem ab ea
quòd uilis esset, & unus ex uulgi hominibus, suspi
cionem amouit. Neq; enim simpliciter hoc in lo-
co dominum, sed honorifice appellat, quod ex se-
quentibus apparet. Non enim irrisit, non expro-
brauit, sed primum hæsitauit. Quòd si non conti-
nuo intellexit, minime mirum. Neq; enim Nico-
demus intellexerat: inquit enim, Quomodo pos-
sunt hęc fieri? Et iterum: Quomodo potest homo
nasci, cum sit senex? Et iterum: Nunquid potest in
uterum matris iterato introire & renasci? Hæc au
tem mulier longe uerecundius: Domine, inquit,
neq; in quo haurias habes, & puteus altus est, un-
de ergo habes aquam uiuam? Aliud Christus di-
cebat, aliud illa intelligebat, tantum uerba accipi-
ens, neq; altum aliquid pertingere poterat. Atqui
petulantius respondere licuisset: Si haberes aquā
uiuam, non me peteres, ipse eam acciperes, sed te
iactas. Verum nihil tale locuta, mansuete à princi
pio per omnem sermonem respondit: primum in-
quit, Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me
poscis? Neq; tanquam ad alienum & inimicum i-
ta locuta est: Absit, ut tecum homine alieni à gen-
te nostra animi & infesti, quicquam communicē.
Deinde cum magna loquētem audiret, & ea quæ
inimici maxime carpsissent, non desiit, non cauil
lata est: sed Nunquid, ait, tu maior es patre no
stro

stro Iacob, qui dedit nobis puteum hunc, & ipse A
ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius?] Animad-
uerte quo pacto in Iudaicam se inserit nobilitatē:
hoc est, Ille hac usus est aqua, nec habuit quod no
bis maius daret. Ostendit autem magnū quiddam
& altum ex primo responso intellexisse. Ea nanq;
particula, Ipse ex eo bibit, & filij, & pecora: nihil
aliud significat, quàm potiorem quādam aquam
concepisse, eam tamen neq; inuenire, neq; mani-
feste cognoscere. Vt autem apertius dicam: non
potes, inquit, dicere: Iacob hunc nobis fontem de
disse, alio autem usum: nam & ipse, & filij, & nepo
tes eius ex hoc biberunt, neq; bibissent, si habuis-
sent potiorem. Tu ergo hoc potiorem alium neq;
dare poteris, neq; habes, nisi te quàm Iacob maio
rem profitearis. Vnde igitur quam te daturū pol-
liceris aquam habes? At Iudæi non tanta usi es- B
sent modestia, qui eadem de re sermone habito,
& eiusdem aquæ mentione facta, nihil utilitatis
consecuti sunt. Cum uero Iesus Abrahę meminis-
set, lapidibus eum persecuti sunt: mulier autem in
credibili mansuetudine in medio diei æstu pati-
enter & dicit & audit. Nec ei quicquā in mentem
uenit, quòd Iudæus dixisset: Credibile est ipsum
insanire & delirare, me ad fontem expectauit, &
uerbis iactabundus nihil præstitit: sed expectat
& sedet, dum quod quærit inueniat. Quòd si mu-
lier Samaritana tantam adhibet diligentiam, ut a-
liquid utilitatis consequatur, neq; à Christo disce-
dit, quamuis eum adhuc ignoret: quam nos ueni-
am consequemur, qui eum non ad fontem, non
in deserto, non in meridie, neq; in solis æstu arden C
tissimo, sed sub aurora, sub hoc tecto ad umbram
intuemur, non tamen quicquam audire patimur,
sed desidemus? Illa ita Iesu uerbis attendit, ut alios
aduocet: Iudæi non modo neminem aduocāt, sed
accedentes prohibent, impediuntq; dicentes: Vi-
dete num ex principibus aliquis credit in eū, aut
ex Pharisæis? Sed turba hæc quæ non nouit le-
gem, maledicti sunt. Imitemur igitur Samaritanā,
alloquamur Christum. Etenim medius nostrum
in præsentia adest, & per prophetas & discipulos
suos nobiscum loquitur. Audiamus, & credamus:
quandiu frustra & inutiliter uiuemus? facere e-
nim quæ deo non placent, id demum est frustra &
inutiliter uiuere, uel potius perdite. Cum enim da D
tum nobis tempus in nullam impendimus utili-
tatem, inutilis impensæ ultimum daturi supplici-
um hinc migrabimus. Nunquid qui pecunias ad
negociationem acceperit, easq; prodegerit, ab eo
creditor rationem exiget: qui autem uitæ munus
perdite consumpserit, impune abierit? Non pro-
pterea deus præsentem nobis uitam præstitit, non
animam in hoc corpus infudit, ut hac tantum frua
mur uita, sed ut totis uiribus ad futuram contēn-
damus. Bruta præsenti duntaxat usui sunt: nos id-
circo immortalem habemus animam, ut ad illius
uitæ præparationem omnia moliamur: equorum
enim, boum, asinorum, & aliorum huiusmodi pe-
corum si quis utilitatem roget, nullam præter in
præsentis uitę necessitatibus seruitium, usumq; in
ueniemus. De nobis non ita sentiendum est, sed
melius & præclarius domicilium post huius uitæ
migrationem expectamus: ad quod ut clari per-
ueniamus, omnia facienda sunt, ut cum angelis iu
bilemus, & semper regi assistamus: propterea im
mortalem nobis animam & corpus immortale
futurum largitus est, ut perpetuis cum ipso bonis
perfruamur. quòd si terræ inniteris, cum tibi cœ-
lestia proponantur, considera quanta ignominia
afficias eorum exhibitorem, cum cōtemptis quæ
tibi offert cœlestibus, ea terrenis mutare non du-
bites: ideo gehennam minatur, utpote contem-
ptus, ut intelligas quantis te bonis priuas. Sed ab-
sit, ut illud experiamur supplicium, sed deo pla-
centes æterna bona consequamur, gratia & be-
nignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo pa-
tri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculo-
rum, Amen.

EX CAP. IIII. HOMILIA XXXI

REspondit Iesus, & dixit ei: Omis qui
bibit ex hac aqua, sitiet iterum: qui
autem biberit ex aqua, quam ego da
bo ei, non sitiet in æternum: sed aqua
quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquę
salientis in uitam æternam.] Spiritus sancti gra-
tiam, nunc ignem, nunc aquam scriptura appel-
lat, ut non substantiæ, sed operationis has intel-
ligentias esse demonstret. Non enim spiritus ex
differentibus constat substantijs, cum inuisibilis
& unius generis sit. & Ioannes quidem dicit, Ipse
uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Christus C
autem: Flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ: Matth.3
hoc autem dixit de spiritu sancto quem erant ac-
cepturi, itidem & nunc spiritum appellat: Qui bi-
berit ex aqua, quam ego dabo ei, nō sitiet in æter-
num. Ita spiritum ignem appellat, ut excitamen-
tum & feruorem gratiæ & peccatorum absump-
tionem significet: aquam autem, ut ablutionem
& refrigerium, quibus ipsum accipientes animi
fruuntur. Etenim tanquam hortum uirentem, &
fructiferis & semper florētibus arboribus coman
tem: ita promptam animā disponit, ut nulla anxie
tate, nullis satanæ insidijs distrahi sinat, sed omnia
ardentia malitiæ tela extinguat. Tu autem, quęso,
dei sapientiam considera, quàm leniter mulier cu-
lam allicit: non à principio dixit: Si scires quis est,
qui tibi dicit, Da mihi bibere: sed postquam oc-
casionem illi præbuit, ut ipsum Iudæum appella-
ret, & criminaretur, hoc propulsans inquit: Si sci-
res quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsi-
tan petisses ab eo. Quibus uerbis iam ad maiora
impulit, ut patriarchæ meminerit, Inde cum illa di
ceret: Nunquid tu maior es patre nostro Ia-
cob?] non se maiorē dixit: uisus enim esset se tan-
tum iactare, nondum cognitus: sed latenter id si-
gnificat. non enim simpliciter dixit: Dabo tibi a-
quam: sed prius Iacob aqua neglecta, suam lau-
dat, à munerum natura dantium uolens differen-
tiam ostendere, & quantum ipse patriarcham ex-
celleret. Nam si admiraris, inquit, patriarcham,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd hanc aquam dederit, inde ego longè melio
rem tibi dedero, ea accepta, me quàm Iacob ma-
iorem confitearis necesse est. Si cum dicas: Nun-
quid maior es Iacob, quoniã hanc aquã dederit?
Si illa meliorem a me acceperis, profectò me ma-
iorem dixeris. Intuere uerũ mulieris iudicium, à re
ipsa & de Christo & de patriarcha ferentis senten
tiam: uerũ non ita ludæi, sed cum ejicientem eum
uiderent dæmonia, nõ modo patriarchæ nõ præ-
tulerunt, sed dæmonium habere dixerunt: Sama-
ritana autem secundum Christi uoluntatem iudi-
cat, ab operibus scilicet: hinc enim ipse iudiciũ re-
quirit, dicens: Si non facio opera patris mei, nolite
mihi credere: si autẽ facio, & si mihi non credi-
tis, operibus credite. sic mulier fide adducit. Pro-
pterea cum audisset Iesus: Nunquid maior es pa-
tre nostro Iacob? eo omisso, de aqua sic loquitur: B
Omnis qui bibit ex hac aqua, sitiet iterũ. Et com-
parationem non accusandi, sed excellentiam de-
monstrandi gratia facit. Non enim aquã illam ui-
lem & negligendã dicit, sed naturã ostendit. Qui
autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non si-
tiet in æternum. Audiuit aquam uiuã mulier, sed
primum non intellexit. Nam cum aqua uiua sit,
etiam quæ semper scaturit, huiusmodi aqua Chri-
stum dixisse arbitrata est: ideo apertius ex utriusq;
comparatione Iesus suæ aquę præstantiam decla-
rat, Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non
sitiet in æternum. Hinc maximè ex sequentibus
excellentia dignoscitur, horum enim nihil habet
aqua, quam sensu deprehendimus. Quid autem
prosequitur? Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in C
eo fons aquæ salientis in uitam æternã. Sicut em̃,
si quis fontem intus habeat, nunquam sitiret: ita
qui hanc aquam habuerit. Credidit continuò mu
lier, longè Nicodemo sapiẽtior, sed & fortior. Ille
huiusmodi pluribus auditis neminem aduocauit,
neq; sibi cõfidit: hęc apostolico officio functa est,
omnibus audita annuncians, & populum extra
ciuitatem ad Christum aduocans ac trahens uni-
uersum. Ille quomodo possunt hæc fieri, inquit:
neq; manifestũ spiritus exemplum à Christo ad-
ductum accipit: mulier uero primum parumper
hæsitauit, mox non expectata confirmatione, ad
eius sermonem tanquam certum accipiendũ pro
perat: dicente enim Christo, Fiet in eo fons aquæ
salientis in uitam æternam: statim subdidit, D

Da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neq; ueni-
am huc haurire.] Considera, quæso, quam paula-
tim ad ueræ doctrinæ altitudinem adducitur. Pri-
mum Iudæum quendam legis transgressorem su-
spicata est: inde ut hoc crimen propulsauit (absur
dum enim erat talem esse, qui tot bona compre-
henderet) audita aqua uiua sensu perceptibilem
existimauit: tandem spiritualem intelligens, cre-
didit huiusmodi aqua posse se tollere sitis neces-
sitatem, non tamen adhuc quæna esset intelligens,
ambigebat. Et superius sensu perceptibilem credi
dit, certo tamen nesciebat: hic autẽ diligentius in-
tuens, nec eam penitus comprehendens: Da mihi
inquit, hãc aquã, ut non sitiã, neq; ueniã huc hau-

A rire. Primũ patriarchæ Christũ prætulit, quòd eo
fonte nõ indigeret, si illã aquã acciperet. Conside
ra quanto potiorem Christũ duxerit. Hoc gratæ
& fidelis animæ indiciũ ostendit, quum de Iacob
opinionem haberet meliorem, mutauit senten-
tiam: nõ tamen nimiũ credula mulier, neq; teme-
re Christi uerba accepit: diligenter inuestigauit,
nec incredula, neq; pertinax, quod rogãdo osten-
dit. Atqui ludæis dixerat Christus: Qui comedit
de carne mea, non esuriet: & qui credit in me, non
sitiet. Verũ non modo non crediderũt, sed & scan
dalizati sunt. Mulier nulla perturbatione affecta
immoratur & rogat. Iudæis inquit: Qui credit in
me, nõ sitiet: mulieri crassius, Qui biberit ex hac
aqua, non sitiet. Spiritualia nullo præscripta fine
pollicebat, ideo mulieris animũ pollicitationib.
exigẽs, adhuc sensibilibus immorat, quoniã non-
dum spiritualia capere poterat. Nam si dixisset: Si
crederis in me, non sities: non utiq; intellexisset
quid diceret. Sed quanã gratia non his ad Iudæos
usus est uerbis? Quoniã multa signa uiderant: hęc
nullum, sed tantũ uerba audierat: propterea iam
suam demonstrat potestatẽ, eius prædicando con
ditionẽ, & leniter reprehendẽdo, Vade, inquit,
uoca uirum tuum, & ueni huc. Respondit mulier,
& dixit: Non habeo uirũ. Dicit ei Iesus: Bene dixi
sti, uirũ non habeo: quinq; enim uiros habuisti, &
nunc quẽ habes, non est tuus uir: hoc uerè dixisti.
Dicit ei mulier: Domine, uideo quia propheta tu
es.] Pa pè quanta mulieris sapientia, cẽ æquo ani-
mo reprehensionẽ passa est. & cur nõ passa, dixe-
rit quispiã? Cur, dic, quæso? nonne & Iudæos sæ-
penumero & grauiter increpuit? Nõ idem est, &
quæ animo abscondita sunt, & rem clanculũ com
missam in mediũ proferre. Alterũ enim solius dei
est: neq; enim alius quispiã hominis mentem no-
uit, cẽ qui mentem habitat: alterũ familiaribus co-
gnitũ. Verum Iudæi reprehensi, molestè ferũt: &
dicente Iesu, Quid me quæritis interficere: non so
lum non admirant quemadmodũ mulier, sed ma-
ledicunt ei, & cõuitiantur dicentes: Dæmonium
habes, quis te quærit interficere? Atqui & ex alijs
signis illum cognoscere poterãt. Samaritana hoc
duntaxat acceperat, & nõ modo nihil maledicit,
sed admiratur & stupet, & prophetam autumat.
At grauius hanc quam illos reprehendit: hoc em̃
unius peccatum erat, illud commune pluribus,
neq; ita communibus ut proprijs obiectis crimi-
nibus offendimur. Et illi magnum quid se factu-
ros arbitrabantur, si Christum perderent: huius
uero peccatũ patebat omnibus, non tamen ægrè
tulit, sed admiratione & stupore perculsa est. Hũc
ordinem & cum Nathanael seruauit. Non enim
primum prophetauit, neque dixit: Vidi te sub fi-
cu: sed cum ille dixisset, Vnde me nosti? id respon
dit. Volebat enim & miracula faciẽdi, & prophe-
tandi occasionem ab his qui ad ipsum se confere-
bant capere, ut magis sibi tribuerẽt, & inanis glo-
riæ suspicionem tolleret: idem hoc in loco facit.
Nam si primò eam quòd uirum non haberet, in-
crepuisset, & graue uisum esset, & superfluum:

sed

sed nactus ab ea occasionem, rectè omnia prose- A
quutus est, & audientem mansuetiorem reddi-
dit. Et quomodo prosequitur orationem hanc, di
cet quispiam: Vade uoca uirum tuum? De domo
sermo habebatur, & gratia humanam accendẽte
naturam instabat mulier, & eam efflagitabat. Di-
cit Iesus: Vade, uoca uirum tuum: quasi opus esset
cum eo communicare. Illa accipiendi cupida, pu-
tans hominem alloqui, ut suam celaret turpitudi-
nem, non habeo, inquit, uirũ. Hic nactus occasio-
nem Christus, tempori eam reprehendit, utrunq;
explicans, & quot uiros habuerit, & quẽ in præ-
sentia celabat. Quid ad hoc mulier? non ægrè tu-
lit, non abijt, non in cõtumeliam accepit, sed ma-
gis admiratur & perstat. Video enim, inquit,
quia propheta es tu.] Et intuere eius prudenti- B
am, non è uestigio in ciuitatem accurrit, sed ob-
stupescens considerat. Video inquit: hoc est ui-
deris mihi propheta esse: quod cum opinaretur,
non amplius terrena rogat, non bonam corporis
ualetudinem, non pecunias, non opes, sed tãtum
doctrinam: Patres nostri, inquit, in monte hoc
Gene. 22 adorarunt.] Abraham significans, qui filium il-
luc oblaturus duxisse dicitur. Et quomodo uos
dicitis, quia Hierosolymis est locus ubi adorare
oportet.] Animaduertis ne quàm breui altiora
aggreditur? Nam cui modo de sedanda siti cura
erat, iam doctrinæ præcepta perquirit. Christus
autem non soluit, neque enim hoc ei propositum
erat, sed simpliciter respondet: altius tamen mu-
lieris animum erigit, nõ tamen priusquam se pro- C
phetam profiteretur, ut maiorem uerbis suis fi-
dem faceret, ne amplius illa dubitaret. Pudeat i-
gitur nos, & erubescamus: quinque uirorum mu-
lier & Samaritana, tantam in discendo adhibet di
ligentiam, ut neq; diei tempore, neque alijs ocu-
pationibus à Iesu doctrina abduceretur: nos uero
non modo nihil ad diuinarum rerum eruditio-
nem inquirimus, sed in omnibus secure & eodem
modo afficimur, propterea omnia negligimus.
Quis nostrum, quæso, repetita domo, aliquod
Christiano dignum opus aggreditur? Quis scri-
pturarum sensus perscrutatur? Nemo sanè, sed
alueolos & talos frequenter inueniemus, libros
quàm rarissimos: quos si qui habent, ac si non ha-
berent, clausos in scrinijs seruant, uel omne suum D
studiũ in membranarũ tenuitate, & in literarum
characteribus quàm pulcherrimis cõsumunt: nõ
ut legant, non ut usum inde aliquem consequan-
tur, sed ut diuitias, ut ambitionem ostentent, in
his student. Tanta est inanis gloria, nullum am-
bitiosum audio, qui librum intelligat, sed aureas
tantum literas admiratur. Quid quæso hoc lucri?
Non propterea nobis scripturæ datæ sunt, ut in
libris duntaxat habeamus, sed cordi insculpa-
mus. Itaq; hæc librorum possessio Iudaicæ ambi-
tionis est, quibus in literis precepta data sunt: no-
bis non ita, sed in tabulis cordis carneis. Non au-
tem libros comparari prohibeo, sed admoneo &
maiorem in modum rogo, ut eos comparemus:
ita tamen, ut & literas & sensus frequenter animo

repetamus, ut hoc pacto mundus efficiatur. Nam
si in quacunq; domo euangelium est, illuc diabo Euangelio
lus ingredi non audet: quanto minus animam ei sanctifica-
assiduis lectionibus familiarem, neque dæmon, tur animus
neq; peccatũ attinget? Sanctifica igitur animam,
sanctifica corpus: hoc continget, si euangelium
semper & animo habueris & lingua. Quod si lin-
guæ obscœnitas animam coinquinat, si dæmo-
nes uocat, perspicuum est spirituali lectione eam
sanctificari, & gratiam spiritus sancti affatim in-
fundi. Diuini cantus sunt scriptura, hinc nobis &
animæ nostræ affectibus remedium petamus, cu-
ius utilitatem si intueremur, incredibili ei atten-
tione uacaremus. Hæc ego frequenter dico. An
non perquàm absurdum est, ut fori homines, au-
rigarum & saltatorum nomina, genera, ciuitates,
actiones, mores, necnon equorum uirtutem, &
quid singuli possint, memoriter teneant: qui autẽ
huc se conferũt, omnium penitus ignari discedãt,
imò & librorũ suorum numerũ ignorent? Quòd
si uoluptatis gratia illa prosequeris, longè maio-
rem in his ostendã. Quid enim iucundius, quæso,
quid mirabilius? Hominémne cũ homine, an cũ
diabolo hominẽ spectare certãtem? Et corpus cũ
incorporea potentia congredi, & genus suum uic-
toriam referens intueri? Has pugnas, hæc certa-
mina contemplemur, hæc inquam, quæ imita-
ri & pulcherrimum & utilissimum est, in quibus
coronam accipere licet, non in illis, quorũ æmu-
latio ignominiosa est: illam cum dæmonibus pu-
gnam, hanc cum angelis & angelorum domino C
spectabis. Dic, quæso, si tibi regum & principum
consessu spectaculis adesse liceret, nónne tibi ho-
norificum duceres? Huc ubi cum angelorum re-
ge diabolum deuinctis post tergum manibus, &
conatibus suis nihil prævalentem spectare licet,
non curris, & incredibili uoluptate hoc spectacu
lum non prosequeris? Et quónam pacto hoc fiet,
inquies? Si librum in manibus frequenter habue-
ris: Illic enim diaboli fossas, longa curricula, la-
queos, captiones, artem deprehendis: inde & pu-
gnare cum eo, & superare didiceris. Dæmonum
sunt, non hominum, secularia spectacula. Quare
uos hortor, ut à satanæ festis abstineatis: nam si in
idolorum templis nephas est ingredi, longè ma-
gis in dæmonum solennitatibus: his ego uos fre-
quenter admonitionibus obtundo, dum aliquid
proficiam. Mihi quidem non molestum est, in-
quam, uobis autem securum: neque grauis uobis
sit, oro, hortatio mea. nam si grauiter ferendum
esset, mihi potius esset, qui non auditus in hoc uo
bis sæpenumero confessu uerba facio, quàm uo-
bis qui tantum aures adhibetis, nunquam profici
tis. Sed absit, ut uobis molestus sim: sed hac cul-
pa uacui, spectaculo spirituali digni futura gloria
perfruamini, gratia & benignitate domi-
ni nostri Iesu Christi, cum quo patri
gloria, simul & spiritui san-
cto, in secula secu-
lorũ, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EX CAP. IIII. HOMILIA XXXII

Dicit ei Iesus: Mulier, crede mihi, quia uenit hora quãdo neq; in mõte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrẽ. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus: ꝙa salus ex Iudæis est.] Vbique fide nobis opus est dilectissimi: fide, inquam, bonorum matre, salutis medicina, sine qua nullam magnarum rerum doctrinam percipere quispiã potest, sed illis similis, qui sine nauí pelagus transnare aggressi, parum profecti, lassatis manibus, pedibusq;, fluctibus continuo obruuntur: neq; aliter qui suis nitũtur rationibus ante cognitam ueritatem, ut Paulus ait, naufragium faciunt, quam quidam repellẽtes circa fidem naufragauerunt. Quod ne nobis accidat, sacrę anB coræ, qua Christus in præsentia Samaritanam cõfirmauit, innitamur. Nam cum illa dixisset: Quomodo uos dicitis, quia in Hierosolymis est locus in quo oportet adorare? Respondit Iesus: Mulier, crede mihi, quia uenit hora, quando neque in Hierosolymis, neq; in monte hoc adorabitis patrem. Maximam huic reuelauit doctrinã, & quã neq; Nicodemo, neque Nathanaelí. Hæc suã potiorem quàm Iudaicam maiorum autoritate commentabatur. Christus nihil ad hoc respondit, tanquam superuacaneum cognitu, quare patres in monte, Iudæi Hierosolymis adorarent: tollit tamen utriusque loci cultum, & illius mentem excitat, edocetq; neque Iudæos, neq; ipsos aliquid de se magnum in posterum posse polliceri, & tũc differentiam adducit: præstantiores tamen Iudæos significat, nõ loci ratione, sed cognitione: ac si dicat, loci gratia nil contendendum est, sed in cultu Iudæi præferendi sunt Samaritanis. Vos, inquit, adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus. Et quonam pacto nesciebãt Samaritani ꝙd adorarent? Quoniam in certo & circunscripto loco esse, & quasi diuidi posset, deum arbitrabãtur, ita eum colebant: ita ad Persas mittentes, eius loci deum sibi iratum nunciarunt, nihil de eo amplius hoc pacto quàm de idolo arbitrati: quare & dęmones & ipsum adorabant, & quæ misceri nõ poterant, confundebant. Iudæi autem hac uacabant opinione, & totius orbis eum norant deum esse, D quamuis non omnes, propterea inquit: Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus. Neq; tibi admirationi sit Iesum se Iudæis annumerare: nam secundum mulieris loquitur opinionẽ, tanquam Iudæus propheta: ideo inquit, adoramus. Adorantis officium omnibus constat. Adorare enim creaturæ, adorari non creaturæ, sed domini est. Sed primò quasi Iudæus loquitur. Nos, hoc in loco Iudæos significat. Iudaicam ergo religionem extollit, tamen uerbis suis fidem comparat, amouens suspicionem, ne affectu quodam suam præferat gentem. nam qui præcipuum cultus locum, & quem ipsi plurimi faciebãt, negligit, tollitq;, cum perspicuum est nullius ad gratiam locutum, sed uere & prophetice: & cum rationes non adduxerit inquiens: Crede mihi mulier: & quæ sequuntur addidit, Quia salus à Iudæis est. Hoc est, uel quòd orbi terrarum bona inde prouenerunt: nam & dei cognitio, idolorumq; contemptus, & cætera dogmata, & noster cultus, quamuis nõ recte, à Iudæis tamen ortum habuit: salutem, inquã, uel hoc, uel suum aduentum appellat, uel utrunq; potius ex Iudæis prouenisse testatur, quod etiam Paulus: Ex quibus, inquit, Christus secũdum carnem, qui super omnia benedictus deus in secula. Rom. 9
Vides enim, ut ueteri fauet testamẽto, idq; bonorum demonstrat originem, & nulla ex parte legi contrarium? Siquidem ex Iudæis omnia bona ortum habuisse dicit. Sed ueniet hora, & nunc est, quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate.] Hic & Samaritanos & Iudæos à ueris excepit adorantibus: & quamuis meliores Iudæos, uenturis tamen longè deteriores, quã to figura ueritate inferior est, iudicauit: ecclesiam autem significat, quoniam uerus & debitus deo cultus ipsa est. Etenim pater quærit tales adoratores: si ergo tales iampridem quærebat, non omníno hunc illis morem constituit: permisit tamen propter hoc, ut eos quoque ad uerum induceret. Qui igitur sunt ueri adoratores? Qui nullo loco diuinum cultum circunscribunt, qui deum in spíritu colũt, sicut & Paulus: Cui seruio, inquit, in spíritu, in euãgelio filij eius. Et iterum: Obsecro uos Rom. 1
fratres per misericordiam dei, ut exhibeatis cor- Ibid. 12
pora uestra hostiam uiuentem, sanctam, deo placẽtem, rationabile obsequium uestrum: per spíritum autẽ incorporeum significat. Opus est enim incorporeí hunc cultum esse, et per incorporeum quod est in nobis, hoc est, per animam, & animæ mundiciam offerri, idcirco aít: Et adoratores eius in spíritu & ueritate adorare oportet.] Nam cũ & Iudæi & Samaritani contempta anima, mũdiciæ corporis plurimum studerent, non ablutione, inquit, & ornatu corporis, sed incorporea nostri parte adorandum: quamobrem non pecora, non uitulos, seu te totum deo offeras sacrificium, sic uiuentem hostíam exhibebis. In ueritate enim adorare oportet: nam quæ superiori tempore figura erant, circumcísio, holocausta, sacrificia, incensum, nõ sunt amplius, sed omnia ueritas. Non enim caro, sed malæ circumcidendæ sunt cogitationes, & nos ipsos crucifigere, & irrationales auferre cupiditates oportet. His mulier uerbis implicita, & eorũ se sensum assecutã non confidens:
Scio, inquit, quia Messias uenit, qui dicit Christus: cum ergo uenerit ille, annunciabit nobis omnia. Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum.] Et unde Samaritani Christi aduentum expectabant, cũ solum Mosen reciperent? Ex ipso Mose, Gen. 1
qui in principio filiũ reuelauit: illud enim, Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram: ad filium dictũ est. & Abrahæ in tabernaculo filius loquitur, et Iacob de eo prophetizans, Gen. 49
dixit: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Ipse pręterea Moses inquit

Deut. 18 inquit: Prophetã de gente tua, & de fratrib. tuis, si A
cut me suscitabit tibi dñs deus tuus, ipsum audies: et quę de serpẽte & uirga Mosi, et de Isaac & oue, & alia multa licet studiosis colligere, quæ Christi aduentum testantur. Et qua nam gratia, inquies, his mulieri rationibus non persuasit Christus, ut Nicodemo, cui in medium serpentem attulit, & Nathanael cui prophetauit? Quoniam hi uiri erant, & in huiusmodi uersati: Samaritana rudis & abiecta mulier, expers omnium literarum erat, ideo nullum cum ea de scripturis uerbũ facit, sed aquæ tantum pollicitatione, & prophetia eã allicit, ideoq; in sui mẽtionem eam adducit, & se iam
Ioan. 10 qui sit manifestat: quòd si nõ rogatus fecisset, creditus esset delirare, & se iactare. Nũc pedetentim ei modeste nactus occasionem, omi se suspicione B
absoluit, & quidem Iudæis frequenter rogãtibus, Quousq; animam nostram tollis? Dic nobis si tu es Christus, non palàm, ut huic mulieri, se Christum esse professus est: fidelior hæc erat illis, qui non discendi, sed arguendi gratia rogabant: nam si discere uoluissent, uerborum, scripturarumq; & miraculorum sufficiens eis fuisset doctrina. Samaritana integra & simplici mẽte petijt, ut ex sequẽtibus facile potest intelligí. Audiuit eñ, credidit, & alios ad credendum traxit, & in omni re eius diligentia, & fides integra dignoscitur. Et continuo uenerunt discipuli eius.] Et quidem tempestiue, quum iam nihil amplius ad dicendum relin queretur. O rem mirabilem, mulier Samaritana huiusmodi loquitur: Et continuo, inquit Euan C
gelista, uenerũt discipuli eius, & mirabant quòd cum muliere loquebatur, nemo tamẽ dixit: Quid quæris, aut quid loqueris cum ea? Sed quid mirabantur? Facilitatem & incredibilem Christi humilitatem, quòd tam clarus & tanti nominis pauperem & Samaritanam mulierem benigne alloqui non dedignaretur: nihil tamẽ rogarunt, adeo discipulorum mores imbiberãt, adeo magistrum & timebant & reuerebantur plurimũ: atqui nonnunquam audentiores uisi sunt, & cum Ioannes supra pectus eius recubuit, & cum accesserũt ad
Matth. 18 Mar. 10 eum dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorũ? & cũ Zebedæi filij rogãt, ut alter à dextris, alter à sinistris sedeat, quid igitur hoc in loco silue runt? Quoniã illic res sua agebatur, ideo necessa- D
rio percontati sunt: hæc tanta res nihil ad eos accedit, quòd Ioannes multo post tẽpore super Iesu pectus recubuit, super ipsum finẽ cum iam Christo esset familiarior, eius dilectiõe fretus. Hic eñ erat, inquit, quẽ diligebat Iesus. Quid huic beatitudini par, dilectissimi? Nolimus tamen ea contenti esse, sed totis conemur uiribus, ut nos beatorum numero adscribamur, & imitemur euangelistam, & tantæ dilectionis causam cõtemplemur. Quæ nam ea est? Reliquit patrem, nauiculam, & rete, & secutus est Iesum: uerum hoc & frater fecerat, & Petrus, & Andreas, & alij item apostoli. In quo ergo excelluit, quòd tantam sibi Iesu conciliauerit dilectionẽ? Nunquid inueniemus? Ipse de hoc nullam facit mẽtionem, sed quod tantum diligereẽ: dilectionis causam & modeste quidem subiicuit, sed quin eximie à Christo diligeretur, ambigit nemo: nõ tamen neq; loquendo, neq; rogando præcipuam quandam apud Iesum autoritatem habuisse apparet, ut sæpenumero Petrus, ut Philippus, ut Iudas, ut Thomas, nisi semel tantum cũ obsequi & obtemperare condiscípulo uoluit: nam cum ipsorum princeps ei innuit, tunc Iesum, quis ipsum esset traditurus, rogauit: Immenso nanq; hi duo discipuli, & mutuo se amore prosequebantur, in templum simul ascendisse, & si- Act. 3
mul loquentes ambo legimus. Atqui ardentius aliquoties Petrus & mouetur, & loquitur, & demum audit Christũ dicentem: Petre amas me magis his? Qui autem præ cæteris diligebat, proculdubio & præ cæteris diligebatur: uerum alterum amasse Iesum, alterum à Iesu amatum satis cõstat. Quid igitur hanc præcipuam dilectionem conciliauit? Incredibilis arbitror Ioannis mansuetudo & lenitas, qua remissior sæpenumero uidebatur: quæ quanta sit uirtus, ex Mose manifestum est, quippe quæ tantũ & talem præstiterit: nihil enim humilitati comparandum. Hinc Christus beatitudini principium fecit, tanquã enim quoddam imAbſq; humẽ
mensi ędificij fundamentũ, humilitatem primum litate pietas
iecit, sine qua nemo salutem consequitur: sed siue tis opera
quis ieiunauerit, siue orauerit, siue suas pauperi- mortua
bus erogauerit facultates, sine humilitate hæc & huiusmodi omnia nihil afferunt utilitatis: contra ipsius condimento gratiora omnia, iucundioraq; redduntur. Humiles ergo & mansuetos nos exhibeamus dilectissimi, ita haud difficile est bene operari. Quid stulte superbis? Nõ intelligis humanæ naturæ imbecillitatẽ, & inanes spes nostras? qui te exitus maneat considera, intuere multitudinem peccatorũ. Sed forsitan opera te tua efferũt, his intumescis, hoc pacto omniũ mercedem amittis? quam ob rem non adeo peccatis obnoxium, ut uirtutis sectatorẽ moderatiõe uti decet. Quid tandem? Quoniam ille conscientia retrahitur: hic autem nisi se diligenter contineat, cõtinuo quasi uento quodam tollitur, & euanescit; quemadmodum Pharisæus: At pauperibus subuenís? non ex tuis, sed domini facultatibus, quæ conseruis communes sunt. Quocirca humilitate utendum est, et in tui generis calamitatibus res tuas, & naturam tuam in illis te cõsiderare oportet, fortasse & nos talibus sumus orti progenitoribus. Quòd si transiere ad nos diuitiæ, & aliquando nos deserturas credibile est. Quid autem omnino sunt diuitiæ? Vmbra íners, fumus qui citò euanescit, flos fœni, uel etiã uiliores. Quid in fœno magnificis? Nõne & latronibus, & perditis hominibus, meretricibus, sacrilegis accedunt diuitiæ? Intumescis qd cum talibus illas communices? Sed honoris cupidus es? Verum nil honoratiorem te reddet, quàm eleemosyna. Diuitiarũ honores, & potentiæ coacti sunt, & inuidiosi: hi uoluntarij, & uero honorantium iudicio prouenunt, quare nunquã remittuntur. Quòd si homines tãtum honorem, tantam reuerentiam, misericordiam sibi faciẽtibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibus tribuunt, & bona eis precantur, considera quæso, quam à clementissimo & benignissimo deo remunerationem, quam uicem sint accepturi. Has igitur quæramus pecunias semper duraturas, ut in hac uita magni, in futura glorioſi æterna bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

EX CAP. IIII. HOMILIA XXXIII

RELIQVIT ergo hydriam suam mulier, & abijt in ciuitatem, et dixit illis hominibus: Venite & uidete hominem, qui dixit mihi omnia quæcunq; feci: nũquid ipse est Christus?] Multo nobis feruore opus est, multo studio, quibus excitemur, alioquin impossibile est, ut promissa nobis bona consequamur: quòd significans Christus, nunc quidem ait: Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus: nunc uero, Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo, nisi accendatur? Quibus uerbis flagrãtem & incensum discipulum, & in omne periculum promptissimum nobis proponit: Qualis enim fuit hæc mulier? Adeò enim audito Iesu incensa est, ut relicta hydria & aqua, cuius gratia eò concesserat, in ciuitatem properaret, & ad Christum uniuersum populum traheret. Venite, inquit, & uidete hominem, qui dixit mihi omnia quæcunq; feci. Considera mulieris studium, considera sapientiam: uenerat hauriendæ aquæ gratia, & cum uerum fontem inuenisset, contempsit alterum, ut nos exemplo licet paruo admoneret, spiritualiũ gratia secularia omnia esse nobis contemnenda, neq; eorum nisi ad necessitatem ullam rationem habendam: quod & apostoli fecerũt, & hæc in præsentia mulier. Siquidem illi à Iesu uocati, retia reliquerunt, hæc sponte sua reliquit hydriam, & superna proueniẽte gratia apostolico munere fungitur: neq; unum aut alterum, ut Andreas & Philippus, sed uniuersam aduocat ciuitatem, & populũ ad Christum adducit. Et contemplare mulieris prudentiam, nõ dixit: Venite, uidete Christum: sed ea quæ ipsa allecta est humilitate, allicit populares suos. Venite, inquit, & uidete hominem, qui dixit mihi omnia quęcunq; feci. Atqui aliter dicere potuisset, Venite, uidete prophetam: sed cum anima diuino igne exardescit, nihil amplius terrenũ curat, non gloriam, non decus, sed eius flammæ feruore tãtum mouetur. Nunquid ipse est Christus? Animaduerte iterum immensam mulieris sapientiam, neq; affirmat Christum esse, neq; reticet. Noluit huius se opinionis autorem: sed suo ipsorum auditu inductis, hoc ipsis persuaderi, quod longe futurum erat probabilius. sed non omnem uitam suam à Christo acceperat, ex his tamen quæ dixerat, & cætera credidit. Neq; dixit: Venite & credite, sed uidete: quod & leuius erat & persuasibilius. Animaduertis mulieris sapientiam? proculdubio intelligebat, modo illum fontem gustarẽt, eadẽ de eo quę & ipsa sensuros: quòd si quis crassiori esset ingenio, ut cognoscere eum nõ posset, uitam suam à Christo patefactam in medium adducit, ut uel hinc omnes alliciat. Interea rogabant eum discipuli eius, dicentes: Rabbi, manduca.] Hoc non improbitate quadam, sed amore & studio in magistrum dicebãt, cum itinere & æstu fatigatum uiderent, quibus Christus: Ego, inquit, cibum habeo manducare, quẽ uos nescitis. Dicebãt ergo discipuli ad inuicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare?] Quid mirum, si mulier aquæ appellatione, aquã esse opinabatur, quãdo & discipuli eodem in errore deprehenduntur, neq; adhuc spiritualia intelligunt, sed ambigunt? Solitum tamen magistros honorem tribuunt, & mutuis inuicem sermonibus eum percontari non audent: quod & aliàs fecerunt, cum etiam cuperent interrogare. Quid Christus? Meus cibus est ut faciã uoluntatem eius qui misit me, & perficiam opus eius.] Hominũ salutem hoc in loco cibum appellat, ut quãta salutis nostræ cura & desiderio teneatur, ostendat: sicut enim nos cibum, ita Christus humani generis salutẽ desiderat. Accipe autem quo pacto non omnia semper palàm ante oculos ponit, sed primum obscuritate quadam inuoluit auditorem, ut inter dubitãdum inquirendo laborans, certius ueritatem inueniat, & magis excitetur auditor: quamobrem non primũ dixit, Meus cibus est, ut faciã uoluntatem patris mei: quod etsi non manifestũ erat, tamen intellectu facilius, &c. Ego cibũ habeo mãducare, quem uos nescitis. Primum igitur, ut dixi, obscuriori sermone attentiores reddit, & ut melius quæ dicturus erat intelligerent, assuefacit: quæ uero sit uoluntas patris, iam interpretat. Nonne uos, inquit, dicitis quòd adhuc quatuor menses sunt, & messis uenit? Ecce dico uobis, leuate oculos uestros, & uidete regiones, quia albæ sunt iã ad messem.] Ecce iterũ familiaribus nominibus ad maiorem eos erigit contemplationem: nam cibi appellatione nihil aliud, quàm futuram hominũ salutem demonstrat: regionis autem & messis, animarum multitudinẽ, quæ in ipsius prædicatione erant creditуræ: oculos autem & mẽtis & corporis significat. Iam enim uenientium Samaritanorum turbam uidebat, quorum feruorem & promptissimam uoluntatem albas regiones appellat. Sicut enim spicæ flauescentes messem indicãt, & iam manus postulant, ita illi properabant ad salutem. Et quid non apertius dixit prompto eos animo uenire, ut & docerenẽ & crederent, & à prophetis persuasi fructum redderent, sed regionem tantum & messem appellauit? Quid sibi hę uolũt translationes, quibus non hic tantum, sed per totum utitur euangelium? itidem & prophetæ plurimum his uti assolent. Quanã hoc gratia? Neq; enim temere spiritus sanctus ita instituit. Duabus rationibus: primum, ut significantius loqueretur, & magis ante oculos poneret. Mens enim familiariũ rerum imagine concepta, magis suscitat, & tanquam in pictura rem ipsam magis amplectitur. Deinde ut iucundior esset narratio & diutius animo

Matth. 10
Luc. 21
Matth. 4

animo immoraretur. Non tam facile sententia capitur, neq; ita trahit auditorũ multitudinem, ut rerum narratio, & per ea maxime quorum periculũ fecimus descriptio: similitudo quoq; multam præ se fert sapiẽtiam. Et qui metit, mercedem accipit, et congregat fructum in uitam æternam huius terrenæ messis fructus ad æternam non peruenit uitam, sed in hac fluxa & caduca consumitur, ille autem perpetuo nos comitatur. Animaduertis eñ uerba quidem sensibilia, sensus uero spirituales: & quo pacto terrena à cœlestibus separat. Quod enim de aqua more suo dixit, quòd qui biberit ex hac aqua, non sitiet: hoc & nunc dicit, quòd congregat fructum in uitam æternam: ut & qui seminat, simul gaudeat & qui metit. Quis sator? quis messor est? Prophetæ satores, non messuerunt tamen, sed apostoli: atqui non proptrea uoluptate & fructu laborum priuantur, sed uobiscũ gaudent, quamuis uobiscũ una non messuerunt: neq; enim messis serẽdi habet difficultatẽ, & in messe minus laboris est, & plus uoluptatis. Ad hoc uos seruaui, non ad serendum ubi plurimum laborat. In metendo autem & prouentus uber, & labor remissior. Hinc prophetarum uoluntatem fuisse demonstrat, ut humanum genus ad Christum allicerẽt, & hoc per legem communicatam: propterea seminasse, ut hunc parerent fructum, & se eos misisse, & magnam inter uetus & nouum testamentum esse cognationem, quæ omnia hac similitudine ostẽdit. Meminit autem prouerbij, quod in ore multorum est: in hoc eñ est uerbũ uetus, quia alius est qui seminat, et alius est qui metit. Hoc frequens dictum erat, quãdo alius labores, alius fructum reportaret: quod prouerbium hic maxime uerũ deprehendi dicit: Laborarunt enim prophetæ, uos fructus inde capitis. neq; dicit mercedem: neq; enim multus illorum labor, sed fructus fuit. hoc & Daniel fecit, etenim ipse prouerbij meminit dicentis: Exijt ab iniquis peccatum. Et Dauid etiam in fletu suo eius mẽtionem facit, propterea hoc præoccupans Iesus inquit: Vt et qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. Cum dicendum esset, alius seminauit, alius metit: ne qs, ut diximus, prophetas mercede fraudatos putaret, nouum quiddam, & præter opinionem, & sensibus abhorrẽs, sed in spiritualibus egregium narrat: siquidem in his terrenis, si alium seminare cõtingit, alium metere, non simul gaudent, sed alteri dolent: utpote qui pro alijs laborem susceperint, soli autem messores gaudent: hic autem qui non metunt quæ seminarunt, eadem qua metentes afficiunt lætitia: unde perspicuũ est eos mercedis esse participes.

Ego misi uos metere quod uos nõ laborastis: alij laborarũt, & uos in labores eorum intrastis.] His eos uerbis magis hortatur. Cũ enim laboriosum uideret orbem terrarum peragrare, & prædicationibus insistere, eius facilitatem ostendit. Laboriosior erat satio, & maiori egebat solicitudine semina spargere, & ad dei cognitionẽ animã erudire: hoc autẽ dixit, ne ad prædicandum dimissi, tanquam maximũ onus subeuntes perturbarentur magis enim prophetæ laborauerunt, quod ratione confirmat: quoniam facilius ipsi opus susceperint. Siquidem ut in messe facile fructus colligitur, & breui impletur area, neq; tempora expectãtur, non hyems, non uer, nõ pluuiæ: ita nunc opera ipsa clamant. Dum hæc diceret, exierunt Samaritani, & mox coctus est fructus, propterea inqt:

Leuate oculos uestros, & uidete regiones, qa albæ sunt.] Verba res ipsa confirmauit: Ex ciuitate enim illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter uerbum mulieris testimonium perhibentis: Quia dixit mihi omnia quæcunq; feci.] Videbant enim non ad gratiam locutam, neque qui peccata sua narrarit admiratam, neque ut alterius sibi amorem conciliaret, suam manifestãm uitam faceret. Hanc & nos mulierem imitemur, & in peccatis quæ commisimus confitẽdis neminem uereamur, deum duntaxat, ut decet, formidemus, qui & nunc opera nostra uidet, & tunc quos in præsentia non pœniter, damnabit. At nos contra futurum iudicem minime timemus, sed qui nihil nobis possunt officere, eos & horrescimus, & pudore tremimus: idcirco in quo timemus, in eo pœnas dabimus. Nam qui in hac uita solo hominum pudore afficiuntur, deum uniuersa spectantem minime curant: qui in omnia scelera prolabũtur, quos nihil pudet, qui non mutantur, hi in die illa non uno præsente, uel altero, sed uniuerso mũdo teste manifestabuntur. Nam quòd bonorum operum, & malorum magnum illic spectaculum pateat, ouium & hœdorum similitudo edocet: & beatissimus Paulus his uerbis testatur: Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; propria corporis prout gesserit, siue bonum, siue malum. Commisisti aliquod scelus, aut animo agitasti, homines celas, non deum, & nihil curas, oculos hominum formidas: intellige igitur in illo die te ne homines quidem quicquam celaturum: omnia nanq; oculis nostris repræsentabuntur, unusquisque singulorum scelera punienda iudicabit: quod ex diuite uideri licet, qui cum Lazarum pauperem, & iam sæpenumero a se contemptum, & maledictis affectum intueretur, ut intincto in aquam digito linguam refrigeret, obsecrat. Vos autem hortor dilectissimi, ut etsi nemo opera nostra uideat, ut singuli suam conscientiam ingrediantur, & iudicem sibi rationem constituant, errata sua in medium adducant, nisi uelint in die illa horrenda uniuerso orbi ea manifestè patere: sanentur iam uulnera, sumatur pœnitentis medicina. Potest etiam qui innumeris sit cõfectus uulneribus sanus euadere. Si dimittitis, inquit, dimittetur uobis, & sicut in baptismate abluta peccata non amplius apparent: ita & dimittendo abluuntur, si pœnitere uoluerimus. Ea demum est pœnitentia, ne amplius peccemus. Nam qui ad peccata reuertitur, similis est cani ad uomitum redeunti. Oportet igitur & operibus et animo omni scelere uacuũ esse, & uulneribus contrariã afferre medicinã. Verbi gratia: Rapuisti, & ditatus es, pone modũ rapinę, & eius

2. Cor. 5
Luc. 16
Luc. 6
2. Petri 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

& eius uulneri eleemosyna medearis. Scortatus es, huic ulceri castitatis imponatur medicina. Fratrem calumniatus es, & offendisti: cessa à maledictis & charitatẽ amplectere, & ita per singula faciamus, quæ perperam cõmisimus, neq; simpliciter his abstineamus, Instat iam, instat, inquam, tẽpus exigendę rationis: ideo Paulus ait: Dominus
Philip. 4 propè est, nihil soliciti sitis. Qui in anxietatibus, laboribus, miserijs, qui in rapinis uiuũt, qui in delicijs, graues daturi pœnas, non hoc, sed illud merito audiãt: Dominus prope est, nihil soliciti sitis. Non enim longè à fine absumus, sed iam mundus properat: hoc bella, hoc afflictiões, hoc terræmotus, hoc extincta charitas significat. Quemadmodum enim corpus iam aduentãte morte innumeris malis afficitur, & domus prope casum in rimas fathiscit: ita orbis terrarum ad finem properans, tantis undiq; malis conteritur. Nam si Pauli temporibus dominus propè erat, nunc profecto propius: si ante trecentos annos finem temporũ Paulus esse dixit, quid nunc dicendum? Sed idcirco quidam non credunt, cum maxime sit credendũ. Quo argumento homo finem appropinquare, et breui quæ prædicta sunt euentura diffidis? Siquidem ut anni finem non ultimum duntaxat diem, sed mensem triginta dierum spatium dicimus: sic tot annorum etiam si quadringẽtos annos finem dixerimus, non errabimus: quocirca tot iam temporibus finem prænunciauit. Cohibeamus igitur dilectissimi affectus nostros, exerceamur in dei timore: etenim nobis licentia perditis, nihil tale ex
Matth. 24 pectantibus ex improuiso dei aduẽtus aderit, q̃d
1. Thes. 5 his uerbis Christus significat: Sicut factum est in diebus Noe, & in diebus Loth, sic erit. Et Paulus: Cum dixerint pax & securitas, tunc repẽtinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habentis. Sed quid per hanc ultimam particulam intelligitur? Sæpe grauidæ mulieres inter ludendum & edendum, dum balneis, dum spectaculis oblectãtur, repentinis torquentur doloribus: hac & nos in hac uita conditione uersamur. Simus ergo semper parati, non semper hæc audiemus, nõ semper
Psal. 6 habebimus benefaciendi potestatem. In inferno, inquit, quis confitebitur tibi? dum hanc uitam agimus nos pœniteat, ut deum nobis propicium reddamus, & ueniam consequamur peccatorũ, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi per quem & cũ quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

EX CAP. IIII. HOMIL. XXXIIII

Vm uenissent ergo ad illum Samaritani, rogauerũt eum, ut ibi maneret: & mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderũt propter sermonẽ eius, & mulieri dicebant: quia iam non propter tuã loquelam credimus: ipsi enim audiuimus & scimus, quia hic est uere saluator mundi, &c.] Nihil inuidia nocentius, nihil inani gloria grauius, ipsa innumera bona corrumpere consueuit. Nam cum Iudæi maiorem quàm Samaritani dei cognitionem haberent, & in prophetarum essent lectionibus educati, hinc lõgè inferiores apparuerũt. Samaritani mulieris testimonio fide adhibita, nullo signo confirmati, Christo obuiam fiũt, rogant apud ipsos moretur. Iudæi tot miraculis admoniti, non modo nõ retinent, sed expellere contendũt. Atqui eorum gratia in mundum uenit, ipsi expulerunt: hi ut maneat, rogant. Num ergo non accedendum fuit? Num tantopere rogantes & indigentes erant contemnendi, & apud insidiantes et expellentes moram trahere, amicis & uolentibus se non exhibere decuit? Indignum sanè, & a Christi benignitate alienum. Eorum itaque obtemperauit uoluntati, & mansit apud eos duos dies: ipsi autem semper eum apud se habere uoluissent, ut significat euangelista, quòd rogauerunt eum, ut ibi maneret: quod ipse noluit, sed mansit duos dies, quibus multo plures crediderunt in eum non tamen credibile erat, cum nullum signum uiderint credituros, maxime cum Iudæos odio haberent: ueruntamẽ cum uerba eius & ueritatem reputarent, nihil curarunt amplius, sed altius quam quæ impediebant contemplati sunt, & Christum admirari, & uenerari maiorem in modũ contendebant. Dicebant emi mulieri, Quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus, quia hic est uere saluator mundi Christus. Discipuli magistrum superarunt, hi Iudæos haud iniuria & credendo & accipiendo accusare possent: siquidem illi frequenter Christum lapidibus persecuti sunt, quorum ipse gratia omnia fecerat: hi neq; ad se uenientem secum manere hortabantur: illi uisis signis & miraculis pertinaciter obdurauerunt, hi sine signo aliquo plurimam in eum fidem præ se tulerunt. Hi de fide cõtendunt, illi signa efflagitare nõ desinunt: ita semper fideli animo opus est, quem ueritas, modo accipiatur, facilè illustrat: sin minus: non ueri imbecillitas, sed nolentis perfidia culpanda est. Nam & sol puros oculos nactus facilè illuminat: sin minus, oculorum culpa, non solis est. Audi igitur quid hi loquantur. Scimus, inquiunt, quia hic est uere saluator mundi. Quàm breui Iesum orbem terrarum conuersurum nouerunt, quòd ad communem omnium salutem uenerit, quòd non solis Iudæis eius prouidentia præscriberetur: sed ubiq; terrarum uerbum suum esset disseminaturus: non ita Iudæi, sed quærentes propriam iustitiam confirmare, iustitiæ dei non paruerunt. Hi autem omnes in culpa esse confitentur, illud apostolicum sentientes, quòd omnes peccauerunt, & egent
Rom. 3 gloria dei, iustificati gratis per gratiã ipsius. Cum enim dicerent saluatorem esse mundi, intellexerunt perditi, nec simpliciter, sed in rebus maximis saluatorem. Venerunt enim multi, ut saluos facerent prophetæ & angeli: sed hic uere saluatorem inquiunt, qui ueram salutem elargitur, non breui, sed perpetuo duraturã: hoc synceræ fidei argumentum. Vtrinq; enim admirabiles extiterunt, et quòd crediderunt, & quòd sine signis & miraculis, quos & Christus beatos dicit: Beati qui nõ uiderunt

derunt, & crediderunt, & quòd syncere crediderint, inde cõstat, quòd cũ mulier dubiè loqueretur: Nunquid hic est Christus? nullam præ se tulerunt dubitationẽ, sed scire eum esse proculdubio asseuerauerunt, neq; unum quẽdam ex medio uulgo Christum, sed uere saluatorem cõfessi sunt. Atqui quem saluum fecisse uiderãt? uerba audierant tãtum, & tam certè locuti sunt. Quid si miracula uidissent? Nonne plura et maiora dixissent? Quanã autem gratia, quæ & quanta locutus sit, non narrant euãgelistæ? Vt multa et magna eos omittere intelligas, ab euentu autem omnia demonstrant: persuasit nanq; populo & uniuersæ ciuitati: ubi aũt non persuasum est, quæ dixerit exponere coguntur, ne auditorum ignauiam in oratorem quis
A piam duceret referẽdam. Post duos autem dies B exijt inde, & abijt in Galilæam.] Ipse enim Chri-
Luc. 14 stus testimoniũ perhibuit, quia ꝓpheta in sua patria honorem non habet, quare addidit, quòd nõ in Capernaum, sed in Galilæam & in Cana abijt. Ne percõteris, quare nõ apud suos potius, quam apud Samaritanos mãserit: causam hic affert, quoniam sui ipsum non audirent. non ergo eò se contulit, ne grauius iudicarẽtur. Puto enim hoc in loco patriam Capernaum significare: Nam quòd in
Matth. 11 Capernaum nullum honorem assecutus sit, audi ipsum dicentem: Et tu Capernaum nunquid usq; in cœlum exaltaberis, usque in infernum descendes? Patriam autem appellat, in qua carnẽ accepe rat, & in qua diutius uersatus est. Quid inquet quis piam? nõne uidemus multos in popularibus suis C magni nominis, & autoritatis? Videmus, inquit, raro tamen: neq; per ea quæ raro contingunt, sententia ferenda est: & qui domi suæ honorant, longe magis alienæ. consuetudo enim contemptũ facere consueuit. Cum ergo uenisset in Galilæã, exceperunt eũ Galilæi, cum omnia uidissent, quę fecerat in Hierosolymis in die festo, & ipsi eũ uenerant ad diem festum.] Ecce qui reprehẽsi sunt, hi maxime Christum accipere inueniuntur. Nam apud hunc euangelistam dicitur: A Nazareth potest aliquid boni esse? Et alibi: Scrutare, & uide, quia propheta à Galilęa nõ surgit: quod in contumeliam dicebant. Communis enim opinio erat, Christum Nazarenum esse, ei tamen tanquam Samaritano exprobrabãt. Samaritanus es, inquiũt, D & dæmonium habes. Veruntamen et Samaritani & Galilæi credũt in ignominiam Iudæorum, sed Samaritani uehemẽtiorem præ se tulerunt fidem, cum mulieris tantum testimonio in Iesum crederent, Galilæi non nisi miraculis confirmati. Venit ergo Iesus iterum in Cana Galileæ ubi fecit aquam uinum.] Miraculum in memoriã reducit, ad maiorem Samaritanorum laudem. Signorum nãq; gratia quæ Hierosolymis, quæ apud ipsos fecerat, eum acceperãt, Samaritani doctrina tantũ: quòd autem in Cana Galileæ uenerit, dicit: quanam gratia, subticet. In Galilæam propter Iudæorum inuidiam cõcessit: in Cana uero quã ob rem? Primum uocatus ad nuptias, nũc arbitror, ut præsentia sua superioris miraculi fidem confirmaret,

& ſpõtaneo acceſſu magis alliceret, quum relicta patria eos potiores ducere uideretur. Et erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capernaũ. Hic quum audisset, quia Iesus aduenisset à Iudæa in Galilæam, abijt ad eum, & rogabant eum ut descenderet, & sanaret filiũ eius.] Siue quòd regio esset genere, siue quòd alia principatus dignitate fungeretur, regulus appellabat: nõnulli eundem hũc esse opinantur, & qui est apud Matthæũ, sed alter profectò uidetur nõ modo dignitatis nomine, uerum & fide: ille quidẽ uolente Iesu ad ipsum ire, se indignũ censet, hic domum trahit. Ille, Non Matth. 8
sum, inquit, dignus, ut intres sub tectũ meum: hic, ut descendat priusquã moriatur filius, enixe orat. Tunc quũ de monte descẽdisset Iesus, intrauit Ca
B pernaũ, sed in Cana Galilææ ingresso, accessit regulus. Illius præterea filius paralysi laborabat, huius febribus: & rogabat eum ut descenderet, & sanaret filium eius, incipiebat enim mori. Quid ad hunc Christus? Nisi signa, inquit, & prodigia uideritis, non credetis.] Atqui & quòd uenerat, & quòd rogabat, eius fidei est argumentũ. Præterea hoc testatur euãgelista. Nam quum diceret Iesus:

Vade, filius tuus uiuit, credidit homo sermoni, & ibat.] Quid ergo ita Christus respondit? Vel quia Samaritanos, qui sine miraculis crediderũt, admiratur: uel ciuitatẽ Capernaum, unde ille gentilis erat, reprehẽdit. Siquidem quum alius apud Marcũ diceret: Credo domine, adiuua incredulitatem meam: iterum his uerbis usus est. Itaq; licet Mar. 9
hic crediderit, non tamen firmiter, neque integrè: quod scisscitando seruos demõstrauit, qua hora relinquerit filium febris. Voluit enim cognoscere an sponte sua, an Christi præcepto discesserit. Cũ uero audiuit, quia heri hora septima: credidit & ipse, & domus eius tota.] Vides tum demum in fide confirmatum, quum seruorum de ualetudine filij testimoniũ accepit? Quamobrẽ hominis animum intuitus arguit, ut magis in fide cõfirmaret: neq; enim ante signum admodũ credebat: quòd si uenit & rogauit, minimè mirum est. Ob incredibilem enim in filios amorẽ nõ modo quibus confidunt medicis, sed & quoslibet compellare parẽtes solent, ne quid in aduersa filiorum ualetudine omittant. Nam quòd nõ multum spei in Christo haberet, constat, quoniam ueniente Iesu in Galiłeam accessit: quòd si uere Christi potestatem crediderit, non utiq; in tanto filij periculo Iudæã petere neglexisset: quòd si timuerat, ne sic quidẽ satis erat causæ. Considera igitur ipsius uerba, quantam uiri infirmitatem indicant. Debuerat enim, si non prius, at saltem post reprehensam ipsius animi sententiam, magnam quãdam de Iesu opinionem concipere. Audi quantũ adhuc humi trahatur. Descende, inquit, priusquam moriatur filius meus, ac si mortuum suscitare non potuisset, et ne sciret ut se puer haberet: idcirco eum reprehẽdit, & animum arguit, ostendẽs signa maximè animę gratia fieri: neq; minus hoc in loco patrem animi morbo laborantem quàm filium curat, suadetq; non signa nobis, sed doctrinam ipsius attenden-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam. Signa enim infidelibus & rudioribus exhibenda. Regulus autem filij dolore affectus non multum tunc Iesu uerbis attendit, sed in solius filij cura uersabatur, postmodum ea reputaturus, et in de multum utilitatis consequuturus. Quòd autē Centurioni se iturū ultrò pollicitus est, regulo aūt ne rogatus quidem: Quoniā in illo fides perficiebatur, ideo se iturum dixit, ut uiri fidem cognoscerem: at regulus adhuc imperfectus erat, ꝓpter ea omni studio Christum impellebat, ut descēderet, neq; adhuc norat absentem quoq; curandi habere potestatē. Quid ergo posset, ostēdit, ut quod per se Centurio sentiebat, hic non accedente Iesu erudiretur. Quum itaq; dixit: Nisi signa & prodigia uideritis, nō credetis: debitam de se eos fidem non habere, sed adhuc tanquam prophetam opinari significauit. Quo circa rem indicat, & sine miraculis credendum admonet, quod et Philippum admonuit: Non credis, quia ego in patre, & pater in me est: Et si mihi non uultis credere, operibus credite. Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nunciauerūt dicentes, quia filius eius uiueret. Interrogabat ergo horā ab eis in qua melius habuerit, & dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eū febris. Cognouit ergo pater, quia hora illa erat in qua dixit ei Iesus: Vade, filius tuus uiuit. Et credidit ipse, & domus eius tota.] Vides quo pacto miraculū manifestat? Non em̄ per successionem & diuturnitatem cōualetudinis, ut assolet, liberatus est, sed repente, ne naturalis ualetudo, sed Christi operatio uideretur. Nam qui in ipsum mortis articulum uenerat, patris testimonio dicentis: Descēde priusquam moriatur filius meus, è uestigio in prosperā restitutus est ualetudinem. Serui autem fortassis nō ut nunciaturi tantum, sed ut ad superfluū Christi aduentum obuiā ierant. Sciebant enim iam aduentare, quare in itinere eum conuenerunt. Regulus ergo iam timore depositio fidei incūbit, ut ostenderet profectionis suæ gratia id contigisse, & iā se nō frustra profectum delectatur, hac gratia summam in percontando adhibet diligentiam. Et credidit ipse, & domus eius tota. Iam nihil amplius erat dubitādum: qui enim neq; affuerant, neq; audierāt Christum, neq; tempus norant, hi in domino suo tempus cognoscētes, Christi potestatem quām certissimam habuerunt, ideo crediderunt. Quid ergo hinc hodie reportabimus? non expectanda miracula, neque diuinæ uirtutis pignora efflagitanda. Video enim & nūc multos, quum in filij uel uxoris morbo exaudiu...ur, tunc maiorē deo exhibere reuerentiam. Decēs autem est etiam nō exauditos tolerare, & nihilominus gratias habere, eūq; laudibus prosequi: hoc fidelium seruorum est, hoc constantiæ, hoc pietatis, quali in dominum affectu esse debemus, ut nō solum quum clementer nobiscum agit, uerum etiam quū indignatur, quum flagellat, ad eum percurramus: hoc enim diuina operatur prouidentia. Siquidem quē diligit, castigat: flagellat quemcūq; filium suscipit. Qui autē cum uotum assequitur, deum colit: non multa præ se fert dilectionis argumēta, neq; syncere Christum amat. Et quid ego ualetudinem dicam? Quid pecuniarum copiam? quid paupertatem? quid morbum? Et si gehennā, si quid grauius audieris, non tamen diuinæ nobis sunt laudes remittendæ: sed omnia & facienda, & ferēda eius dilectionis gratia. Hoc, inquam, fidelium seruorum est, hoc constantis animi: & qui ita affectus est, præsentia facile perferet, & futuris bonis fruetur, & plurimum deo fidere poterit, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri sit gloria in secula seculorum, Amen.

EX CAPITE QVINTO HOMILIA XXXV.

HOC iterum secundū signum fecit Iesus, quum uenisset à Iudæa in Galilæā. Post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascēdit Iesus Hierosolymā.] Quemadmodū in auri metallis, ne minimam quidem uenam quispiā qui rem intelligat, omittere patitur, utpote quæ ad augendas diuitias plurimum faciat: ita in diuinis scripturis ne unum iota, aut unus apex, sed ne dimidiū quidē prætermittendum est, sed omnia diligentius inuestiganda, nam à spiritu sancto omnia prouenīūt, neq; in his quicquam superfluum, nihil nō necessarium. Considera, quæso, quid in hoc loco dicat Euangelista: Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, quum uenisset à Iudæa in Galilæam. Secundum non temere addidit, sed adhuc Samaritanos admiratur, quum post alterum signū Galilæi nōdum ad eorum qui nihil uiderant, perfectionem peruenissent. Post hæc erat dies festus Iudeorum, Quinam? ut mihi uidetur Pentecostes. Et ascendit Iesus Hierosolymam. Frequenter in solennitatibus ciuitatem petit, tum ut uideatur ipse quoq; cum reliquis festos dies celebrare, tum ut simplicem ad se multitudinē alliciat. Maxime enim huiusmodi diebus melius disposita esse consueuerat. Est autem Hierosolymis probatica piscina, quę cognominatur hebraice Bethsaida, quinque porticus habēs: in his iacebat multitudo languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquę motum.] Quis hic curationis modus? quid per hoc nobis mysterium significatur? Non temere, nec ab re hæc, sed futura nobis tanq; imagine & figura quadā describuntur, ne res nimium incredibilis, & inexpectata, accedente fidei uirtute multitudinis animos offenderet. Quænam igitur hæc descriptio? Futurū erat baptisma plenum maximæ potestatis & gratiæ, purgaturum peccata, pro mortuo uiuum effecturū. Quemadmodū hæc in figura & piscinæ huic, & alijs pluribus adscribuntur: & primum quidē datur aqua quæ corporū maculas, & non ueras, sed apparētes pollutiones, hoc est à morbo alios, alios à lepra, & alijs huiusmodi morbis liberaret. Et hac gratia multa in ueteri testamento per aquam mūdata sunt. Verum ad propositū nobis sermonē in præsentia rea-

deamus. Primū igitur pollutiones corporū, inde

uaria

uaria morborum genera per aquā sanantur: siquidem cū uellet deus appropinquantis baptismatis fidem nos erudire, nō solum peccata, sed morbos per aquā expulit. Propiores enim ueritati imagines, & in baptismate & in passione, & in alijs certiores fuerunt, q̄ uetustiores: nam sicut regij familiares, hastatis honoratiores sunt: ita & propiores figuræ. Et descendens angelus, motę aquæ sanandi uirtutem largiebatur, ut intelligerēt ludæi longe magis angelorū dominū omnia animæ impedimenta sanare posse. Et quēadmodū huius aquę natura per se non sanabat, siquidem semper sanasset, sed duntaxat cum ab angelo mouebatur: ita et in nobis non simplex aqua operatur, sed cum spiritus gratiam accipit, omnia abluit peccata. Iuxta hāc piscinam iacebat multitudo languentium, cęcorum, claudorum, aridorum, expectantiū aquæ motum. Verum tūc infirmitas corporis sanari uolentem impediebat, nūc unusquisq; potestatē habet accedendi. Nō enim angelus aquam mouet, sed angelorū dominus totum perficit: non habet excusationis locum infirmus, nō habere se hominem qui sibi opituletur, neq; dum uenit, alium descendere: sed licet uniuersus mundus accedat, nō consumit gratia, neq; uirtus deficit, sed eadē semper permanet. Vt em̄ solares radij singulis diebus illuminant, neq; ex nimia copia uis eorum minuitur: ita, imò longe minus spiritus operatio ad accipiētium multitudinem remittitur. Hoc autem factū est, ut qui in aqua corporis morbos sanari posse didicissent, in eo aliquādiu exercitī, animę morbos per aquam curari posse facilius crederent. Et quanam gratia Iesus contemptis alijs ad eum qui octo & triginta annos ægrotauerat, uenit? quid præterea interrogat, Vis sanus fieri?] Non q̄ dubitaret, esset enim absurdum: sed ut illius ostenderet tolerātiam, ut intelligamus quare posthabitis cæteris ad hunc uenerit. Quid ille? Volo domine, sed hominem non habeo, ut quum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinā. Dum em̄ uenio ego, alius ante me descendit.] Hac gratia inquit, uis sanari? ut scilicet hæc intelligeremus. Neq; dixit, Vis ut te sanem? nōdum enim tāta de ipso habebatur opinio. Admirabilis profectō paralytici tolerātia, octo & triginta annos, ut sanaretur nunquā discedēs expectauit, quòd nisi patiētissimus fuisset, si non præterita, at futura saltem inde eum abducere potuissent: quoniam incredibile erat reliquos ægrotos priorem illū ingredi dimissuros. Neq; enim certo tēpore aqua mouebat, sed claudi quidem & contorti tēpus obseruare poterant, cæci uero minime, nisi fortasse motū auribus accepissent. Pudeat ergo nos, pudeat dilectissimi, et incredibilem socordiā nostrā deploremus: octo et triginta annos hic expectauerat, expectabatq;, neq; eius impletum est desiderium, neq; negligētia sua non sanabatur, sed præuentus ab alijs, neq; propterea desperauit: nos autem si uel decē dies orationibus inuigilantes non exaudimur, iam tepescimus: hominibus uerò quàm diligētissimum exhibemus ministerium in malitia, in difficultatibus seruientes, tandem frequenter omnem spem amittimus: dominum autem nostrum ubi sine dubio merces sequitur, lōge laborib. amplior: Spes enim non confundit, inquit: debito studio & diligentia prosequi non patimur: & quonā hoc supplicio dignum? nam si nihil accepturi essemus, ipsius tamen frequens consuetudo nónne innumera nobis bona attulisset? Sed laboriosa est assidua oratio. Et qd nō laboriosum, quod à uirtute proficiscatur? Hoc ipsum, inquiet quispiam, me maxime ambiguum reddit, quod malitiā uoluptas, uirtutem labor consequitur. Et multos quærere arbitror, quęnam sit causa. Dederat nobis à principio deus liberā omni cura & laboribus uitam, eo turpiter munere abusi sumus, & inertiæ dediti, paradisum amisimus: idcirco laboriosam nobis uitam instituit, quasi se humano generi excusans diceret, Dedi uobis à principio delicias, facti estis indulgentia deteriores, ideo eas uobis laboribus cōmutaui. Qui quū neq; uos cōtinerent, lex & præcepta succedere, tanquā repagula & frenū equo indomito, quibus eius aduersus rationē insultus compescerentur: ita equorum domitores assolēt. Vita igitur laboriosa instituta est, quoniam quies & ocium uitam & mores corrumpere consueuit: natura enim humana desidiam nō patitur, sed ab ea facillime ad malitiam declinat. Esto non opus esse labore continenti, neq; fieri laboribus meliorem, sed in ocio perfectū esse: quonam pacto hac utemur indulgentia? nónne in stultitiam & superbiam conuertemus? Sed quamobrem, inquit, tanta malitiam uoluptas, tātus uirtutem labor comitatur? Et quænam tibi gratia habenda, quod præmium acciperes, nisi laboriosum tibi opus iniungeret? Multos etenim possum in præsentia ostendere, qui suapte natura mulierum adhorrent consuetudine, easq; ut abominabiles fugiunt: hos', nedic quæso, cōtinentes appellabimus? hos laudibus prosequemur? Minime. Continentia est uoluptatum stimulos superare, & in bellis maxima certamina clarissimos triumphos pariunt, nō quando nemo resistit. Sūt multi natura remissiores, hósne māsuetos dicemus? Minime. Idcirco dominus tribus castrationis modis propositis, duos tāquam nulla laude dignos omisit: unum in cœlum extulit. Sed quid opus est malitiæ? Ita & ego sentio. Et quisnā malitiæ opifex? Quis alter nisi uoluntaria desidia? Sed bonos tantū esse oportet. Et quid nā boni proprium? Continentē esse & uigilare, an dormire & stertere? Et quāobrem hoc bonum nō uideat, ut quis sine labore recte faciat? Imperite loqueris, & eorū more qui uētri dediti, ipsum deum arbitrātur. Nam q̄ non recte sentis, responde quęso: Sit rex & dux, rex in lecto, & uoluptatibus uitam agat: dux uero assiduis belli laboribus fortiter hostes fuderit, cui uictoriā adscribemus? uterum gestarum uoluptate fruetur? Vides quāto illa magis nobis placeant, quæ sudoribus comparātur? propterea deus labores uirtuti immiscuit, ut nos illi familiares redderet: propterea etsi non secundum uirtutem uiuimus, eam tamen admira-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mur: uitium autẽ, licet suauissimum, accusamus. A Quòd si dixeris, quid natura bonos nõ potius admiramur, quàm uoluntate? Quoniam æquum laborantẽ non laborãti præponere. Qua enim gratia laboramus? Quoniam indulgẽtiam & ocium nõ moderate ferimus, imò si quis diligẽter inquirat, maiorem in modum pigritia corrumpimur, et nimios deinceps labores subimus. Qd̃ si placet aliquẽ epulis quàm lautissimis sub custodia in ocio desidentem nutriamus, ne exercere, néue operari quicquam possit, sed in mensę & lecti delicijs cõtabescat: quid hac uita miserius? Sed aliud operari est, inquies, aliud laborare. Est igitur nõ laboriosum opus suscipiendũ: quid ni? hoc et deus uoluit, tu uero nõ passus es. Statuit ut paradisum coleres, opus tibi sine labore iniunxit: neq; tamẽ si à B principio laborasset homo, uitio ei datum fuisset: stat enim simul & operari, & nõ laborare, quemadmodum angeli. Nam quòd operent̃, audi quid
Psal. 102 dicat: Potentes qui facitis uerbum eius. Quòd si nunc remissiores uires maiorem afferunt laborẽ, tũc nõ idem cõtinget, quippe qui in dei requiem cõcedit, Requiescit, inquit, à laboribus suis: neq; desidiam, sed quietẽ significat: nam et deus adhuc operat̃ Christi testimonio dicentis: Pater meus usque nunc operatus est, & ego operor: propterea omẽs uos admonitos uolo, ignauia abiecta uirtutem complectamini. Malitiam nãq; uoluptas breuis, dolor perpetuus sequitur: contrà uirtutem labor breuis, gaudiũ sempiternum. Hæc ante præmium sectatorem suum omni labore liberat, futu C rorum spe alens: illa ante supplicium, conscientię stimulis præteritorum torquet, omnia in suspicionem adducit, quod ipsis etiam laboribus & angustijs grauius reperitur. Quòd si tantũ uoluptas esset, quid ea uilius? quid abiectius? quę simul & uenit, & abuolat, languescit, fugitq; antequam comprehẽdatur: & siue corporum dixeris uoluptatẽ, siue deliciarum, siue pecuniarũ, ne diem quidem firma perstat: quum autem & pœna & supplicium eam comitet̃, quid eius sectatoribus miserius? Cum igit̃ hæc intelligamus, omnia uirtutis gratia toleremus: ita uera pfruemur uoluptate, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, &c.

EX CAP. V. HOMILIA XXXVI

VIS sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine, hominem nõ habeo, ut quum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinã.] Maximũ diuinarum scripturarũ præmium, maxima utiRom. 15 litas: quod Paulus testat̃, inquiens: Quæcũq; scripta sunt, ad nostrã doctrinã scripta sunt, ad quos fines seculorum deuenerũt, ut per patientiam & consolationem scripturarũ spem habeamus. Omnium enim medicinarũ thesaurus diuinæ scripturæ sunt, & siue stultitiã exuere, siue affectus sedare, siue pecuniarum cupiditatẽ expellere, siue dolores cõtemnere, siue fortem animum induere, siue aduersa æquo animo tolerare uelimus, quãpluríma hinc remedia inuenire possumus. Quis em siue extrema paupertate, siue diuturno morbo uexatus, si propositum hodie nobis locum legerit, non maiorem in modum cõsoletur, quum intelle xerit hunc octo & triginta annos languentem, & singulis annis alios sanitati redditos uidentẽ, non tamen animo lapsum desperasse, licet sola prętereuntium desperatio omni eum spe deijcere poterat? Audi ergo & uerba eius, et miseriã. cum enim dixisset Christus, Vis sanus fieri? Domine, inquit, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Quid hoc miserius? qd calamitosius? Vides hominem lõgo languore confectum? uides humilitatẽ? Nõ maledixit, ut nonnullos audimus, nõ execratus est diem suum, non se irrideri arbitratus est, rogatus an uellet sanus fieri: sed perquàm mãsuete, & humiliter: Domine inquit. Atqui ignorabat percontantem, & se sanatum iri nesciebat, nec quicquã postulat, ut qui me dicum rogant, sed tantum morbum suum narrare contentus est. Videbatur ei fortasse idcirco Christũ interrogare, ut ipsum in piscinã mitteret, hac gratia eum sibi misericordia cõciliare uult. Quid tum Christus? Surge, tolle grabbatum tuum, et ambula.] Quidam eundem hunc, & quem Mat- Matth. 9
thæus meminit, esse arbitrantur. Non est tamen, quod pluríb. rationibus constat: primum ille multos habebat q̃ summa cura ipsum ferebãt, hic neminem: quare, inquit, Hominem non habeo. Deinde ille nihil locutus est, hic suam narrat miseriã: illius curationis diem non meminit Euangelista, C hic in die festo sanatus est: ille domi, hic iuxta piscinã: illi, remittũtur tibi peccata tua, inquit, huius prius corpus, deinde animã curauit: illi libere dimittit peccata, Remittuntur tibi, inquit peccata tua: hũc admonet & minatur, ut sibi in posterum caueat. Iam noli peccare, inquiẽs, ne deterius tibi aliquid contingat. Accedit ad hæc differẽs ludęorum calumnia: hic sabbati præuaricationem, illic blasphemiam accusant. Tu autem immensam dei sapientiam cõtemplare, non enim statim sanauit, sed primum rogando sibi familiarem reddidit, ad futuram fidem insinuans: neq; tãtum sanauit, sed ut lectum auferat, iubet, ut miraculũ crederetur, & nemo falsum & simulatũ opinaretur. Nisi em̃ firmis & robustis membris id ferre non potuisset.
D Seruat hunc morem sępenumero Christus, ut maiorem in modum impudentibus silentium imponat. Siquidem in quinq; panũ miraculo, ne quid suspicionis oriretur, non tãtum miraculum fecit, sed uoluit ut multæ fragmentorũ reliquiæ superessent: & mundato leproso, Vade, air, ostẽde te sa Luc. 5
cerdoti: simul ut miraculo certam fidem faceret, & calumniantiũ ipsum legem dei præuaricare impudentia ora comprimeret. Idem in nuptijs fecit: non enim uinum simpliciter ostendit, sed ferri architriclino imperauit, ut qui id nesciret, confitendo indubitatum perhiberet testimonium. hac gratia Euãgelista insciũm architriclinum, unde id uinum esset, demonstrauit, ut incorruptũ iudicium ostenderet. & cum mortuum suscitauit: Date, inquit, ei mãducare, ut certius resurrectionis signũ

præberet

præberet: quibus omnibus manifeste indicat uul A go, non fallacem se, neq; deceptorem, sed ad communẽ omnium salutem uenisse. Sed cur ad hoc? Vt ab alijs fidem nõ requirat. Quoniã ab his qui suam uiderant potestatem, meritò requirit ut credant: ab ignaris aũt miníme, nisi prius admoneantur. Propterea circa principiũ Matthæus multos curasse, & nemini potestatem suam prænunciasse narrat. Tu autem paralytici fidem considera, qui audiens dicẽtem Iesum, Tolle grabbatum tuum, & ambula: non risit, non admiratus est, inquiens, Angelus descendit, & turbata aqua unum duntaxat in bonam restituit ualetudinẽ: tu homo solo uerbo angelum superare cõfidis? nimium tibi arrogas, ridiculus es. Nihil tale locutus est, sed ne cogitauit quidem: sed audiuit simul & surrexit, & sa B natus, medici prœceptũ non recusauit. Tulit enim grabbatum, & ambulauit. Id autem mirabile fuit, non quòd à principio non crederent ludæi, sed q̃ post miraculum Christum persequerẽtur, calumniarentur, detestarentur, dicerent: Non licet tibi tollere grabbatum tuum.] Hic autem nihil eorum curaret insaniam, sed fidenter in medium, acceptum prædicaret beneficiũ, & impudẽtes compesceret. Hoc profectò magnæ fortitudinis indicium est. Erat enim, inquit, sabbatum ludæorũ in illa die, & dicẽtibus illis: Sabbatũ est, non licet tibi tollere grabbatũ tuum,] Audi quid respõdit:

Qui me sanũ fecit, is mihi dixit: Tolle grabbatum tuum, & ambula.] Tantũ non dicens eos deliros & insanos, cum præciperent ne eius qui tam C graui & diuturno morbo ipsum liberauerit, mandatis pareret, & magistrum sectaretur. At si malignius respondere uoluisset, poterat nõ spõte sua, sed alterius iussũ id facere: neq; id suum, sed imperantis peccatũ, & depositò lecto acceptum occultare beneficium. Norat enim, nõ tam propter sabbati præuaricationẽ, quàm propter morbi curam Iudæos id reprehẽdere. Verum neq; beneficium siluit, neq; deprecatus est, sed clara uoce qd acceperit, profiteť & prædicat. ita paralyticus. Illi autem (considera, quæso, hominum malignitatem) nõ dixerunt, Quis te sanum fecit? sed hoc omisso in calumnia assidue uersantur: Quis est homo ille qui dixit tibi: Tolle grabbatum tuũ, & ambula? Is aũt qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis D esset. Iesus autem declinauit à turba constituta in loco.] Quare declinauit? Primũ, ne se prẽsente suspicionem uideretur testimonium: qui enim se sanũ intelligebat, certior accepti beneficij testis erat futurus. Inde ne illorum insania uehementius accenderetur. Neq; ignarus erat inuidiosi solum præsentiam non paruam inuidorum animis furoris scintillã excitare. Discessit igitur, ut ipsi inter se de miraculo quærerẽt, disceptarentq; ipse nihil de se, sed qui sanatus fuerat, & ipsi calumniatores loquerentur. Ipsi enim iam miraculum testantur, cum non dicerent, cur fieri ea in sabbato præciperet, sed cur faceret: neq; præuaricationem ęgreferent, sed paralytici inuiderent sanitati. Atqui quãtum ad humanum opus, paralyticus magis legẽ

A soluerat, quàm Christus qui tãtum præceperat: ille re ipsa legẽ præuaricatus est. Alibi ipse Iesus operatus est, cũ cæci nati oculis lutũ illiniuit: fecit autem nõ in legis contemptum, sed augmentum. sed de his alias: neq; em̃ semper eodem modo de sabbati trãsgressione ab illis accusatur, quod diligenter est obseruandum. Verum iam uideamus, quantũ mali afferat inuidia, quo pacto mentis oculos contra propriam salutem perstringat. Nam quemadmodum insani aduersus seipsos nonnunquam sententiam ferunt: ita & inuidi solam inuidiosi miseriam disquirentes, eius salute & felicitate anguntur. His ferís sæuiores: illæ enim fame impulsæ nos appetunt, hi beneficos nonnunquam inimicorum loco habẽt. Feris, inquam, sæuiores, B dæmonibus pares, & fortasse iniquiores. Ipsi nãque nos nullo amicitiæ fœdere hostiliter persequuntur, suo generi mínime insidiantur: quorum exemplo in ludæos Christus inuectus est, cum in Beelzebub eum eijcere dęmonia dixissent: homines autem neq; naturæ suę participes reueriti, eos infesto animo impetunt, atq; seipsos prius quàm quibus inuident supplicio afficiunt, animũq; perturbationibus & anxietatibus temere cruciant. Quamobrem miser proximi tui cõmodis perturbaris? dolendum est cum malis afficimur, non cũ proximi felicitatem intuemur. Idcirco omnis uenia inuido desperanda est. Nã sectator uoluptatis stimulos in excusationem affert, fur paupertatem, homicida furorem, friuolas quidem, neq; admittendas, qualescunq; tamẽ excusationes: tu uero quam affers quæso? nullã profectò, nisi animi prauitatem atq; malitiã. Nam si inimicos amare iubemur, quamnam pœnam ex amici odio daturos nos arbitramur? Et si amicos diligendo nihil gentilẽ superamus: si nihil de nobis mali meritos persequimur, quam merebimur ueniã? Audi Paulum, Etsi tradidero corpus meum, ita ut ardeam, 1. Cor. 13
charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodest. Quòd autem inuidia charitatẽ prorsus tollat, perspicuum est. Hic affectus & fornicatione, & adulterio grauior: alterum enim in ipso autore consumitur, inuidiæ autẽ uis uniuersos populos perdidit, uniuersum orbem terrarũ coinquinauit, ipsa cædis mater, ipsius suasu Cain fratrem interemit, Gen. 4
ipsi Esau in Iacob, fratrum in Ioseph, diaboli in humanum genus, odium & insidiæ tribuendæ sunt. At tu neminẽ interficis, sed longe grauiora patraris, cum fratris ignominiam concupiscis, cum undiq; laqueos tẽdis, cum persequeris ne uirtutibus inuigilet, cum ęgrefers orbem terrarum debitum deo exhibere seruitiũ. Nõ igitur cum illo, sed per illum cum deo bellum geris, deo iniuriam facis, cum tuũ honorẽ ipsius honori præferas: & quod grauissimum est, alijs peccatis simile hoc uidetur. Verũ licet misericors sis, licet in uigilijs assiduus: si fratri inuides, omniũ malitiam excesseris, quod uel inde cõstat. Scortatus quidã apud Corinthios 2. Cor. 2
breui uitam emendauit. Cain fratri inuidẽdo, nũquam odium posuit: sed quãto frequentius à deo admonitus est, tãto magis dolebat, magis crucia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

batur,& properabat ad cædem. Hic ergo quàm il A
le grauior morbus,q̃ nisi magna adhibita diligen
tia,non facile remedia admittit. Eia igit̃ radicitus
euellamus illum, sciẽtes quòd quẽadmodum alie
nis bonis inuidẽdo deum offendimus,ita congra
tulãdo ei gratificamur, & participes nos facimus
bonorum,quæ recte operantibus reponũtur. Id-
circo Paulus gaudere, inquit, cum gaudentibus, Rom.12
flere cum flẽtibus.ex utroq; enim magnũ lucrum
consequimur.Intelligentes igitur, quòd etsi nihil
laboremus,itidẽ tamẽ cum proximis affecti præ
miorum participes efficimur: omni liuore abie-
cto,fraterna omnes dilectione complectamur,et
eorum commodis cõgratulati,præsentia & futu-
ra bona consequamur, gratia & benignitate do-
mini nostri Iesu Christi,per quem, & cum quo pa
tri gloria,simul & spiritui sancto,in secula seculo-
rum,Amen.

EX CAP. V. HOMILIA XXXVII

POSTEA inuenit eum Iesus in tem-
plo,& dixit ei: Ecce sanus factus es,
iã noli peccare, ne deterius aliquid
tibi cõtingat.] Res profectò grauis
est peccatũ, grauis animi sordes, ut
nonnunquã ui & exuperantia sua corpora quoq;
inficiat.Sed cum grauiter ægrotante anima nullo
dolore afficiamur, paruo corporis morbo sum̃a
diligẽtia medicinam perquiramus: ideo deus ob
animi peccatũ corpus flagellat, ut deterioris par-
tis supplicio,melior ad quærendũ remedium con
1.Cor.5 uertatur.Ita Corinthiũ fornicatorem Paulus cor-
rigit, interitu carnis, & sectione corporis animi
morbũ coercens,tanquam optimus medicus,qui
cũ hydropisim uel splenem potionibus, & leuio-
ribus medicinis sanare non possit,extrinsecus fer
ro & igni utitur: hanc artem Christus in paralyti-
co exercuit:quod significans dixit,Ecce sanus fa-
ctus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid
cõtingat.Quid hic admonemur? Primum, quòd
ex peccatis morbi generantur, inde quòd uerum
est, apud gehẽnam maximum & perpetuum esse
supplicium. Vbi nunc sunt qui dicunt, breui spacio
hominẽ interfeci, breui adulterium commili, ob
admissum breui tempore peccatũ perpetuas pœ-
nas daturus sum? Ecce hic nõ tot annis peccauit, D
quot pœnas dedit.Breui peccatum patratur,mor
bi tormẽta diuturna sunt. Nõ enim tempore pec-
cata,sed peccantium animus iudicatur.Illud præ-
terea considerandũ,quòd si grauem priorum sce-
lerum pœnam dedimus, deinde hisdem inciderimus,dabimus lõge maiorem: & merito sanè.Qui
enim supplicio non fit melior, tanquam stupidus
quidem & cõtemptor, grauiorẽ sibi pœnam pre-
parat.ipsum nanq; peccatũ semel lapsum,satis su-
perq; cohibere, & sapiẽtiorem reddere debebat,
ne iterum in idem prolaberetur. Verum cũ neq;
supplicium sontẽ corrigit,non iniuria flagello uti
tur uehemẽtiore. Quòd si post datas pœnas in ea
dem iterum crimina prolapsi, grauiori pœna affi-
cimur:quid his sperandum est, qui in ipso suppli-
cio in ijsdem sceleribus pertinaciter perseuerant?
Et qua gratia,inquies,non omnes puniuntur? Et
enim multos uidemus,et quidẽ scelestissimos,bo
na corporis ualetudine,& prospera fortuna lasci-
uiẽtes:nolimus,ꝓpterea eos admirari, sed deplo-
rare potius:quòd em̃ in hac uita nihil aduersi pa-
tiuntur, maioris in futura supplicij est argumen-
tum.Hoc & Paulus his uerbis significauit: Dum 1.Cor.11
iudicamur à domino,corripimur, ut nõ cum hoc
mundo damnemur.hic em̃ correctio est,illic sup-
pliciũ.Quid ergo? omnes morbi propter pecca-
ta? Nõ omes:sed plerisq;. Siquidem & ex desidia,
et nimio cibo,ebrietate,ocio,nonnulli generant̃.
Vnum autem ubiq; conseruandũ est,ut æquo ani
mo,& cum gratiarum actiõe omnia perferamus.
Veniunt & morbi propter peccata,ut magnos ui
B ros podagra laborantes uidemus. Veniũt & pro
bandæ patientiæ causa,ut Iob dicitur, Noli puta- Iob 39
re me aliter retractasse, quàm ut iustus appareas.
Sed quæ huic paralytico morbi causa? Peccata,
Christi testimonio.Nã & illi cuius Matthæus me
minit,Confide,inquit,fili remittuntur tibi pecca- Matth.9
ta.Et huic,Ecce sanus factus es,iam noli peccare.
Haud ignarus sum quosdam opinari hunc paraly
ticum accusasse Christum, & idcirco ab eo admo
nitũ,ne peccaret.sed quid de illo apud Matthæũ,
qui eadẽ fere admonitus est,dicemus? Cõstat igi-
tur nõ ea causa,ne peccaret admonitum, quod &
aliũde cognosci licet,quum inuenit eum Iesus in
templo,magnæ profectò & reuerentiæ & pieta-
C tis signum.nõ enim in forum,nõ in porticus con-
cessit:non uoluptati,non ocio indulsit,sed in tem
plo uersatur: & quamuis omnium in se impetum
& maledicta expectaret, nihilominus à templo
auerti non potuit. Itaq; cũ inuenisset eum Iesus,&
postquã Iudæis locutus est, nihil tale in eo repre-
hẽdit:dixisset enim, Adhuc cum ijsdem uersaris,
neq; in bonam restitutus ualetudinẽ factus es me
lior.sed tãtum in posterum cautiorẽ reddit. Quid
igitur,cum claudos & cæcos curauit,id nõ admo
nuit? Ita mihi persuadeo, suum hunc morbũ pro-
pter peccata, illos corporis imbecillitate proue-
nisse,siue per hos,& horum admonitionem,& il-
los corripit. Quum enim hic morbus grauior sit,
per eum & minoribus remedium præbet: sicut e-
nim cum sanato alij iuberet dare gloriam deo,nõ
illum tantum, sed omnes idem admonuit: ita per
hos cæteros hortatur & cõsulit, ut peccatis absti-
neant. Adhæc norat eius animi fortitudinem, &
tanquam mandati seruatorem quod facturus sit
admonet,& beneficij memoria,& futurorum ma
lorum metu in sanitate cõfirmat.Et intuere Chri-
sti humilitatem.nõ dixit,sanum te feci: sed, sanus
factus es,iã noli peccare. Neq;,ne tibi quid dete-
rius faciam:sed, ne deterius tibi aliquid cõtingat.
In neutro personã adducit,ostenditq; gratia et be
nignitate potius,quàm meritis in sanitatem resti-
tutum:quod nisi ita esset,dixisset, Ecce dedisti de
bitam peccatorum pœnam, iam caueas: uerũ in-
quit,Ecce sanus factus es,iam noli peccare. Hæc
& nobis frequenter in ore sint uerba, his & alter

alterum admoneamus: Ecce sanus factus es, iam A
noli peccare. Quòd si in peccatis persistendo nul
lam pœnam dederis, illud apostolicum memine-
rimus, Quòd benignitas dei ad pœnitentiam te
adducit: secundum duritiam autem tuam, & im-
pœnitens cor tuũ, thesaurizas tibi iram in die iræ.
Neq; sanando duntaxat corpus, aliunde etiã ma-
gnum præ se tulit Christus diuinitatis argumen-
tum.Illa enim particula, Iam noli peccare: omnia
ipsum uidisse indicat, quæ ille superiori tempore
commisit, unde in posterum sibi fidem comparau-
it. Abijt ille homo,& nunciauit Iudæis,quia Ie
sus esset,qui fecit eum sanum.] Intuere hominem
in pietate perseuerantem:non dixit Iesum præce-
pisse,ut grabbatum tolleret, & cũ illi creditũ sem-
per crimen adducerent, hic semper excusationẽ,
& medicum profitetur & prædicat, ut populũ ad B
eius cognitionem & familiaritatem alliciat. non
enim tam stupidus erat, neq; tam inhumanus, ut
tanti beneficij oblitus,maleuolo id animo loque-
retur.Beneficium nanq;, & metus facile uel inhu-
manissimum poterat cohibere: nam cũ manifeste
minas accepisset, timuit sanè peiora, & maxime
cum minantis potestatem esset expertus. Adhæc,
si accusandi gratia id dixisset, non sanitatem, sed
mandati transgressionẽ meminisset: sed profecto
magno & fideli animo medicũ, & acceptũ bene-
ficium professus est, quemadmodũ & cæcus cum
inquit, Fecit lutũ, & unxit oculos meos:ita & hic,
Iesus est qui fecit me sanũ. Propterea perseque-
bant̃ Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato.]
Quid Christus? Pater meus usq; modo opera- C
tur,& ego operor.] Quãdo pro discipulis respon
debat, eorum conseruilis Dauid testimonio ute-
Luc.6 batur:Nunquid legistis, inquit, quid fecerit Da-
uid quando esuriuit? Pro se uero ad patrem cõfu-
git, cui se in omnibus similem indicat:& cũ priua-
tim patrẽ appellat,& cum eadem operari ostẽdit.
Et quare non meminit, quæ apud Hiericho facta
sunt? Erigere eos à terra uoluit, ne amplius de ip-
so tanq; homine, sed deo & legis latore sentirent.
Quòd nisi uerus filius, & eiusdem esset substãtiæ,
excusatio excusatione maior esset. Neq; em̃ prin-
ceps regium institutũ abrogans, & in iudiciũ uo-
catus,si à rege idem abrogatũ in defensionẽ suam
adduceret, absolueretur, sed maiori crimini esset D
obnoxius:uerum cum dignitates, ut in hoc loco,
equales sunt,proculdubio comparatio conuenit.
Quibus,inquit,criminibus deum,hisdem me ab-
soluitis.Ideo primum patrem appellauit,ut etiam
inuitis eadem sibi concedi persuaderet,paternam
charitatẽ reueritis.Quòd si percontareris, & quo
modo pater operatur, cũ septimo die ab omni o-
pere cessauerit:accipe quomodo præuidet, conti
net,temperat omnia quæ fecit. Cum igitur solem
orientem,lunæ cursum,stagna,fontes,fluuios,na
turæ uim seminibus in nostris, & brutorũ corpori
bus progressum, cætera omnia quibus hoc totum
constat,uides:intellige perpetuã patris operatio-
Matth.5 nem,qui solem suum oriri facit super bonos &
Ibid.6 malos, & pluit super iustos & iniustos. Et iterum: Si
aũt fœnum agri quod hodie est,& cras in clibanũ
mittitur,deus sic uestit: quãto magis uos minimæ
fidei? Et de uolatilibus,Pater meus,inquit, cœle- Luc.12
stis pascit illa. Vbi igitur uerbo dũtaxat operatur
in sabbato, à sacrificijs & his quæ illi faciebant cri
mina obiecta purgat:ubi uero operari præcipit,ut
ex gratia hoc in loco, Tolle grabbatum tuũ:ut nõ
graue quiddã esse sabbati præuaricationẽ osten-
dat, altiora loquitur, ut paterna autoritate illos
perterreat,& ad supernam trahat contemplatio-
nem. Qua de causa cum de sabbati trasgressione
disceptaretur,non ut tantũ homo, neq; ut tantum
deus,sed alterutrum commiscendo obiecta cõfu-
tat.uoluit enim ut utrunq; crederetur, & incarna
tionis humilitas,& excellentia diuinitatis:Nam si
semper ut homo locutus esset,omnes in eadẽ per-
stitissent humilitate:hac gratia patris meminit, cũ
& creaturæ in sabbato operantis meminisse po-
tuisset.Nam & sol ab Oriente in Occidentem fer-
tur, flumina labuntur, fontes scaturiunt, pariunt
mulieres: sed ut ipsum nõ creaturam intelligeres,
non attulit creaturæ operantis exemplum sed,

Pater meus,inquit,modo operatur,& ego ope
ror.Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi
interficere, quia non solum soluebat sabbatũ, sed
& patrem suum dicebat deum, æqualem se faciẽs
deo.] Neq; dixit,dicens:sed, faciens:non em̃ uer-
botenus,sed frequẽtius operibus se deo æqualem
ostenderat.Quid tandem? quia in solis uerbis in-
solentiam accusare potuissent,operum autem ue-
ritate & potentia perspecta uel contradicere co-
gebantur.Sunt tamen, qui perperã & impiè Chri C
stum non se æqualem deo feciss̃e,sed suspicatos Iu
dæos intelligant. Quamobrem superiora transi-
gamus.Persequebantur ipsum Iudæi,an nõ? Per-
spicuum est,persequebantur. nunquid hac gratia
persequebantur,an alia? In hoc quoque conueni-
mus.Soluit sabbatum, an non? neq; in hoc dissidẽ
mus.Patrem suum deum appellauit, an non? neq;
hoc dubium.Cętera igitur in hunc modum conse-
quũtur.Quemadmodum igitur quòd patrem suũ
deum dixerit, quòd sabbatum præuaricatus sit,
quòd Iudæi ipsum & hac,& illa magis ratione per
sequerentur,non erat opinio, sed ueritas: ita cum
se æqualem deo facit, quod ex superioribus con-
stat manifestius. Pater meus, inquit, operatur, & D
ego operor. Hæc uerba sunt æqualem se patri fa-
cientis.Nulla enim in his uerbis differentia est.
Non dixit,Pater operatur, ego subministro:sed i-
dem uerbum,Operor.Quòd si aliter sensisset,sed
Iudei sic perperam intellexissent, falsam correxis-
set opinionem: neq; id Euangelista silentio præ-
termisisset: quemadmodum alio in loco, cum ui-
deret particulam illam: Soluite templum hoc, &
in tribus diebus excitabo illud:aliter à Christo di
ctam, hoc est de carne sua: aliter à Iudæis intelle-
ctam,de suo uidelicet tẽplo,ideoq; dixerint:Qua
draginta & sex annis ædificatum est hoc templũ,
& tu tribus diebus excitabis illud? Ille aũt, inquit
Euangelista, dicebat de templo corporis sui:ita si
hoc in loco aliter Christus sensisset, quã illi essent

Universidad de Deusto
Biblioteca

suſpicati, profecto dixiſſet Iudæos quidem credi- A
diſſe Chriſtum æqualem ſe deo facere. Ipſum autẽ
nõ de eiuſmodi æqualitate locutũ. Neq; hoc in lo
co, neq; hic duntaxat, ſed alibi alius Euangeliſta
hunc ſuſpicionis corrigendæ morem ſeruat. Cum
Matth. 16 enim dixiſſet, diſcipulis Ieſus, Cáuete uobis à fer
mento Phariſæorum, & Sadducæorum: & illi có
gitaſſent inter ſe dicentes, quia panes non accepi
mus: Ieſus autẽ pro fermento doctrinam caperet,
ipſe Ieſus eos arguendo ſuam ſentẽtiam exponit:
Quid cogitatis inter uos modicæ fidei? Nondum
intelligitis, quia non de pane dixi uobis? hic uero
nihil corrigit. Atqui cõtrà Arianos, inquiens, cor
rigit, cum inquit: Nõ poteſt filius à ſeipſo quic
quam facere.] Omnino contrà: non enim ut tol
leret, ſed ut magis confirmaret æqualitatem, id di B
xit. Verũ perq; diligenter attendite, nõ enim pa
ua eſt quæſtio: hanc particulam, A ſe: frequenter
in ſcripturis & pro Chriſto, & pro ſpiritu ſancto
poſitam inuenimus: & uis eius intelligenda eſt,
ne in grauiſſimũ errorem incidamus: nam ſi eam
ſimpliciter, & ut primũ ſe nobis offert quiſpiam
accipiat, quantus error ſequeretur, animaduerti
te. Non dixit alia à ſe poſſe facere, alia non poſſe:
ſed generaliter non poteſt filius facere. At maxi
Phil. 2 mum bonorum fecit. & Paulus clamat: Qui cum
in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe
ſe æqualem deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, for
Ioan. 10 mam ſerui accipiens. Et ipſe Chriſtus. Poteſtatem
habeo ponẽdi animam meam, ſed ego pono eam
à meipſo. Vides eum & mortis & uitę poteſtatem C
habere, & tantam rem à ſeipſo operãtem? Et quid
de Chriſto dico? Nos quibus nihil uilius uel abie
ctius, ſæpenumero à nobiſipſis operamur, malitiã
reiecta uirtute deligimus. Quòd ſi nullam ha
beremus poteſtatem, neq; peccando gehẽnæ ſup
plicio torqueremur, neq; regnum cœlorum bene
operando conſequeremur. Quomodo ergo intel
ligitur, nõ poteſt filius à ſeipſo quicquam facere?
Quoniam quod nulla in re eſt patri contrarium,
nihil ab eo alienum poteſt facere: quod maximã
æqualitatem, & conuenientiam oſtendit. Et quã
nam gratia non dixit, nihil ſe contrarium facere?
Vt hinc indiſcretionem, & ueram æqualitatẽ de
monſtret: Neq; enim hæc particula imbecillitatis
cum arguit, ſed poteſtatis immenſæ. Nam & alibi D
Heb. 6 de patre inquit Paulus, ut per duas res immobi
2. Tim. 2 les, quibus impoſſibile eſt mentiri. Et iterũ: Si ne
gauerimus, & ille negabit nos. Si non credimus, il
le fidelis manet: negare ſeipſum non poteſt. Ete
nim illud quod impoſſibile dicit, non imbecillita
tis eſt, ſed poteſtatis, & quidem immenſæ: quod i
ta intelligendũ eſt: adeò illam ſubſtantiam incom
prehenſibilem eſſe, & talem, ut cũ deũ peccare im
poſſibile dicimus, non imbecillitatem arguimus,
ſed ineffabilem eius quandam poteſtatem confi
temur: ita hoc in loco, Non poſſum à me ipſo face
re quicq;: hoc eſt, impoſſibile eſt, ut patri contra
rium faciam. Et ut hanc ſententiam intelligas, ex
his quæ ſequuntur conſideremus, utrum Chriſtus
comprobarit. Tu dicis illã particulam Chriſti au-

ferre poteſtatem, & uirtũ defectum arguere: ego
indiſcretã æqualitatẽ, & ſententię & poteſtatis ſi
gnificare: ipſum percontemur, & utram cõfirmet
ſententiam uideamus. Quid dicit? Quæcunq;
ille fecerit, hæc & filius ſimiliter facit.] Vides quo
modo ueſtram prorſus tollit ſententiã, & noſtram
confirmat? Nam ſi à ſeipſo nihil facit, neq; pater à
ſeipſo facit quicq;, ſi quę pater & ipſe facit. Quòd
ſi à ſeipſo omnia faciet pater, & filius faciet, ut ſtet
ſimilitudo: quod niſi ita eſſet, aliud ſequeretur, q̃d
abſurdiſſimũ. Non enim dicit, quæ uidit patrẽ fa
cere, ea facit: ſed, niſi quod uiderit facientẽ, tempo
ris continuationẽ ſignificans. ueſtra aũt ſententia
ſemper eadem diſcet. Vides ſenſus profunditatẽ,
uerbi aũt humilitatẽ? quę tamen & impudentiſſi
mos, & detrectantes cogit, ut nihil uile, nihil ab
eius dignitate abhorrens alienumue ſuſpicentur.
Quis adeo ſtultus, adeo infelix eſt, qui dicat filiũ
ſingulis diebus diſcere, quę facere oporteat? Quo
modo illud conſtaret: Tu aũt idem ipſe es, & anni
tui non deficient? quomodo omnia per ipſum fa
cta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil? ſiquidem quæ
pater facit, eadẽ ipſe uidens imitatur. Vides quo
modo his quæ dicta ſunt, & adhuc dicuntur, eius
autoritas demonſtratur? Quòd ſi humilius quæ
dam loquitur, noli admirari: nam cum expuliſſent
eum Iudęi, quòd altiora loqueretur, & deo cõtra
rium arbitrarentur, uerbis tantum paulum ad hu
miliora deſcendit: rurſus tamen & exurgit, & rur
ſus deprimitur, ſuam uarians orationẽ, ut facilius
intelligeretur. Et animaduerte, quæſo, cum dixiſ
ſet: Pater meus operatur, & ego operor, & ſe deo
æqualem oſtendiſſet, rurſus dicit: Non poteſt fi
lius à ſe quicquã facere, niſi quod uiderit patrem
facientem. Et inde rurſus altius erigitur, Quæ
cunq; fecerit ille, hæc & ſimiliter filius facit.] Et
rurſus in humilitatem declinat: Pater enim di
ligit filium, & omnia demonſtrat ei quæ & ipſe fa
cit: & maiora his demonſtrabit ei opera.] Ecce &
aliam incredibilem humilitatem: & merito ſanè.
Quod enim & dixi, & dicere nunquam ceſſo, id
repetam: cũ aliquid de ſe humile & abiectũ Chri
ſtus loquitur, per exuperantiã loquitur, ut & ſtul
tis & temerarijs perſuadeat, nõ uerba, ſed piè ſen
ſum intelligendum. Aliter conſidera, quæſo, ex ip
ſis uerbis, quàm id abſurdum ſit & ridiculũ. Nam
cum diceret, Et maiora his demõſtrabit ei opera,
inueniretur nondum multa didiciſſe. Quod ne de
apoſtolis quidem dicẽdum eſt, qui accepta ſemel
ſpiritus gratia, repente omnia & nouerunt, & po
tuerũt, quę & ſcire & poſſe eos oportebat: hic au
tem multa ſcitu neceſſaria nondũ didiciſſe depre
hendetur, quo nihil abſurdius. Quid illud igitur,
maiora his demonſtrabit? Cum ſanaſſet paralyti
cũ, & mortuũ eſſet ſuſcitaturus, inquit: Miramini
me paralyticũ liberaſſe, maiora his uidebitis: ſed
humilius quodammodo locutus eſt, ut eorum pla
caret temeritatẽ. Et ut intelligas illud uerbũ, De
monſtrabit: non proprie dictũ, audi quæ ſequun
tur: Sicut pater ſuſcitat mortuos & uiuificat, ſic
& filius quos uult uiuificat.] At q̃ nihil poteſt à ſe
facere

facere, ſi facit quod uult, contradicit: nam ſi quos A
uult uiuificat, poteſt à ſe facere, uelle enim poteſta
tis eſt: q; ſi non poteſt à ſeipſo, iam quos uult non
uiuificat. Illa enim particula, Sicut pater ſuſcitat
mortuos, indiſcretam poteſtatem: illa autẽ, Quos
uult, æqualẽ demonſtrat. Intelligis quomodo nõ
poteſt à ſe facere? non tollit, ſed potentiam & uo
luntatem æquiparat. Ita & illud uerbum, demon
ſtrabit, eſt intelligendum. Etenim alio in loco ait:
Ioan. 6 Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Et iterũ,
ut non aliunde uim operandi ſe accipere oſten
Ibid. 11 dat: Ego, inquit, ſum reſurrectio & uita. Et ne quis
diceret mortuos tantum quos uult ſuſcitare, & ui
uificare, alia autem in ſua non eſſe poteſtate, hanc
prærípit ſuſpicionem, inquiens: Quæcunq; enim
ille fecerit, hæc & filius ſimiliter facit: ut & omnia
quæ ille, & ut ille facere intelligatur, ſiue mortuo- B
rum reſurrectionem, ſiue corporũ opificium, ſiue
peccatorum remiſſionem, ſiue quiduis aliud, ſimi
liter patri operatur. Sed omnia hęc negligunt, qui
ſuam negligunt ſalutem: tantũ officit potioris lo
ci cupiditas, & prælatio: hæc hæreſes peperit, hęc
gentilium cõfirmauit impietatem. Deus enim in
uiſibilia ſua per huius mundi creaturam intelligi
uoluit: illi hãc doctrinam ſectari dedignati, aliam
excogitarunt, ueram neglexerunt. Iudæi autẽ glo
riæ humanæ ſtudio diuina contemnentes credere
noluerunt. At nos dilectiſſimi, quanta poſſumus
diligentia morbum hunc fugiamus: nam licet in
numera bona opera egerimus, ſufficiens eſt ina
nis gloriæ lues, quo omnia deleat. Si laudum deſi
derio tenemur, à deo eas perquiramus. Humanæ C
laudes qualeſcunq; ſint, ſimul & apparent, & eua
neſcunt, nihil afferunt utilitatis, & præter ueri
tatem ſæpenumero iudicãtur. Quid enim in hac no
ſtra gloria admirabile eſt, quam ſaltãtes iuuenes,
impudicæ mulieres, auari raptores cõſequentur?
Qui uero apud deum glorioſus eſt, non tales lau
dis ſocios, ſed ſanctos prophetas apoſtolos, & an
gelicæ uitæ præceptores habet. Quòd ſi coronis
hominum cingi, & conſpici deſideramus, quid id
ſimpliciter ſit cõtemplemur. Nihil profecto in eo
dignum inueniemus. At ſi multitudinem deſide
ras, angelos quæras: quorũ ope formidoloſus dæ
monibus efficieris: ita homines paruifacies, & hu
mana omnia tanq; lutum peſſundabis. Tunc ma
niſeſte cognoſces, nihil ita labefactare animam, q̃ D
gloriæ cupiditatem: quam qui affectat, nullo pa
cto in hac uita & doloribus, & cruciatu carere po
terit: quemadmodum qui peſſundat, etiam plurimos peſſundat affectus. Qui humanã laudem uin
cit, inuidiam uincit, auaritiam uincit, graues om
nes affectus uincit. Et quonam pacto? Si aliã ſpe
ctabimus gloriam, hoc eſt cœleſtẽ: quam hæc au
ferre nobis conatur: illa in hac uita claros facit, ad
futurã perducit, omni nos carnis ſeruitio liberat.
Carni enim quàm miſerrime ſeruimus, cum & ter
ræ, & terrenis rebus tanto ſtudio inuigilamus. Si
in forum te conſeres, ſi domũ ingredieris, ſi egre
dieris, ſi nauigabis, ſi uillam, ſi hoſpitiũ, ſi regiam,
ſi ſenatum, ſi iudicia petes, omnia ſecularium cu-

rarum plena: uenientes, abeuntes, manentes, na
uigantes, qui rura, qui ciuitates habitant, omnes
his implicitos & attonitos intueberis. Quænã igi
tur nobis ſalutis ſpes, quando à deo datam terram
habitantes, nihil diuinum ſapimus: ſed cum iubea
mur eſſe huius mundi hoſpites, hoſpites cœli ſu
mus, & mundi ciues? Quid huic ſtultitiæ æquipa
randum? Quotidie de iudicio, de cœlorum regno
audimus: Noe autem ac Sodomorum ætates imi
tamur, & uolumus experiri. Atqui propterea illa
ſcripta ſunt, ut ſi quis futuris diffidit, ex præteritis
futurorum accipiat certitudinem. His igitur co
gnitis, dilectiſſimi, paululum ſaltem hoc grauiſer
uitio leuati, aliquando de anima cogitemus, ut &
præſentia, & futura bona conſequamur, gratia &
benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria
& imperium in ſecula ſeculorum, Amen. B

EX CAP. V. HOMILIA XXXVIII

NEQVE pater iudicat quenquam, ſed
omne iudicium dedit filio: ut omnes
honorificent filiũ, ſicut honorificant
patrem.] Summa nobis in omnibus
utendum eſt diligentia dilectiſſimi,
quia reddenda ratio eſt & uerborum, & operum,
& proculdubio pœna ſubeunda. Nõ enim in præ
ſenti uita finis nobis eſt, ſed alia nobis cõditio ex
pectanda, formidoloſo iudicio aderimus. Omnes
enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chri
ſti, ut referat unuſquiſq; propria corporis, prout
geſſit, ſiue bonum ſiue malum. Hoc iudicium ſem
per præ oculis habeamus, ita ſemper uirtuti uaca
re poterimus. Nam ſicut qui diei illius obliuiſci
tur, tanquam freno abiecto in præcipitium defer
tur: Inquinatæ ſunt uiæ illius in omni tempore, &
cauſam affert: Auferuntur iudicia tua à facie eius:
Ita quem continuus hic percellit timor, modeſte
uiuendi uiam ingreditur. Recordare, inquit, no- Eccl. 7
uiſſima tua, & in æternum non peccabis. Qui eñ
dimittit nobis peccata nunc miſerando, is tum iu
dicando pandet. Qui propter nos mortuus eſt, is
uniuerſæ naturæ iudex apparebit. Iterum, inquit,
ſine peccato uidebitur ſuſcipientibus eum ad ſalu
tem. Quamobrem hoc in loco inquit: Neq; enim
pater iudicat quenquã, ſed omne iudicium dedit
filio, ut omnes honorificent filium, ſicut honorifi
cant patrẽ. Igitur patrem præponemus, inquies?
Abſit: propterea enim dixit filium, ut manentem
filium tanquam patrẽ honoremus. Qui enim pa
trem ipſum dicit, nõ iam filium tanquam patrem
honorat, ſed totum confundit: & quoniam bene
ficia accepta homines non ita ſentiunt, omne iudi
cium dedit filio, ut ſaltem metus in eius honorem
trahat. Illud autem uerbum, Omne: & puniendi,
& honorandi quoslibet poteſtatẽ habere ſignat.
Dedit autem, ideo dixit, ut neq; ingenitum filium
neq; duos patres ſuſpicareris. Quicquid enim pa
ter eſt, idem eſt & filius genitus, & manens in eſſe
filius. Et ut intelligas hanc particulam, Dedit, i
dem quod, genuit, ſignificare: audi quid alio in lo
co dicit: Sicut pater habet uitam in ſemetipſo, ſic

dedit

Universidad de Deusto
Biblioteca

dedit & filio habere uitam in semetipso. Quid igi A
tur? prius ipsum fecit, inde uitam dedit? qui enim
dat uitam, alicui dat: erat igitur sine uita genitus?
Hoc neq; dæmones ipsi suspicarẽtur. Simul enim
cum impietate maxima stultitia deprehenditur.
Quemadmodum enim illud uerbũ, Dedit uitam:
q; eum uitam fecit, signat: sic, Et dedit iudicium: q;
eum iudicem fecit, intelligendum est. Vt enim au
diendo eum autorem patrem habere, non propte
rea mutatam substantiam, & diminutũ honorem
crederes, ipse te iudicatũ uenit, & hinc suam præ
se ferens excellentiam. Qui enim & honorandi et
puniendi quos uult habet potestatem, is eadẽ po-
test quæ pater. Quod si hoc nõ esset, sed posterius
factus honorẽ accepisset: quæ causa fuit quin po-
sterior honoraretur? Vnde in hanc uenit dignita-
tis prærogatiuam? Nonne uereris humanos hos, B
& indignos deo intellectus, immortali, & nihil no
biscum cõmunicanti naturæ tam impudenter tri-
buere? Sed cur ita loquitur? Vt magis crederetur,
& ad maiora auditorũ animos prepararet, & ideo
hæc miscet. Considera à principio: Pater meus o-
peratur, & ego operor. Æqualitatem ostẽdit. Sed
uoluerunt eum Iudæi interficere. Quid ergo? Ver
bis altioribus abstinet, sensus seruat: Non potest
filius à se facere quicq;. inde altius ascendit: Quæ-
cunq; ille fecerit, hæc filius similiter facit. Rursum
ad humiliora descendit: Et pater diligit filium, &
omnia demonstrat ei quæ ipse facit, & maiora his
demonstrabit ei opera. deinde: Sicut & pater su-
scitat mortuos, & uiuificat: sic filius, quos uult ui-
uificat. Et rursum utrũq; complectitur: Neq; enim C
pater iudicat quenquam, sed omne iudicium de-
dit filio. inde erigitur, Vt omnes honorificent fi-
lium, sicut honorificant patrem. Vides quomodo
uicissim & humi repit, & altè tollitur, ut & presen
tes melius intelligerent, & futuri temporis homi-
nes nõ offenderentur, & debitè de ipso sentirent?
Quòd si nulla esset causa, neq; ut facilius persuade
ret ita locutus esset: quanam gratia hæc commi-
scuit? Qui em̃ magna de se polliceri potest, siquí-
dem humilius & præter dignitatem suam dixerit,
aliqua causa merito potest excusari: qui autem ni-
hil habet quod iactet, quanã gratia quàm præsta-
re possit magnificentius de se loquitur? sanè stul-
tissimum & impijssimum est. Quamobrem meri-
to nos humilia de nobis pollicerí, & modestè lo-
qui decet. Et hinc promissam nobis salutem com-
paramus, quod ipse Christus alio in loco his ver-
bis significauit: Hoc autem dico uobis, ut uos sal-
ui sitis. Nam cum suo omisso, ad Ioannis testimo-
nium confugeret, idq; sua excellentia esset indi-
gnum, tãtæ humilitatis causam affert, se id dicere,
ut ipsi salutem consequerentur. Vos autem cum
filium non eandem quam patrem habere potesta
tem dicitis: quid eius uerbis respõdebitis, quibus
se æqualem patri potestatem, uirtutem, gloriã ha-
bere profitetur? Qui nõ honorificat filium, non
honorificat patrem qui misit illũ.] Ecce quomo-
do filij honor paterno honori cõfundit. Et quid?
nónne in apostolis ijsdẽ ferè uerbis usus est? Qui
suscipit, inquit, uos, me suscipit. Sed illic discipu- Luc. 9
los rebus suis adnumerat, hic autem unã dicit sub
stantiam, & unam gloriam: ideo de discipulis non
inquit, ut honorificent. Nam ex duobus regibus
altero contumelia affecto, & alter læderetur: ma-
xime uero si filius læditur, & sui militis ignominia:
non tamen itidem, sed ut mediator, illic ipsa digni
tas lædítur. Præterea id præoccupauit, ut honori-
ficent filium, sicut honorificant patrem, ut hono-
ris æqualitatem intelligas. Non enim simpliciter
dixit, Qui non honorificat: sed, qui non ita hono-
rificat, nõ honorificat patrem. Et quomodo eiusdẽ
substantiæ est, qui mittit, & qui mittitur? Iterũ in
humana prolaberis, neq; ulla alia causa hæc
omnia dici intelligis, quàm ut autorẽ cognoscamus, neq; in Sabellij errorẽ incidamus: hoc etiam
pacto Iudæorum imbecillitati occurrit, ne alium
deum opinentur. (dicebant enim, Hic non est à
deo, hic à deo non uenit.) quam ut tolleret opinio
nem, non ita in magnis, ut in humilibus uersatur:
ideo frequenter se missum dicit: non ut ulla ex par
te eum minorem suspiceris, sed ut illis silentiũ im-
poneret: hac gratia sæpenumero ad patrem confu
git, & interim propriam interserit dignitatem. si-
ue enim in omni sermone Iesus magnifice locutus
esset, non sanè intellexissent Iudæi: quãdoquidem
pro paucis etiã uerbis eum persequebantur, & lapi-
dabant: siue eorum gratia semper humi procubui-
sset, multum futuri homines detrimentum acce-
pissent. Confundit igitur doctrinam suam, & uer-
borum utilitatem sensus splendore apud pruden
tiores minime sibi conuenire ostendit. Missum au
tem, translationis uerbum est: ubiq; enim presens
est deus, quare ergo missum se dicit? Crassiori hoc
uerbo eiusdem cũ patre uoluntatis se esse demon
strat, quod & sequentia confirmant, inquit enim:

Amen amen dico uobis, quia qui uerbũ meum
audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æter-
nam.] Ecce quàm frequenter idem repetit, ut su-
spicionem tollat, & in hoc loco, & sæpe in sequen
tibus, & metu, & præmij promissione, ut sibi cre-
datur, admonet, & hic rursus ad humilia descen-
dit. Non enim, inquit, Qui audit uerba mea, & cre
dit mihi. arroganter nanq; dictum existimassent:
nam cũ longo post tempore, post tot signa & mi-
racula cum eiusmodi diceret, id opinati sunt, & D
prophetæ mortui sunt, longe magis in præsentia. Ioan. 5
tunc enim dixerunt: Abraham mortuus est, &
prophetæ mortui sunt: & tu dicis, si quis sermo-
nem meum seruabit, mortem non gustabit in eter
nũ? Vt ergo tũc non exasperarentur, inquit, Qui
uerbum meum audit, & credit ei qui me misit, ha-
bet uitam æternam. Hoc non difficile erat persua
su: quæ tamen si prompte accepissent, in reliquis
facilius erudiri potuissent. Hæc itaq; magnorum,
& humilium confusio, perquàm utilis est. hic er-
go inquit, Videbit uitam æternam, & in iudicium
non ueniet, sed transibit à morte in uitã. His duo-
bus fidem sibi conciliat, cum & patri credendum,
& credenti tantum præmij proposítum dicit. In iu
dicium autem non ueniet, hoc est non punietur.

Mortem

Mortem autem non huius seculi, sed æternam in- A
telligit, quemadmodum & uitam. Amen amen
dico uobis, quia uenit hora, & nunc est, quando
mortui audient uocem filij dei: & qui audierint, ui
uent.] Verba re comprobat. Nam cum dixisset:
Sicut pater suscitat mortuos, & uiuificat: sic & fi-
lius quos uult, uiuificat: ne uideretur superbe &
arroganter loqui, etiam operum ueritatem enar-
rat, cum inquit, Venit hora: quam ne longo post
tempore futuram arbitreris, subdit: Et nunc est,
quando mortui audient uocem filij dei, & uiuent.
Intueris incredibilem eius potestatem? Sicut in re
surrectione, ita & nunc erit, inquit: tunc enim au-
dita imperãtis uoce, resurgemus. In præcepto dei,
inquit, mortui resurgent. Et unde constat non per
peram dictum? quoniam nunc adesse dicit. Nam
si futura tantum annunciaret, non immerito esset B
dubitandum: sed se in terris cum ipsis conuersan-
te hæc uentura dicit. Neque enim nisi potestatem
habuisset, id polliceretur, ne ridiculus omnibus
esset. Inde firmissima ratione comprobat: Sicut
pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio ui
tam habere in semetipso.] Ecce quomodo in nul
lo prorsus differunt, præterquàm quòd alter pa-
ter est, alter filius. Verba hanc tantum uidentur fa
cere differentiam, cætera æqualia & indiscreta.
unde perspicuum est, tam potenter omnia filium,
quàm patrem facere. Sic enim habet uitam ut pa-
ter, propterea statim additur, ut ex hoc illud intel-
ligamus. Quid nam? Et potestatem dedit ei iu-
dicium facere.] Et qua gratia resurrectionem &
iudicium frequẽter meminit? Sicut pater, inquit, C
suscitat mortuos, & uiuificat: sic & filius quos uult
uiuificat. Et iterũ. Neq; pater iudicat quenquam,
sed omne iudicium dedit filio: &, sicut pater habet
uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam
in semetipso. Et iterum: Qui audiunt uocem filij
dei, uiuunt. Et hoc in loco potestatem dedit ei iu-
dicium facere. Quænam, inquam, tam frequens
iudicij, uitæ, resurrectionis commemoratio? quo-
niam hæc omnium maxima sunt, & quæ possunt
difficilem etiam auditorem ad credendum addu
cere. Qui enim credit resurrectionẽ, & scelerum
pœnas, etiam sine alijs signis hoc solo assentietur,
& beneuolum sibi iudicẽ reddere curabit. Quia
filius hominis est, nolite hoc admirari.] Paulus
Samosatensis non sic legit: sed, potestatem dedit D
ei iudicium facere, quia filius hominis est: quod
minime sequitur. Non enim propterea accepit iu
dicium quia homo est, nam nihil prohibuisset om
nes homines iudices esse: sed quoniam ineffabilis
illius substantiæ filius est, ideo iudex. Quamobrẽ
ita legendum, Quia filius hominis est, nolite hoc
admirari. Nam cum uideretur id repugnare, & ni
hil aliud quàm purum hominem esse arbitrarentur,
uerba autem supra hominem, ac etiam angelos, & solius dei: hanc tollens obiectionem, addit:

Nolite mirari hoc, quia filius hominis est: Quia
uenit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt
audient uocem filij dei: & procedent qui bona fe-
cerunt, in resurrectionem uitæ: qui uero mala ege
runt, in resurrectionem iudicij.] Et quanam gra- A
tia nõ dixit, Nolite mirari, quia filius hominis est:
etenim dei quoq; est, ut superius, Audient uocem
filij dei: sed resurrectionis tantũ meminit? Ne ad-
mireris nullam hic dei mentionem habitam. Qui
enim quod propriũ dei est narrat, satis admonet
auditores, ut reliquum intelligant: quòd scilicet
& deus, & dei filius est. Nam si uerbis frequenter
repetisset, quod miraculis ostendebatur: uisus es-
set causæ tanquam imbecilliori diffidere. Etenim
qui syllogismos faciunt, positis partibus sine con-
clusione, sæpenumero aperte demonstrant, quod
quæritur: & cum attentiores auditores reddant,
& magis laudentur, ipsum repugnantem in suam
adducunt sententiam. Itaq; præsentes melius iudi
cium ferre possunt, cum aduersarij se uictos profi-
tentur. Et Lazari resurrectionem memorans, iu-
dicium tacuit: non enim propterea suscitatus est:
Huic aũt uniuersali resurrectioni addidit, Qui bo
na fecerũt procedẽt in resurrectionẽ uitæ: qui ue-
ro mala egerunt, in resurrectionẽ iudicij. Hac iudi
cij appellatione Ioannes auditorem compellit, ut
sibi persuadeat: quòd qui credit filium, non iudi-
catur: qui autem non credit, iam iudicatus est: ita
& in hoc loco & iudicij, & malorum supplicij me
minit. Nam cum dixisset, Qui uerbũ meum audit,
& credit ei qui misit me, non iudicat: ne quis hoc
solum satis esse ad salutem arbitraretur, & opera
addidit: Qui bona fecerunt, procedent in resurre-
ctionem uitæ: qui uero mala egerunt, in resurre-
ctionem iudicij. Et cum orbem terrarũ ipsius uo-
ce resurrecturum, & redditurũ rationem, nouum
quidem, nec facile credibile, etiã fidelioribus, ne-
dum Iudæis uideretur: audi quonam id pacto cõ-
firmat, rursum in auditorum descendens imbecil-
litatem: Non possum ego à meipso facere quic
quam, sed sicut audio, iudico, & iudicium meũ iu-
stum est: quia non quæro uoluntatem meam, sed
uoluntatem eius qui misit me, patris.] Atqui non
paruum iam resurrectionis dederat argumẽtum,
cum paralyticum sanaret, quamobrẽ noluit prius
de ea uerbum facere, quàm quod non multo erat
resurrectione inferius, operatus esset: & cum pa-
ralyticum confirmauit, tunc iudicij fecit mentio-
nẽ. Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne de-
terius tibi aliquid contingat. Verumtamen & La D
zari, & orbis terrarum resurrectionem prædicit:
sed Lazari mox, orbis diu post futurã: & hanc per
paralyticum, & Lazari resurrectionem ostendit.
Venit hora, & nũc est. Ex his quę facta sunt, non-
dum facta demonstrat, quem ubiq; morem seruа-
re deprehenditur, quod duabus uel tribus rebus
prædictis à factis semper futura cõfirmat. Sed tot
& tantis uerbis & operibus suis Iesus cum adhuc
imbecilliores essent non cõtentus, alijs etiam eo-
rum pertinaciam mollire adnititur, dicens: Non
possum ego à meipso facere quicquam, sed sicut
audio, iudico, & iudicium meum iustum est: quia
non quæro uoluntatem meam, sed uoluntatem e-
ius qui misit me. Nam cũ aliena & à prophetarum
sententia differentia, dicere uideretur: Illi enim
dicebant

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicebant, ꝙ deus iudicat terram omnem, hoc est humanum genus. Et Dauid: Iudicabit populos in æquitate. Et: Deus iudex iustus, fortis, & patiens. Et idem prophetæ omnes, & Moses. Christus autem, Pater non iudicat quenꝙ, sed ego sum qui iudico. Hoc facile Iudæũ perturbare, & in suspicionem adducere poterat, ut à deo alienũ Christũ arbitraretur: quamobrẽ ad humilia descendit, quantum eorũ imbecillitas postulabat, ut penitus quæ inde suboriebatur opinio tolleretur. Ego, inquit, non possum à meipso facere quicꝙ: hoc est, nihil à deo alienũ uel differens, nihil quod nolit pater factũ à me uidebitis, nihil dictũ audietis. Et ut superius cum dixit, quia filius hominis est, ostendit se hominẽ existimatũ: ita & in hoc loco. & quemadmodum cũ inquit: Quod audiuimus, loquimur: & quod uidimus, testamur. & Ioannes: Quod uidit testaꝰ, & testimoniũ eius nemo accipit: de certa utrunꝙ cognitione, non de auditu & uisu locutus est. Ita & hic per auditum nihil aliud intelligitur, quàm nihil aliud posse, quàm quod pater: uerum non tam manifeste, quoniam primum fidem non adhibuissent, nisi humiliter, & ut homo locutus esset. Sicut audio, iudico. Neꝙ dicit, sicut disco: sed, audio: non tamen quòd audire indigeat. Neꝙ enim nulla tantũ doctrina indiget, sed ne auditione quidem: ex quo unam & eandem sententiam demonstrat: quasi dicat, ita iudico, ac si pater ipse iudex sit. Inde prosequitur: Et noui ꝙ iudiciũ meum iustũ est, quia nõ quæro uoluntatẽ meam, sed uoluntatem eius qui misit me, patris. Quid dicis? Habes aliam à patre uoluntatẽ? Etenim alibi: Sicut ego & tu unum sumus: de uoluntate & concordia loquens: da eis ut & ipsi in nobis unũ sint: hoc est, in fide nostra. Ecce ꝙ quæ maxime humilia uidẽtur, in his sensus latet profundissimus. his enim non aliam patris, aliam suam esse uoluntatẽ significat: sed sicut unius mentis una uoluntas est, ita patris & filij. Neꝙ admireris tantam patris & filij conuenientiam, quãdoquidẽ de spiritu idem
1. Cor. 2 dicit Paulus, Quis scit hominũ, quæ sint hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita & quæ dei sunt nemo cognouit, nisi dei spiritus: quod nihil aliud significat, nisi non aliam esse filij à patre uoluntatẽ, sed eandẽ. Sed si quid, inquit, pater uult, & ego uolo: si quid ego, & pater: & quẽadmodũ D nemo patrem reprehendet iudicantẽ, ita neꝙ me: eadem enim utriusꝙ sententia est. quòd si humilius hæc, & hominis more dicta sunt, noli admirari: hominem enim adhuc, ac etiam uilem arbitrabantur. Quamobrem non modo in his quid dicatur, sed quid auditores senserint, inquirẽdum est: & secundum eorum opinionem uerba metienda sunt, ac si ad ea responderit: aliter multa sequerentur absurda. Considera quæso, non quæro uoluntatem meam: ergo diuersæ est uolũtatis, & longè inferioris, nec inferioris tantũ, sed inutilis? Nam si salutaris est, cur non quæris? homines merito hoc dicerent, qui multa præter dei uoluntatem sentiunt: tu autem qua gratia hoc inquis, cum in omnibus patris similis sis? Hæc neꝙ diligẽtis hominis, neꝙ grauis uerba esse quis diceret. Nam si Paulus ita se diuinæ conformat uoluntati, ut dicat: Viuo Gal. 2
aũt iam non ego, uiuit uero in me Christus: quomodo omnium dominus nõ suam, sed eius qui se misit uoluntatem quærit, ac si diuersa esset? quid sibi uult hic sermo? Tanquam homo & secũdum auditorum opinionem loquitur. Cum enim superius partim ut deus, partim ut homo uerba fecerit, hoc iterũ in loco ad humanitatem descendit. Iudicium, inquit, meũ iustum est.] Vnde id cõstat? quia non quæro uoluntatem meam, sed eius qui misit me, patris. Sicut enim homines, qui omni in se affectu liberi sunt, de iniusto iudicio accusari nequeunt: ita neꝙ ego. Qui enim sui amore ducitur, nõ immerito suspectus est, ne ea gratia iustum transgrediatur: qui uero nullam sui ipsius curã habet, quid eum impedire potest, ne iustam ferat sententiam? hac ratione in me utimini. Nam si non missum me à patre dicerem, neꝙ operũ meorum gloriam ad illũ referrem: potuisset fortasse aliquis suspicari ad aucupandum gloriam, talem me falso prædicare: sin in alium gloriam refero, unde potest aliqua oriri suspicio? Animaduertis rationẽ, & unde iudicium suum iustum confirmat? Vides quod sæpius dixi, quàm aperte intelligaꝰ. sed quid dixi? Nimiam uerborũ humilitatem maxime intelligentibus persuadere, non quæ in promptu & prima fronte sententia occurrit, eam accipiendam, sed altiorẽ sensum inuestigandum, neꝙ humi immorandum. His igitur rationibus, dilectissimi, nolimus uerba Christi temerè transigere: sed in omnibus scripturis sedulam inquirendi diligentiam quare dicta sint adhibeamus. Neꝙ existimemus satis nobis ad excusationem esse ignorantiam, & simplicitatem. Non enim bonos tantum nos esse iussit Christus, sed & prudentes. Vtamur ergo cũ simplicitate prudentia in doctrina, & uitæ integritate: & nosipsos in hac uita iudicemus, ne postmodum cum mundo iudicemur: & tales erga conseruos nos exhibeamus, qualem erga nos deũ cupimus. Dimitte, inquit, nobis debita nostra, sicut & Matth. 6
nos dimittimus debitoribus nostris. Et profecto scimus non æquo animo castigationes tolerare, uerumtamen, si non reprehensoris, sed nostræ cõsuli utilitati intelligemus, omnem indignationem deponemus. Etenim qui centum denarios non dimisit, non conseruum, sed seipsum læsit, & tot milibus talentorũ, quæ sibi dimissa erant, obnoxium reddidit. Igitur cum aliis non dimittimus, non dimittimus nobis. Quamobrẽ nolimus deo dicere, ne memineris peccata nostra: sed alter alteri, ne memineris conseruorum inuicem peccata. Nam tu prior in te cõmissa iudicas, inde in se deus. Tu legem scribis de uenia & pœna: tu fers sententiam, & an deus tuorũ peccatorũ recordeꝰ, tui iuris est, tu dñs. Propterea Paulus dimittere iubet, si quid aduersus aliquẽ habet, quod queratur: itaqꝫ ita, ut ne reliquiarũ quidem minimum relinquatur. Siquidem Christus nõ solum nostra peccata in medium non protulit, neꝙ obiecit, sed dimisit, & deleuit chirographum: neꝙ delicta nostra reputauit

Coloss. 2 uit, ut meminit Paulus. hoc & nos sequamur exẽplum, offensas oẽs animo deleamus, officia dũtaxat reputemus, nullum odij uestigiũ relinquatur: quòd si nihil in nos officij proximus contulerit, tanto magis dimittendo merebimur, & magis laudabimur: Alij uigilando, in nuda humo dormiendo, carnem assiduis laboribꝰ macerando delent peccata: tibi faciliori uia, nemini succensendo, idẽ cõsequi datur. Quid contra te ensem ut insanus & furens stringis? Qui culpa tua futura gloria fraudaris, cum ad eam cõsequendam totis uiribus cõtendendum sit? Nam si præsentis uitæ gloria tantopere optanda est, quid de futura dicendum, ubi nullus dolor, nulla tristitia, nullus luctus, nullus mortis metus, nullus bonorum finis? Beati, & ter & sæpius, inquã, beati qui superna illa sede fruuntur: quemadmodũ miseri, & sæpius miseri, qui ea se priuãt. Sed quid illam uobis uitam largiatur, audi Iesum ipsum adolescenti dicentem, quid facturus sis. Nam quum ille rogaret, quid boni faciam, ut habeam uitam æternam? quum alia mandasset, in proximi tandem dilectionem euasit. At fortasse auditorum quispiam secundum diuitem illum dixerit, seruamus nostra, non furamur, non occidimus, non fornicamur: sed quòd proximum diligas, ut diuitem decet, minime dicere poteris: Nam si & inuidia, & maledictis affecto proximo opem tuleris, nisi indigenti opes tuas impartiaris, non diligis. Verum Christus nõ sola hac dilectione contentus: Vende, inquit, omnia quæ habes, & da pauperibus & ueni sequere me. Quo uerbo operum imitationem significauit. Quid hinc discimus? quòd qui hæc omnia non operatur, supremam illam sedem consequi non potest. Nam cum ille dixisset, omnia feci, tãquam maxima quadam parte deficiẽte ad perfectionem, inquit: Si uis perfectus esse, uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ueni, & sequere me. Hoc primum discendum, secundo in loco quòd illum reprehendit frustra se gloriantem. Qui enim in tanta copia rerum uiuebat, & pauperes intuebatur: quonam pacto proximũ diligebat? decipiebatur ergo. At nos & illud, & hoc faciamus, & summa diligẽtia nostras in pauperes erogemus facultates, cœlum nobis emamus. Nam si pro huius seculi dignitate omnia nostra nonnunquã exponimus, pro dignitate, inquam, in hac duntaxat uita duratura: imò quæ interdum paulo post etiam uiuentes deserit, si multi pro ea uitam quoꝙ ponere non dubitarunt: quid nobis miserius est, qui pro illa quæ in æternũ permansura est gloria, quæ nunquam auferri potest, ne parua quidẽ, & quæ paulo post, uel in hac uita uelimus nolimus, relicturi sumus, dare patimur? Quanta hæc, quæso, insania: quæ nobis inuitis eripiuntur, ea in præsentia sponte dare, postmodum largiter recipere nolumus? an si quis morti dãnatus, omnibus suis facultatibus uitam redimẽdi optionem acciperet, nõne ad gratiam adscriberet? nunc autem quum uel dimidio rerum nostrarum à gehenna liberari possimus, eius ignibus torqueri, quàm quicquam erogare malumus, ac si omnia

amittamus. Quam ergo excusationem, quam ueniam merebimur, cum tam facili ad uitã uia precisa, nullo nobis fructu proposito deferamur in præceps, præsentibus & futuris bonis sponte iam priuemur, cũ utriusꝙ facile perfruí possemus? Quòd si in hunc usꝙ diem nostram spreuimus utilitatem: nunc tandem ad nos reuersi, res nostras ad necessaria dirigamus, ut futura bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

EX CAP. V. HOMILIA XXXIX

SI EGO testimoniũ perhibeo de me ipso, testimonium meum non est uerum. Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quia uerum est testimonium eius, &c. Qui metalla fodere aggreditur, artis ignarus auri uenas nõ inuenit, sed cõfunditur, & laborem subit incassum: ita qui diuinarum scripturarum ordinem non intelligunt, qui earum proprietates, qui leges nõ discuriunt, sed omnia ad uerborum sonum accipiũt, aurum terræ cõfundentes, nunquam reconditum in his thesaurum assequuntur. Hoc mihi in mentem uenit, quoniã propositus nobis locus est multi auri plenus: quod tamen non omnibus in promptu est, sed arcana quadam obscuritate obrutũ: quam obrem effodiendo, & diligenter purgando, ad uerum sensum perueniendum est. Quis enim nõ statim perturbaretur, audiens Christum dicẽtem: Si ego testimoniũ perhibeo de meipso, testimoniũ meum non est uerum? Nam multis in locis de seipso testimonium perhibentem uidemus, siquidẽ Samaritanæ dixit, Ego sum Christus. Et cæco: Qui loquitur tecũ, ipse est. Et Iudæis: Quomodo uos dicitis, quia blasphemas, quia dixi, filius dei sum? Et alibi sæpenumero. Si ergo hæc omnia mendacia sunt, quæ nobis salutis spes futura est? unde uerum inueniemus, quando ipsa ueritas dicit: Testimonium meum nõ est uerum? Hoc autem non modo contrarium uidetur, sed & aliud nõ minus: Nam & alibi, Si ego testimoniũ, inquit, perhibeo de me, testimonium meum uerum est. Vtrum horum ut uerum accipiã, utrum ut falsum reijciam? Si uerba ipsa simpliciter accipiantur, neque personam, neꝙ causam perscrutabimur. Si enim testimonium eius non est uerum, neꝙ hoc uerum: utrũꝙ ergo falsum. Quid sibi uult hic sermo? Diligenter inuigilãdum, uel potius diuina gratia opus est, ne nudis uerbis insistamus. Ita hæretici in errorem incidunt, neꝙ sentẽtiam, neꝙ audientis habitum inquirẽtes. Nisi enim tempora, locos, auditorem, & alia huiusmodi consideremus, multa sequerentur absurda. Quænam ergo sententia? Dicturi erãt ludæi: Si tu testimoniũ perhibes de teipso, testimonium tuum non est uerum: idcirco præoccupauit Iesus, quasi dicat: fortasse dicetis uos mihi non creditos, nemo qui repente de seipso testimonium perhibet, habet apud homines autoritatẽ. Illa autem particula, Non est uerum: non est temere le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

genda, sed ad illorum opinionem referenda: hoc
est, uobis non est uerum. Non enim ex autoritate
sua, sed pro auditorum suspicione loquitur, quam
arguit, eorum adducens obiectionē. Verum cum
dicit, Si ego de meipso testimonium perhibeo, ue
rum est testimonium meū: qui sit, & qualis existi
mari debeat, ostendit, & de se loquens. Cum enim
mortuorum resurrectionem, & iudicium annun
ciasset: & quòd qui credit in ipsum non iudicatur,
sed uenit ad uitā: quòd sedebit ab omnibus ratio
nem exacturus: quòd æqualem habeat patri pote
statem, atq; uirtutem: hæc omnia confirmaturus,
necessariò eorum primum obiectionē posuit. Di
xi, inquit, Sicut pater suscitat mortuos, & uiuifi
cat: sic & filius quos uult uiuificat. Dixi, neq; pater
iudicat quēquam, sed omne iudicium dedit filio.
Dixi honorandum filium sicut patrem: & qui nō
honorificat filium, non honorificat patrem. dixi,
Qui uerbū meum audit, & credit ei qui misit me,
non uenit in iudicium, sed transiet de morte in ui
tam: quòd uox mea mortuos suscitabit, et qui sunt
futuri, & quòd peccatorum rationem exigam ab
omnibus, & iuste, & pro uniuscuiusq; meritis iudi
co. Quum igitur hæc omnia quidem magna asse
ruisset, neque Iudæi credidissent, obscuriora prius
adducit, mox rem cōfirmaturus, quasi ita dicit: Di
cetis forte me de meipso testimonium perhibe
re, neq; fidē mihi adhibēdam. quibus uerbis eorū
ponens obiectionē, soluit, ostenditq; eorum men
tis abscondita non ignorare. Ita primum uirtutem
suam indicat, inde probationes affert perquā mani
festas: triplex testimoniū ad uerborum suorum
probationem adducēs, opera sua, patrem testem,
Ioannis præconium, & primum imbecillius. Cum
enim dixisset, Alius est qui testimonium perhibet
de me: subdidit, Vos misistis ad Ioannem, & te
stimonium perhibuit ueritati. Quòd si non est ue
rum testimoniū eius, quomodo dicit: Scio quòd
uerum est testimonium Ioannis, & testimoniū per
hibuit ueritati? Ecce manifeste cōstat, quum dixit
testimonium meum non est uerum, secūdum illo
rum opinionem locutum. Quid si ille ad gratiam
testatus est? Ne hoc dicerent, non inquit, Ioannes
testimonium perhibuit de me: sed prius uos misi
stis ad Ioannem. Non misissetis, nisi dignum arbi
traremini, cui fides esset adhibēda. Et quod maius
est, non miserunt interrogatum de Christo Ioan-
nem, sed de seipso. Cuius igitur in propriis rebus
testimonium fide dignū putabāt, longe magis in
alienis. Siquidem nō ita de seipso locutus, ut de al
tero quispiam creditur. Ioānes autem tantæ apud
Iudæos erat opinionis, ut de se alterius non indi
geret testimonio. Non eñ qui missi sunt, dixerūt,
quid dicis de Christo? sed, tu quis es? Quid dicis
de teipso? adeò ipsum admirabantur. Hoc totum
significauit Iesus his uerbis, Vos misistis ad Ioan
nem: propterea Euāgelista non missos tantum di
xit, sed missorū personas diligentius exponit: non
ex infima plebe uiros, non abiectos & uiles, non
qui corrumpi & decipi possent: sed sacerdotes &
pharisæos qui sanè eius uerba intelligerēt. Ego
autem non ab homine testimoniū accipio.] Qua
ergo gratia Ioannis adducis testimonium? Nō e
rat hominis Ioannis testimonium. Qui misit me,
inquit, baptizare in aqua, ille mihi dixit. Erat itaq;
dei, nō Ioannis testimonium. Nam ab eo id didice
rat. sed ne dicerēt, unde à deo didicit? & reprehen
derent, maiorem in modum ad eorū suspicionem
respiciens, imponit silentium. Neq; enim credibi
le erat, multos scire id Ioānem à deo accepisse, sed
tanq; ipse ex se diceret, fidem ei adhibebant: ideo
inquit, Ego non ab homine testimonium accipio.
Sed ne dicerent, Si nō accipis ab homine testimo
niū, cur adducis? Vide quo pacto obiectioni oc
currit. Sed hoc dico, ut uos salui sitis.] Hoc est,
ego hominis nō indigeo testimonio, cū deus sim:
uerum quum Ioannes tantæ apud uos autoritatis
sit, quum tanquam prophetam admiremini, (ete
nim ciuitas omnis ad Iordanem ipsum auditū ef
fundebatur:) mihi autem & miracula facienti non
creditis, idcirco eius uobis testimonium in memo
riam reduco. Ille erat lucerna ardēs & lucens, uos
autem uoluistis exultare ad horam in luce eius.]
Ne dicerent, Quid ad nos, si ille testimonium per
hibuit? id nos nō recipimus, recepisse ostēdit. Ne
que enim contemnendos miserunt nuncios, & uo
luerunt exultare: adeò illum admirabantur, neq;
poterant cōtradicere. Illud autem uerbum, Ad ho
ram, facilem eorum mutationem, & fluxum & in
firmum studiū indicat. Ego autem habeo testimo
nium maius Ioanne. Nam si uelletis rem ipsam &
opera considerare, ipsa longe magis uos adduce
rent ad credendum, quum uoletis, ad Ioānem uos
relego: nō quòd ego indigeam, sed quoniam om
nia facio, ut uos alliciam, uos saluos faciam. Habe
mus enim operum testimonium Ioanne maius, ta
men quod uobis propius est & familiarius, quod
uos magis admiramini, utor. Lucernam aūt Ioan
nem appellauit, ut ex se lucē non habere, sed à spi
ritus gratia demonstraret, quod ad sui differentiā
posuit: sed nō ita manifeste dixit, quòd esset sol iu
stitiæ, sed tantum eos acrius tetigit, quod quemad
modum illum cōtempserint, se quoq; contemne
rent. Etenim quem tanti faciebāt, ad horam admi
rati sunt: quod nisi fecissent, quāprimum Christo
illius persuasione credidissent. Vt igitur eos omni
uenia indignos ostendat, addidit: Ego habeo testi
monium maius Ioanne. Quale? operum. Ope
ra enim, inquit, quæ dedit mihi pater ut perficiam
ea, ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhi
bent de me, quia pater me misit.] Hic paralytici,
& filij reguli sanati, & aliorum plurium meminit.
Nam diceret fortasse quispiam, magnifica Ioānis
uerba de Iesu ad gratiam dicta: quamuis neq; hu
iusmodi de Ioanne uiro optimo, & tantæ apud Iu
dæos admirationis, suspicio oriri posset. Verum
opera etiam insanis persuaderent, ideo eorum ad
duxit testimonium, & respōdet obiectioni, quòd
non esset à deo, qui sabbatū non custodit. Hac gra
tia inquit: Opera quæ dedit mihi pater. atqui suа-
pte autoritate ea operabat, sed ad maius indiciū,
quòd nihil contra patris uoluntatem faceret, hu-
milius

milius locutus est. Sed quamobrē non dixit, Ope
ra quæ dedit mihi pater, testantur me æqualem pa
tri? Vtrūq; enim ex operibus ostendisset, & se æ-
qualem patri, quod alio in loco his uerbis confir-
Ioan.10 mauit: Si mihi nō creditis, operibus credite, ut co
gnoscatis quòd ego in patre, & pater in me est. Vtrunq;, inquam, ostendisset, & se æqualem patri, et minime illi contrarium. Quamobrem ergo nō ita dixit, sed potiori parte relicta, minorē posuit? quo niam id nimiū à principio uisum esset. Nam si lon ge minus est credi à deo uenisse, quàm deo æqua lem esse: alterum enim etiam prophetarū, erat, al terum minime: pro minori tamen magnam adhi bet diligentiam, intelligēs quòd si hoc auditores reciperent, reciperent etiam alterum: & maius me morās testimonium, quod minus est posuit, ut & id reciperetur. Et qui misit me pater, ipse testi- B monium perhibuit de me.] Et quonā pacto? Hic est filius meus dilectus (in Iordane) ipsum audi te. sed hoc probatione indigebat: Ioannis uero te stimonium manifestum erat. Ipsi enim ad eum mi serāt, nec inficiari poterant, & signa similiter uide rant, & ipsum sanatum audierant, & crediderant, & propterea cum accusabant. Relinquebatur er go, ut patris testimonium demonstraret, quod cō firmaturus, inquit: Nec uocem eius unquam
Exod.19 & 20 Psal.80 audistis.] Et quomodo Moses dicit, Deus loquu tus est, Moses autem respondit? Quomodo Da uid, linguam (inquit) quam non nouerat, audi uit? Iterum Moses: Si est gens talis, quæ audiuit uocem dei. Neq; speciem eius uidistis.] Atqui & uidisse eam Esaias, Hieremias, Ezechiel, & alij C complures testantur. Quid ergo inquit Christus? In philosophicam paulatim introducit disciplinā, ostendens deum neq; uocem habere, neq; speciē, sed esse omni figura, omni uoce superiorē. Nam si cut dicendo, Neq; uocem eius audistis: nō uocem quidem proferre, inquit, sed non audiri: ita neque speciem eius uidistis, Non formam habere & non uideri, uerum neutrū id habere intelligit. Etenim ne se iactatorem appellarēt, & tantum ad Mosen deum locutum dicerent, ut dixerunt: Nos scimus, quia Mosi locutus est deus, hunc autem nescimus unde est: inquit, neq; uocem deum habere, neque speciem. Et quid hoc dico? Non modo neq; audi- D stis deum, neq; uidistis, sed quod maxime gloria mini, quę accepistis à deo præcepta, ea habere nō potestis gloriari. ait ergo: Et uerbum eius nō habetis in uobis manens.] Hoc est, institutiones, præcepta, legem, prophetas. nam licet ea deus in stituerit, non tamen apud uos sunt, quoniam mihi non creditis. Nam si ubiq; scripturæ mihi necessa rio credendum testantur, uos autem mihi non cre ditis, eius uocem à uobis lōge abesse perspicuum est. Ideo subdidit, Quia quē misit ille, huic uos non creditis.] Deinde ne dicerent, & quo pacto si uocem eius non audiuimus, tibi testimoniū per hibuit? his uerbis occurrit: Scrutamini scriptu ras, quia uos putatis in ipsis uitam æternam habe re. Illæ sunt quæ testimonium perhibent de me.] Scripturarum testimoniū adducit, atqui & apud

A Iordanem, & in mōte perhibuit deus testimoniū: non tamen hoc adducit, non enim forasse credi disset. Vocem namq; ex monte non audierant, apud Iordanem audierāt, quod non tamen atten derant: ideirco relegat eos ad scripturas, ubi sit pa tris testimoniū: prius tamen antiqua tollit, in qui bus gloriabantur, tanquam deum uiderint, & au dierint. Cum enim consentaneum esset Iudæos, quæ in monte facta sunt nō credituros, eorum pri mò suspicionem reprehendit, & cōsentire scriptu ris demonstrat, ad quarum eos testimonium rele gat: hoc nos exemplo aduersus hæreticos hinc ar ma sumamus. Omnis enim scriptura diuinitus in- 2.Tim.3 spirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfe ctus sit homo dei ad omne opus bonū instructus: B non alijs abundet, alijs careat, hic enim nō est per fectus. Quæ utilitas, dic queso, quum quispiam in tentē orationibus uacat, non autem affatim cala mitosis miseretur: uel si miseretur, cupidus tamen est, & uiolentus: uel si his abstineat, ad ostentatio nem abstinet: uel si optimo animo miseretur, inde postmodum in superbiam effertur: uel si humilis sit, & ieiunijs se macerat, auaritiæ studijs & terræ incumbit? Radix enim & mater omnium malo rum auaritia est. hanc fugiamus: hoc peccatum orbem terrarū perdidit, hoc omnia confudit, hoc à felicissimo Christi seruitio nos abduxit. Nō enim potestis, inquit, seruire deo Matth.6 & mammonæ, qui contraria Christo præcipit. Si quidem Christus dicit, Da indigentibus: mammo C na, rape ab indigentibus. Christus, Insidiantibus & calumniantibus ignoscas: mammona, qui tibi nullam iniuriam intulerunt, persequaris. Ille, pius esto & mansuetus: hic, crudelis & immanis: nihil te moueant lacrymæ pauperum, ut in illa die se uerum nobis iudicem non cōciliemus. tunc enim omnia opera nostra in omnium conspectum pro ferentur: & quos iniuria affecimus, quos spoliaui mus, omnem nobis auferent excusationem. Nam si Lazarus diuitem, non quòd ullam ab eo iniu- Luc.16 riam acceperit, sed quòd non inuenerit misericor diam, tam acerrime accusauit, ut nullam consecu tus sit ueniam: quamnam hi consequentur, qui non modo nulla in calamitosos misericordia usi sunt, sed uim inferunt, & pupillorum diripiunt fa- D cultates? Si qui Christum eiurientē non pascunt, tantum eos manet supplicij: quid de his æstiman dum est, qui rapiunt aliena, qui multis uim infe runt, qui omnia operantur iniuste? Hanc nos cu piditatem caueamus dilectissimi. cauebimus au tem si iniustos homines, & iniuste locupletatos, qui iam obierunt considerabimus: quorum pecu nijs & laboribus alij fruuntur, ipsi uero igni & sup plicijs cruciantur intolerabilibus. Et quænam de mentia in hac uita anxie semper, & in summis la boribus uiuere, ut mortui pœnis immortalibus torqueamur? Licet nobis & in hac uita in delicijs & in uoluptatibus uiuere, quas nihil adeò parit, quàm eleemosynæ conscientia: & quum hinc mi grabimus, uitiorum sordibus uacuos, bona asse-

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui sempiterna. Nam sicut malitia & uiuentes & A mortuos affligit & torquet: ita uirtus ante cœlestis regni participationē sectatores suos & spe bona & incredibili fouet uoluptate: quam ut & in hoc, & futuro seculo consequamur, bonis operibus muniamur: sic futuram nobis coronam comparabimus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, & spiritui sancto gloria in secula seculorum, Amen.

EX CAP. V. HOMILIA XL.

SCRVTAMINI scripturas, quia uos putatis in ipsis uitam æternam habere: & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me: & nō uultis uenire ad me, ut uitam æternā habeatis.] Longam ad uos de spiritualibus rebus orationem ha- B bemus dilectissimi, neq; tamē eam nobis satis esse ad salutem arbitramur, etiam si pro uiribus insista mus. Nam si in rebus secularibus, & in comparandis diuitijs nemo sibi satisfacere uideatur, cum his præter rationem & modum utatur, lōge magis in spiritualibus id usu uenerit. Siquidē lōge hęc maiori indigēt studio. Propterea Christus Iudæos ad scriptutarum nō simplicem & nudam lectionem, sed ad inuestigationem perq; diligentem relegauit. Non dixit, legite scripturas: sed scrutamini. Diuina enim summa indigent diligētia: in umbra enim maioribus illis non ab re locutus est. Idcirco effodere profundius iubet, ut quæ alte delitescūt, inuenire possimus. Non enim rem in superficie & in promptu positam effodimus, sed quę tanquam C thesaurus profunde reconditur. Qui enim huiusmodi quærit, nisi summā adhibeat diligentiam & laborem, nunquā quæsita inueniet: quamobrem inquit, Scrutamini scripturas, quia uos putatis in eis uitam æternam habere. Non, inquit, habetis: sed, putatis habere: Vt demōstraret nihil eos sola lectione proficere, nisi fides accedat. Dicit igitur: Nunquid scripturas admiramini? Nunquid inde uitam consequi arbitramini? Illæ de me perhibēt testimonium, & non uultis uenire ad me, ut uitam æternam habeatis. Non immerito, inquit, putatis, quoniam ipsi credere nolebant, sed in sola lectione gloriabātur. Deinde ne nimio studio gloriæ suæ spicionem incuteret, & id dicere putaretur ut sibi autoritatem conciliaret: etenim Ioānis & patris te D stimonium, & opera sua meminerat, & omnia conatus est ut eos alliceret ad credendū: ne, inquam, credibilem multis suspicionem incuteret, subdit:

Lectio sacrarum literarum absq; fide non ualet

Claritatem ab hominib. non accipio.] Hoc est, nō egeo humana gloria, sol enim à lucerna lucem non accipit. Qua igitur gratia hoc dicitur? Vt salui sitis, ut superius inquit. significauit tamen & hic etiam, cum dixit, Vt uitam habeatis. Affert autem & aliam causam. Sed cognoui uos, quia dilectionem dei nō habetis in uobis. Quum tanquam dei amatores Iudæi Christum persequerētur, quòd se æqualem deo faceret, sciret; non esse credituros, ne quis percontaretur cur id diceret, ut uos reprehendam, inquit, quòd nō pietate in deum me persequimini. Nam si ipse & operibus & scripturis mihi perhibet testimonium, quemadmodū antehac me deo cōtrarium arbitrati, expulistis: ita ex quo uobis ueritatē ostendi, recipere deberetis, si deum diligeretis: sed nō diligitis, propterea hoc locutus sum, ut temere uos elatos ostendā, & inuidiam obtegere: quod etiam ex sequentibus confirmat.

Ego enim ueni, inquit, in nomine patris mei, & non accepistis me: si alius uenerit in nomine suo, illum accipietis.] Animaduerte ut omnibus in locis propter hoc se missum, & à patre accepisse iudicium, & nil posse à seipso facere profitetur, ut omnem tollat incredulitatis excusationē. Sed quem nam non in nomine patris uenturum dixit? Antichristum & perfidiam eorum sine contradictione demōstrat. Nam si tanquam dei amatores me per- B sequimini, lōge magis Antichristū persequi oportuerit. Ille enim neque se missum à patre, neq; eius uoluntate uenire dicet: sed omnē sibi potestatem uendicabit, se omnium deum profitebitur, ut Paulus inquit, In omnibus dicētem se deum, aut quod colitur: ostendētem seipsum deum esse, hoc est q̄ proprio nomine uenerit: ego autem me in nomine patris mei uenire, psiteor. Satis id indicare poterat, quòd deum non amarent, cum ab ipso missum non reciperent. Verum ex Antichristo etiam eorum impudētiam coarguit, quum eum qui se à deo missum prædicat, non recipitis: coletis autem qui se deum nescire, & se maximum deorum esse gloriabitur. Perspicuum erat quòd inuidia ipsum persequebantur, ideo duas affert sermonis sui causas, & prius utiliorem. Vt salui sitis, & uitā habeatis. Et licet non essent audituri, grauiorem tamen ponit, ut assolet. Et quidē Paulus de Antichristo disputans, prophetauit, quòd mittet illos deus in operationem erroris, ut credāt mendacio, ut iudicentur omnes qui nō crediderunt ueritati, sed cōsenserunt iniquitati. Christus autem non dixit uēturum: sed si uenerit, ut remissius auditores offenderet: nam propter summā eorum perfidiam, Antichristi aduētum tacuit. Paulus autem intelligentibus aperte eum manifestauit, quod illos inexcusabiles facit. Deinde incredulitatis causam his uerbis exequitur: Quomodo potestis uos credere, qui gloriam inuicem accipitis: & gloriā quæ à solo deo est, nō quæritis?] Hic iterum ostendit, nullam eos diuinorū considerationem habere, sed eorum prætextu proprium affectum obtegere: tantum autem à quærenda dei gloria abesse, ut humanam potius quàm diuinam optarent. Qua ergo ratione tantum odij pro dei gloria susciperēt: quam adeò cōtemnebant, ut etiam humanam præponerent? Cum itaq; simulatā eorum in deum dilectionem arguisset, & ex his quæ in se facerent, & quæ in Antichristum essent facturi, ostendisset; nulla uenia dignos: iterū Moſen qui eos accusat, in medium adducit: Nolite putare quia ego accusaturus sum uos apud patrem: est qui accusat uos Moses, in quo uos speratis. Si enim crederetis Mosi, crederetis forsitā & mihi: de me enim ille scripsit. Si autem illius literis nō creditis, quomodo meis

credetis

credetis uerbis?] Hoc est, ante me ille uos uestri A tebat, si attentionem præstabant. Ideo non in demonstrationibus tantum, sed in sentētijs & minis uehemēs est, ut uel hoc saltem pacto metu trahat ad credendum. Illi autem tacent. Talis enim malitia est, quicquid dicat, fiatue, non exurgit, sed prōprium seruat uenenū: sed omnis ab animo ejcienda est, nec ulli nectendus dolus. Ad prauos enim prauas uias deus mittit: & spiritus sanctus sapientiæ fugiet dolum, & discedet à rationibus imprudentium. Nihil enim tam stultos homines facit, q̄m malitia. Fraudulētus enim, perfidus, ingratus (hæ namq; malitiæ species sunt) cum nō lædentem lædit, cum nectit dolos, cum beneficiorū obliuiscitur, nónne summæ præ se fert stultitiæ indicium? Nihil sapiētiores reddit, quàm uirtus: etenim gratos, benignos, mites, humanos, mansuetos, lenes, cæteris uirtutibus præditos efficit. Quid ita affectis prudentius? fons, mater, radix sapientiæ, uirtus, non secus ac malitia omnis ex stultitia oritur. Siquidem superbus & iracūdus, quoniam sapientia carent, his affectibus absumuntur, ideo inquit Propheta, Non est sanitas in carne mea à facie in- *Psal. 37* sipientiæ meæ: ut omne peccatum è stultitia ortū habere demōstret. nam qui uirtuti studet, qui deū timet, is sapientissimus est. Initium, inquit, sapien- *Eccl. 1* tiæ, timor domini. Quòd si ita est malus, qui dei timorem non habet, sine dubio non est sapiens: qui hac uera caret sapiētia, stultissimus est. Atqui multi malos admirantur, quòd & iniuriā facere & offendere possint: nō intelligentes eos maxime miseros existimandos, qui cū alios se lædere arbitrētur, in se ensem stringunt: quod ultimæ est dementiæ, ut seipsum lędendo quis non cognoscat, sed sibi alium lædere uideatur. Quod Paulus sentiens, inquit: Quare non potius iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Non accipere in- *1. Cor. 6* iuriam in nō inferendo est, sicut nō pati malum in non faciendo male, quamuis multi ambigant, nec sapientiam amplecti uelint. Hęc considerantes dilectissimi, non qui accipiunt, sed qui inferunt iniuriam, eos miseros dicamus, deploremusq;, quum ipsi maxime accipiāt, & cum deo bellum gerant, cum omnium contra se ora aperiāt, quum in hoc seculo mala laborēt fama, & in futuro perpetuum sibi pariant supplicium: qui autem accipiunt, & magno animo omnia perferunt, deum propitium habeant, omnes eis commisereantur, omnes laudēt, omnes benigne suscipiant. Ipsiq; in hac uita maximum sapientiæ exemplum præbeant, & in futuro gloriam expectēt sempiternam: quam utinam omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cū quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

EX CAP. VI. HOMILIA XLI

POST hæc abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis, & sequebatur eum multitudo magna, qui uidebant signa quæ faciebat super his qui infirmabātur, &c.] Nolimus dilectissimi prauos & maledicos homines prosequi

Universidad de Deusto
Biblioteca

& insectari: sed eos & eorum malitiã toleremus, quum nihil ab his uirtus nostra offendatur, nihil detrimenti accipiat: ita enim omnis eorum impetus frangitur. Et quemadmodũ sagittæ in durum aliquod signũ immissæ, magno impetu huc illuc disperguntur, mollius uero assecutæ figuntur & desinunt: ita & maledicos & feros repugnãdo magis exasperamus, cedendo mitigamus facile, & eorum mollimus insaniam. Idcirco Christus, quum audissent pharisæi ipsum plures quàm Ioannes discipulos habere, & baptizare, abijt in Galilæã, ut eorum inuidiam & furorem quem ex se audito ortum credibile erat, extingueret: non tamen eundẽ locum quem ante petijt: non enim in Cana Galilææ, sed trans mare concessit. Sequebatur autem eum multitudo magna, quia uidebant signa quæ faciebat. Quenam? cur non enumerat? Quoniam hic Euangelista plurimum in Christi sermonibus & doctrina uersat, considera in toto anno: etenim nunc in festo Paschæ nõ aliud quàm paralytici & filij reguli nobis signum exposuit. Neq; enim omnia narrauit, neque potuisset, sed ex multis & magnis pauca. Sequebatur eum multitudo magna, quia uidebant signa quæ faciebat. Nam philosophicis admodum subtilitatibus utitur: ad tantam enim doctrinam magis signis adducebãtur, & rudiores maxime. Signa, inquit, non fidelibus, sed incredulis: sed non huiusmodi apud Matthæum populus, uerum stupebãt omnes doctrinam eius, quia docebat eos tanquam potestatem habens.

Quid autem montem subijt, & ibi sedebat cum discipulis suis?] Propter futurum signum. Quòd autem soli cum ipso discipuli ascenderunt, multitudinis non sequentis desidiam coarguit. Ad hoc etiam nos admonet à perturbationibus & tumultu discedẽdum. Idoneus siquidẽ ad philosophiam locus solitudo: aliquando Christus solus montem ascendit & orat, ut ostendat qui deo uult frui, eum ab omni cura & solicitudine uacare, & quietũ locum quærere oportere. Erat autem proximum Pascha dies festus Iudæorum. Quanam gratia omnibus ad solennitatem Hierosolymam properantibus, ipse in Galilæã, & inde in Capernaum: non modò abijt, sed & ducit discipulos? Vt paulatim legem soluat, quum Iudæorũ malitia occasionem acceperit. Quum subleuasset Iesus oculos, & uidit quòd multitudo magna uenit ad eum.] Non abre cum discipulis sedere ostendit, sed aliquid diligentius & magna omnium attentione differere. Ex quo Iesu studium & humilitatem in discipulos uidere licet. Sedebant intentis in magistrum oculis. Inde cum subleuasset Iesus oculos, & uidit multitudinem uenientem, alij euangelistæ dicunt discipulos obsecrasse Iesum, ne ieiunos dimitteret: Ioannes autem, Iesum Philippum rogasse. Vtrunque mihi uerum uidetur, alio & alio tempore: illud, cũ hoc antiquius. Sed quam ob rem Philippũ interrogat? Norat qua discipuli magis doctrina indigerent. Hic est qui postmodum ait, Ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Propterea eum rogauit, ut magis appareret miraculum, & coactus A consiteri penuriam, melius intelligeretur miraculi magnitudo, quàm si simpliciter id fecisset. Ait ergo: Vnde ememus panes ut manducent hi?] Sic & in ueteri testamento, non prius signum fecit deus quàm Mosen interrogaret, Quid est hoc quod tenes in manu tua? Nam quum admirabile aliquid & repentinum priorum nonnunquã obliuionem facere soleat, primum cum propria confessione alligari uoluit, ut nullo stupore obliuisci iam possit. Vult præterea comparatione signi magnitudinem intelligi. Ducentorum denariorum panes, inquit, non sufficiunt his, ut unusquisq; modicum quid accipiat. Hoc autem dicebat tentans eum, ipse enim sciebat quid esset facturus.] Quid significat, Tentans eum? Num quid esset responsurus, ignorabat? Minime. Quid igitur? Ex ueteri B testamẽto licet intelligi, ubi inquit: Quę postquã Gen. 22
gesta sunt, tentauit deus Abraham. Ille respondit, Adsum. Ait illi: Tolle filium tuum unigenitum, quem dilegis Isaac. Nõ dixit hoc, ut an paréret experiretur, cum omnia deus uideat priusquã fiant, sed hominis more utrunq; dictum est. Sicut enim quum dicit, Scrutatur corda hominum: non ignorationis est, sed certissimæ cognitionis: ita tentauit, nihil aliud quàm certam scientiã significat, uel quòd probatiorem ipsum fecit. Vt ergo Abrahã, ita & Philippum interrogando admonet, ut miraculum diligentius cõsideret. Ideo Euangelista ne quid his uerbis absurdum de Christo suspicareris, & in magnum prolabereris errorem, ipse (inquit) sciebat quid esset facturus. Vt igitur hoc loco euã C gelista diligenter hoc notat, ne decipiamur: ita cũ inquit, Propterea magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, æqualem se faciẽs deo: nisi ea esset Christi operibus confirmata sententia, eam quoq; correxisset suspicionem. Nam si in Iesu uerbis timet Euangelista, ne quid perperam suspicemur: multo magis in aliorum sermonibus, si non uerum id eos opinari intelligeret. Sed nihil dixit: norat enim eam fuisse Christi sententiam, quòd esset æqualis deo, nec eos perperam opinatos. Quum igitur interrogasset Philippum, dixit Andreas frater Simonis: Est puer unus hic qui habet quinque panes ordeaceos, & D duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos?] Prudentior quàm Philippus Andreas, non tamen penitus rem intellexit. Puto autem eum adductum prophetarum miraculis, ut Helisæi ex panibus. præcessit ergo Andreas Philippum, non tamen in ipsum cacumẽ euasit. Hinc delicijs dediti intelligant, quid magni illi uiri & admirabiles comedẽrint, quam uilis & modica eorum mensa fuerit. Intueamur eorum in omnibus abstinẽtiam. Quum dixisset, Habet quinq; panes ordeaceos: subdidit, Sed quid hæc inter tantos? Putabat enim ex paucioribus pauciora, ex pluribus plura facturum miraculorum autorem, in quo decipiebatur. Similiter enim & ex pluribus & paucioribus panes multiplicare poterat: neq; enim subiecta materia indiget deus. Sed ne creatura ab ipsius sapientia aliena uide-

na uideretur, ut secuti homines Marciõis opinione infecti calũniati sunt, ipsa usus est creatura in miraculorum subiectum. Et cum ambo discipuli nihil sperarent, signum ostendit: ita prius rei difficultate confessa, maius lucrum consequitur. Diuina enim demonstrabatur potẽtia. Et cum signum superiori tempore à prophetis factũ, licet non eodem modo facturus, & gratias prius acturus, ne stultè eius imbecillitatem opinarentur, considera quonam pacto ex omnibus mẽtes erigit, & differentiam demonstrat. Siquidem nondum uisis panibus, ut intelligas quæ nõ sunt, sicut ea quæ sunt
Rom. 4 ei subdita esse: ut Paulus testat, Vocans quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt: tanquam paratis epulis præcepit illos statim discumbere, ut hinc discipulorum animos excitaret. Cum enim ex sermone illo lucrati essent, continuo paruerũt, neq; perturbati sunt, dicẽtes: Quid hoc est? quid iubes discumbere? nihil est paratum. Sed ante miraculum credere cœperunt. Et qui paulo ante adeò diffidebant, ut unde emerent panes nescirent, iam fideliter discumbere turbam faciunt. Sed quid tandem cum sanaturus esset paralyticum, cum suscitaturus mortuum, cum maris sedaturus tempestatem, non agit gratias, hic agit? ut ostendat ante cibum gratias deo agendas. Accedit ad hoc, quòd in minoribus maxime gratias agit, ut nõ indigentiam intelligas. Nam si indiguisset, lõge magis id in maioribus fecisset: quæ si uirtute propria operabat, & illa operatum constat. Præterea & multitudo C magna aderat, quam persuaderi oportebat diuina id fieri uoluntate. Quamobrem cum solus facit signa, nihil eiusmodi dicit: præsente autẽ multitudine ne deo & patri aduersari putaretur, gratias agendo omnem penitus aufert suspicionem. Et dedit discumbentibus, & impleti sunt. Ecce inter dominum & seruum differentia. Illi enim ad mensuram habentes gratiam, dimensa faciebant miracula: deus autẽ absoluta potestate perquàm abunde operatur. Et superfuerunt, inquit, fragmẽta, quæ non fuerunt superflua, sed ideo factum ne imaginatio quædam existimaretur. Et idcirco ex subiecta quoque materia operatus est. Sed quanam gratia non dedit turbæ, ut ferrent, sed discipulis? Quoniã hos magis erudiri uolebat, qui totius orbis magistri erãt futuri. Multitudo enim pa D rum emolumenti è miraculis erat consecutura: mox namq; obliti sunt, & petũt aliud signum. Discipuli plurimam cõsecuti sunt utilitatẽ. Erat autem & hoc nõ parum ad Iudæ damnationem, qui cophinum portabat. Sed quòd eorum eruditioõis gratia id fecerit, in sequentibus in memoriam his uerbis reducens, significat. Nondum scitis quot cophinos accepistis? & quòd æquali numero discipulis fuerint cophini fragmẽtorum: alias uero cum non amplius admonendi essent, non duodecim cophini, sed septem sportæ superfuerũt. Ego autem non panis modo copiam & multiplicationẽ admiror, sed quod tantũ quæ duodecim sportulæ caperẽt fragmẽta superfuerũt, cũ præuiderit quantũ essent consumpturi: tantũ enim superesse uoluit, quod profecto ineffabilis potẽtiæ est. Cõfirmarunt igitur fragmenta miraculum utrumq; indicantia, neq; imaginationẽ esse, & ex illis quæ comederant superesse. Piscium reliquiæ nullæ superfuerunt. Sed post resurrectionem nõ amplius est subiecta materia. quamobrẽ ut intelligas nũc materia usum, non propter necessitatẽ, non quòd ea pro fundamẽto indigeret, sed ut hæreticis silẽtium imponeret. Turbæ autem dicebant: Quia hic est uerè propheta.] O gulæ incredibilem auiditatem. Maiora his miracula, & quidem innumera operatus est Iesus, neq; hoc unq; confessi sunt, nisi nũc exaturati. Vnde constat quòd prophetã aliquem eximium expectabant. Etenim illi dicebant, Tu es propheta. Et hi, Hic est uerè propheta, qui uenturus est in mundum. Iesus autem B cum cognouisset, quia uenturi erant, ut raperent eum, & facerẽt regem, secessit iterum in montem ipse solus.] Proh quanta gulæ uis, quàm mutabilis sententia, iam non amplius calumniantur, nec sabbati transgressionem curant, neq; dei zelo mouentur: omnes has curas pleno uentre abiecerũt, propheta erat, regem uolebant: Christus autẽ fugit. Quid tandem? ut humanarum dignitatum cõtemptus nos admoneret, ut ostẽderet nullis secularibus rebus indigere. Qui eñ uilia elegerat, matrem, domum, patriam, uictum, uestimenta, quid terrena appeteret? cœlestia illustria erant & magna, angeli, stellæ, pater & spiritus, testimoniũ perhibentes, prophetæ ipsum iampridem annunciãtes: terrena omnia ei uilia erant, ut hoc pacto clarius eius potestas appareret. Secessit igitur in mõtẽ eruditurus nos, ut secularia contemnẽtes, neq; huius uitæ claritudinem admiraremur: sed cõtemptis his omnibus futura optaremus, complectaremur, amaremus. Qui enim humana admiratẽ, nulli erit in cœlis admirationi. Quocirca, inquit Pilato, Regnum meum non est de hoc mundo: ne uideretur humano metu, & uiribus ad persuasionẽ Ioan. 18
uti. Quare inquit propheta: Ecce rex tuus uenit Zach. 9
mansuetus, & sedens super asinam. Regnum suũ non huius seculi, sed cœli dicit: propterea inquit, Gloriam ab hominibus nõ accipio. Assuescamus igitur dilectissimi, huius seculi honorem contemnere, neq; eum desideremus, honorati sumus honore maximo. Cui hic comparatus, infamia, nugæ, ignominia est: sicut mundi diuitiæ supernis illis collatæ, paupertas, & uita hæc sine illa mors est. Dimitte, inquit, mortuos. Hãc igitur gloriam Matth. 8
aucupari nolimus, quã qui exhibent, umbræ sunt & somnium, & longe ipsa gloria uiliores. Gloria, inquit, hominis tãquam flos fœni. Quid flore fœ- 1. Pet. 1
ni corruptibilius? Sed esto sit diuturna, quid animæ conferret? Nihil sane, uerum maiorem inimo dum officit, quippe quæ seruos efficiat, & quidem emptis uiliores, seruos non uni addictos domino, sed duobus, tribus, innumeris, quibus diuersa imperantibus parent. quanto melior libertatis conditio est quàm seruitutis. dei seruum ab hominum seruitio liberemus: at si omnino gloriam quæris, immortalem aucupare, quæ longe

Universidad de Deusto
Biblioteca

utilior est, & magis expetenda. Seculi homines A damno tuo suam quærunt utilitatē: Christus contrà centuplum reddit quàm dederis, & tandem uitam æternam elargitur. Quid ergo satius, quid expetibilius, in terra an cœlo, hominibus an deo ad mirabilem apparere? damnum an lucrum consequi ad unam diem, an ad sempiterna secula coronari? Da indigenti, non histrioni, ne cum tuis pecunijs & animā illius perdas. Tu enim stulta ambitione perditionis eius causa es. Siquidem qui se in orchestra exercent, si artem suam sine lucro futuram scirent, iampridem destitissent: uerum cum te plaudentem, accurrentem, multa largiētem uideant, etiamsi artis pigeret, lucri cupiditate adducuntur. Si scirent neminem laudaturum, non amplius irritos labores subirent, uerum cū omnibus B se admirationi esse intelligāt, multitudinis laude alliciuntur. Abstineamus dilectissimi his impensis, quæ nullam afferunt utilitatē: discamus in quibus et quando cōsumere oporteat, ne utrinq; deū ad iram prouocemus, & congregando unde non licet, & dispergendo in quæ non licet. Qua enim in te ira, qua uindicta indignus sis, cum in meretricem eroges, mendicum expellas: nam etiam si iusti laboris mercedem solueres, nónne crimini tibi adscribendum esset, mercedem sceleri, & pro merita pœna honorem impendere? Cū spoliatis orphanis & uiduis impiorum luxuriam foues, cōsidera qui ignis, quod te supplicium maneat. Audisti Paulum, Non tantum qui hæc faciunt, sed laudant facientes. Fortasse acrius uos arguimus, q; si C non argueremus: operū tamen supplicia manent eos, quin unquam emendantur. Quid utilitatis, si ad uestram loquerer uoluntatem, cum punienda sint scelera? probas saltantem, laudas, admiraris: nónne illo peior efficeris? Siquidem eum inopia excusat, cui omnia uidētur licere: tu hac cares excusatione: ille rogatus cur alijs omissis artib. huic se dediderit, nō negabit turpem, & iniustam esse. sed multa paruo labore lucrari dicet: tu rogatus, quare luxuriosum, sordidum, infamē admireris, non itidem poteris excusari, sed opus erit, ut deiecto uultu erubescas. Quòd si nobis quam reddas rationem non habes, quomodo apud horrēdum illud tribunal, & iudicium inexcusabile, ubi cogitationum, uerborum, operum omnium reddituri D sumus rationem, cōstabimus? quibus oculis iudicium intuebimur? quid dicemus? quam causam, quam excusationem aptam, aut ineptam saltē excogitabimus? quam inutilis impensæ, quam uoluptatis, quam proximorum quos illa arte perdidimus? Nihil te defendet, punieris sine dubio, & quidē quod omni caret fine supplicio. Quod ne accidat, sumo studio caueamus, ut spe firma hinc migrantes, sempiterna bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum patri gloria, simul et spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

EX CAP. VI. HOMILIA XLII.

VT autē sero factum est, descenderūt discipuli eius ad mare. Et cū ascēdissent nauim, uenerūt trās mare in Capernaū. Et tenebræ iā factæ erant, & nō uenerat ad illos Iesus, &c.] Non præsens tantū discipulis suis Iesus, sed à longe absens, eorū studet utilitati: etenim cū ubiq; affluere & operari posset, & cōtrarijs idē effecit. Contemplare igitur, dimissis discipulis Iesus ascendit in montem. Vt aūt sero factū est, descenderunt discipuli eius ad mare, & ad uesperū usq; Iesu reditum expectarunt, inde ob immēsum in eum amorem adhuc ipsum quærere non cessant. Non dicunt, Vesper est, tenebræ nos comprehendent. Quò ibimus? loca periculosa sunt, periculosum tēpus: sed magistri desiderio nauem ascendunt. Neq; ab re euāgelista tempus significauit, ut ex eo uehementissimā eorū dilectionem ostenderet. Quam obrem autē dimisit discipulos Iesus, & rursus apparet solus super mare ambulās? Vt eos erudiret, quàm graue ipsis esset solos relinqui, & maius sui faceret desiderium, necnon & suam demōstraret potestatem. Sicut enim non omnem doctrinā eis cū multitudine cōmunicauit, ita neq; signa. Oportuit enim eos aliter initiari, quibus cōmittenda erat cura orbis terrarum, ut aliquid amplius haberent. Priuatim ergo ipsi transfigurationē in monte, nunc super mare ambulantem, multa & miranda post resurrectionem uiderunt, & alia præterea arbitror. Fuerunt autem in Capernaum, nō quòd ibi eum esse scirent, sed inuenire uel inter nauigādum opinati. Timuisse autem eos significat euangelista, & à tempore, tenebræ enim iam factæ erant: & à tempestate, quia mare magno flatu exurgebat: & a loco, quia longe à terra recesserant.

Cū remigassent quasi stadia uiginti quinq;, aut triginta:] & à re incredibili. Videt enim Iesum ambulantem super mare, & perturbatis eis dixit: Ego sum, nolite timere.] Sed qua gratia ita apparuit? ut componendę tempestatis autorem se esse ostenderet. Hoc significat euangelista, cū inquit:

Voluerunt ergo accipere eum in nauem, & ita tim fuit nauis ad terram quam ibant.] Non enim tutum duntaxat, sed & secundum uentum præstitit. Multitudini autem super mare non apparuit: nam maius signū erat, quam eorū imbecillitas pateretur: sed neq; discipulis diutius se ita uidēdum præbuit, sed simul & uisus est et euanuit. Quod autē apud Matthæū signū est, alterū fuisse arbitror, quod multipliciter cōstat. Sæpe etenim similia fecit signa, non tantū ut admirarētur, sed tanq; noui spectatores firmiter crederent. Ego sum, nolite timere. Verbo timorem pellit. non ita alias cū dixit Petrus: Si tu es, iube me uenire ad te. Sed unde Matth. 14
tunc non statim crediderunt, nunc crediderunt? Quoniā tunc tempestas manebat, & agitabat nauem, nunc una cū uoce sedata est. Vel illud prius signū ostendit, cuius exēplo hoc facilius crederētur. Quid aūt nauē non alcēdit? Vt maius appareret miraculū, & suā apertius reuelaret diuinitatē: neue

néue uideretur necessitate, sed benignitate & gra A tia ad eos uenisse. Et permisit tempestatē oriri, ut ab eis inquireretur: sedauit, ut uirtus & potestas cognosceretur: non ascendit nauē, ut clarius esset miraculum. Altera autem die turba quæ stabat trans mare, ut uidit quia nauicula alia nō erat ibi nisi una, & quia non introijsset ibi cum discipulis suis Iesus in nauē, sed soli discipuli eius abijssent.] Qua de causa tanta in hoc narrando diligentia utitur Ioannes? Vt licet non tam manifeste, admoneat tamē turbā miraculū intelligere potuisse. Vidit, inquit, unā duntaxat nauiculam, qua discipuli traiecerant, & Iesum cū discipulis nō fuisse, & abeuntes inuenerūt eū in Capernaū. Quid aliud hinc erat existimandū, quàm q; mare pedibus uadauerat? nō em̄ alia naui traiecisse poterat, cum una tū B discipulorū appulisset. Verū nihil de tāto miraculo percontati sunt, Quomodo huc uenisti? sed tātū quando uenerit, rogarūt: nisi quando, pro quomodo, qs uelit intelligi. Operæpretiū autē hoc in loco cōsiderare instabilē multitudinis uolūtatē: qui em̄ paulo ante dixerant, Hic est uere propheta, qui eum rapere & facere regē uolebāt, iam refrigauerant, & oblīti miraculi nō amplius admirabantur, sed quærebant arbitror, alias cibū accipere. Transierunt duce Mose mare rubrū Iudæi, sed magna differentia: ille tanq; seruus supplicando, Iesus propria et absoluta potestate trāsiuit: illi Austro tunc spirante paruit aqua, & aridam præbuit transeuntibus, Iesum nihil à sua natura motū mare, ut dominū admirabilius pertulit, illud testatū, C Ambulans super mare tanq; super pauimentū. Iure aūt uenturus in Capernaū gentē duram & mínime persuasibilem, signū panis operatus est: nō solum incolis, sed peregrinis admirantibus, ut eorum molliret incredulitatē. Siquidem cū tāta turba tanto feruore & studio conuenisset, nónne uel lapis moueri debuisset? non tamen moti sunt, iterum ctbū quærebāt, ideo à Iesu reprehenduntur. Nos autē his cognitis, tum sensibilium, tum spiritualiū gratia munerū gratias deo agamus, Sic enim ipse uult, & propter hæc illa dat. Imperfectiores sensibilibus allicit, & præmonet cū his admodum adhuc inhient, quibus acceptis, cū altius erigi negligunt, grauiter accusantur. Nam & paralytico illud primum dare uoluit, sed non passi sunt. D
Matth. 9 Siquidem cum diceret, Remittuntur tibi peccata tua, blasphemiam calumniabantur. Idem nos sentire nolimus, spiritualiū nobis potior ratio sit. Nā si spiritualia assequimur, amissis corporeis nullū patimur detrimentum, sine illis aūt quæ nobis reliqua spes est? quod solatiū? Quocirca spiritualia nobis à deo petenda & optāda sunt. Hæc nos postulāda docuit, & si recusemus, in ea oratione quā nobis instituit, nihil ad carnē, omnia ad spiritum pertinētia inuenimus, & si quid in ea sensibile est, id quodammodo fit spirituale. Nam si nihil amplius quærimus quàm panem consubstantialem, hoc est quotidianum, spiritualis animi, & sapientis est. Priora autem, Sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnum tuum, Fiat uolūtas tua sicut in cœlo & in terra: omnia ad spiritum referuntur. Et post illam particulam, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: ad spiritum redit, Dimitte, inqt, nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Non principatum, non diuitias, non gloriam, non potentiam, sed animæ tantum utilitatem postulandam: non terrena, sed cœlestia petenda mandauit. Nam si secularibus abstinere iubemur, quæ miseria, quę amētia est ea à domino postulare, quæ habita abijciendæ desiderare, in quibus nullam omnino curā adhibendā præcipit? Iniusta petimus, ideo nihil proficimus. Et quomodo, inquis, mali, iniusti, raptores, auari dicuntur? Non deus id exhibet, abest, sed rapina & cupiditate diuites efficiūtur. Cur deus permittit? Quoniam permisit & diuiti, ut ad maius eum re- Luc. 16
seruaret supplicium. Audi quid ei dicatur: Fili accepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala: nunc aūt hic cōsolatur, tu aūt cruciaris. Quod nos in delicijs & peccatis seculi lasciuientes, ne subeamus supplicium, ueras nobis cōparemus diuitias, & ueram sapientiā cōplectamur, ut promissa bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

EX CAP. VI. HOMILIA XLIII

RESpōdit eis Iesus, & dixit: Amē amē dico uobis, quæritis me, non quia uidistis signa, sed quia manducastis ex panibus & saturati estis. Operemini nō cibū q perit, sed qui permanet in uitam æternā.] Non semper clementia utendum est, & lenitate: sed ignauus discipulus, & ingenio pinguior, acrioribus magistri stimulis ab ignauia excitandus est: quem morem & hic, & alibi sæpe numero dei filius seruauit. Accedentibus em̄ turbis, & applaudentibus, Rabbi quando huc uenisti?] ut humanam se gloriā contemnere, & eorum tantum salutis curā ostendat, asperius respōdet, neq; tam hac quàm eorū animi detegēdi gratia, ut pateret omnibus. Amen, inquit, amen dico uobis, quæritis me, non qa uidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. Modestius coarguit, nō gulæ & uentris seruos appellauit: non tot miracula, quæ neq; secuti erant neque D admirati, exprobrauit: non tam alia quàm paulo ante factū miraculum meminit, quod non admirabantur: sed quia saturati erant, sequebantur, ut iterum saturarentur, & ea gratia reuertebantur. Propterea dixerunt: Patres nostri comederunt mānā in deserto. Quod eos corporeo cibo inhiare indicabat, rem sanè maximè reprehendēdam. Iesus autem non reprehensioni tantum immoratur, sed doctrinæ incumbit. Operemini, inquit, nō cibum qui perit, sed qui permanet in uitam æternam, quem filius hominis dat uobis. Hunc enim pater signauit deus. Hoc est, nolite corporis cibum curare, sed spiritus. Nonnulli autem ignauiæ & desidiæ dediti, his uerbis abutūt, ac si Christus laborum opera tolleret. Quibus necessariò respon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

respondendũ est. Totam enim, ut sic dicam, Christianam calumniantur religionem, ut suam socordiam tueantur. Sed audiant Paulum, Recordamini domini dicentis, Beatius est dare quàm accipere. Atqui unde potest dare, qui non habet? Quid Marthæ inquit Iesus? Solicita es, & turbaris erga plurima, porrò unum est necessarium, Maria optimam partem elegit: & iterum, Nolite curare de crastino. Hæc omnia soluenda sunt, non solum ut pigros excitemus, sed ne pugnare uideatur diuina scriptura. Etenim alibi inquit Paulus: Rogamus autem uos fratres, ut abundetis magis, & operam detis, ut quieti sitis, & ut uestrũ negocium agatis, & operemini manibus uestris, sicut præcepimus uobis, ut honestè ambuletis, ad eos qui foris sunt. Et iterũ: Qui furabatur, iam non furetur: magis autẽ laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatẽ patienti. Hic Paulus non simpliciter præcipit operari, sed ita, ut indigenti subueniat. Et alibi: Et necessitatibus meis, & eorum qui mecũ sunt, ministrãt manus ipsæ. Et ad Corinthios: Quæ est ergo merces mea? ut euangelium prædicans, sine sumptu ponam euangelium: & in ciuitatem illam ueniẽs mansit apud Aquilam & Priscillam, & operabatur, erant enim scenofactoriæ artis. Hæc omnia, quantũ ad uerba, pugnare maxime uidentur. Sũt ergo exponenda. Sed quid dicemus? Non curare & non operari intelligendum est, ne toto animo secularib. rebus inhiemus, neq; de quiete crastina, tanquam superuacua cogitemus. Non licet aliqua huiusmodi cura operãtẽ perturbari. Neq; enim idem est cura & operatio. Neq; ut operi cõfidat quispiam operetur, sed ut communicet indigenti. Quod autem ad Marthã locutus est Iesus, non in operando reprehẽsionem dixit, sed quòd tempus considerandum sit, & distribuendum, ne audiẽdi uerbi dei occasio in carnalium rerum cura consumatur. Non ergo desidiam laudat Iesus, sed ad audiendum allicit. Veni, inquit, ut uos necessaria docerem, tu autem circa prandium occuparis. Varijs ciborum generibus me uis accipere, alium cibum para. Sermonibus meis attende, sororis desideriũ imitare. Neq; coarguebat Iesus hospitalitatem, absit: sed doctrinæ tempore alijs nõ esse uacandum negocijs admonebat. Illa autẽ particula, Operamini non cibum qui perit, nõ in desidia uiuendũ significat: hic enim cibus est qui maxime perit, siquidem omnis malitiæ fomes est desidia: sed operandum & erogandum indigẽtibus, qui cibus minime perit. Qui pigritiæ deditus, uẽtri uiuit, delicijs uacat, is cibum operatur qui perit: qui uero ex labore suo Christum nutrit, potũ dat, uestit: quis adeò sensu caret, ut eum cibum pereuntem dicat operari, per quem & cœleste regnũ, & illius bona nobis promittuntur? Hic cibus perpetuus est. At Iudæi cũ nullam fidei rationem haberent, cum nihil cogitarent, unde, & qua uirtute ille cibus uenisset: sed tantum nihil operãdo satietatem quærerẽt, merito huiusmodi qui perit cibum appellauit. Paui uos, inquit, ut inde permanentẽ cibum quæreretis, quo nutriretur animus, uos terreno attenditis. Ideo hunc uobis uslem dare nolo, qui caducam & fluxam uitã, sed qui sempiternam præbeat: qui non corpus, sed animã pascat. Sed cum magnifice de se locutus esset daturum se cibum pollicendo, ne iterum calumniandi illis materiã præberet, ut sibi fidem faceret, in patrem id refert. Nam cum dixisset, Quem filius hominis uobis dabit: subdit, Hunc enim pater signauit deus. Propterea misit qui hunc uobis cibũ ferret. Quod & aliter potest interpretari. Alibi inquit Christus, qui audit hoc, Me signauit q̃ deus uerax est: hoc & manifeste ostendit. Quam mihi significationẽ & in hoc loco habere uidetur hæc particula, Signauit pater: hoc est, ostendit & suo reuelauit testimonio. Etenim ipse se ostẽdit & Iudæos affatus patris in medium protulit testimonium. Ea igitur dilectissimi dominum postulemus, ea oremus, quæ iure nobis ab eo negari nequeãt. Secularia eñ etsi cõtigerint, minime noxia sunt: si uero ditabimur, hic tantum delicijs fruemur: si pauperes erimus, nihil officiet. Siquidẽ neq; quæ aut optanda in hac uita, aut molesta uidentur, ad uoluptatẽ aut tristitiam uim ullam habere debẽt, sed utraq; contemnenda. Defluunt enim quàm celerrime: quare uitæ appellantur à deo, altera Iata & facilis, altera angusta & aspera. Vtraque uita immortalis futura, & supplicij, & gloriæ, Ad alteram fugiendam, alteram assequendam summam adhibeamus diligẽtiam. Quænam secularium quæso uoluptatum utilitas? Hodie sunt, cras elabuntur: hodie flos pulcherrimus, cras aridus puluis: hodie ignis ardens, cras crinis extinctus: spiritualia autem perpetuo clara, floridaq;, & indies splẽdidiora permanent. Nunquã illæ cessant diuitiæ, nunquam transferuntur, nunquam desinũt, nunquam solicitudinẽ, inuidiam, calumnias afferunt. Non perdunt corpus, non corrumpunt animum: quæ omnia in his rapiuntur diuitijs. Gloria illa non in superbiæ stultitiam tollitur, nõ tumet, nunquam cessat, nunquam fit obscurior. In cœlo uoluptas & deliciæ sempiternæ, immortales, nullo fine, nullo termino cõprehendendæ. Has desiderio prosequamur, præsentia omnia præ futuræ beatitudinis spe, ut ridicula, etiam in regum aulas et familiaritatem accíti, contemnamus. Quibus licet nihil beatius uideatur, parua tamen & uilia, & nullius momenti ducunt, qui cœlestia animo cõplectuntur. Quicquid finem habet, non admodũ precio sum est: quicquid cessat, & hodie est, cras desinit, etiam maximum, quàm uilissimũ est existimandum. Non igitur quæ fugiunt & elabũtur, sed quæ permanent et nunquam mutantur, bona prosequamur. Vt omnes ea consequi mereamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum,
Amen.

EX

EX CAP. VI. HOMILIA XLIIII

Dixerunt ergo ad eũ: Quid faciemus, ut operemur opera dei? Respõdit Iesus, & dixit eis: Hoc est opus dei, ut credatis in eum quẽ misit ille. Dixerunt ergò ei: Quod ergo tu facis signum, ut uideamus & credamus tibi? Quid operaris? Gulæ uitium excæcat ualde

Nihil gula perniciosius, nihil ignominiosius est: hæc obtusum & crassum ingeniũ, hæc carnalẽ animã reddit, hæc cæcat intellectũ, nec sinit ut quicquã perspiciat: quod ut in Iudæis usuuenerit, intuere quæso. Cum enim gulæ inhiarẽt, cum secularibus affixi, nihil spirituale cõtemplarenẽ, multis eos uerbis et aculeis impellit, multum suadet, neq; tamẽ excitantur, sed adhuc humi iacent. Dixerat enim, Quæritis me, non quia uidistis signa, sed quia mãducastis ex panibus, & saturati estis: reprehensione eos perterruit, quinã quærendus esset cibus ostẽdit. Nam dicendo, operamini non cibum qui perit: addidit præmiũ, Sed q permanet in uitam æternam: & ad id quod eis obstabat occurrit, q̃ à patre missus sit. Quid illi? Tanq̃ nihil audissent: quid faciemus, inquiunt, ut operemur opera dei? Quod dicebant, non ut discerent & facerent, sed ut iterũ saturarentur, ut ex sequentibus apparet. Quid ad hæc Christus? Hoc est opus dei, ut credatis in eũ, quem misit ille. Ad hæc illi: Quod signũ facis, ut uideamus & credamus?

Patres nostri manducauerunt manna in deserto.] Nihil his stultius, nihil insipiẽtius, cũ signum in manibus haberent, tanq̃ nullũ fecerit rogant, quod signũ facis? neq; in eius potestate signum relinquunt, sed necessario ei præscribunt, ut nullum aliud faciat, quàm quod maiorum suorum temporibus factũ est. Patres nostri manducauerũt manna in deserto. Hoc exemplo moueri Christum arbitrati ut idem faceret, quo carnaliter pascerẽtur. Sed quidnã nullum aliud ex prioribus signis meminerunt, cum plurima tunc temporis in Ægypto, in mari, in deserto facta essent, sed hoc duntaxat? Quia hoc maxime impulsu uentris desiderabãt. Quid aũt qui prophetã eum appellastis, & regem facere uoluistis, post uisum signũ, ac si nil fecerit, ingrati & perfidi facti estis, & signum quæritis, parasitorũ & famelicorum more loquẽtes? Nunc uobis manna admirationi est: non adhuc anima uestra debilitata est? Et aduerte irrisionẽ. Non dixerunt, Moses signum fecit, tu quid facis? perturbari eum arbitrabantur, sed adhuc honorifice loquuntur, cibi expectatione: neq; dixerunt, deus hoc fecit, ne huic æqualem, illo humiliorem facere uiderentur, sed medium quoddã tenuerũt, Patres nostri manducauerunt manna in deserto. Et, pfecto ad hæc Christus dicere potuisset, se maius fecisse miraculum, non uirga, non precibus eguisse, sed propria omnia fecisse uirtute: q̃ si manna meministis, ecce panem uobis præbui. Verum non erat nũc his uerbis locus, sed unum curabat, ut ad spiritualem cibum eos adduceret: & cõsidera immensam Christi prudentiam, quo pacto respondeat: Nõ Moses dedit uobis panẽ de cœlo, sed pater meus dat uobis panẽ de cœlo uerũ.] Sed quid non dixit, non Moses dedit, sed ego: sed pro Mose deum, pro manna seipsum posuit: quia magna erat auditorum imbecillitas, ut ex sequentibus constat. Etenim ita dicendo, non tamen cohibuit. Atqui primum dixit: Quæritis me, nõ quia uidistis signa, sed quia mãducastis ex panibus, & saturati estis: non tamen illi reprehẽsi desiterũt. Verum cum Samaritanæ se aquam daturum pollicitus est, patris nõ meminit: sed, Si scires, inquit, donum dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam uiuam: & iterum, Aquam quam ego dabo: et non refert ad patrem. Hoc autem in loco patris meminit, ut quanta fuerit Samaritanæ fides, quanta Iudæorum imbecillitas, intelligeres. Nõ de cœlo erat mãna, quomodo ergo de cœlo dicitur? quem admodum, Volucres cœli: &, Tonuit de cœlo de us. Panem autem simpliciter, & non uerum illum appellat, non quòd falsum esset in manna miraculum, sed quòd figura esset, nõ ueritas. Et cum Mosi meminisset, se illi non contulit, neque se adhuc illi præponit, cum maiorem adhuc de illo haberent opinionem. Ideo inquiens, Non Moses dedit, non se, sed patrem dedisse testatus est. Tum illi, Da nobis panem hunc.] Adhuc enim sensibile quiddam suspicabantur, adhuc uentrem implere expectabant: ideo quamprimum obuiam facti sunt. Quid Christus? Alliciẽs eos paulatim inqt, Panis dei est, qui descendit de cœlo, & dat uitam mundo: nõ Iudæis tantum, sed uniuerso orbi: neque simpliciter cibum, sed alteram quandam uitam, & legem diuersam. Vitam autem dicit, quoniam omnes mortui erant. Illi humi incumbentes, Da nobis, inquiunt, hunc panem. Cum autem intelligeret Christus, quòd donec sensu perceptibilem mensam arbitrarentur, concurrerent: cum spiritualem, discederent: Ego, inquit, sum panis uitæ, qui uenit ad me, non esuriet: et qui credit in me, non sitiet unquam. Sed dixi uobis, quia & uidistis me, & nõ credidistis.] Hoc & Ioannes superius prædixit: Quod nouit loquitur, et quod uidit testatur, & testimonium eius nemo accipit. Et ipse iterum: Quod scimus loquimur, & quod uidimus testamur, & non creditis mihi. Quod facit, præoccupans eos, & ostẽdens nõ propterea perturbari, neq; gloriam desiderare, neq; cordis arcana ignorare, neq; præsentia, neq; futura. Ego sum panis uitæ. Iam in mysteriorum traditionem deuenturus est, & primũ de diuinitate sua sic disputat: Ego sum panis uitæ. Neque enim de corpore hoc dictum est, de quo circa finem inquit, Panis quem ego dabo, caro mea est: sed adhuc de diuinitate. Etenim illa propter deum uerbũ panis est, quemadmodum hic panis propter aduenientem ei spiritum, panis cœlestis efficitur: hic autem nõ utitur testibus, quemadmodum in priori disputatione: habebat enim ipsum panũ opus in testimoniũ, quamuis credere dissimularent: illic cõtradicebant & arguebãt, ideo hoc in loco suã decernit sententiam; illi uero cũ corporis cibum sperarent,

non

A
B
C
D
A
B
C
D

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sunt perturbati, quoad spe deciderũt: neq; ta men tacuit, sed arguit uehemẽter. Qui enim cum panẽ comederent, prophetam appellabant, & regem facere uolebant, hoc in loco indignati, fabri filium dicunt: & quidem uidebantur indignari, q̃ de cœlis descendisse diceret: non tamen hæc erat causa, sed quòd corpus non pasceret: quòd si uerè indignabantur, rogare eos oportebat, quomodo panis uitæ esset, quo modo de cœlo descendisset. Nunc aũt minime hoc rogant, sed murmurant, & quòd hoc eos non perturbasset, inde perspicuum est. Dicente enim Iesu, Pater meus dat uobis panem: non dixerunt, roga ut det: sed da nobis panem. Atqui non dixerat, ego do: sed, pater meus dat. Ea enim erat cupiditas cibi, ut inde se saturari posse arbitrarẽtur. Quo dato, quo modo postmodum scandalizari debebant, & maxime cum patrem dare intelligerent? Quẽnam ergo causa? Cũ audirẽt nõ amplius edendum, incredulitatis præ textum inuenerunt, quòd altius loqueretur. Propterea dixit: Et uidistis me, & non creditis: Cùm signa, tum scripturarũ testimonia significant: Illæ enim sunt, inquit, quæ testimonium perhibent de me: & quòd ueni in nomine patris mei, & non accipitis me: &, quomodo potestis credere, qui ab hominibus gloriam accipitis? Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet: & eum qui uenit ad me, nõ ejciam foras.] Vide quomodo omnia ad hominum salutem conatur. Propterea enim hoc addidit, ne curiosus esse, & frustra hæc dicere uideret. Sed quid hoc significat, Oẽ quod dat mihi pater, ad me ueniet, ut resuscitem illud in nouissimo die? Qua gratia communis resurrectionis, cuius et impij participes sunt, ut præcipui credentiũ in se muneris meminit? quoniam non simpliciter resurrectionis, sed talis meminit. Nam cum prius dixisset: non ejciam, & non perdam ex eo, mox subdidit resurrectionem. In resurrectiõe enim alij ejciuntur: ut inquit, Tollite eum, & mittite in tenebras exteriores. Alij perduntur, Timete, inquit, magis eum, qui potest animam & corpus in gehennam perdere: & illud, Vitam æternam do, hoc significat. Ibunt enim qui mala egerunt, in resurrectionẽ iudicij: qui uero bona, in resurrectionem uitæ. Hanc hoc in loco resurrectionem ostẽdit, quæ est bonorũ. Sed quid sibi uult ea particula, Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet? Eorum tangit incredulitatem, ostendens q̃ qui non credunt, non se tantum, sed & patrem offendunt, & eius transgrediuntur uoluntatẽ: non tamẽ tam aperte id dicit: ut semper facit: quòd si hęc eius uolũtas est, & propterea uenit, ut saluum hominem faceret: qui non credunt, cum oppugnant. Cũ eñ pater, inquit, aliquem dirigit, nihil prohibet eũ ad me uenire: & alibi, Nemo potest uenire ad me, ni si pater traxerit eum. Et Paulus, Ipse tradidit eos patri. Cum enim tradet regnum deo, & patri: & quemadmodum pater dando non se priuat, ita & filius tradendo. Dicitur autem tradidisse, q̃ per ipsum accessum habuimus. Illa autẽ particula, Per quem, etiam de patre dicitur: ut illic, Per quem uocati estis in communicationẽ filij eius, & per uoluntatem patris: & iterum, Beatus es Simon Bar Iona, qa caro & sanguis non reuelauit tibi, Quod significat non paruam rem esse fidem, sed superno indigere auxilio: quod per totum euãgelium generotæ cuiusdam animæ, & inspirationis diuinæ esse contendit. Sed dicit fortasse quispiam, Si omne quod dat pater uenit ad me, & quoscunq; traxerit: & nemo potest uenire ad me, nisi datũ sit ei desuper: quibus pater non dat, hi nullo crimine tenentur. Verba hæc inania & friuola: opus est enim uolũtate nostra. Doceri enim credere uoluntatis est: hic autem nihil aliud ostendit his uerbis, Quòd dat mihi pater, quam non paruũ quiddam esse credere, atq; humanam cogitationem supernа indigere reuelatione, & anima quæ eam fideliter accipiat. Et illud, Qui uenit ad me saluus fiet: hoc est, multam adhibebit diligẽtiam. Pro his ueni, & carnem & seruii formam accepi: Deinde subdit. Descendi de cœlo, non ut faciam uoluntatem meã, sed uoluntatẽ eius qui misit me.] Quid dicis? Alia ne tua, alia illius uoluntas est? Ne igitur hoc quispiã suspicaretur, addidit: Hæc est autem uoluntas eius qui misit me, ut omnis qui uidet filiũ, & credidit in eum, habeat uitam æternã. Hæc nunquid uoluntas tua est? Et cur alibi dicis, ignem ueni mittere in terrã, & quid uolui nisi ut iam ardeat? Quòd si tu hoc uis, constat unam esse uoluntatem. Etenim alio in loco, Sicut pater, inquit, suscitat mortuos & uiuificat: sic & filius ẽs uult uiuificat. Quæ est uolũtas patris? ne perdam ex eo quenquam: hoc & tu uis. Non est igitur alia uoluntas & alia. Etenim alibi: Sæpe uolui congregare filios tuos, & noluisti. Quæ ergo hæc est sententia? Hoc est, non ueni ut aliud facerem, quam patris uoluntatem, neq; ego aliud sentio. Omnia enim quæ patris sunt, mea sunt: & quæ mea, patris. Si igitur patris & filij omnia communia sunt, non immerito inquit, Non ut faciam uoluntatem meam. Sed hoc in loco nõ ita inquit, sed in finem remittit. Alta enim & sublimia, ut dixi, adhuc tegit, & obumbrat. Nam si dixisset, uoluntas mea hæc est, cõtempsissent illi. dicit itaq; se operam eius uoluntati præstare, ut eos magis perterreret: quasi dicat, Quid putatis? an qd̃ me irritatis? Nisi credetis, patrem meum in indignationem mouetis. Hoc enim significat uoluntatẽ eius qui misit me. Vt omne quod dedit mihi pater, non perdam ex eo.] Vbi se eorũ non indigere obsequio, neq; ut sibi ministraretur aduenisse signat, sed propter eorum salutẽ, quod in superiore dixit disputatione, Gloriam ab hominibus non accipio. Et iterum: hæc dico, ut uos salui sitis. Hoc enim omnibus modis contendit persuadere, quòd eorum salutis gratia aduenerit, quòd patris gloriã quærat, ut nulla de se oboriatur suspicio: & q̃ hoc dicat, in sequentibus manifestius indicauit. Qui uoluntatem suam quærit, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius qui misit illum, hic uerax est, & iniustitia in illo non est. Hæc est eñ uoluntas patris mei, ut omnis qui uidet filium, & credit

credit in eum, habeat uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.] Frequenter resurrectionis meminit, ne præsentibus tantũ rebus diuinam præscribant prouidentiã: ut si his nõ fruantur, non propterea pigriores fiant: néue q̃ in hac uita non puniũtur, ideo contemnant, sed futuram expectent. Verum illi nihil lucrati sunt, nos uero lucramur, cum frequenter nostris auribus resurrectio insonat: & si dicescere, si rapere, si absurdum aliqd facere uoluerimus, è uestigio dies illa & iudicium animo inscribat, & omni freno uehementius absurdos affectus cogitatio hæc cohibebit. Atq; inuicem, & nobiscum semper dicamus: Resurrectio est, & horrendum illud nos iudiciũ manet. Et si quem gestientem uiderimus, & præsentibus bonis inflatũ, idem dicamus, & reducamus in memoriam omnia hic remansura: & si alius dolore & calamitatibus affectus occurrerit, ad eum quoq; ijsdem uerbis utamur, doceamusq; has miserias finem aliquando habituras. Inertis autem & pigri auribus insonemus desidię suę pœnas daturum. Sufficiens hoc uerbum, quod omni medicina nostram animam uehementius curet. Est enim resurrectio non longe sed in portis. Adhuc modicum, iamiam ueniet, et nõ tardabit. Et, Omnes oportet nos manifestari ante tribunal Christi, & malos & bonos: illos, ut merito ignominia afficiantur: hos, ut in gloria effulgeant. Quemadmodũ enim in hac uita iudices, malos supplicio, bonos honore publice afficiunt: ita & illic, ut malos maior ignominia, bonos clarior gloria consequatur. Hæc nos singulis diebus nostris mẽtibus subscribamus, hæc semper animo uersemus. Hoc pacto nulla nos præsentium cura poterit perturbare: nam quæ uidentur, cãduca sunt: quæ non uidentur æterna. Hæc, inquam, frequenter nobiscũ loquamur, & cum alijs: Resurrectio est, & iudicium & operũ examina. Et quicunq; fatum esse arbitrantur, hoc dicãt, & mox non huius morbi tabe curabuntur. Nã si resurrectio est & iudicium, nõ est fatum, quamuis plurimi id contendant. Atqui Christianos resurrectionis admonere erubesco. Qui enim docendus est esse resurrectionẽ, & sibi non omnino persuadet, quòd non necessario, & simpliciter & utcunq; contigerit, res ferantur: is profecto non est Christianus. Quamobrem hortor uos, & oro, omni nos malitia mundos reddamus, & omnia faciamus, ut ueniam cõsequamur, & excusatio nostra admittatur in illa die. Sed dicet fortasse quispiam, Et quando finis? Quãdo erit resurrectio? Ecce quantũ temporis pręteriit, et nihil tale contigit. Sed erit, credite. Etenim ante diluuium hos incredulos reprehendit: qui credidit, is solus liberatus est. Et rẽporibus Loth diram illam plagam non expectabant, donec fulgura illa & fulmina delata omnes perdiderũt. Neq; his, neq; temporibus Noe ne minima quidem futurorum malorum particula contigit: sed quemadmodum tum delicijs & ebrietati indulgentes, meritum repẽte supplicij oppressit: ita & resurrectio nõ in principio, sed in medio felicitatis superuenit. Ideo Paulus inquit, Cum enim dicẽt pacem & securitatem, tunc repentinus eis superuenit interitus: sicut & dolor in utero habentis, & non effugiẽt. Hoc autem fit, ut semper simus in timore, & nunquam confidamus. Quid dicis non expectandam futuram resurrectionem & iudiciũ? Dęmones hęc confitentur, & tu confiteri erubescis? Venisti, inquiunt, huc ut nos cruciares ante tempus? Qui futurum cruciatum dicũt, & iudicium, & examen, & supplicium futurum intelligũt. Nolimus ergo prouocare deum stulta audẽdo, resurrectioni diffidẽtes: quemadmodum in alijs nobis principium fuit Christus, ita & in hoc. Siquidem primogenitus idcirco dicitur ex mortuis. Quòd si resurrectio nõ est, quomodo primogenitus est mortuorũ, cum nemo post ipsum resurgeret? Quomodo dei iustitia seruaret, tot malis infelicitate, tot bonis in miseria uitam degentibus, ubi quisq; secundũ merita remunerabitur? Nemo recte uiuentiũ resurrectõi diffidit, sed quotidie precantur, sanctam illam uocem proferentes: Adueniat regnum tuũ. Qui sunt igitur qui resurrectioni non credunt? qui sceleste, inquinatam uitam & impuram uiuunt, ut Propheta inquit, Inquinatæ sunt uiæ eius in omni tempore, auferũtur iudicia tua à facie eius. Non potest, non potest, inquã, homo pure uiuere, qui non credit resurrectionẽ, ut qui nullius sibi conscij sunt criminis, eam nõ modo profitentur, sed & uolunt & credunt, ut remunerationem accipiant. Nolimus ergo deum prouocare, sed & audiamus dicentem: Timete eũ qui potest animam & corpus perdere in gehẽnam, ut metu meliores & hoc malo liberati, regno cœlorũ digni efficiamur: q̃d utinã oẽs cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cũ quo patri gloria, simul & spiritui sancto, nũc & semper, et in secula seculorũ, Amẽ.

Heb. 10
2. Cor. 5
Fatum negat Chrysostomus
Gen. 19

EX CAP. VI. HOMILIA XLV.

MVRMVRABANT ergo Iudæi de illo qa dixisset: Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi, & dicebant: Nonne hic est Iesus filius Ioseph? Quorũ deus uẽter & gloria in ignominia eorũ, inquit Paulus de Iudæis: quod ex præ dictis constat, & ex sermone quem ad Christũ accedentes habuerũt. Nam cum pane saturati sunt, prophetam appellabant, & regem facere cogitabant: cum uero spiritualem cibum, & uitam æternam edocti, & a sensu abducti resurrectionem & altiora acceperunt: cumq; maxime admirari eos oportuerat, tunc murmurabant & resiliebãt. Atqui si hic est, ppheta, ut dicebatis: Hic est, de quo inquit Moses: Prophetam uobis suscitabit dominus deus de fratribus uestris, tanquã me ipsum audite: oportuit ipsum audire dicentẽ, De cœlo descendi: non tamen audiebant, sed murmurabant: adhuc enim eum uerebantur propter nouum panis signum, ideo non manifeste contradixerunt, sed murmurando indignationem præ se tulerũt, quòd cibum nõ accepissent, quẽ cupiebant. Mura-

1. Cor. 1
Matth. 16
Ioan. 5
Matth. 23
Ioan. 5
Ioan. 17
Matth. 22
Luc. 12
1. Cor. 15
1. Thess. 5
Matth. 8
Matth. 6
Psal. 9
Matth. 10
Phil. 3
Deut. 18

Universidad de Deusto
Biblioteca

murabant ergo & dicebant: Nónne hic est filius Ioseph? Ex quo perspicuum est, quòd nondũ admirabilem eius norant generationem, idcirco ad huc Ioseph eum filiũ dicunt. Neq; negat Christus quòd esset, sed nõdum illi tantam rem audire poterant, neq; secũdum carnem quidẽ. Quòd si non hanc, lõge minus supernam illam & ineffabilem generationẽ. Si rem humiliorẽ non aperuit, multo minus illam. Atqui hoc eos maxime perturbabat, quòd uili patre, & fabro natus esset. Nõ tamẽ Christus rẽ ipsam subticuit, ne alio sublato, aliud scandalum excitasset: sed quid murmurantibus illis Christus? Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum.] Hic insurgunt Manichæi nihil nos ex nobisipsis posse, huius particulę testimonio cõtendentes. Sed plane nos posse quę uolumus per hoc ostendit: inquiũt em, Si quis uenit ad eum, quid opus est ut trahat? Verum hoc nostrum nõ tollit arbitrium, sed diuino egere auxilio ostendit: & non inuitum, sed omni conatu cõtendentem uenire. Inde quo pacto trahat, ne quid sensibile de eo suspicarentur, his uerbis prosequitur, Non quia patrem uidit quisquam, nisi is qui est à deo, hic uidit patrem.] Quo modo trahat, inquit, hoc propheta prædixerat, q̃ erunt omnes docibiles dei. Vides fieri dignitatẽ, q̃ non ab hominibus, neq; per hominem, sed per ipsum deum ea imbuendi sunt? Idcirco ut fidem uerbis suis cõparet, eos ad prophetas relegat. Nã si erunt omnes docibiles dei, quare aliquis nõ credunt? Quonam hoc de pluribus dictum est. Et præterea illud propheticũ omnes uolẽtes significat. Magister enim omnibus proponitur paratus ad docendum & communicandũ doctrinã suam.

Liberum arbitriũ nõ tollitur

Esa. 54

Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.] Nõ parua hoc in loco filij dignitas. Siquidẽ pater trahit, & hic resuscitat. Neq; diuidit patris & filij opera. Quonã enim pacto? sed potestatis æqualitatẽ ostendit: ut in illo loco: Et qui misit me pater, testimonium perhibet de me. Quod ne rogando insisterent, ad scripturas relegauit: ita hoc in loco, ne quid suspicarentur, ad prophetas, frequẽter ostẽdens se patri non esse contrarium. Quid autẽ qui ante hac fuerũt? nũquid docibiles erãt dei? Quid hoc in loco eximium est? Quòd tũc homines per res diuinas docebantur, nunc per unigenitum & spiritum sanctum: deinde inquit, Non quia patrẽ uidit quisquã, nisi is qui à deo est.] Non secũdum causæ rationem hic loquitur, sed secundum modum substantiæ. Nam si diceret: Omnes à deo sumus: ubi præstantia & differentia filij? Sed quare non apertius dixit? Propter illorum imbecillitatem. Etenim si dicendo, de cœlo descẽdi, tantum scandalizati sunt: quidnam fecissent si id addidisset? Panem autem uitæ seipsum appellat, quoniam uitam nostram & hãc & futuram corroborat. Et inquit: Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum.] Panem uero siue doctrinam hoc in loco & salutem & fidem in se, siue corpus suum dicit. Vtrunq; enim animam fortiorem reddit. Atqui alibi dixit: Si quis sermonem meum audierit, mortem nõ gustabit, & perturbati sunt: hic non itidem, quia iam ob panis miraculum eum reuerebantur. Animaduerte autem quam faciat huius panis & mannæ differentiam, ab utriusq; scilicet fine. Quòd enim manna nihil magnũ præberet, addidit: Patres uestri manducauerũt manna in deserto, & mortui sunt.] Inde subdit maximam persuasionem, quòd lõge pluris, maioribus illis patribus Mose & claris illorum temporũ uiris ipsi habiti sint. Cũ enim dixisset mortuos qui manna comedissent, prosecutus est: Hic est panis de cœlo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriat. Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descẽdi, qui mãducat ex hoc pane, uiuet in æternum.] Illa præterea particula, In deserto: mãna non diu durasse, neq; in terrã promissionis uenisse significat. Hic autem panis non est eiusmodi. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita.] Merito hoc in loco dubitare quispiam posset, cur hæc nũc Christus loqueretur, cum nihil proficeret, nihil ædificaret, imò esset ædificatis nocumento? Ex hoc enim, inquit, multi discipulis suis retro abierũt: &, Durus est hic sermo, quis potest eum audire?] Erant igitur hæc solis discipulis communicãda, ut Matthæus priuatim cum ipsis loqui testatur. Quid ad hoc dicemus? Quænam horum uerborum utilitas? Magna quidem & necessaria. Cum enim in petendo cibo instarent, & patribus suis datũ memorarẽt, & manna tanquam magnum quiddam laudarẽt, omnia illa figurã & umbrã fuisse, rerũ autẽ ueritatẽ præsentẽ ostendit. Ideo spiritualis cibi meminit. Sed erat, inquit, dicendum: Patres uestri manducauerunt manna in deserto, ego autẽ uobis panẽ præbui. Sed magna sanè differentia: minus enim hoc quàm illud uisum esset: Mannæ miraculum extulisset, suum de panibus depressisset. Cum ergo de cœlo cibum quærerent, ideo frequenter de cœlo se descendisse testatur. Quòd si quis percontaret, cur mysteriorum sermonem adduxerit? Respondebimus quòd horum nunc maxime tempus erat. Obscurius enim dictum semper auditorem erigit, & attentiorem reddit. Non ergo perturbari debebant, sed interrogare & quærere, Sed abierunt. Quòd si prophetam eum arbitrabantur, credere eius uerbis oportebat. Itaq; stultitia sua, non sermonis Christi obscuritate perturbabantur: tu autem cõsidera, quomodo eos ad se paulatim trahit. Nam se, nõ patrem dedisse dicit: & panis quẽ ego dabo, caro mea est pro mũdi uita. Sed aliena quædam doctrina erat, inquies, & diuersa. Atqui Ioannes superius hoc significat, agnum ipsum appellans, sed non intellexerunt. Non me latet, non tamen discipuli diffidebãt. Nam si de resurrectione nõdum quicquam norant, & propterea ignorabãt quid sibi uellet, Soluite templum hoc, & in tribus dieb. suscitabo illud: multo magis quæ hic dicunt, quæ obscuriora sunt. Quòd enim prophetæ suscitassent, norant, quamuis non tam manifeste locutæ sint scripturæ: quod autẽ carnem quis comederit, nunquam quisquam illorum dixerat.

Ioan. 5

Matth. 26

Verun-

Veruntamen persuasi sunt, & sequebantur, & habere eum uerba uitæ confitebantur. Hoc discipuli est, quæ magister asserit, nõ curiosius inuestigare, sed audire & credere, & idoneũ solutionis tẽpus expectare. Quid igitur aiunt cõtrarium accidisse? Abierunt retro, hoc propter eorum stultitiam. Quando em̃ subit quæstio quomodo aliquid fiat, simul subit & incredulitas. Ita & Nicodemus perturbatus est inquiẽs: Quomodo potest homo in uentrem matris suæ iteratò introire? Itidem & hi nũc: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Nam si hoc inquiris, cur non idem in quinq; panum miraculo dixisti, quo modo eos in tantum auxit? Quia tunc tantum saturari curabant, non considerare miraculum. Sed res ipsa tũc docuit, inquies. Ergo ex eo & hæc credere oportuit ei facilia factu esse. Propterea id prius fecit miraculum, ut per illud non essent amplius increduli his quæ postmodum diceret. Illi quidẽ tunc tẽporis nihil ex his dictis, nos ipsius beneficij utilitatẽ cepimus. Quare necessario dicendum quãm admirãda mysteria, & cur data sint, & quænam eorum utilitas. Vnum corpus sumus, & membra ex carne, & ossibus eius. Quare initiati eius præceptis parere debent. Vt autẽ non solum per dilectionem, sed re ipsa in illam carnem conuertamur: per cibum id efficitur, quem nobis largitus est. Cum enim suum in nos amorem indicare uellet, per corpus suum se nobis cõmiscuit, & in unum nobiscum redegit, ut corpus cum capite uniretur. Hoc enim amantium maxime est. Hoc Iob significabat de seruis, à quibus maxime amabatur, qui suum amorem præ se ferentes dicebãt: Quis daret nobis ut eius carnibus impleremur? Quod Christus fecit, ut maiori nos charitate adstringeret, et ut suũ in nos ostenderet desiderium, non se tantum uideri permittens desiderantibus, sed & tangi, & manducari, & dentes carni suæ infigi, & desiderio sui omnes impleri. Ab illa igitur mensa tanquã leones ignem spirantes, surgamus diabolo formidolosi, & caput nostrum intelligamus, & quam in nos præ se tulit charitatẽ. Parentes sæpenumero liberos suos alijs alendos dederũt, ego autem mea carne alo, me his exhibeo, omnibus faueo, omnibus optimã de futuris spem præbeo. Qui in hac uita ita se nobis exhibet, multo magis in futura. Vester ergo frater esse uolui, & cõmunicaui carnẽ propter uos & sanguinẽ: & per quæ uobis cõiunctus sum, ea rursus uobis exhibui. Hic sanguis facit, ut imago in nobis regia floreat: hic sanguis pulchritudinem atq; nobilitatem animæ, quam semper irrigat & nutrit, langue scere non sinit. Sanguis enim à cibo non fit repentẽ, sed prius aliud quiddam: hic quamprimum irrigat animã, eamq; ui quadam magna imbuit. Hic mysticus sanguis dæmones procul pellit, angelos & angelorum dominum ad nos allicit. Dæmões enim cum dominicũ sanguinẽ in nobis uidẽt, in fugam uertuntur, angeli autem procurrunt. Hic sanguis effusus, uniuersum abluit orbem terrarũ, de quo multa Paulus ad Hebræos prosequutus est. Hic sanguis abdita & sancta sanctorũ purgabat. Quòd si eius figura tantũ habuit uim in templo Hebræorum, in medio Ægypto liminibus aspersus, longe magis ueritas. Hic sanguis aureum altare signauit. Sine hoc princeps sacerdotum in penetralia ingredi non audebat. Hic sanguis sacerdotes faciebat, hic sanguis in figura peccata purgabat, in qua si tantam habuit uim, si umbram ita mors horruit, quantopere quæso ipsam formidabit ueritatem? Hic nostrarum animarum salus est, hoc lauatur anima, hoc ornatur, hoc incẽditur, hic igne clariorem nostram mentem reddit, & auro splendidiorẽ. Huius sanguinis effusio cœlum peruium fecit. Admirãda sanè ecclesiæ mysteria, admirabile sacrarium. Ex paradiso fons scaturijt, à quo sensibiles fluuij emanarẽt. A mẽsa hac prodijt fons, qui fluuios spirituales diffundit: iuxta hũc fontẽ nõ steriles salices germinant, sed quercus cœlum ipsum attingentes, quę fructus tempestiuos & solidos semper producũt: si quis æstuat, ad hunc fontẽ se conferat, et recreabitur. Mundat squalorem et sordes, æstus mitigat, nõ solares, sed quos ignitæ sagittæ imprimũt. Etenim ortũ suum superne habet, inde radicem unde irrigatur. Multi huius fontis riui, quos paracletus diffundit, et si lius arbiter est, neq; bidẽte, aut ligone uiam facit: sed animos nostros aperit. Hic fons lucis diffundens radios ueritatis, huic superne adsiterũt uirtutes, fluctuum eius pulchritudinem inspicientes. Nam manifestius q̃ nos ille propositorũ uirtutẽ & fulgorem inaccessibilem intuentur. Quemadmodum enim si quis liquefacto auro manum, uel linguam inijciat, quamprimũ deauratur: ita hæc nobis proposita animam auream reddunt. Resurgit enim uehemẽtius igne fluuius, neq; incendit, sed abluit tantum quicquid comprehẽderit. Hic sanguis præfiguratus est semp in altaribus, in iustorum cædibus: hic orbis terrarum decus est, hic est quo Christus emit, quo uniuersam ornauit ecclesiam. Vt em̃ homo seruos auro emit, & ornat: ita nos sanguine suo Christus. Qui huius sanguinis sunt participes, cum angelis & archangelis, & supernis uirtutibus commorantur: ipsam regiam Christi stolam induti, spiritualibus armis muniti. Sed nihil dixi, imò ipsum induti sunt regem. Sed sicut magnũ est, & admirabile, ita si pure accesseris, ad salutem accessisti: sin praua conscientia, ad pœnam & supplicium. Qui enim manducat & bibit indigne sanguinẽ domini, iudicium sibi manducat & bibit. Nam si qui regiam purpuram coinquinant, haud secus, quam qui scindunt, puniuntur: quid mirum si qui immũda conscientia Christi corpus accipiũt, idem suppliciũ subeant, quod qui cum clauis crucí affixerũt? Vide q̃ formidandam pœnam his minetur Paulus: Irritam quis faciens legẽ Mosi, sine ulla miseratione duobus uel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei cõculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est? Cõsideremus igitur rem nostram dilectissimi, cũ tantis fruamur bonis, & cũ

Exod. 12

Ioan. 3

Iob 31

1. Cor. 11

Heb. 10

Universidad de Deusto
Biblioteca

turpe aliquod animũ subit, cum ira, uel re, uel uer A bis rapimur: quid mereamur, quẽ spiritũ accepe-rimus nobiscum reputemus, & irrationabiles no-stros cohibeamus affectus. Hæc cogitatio nostra sit, Quouscp rebus præsentibus incũbemus? Quo uscp non excitabimur? Quouscp nullam saluti no-stræ curã adhibebimus? Intelligamus quot in nos beneficia contulit Christus. Gratias habeamus, glorificemus, non fide tantum, sed et operibus, ut futura bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, nunc & sem-per, & in secula seculorum, Amen.

EX CAP. VI. HOMILIA XLVI

DIXIT ergo eis Iesus: Amen amẽ di- B co uobis, nisi manducaueritis carnẽ filij hominis, et biberitis eius sangui nem, non habebitis uitam in uobis, &c.] Cum de rebus spiritualibus dis putamus, nihil seculare sit in animis nostris, nihil terrenum: sed omnia huiusmodi abeãt, omnia re legentur. Diuinos duntaxat sermones audiamus. Nam si adueniente rege omnis sedatur tumultus, multo magis spiritu nos alloquente, multo nobis silentio, multa admiratione opus est. Admiratio-ne nanq; digna sunt, quæ hodie exponunt. Amẽ, inquit, amen dico uobis, nisi manducaueritis car-nem meam, & biberitis sanguinem meũ, non ha-bebitis uitam in uobis. Etenim cum id fieri posse negarent, non solum non impossibile, sed & ne- C cessarium asserit. Qui mãducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Nam cum dixisset: Si quis mãducauerit ex hoc pane, nõ mo rietur in æternum: & credibile esset eos dicturos quemadmodum superius: Abrahã mortuus est, & pphetæ mortui sunt: & quomodo tu dicis, nõ gustabit mortem: Resurrectionẽ ponit, per quã soluit quæstionẽ, quòd non morietur in fine. Fre-quẽter autẽ in mysteriis uersat, & omnino id fie-ri oportere demonstrat. Quid autem signat, Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est po-tus? Aut q̃ is est uerus cibus, qui saluat animã: aut ut eos in prædictis cõfirmet, ne obscure locutũ in parabolis arbitrarẽt, inde inqt: Qui mãducat car nem meam, & bibit sanguinem meum in me ma-net: quod dicit, ut cum ipso se admisceri ostendat. Quod autem sequitur, non bene superioribus iũ-gi uidetur. Queramus igtiur quænam hæc sit con sequentia. Cum dixisset, Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meũ, in me manet: non absurde prosequit, Sicut misit me uiuẽs pater, & ego uiuo propter patrem. Nam cũ sæpe repetisset uitam æternã, ad id confirmandũ addit, In me ma net. Si in me manet, & ego uiuo: qui me sumit, & uicturũ perspicuũ est. Inde inquit, Sicut misit me uiuẽs pater, & ego uiuo propter patrẽ. Hæc cõpa ratio est & similitudo, hoc est, uiuo ego & pater. Et ne ingenitũ arbitrareris, addidit, Propter patrẽ: nõ q̃ operatiõis alicuius necessitatẽ ad uitam habeat, superius em̃ eã amouit suspicionẽ. Sicut pater habet uitã in semetipso, sic dedit & filio uitã habere in semetipso. Qd̃ si operatione indige-ret, inueniet aut pater nõ ita dedisse, & falsa esset oratio: aut si ita dedit, nullo alio indigebat auxi-lio. Quid ergo signat, ꝓpter patrẽ causam tantũ. Sicut uiuit pater, ita & ego. Et qui manducat me, Ioan. 5 & ille uiuit propter me. Vitam autẽ in hoc loco nõ qualemcũq; sed probatã dicit: quod inde cõstat, q̃ & infideles omnes, & nõ initiati, & q eius car-nem nõ manducant, uiuunt tamen. Quare mini-me dubiũ est, quin illam intelligit. Dicit ergo, qui manducat carnẽ meam, in morte nõ peribit, neq; damnabitur. Sed nõ de cõmuni dicit resurrectio-ne (siquidem omnes resurgẽt) sed de clara illa & D gloriosa, quæ præmium meret. Patres uestri man ducauerunt manna in deserto, & mortui sunt: qui manducat hunc panẽ uiuet in æternum. Frequen ter idem repetit, ut auditorum animis imprimat. Vltima enim hæc erat doctrina, ut resurrectionis & æternę uitæ fidem confirmaret. Quocirca post uitæ æternæ promissionem, resurrectionẽ propo nit, postq̃ illam futurã ostendit. Et unde hoc con stat? A scripturis ad quas eos semp relegat, ut in-de erudiantur. Cum autem dare uitam mundo di cit, in æmulationem eos adducit, ut si aliorum bo no mouentur, nolint ipsi excludi. Frequenter aũt mannæ meminit, & differentiam conferendo, ad fidem allicit. Nã si possibile fuit, ut quadraginta annos sine messibus & frumento, & alijs ad uictũ necessarijs uiuerent: longe magis nũc cum ad ma iora uenerint. Nam si in illis figuris sine labore ex posito colligebãt: nũc profecto magis, ubi nul-la mors, & ueræ uitæ fruitio. Vitæ autẽ ubiq; me-minit, nam eius trahimur cupiditate, & nihil sua-uius q̃ non mori. Etenim in ueteri testamẽto lon ga uita & multi dies promittebãtur: nũc uero nõ simpliciter uitæ longitudo, sed uita sine fine pro-mittitur. Simul & ostendere uult, quòd ex pecca-to supplicium: nunc reuocat & sententiam illam mortis soluendo, & uitæ sempiternæ inducendo, contra superiorũ temporũ institutionem. Hoc dicit in synagoga docẽs in Capernaum, ubi mul-ta miracula fecerat, quare maxime audiẽdus erat. Quanã autẽ gratia in synagoga docuit in tẽplo? Cum ut multitudinẽ traheret, tum ne patri cõtra-rium se esse ostẽderet. Multi ergo ex discipulis e-ius audientes dixerunt: Durus est sermo hic:] hoc est, asper, difficilis intellectu. Atqui nihil tale dicebat. Neq; em̃ de uita, sed de doctrina dissere-bat, ut in sui fidem traheret. Quid ergo, durus est hic sermo? Num quòd uitam annũciat & resurre-ctionem? Quòd ex cœlo se dixerit descẽdisse, an quòd saluus fieri nemo posset, qui eius carnẽ non mãducaret? Num hæc dura sunt? Et quis dixerit? Quid ergo est, durus? Difficilis intellectu, & quẽ capere eorum nõ posset imbecillitas, plenus for-midinis. Putabant enim eũ supra uires suas loqui: & dicebant: Quis potest eum audire?] pro se respondentes, cũ essent discessuri. Sciens autẽ Iesus apud semetipsum quia murmurabãt de hoc discipuli

discipuli eius:] Hoc enim eius erat diuinitatis ar-gumentũ, quòd cordis secreta reuelaret, Dixit eis: Hoc uos scandalizat? Si ergo uideritis filium Ioan. 1 hominis ascendentẽ, ubi erat prius.] Idẽ & ad Na thanaelẽ, Quia dixi tibi, inquit, uidi te sub ficu cre dis? maius his uidebis. Et ad Nicodemum: Nemo ascendit in cœlum, nisi filius hominis, qui in cœ-lis est. Quid igitur dubitationes dubitationib. an-nectis? Minime, absit hoc, sed doctrinæ magnitu dine & copia eos allicere conatur. Si enim simpli citer dixisset, de cœlo descẽdi, neq; aliud addidis-set, magis perturbasset auditores: cum autẽ addi-dit suum corpus mundi uitam esse: &, Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem: om nem soluit dubitationem. Nam qui magnum ali-quod de se prædicat, & fingendi suspicio subeat: B tollitur tamen si plura ad eius cõfirmationẽ colli-gant. Omnia aũt facit & dicit, ne Ioseph filius exi stimetur, non ut scandalũ augeat, sed ut tollat. Nã si Ioseph filiũ putassent, nullam eius uerbis fidem adhibuissent: si de cœlo descẽdisse, & illuc ascẽsu audissent attentius. Inde aliam adducit solu-tionem: Spiritus, inquit, est qui uiuificat, caro non prodest quicquã.] hoc est, secũdum spiritum uerba mea audiẽda sunt. Qui secundũ carnem au dit, nihil lucratur, nihil utilitatis accipit. Carnale est dubitare q̃modo de cœlo descẽdit, & Ioseph filium arbitrari, & quomodo possit nobis carnẽ suam dare ad manducandũ. Hæc, inquam, omnia carnalia, quæ mystice & spiritualiter intelligẽda sunt. Et quomodo potuerũt intelligere quid esset C carnẽ manducare? Expectare igitur eos oportuit nõ discedere: interrogare, non desperare. Ver-ba quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt.] Spiritus, hoc est spiritualia, nihil carnale, nullã naturalem consequentiã habẽtia, sed omni hac terrena necessitate, & huius uitæ legib. libe-ra. Est & alius sensus: Sicut in hoc loco spiritus, p spiritualibus posuit, ita cum carnem dicit, nõ pro carnalibus, sed pro carnaliter audire: eos signifi-cans, qui semper carnalia desiderabãt, cũ spiritua lia desiderari oporteat. Nã si carnaliter ea quis ac ciperet, nihil sanè lucraretur. Quid igitur, caro nõ prodest quicq̃? Nõ de ipsa carne dicit, Absit: sed Carnaliter in- de his qui carnaliter accipiũt quæ dicũt. Quid au telligere quid tẽ est carnaliter intelligere? Simpliciter ut res di- D cuntur, neq; aliud quippiã excogitare. Non enim ita iudicanda sunt quæ uidentur, sed mysteria omnia interioribus oculis cõsideranda, hoc est spirituali ter. Qui nõ manducat carnem meam, & bibit me um sanguinẽ, non habet uitã in semetipso. Quo-modo nihil prodest caro, sine qua nemo potest ui uere? Vide q̃ ea particula, Caro nõ prodest quic-quam: nõ de ipsa carne, sed de carnali auditiõe di ctum est. Sed sunt quidã ex uobis qui nõ cre-dunt.] Iterum pro sua (ut solet) dignitate loquit, & futura prædicit, ostẽditq; nõ illorũ gloriæ desi-derio hæc dicere, sed q̃ eorum curam haberet. Di cendo aũt, Quidã, discipulos subtraxit. Superius em̃ dixerat, Et uidistis me & nõ credidistis mihi. Sed sunt quidã ex uobis qui nõ credunt. Scie- bat em̃ ab initio Iesus qui essent non credentes, et qs traditurus esset eũ. Et dicebat: Propterea dixi uobis, nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei da-tum à patre meo.] Spontaneã dispensationẽ hoc in loco Euãgelista, & eius patientiã significat. Et illa particula, Ab initio, nõ simpliciter hic ponit, sed ut eius præscientiã intelligas, & q̃ ante hæc uer ba, nõ post eorũ murmurationẽ & scandalũ, pro-ditorem norat: quod diuinitatis erat. Inde inquit, Nisi fuerit ei datũ à patre meo: suadẽs eis ut suum patrem deum, nõ Ioseph arbitrarẽt: & in se osten dens nihil sua interesse, si non crederent: quasi di cat, nõ mouẽt me, neq; perturbãt, qui mihi nõ cre dunt, nouit ea omnia antequã fierẽt, nouit quibus dedit pater. Cũ aũt audieris dedisse patrẽ, noli sim pliciter priuilegiũ arbitrari, sed illi crede, q̃ qui se accipiendi dignũ exhibet, ipse accipit. Ex hoc multi discipulorũ abierunt retrò, & iam non cum illo ambulabãt.] Rectè Euãgelista non dixit, di-scesserunt: sed, abierũt retrò: hoc est, non proficie bant in uirtute, & quã iam habebant fidẽ perdide runt, cũ se scinderent, sed nõ duodecim. Quid er-go dicit ad eos? Nũquid & uos uultis abire?] ut iterũ se eorũ ministerio nõ egere ostẽdat. Neq; eos laudauit. Quamobrẽ? Cùm ut magistri digni tatẽ seruaret, tũ q̃ ita contineri magis oportebat: nam si laudasset, arbitrati se ei rẽ gratã facere, ali-quo saltẽ humano affectu moti essent: cũ uero se eorum ministerio egere minime ostẽderet, magis eos cõtinuit. Et animaduerte q̃ prudẽter locutus est. Nõ dixit, abite, ne expellere uideret: sed roga uit, num uellent abire: ut & uim omnẽ & necessi-tatem auferret, & ne pudore quodã nutarent, sed etiam gratiã haberẽt. Neq; aperte eos accusauit, sed modestè tetigit, ut quid faciendũ esset, intelli-gerent. Nobis aũt contrariũ accidit, nec immeri-to: quoniã propriæ gloriæ causa omnia facimus, ideo familiarium abitu nos & nostra minui arbi-tramur. Iesus uero neq; adulatus est, neq; expulit, sed interrogauit, non ut eos cõtemneret, sed ne ui teneri uideret: nam si inuiti mãsissent, haud secus ac si abissent fuisset. Quid ad hoc Petrus? Do-mine ad quẽ ibimus? uerba uitæ æternę habes. Et nos credimus & cognouimus, q̃ tu es Christus filius dei uiui.] Vides nõ uerba, sed temeritatẽ & D perfidiam auditorũ, scandalum peperisse? Nisi e-nim ita dixisset, non destitissent cibum corpore-um efflagitare: & cũ duodecim una cum illis ea-dẽ uerba audissent, cõtrarie tamẽ affecti sunt, di-cẽtes: Ad quẽ ibimus? Quãti amoris uerbũ? quo & patribus & matribus, & omnibus rebus Chri-stus precioſior ostenditur: quod q̃ qui ab eo disce dunt, nõ habent amplius quo confugiant. Sed ne propterea, ad quẽ ibimus, dixisse uideret, quòd non haberent, qui se acciperent: subdidit, Verba uitæ æternæ habes. quæ illi carnaliter, & secundũ humanam rationem, hi secundum spiritum & fi-dẽ intellexerũt, idcirco dicebat: Verba quæ locu tus sum uobis, spiritus sunt. Doctrinã meam rerũ cõsequẽtiæ, & necessitati, subiacere ne arbitremi ni. Spiritualia terrenis legib. seruire non patiunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rom.10 quod & Paulus inquit: Ne dicas in corde tuo, qs A
ascẽdit in cœlum? hoc est Christũ deducere. Vel
quis descendet in abyssum? hoc est Christum ex
mortuis reuocare. Verba uitæ æternæ habes. Iam
resurrectionẽ acceperãt, in qua quiescebãt. Et ui-
de, quæso, fratrum amatorẽ & studiosum, pro om
nibus respõdet. Non dixit, cognoui: sed cognoui
mus. Et cõsidera eũ de magistro, nõ ut Iudæos lo-
cutũ: siquidẽ illi dicebãt, Hic est filius Ioseph: hic
autem, Tu es Christus filius dei uiui: &, Verba ui-
tæ æternæ habes, quia audierat magistrũ dicentẽ,
resuscitabo eum, et habebit uitam æternã. Ex quo
præfert attẽtionẽ, qua eius uerba acceperit, cũ ea
meminerit. Quid Christus? Neq; laudauit Petrũ,
neq; admiratus est, quãuis id alio in loco fecisset:
sed, Nonne ego, inquit, uos duodecim elegi,
& unus ex uobis diabolus est?] Cũ enim dixisset B
Petrus: & nos credidimus, eximit è numero Iudã.
Alibi em̃ nihil de discipulis dixit, sed cũ Christus
Matth.16 diceret: Vos aũt quem me dicitis? respõdit, Tu es
Christus filius dei uiui: hic aũt dicente eo, Et nos
credidimus: merito ex ipsorũ numero Iudam exe
mit. hoc aũt dixit, ut longe proditoris malitiã pro
pulsaret, & cũ nihil ei ꝓficere uideret, ei tamẽ con
sulebat. Et intuere Christi sapiẽtiam. Neq; em̃ ma
nifestauit, neq; latere uoluit. Illud, ne impudẽtius
cõtẽderet: hoc, ne latere arbitratus, licẽtius audе-
ret: quare in sequentib. apertius respõdebit. Prius
ergo eũ alijs annumerauit, cũ diceret: Sunt quidã
ex uobis q non credũt: quod his uerbis cõfirmat
Euangelista, Sciebat em̃ ab initio Iesus qui essent C
credentes, & quis traditurus esset eũ. Cum autẽ in
malitia pseueraret, uehemẽtius eũ arguit. Vnus,
inquit, ex uobis diabolus est, quem tamẽ ut tege-
ret, omnib. metũ incussit. Hoc aũt in loco nõ im-
merito dubitandũ, cur nihil dicant discipuli, alias
aũt timent & dubitãt, & inuicẽ se aspiciũt rogan-
tes, Nunquid ego sum domine? Et Ioanni Petrus
innuit, ut magistrum percõtaret quis esset prodi-
tor. Quẽnã causa est? Nondũ audierat Petrus, Va
de retro satana, ideo nõ timuit: posteq; aũt increpa
tus est, & inde audisset, Vnus ex uobis me tradet:
merito formidauit. Neq; hoc in loco dicit, unus
tradet me: sed, unus est diabolus: quare nõ intelli
gebãt quid diceret, sed tamen malitiã suam repre
hendi arbitrabant. Quid aũt significat, Nonne D
ego uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabo
lus est?] Vt omni assentatiõis suspicione careret.
Nam cũ omnes eũ præter duodecim reliquissent,
& Petrus eũ confessus esset: ne quis assentationẽ
suspicaretur, ita locutus est: quasi dicat, nihil mihi
persuadet ne malos arguã. Nolite putare me lau-
dum uestrarũ gratia uobis adulaturũ, uel ut me se
quamini malos non reprehensurum. Quod enim
multo magis est ad persuadendũ, id mihi nõ per-
suadet. Qui em̃ in amore perstiterit, ipse sibi præ-
bebit argumẽtũ. Electus à magistro gloriã, repro
bus stultitiæ apud stultos opinionẽ accipiet. Ve-
rũ tñ neq; hoc me à reprehensionib. abducit. Hoc
nũc reprehẽdũt in Christo Gẽtiles frigide & stul-
te. Non em̃ ui & necessitate quadã deus bonos fa-
cere cõsueuit, neq; electio eius uiolẽta est, sed sua
soria. Vt intelligas, inquit, non cogi uocationem,
multos uocatos perire cõtinget. Quamobrẽ con
stat, in nostro esse arbitrio, an saluemur, an perda-
mur. His igit̃ admonitionibus & sobrij esse, & ui
gilare cõtendamus. Nam si is qui in sanctũ illum
chorũ connumeratus erat, qui tantũ donum cõ-
secutus, qui signa fecerat (etenim ipse Iudas cũ a-
lijs ad suscitãdos mortuos, & mundãdam lepram
mittebat̃, ex quo grauissimo auariciæ morbo ca-
ptus est) nihil ei neq; beneficia, neque dona, neq;
Christi cõsuetudo, nõ obsequiũ, non lotio pedũ,
nõ mensæ participatio, non loculorum custodia
profuit, sed omnia hæc aditus ad supplicium fue-
runt: timeamus & nos, ne quando per auaritiã Iu
dam imitemur. Nõ qui tradit Christũ, sed qui pau
perem fame cõfectum uel frigore cõtemnit, eius-
dem reus erit supplicij: et cũ indigne mysteria par
ticipamus, eodẽ modo quo Christi interfectores
puniemur. Quãdo rapimus, quãdo opprimimus
inferiores, maximũ nobis suppliciũ adiscimus:
& merito sanè. Quousq; em̃ terrenorũ amor nos
detinet, quę superflua sunt & uana? Diuitię enim
superfluæ sunt & inutiles. Quousq; huius mundi
ineptijs inhiabimus? Quoulq; ita grauati erimus,
ne cœlũ suspiciamus? quousq; nõ sapiemus, neq;
terrenarũ rerum, atq; fluxarũ satietatẽ capiemus,
neq; experientia earũ uilitatẽ intelligemus? Con
sideremus qui ante nos diuites fuerunt: nónne o-
mnia somniũ? nónne umbra et flos? nónne uerba
& fabulæ? Ille locuples, ubi nũc diuitiæ? perierũt,
peccata autẽ quæ in his comparãdis patratus est,
remanent, & propter peccata supplicijs. Imò si nõ
esset supplicij, nõ proponeret̃ & regnum. Quod
idem genus & naturã cõmunicat, reuereri opor-
tuit, Nunc aũt canes quidẽ educamus, multi & o-
nagros, & urſos, & alia ferarũ genera, hominẽ au
tem fame confectũ negligimus: et pluris alienum
facimus, q̃ cognatũ: & indigniorẽ domesticum,
q̃ incognitũ ducimus. Sed splendidas domos edi
ficare, & familiarium caterua stipari, & aurea la-
quearia iacentes spectare quã pulcherrimũ est. Im
mò superfluũ & inutile. Sũt splẽdidiores ædes, &
lõge his clariores: in his oblectare, & oculos pa-
sce, nemo prohibebit. Vis tectũ quãpulcherrimũ
intueri? Vespere adueniente cœlũ suspicias. Sed
non est meũ, inquies. Imò magis tuum q̃ illud. Si
quidem propter te factũ est, & cõmune cũ fratri-
bus est: hoc autẽ tectũ non est tuum, sed post mor
tem tuã hæredes occupabũt. Et cœlũ quidẽ mul-
tum tibi utilitatis afferre poterit, cũ per eius pul-
chritudinẽ ad opificis cõtemplationẽ ascẽderis:
illud aũt tectum plurimũ oberit, & te maxime in
die iudicij accusabit, cũ ipsum auro undiq; fulge-
at, Christus ne minimum quidẽ habeat uestimen
tum. Ne igitur tantæ stultitiæ arguamur, neq; fu-
gientia prosequamur, neq; nostram prodamus sa
lutem: sed futura speremus, siue senes, utpote qui
planè nos breui uicturos intelligamus: siue iuue-
nes, tanquam planè persuasi, quod non multum
nobis temporis relinquatur. Vt enim fur in no-
cte

cte, ita dies ille aduenìet, Et mulieres uiros, uiri A
mulieres hortentur: castigemus & iuuenes, & uir
gines admoneamus. Ita alter alterum erudiamus,
ut contemptis præsentibus futura desideremus,
eaq; consequi possimus, gratia & benignitate do
mini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo pa
tri gloria, simul & spiritui sancto, nunc & semper,
& in secula seculorum, Amen.

EX CAP. VII. HOMILIA XLVII

POST hæc autem ambulabat Iesus in
Galilæam: non enim uolebat in Iu-
dæam ambulare, quia quærebant eũ
Iudæi interficere. Erat autem in pro-
xímo dies festus Iudæorum.] Nihil
liuore, nihil inuidia grauius, per ea mors in mun-
dum uenit. Nam cum hominem honorari diabo- B
lus conspexisset, eius boni impatiens, omnia mo-
litus est, ut eum perderet: semperq; ex hac radice
hunc fructum erupisse uidere licet. Propter hanc
Abel interemptus est, propter hanc Dauid cædis
periculum subijt, propter hanc & alij multi per-
empti sunt. Hinc Iudæi Christum interfecerunt.
Quod his uerbis Euangelista significat, Post hæc
ambulabat Iesus in Galilæam, non enim habebat
potestatem in Iudæam ambulare, quia querebant
eum Iudæi interficere. Quid dicis beate Ioannes?
Non enim habebat potestatem in Iudæam ambu
lare, qui potest omnia quæ uult: qui cum diceret
quem quæritis, repulit eos retrò: qui præsto est &
non uidetur, is non habet potestatem? Quomo-
do autem possimodum per medium eorum in me C
dio templo, & die festo transibat, cum plurimi cõ
uenissent, & præsentibus illis disputabat, quæ ma
gis eos irritarent, quem illi admirabantur, dicen-
tes: Nónne hic est quem quærunt interficere? Et
ecce palam loquit̃, & nil ei faciunt. Quænam hæc
sunt ænigmata? Absit, sed illud dicendum est, par
tim diuinitatis, partim humanitatis opera demon
strari. Cum enim non habere eum potestatem di-
cit, tanquam de homine qui humanè operaretur
dicit: cum autẽ in medio eorum stetisse, neq; com
prehensum narrat, diuinitatis nobis potentia in-
dicatur. Fugit tanquam homo, apparuit tanquam
deus. Vtrunque uerè narratum est. Quòd enim in
medio insidiantium non esset comprehensus, in-
uincibilem se atq; inexpugnabilem significauit:
& quòd delituerit, incarnationem certo confirma
uit. Vt neq; Paulus Samosatensis, neq; Marcion
haberent, quid dicerent, quorum utriusq; os ob-
strauit: Erat autem in proximo dies festus Iu- D
dæorum scenopegia.] Postquam autẽ nihil aliud
significat, quàm multũ interea temporis proces-
sisse: quod inde constat. Dum subijt Iesus in mon-
tem inquit, Erat proximum pascha dies festus Iu-
dæorum. Hic autem scenopegiæ meminit, & in
quinq; mensibus nihil aliud nobis narratur, neq;
nos aliud docuit, q̃ quinq; panum miraculum, &
habitum cum illis sermonem. Quòd autẽ neq; si-
gna facere, neq; unquam disputare die, ueſperi, sæ
pe etiam noctu omiserit, ita discipulis saltem con
stat, ut omnes euãgelistæ testentur. Quid tandem
id omiserunt? Quoniam nõ omnia dici poterant.
Præterea ea dicere properabant, in quibus uel ac
cusabatur, uel respondebat Iudæis. Multa enim
prioribus similia fecit. Quod enim ægrotos cura-
uerit, & mortuos suscitauerit, & miracula fecerit,
sæpe audiuimus. Cum autem aliquod nouum di-
cit, uel aliquid quod contra ipsum fore uideatur
occurrit, ea prosequuntur: quale nũc est, quòd fra
tres eius in eum non credebãt. Neq; enim parum
hoc reprehendi posse uidetur, & dignum sanè est
admiratione, quòd tam aperte, tam uerè loquan-
tur, ut neq; pudeat dicere, quæ magistro contume
liosa essent. Verum omnium maxime ea narrare
festinarunt. Et nunc multis signis & miraculis o-
missis, ad hoc quamprimum uenit euangelista.

Dixerunt, inquit, ad eum fratres eius, Transi
hinc, & uade in Iudæam, ut discipuli tui uideant B
opera tua, quæ facis. Nemo quippe in occulto ali
quid facit, & quærit ipse palam esse. Si hæc facis,
manifesta teipsum mundo. Neq; enim fratres eius
credebant in eum.] Et quodnam uerbum incre-
dulitatis protulerunt, si rogabant ut signa face-
ret? Maxima quidem & aspera & intempestiua
quadam cõfidentia locuti sunt: putabant enim co
gnationis gratia oportere se fidenter loqui. Et ui-
detur quidem principium amicorum esse: uerum
aspertime dicũt, Nam & formidinis & inanis glo
rię eum insimulant. Siquidem cum dicunt, Nemo
in occulto aliquid facit: & formidinis arguere, &
suspicari uidentur, an quæ faceret Iesus, uerè face-
ret. Illa aũt particula, Et quærit ipse palam esse: ha- C
bet inanis gloriæ suspicionem. Tu autem Christi
uirtutem considera. Ex his qui hæc dixerant, Iaco
bus primus Hierosolymorum episcopus ordina-
tus est, de quo Paulus ait: Alium autem apostolo- Gal. 1
rum uidi neminem, nisi Iacobum fratrem domi-
ni. Dicitur & Iudas mirabilis fuisse. Atqui hi in
Cana affuerant, cum aquam in uinum conuertit:
sed nihil adhuc profecerunt. Vnde igitur eis tan-
ta incredulitas? A uoluntate & inuidia. Consan-
guinitas enim solet quodammodo inuidiæ habe-
ri. Sed quosnam hoc in loco discipulos appellat?
Turbam sequentem, non duodecim. Quid Chri-
stus? uide quam accõmodatè, non dixit, qui estis
uos qui mihi cõsulitis & me docetis? sed, Tem D
pus meum nondum aduenit.] Hic & aliud quid-
dam uidetur posse significari. Fortasse enim eum
tradere Iudæis consultabant, & ob hoc respondit:
Tempus meum nondum aduenit, hoc est, crucis
& mortis. Quid ante tempus, ut moriar, propera-
tis? Tempus aũt uestrũ semper paratum est.]
Vos etsi semper cum Iudæis uersemini, nõ inter-
ficient uos, qui eiusdem estis sentẽtiæ: mihi autem
quamprimum mortem machinabuntur. Itaq; uo-
bis quidem semper tempus est, cum non impen-
deat periculum: mihi autem tũc tempus erit, cum
ero crucifigendus, & moriturus. Et quòd hoc in
telligat, ex sequentibus perspicuum est. Non
potest mundus odisse uos.] Quomodo enim qui
eadem uultis & ad idem tenditis? Me autem odit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui reprehendo eum, quia mala sunt opera eius. A
Hoc est tangere & benigne reprehendere. Hinc
iram uincere, & non indignari, etiã si abiecti sint,
qui nobis cõsulant, erudimur. Nam si non creden
tium, & iniquũ, & à charitate abhorrens cõsilium
æquo animo tulit, quam nos cõsequemur ueniã,
qui terra sumus & puluis, cum cõsulentes iniquo
animo ferimus, maxime si paulo abiectiores sint,
tanquã indignũ arbitrantes? Considera hic quæ
so, quàm benigne illatam confutat contumeliam.
Dicentibus illis, Manifesta teipsum mundo:
respondit, Me mundus odit.] Tantũ enim abest,
inquit, ut quæram ab hominibus gloriam, ut non
desistam eos reprehẽdere: & cum sciam & odium
ex hoc mihi & mortem cõparari. Et ubi reprehen
Ioan. 5 dit, inquit? imò quando cessauit? Nónne dixit, B
Nolite putare, qa ego accusaturus sum uos apud
patrem, est qui accusat uos Moses? &, Ego cogno
ui uos, quia dilectionẽ dei non habetis: &, Quo
modo potestis uos credere, qui gloriã ab inuicem
accipitis, & gloriam quæ à solo deo est non quæri
tis? Ex his & aliud innuitur, quòd ex libera Chri
sti reprehensione, nõ ex solutione sabbati ludæo
rum odium in eum oriebatur. Sed quid eos ad di
em festum mittit, cum dixit: Vos ascendite ad
diem festum hunc, ego nõ ascẽdam adhuc?] ut ea
se dixisse ostẽderet non rogandi, aut adulandi gra
tia, sed ut eis ludæorum cæremonias permitteret.
Sed cur ascẽdit, cum se ascẽsurum negasset? Non
dixit simpliciter, Nõ ascẽdam. Sed adhuc, id est uo
biscum: quia tempus meũ nondum impletum est. C
Atqui in futuro paschate crucifigendus erat. Cur
ergo nõ ascendit? Et si quia tẽpus non erat non a
scẽdit, nullo pacto erat ascendendũ. Sed nõ ppte
rea ascẽdit ut pateretur, sed ut doceret. Cur clam,
cum aperte posset in medio eorũ esse, & iram & fu
rorẽ sedare, quod sæpe fecit? Noluit frequẽter hoc
facere, fuisset sanè maius diuinitatis argumẽtum,
sed cum metu remãsisse putaretur, & incarnatio
nem & fiduciam cõfirmauit: quòd cum passionis
tẽpus præuideret, id maxime elígeret, ut ascende
ret Hierosolymã. Ascẽdite ad diem festum: quasi
diceret, nolim arbitremini, & nolentes cogere ue
lim mecũ maneatis. Ea autem particula, Quia
nondũ impletum est tempus meum,] significan
tis est oportere adhuc & signa fieri, & conciones D
haberi, ut per audientiam & passionẽ eius plures
crederent, & discipuli magis confirmarentur. Hinc
nos benignitatẽ, hinc mansuetudinẽ erudiamur
Matth 11 dilectissimi. Discite, inquit, à me, quia mitis sum
& humilis corde: & omnẽ molestiã abscindamus:
etsi quis nobis insultauerit, humiliemur, si quis ex
asperatur, mitigemus: si quis mordet & lacerat, &
contumelijs prosequitur, nolimus cõmoueri, ne
uicti nosipsos perdamus. Etenim ira fera est uehe
mens, & furibũda. Incãtemus eam diuinæ scriptu
ræ carminibus: terra & puluis es, & quid superbit
terra & puluis? Et impetus iræ eius casus ei. Et uir
iratus immodestus est. Nihil turpius aspectu irati,
nihil uisu grauius. Quòd si aspectus, multo magis
anima. Quemadmodũ enim cœnum, si contrecte
tur grauius olet: ita & anima cũ perturbata est, &
multis intrinsecus fluctibus agitata. Sed non pos
sum, inquis, inimicorũ contumelias tolerare. Qua
gratia? Nam si uerè accusaris, etiam coram cõpun
gi deberes, & gratiam ei habere. Si falsò deride: di
xit pauperem, ride: dixit mendicũ, ride: dixit dege
nerẽ uel stultũ, iam illum defle. Nam qui dicit fra- Matth. 5
tri suo, fatue: reus est gehennæ ignis. Iniuria ergo
affectus, in mentẽ ueniat, quod illi supplicium ma
neat: & nõ modo nulla in proximũ ira tereris, sed
deplorabis uicem eius. Neq; enim febribus labo
ranti, neq; tumido quisquã irascitur, sed his mor
bis affecti, sui misericordiã & lacrymas mouent:
huiusmodi est irati animus, qui si in te prosiliet,
tace, & opportunam ei plagam infliges. Si contu
meliã cõtumelia prosequeris, ignẽ excitabis. Sed
pusilli animi arguemur inquies, si tacebimus. Imo
tuam admirabunt sapientiam. Quòd si contrà
cõtumeliose responderis, materiam dabis ut uera
putent, quorum argueris. Quare diues, si pauper
appellatur, rideris? quoniã falsum id nouit. Itidem si
nos iniurias ridebimus, magnũ erit argumentum,
quòd falsò reprehẽdamur. Adhæc quousq; homi
num iudicia formidabimus? Quousq; cõmunem
dominum despiciemus, & carni uacabimus? Do
nec enim inter uos cõtentio est, & æmulatio, & se
ditiones, nónne carnales estis? Fiamus igitur spi
rituales, & sæuissimã hãc belluam freno cohibea
mus. Inter iram & insaniam nihil differt, sed bre
uis quidam dæmon est, imò quàm qui dæmonio
uexatur grauior. Ille enim uenia dignus est, iratus
nulla, sed supplicijs innumeris, sponte sua in pro
fundum perditionis defertur, & etiam ante futu
ram gehennã pœnas dat. Tumultu enim quodam
& æstu intolerabili, die noctuq; uarijs cogitatio
nibus anxius iactatur. Vt igitur & præsenti supplí
cio & futuro liberemur, abiecto penitus hoc affe
ctu omnes mansuetudinem induamus, & modes
tiam, ut & in hac uita, & in regno cœlorũ tandem
animis nostris requiem inueniamus. Quam utí
nam omnes cõsequi possimus, gratia & benigni
tate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum
quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secu
la seculorum, Amen.

EX CAP. VII. HOMILIA XLVIII

HAEC cum dixisset illis, ipse mansit in
Galilæa. Vt autẽ ascenderunt fratres
eius, tunc & ipse ascendit ad diem fe
stum: non manifeste, sed quasi in oc
culto.] Quæ secundum humanã im
becillitatẽ à Christo facta sunt, non tantũ incarna
tionem confirmãt, sed ad uirtutem instituũt. Nam
si omnia tanquam deus fecisset, quid scire potuis
semus in humanis rebus incidentes, quid facere
nos oporteret? Vt exempli gratia, Si hoc in loco
homicidis Iudæis obuius iram sedasset, & hoc fre
quenter fecisset, nos autẽ idem non potentes, of
enderemus: unde nobis constaret quid esset faci
endum, utrum interimere eos, an docere oporte
ret? Hoc nos Christus docet, cũ inquit: Hæc cum
dixisset

dixisset Iesus, mãsit in Galilæa. Vt autẽ ascenderũt A
fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum,
non manifeste, sed quasi in abscõdito. Hæc partí
cula, Vt ascẽderunt fratres eius: ostendit noluisse
se cũ illis ascendere, & ideo mansisse. Neq; palàm
cum eis uersatus est, ut uolebant: sed cũ libere sem
per aliàs uersatus, hic quasi in occulto ascẽdit. Nõ
dixit, occulte: sed, quasi in occulto. Ita emi uidebã
tur, quẽadmodũ dixi, ut nos doceret. Præterea nõ
erat par, iratis illis & excandescẽtibus se ita expo
nere. Finito autẽ festo, Iudæi quærebãt ipsum,
& dicebãt: Vbi est ille?] Bona quidem eorũ opera.
In die festo in cædem semper ferebant, & festis
eum diebus capere tentabant. Nam & alibi uide
tis, inquit, Nũquid uenit ad diem festum? Et dice
bant, Vbi est ille? Ex nimio odio eum nominatim
appellare nõ sustinebãt. Diem festum maxime re B
uerebãtur, & tamẽ capere conabant. Et murmur
multum erat de eo in turba. Ego autẽ loci gratia,
ubi miraculum fecerat, Iudæos maxime irritatos
timuisse arbitror, non tam iratos transeunti, qm ue
ritos ne aliud signũ faceret. De eo autẽ uel inuiti
prædicabant, & clarum reddebant. Quidã di
cebant, quia bonus est: alij aũt dicebant, Non, sed
seducit turbas.] Illam puto multitudinis opinio
nem, hanc principũ & sacerdotũ fuisse. Illud enim
uerbum, Non, sed seducit turbas: hoc indicat. Sed
quomodo seducit, quæso? Nũquid præstringit aci
em, ut signa facere uideat, re autem nulla sint? Ve
rum contrariũ experiẽtia deprehendit. Nemo
tamen palàm loquebatur de illo propter metum
Iudæorum.] Vides ubiq; optimates quidẽ corru- C
pto, turbam uero sano fuisse iudicio, non tamẽ for
tes, ut decebat, quòd maxime multitudinis est?

Iam autẽ die festo mediante, ascendit Iesus in
templũ, & docebat.] Ob dilationẽ attẽtiores red
didit. Nam qui primis eum diebus quærebant, re
pente præsentem alij bonũ, alij malum iudicabãt,
illi ut aliquid lucrarentur, hi ut comprehẽderent. Il
lud autem uerbũ, Seducit turbas: propter eius do
ctrinam dicebant, cũ eam non intelligerent. Illud
autẽ, Quia bonus, propter signa. Eorũ igitur iram
molliens, ita instituit, ut uerba sua diligenter audí
rent, neq; amplius indignati, aures obstruerent.
Quid doceret, silentio præterijt euãgelista. Quòd
aũt tam mirabiliter, ut eos mouerit, & cui orationis
eorũ mutarit sententiã, id tantũ dicit. Nam quem D
turbas seducere dixerant, iam mirabãtur quomo
do literas sciret, qui non didicerit. Vides eorũ ple
nam malitiæ admirationẽ? Non enim doctrinam
admirabantur, neq; capiebant. Sed alia eos moue
bat admiratio, unde id sciret: cum potius hinc co
gnoscere debuissent, nihil humani in eo esse: sed
cum nollent hoc consiteri, sed tantum admiraren
tur, audi quid Christus dixerit: Mea doctrina
non est mea.] Ad eorum respõdet suspicionẽ, ad
patrem id referens, ut eis silentium imponeret.

Qui facit uoluntatẽ eius, is cognoscet de do
ctrina, utrum ex deo sit, an ego à meipso loquar.]
ac si dicat, hanc amouete dubitationẽ, & irã, & in
uidiam, & inane cõtra me odium, & nihil uos im
pediet, quin cognoscatis dei uerè uerba mea esse.
Nunc & uobis tenebras offundunt, & rectum ue
rumq; iudicium corrumpunt: quæ si reijceretis, non
in hac essetis sententia. Verum nõ his uerbis usus
est, ne uehementius eos irritaret, sed hoc totum si
gnificauit, cum inquit: Qui facit uoluntatem eius,
cognoscet de doctrina, utrum ex deo sit, an ego à
meipso loquar: hoc est, an alienũ aliquid, & ei con
trarium, dicam. A meipso autẽ, semper ad hoc re
fertur, quòd nihil præter dei uoluntatẽ loquitur,
sed quæ pater uult. Qui autẽ facit uoluntatẽ eius,
cognoscet de doctrina: hoc est, si quis sit amator
uirtutis, uerborũ meorũ uim intelliget: si quis uo
luerit prophetias perscrutari, an secundũ eas lo
quar cognoscere poterit. Et quoniã pacto sua est,
& nõ sua? Non emi dixit, doctrina ipsa nõ est mea:
sed cũ sibi eam tribuisset dicendo, Doctrina mea:
addidit, non est mea. Quomodo idẽ eiusdẽ potest
esse & non esse? Esse, quia à nullo doctus loqueba
tur: nõ esse, quia patris doctrina erat. Quomodo
igit dicis: Omnia quæ sunt patris, mea sunt: & quæ Ioan. 17
mea, patris? Si quia patris doctrina est, propterea
non est tua, falsum illud est. Ideo enim tua esse de
buit. At hoc uerbũ, Non est mea: maiorem in mo
dum patris & suam unã esse doctrinã indicat: qua
si dicat, nihil habet diuersum tanquam alterius.
Quòd si persona alia sum, idem tamen & dico, &
facio: ut nõ existimetis aliud à patre, sed idẽ me di
cere & facere. Inde aliã adducit rationẽ, cui contra
dici nõ potest, humana quadã utens cõsuetudine.
Qui propriam quandam doctrinã instituere uult,
nulla alia ratione se uelle dicit, qm ut gloriam sibi
cõparet. Nam si ego gloriã meã quæro, quare pro
priam quandã doctrinam non cõstituo? Qui
à seipso loquit:] hoc est, propriũ quiddã, & sepa
ratum loquit, idcirco loquit, ut gloriam ipse aucu
petur: sed quia mittentis gloriam quæro, ideo eius
doctrinã doceo. Vides causam cur nihil à semeti
pso facere dicat? Vt neq; gloriam, neq; principatũ
desiderare credat: propterea cum humiliter loqui
tur, Ego patris gloriam quæro, inquit,] ut per
suadeat se gloriã nullam quærere. Sunt & aliæ cau
sæ, ne ingenitus, ne deo cõtrarius, ne carnẽ nostrã
nõ accepisse putaret: ut auditorũ imbecillitati cõ
suleret, ut denicq; eos modestiam seruare, & mini
me se iactando extollere doceret. Se uero efferen
dí una duntaxat causa inueniri potest, naturæ pre
stantia. Nam si dicendo se ante Abrahã fuisse, scan
dalizati sunt: quidnã fecissent, si semper magna au
dissent? Nónne Moses dedit uobis legem & Ioan. 7
tamen nemo ex uobis facit legem? Quid me quę
ritis interficere?] Quã habet hoc à superioribus
consequẽtiam? Quid cum his communicat? Duo
Iudæi in Iesu reprehendebant: unum, quòd sab
batum solueret: alterum, quòd patrem deum di
ceret, & et se æqualem faceret, non ipsorum suspí
cione, sed propria Christi sententia. Quòd autem
non ut multi solent, sed eximie & proprie patrem
appellaret, inde constat. Multi sæpe deum patrem
suum dixerunt, quòd ipse unus crearit nos, quòd
pater sit omnium nostrum, non tamen propterea
æqua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

æqualis est populus deo. Quare nõ fuissent scãdali A
zati? Et quemadmodũ cũ eum dicebãt ex deo nõ
esse, & sabbatum transgredi, sæpenumero eorum
respondit suspicioni: ita si hoc illi essent suspicati,
ipse autem id non sentiret, eos falso id opinari pro
fecto docuisset dixissetq; Quid me deo æqualem
arbitramini? non sum. Sed se omnino æqualem
professus est ex sequentibus. Illa enim particula,
Ioan. 5 Sicut pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & fi-
lius uiuificat: & illa, Vt omnes honorificent filiũ,
sicut honorificãt patrem: &, Opera quæ ille facit,
hæc & filius similiter facit. Hæc omnia æqualita-
Matth. 5 tem constituũt. Et de lege ait: Nolite putare quia
ueni soluere legem, aut prophetas. Hoc pacto ma
las à mentibus suspiciones norat euellere. Hic cũ
patre æqualitatem cõfirmat. Quare alibi cum illi
dicerent, quia te deum facis: minime se purgauit, B
sed id esse asseuerauit inquiens: Vt autem sciatis,
quòd potestatem habet filius hominis dimittendi
peccata in terra, dicit paralytico: Tolle grabatum
tuũ & ambula. Illud igit primũ intendit, ut æqua-
lem se deo faciat: & quòd non sit contrarius, sed i-
dem quod ille & dicat & doceat. Inde circa sabba
Ioan. 6 ti transgressionẽ instat, dicens: Nónne Moses de-
dit uobis legem, & nemo ex uobis seruat legem?
quasi dicat, iancit lex, non occides: uos occiditis.
& me tanquam legis transgressorẽ accusatis. Qua
re autem dixit, nemo? Quoniã omnes quærebant
eum interimere. Ego si solui, legem, inquit, homi-
nem tamen liberaui, uos ad malum soluitis. Ego
si transgredior, saluti consulo. Neq; à uobis qui in
grauibus rebus legem soluitis, me accusari opor-
tuit, uos omnino legem euertitis. Deinde etiã cer
tat, atq; cum multa & diu disputauerit, tunc quidẽ
altius & secundum dignitatẽ suam, nunc autẽ hu-
milius, quid tandem? Noluit frequẽtius eos irrita-
re. Nũc ira augebatur, & in cædem procedebat,
quare remissius loquitur, & duobus his eos sedat:
arguendo audaciam, cur ipsum uellent interfice-
re: & mansuete loquendo, ostendendo homicidas
indignos esse, qui alios iudicent. Tu autem humi-
lem Christi interrogationem, & asperum eorũ re-
sponsum animaduerte. Dæmoniũ habes, quis
te quærit interficere?] Verbum iræ, & furoris, &
impudentiæ plenum, cum præter opinionem re-
prehenderentur, & ipsum se perterrere existima-
D rẽt. Vt enim latrones in insidijs, ne insidiari uide- Exod. 23
antur, concinunt ut incustoditum aggrediantur:
ita & hoc in loco ludæi. Ipse autem omissa repre-
hensione, ne impudẽtiores eos faceret, iterum de
sabbato se excusat, à lege eos arguens. Et intuere
prudentiam. Non mirum, inquit, si mihi non audi
tis, cum ne legi quidem, quam à Mose latam arbi-
tramini, audiatis. Quid ergo nouũ, si uerbis meis
non acquiescitis? Cum enim dixissent, Mosi locu
tus est deus, hunc autem nescimus unde sit: ostẽ-
dit, q illi etiam contumeliam inferunt, etenim le-
gem ille dedit, & non audistis. Vnum opus fe
ci, & omnes miramini.] Propterea ubi me excusa
ri oporteret, etiã uitio datis: Quod enim pater fe-
cerit, non meminit, sed suam inducit personam.

Vnum opus feci: quo innuit, si nõ fecisset, se legẽ A
soluisse, & multa esse magis propria quàm lex, &
contra legem. Mosen mandatum magis proprium
accepisse. Siquidem circumcisio, quàm sabba
tum, magis propria est, quãuis nõ legis sit, sed pa-
trum. Ego autem magis proprium feci, & melius
quàm sit circumcisio. Inde legalis mandati nõ me
minit, uidelicet quòd sacerdotes sabbatum coin-
quinarent, ut iam dixit, sed ex maiori abundantia
locutus est. Miramini autẽ, hoc est, perturbamini.
Nam si legem firmam esse oportebat, non sanè cir
cumcisio magis propria fuisset, neq; se circumci-
sione maius quiddam fecisse dixit. sed significauit
his uerbis: Si circumcisionem accipit homo in
sabbato.] Vides quo pacto tunc maxime stat lex,
cum soluitur? & sabbati solutio, legis seruatio est,
ut nisi sabbatum soluatur, necessarium sit legẽ so-
lui, quam ego constitui. Et non dixit, mihi ira scimi
ni, quòd cir. umcisione maius quiddam feci: sed
rem tantum ostendit, illisq; iudicium reliquit, an
magis necessaria sit totius hominis sanitas, quàm
circumcisio: ut intelligat homo nihil ad sanitatem
conferre. soluitur lex: an quòd tanto morbo libe-
ratus sit, indigniamini. Nolite iudicare secun-
dum faciem.] Hoc est, non propterea quòd Mo-
ses apud uos maioris est autoritatis, feratis senten
tiam, sed à rerum natura: hoc est enim iudicium.
Quare nemo accusauit Mosen, quare nemo credi
dit iubẽti, ut sabbatũ addito extrinsecus legi man
dato solueretur? Verum ille mandatum non sub
lege, sed extrinsecus inductũ propria lege firmius
C ducit, quod permirum est: uos autem qui non le- C
gislatores estis, præter modum legem defenditis:
sed maioris quam uos autoritatis est Moses, qui
solui legem per mandatum nõ legitimũ iubet. Illa
autem particula, Totum hominem: particularem
sanitatem circumcisionẽ afferre ostendit. Et quæ-
nam circumcisionis sanitas? Anima, inquit, homi
nis sine circũcisione peribit. Ego aũt nõ ex parte,
sed totũ corruptũ sanitati restitui. Nolite igitur se
cundum faciẽ iudicare. Hoc autẽ non illius seculi
hominibus tantũ dictum est, sed & nobis, ut nul-
lo pacto iustitiam oppugnemus, sed totis uiribus
eam defendere contendamus. Nullus sit nobis re
spectus, an pauper quis sit, an diues. Rem ipsam
D inuestigemus. Nõ misereberis, inquit, pauperis in
iudicio: hoc est, noli flecti, noli moueri, inquit si
pauperẽ iniustũ iudicaturus es, cui si non est igno
scendũ, longe minus diuiti. Hanc ego non ad iudi
ces tantũ, sed ad omnes homines orationẽ habeo,
ne quis iustitiam trãsgrediatur, sed integram ser-
uet. Diligit iustitiam dominus. Qui autem diligit
iniustitiam, odit animam suam. Nolimus, quæso,
odio habere animas nostras, nolimus diligere in-
iustitiam: cui quantulum lucri est? parum, imò ni-
hil: nam paulo post male peribimus, uel potius
in hac uita minime iniustitia nostra fruimur. Nõ
ne si male nobis conscij sumus, omnes deliciæ pœ
na sunt, & supplicium? Amplectamur ergo iusti-
tiam, cuius legẽ nullo pacto trãsgrediamur. Quẽ
enim ex præsenti uita fructum reportabimus, nisi

hinc

hinc uirtute præditi migrauerimus? Quid illi ca- A
micitiæ, quid necessitudines, quid clarorũ uirorũ
gratia nobis proderit? Et quid ego cuiuspiam gra
tiam memoro? si Noe, si Iob, si Daniel nobis pa-
ter esset, nihil conferrent, si propriis meritis uacui
reperiremur. sed sola animæ uirtute opus est, ipsa
nos saluos facere, & sempiterno igni liberare sola
poterit, ipsa nos ad cœlorum regnum trãsmittet.
Quod utinã omnes cõsequamur, gratia & benigni
tate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum
quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula.

EX CAP. VI. HOMILIA XLIX

DICEBANT ergo quidã ex Hierosolymitanis: Nónne hic est quem quę-
rũt interficere? Et ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid uerè B
cognouerunt principes, quia hic est
uere Christus? sed hunc scimus unde sit.] Nihil in
diuinis scripturis temere positũ est, qppe quæ spi-
ritu sancto prolatæ sunt. Quamobrem omnia dili
genter inuestigemus: etenim ex una particula, to-
tam possumus inuenire sententiam, quæ nobis in
præsentia proponitur. Multi enim ex Hierosoly-
mitanis dicebant: Nónne hic est quem quærũt in-
terficere? Et ecce palàm loquitur, & nihil ei dicũt.
Cur ex Hierosolymitanis dixit? Vt ostenderet e-
uangelista, quòd qui multa & magna uidebãt mi-
racula, hi miserabiliores erant. Qui maximum di-
uinitatis signum acceperant, perditorum princi-
pum iudicium sequebãtur. nónne maximum fuit
insanientium homicidarum, & insidiantium, & C
quærentium se interimere, & iam comprehẽden-
tium furorem sedare? Quis tãtam facile extinxis-
set insaniam? Tamen post tot signa stultitiam eo-
rum, atq; insaniã intuere. Nónne hic est quẽ quæ-
rũt interficere? Vide quo pacto seipsos accusant.
Quærunt interficere, & nihil ei dicũt. Ecce palàm
loquitur. Quæ loquendi libertas magis eos irrita
bat, sed nihil faciebant. Nũquid uere cognouerũt
principes, quia hic est uerè Christus? Vobis autẽ
quid uidetur? quam de eo sertis sententiam? Con
trariam inquit, propterea dicebant: Sed hunc sci-
mus unde sit. O malitiã, ô pertinaciam, nõ sequun
tur principum sententiam, sed aliam corruptã af-
ferunt propriæ stultitiæ consentaneam. Scimus
hunc, inquit, unde sit. Atqui principes uestri inter D
rogati, dicebant in Bethlehem nasciturum. Et ite-
rum quidam alij: Nos scimus q Mosi locutus est
deus, hunc autẽ nescimus unde sit. Scimus unde
est, & nescimus, inquiunt: uerba profecto ebrioso
rum: & iterum, Nunquid ex Bethlehem castello?
Ecce insanorum sentẽtia. Scimus & nescimus. A
Bethlehem uenit Christus. Et cum ueniet Chri-
stus, nemo nouit. Quid hoc magis contrarium? Id
enim tantum sibi persuaserant, ne crederẽt. Quid
ergo ad hoc Christus? Et me scitis, & unde sim
scitis: & à meipso non ueni, sed est uerus qui misit
me, quem uos nescitis.] Et alio in loco: Si me sci-
retis, & patrem meum scirctis. Quomodo ergo di
cit, à Iudæis sciri unde sit: & iterũ: Neq; se, neq; pa-
trem ab ijsdem sciri? num cõtraria loquitur? Ab-
sit, sed ualde sibi constat, alteram autẽ dicit senten
tiam, dicendo: Nescitis, quemadmodum cã dicit:
Filij Heli, filij Belial nescientes dominum: & ite- 2. Reg. 2
rum, Israel autẽ me non cognouit. Et Paulus: Con Esa. 1
fitentur se nosse deum, factis autem negãt. Stat i- ad Tit. 1
gitur, ut qui sciat, nesciat. Inquit ergo, Si me scitis,
scitis quia dei filius sum. Illa autem particula, Vn-
de sum, locum non denotat, ut ex sequentibus cõ
stat: Et à me ipso non ueni, sed uerus est qui misit
me, quem uos nescitis. Ex quo notat operũ insciti
am, sicut & Paulus inquit: Confitenti se nosse deũ,
factis autẽ negãt. Neq; enim insciti q peccatũ erat,
sed praui animi, qui cum scirent, scire nollent. Sed
quænam hæc consequentia? Quomodo enim re-
prehendendo eorũ dicta cõfirmat? Nam cũ illi di
cerent, Hũc aũt scimus unde est: addidit, Et me sci
tis. Quid enim dixerunt illi? q nescirent? Mini-
me, sed se quoq; scire profitebantur, uerum ea sen
tentia, quòd solùm è terra esset, & fabri filius: ipse
autem in cœlum eos erexit, inquiens: Scitis unde Matth. 13
sum, hoc est, non ex hoc mundo, ut suspicamini,
sed unde ille qui misit me. Dicendo autem, A me
ipso non ueni: significat eos scisse à patre missum,
licet non cõfiterentur. Dupliciter ergo eos repre-
hendit. Et primũ quidem quòd secrete loquebán
tur in mediũ adducit, aperte eos confundens. De-
inde etiam mentem eorum aperit: quasi dicat, Nõ
sum uilis, non sum abiectus, sed uerus est qui mi-
sit me, quem uos nescitis: hoc est, si uerus est, in ue
ritate misit. Si uerus est qui misit, uerũ esse & qui
C mittitur, non est ambigendum. Præterea & pro- C
prijs eos conuincit rationibus. Cũ enim dicerent,
Christus cũ uenerit, nemo scit unde sit: hinc osten
dit se esse Christum. Etenim illi hanc particulam,
Nemo scit: ad distantiam localis cuiusmodi defini
tionis dicebant. Vnde se Christum esse, & à patre
uenisse profitetur, & semper sibi duntaxat patris
cognitionem esse testatur, dicens: Non quòd pa-
trem quis uidit, nisi qui est à patre, quibus uerbis
irritati sunt. Dicendo enim, Nescitis eum & scitis,
scire dissimulatis: non immerito eos tangebat &
irritabat. Querebant ergo eum apprehẽdere,
& nemo misit in illum manum, quia nondum ue-
nerat hora eius.] Vides ne eos inuisibiliter deten
tos, & furorem eorum cohibitũ? Cur aũt nõ aper-
te dixit, sed tantũ, Nondũ uenerat hora eius? Hu-
milius loqui uoluit, ut homo crederet. Cum enim
frequẽter sublimia de se loquatur, hac gratia hæc
nonnunquã interserit. Cum autem dicit, Ab ipso
sum: nõ ut propheta, sed ut qui eũ uiderit, & cum
eo fuerit, loquitur. Noui eum, inquit, quia ab ipso
sum. Vides quo pacto undiq; id dictũ confirmat?
A meipso non ueni: & illud, Qui misit me uerus
est. Id cõtendens, ne deo alienus putaretur. Et cõ-
sidera quantum in hac uerborũ humilitate existat
utilitatis. Post hæc multi, inquit, dicebãt: Chri
stus cũ uenerit, nunquid plura signa faciet, quàm
quæ hic facit?] Quænam signa? Atqui tria tãtum
ab euangelista memorant, uini, paralytici, & filij
reguli. Ex quo cõstat, quod sæpe alias dixi, multa

præter

Universidad de Deusto
Biblioteca

prætermissa ab euangelistis, & principum maledicta pluribus uerbis enarrata. Quærebāt ergo eum apprehēdere & interimere. Quidam uidelicet, nō multitudo, quæ non affectabat principatum, neq; capiebat inuidia, sed sacerdotes. Multitudinis ea erant uerba: Christus cum uenerit, nunquid plura signa faciet? Veruntamen nō firma eorum fides, sed qualis abiectæ solet esse multitudinis. Illa ēm particula, Cum uenerit: non multum credentium erat quòd esset Christus: aut ergo hac sententia, aut per concessionem dictum est a turba, ac si conantibus principibus semper persuadere eum nō esse Christum, ipsa diceret: Esto non sit Christus, at cū uenerit, num melior erit? Nā ut frequenter dico, qui crassiori sunt ingenio, non doctrina & oratione, sed signis alliciuntur. Audierunt ergo Pharisæi turbam murmurantē, & miserunt ministros, ut apprehenderent eum.] Vides quòd sabbati solutionem causabantur? sed quod maxime eos angeret, hoc erat. Nunc enim nihil habebāt quod accusarent, neq; re, neq; uerbis, propter turbam tamen eum reprehendere uoluerunt. Ipsi autē propter periculum non sunt ausi, sed miserunt ministros. O uiolentiam, ô stultitiam, uel insaniam potius. Cum sæpe conati eum apprehendere non potuerint, ministris mandarunt. Atqui multa ad piscinam locutus est, & nihil tale moliti sunt. Quæsiuerunt quidem, non tamen tentarunt: nunc non amplius perpetiuntur, cum turba eum esset consecutura. Quid ergo Christus? Adhuc modicū tempus uobiscum sum.] Cum posset & flectere, & perterrere audientes, quantauis loquitur humilitate: quasi dicat, Quid me interficere quæritis? quid me persequimini? Modicū expectate, & nō quærētibus uobis me uobis capiendū exponam. Inde ne quis cōmunem mortē arbitraretur, cū dixisset, Adhuc modicum tempus uobiscū sum, ita enim arbitrabantur: ut hanc tolleret opinionem, quia nemo post finem prohibet: subdit, Et ubi sum ego, uos nō potestis uenire.] Nam si permansurus fuisset in morte, ire sanè potuissent, eò nanq; omnes proficiscimur. Simplicior autē multitudo his uerbis mouebat, audaciór timebat, studiosior festinabat ad audiendum, ac si breue sibi tempus relinqueretur ad eius doctrinam percipiēdam. Et non dixit, hic sum: sed uobiscum, hoc est, quamuis me persequamini, quamuis exagitetis, non cessabo tamen quin uos ædificem, & quæ saluti uobis sunt prædicem, & admoneam. Et uado ad eum qui misit me.] Hæc particula sufficiens erat, quæ terrorem incuteret, & solicitudinem. Quòd enim se indigerent, ostendit. Quæretis enim me, inquit,] non solum oblitioni non mandabitis, sed quæretis me, Et nō inuenietis.] Et ubi nā quæ
Luc. 23 sierunt eum Iudæi? Dicit Lucas, quòd plangebāt mulieres super eo, ita & alios multos credibile est, & statim captis Hierosolymis, Christi, & miraculorum eius meminisse, & eum desiderasse debuerunt. Hæc autem ait Iesus, ut eos alliceret. Quòd enim modicum tempus relinqueretur, & post abitum suum desideraretur: neq; enim potuerit amplius inueniri, satis eos allicere debuisset. Nam si non erat futurū ut desideraretur, nihil persuasione dignum dixisset: si uero desiderādus erat, & tamen potuisset inueniri, nō multum eos mouisset, At si diutius cum his permansurus fuisset, hoc etiam eos negligētiores reddidisset: his autem uerbis plurimū eos excitat: & perterret. Hæc autem particula, Vado ad eum qui misit me: nihil sibi detrimenti eorum insidias allaturas, & sponte sua se passionem subiturum significat. Duo ergo prædixit, & se paulopost abiturum, & illos ad ipsum nō uenturos, quod non fuit humanitatis ut finem suum prædiceret. Quare Dauid: Notū mihi fac, inquit, finem meum, & numerum dierum meorum quis est, ut sciam quid desit mihi: & profecto nemo hoc nouit. Ex uno autem & alterum confirmatur. Ego autem hæc uerba ad ministros dicta arbitror, ut eos maxime alliceret, ostēdendo se aduentus eorum causam intelligere: quasi diceret, Expectate paululum, & abibo. Dicebāt ergo Iudæi ad semetipsos. Quò hic iturus est?] Atqui illi desiderabant, & totis uiribus nitebantur, ut abiret, ne eum uiderent. Quamobrē non erat eis quærendū, quò esset iturus, sed præferenda lætitia, & rogandum quādo abiret. Verum mouentur his uerbis, & secū stulte suspicant, quò abiturus sit. Nun quid in dispersionem gentium?] Hoc est, quod Iudæi dispersionem gentes appellabant, quia ubiq; dispersæ essent, & promiscuò inuicem miserent: quam ignominiam ipsi post modū subierunt, ipsi nanq; facti sunt dispersio. Antiquitus eum Iudæorum natio in sola Palæstina, & nusquam alibi inueniebatur. Propterea dispersionem Gentiles uocabant eis exprobrādo, se iactando. Quòd autem dicit, Quò ego uado, uos non potestis uenire: illis omnes tunc commixti erāt, & ubiq; terrarū erant Iudæi. Nō ergo si Gētes significaret, diceret: Quò uado, uos non potestis uenire. Nam illis dicentibus, Nunquid in dispersionem Gentiū iturus est? non ut offenderet, sed ut doceret his usus est uerbis quibus sedata ira crediderunt: neq; enim aliter quæsissent inuicem, quid diceret. Verum hæc illius dicta sunt, sed timendum ne in nobis quoq; ea uerba locum habeant, quòd ubi est, uenire non possumus. Siquidem uita nostra scelerum plena est. De discipulis ēm ait: Volo ut ubi ego sum, & illi sint mecum. De nobis contra timeo, ne dicat, Vbi ego sum, uos nō potestis uenire. Quomodo enim poterimus, cum contraria quam præcipiantur, operemur? Etēm inter seculi homines, si quis militum præter regis uoluntatem facit, ad regem non admittitur, sed munere & dignitate exautoratus, ultimo afficitur supplicio. Iudem & nos cum cupiditati seruimus, cum rapimus, cum uim inferimus, cum uerberamus, cum nō facimus eleemosynam, illuc nullo pacto admittemur: sed id nobis quod & uirginibus accidit, quibus ad sponsum ingredi nō licuit: sed extinctis lampadibus, hoc est, gratia deficiente abierunt. Etenim ignem illum quem spiritus gratia statim accipimus, modo uelimus augebimus: sin minus, extinguetur, quo extincto

tincto solæ tenebræ animas nostras occupabunt. Vt enim ardente lampade, lux undiq; diffunditur: ita extincta occupant tenebræ. Ideo inquit:
1. Thes. 5 Nolite spiritū extinguere. Extinguitur enim cum oleum deficit, cū uehementior quædam uis uenti perflāt, cum cōprehenditur, & arctim cogitur. Sic enim ignis extinguitur. Comprehenditur nāq; à curis secularibus, extinguit malis cupiditatibus. Nihil præterea ita eum extinguit, ut inhumanitas, rapina, crudelitas. Quādo enim olei defectui, aquam etiam frigidam superaddimus, hoc est, cupiditatem, iniustorum animas perdentem: quomodo iterum poterit accendi? Cum ergo hinc migrabimus, & cinerē & puluerem referemus, atq; etiam fumum densiorem, qui nos accusabit, quòd lampades extinxerimus. Vbi enim fumus est, ne-
B cessariò illic ignis est extinctus: sed absit ut hanc quispiam uocem audiat, Nescio uos. Audiemus enim, si uiso paupere, itidem ac si non uideremus afficimur: si esurientem Christum ignorabimus, ignorabit & ipse nos, cum misericordia indigebimus: & meritò quidem. Qui enim miserum negligit, qui nō opitulatur indigenti: quo uultu aliena postulabit? Quamobrem curemus quæso, admiramur ne decidamus à misericordia, sed impleamus lampadas, ad sponsum in thalamū ingrediamur: ad quem utinam omnes admittamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in
C secula seculorum, Amen.

EX CAP. VII. HOMILIA L.

IN nouissimo autem die magno festi uitatis, stabat Iesus & clamabat, dicens: Si quis sitit, ueniat ad me & bibat, &c.] Qui ad diuinam accedunt prædicationem & fidei uacāt, sitientium eos desideriū præ se ferre oportet: ita enim quam audient doctrinam poterunt fideliter continere. Etenim qui sitiunt, poculum quā cupidissimè hauriunt, & ita recreantur: itidem & qui diuinos sermones audiūt, si sitientes acceperint, nunquam fatigabuntur, quoad totū biberint. Quòd
Matth. 5 enim semper esurire & sitire oportet: Beati, inquit, qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Et hoc in loco: Si quis sitit, ueniat ad me & bibat: Hoc est ne-
D mini uim facio, neminem traho: sed si quis libens & promptus accedit, si quis ardet desiderio, hunc ego aduoco. Sed quanam gratia euangelista nouissimum diem magnum festiuitatis fuisse admonuit? Etenim primus & ultimus magnus erat, medij autem potius in delicijs consumebantur. Cur igitur in nouissimo? quia omnes conueniebant, non ita in primo, & causam dixit fratribus: sed neq; secundo, neq; tertio quicquā tale locutus est, ne irrita uerba caderent cum delicijs uacaturi essent. Nouissimo autem quoniam domū erant redituri, præbet eis ad salutem uiatica: Et clamabat, hoc est, fidenter loquebatur, & hoc propter magnam turbam. Et ut de spirituali potu loqui se ostenderet, addidit: Qui credit in me, sicut dicit

scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ.] Ventrem cor dicit: ut alio in loco, Et legem tuam in medio uentris mei. Et ubinam dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ? Nusquam. Quomodo igitur hic textus intelligitur? Hoc in loco ita distinguendum est, ut hæc particula, Flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ, Christi sententia sit. Cum enim multi dicerent, Hic est Christus, Christus quando uenerit, nunquid plura signa faciet? rectā habendam cognitionem, neq; ita signis, ut scripturis, credendū asserit. Nam multi cum miracula facientem uiderent, Christum tamen non arbitrabantur. Debebant nanq; dicere Christum à semine Dauid uenire, ut frequenter dicebant: quare uult innuere eorum se non fugere assertionem. Ideoq; ad scripturas iterum relegat. Superius enim dixerat, Scrutamini scripturas: & iterum: Scriptum est in prophetis, Et erunt omnes docibiles dei: &, Moses uos
Esa. 1. 54 & Hier. 13 accusat. Et hoc in loco sicut dicit scriptura, Flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Vt abundantiam & copiam gratiæ significet: ut & alibi, Fons aquæ salientis in uitam æternam: Hoc est, multam gratiam consequentur. Alibi uitam æternam, hic aquam uiuam dicit, hoc est, semper operantem. Spiritus enim gratia, cum menti illapsa est, eamq; irrigarit, omni fonte uberius scaturit, nūquam deficit, nunquam uacuatur, nunquam stat. Simul autem & indeficientem copiam & incredibilem operationem, & fontem & fluuios appellauit, & non unum, sed innumeros. Et illic, salientis, pro inundantis positum est: quod facilè quiuis deprehendere poterit, si Stephani sapientiam, Petri linguam, Pauli uim considerauerit. Quo pacto nihil eos extulit, nihil deiecit, non populorū furor, non tyrannorum persecutiones, non dæmonum insidiæ, nō quotidianæ mortes, sed more fluminis uehementi lapsu delati, omnia trahentes euaserunt.

Hoc autē dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat spiritus datus.] Quomodo ergo prophetæ prophetarūt, & innumera operati sunt miracula? Apostoli enim non spiritu, sed eius uirtute ejciebant, ut ipse: Si
Matth. 12 ego in Belzebub ejcio dæmonia, filij uestri in q ejciunt? Hoc autem dicebat, ut nō omnes spiritu ante crucē, sed ipsius uirtute ejecisse ostenderet. Sed cum dimissurus eos esset, tunc dixit: Accipite spiritum sanctum. & iterum: Venit super eos spiritus sanctus, & tunc signa fecerunt. Cum autem misit, nō dixit, Dedit eis spiritum sanctū: sed, de-
Matth. 10 dit eis potestatem, dicens: Leprosos mundate, dæmonia ejcite, mortuos suscitate: gratis accepistis, gratis date. Prophetis autē ab omnibus confessum est, spiritū sanctum datum. Verum ipsa gratia contracta & separata erat. & à terra discesserat, ex quo
Matth. 23 dictum est: Relinquetur domus uestra deserta, & Luc. 13 ante illam diem iam deficere cœperāt. Siquidem non amplius apud eos propheta erat, neq; gratia eorū sacra tuebatur. Cum igitur spiritus sanctus cohibitus esset, tum iam diffundi largiter debuit, quod post crucem cœpit exordium non tantū ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

largius, sed ut maioribus gratijs abundaret: etenim mirabilius donum erat, ut cum dicit: Nescitis Luc. 9
cuius spiritus estis, & iterum: Nō enim accepistis Rom. 8
spiritum seruitutis, sed adoptionis. Nam & antiquitus spiritum habebant, sed alijs non largiebantur, apostoli aūt innumeros impleba nt. Cum autē hanc essent accepturi gratiam nondū datam: ideo de hac inquit euangelista: Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus.] hoc est, crucifixus. Cum enim inimici & peccatores & diuino munere priuati, & odio digni essemus, gratia aūt reconciliationis esset indicta: cumq; munus non inimicis, non hostibus, non odio habitis, sed amicis & familiaribus detur, oportuit primū pro nobis sacrificium offerri, & carnis inimicitias dissolui, & deo amicos fieri, & inde munus accipere. Nā si hoc in promissione Abrahæ factum est, multo magis in gratia: quod significans Paulus inquit: Si enim qui ex lege sunt, hæredes sunt, exinanita est fides. Lex enim iram operatur: hoc est, promisit deus Abrahæ & semini eius daturum terram, & nepotes eius promissione indigni reperti sunt, & proprijs laboribus placere non potuerunt. Propterea accessit fides, res facilis, quæ gratiam adduceret, neq; incassum caderent promissiones. Ideo ex fide dicit, ut secūdum gratiam firma esset promissio: secundum gratiam aūt, quoniā labore suo non poterāt. Sed quanam gratia, cum inquit secundū scripturas, non adducit earum testimoniū? Quoniam corruptæ erant sententiæ. Alij enim dicebant, Hic est uere propheta, alij dicebant, Seducit turbam quidā, Nunquid ex Galilea uenit Christus? Nonne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethlehem castello?] Et uaria erat sententia, utpote in turba. Neq; enim diligēter uerbis eius attendebāt, neq; ut discerent, propterea nihil eis Christus respondit, quamuis dicerent, Nunquid ex Galilea Christus uenit? At Nathanael contumelioſius dicentem, A Nazareth potest aliquid boni esse? laudauit, tanquam uerum Israelitam: Siquidem hi, qui ad Nicodemum dixerant: Scrutare, & uide quòd ex Galilæa non surrexit propheta: non discendi gratia quærebant, sed ut Christi gloriam penitus euerterent: ille aūt desiderio tantū ueritatis, & diligenti ueterū scripturarum scientia. Quare hoc in loco nihil eis aperit, nihil exponit. Qui enim sibij psis contraria loquebantur, & nunc neminem unde uenire scire, nunc ex Bethlehem esse asserebant, constat etiam si didicissent contradicturos. Esto enim locum ignorarēt, quòd ex Bethlehem, quoniam esset educatus in Nazareth, non tamen propterea excusabantur. Nonne enim illic natus est? Nunquid & genus ignorabant, quòd ex domo & patria Dauid? Quomodo ergo dicebant, Nunquid ex semine Dauid uenit Christus? Sed hoc illo modo abscōdere uolebant, & uersutè omnia loquebantur. Sed qua gratia Christum non interrogarunt, dicentes: Cum alia quidem omnia in te admiremur, iubes aūt tibi secundum scripturas credi, Dic nobis quomodo? Scripturę enim dicunt ex Bethlehem Christū uenturum, tu autē ex Galilæa uenisti. Verū nullis huiusmodi uerbis usi sunt, sed omnia peruerse loquuntur, Quòd enim nollent quicquā discere, statim significat eu angelista: quòd quidā ex ipsis uolebant eū apprehēdere, sed nemo misit super illū manus. Nam etsi nihil aliud, hoc saltē eos cōpungere debuisset: uerū nō sunt compuncti, ut inquit propheta: dissipati sunt, & nō sunt cōpuncti. Eiusmodi enim malitia est, nulli uult credere: ad unū tantum respicit, ut eum cui insidiat, perdat. Sed quid dicit scriptura? Qui fodit foueā proximo, in eam incidit quod usu tunc uenit. Ipsi enim uolebant Christum interimere, ut prædicationē tollerent, sed cōtrà euenit. Siquidem prædicatio Christi gratia floruit, illorū uero doctrina extincta perijt: patriā, libertatē, & licentiam, & cultū ueterem perdiderunt, & omni priuati sunt felicitate, in seruitutem & captiuitatem adducti. Quibus admoniti, nulli insidias tendamus, scientes q̄ in nosipsos ensem acuimus, & maiorem nobis plagā infligimus. Sed ægrè tulit quispiam se offendi, & uult ulcisci: noli quæso, nō ulciscendo enim, ulcisci poteris: ulciscendo uero, non ulciscēris. Nec quæ dico nugas arbitrare, sed ueritatē. Quomodo? quoniā qui nō ulciscit, deo relinquit ultionē: qui ulciscitur, minimè. Mihi ea inquit, uindicta, & ego retribuam dicit dominus. Nam si serui nostri rixantes inuicem, nulla nostri ratione habita, ipsi ad uindictam uertuntur: etsi sepius postmodum nos rogent, non solū non eos ulciscimur, sed indignamur, scelestos & flagitiosos appellamus, & nobis id cognoscendū relinqui oportuisse dicimus. Cum enim tibi ultionē presumpsisti, nihil amplius in illum indignatur dominus? hoc longè magis deus dicet, qui nos admonet, ut sibi omnia permittamus. Qui enim non absurdū sit, ut qui a seruis & pueris nostris tantam modestiam, tantam obedientiam exigimus, eandem domino nostro nō exhibeamus? Hoc aūt dico, quoniā tam promptè inuicē ulciscī contendimus: sed uere philosophantē hoc facere nō oportet, sed ignoscere & dimittere quod in nos peccat, etiā si illud non esset magnū præmiū, ueniā pro eo accipere. Sed dic quæso, si peccantē reprehendis, cur ipse peccas? cur eadē admittis? Iniuriā tibi intulit, noli cōtrà inferre: perterruit, noli perterrere, cum nullā inde assequaris utilitatē: mœrore te affecit, noli uicē reddere: nam illi similis efficeris, & tu nihil lucraris: sed si mansuetè perfers, fortè ipsum corriges: ita enim pudorē incuties, ita iram sedabis. Nemo malo malum sanat, sed bono malum.

Hæc apud Gentes nonnulli philosophantur: qui cum erroris stultitia tantā præ se ferant sapientiā, pudet nos, ut inferiores deprehendamur. Multi iniuria affecti, æquo animo tulerunt. Multi falsò accusati, in ultionem non proruperunt. Insidiatores beneficijs prosecuti sunt. Nō parū uerendum est, ne apud illos, qui uita nobis præstātiores sunt, inueniātur, néue nos maiori cruciatui obnoxios faciant. Nam si qui participes sumus spiritus, qui dei regnū expectamus, qui cœlestiū cognitionē habemus

habemus, qui non formidamus gehennā, qui angeli fieri iubemur, qui diuinis fruimur mysterijs, ne ea quidē qua illi uirtute pollemus: quid nobis sperandū est? Quòd si Iudæi nobis superādi sunt: Matth. 5
Nisi, inquit, abundauerit iustitia uestra plusquàm scribarū & Pharisæorū, non intrabitis in regnum cœlorū, longè magis Gentiles: si Pharisæi, magis infideles. Si nō superantibus uobis illorū uitā, cœlorū regna claudunt: quomodo ea cōsequemur, si Gentilibus peiores inueniemur? Abijciamus ergo dilectissimi omne odiū, iram, indignationem. Eadē dicere mihi quidem non molestū, uobis aūt tutum. Etenim medici eadem sępe medicina utuntur: & nos eadem uestris auribus instillare, in memoriam reducere, docere, hortari non cessamus. Etenim in magna secularių rerū turba horū obliuiscimur. Quare ne incassum hic colligamus opere confirmetur, ut futura bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cū quo patrí gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

EX CAP. VII. HOMILIA LI

Enerunt ergo ministri ad pontifices & Pharisęos, & dixerūt eis illi: Quare non adduxistis eum? Responderunt ministri: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur.] Nihil ueritate clarius, nihil simplicius, nisi maligni esse uelimus: Quemadmodum nihil malignis obscurius, nihil uersutius. Ecce ut Pharisæi, & scribę, qui sapientia præstare uidebantur, qui cum Christo semper uersabant, ut ei insidiarentur, licet miracula uiderint, & scripturas legerint, nō modo nihil utilitatis, sed damni plurimū acceperunt: ministri aūt, etsi nullam eiusmodi materiā haberent, uno tantū sermone persuasi sunt: & qui ad Christū capiendū ierant, eius admiratione capti redierūt. Neq; eorum tantum sapientia admiranda est, q̄ si gnis non eguerūt, sed q̄ sola doctrina crediderūt. Non enim dixerūt neminē unquam ita miracula fecisse: sed, neminē unquam sic locutū. Nec sapiētia tantū, sed & audentia admiranda. Siquidē his qui se miserāt, ita loquuntur, Pharisæis uidelicet, qui omnia faciebāt & conabant, ut caperetur. Venerūt, inquit, ministri ad pontifices & Pharisæos, & dixerūt eis illi: Quare nō adduxistis eū? Quòd aūt uenerint, longè magis fuit q̄ si apud Christū remansissent: Sic enim liberati fuissent eorū molestia, nūc præcones fiunt sapientię Christi, & maiorem pręse ferunt animū: neq; excusant se propter turbas nō potuisse, quæ eum tanquā prophetam sequuntur: sed, Nunquā sic locutus est homo: potuissent sanè ita se excusare, sed animi ostendū rectitudinē. Neq; tantum se illum admirari, q̄ qui se miserant ad eum ligandū, quem audire debuissent, accusare uisi sunt. At qui breuē Christi audierunt orationē. Tanti enim ueritas est, ut incorrupto animo longis sermonibus minimè opus sit.

Quid ad hoc Pharisæi? Cum cōpungi & mutare sententiā oportuisset, contrà faciunt, inuicem eos accusant, dicentes: Nunquid & uos seducti estis?] Adhuc eis blandiuntur, neq; in eos grauius inuehuntur, ueriti ne tandē discederent: tantū indignationē præse & leuitatē ferunt. Sed interrogandū erat, quid admiratione dignū loqueretur: quod cauerunt, quippe qui sine dubio se captū iri intelligebant. Perquàm stulta aūt coniectura dicunt: Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum?] Ita Christum accusatis, & non incredulos.

Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt.] Hoc eīm magis uos accusat, q̄ turba credidit, uos uero minimè. Etenim illi cognoscentiū legem operam faciebāt. Quomodo ergo? nónne maledicti qui nō seruabant legē, & non illi qui legem seruabant? Oportebat autem nō ab incredulis quæ non credebantur, accusari. Neq; enim rectus hic modus. Nā & uos non credidistis deo, ut Paulus inquit: Quid enim si nō crediderunt quidam? Nunquid incredulitas eorū fidem dei euacuabit? Ablit, etenim prophetæ semper eos accusant, dicentes: Audite principes Sodomorum: &, Principes tui nō credunt. & iterū: Non uestrū est nosse iudiciū? Et ubiq; uehementius accusanē. Et quid, Christū propterea quispiam accusaret? Absit: illorum enim hoc crimen. Quod aūt aliud esse posset argumentū, q̄ legem nō cognoscitis, quàm quod non creditis? Cum enim dixissent, q̄ nemo principū credebat in eum, sed qui legē ignorabāt: merito eos arguit Nicodemus inquiens: Nunquid lex nostra iudicat hominē, nisi audierit ab ipso prius?] ostendit aūt eos neq; scire legem, neq; seruare. Nam si lex iubet neminē interfici, nisi prius audiatur: ipsi aūt ante auditam causam iudicabant, certè legis transgressores erant. Et cū dixissent neminē principū credidisse in eum, ideo innuit euangelista eum è principū numero fuisse, ostendens etiā ex principibus credidisse. Nondum aūt palàm facere audebāt, erant tamē Christo familiares. Vide aūt q̄ parce arguit. Nō dixit, Vos aūt uultis eum interficere, & temerè hominē ut errantē accusatis: sed benignius, ut nimiū eorum temerariū impetum, crudelemq; sedaret. Quamobrem ad legē suam uertit orationē, dicēs: Nisi audierit diligēter, & cognouerit quid faciat] Quare non solus & nudus requirit auditus, sed diligens: quod hac particula significat, Et cognouerit quid faciat, quid uelit, & quare, & cui, an tanquā hostis mores peruertat. Dubitantes ergo cum dixissent, neminē principum in eū credere, neq; uehementer, neq; remisse ad eū se contulerunt. Et quænam hæc cōsequentia, dic quæso, dicente illo, Lex nostra non iudicat quenquā, ut respondeat, Nunquid tu Galilæus es?] Ostendendū nanq; erat nō ab re pro eo mississe, uel si asperius, minimè ei esset respondendū, Scrutare & uide, quia à Galilæa propheta non surgit.] Quid enim dixit homo? Quòd propheta est, imò q̄ non iudicatus non esset morti tradendus: illi uero cōtumelioſe, tanquā inscio scripturarū respondēt, ac si dicerēt, acquiesce nobis & disce: hoc enim innuūt dicētes, Scrutare & uide. Quid Christus, cū multifariā de Gali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. VIII

læa & prophetæ locuti essent, ut hanc alienã tolleret suspicionẽ, quod unus prophetarũ, & nõ mundi dominus putaretur. Ego, inquit, sum lux mundi.] Non Galilææ, nõ Palæstinæ, nõ ludææ. Quid ludæi: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuũ non est uerũ.] O insaniã, scripturas ubiq; adducit, & dicunt: Tu de teipso testimoniũ perhibes. Quòd aũt perhibuit testimonium? Ego sum lux mundi. Magnũ dictu, & uere magnũ, sed non nimiũ. ipsi admirati sunt, quoniam nõ se patri ęquiparauit, neq; se eius filiũ dixit, neq; deum, sed lucẽ, reprehendere tamen uoluerunt: nam maius hoc erat q̃ dicere, Qui sequit me, non ambulat in tenebris.] Lucẽ & tenebras intellectu pceptibiles dicit: hoc est, nõ manet in errore. Vbi & Nicodemum allicit, ut ualde promptũ & fidentẽ, & ministros laudat, qui id fecerint: hoc enim clamare B significat & eos ad audiendũ confirmare uult: simul & eos dolos struere, & in tenebris & errore uersari, neq; lucem attingere ostendit. Nicodemo præterea in memoriam reducit, quæ ante dixerat: Omnis qui malè operatur, odit lucẽ: & non uadit ad lucem, ne opera eius appareant. Cum enim neminem ex principibus in eum credere dicerent, ideo inquit, qui malè operatur, in lucẽ non prodire: non ex lucis defectu, sed mentis uitio. Responderunt ei: Tu de teipso testimonium perhibes. ad quod ille: Et si ego testimoniũ perhibeo de meipso, testimoniũ meum uerũ est: quia scio unde ueni, & quò uado: uos autẽ nescitis unde uenio, aut quò uado.] Quod iam dixi, hoc Iudæi tanquam iam dictũ proponunt, quod Christus arguit, sed C id dixisse asseuerat, propter eorũ suspicionem, qui purũ eum hominem suspicabant. Ex deo sum, inquit, & deus, & dei filius: deus aũt sibi ipsi idoneus testis, uos autẽ nescitis, & sponte uestra mali estis: & uidentes dissimulatis, & omnia secundum humanã sententiã loquimini, neq; quicquã amplius q̃ quod apparet intelligere uultis. Vos secundum carnem iudicatis. Et quemadmodum secundum carnem uiuere, malè uiuere est: ita & secundum carnem iudicare, iniustè iudicare. Ego nõ iudico quenquam, & si iudico, iudicium meum uerum est.] Hoc est, iniustè iudicatis. Et si iniustè iudicamus, inquiũt, quid nos arguis? quid nõ condemnas? Quia nõ ueni ad hoc, ideo dicit se neminem iudicare, etsi iudicet, uerũ esse iudiciũ suum. D Nam si uellem, ex damnatorũ numero essetis: hoc aũt non quòd iudicem dico, neq; ideo nõ iudico, quòd non fidam. Nam si iudicarem, uos sanè conuincerẽ quòd iuste iudicarẽ: sed nunc iudicij tempus non est. Significat futurũ iudicium. Quia solus nõ sum, sed ego & qui misit me pater.] Vbi innuit, non solũ se iudicare, sed etiam patrẽ: quod

Deut. 17. & 19

subtexit in testimoniũ eius inducens, In lege aũt uestra scriptũ est: quia duorum hominũ testimonium uerum est.] Quid hoc in loco hæretici dicerent? Quid Christus hominibus præstaret, si hoc simpliciter acciperemus? In hominibus emi ita institutum est, quoniã nemo per se fide dignus est: in deo autem quomodo hoc esset cõsentaneum?

A Quomodo ergo hæc particula intelligenda est? Nunquid quoniã duo, an quoniã homines, propterea duo? Nam si quoniam duo sunt, qua gratia non confugit ad Ioannem? Non enim dixit, testimonium perhibeo ego de meipso, & de me Ioannes. cur non ad angelum, cur non ad prophetas? Inuenisset enim & alia innumera testimonia, sed uoluit hoc tantum significare, non quòd duo, sed quòd eiusdẽ substantiæ. Dicũt ei: Quis est pater tuus? Respondit Iesus: Neq; me scitis, neq; patrem meum.] Cum enim scientes tanquam inscij, & ut eum tentarẽt percontarentur, indignos quibus responderetur arbitratus est. Propterea iam omnia apertius & audẽtius loquitur, quippe qui à signis & sequentium se doctrina accipiebat testimonium. & quia iam crux appropinquabat, Noui, inquit, unde uenio, quod non nimium eos offendit: quod autem addidit, Et quò ego uado, magis eos perterruit, ac si non esset in morte permansurus. Sed cur non dixit, se scire deum esse: sed, unde ueniret? Quia semper humilia magnis admiscet, eaq; uicissim cohibet. Nam cum dixisset, Ego testimonium perhibeo de meipso, idq; ostendisset: ad humiliora descendit, quasi diceret. Scio à quo missus sum, & ad quem uado. Quibus uerbis nihil habebant quod contradicerent. Nihil enim falsi locutus sum, inquit, cum inde uenerim, & illuc ad uerũ deum uadam, quem uos nescitis, ideo secundum carnem iudicatis. Nam si post tot argumenta & signa adhuc uerum non esse dicitis, & Mosen de alijs, & de se testantem fide dignum iudicatis, Christum uero minimè, hoc est secundum carnem iudicare. Ego non iudico quenquã. At qui etiam patrem neminem iudicare testatur, quomodo hic dicit: Et si iudico ego, iudiciũ meũ uerum est, quia non sum solus? Iterum ad illorum loquitur suspicionem, hoc est, iudicium meum patris est, neq; aliter quàm ego pater iudicat: neq; aliter ego quàm pater. Sed quanam gratia patris meminit? Quia non dignè filium cui crederetur arbitrabantur, nisi patris præoccupasset testimonium. Aliter non staret sententia. In hominibus enim, cum super alieno negocio duo testificãtur, tũc testimoniũ est uerum: hoc enim est duos testimonium perhibere, sed hic non sunt duo. Vides nulla alia ratione hoc dictum, quàm ut patri consubstantialis, & alterius non egere testimonio, & D nulla alia ex parte patri inferior ostendatur? Animaduerte præterea quanta cum autoritate loquitur. Ego sum, qui testimoniũ perhibeo de meipso, & testimoniũ perhibet de me, qui misit me pater.] Quod si substantia minor esset, non sanè dixisset. Nunc autẽ ne numeri gratia id positum arbitreris, nihilo inferiorem potestatẽ intuere. Testimonium perhibet homo cùm fide dignus est, non cùm testimonio indiget, & hoc in re aliena: in propria aũt ab alio accipit, ipsi in re sua non creditur: hic aũt contrà. in suo enim negocio testimonium perhibens, & ab alio se habere asserens, dignũ se fide dicit, undiq; suam proponens autoritatẽ. Sed qua gratia, cum dixit, Non sum solus, sed ego & qui

A qui misit me pater. Et duorũ hominũ testimoniũ est uerum: addidit. Ego sum qui testimoniũ perhibeo de meipso: ut, scilicet, quantę esset autoritatis ostenderet. & primũ quidẽ seipsum posuit, ut æqualitatẽ indicaret, & nihil eos adepturos, qui se patrẽ scire, ipsum aũt nescire dicerent: & hanc causam dicit, quòd ipsum cognoscere non uelint. Ait enim impossibile sine sui cognitione quempiam nosse patrẽ, ut hoc saltem pacto ad se cognoscendum eos alliciat: ipso enim contempto patrẽ semper quærebant, quare inquit: Non potestis nosse patrẽ sine me. Itaq; qui filio maledicunt, non ipsi tantũ, sed & patri maledicũt. Hæc nos caueamus & glorificemus filiũ, quippe qui nisi eiusdem esset naturæ, nõ ita dixisset. Quod si tantũ admonuit, alterius aũt non erat substantiæ, poterat etiã ignoB rãs patrẽ cognoscere: neq; fuisset omnino cognoscere, si patrem nosset. Neq; enim qui hominẽ nouit, nouit & angelũ. imò inquit, Etenim qui creaturã nouit, nouit & deum: minimè. multi emi, uel potius omnes homines creaturã norunt, norũt fanè, & deũ ignorant. Glorificemus ergo dei filium, nõ oris tantũ gloria, sed operibus, sine quibus ea

Rom. 2 nihil proficit. Vide tu, inquit, Iudæus cognominaris & requiescis in lege, & gloriaris in deo: qui ergo aliũ doces, teipsum nõ doces? qui in lege gloriaris, per præuaricationẽ legis deum inhonoras? Vide ne quãdo & nos in rectitudine fidei gloriantes, non exhibendo uitã fidei conuenientẽ, deum inhonoremus, mendacẽ eum faciẽtes. Etenim orbis terrarũ magister, fermentũ, lucem, salem uult C esse Christianũ. Quid significat lux? uide claritatem, nihil obscuritatis in se continentẽ: nõ lux sibi ipsi utilis est, neq; sal, nec fermentũ, sed in alios confert utilitatẽ: ita nobis non nostra tantũ utilitas, sed aliorũ exigitur. Sal nisi salsum reddat, non sal, sed aliud esse deprehenditur. Nam si ipsi benefecerimus, alijs erimus benefaciendi exemplum. Quouscq; à bonis operibus desistemus, nihil alijs conferre poterimus. nihil fatuum apud nos, nihil molle sit & solutũ, qualia mundi opera sunt, & cu

Matth. 25 ræ seculares. Propterea uirgines fatuæ sunt appellatæ, quoniam circa fatuas mundi curas uacabãt, hic congregantes, ubi minimè est reponendũ. Verendũ sanè ne idem nobis accidat, ne sordidis uestibus eò accedamus, ubi mundas & nitidas om- D nes induti sunt. Nihil enim peccato sordidius, ni-

Psal. 27 hil immundius, cuius naturam prophetа interpretatus clamabat: Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meę. Quòd si peccati placet cognoscere turpitudinem cõmissum considera: cum liber nõ amplius eius perturbaris affectu, tunc id cognosces. Considera iram cum sedata est: auaritiam, cum ea non afficeris: intelliges profectò nihil turpius, nihil sceleratius rapina & auaritia. Ideo frequenter repetimus, nõ ut uos perturbemus, sed ut maiorem in modum prosimus. Nam qui una non corrigitur admonitione, corrigetur fortasse altera: & quẽ altera præterit, non præteribit tertia. Vtinam autem omnes omnibus malis liberi, Christi suauitatem degustemus, cui gloria &c.

Chryſ. to. 3

EX CAP. VIII. HOMILIA LII.

HAEC uerba locutus est Iesus in Gazophylacio, docens in templo. Et nemo apprehẽdit eũ, quia nondum uenerat hora eius.] O Iudaicam dementiam, ante Pascha Iesum quærebant, & in medio inuentum, conati eum & per se, & per ministros frustra cõprehendere, non tamen eius uirtutem iterum formidarunt, sed in malicia persistebant. Quòd aũt id semper tentarent, inquit: Hæc locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo, & nemo apprehendit eum. In templo loquebatur more magistri, quod magis eos mouere debuisset, & ad eos, qui ipsum reprehendebant & calumniabantur, quòd se patri æqualem faceret. Illud enim, duorũ hominum testimonium uerum est, hoc significat. Veruntamen hæc, inquit, locutus est in templo tanquam magister, & nemo apprehendit eum, quia nondum uenerat hora eius: hoc est, passionis tempus. Quamobrem cũ passus est, non eorum potestati, sed diuinæ dispensationi adscribendum est: ipsi enim iampridẽ uoluissent, non tamen potuerunt: neq; tunc potuissent, nisi ipse permisisset. Iterũ igitur inquit ad eos Iesus: Ego uado, & quæretis me.] Cur hoc frequẽter repetit? Vt eorũ animos cõmoueat, atq; perterreat. Considera quantum hoc terroris incutiat: cum enim uellent eum interficere, quærunt tamen quò uadat, tantam de eo opinionẽ conceperãt. Aliud item docere eos intendit, non in eorum esse potestate, sed iampridem præfiguratũ dicit, & resurrectionem iam his sermonibus describit. Dixerũt ergo Iudæi, Nũquid interficiet semetipsum.] Quã mox tollit suspicionẽ. Vos, inquit, deorsum estis, ego de supernis sum.] Hoc est, haud mirũ, si uos carnales homines hæc, & nihil spirituale suspicemini, ego tamen talia non faciam. Vos deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis.] Iterum mundanas & carnales eorum aperit sententias. Vnde constat illam particulam, Ego nõ sum de mundo hoc,] nõ ideo dictam, q̃ carnem non acceperit, sed quòd longè ab eorum abesset malitia. Etenim discipulos de mundo non esse dixit, habebant tamen carnẽ. Quemadmodũ igitur Paulus, dicendo: Non estis in car- Rom. 8 ne: non sine corpore esse intelligit: sic discipulos nõ esse de mundo, nihil aliud q̃ eorum sapientiã testatur. Dixi ergo uobis, quia si non creditis, quia ego sum, moriemini in peccatis uestris.] Si enim propterea uenit, ut tolleret peccata mũdi, neq; aliter tolli poterant, nisi per lauacrũ: necessariũ erat eum qui non crederet, cũ uetere homine esse moriturum. Qui enim non uult seipsum mortificare per fidem, & sepelire, mortificabitur in eo, & migrabit, priorũ peccatorũ pœnas daturus. Propterea dicebat: Qui non credit iam iudicatus est: nõ solum quia nõ credit, sed quia in peccatis moritur. Dicebãt ergo ei: Tu quis es?] O dementiã, post tantũ temporis, tot miracula, & tantam doctrinã, quis sit interrogãt. Quibus Christus. Principiũ qui & uobis loquor.] Hoc est, sanè indigni estis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quí sermones meos audiatis, & quí sim intelligatis. Vos ut me tentetis semper loquiminí, mihi autem non attenditis, & in omnibus uos reprehendere nunc nõ possum: hoc enim significat, Multa habeo de uobis loquí, & iudicare:] non tantum reprehendere, sed punire. Sed quí mísit me:] hoc est, pater, non uult hoc. Non enim uení iudicare mundũ, sed saluũ facere. Non enim mísit deus filiũ suum, ut iudicet mundũ, inquit, sed ut saluum faciat. Si ergo ad hoc me mísit, & ille uerax est, merito neminẽ ego impræsentiarũ iudico: sed ad salutem loquor, nõ ad reprehensionẽ. Hæc autem dicit, ne metu desistere, néue eorum mentes introspicere non putaretur. Illi aũt de patre sermonem haberí non intellexerunt. O dementiam, nõ desistit de eo uerba facere, neq; aduerterũt. Præterea cũ post multa signa & doctrínas nihil eís persuasísset, iam de cruce sermonẽ aggredit. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc maximè quia ego sum, scietis.] Et per signa & resurrectionem & captiuitatem, quę omnia sufficientia erant eius uirtutẽ demonstrare. Cum uidebitis, inquit, me nihil per mortem passum, tunc scietis quia ego sum, uidelicet Christus & filius dei, & quí cuncta & fero & duco, & nõ sum cõtrarius illi: idcirco addit,

Et à meipso non loquor.] Siquidẽ utrunq; cognoscetis, & uirtutẽ meam, & cum patre consensum. Hæc enim particula, A meipso non loquor: indiscretã cum patre substantiã, & nihil contra paternam uoluntatẽ se loquí ostendit. Cum enim à cultu excidetis, neq; nobis solita sacrificia permittentur: tũc diuinã in uos indignationẽ, ultionẽq;, quia me non audistis, intelligetis: quasi dicat, Si mihi alienus esset & contrarius, adhuc contra uos indignaretur. Hoc & Esaías inquit: Dabit impíos *Esa. 53* pro sepultura eius. & Dauid: Tunc loquetur ad *Psal. 2* eos in ira sua. & ipse: Ecce relinquetur domus ue- *Matth. 23* stra deserta. & parabola: Quid faciet agricolis dominus uineæ illius? Malos malè perdet. Vides ubiq; propter eorũ incredulitatẽ sic loquí. Quòd si *Luc. 19* ipse eos perdet, quemadmodũ perdet? Auferte, inq̃t, quí me sic regnare nolunt, & interficite. Cur non suum id opus, sed patrís dicit? Quia tum ad eorũ respicit imbecillitatem, tum patrem suum reuereturi propterea non dixit, Relinquam domũ uestrã desertam: sed, relinquetur, non addita per- D sona. Dicendo enim, Quoties uolui congregare *Ibid. 13* filios uestros, & noluistis: inde addendo, relinquetur, se desolaturum eam ostendit: hoc est, cum obsequijs & beneficijs cognoscere me noluistis, supplicijs cognoscetis quí sum. Et pater mecũ est.] & ne hoc uerbo, quí misit me, minor patre existimaretur, secum esse dicit. Aliud enim dispensationis est, aliud diuinitatis. Et non reliquit me solum, quia ego quæ placita ei sunt, facio semper.] Rursus ad humiliora descendit, ad illud frequenter instans, quod dicebant ex deo non esse, neque sabbatũ seruare: ideo inquit, Quæ placita ei sunt, facio. Indicans sabbati solutionem præter eius *Matth. 26* non esse uoluntatem. Ita & in passione: An putas quia non possum rogare patrem meum? Atquí di cendo solum, quẽ quæritis, reiecit eos retrorsum. Qua ergo gratia non dicit, non putatis q̃ possum eos perdere, cũ id reipsa ostenderit? Ad eorũ descendit imbecillitatẽ: id enim maiorẽ in modum adnisus est, ut minimè patrí contrariũ se ostenderet: ita hoc in loco humanius loquitur. Et ut dixit, Non reliquit me solũ: ita &, Quæ placita ei sunt, facio semper. Hæc illo loquente, multí crediderunt in eum.] Cum enim ad humiliora descendit, multi ad credendũ adducuntur: & tu adhuc inter rogas, qua gratia humiliter loquatur, cũ Euangelista aperte his uerbis demonstret? tantũ non clamans, Noli perturbari, cũ ad hanc uerborũ humilitatem eum descendere audís. Siquidẽ quí supernа illa doctrina nõ sunt persuasi, q̃ à patre sit: merito humilia audierũt quibus crederent, & hac ratione postmodũ etiam huiusmodi usus est uerbis. Crediderunt ergo, nõ tamen ut oportuit: sed quo dammodo cũ intelligerent, & acquiescerent sermonis eius humilitati: q̃ enim perfectã fidem nõ haberent, ex sequentibus Euangelista significat, cum rursus ei maledicunt: & q̃ hi ijdem sint, ex sequentibus constat. Dicebat ergo Iesus ad eos quí crediderunt ei ex Iudæis: Si uos manseritis in sermone meo.] Hinc enim perspicuum est, nondum doctrinæ inhærere, sed tantum uerbis uacare: quare uehemẽtius locutus est, illic simpliciter: Quæretis me: nunc maius quiddam addit, In peccatis uestris moriemini. Ideo scilicet, quòd illuc migrantes, me amplius rogare non potestis hæc quæ loquor in mundo, hinc se ad Gentes exiturũ ostendit. Cum non cognouerint, q̃ de patre ad eos locutus esset, rursum ad se redit, & humilitatis uerborum causam affert Euangelista. Hoc igitur pacto, si scripturas diligẽter scrutari uoluerimus, salutem assequí poterimus: si penitus in eis uersabimur, & doctrinã rectam & uitã erudiemur. Et licet durus sit quispiam & asper & immitis, licet superiori tempore nihil profecerit: nunc saltẽ proficiet, & aliquã, etsi non statim sentiat, utilitatẽ accipiet. Nam si unguentario quispiã, aut unguentariæ tabernæ assideat, etiã inuitus illum accipit odorem, longè magis quí ecclesiam frequentat. Vt enim ex desidia, negligentia: ita ex operatione alacritas oritur. Quamuis innumeris uitijs sis obnoxius, quamuis immundus, noli ecclesiæ uitare consuetudinẽ. Quid ergo si audita nõ facio? Non parum consequeris, si te miserum intelligis. Non inutilis hic metus, neq; intẽpestiua formido, modo ingemiscas, q̃ audita non facias, sine dubio ali quando bene facere incipies. Non enim fieri potest, ut quí deum & audiat, & alloquatur, non assequatur utilitatẽ. Statim enim cohibemur. Manus lauamus, cum librũ accipimus. Vides quanta ante lectionẽ reuerentia moueamur? Quòd si diligenter accedemus, magna inde proueniet utilitas. Non enim nisi reuerens anima manus lauerit. Et uxor si detectum caput habuerit, quamprimũ tegit, interioris reuerentiæ præferens indicium: uir autem tectũ caput deteget. Vides quo pacto interiores affectus exterior habitus indicat? Præterea

terea quí diuinæ concionis auditor sedet, sæpe in A gemit, sæpe uitam suam & mores reprehẽdit. Vacemus ergo scripturis dilectissimi, & saltẽ euãgelijs, ea frequenter pertractemus. Aperto nanq; libro, euestigio Christí nomen occurret, & eius au dies generationem, recordaberis matris Mariæ, *Mar. 1* quæ à Ioseph inuenta est in utero habens ex spíritu sancto. Quí autem hęc audierit, quamprimum miro uirginitatis amore flagrabit, partum admirabitur, terrena contẽnet. Neq; paruũ putandum est, dignatã spiritu sancto uirginem, & ab angelo annunciatam, & hæc quidem in superficie. Quòd si diligenter omnia perscrutaberis, euestigio cuncta cõtemnes secularia, ridebisq;. Si diues fueris, nihil diuitias duxeris, cum intelligas fabro nuptam, in humili domo & fortuna matrem domini factam esse. Si pauper, non erubesces, cum uilissimam domũ mundi autor non aspernatus est: hoc persuasus, non rapina, non cupiditate fereris, non proximi rem capies, sed potius paupertatem amplexaberis, diuitias negliges, hac ratione omnem propulsabis malitiam: ad hæc cum uideris Iesum in præsepio iacentẽ, abijcies omnẽ curam ornãdi filium tuum auro, aut argento lectum excolendi, abijcies sanè omnẽ cupiditatẽ: multa cõsequeris, quæ particulatim in præsentia dicí nõ uacat: sciẽt aũtẽ quí experiẽtur. Quamobrẽ hortor, ut lectioni uacetis, sensus imbibatis, eosq; uestris inscribatis mentibus: quod cum ludæi neglexerũt, libros manibus ferre iubebant. Nos uero nõ manibus, sed domi habeamus, imo cordibus, ut oportet, inscribamus. Hoc enim pacto absterlis præsentis uitæ sordibus, futura bona cõsequemur, gratia &c.

EX CAP. VIII. HOMILIA LIII.

Dicebat ergo Iesus ad eos quí crediderunt ei ex Iudæis. Si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatẽ, & ueritas liberabit uos.] Multa nobis patientia opus est, dilectissimi, quam tunc profecto cõsequemur, cũ sacrarum literarũ doctrina altius in cor radices egerit. Nam quẽadmodũ quercus altius demissis radicibus, nullius uẽti uiribus sternitur: ita animam diuino cõfixam timore, nullus tentationũ uẽtus euellet. Idcirco inquit prophe- D *Psal. 118* ta: Confige timore tuo carnes meas. ita & tu cõfigere, quasi clauo quodã, & adhæreas: ut enim hi difficulter, ita aliter affecti facile decipiunt, & in labe procidũt: sicut cõtigit Iudæis. Licet eĩ audierint, crediderintq;, rursus ad deteriora, plapsi sũt, Quamobrem Christus ut eos in fide, quanquam paruã haberent, confirmaret, asperius eos tangit. Est credentium facile reprehensiones tolerare, ipsi autem quamprimum excanduerunt. Primum ergo Iesus eos admonet: Si uos permanseritis in sermone meo, uerè discipuli mei eritis: & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Tantum non dicens, Sum altius incisurus, sed nolite agita ri. Vel potius his uerbis eorũ sedat superbiam.] A quo autẽ liberabit, dic, quæso? A peccatis. Quid temerariĩ illi? Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus unquam.] Statim defecerunt, quoniã terrenis inhiabant. Si nõ manseritis in sermone meo: indicat cordis eorũ cogitatiões, q̃ crediderunt quidem, non autẽ permanserunt. & magnum quiddã, eos, uidelicet, futuros sibi discipulos, annunciat. Cum enim nonnulli antè discessissent, eos notat inquiens, Sed si manseritis: nam et illi audierant, crediderant, discesserant, quoniam nõ permanserunt. Multi enim discipulorum eius abierunt retrò, & iam non cum illo ambulabant. Cognoscetis enim ueritatẽ, hoc est me. Ego enim sum ueritas. Iudaica enim dogmata omnia figurabant. Veritatem à me intelligetis, quæ uos à peccatis liberabit. Quemadmodum eĩ illis dixit, In peccatis uestris moriemini: ita his, liberabit uos: B & nõ dixit, uendicabo uos à seruitute, sed hoc eis cogitandũ reliquit. Illi aũt, semẽ Abrahæ sumus, & neminí seruiuimus unq̃. Atquí si indignãdum fuisset, tolerabilius potuissent, cum dixit, Cognoscetis ueritatẽ: dicẽdoq;, Nũquid eam nescimus? Iex ígitur & cognitio nostra falsa est. sed de sæculi rebus indignantur, & mundi uerentur seruitutẽ. Sunt & hac ætate, sunt, inquam, quí in rebus non proprijs, & mundi seruiture erubescunt, peccati seruitiũ nil uerentur, & optarent huic potius obnoxij frequenter appellari, quàm illi semel: tales illi erant, & aliud seruitium ignorabãt, dicentes: Seruos appellas, quí ex semine Abrahæ sunt? quí generosi, quí serui minime sunt appellandi. Nun quam seruiuimus. Huiusmodi ludæorũ iactationes, Semen Abrahæ sumus, Israelitæ sumus. Nun quam propria merita memorant, ideo in eos clamat Ioannes: Nolite putare & dicere, patrem habemus Abraham. Sed quare non reprehẽdit eos Christus, siquidem sæpe seruierant & Ægyptijs, & Babylonijs, et alijs multis? Quoniã nolebat cũ his cõtendere, nisi ad salutem tantũ & beneficiũ, ad quòd tantũ properabat. Potuisset nanq; in medium eorum quadraginta, inde septuaginta, inde sub iudicibus nunc uiginti, nunc duorũ, nunc septem annorũ afferre seruitutem, præterea quòd nunq̃ seruí esse desierint: sed eos nõ hominũ seruos ostendere uoluit, sed peccati, quæ seruitus est grauissima, à qua solus deus liberare potest. Dimittẽdi eĩ peccatũ potestatẽ nemo habet præter D deũ: quod & ipsi cõfessi sunt, ideo ad hoc eos adducit, dicitq;: Quí facit peccatũ, seruus est peccati.] ut quã seruitutẽ dicat, intelligãt. Seruus autem nõ manet in domo inæternũ, filius aũt manet in æternũ.] Placide per legem superiora tollit, ne his se uerbis tueanẽ: Sacrificia habemus, Moses mandauit, ille nos liberare poterit. Hac gratia addidit. Quamnã hæc consequentiã habent, Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei iustificati gratis gratia eius & sacerdotes eius? Propterea inquit Paulus de pontifice: Quòd debet quemadmodũ pro populo, ita pro semetipso offerre pro peccatis, quoniã & ipse circũdatus est infirmitate: quod significat dicẽdo, Seruus nõ manet in domo. Vnde et æqualitatẽ ad patrẽ, & liberi & serui

Universidad de Deusto
Biblioteca

indicat differentiã: quasi dicat, non habet potestatem seruus: quod per id uerbũ, manet, significat. Quid autẽ cũ de peccatis sermonẽ habet, domus meminit? Vt se tanq̃ dominũ domus, ita omniũ dominum ostẽdat. Ea aũt particula, Non manet: hoc est, nõ habet largiẽdi quicq̃ potestatẽ, utpote, qui non est dominus: filius dominus est, quare manet in æternũ secũdum solitam nobis translationẽ. Ne dicerent, Tu quis es? Mea sunt omnia: sum enim filius, & in domo patris mei mãsiones multæ sunt: cum enim de libertate et seruitute sermo sit, merito hac utiq̃ translatione, quòd illi nullam habebant dimittendi potestatẽ. Si ergo filius uos liberauerit.] Ecce eandem illi cum patre substantiam. Si filius, inquam, uos liberauerit, nemo iam contradicet, sed ueram habebitis libertatem. Si deus iustificat, quis condẽnat? Hic se mundum à peccato ostendit, & nomine tantũ libertatem significat, quã & homines dant, illam aũt solus deus: & per hoc suadet eis, ne propter hãc erubescant seruitutẽ, sed propter peccatũ, quo abiecto non sunt amplius serui: uel potius seruos ostẽdit, cum futuros liberos dicit, significat enim eam ueram non esse libertatẽ. Inde ne dicerẽt, pẽccatũ nõ habemus (nã credibile erat hoc dicturos) considera quo pacto eos accusat. Omissis nanq̃ reliquæ eorũ uitę criminibus, quod in manibus erat, & quod tunc facere cogitabãt, profert in mediũ, & ait: Scio quia semen Abrahæ estis, sed quæritis me interficere.] Placide & pedetentim ab Abrahæ cognatione eos abscindit, admonẽs nõ esse propterea superbiendũ: ut em̃ libertas & seruitus ex operibus, ita & cognatio iudicat. Neq̃ cõtinuo respondit nõ esse ex semine Abrahæ homicidas iusti, sed primũ assentit: Scio quia semen Abrahæ estis. Sed hoc non est quod quærimus, & iam asperius inuehit. Etem̃ est, ut in pluribus, obseruandũ, ut qui magnũ aliqd facturus est, postq̃ fecerit magis sibi fidat, ac si operũ suorũ testimonium omnibus silẽtium imponat. Sed quæritis me interficere. Quid si iuste? minime. ideo affert causam, Quia sermo meus nõ capit in uobis.] Quo modo ergo, inquit, in ipsum credidisse? quia mutati erant, ut dixi, quãobrem uehementius eos tetigit. Nam si illius cognatione gloriamini, etiã & uitam præ uobis feratis oportet. Et nõ dixit, Nõ capitis sermonem: sed, sermo meus nõ capit in uobis, ad doctrinæ magnitudinẽ significandam: sed nõ propterea interimendus fuit, sed potius honorandus & colendus, ut discerẽt. Sed ne dicerent, à teipso hæc loqueris, ideo addidit: Quę ego uidi apud patrẽ meum, hæc loquor: & uos quæ audistis apud patrẽ uestrũ, facitis.] Quẽadmodũ, inquit, ego & uerbis & re ostendo patrẽ, ita & uos: non em̃ eiusdem tantũ sum cum patre substantię, sed & ueritatis. Dicunt ei: Nos patrẽ habemus Abrahã. Dicit eis Iesus: Si patrẽ habetis Abrahã, opera eius facite. Nunc aũt quæritis me interficere.] Frequẽter hoc in loco eorũ animos cædis arguit, & Abrahę meminit: quod facit, ut ab eius cognatione ipsos abducat, & gloriam tollat, persuadeatq̃ nõ amplius in illo salutis spem esse reponẽdam. Non em̃ à natura cognatio, sed à uoluntate: hoc ut ad Christũ accederent, prohibebat, q̃ sufficere sibi ad salutẽ cognationẽ illam arbitrabãtur. Quam aũt ueritatẽ dicit? q̃ æqualis est patri, propterea quærebãt eum Iudæi interficere. Quæritis me interficere, quia ueritatem uobis locutus sum, quã audiui à patre meo.] Vt nõ cõtraria patri dicere uideatur, iterũ ad patrẽ confugit. Dicunt ei: Nos ex fornicatiõe nõ sumus nati, unum patrẽ habemus deum.] Quid dicitis? uos patrem deũ habetis, & Christũ hoc dicentem persequimini? Vides pręcipuè eum dixisse patrem suum esse deũ? Cum ergo eos ab Abrahæ cognatiõe excluderet, nõ habentes quid dicerẽt, aliud quiddã maius ausi, se ad deũ referũt. à quo etiã honore excludit eos Iesus, inquiẽs: Si deus pater uester esset, diligeretis utiq̃ me. Ego em̃ ex deo processi et ueni, Neq̃ à meipso ueni, sed ille me misit. Quare loquelam meã nõ cognoscitis? quia nõ potestis audire sermonẽ meum. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit: quia nõ est ueritas in eo. Cum loquitur mendaciũ, ex propriis loquitur: quia mendax est, & pater eius.] Exclusit eos à cognatione Abrahæ: & cum inde maiora auderẽt, maiorem etiam plagã infligit, quòd nõ solum Abrahæ filij non sint, sed diaboli: secundum impudentiã uulnus incutiens, & testimonia reprehensionibus miscet. Interficere em̃, inquit, diabolicæ malitiæ opus est. Neq̃ em̃ simpliciter opera dixit: sed, desideria: ut & illum, & eos maxime cędibus delectari, autore inuidia, significet. Nam cũ nullam haberet pręter inuidiam causam, Adam perdidit: quod id uerbũ significat, Et in ueritate non stetit: hoc est, in uitæ rectitudine. Cum em̃ frequenter ipsum accusarent, quòd ex deo nõ esset, hoc inde prouenire dicit. Ille nanq̃ primus mendaciũ peperit inquiens: In quacũq̃ die comederitis, aperient̃ uobis oculi. Mendacio ergo primus usus est diabolus: homines? nõ tãq̃ proprio, sed ut alieno utunt̃, ille ut proprio. Ego autem si ueritatẽ dico, non creditis mihi.] Vnde procedit, q̃d sine ulla causa uultis mẽ perdere, nisi quia inimici estis ueritatis? sin minus, dicite peccatum meum: ideo addidit, Quis ex uobis arguet me de peccato?] Quod autẽ dixerũt, Nos ex fornicatione non sumus nati: nónne multi illicito coitu miscebant? Tamẽ hoc omisso, illic insistit. Postq̃ aũt non ex deo, sed ex diabolo eos esse ostendit: quòd interficere diabolicũ est, & mendaciũ dicere, quæ utraq̃ illi faciebãt: iam cõtra ostẽdit amorẽ, quòd quis dei sit esse argumentũ. Quare loquelam meã non cognoscitis?] Cum em̃ semper dubitarent, dicẽtes: Quid est quod dicit, Quò ego uado, uos nõ potestis uenire? ideo inquit, Loquelam meã non cognoscitis. Nam mens uestra humi repit, mei sermones alte eriguntur. Quid si non possunt? Non posse hoc in loco, nõ uelle est. In paruis eruditi estis, nihil magnũ aggredimini. Cum enim tanq̃ dei amatores se Christum prosequi

qui dicerent, ideo ubiq̃ probare conatur sui persecutionem dei odio, cõtrariũ amore prouenire. Vnum patrẽ habemus deum. Ex honoribus, non ex operibus gloriamini. Incredulitas uestra, non me alienum à deo esse, sed quòd deum nõ cognoscitis, est argumẽtum. Causa autem quòd mentiri uultis, & diabolum imitari, quod pusilli animi indiciũ est, ut Apostolus testatur: Cũ enim sit inter 1.Cor.3. uos zelus & cõtentio, nónne carnales estis? Quare autẽ non potestis? Quia desideria patris uestri uultis facere. Curate, contendite, adniti mini. Ecce quòd non posse, nolle est: quod Abraham non fecit. Sed quænam sunt eius opera? mansuetudo, modestia, obsequium, Vos cõtrà immanes & crudeles estis. Et quænam fuit audacia ad deum confugere, qui Abraham indigni essent? Cum minus crimẽ euitare uellent, in maius incidẽrũt. Exprobrante nanq̃ Iesu illis cædem, ad sui excusationẽ, ut deum defendant, id facere causantur. Quod cõtra deum esse demonstrat. Illud enim uerbũ, processi, ipsum inde esse, & ad nos uenisse significat: nam cum illi dicere possent, eum aliena quædam & noua afferre, ideo se à deo uenire dicit. Merito ergo nõ auditis eum, inquit, cum ex diabolo sitis. Qua gratia uultis me interficere? Quid in me reprehẽdere potestis? si hoc nõ est, cur mihi nõ creditis? Ita ex mendacio & cæde, à diabolo eos esse ostendẽs, infert, & ab Abrahã, & à deo omino esse alienos: & quia odio habent nihil iniuriantẽ, & quòd eius sermonẽ nolunt audire: et modis omnibus deo se non esse contrarium arguit, neq̃ propterea eos non credere, sed quia ipsi cõtrarij sunt deo. Etenim qui peccatum non fecit, qui se à deo uenire, & à deo missum dicit, qui ueritatem loquitur, & ita ut omnes in testimonium aduocet: si nõ creditur ei, cõstat auditorũ uitio prouenire, quòd carni dediti sint. Nouit enim terrenis deditã animam procliuem ad peccandum: idcirco inquit, Nam pigri facti estis auditionibus uestris. Quoties enim terrena nequit homo contemnere, quo modo poterit cœlestia contẽplari? Quamobrem adnitamur pro uiribus dilectissimi, ut uitam nostram dirigamus, ut mentẽ expurgemus, ut nullæ nos sordes impediant, augete cognitiõis lucem, neq̃ iacite semen inter spinas. Qui non intelligit malam esse auaritiam, quomodo maiora cognoscet? qui his non abstinet, quomodo resistet illis? Matth.11 Bonũ est rapere, nõ ea quæ pereũt, sed regnũ cœlorum, quippe quod uim patitur, neq̃ desidia acquiri potest, sed cura & diligẽtia. Sed quid signat, uim patitur? ui opus est multa: angusta est uia, robusta anima opus est, & generosa, raptores præoccupare adnituntur, nihil respiciũt, non accusationẽ, non damnationẽ, nõ supplíciũ, illud solum curant, ut præcurrãt cæteros. Rapiamus ergo regnum cœlorũ: quæ rapina non crimini, sed laudi datur: crimẽ est, si nõ rapitur. Non em̃ alterius damno ditescimus. Adnitamur ergo: & licet ira, & cupiditas nos perturbet, naturæ uim inferamus, mãsuetudini assuescamus, parum laboremus, ut perpetuo quiescamus. Noli aurũ rapere, sed diuitias, quarũ cõparatione aurũ lutum esse apparet. Dic, quæso, plumbo tibi & auro proposito, quid potius raperes? nónne aurũ? Vbi qui rapit punit̃, maius honoras: ubi qui rapit honorat̃, maius prodis: quòd si utrinq̃ puniret̃, num sanè ad hoc magis uenisses? Hic nihil tale in manibus est, sed beatitudo. Et quõ potest quis rapere, inquis? Dispergе quæ habes. Quouscq̃ em̃ seruas illa, rapere nõ poteris. Propone tibi hominẽ plenis argento manibus, quoad id tenuerit, nunquid aurum rapere poterit, nisi id prius proiiciat, & expeditus relinquat? Rapientem bene expeditũ esse oportet, ne quid eum impediat: siquidem etiam nunc contrariæ potestates sunt obuiæ, ut id nobis auferãt. Quas fugiamus, quæso fugiamus, & nullã extrinsecus ansam relinquamus, incidamus funes, nudi à secularibus emergamus. Quis usus preciosarũ uestiũ? quouscq̃ tãdem his ridiculis implicamur? quouscq̃ aurum defodiemus? Volebã ab his cessare admonitionibus, sed uos non permittitis, qui mihi semper admonendi occasiones & materias præbetis: sed nunc saltem à uitijs desistamus, ut uitæ exemplo alios erudientes, promissa bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri &c.

EX CAP. VIII HOMILIA LIIII.

REsponderunt ergo Iudæi, et dixerũt ei: Nónne bene dicimus nos, qa Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit Iesus & dixit: Ego dæmonium non habeo.] Impudens quiddam & temerarium malitia est, quæ cum magis confundi deberet, magis irritatur, ut in Iudeis usuuenit. Oportuit enim ut Iesu uerbis placarentur, eius admirari fiduciam, & uerborum constantiam: sed maledicunt ei, & Samaritanũ & dæmoniacum appellant. Nónne bene dicimus, quia Samaritanus es & dæmonium habes? Altior em̃ sermo, stultitia apud stultos uidetur. Atqui non meminit adhuc euangelista Samaritanum Iesum antea à Iudæis appellatum: ex hoc tamen potest intelligi etiam sępius eo in Iesum usos uocabulo, dæmonium habes. Quis dæmonium habet? nũ qui deum honorat, an qui honoribus deũ prosequentem contumelia afficit? Quid Christus? Mansuetudine & clementia summa, Ego dæmoniũ, inquit, non habeo, sed honorifico patrem meum, qui misit me.] Nam ubi docere eos & humilitatis admonere oportuit, ne quòd Abrahæ semen essent se iactarent, uehemens fuit: ubi autem contumeliæ ferendæ erant, mansuetudine utitur. Dicẽtibus enim illis, Patrem deum & Abraham habemus: in eos inuectus est uehementius: cum habere dæmonium insimulatur, lenissimum se exhibet: ad nos erudiẽdum, ut quæ ad deum pertinẽt, maiorem in modũ defendamus: quæ ad nos, contemnamus. Ego non quæro gloriam meam.] Hæc dixit, inquit, quoniam non decet ut deum patrem appelletis cum sitis homicidæ. Ob eius ergo honorem hęc locutus sum, & propter illum

hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc audio, & me inhonoratis. Sed nihil mihi cu- A
ræ est hæc contumelia, illi pœnas debetis, cuius
gratia hæc audio: ego nō quæro gloriā meā, ideo
omissa uindicta ad doctrinā uertor, et cōsulo quę
faciatis, ex quibus non modo supplicīū uitabitis,
sed æternā uitam consequemini. Amen amē di
co uobis, si quis sermonē meum seruabit, non ui-
debit mortē in æternū.] Hic non modo fides in-
telligēda est, sed uitæ etiā puritas. Et superius ait,
uitā æternā habebit: hic, mortē nō uidebit: simul
ac significat, nihil se ab eis posse accipere detrimē
ti. Nam si quī eius sermonē seruat, nō moriē, lon-
ge minus ipse: Tūc Iudæi: Nunc cognoscimus
quia dęmoniū habes. Abrahā mortuus est, & pro
phetæ mortui sunt.] Hoc est, qui dei sermonē au
dierūt mortui sunt: & qui tuū audierint, non mo-
rientē. Nunquid tu maior es patre nostro Abra B
ham?] O inanē gloriam, iterū ad eius confugiūt
cognationē: atqui consequēs erat ut diceret, nun
quid tu maior es deo? aut qui te audiunt, maiores
sunt q̄ Abraham arbitrabatur? Primū ergo eos
homicidas arguit, hinc ab Abrahæ cognatiōe se-
parauit. Et cum persisterent, alia uia aggreditur,
ostendens frustra eos laborare: & de morte nullū
facit uerbū, neq; exposuit quam mortē intelligeret, Admonet autem se quam Abrabam superiorem, ut reuererētur, imō & qualiscunq; esset, non tamen in nocuum morte esse multandum. Quòd si ueritatem uobis dico, & peccatū non habeo, & à deo sum missus, & melior q̄ Abrahā, nónne in-
sanitis? nónne frustra laboratis, cum me tentatis C
interficere? Quid illi? Nunc cognoscimus, qa dæ
monium habes. Verum non ita Samaritana: sed
tantū, Nunquid tu maior es patre nostro Iacob?
Iudæi contumelioſi erant & superbi: illa discendi
cupida, ideo dubitauit, & debita cū modestia re-
spondit, & dominum appellat: qui enim lōge ma
iora pollicebatur. & dignus fide erat, non erat in-
iuria lacessendus. Hi dęmonium habere dicunt: il
la dubitantis, hæc incredulorum & malignorum
uerba erant. Nūquid tu maior es patre nostro A-
braham? Itaq; hoc maiorem eū facit, quàm Abra-
ham. Cum autem abeuntem uideritis, maiorē es-
se confitebimini: propterea dicebat, Cum exalta-
ueritis me, tunc cognoscetis quia ego sum. Et in-
tuere prudētiam. Primū à cognatione eos abscin D
dit, & se maiorem illo ostendit, ut ex multa excel
lentia prophetis quoq; maior intelligatur: cum e-
nim semper prophetam appellarint, ideo inquit:
Sermo meus non capit in uobis. Illic namq; dice-
bat, mortuos suscitare: hic autem non uisurū mor
tem qui credit: quòd longe maius erat, quare ma-
gis exasperati sunt, dicētes: Quē teipsum tu fa-
cis?] Et hoc cōtumelioſe, tu tibi blandiris inquiunt. Quibus Christus: Si ego glorifico meip-
sū, gloria mea nihil est.] Quid hoc in loco dicunt
hæretici? Interrogatus, nūquid tu maior es patre
nostro Abrahā: nō ausus est palam affirmare, sed
latenter innuit. quid igitur? Nihil est gloria eius?
Ad illos nihil. Sicut em cum dicit, Testimonium
meū non est uerum: secundū eorū opinionē locu
tus est: ita hoc in loco, Est qui glorificat me.] Et
cur nam dixit, Pater qui misit me, quem uos di
citis, quia deus uester est, & tamen non cognoui-
stis eum?] Voluit ostendere, quòd nō solū patrē
ipsum ignorarēt, uerūetiam deum. Ego autem
noui eum.] Itaq; si me scire dicerem, nō superbus
essem: si nescire, mendax: uos autem qui eum scī-
re profitemini, mendaces estis: & itidem ego
mendax essem, si eum me nescire dicerē.] Si ego
glorifico me. Cum dixissent, Quē teipsum facis?
inquit: Si quem me ego facerem, gloria mea nihil
est: quēadmodū ego eum certè noui, ita uos igno
ratis. Et ut nō omnino eos ab Abrahā separauit,
sed inquit, Scio quòd semen Abrahæ estis: ut ma-
gis in ipsos inueheretur: ita hic non totū abstulit,
sed inquit, Quem uos dicitis: & uerbis gloriā tri-
buens. grauius crimē reddidit. Quomodo autem
eum ignoratis? quoniā qui pro ipso oīa & facit
et dicit, ut gloriosum reddat, contumelia afficitis,
cum ab eo sit missus, hoc autē probatum non est,
probabitur autē in sequentibus: Et sermonem
eius seruo.] Hoc, si quid habebant, poterāt repre
hendere: magnum nanq; erat argumētum, ab eo
missum. Abraham pater uester exultauit, ut ui-
deret diem meum: uidit, & gauisus est.] Iterum il-
los Abrahę alienos probat, siquidē ex his quibus
ille gauisus est, tristātur. Dtem autem meum, hoc
in loco crucem mihi significare uidetur, quem in
arietis oblatione Isaac præfigurauit. Adhæc il- Gen.22
li: Quadraginta annos nondum habes, & Abra-
ham uidisti?] Acsi prope iam ad eam accederet
ætatem. Dicit eis Iesus: Priusquā Abraham fie-
ret, ego sum. Et acceperunt lapides, ut iacerent in
eum.] Animaduerte quomodo se maiorē Abra-
ham cōfirmauit. Si enim gauisus est uidere diem
eius, idcq; operæ pretium duxit, propter beneficiū
inde prouenientis gauisum constat, & quòd longe
maior esset. Nam cum Iudæi fabri filium eum ap- Matth.13
pellarent, neq; amplius quicq̄ de eo imaginaren- Mar.6
tur, paulatim eos ad maiorem sui cognitionem e-
rigit. Cum ergo audierunt se deum nescire, nō æ-
gre tulerunt: cum autē, priusquā Abraham fieret,
ego sum, perinde ac si ipsorum nobilitas degene-
raret, exasperantur, & lapides iaciūt in Iesum. Vi
dit diem meum, & gauisus est: significans nō inui
tum se ad passionē uenire, siquidem laudat qui in
cruce delectatus est, quæ salus mundi erat. Illi au-
tem lapides iecerūt, adeò proni erant in cædes, &
ueritatē cognoscere negligebant. Sed cur nō di-
xit, Priusquam Abrahā fieret, ego eram: sed, sum.
Quēadmodū pater hoc uerbo, sum, utitur, ita &
Iesus: significat enim perpetuo esse ab omni libe-
rum tēpore, propterea blasphemum eis uerbum
uidetur. Quòd si ad Abraham comparationem,
quamuis per uim non tulerunt, quomodo tulis-
sent ad patrem? Fugit ergo iterum Iesus,] ut
hominem præstaret, & absconditur,] cum satis
eos admonuisset: & impleto officio suo, exiuit
de tēplo,] & se ad sanandū cæcū cōtulit, per ope-
ra se ante Abraham esse cōfirmans. Sed dicet for-
tasse aliquis, Qua gratia eorū conatus non cohi-

buit

buit: ita em̄ credidissent. Paralyticum sanauit, & A
non crediderūt, innumera operatus est, & in ipsa
passiōe strauit eos supinos, & uisū abstulit, & nō
crediderunt: & q̄modo si id fecisset, credidissent?
Animo enim desperato nihil peius, quamuis sig-
na, quamuis miracula uideat, in eadē perstat per-
Exod.8 tinacia. Etem̄ Pharao multis acceptis plagis, dū
afflictaretur tantum sapiebat, ad ultimum tamen
Heb.3 diē idē perstitit, persecutus quos dimiserat. Qua-
re Paulus, ut obduretur quis, inquit, ex uobis fal-
lacia peccati. Sicut enim uires corporis moriunt,
& omnē sensum amittunt: ita & anima cum mul-
tis detinetur affectibus, uirtuti moritur: & si quid
attuleris, non sentit, sed siue supplicīū, siue quod-
cunq; aliud minaberis, nullo sanè sensu mouetur.
Quamobrē dum habemus salutis spem, dilectissi B
mi, dum conuerti possumus, oīa faciamus. Qui
enim non dolent, tanq̄ desperātes gubernatores
nauī uentis commissa, nihil sibi opitulātur. Cum
enim inuidus, ut cupiditatē suam expleat, tantum
intuet, et si pœna impendeat, si internecio, eo dū-
taxat affectu possidet: itidem & impudico & aua
ro usuuenit. Quòd si affectuū tanta uis est, longè
maior uirtutis: si propter illos mortē cōtēnimus,
longè magis propter hanc: si illi animā suam con
temnunt, quid nos pro salute nostra facere opor-
tet? quæ nobis erit excusatio, si cum perditi homi
nes tantopere perditioni suæ incumbāt, nos pro
salute nostra nullam adhibebimus diligentiā, sed
inuidia consumemur, qua nihil peius? Inuidus e-
nim ut proximum perdat, perdit seipsum. Inuidi C
oculus consumitur dolore, morte uiuit perpetua,
omnes inimicos existimat, etiam nihil iniuriatos,
dolet quòd deus honoratur: his lętatur, quibus et
diabolus honoratur apud homines: sed hic nō ho
nor est. Noli inuidere, si apud deū honoratur, æ-
mulare illi, & similis efficiaris: an non uis? quid er
go & teipsum perdis? quicqd habes proiicis, non
potes similis illi fieri, neq; uirtuti uacare. Cur ma-
litia imbueris? Congratulandum est proximo, ut
etsi in bonis operibus pariter laborare nō possis,
ex congratulatione saltem merearis. Sufficit nō-
nunquā uoluntas ad magnum bonum: ideo Eze
Ezech.35 chiel propterea Moabitas punitos dicit, quòd læ
tati sunt super Israelitis: & alios quosdam salutem
consecutos, q̄ alienis malis condoluerunt. Quòd D
si miserētibus aliorū malis est aliquod meritum,
multo magis aliorū honoribus cōgratulantibus.
Reprehendit Moabitas, quòd super Israelitis læ-
tati sunt quos deus ultus est: & quamuis ipse pu-
niat, non tamē uult ut eorum supplicio lætemur,
neq; enim uult eos ulcisci: quòd si condolendum
Num.16 est ultorū supplicio, multo magis honoratis non
inuidendū. Sic enim Chore & Dathan perierunt:
quibus inuidēt clariores reddūt, seipsos torquēt.
Fera enim uenenosa inuidia est, fera immunda &
morbus uoluntatis, oīm uenia & excusatione in-
digna, omniū malorū & mater, & autor: quamob
rem radicitus eā euellamus, ut & præsentibus ma
lis liberemur, & futura bona cōsequamur, gratia
& benignitate domini nostri Iesu &c.

EX CAP. IX. HOMILIA LV.

LEt præteriēs Iesus, uidit hominē cæ-
cum à natiuitate, & interrogauerūt
eum discipuli eius, dicentes: Rabbi
quis peccauit, hic, an parentes eius,
ut cæcus nascerētur?] Humanissimus
dei filius, & nostræ cupidus salutis, & ut ingrato-
tum ora obstrueret, neminē obuium omittit, quā
uis nemo ei attenderet. Quod propheta intelli- Psal.50
gens, dicebat: Vt iustificeris in sermonibus tuis
& uincas cum iudicaris. Propterea hoc in loco,
cum sermonū ipsius altitudinem non acciperent,
sed dæmonium habere dicerent, & interficere co
narentur, egressus è templo cæcum sanauit, cùm
ut absentia sua eorū iram sedaret, tum ut miracu-
li beneficio eorum duritiem & immanitatem pla
caret, tum ut suam confirmaret orationem. Neq;
paruum operatur miraculum, sed quod tunc pri-
mum contingit. A seculo enim non est auditum,
inquit, quòd aperuit quis oculos cæci nati. Cæci
enim fortasse quispiā oculos aperuit, sed cæci na-
ti adhuc nemo. Et quòd egressus è tēplo ad illud
dedita opera uenerit, inde perspicuum est. Ipse ui
dit cæcum, nō ad ipsum cæcus accessit. & tam di-
ligenter eum intuitus est, ut discipulos ad interro
gandū conuerteret. Viso enim Iesu adeò in illum
conuerso interrogarunt: Quis peccauit, hic an
parētes eius?] Absurda interrogatio. Quomodo
enim peccauit anteq̄ natus esset? Quomodo pa-
rentum peccatis punitus est? Quomodo ergo ad
hanc uenerunt interrogationem? Antea sanato C
paralytico, dixit: Ecce sanus factus es, & noli am-
plius peccare. Cognoscentes itaq; discipuli illum
propter peccatum in paralysim incidisse, dicunt,
concedatur illum propter peccatū paralyticū: de
hoc quid dicis? hic peccauit? quod est absurdum,
cum esset à natiuitate cęcus: an parentes eius? sed
neq; hoc, siquidem pro patre filius non punitur.
Quemadmodū igitur puerū aliquo morbo affe-
ctum uidentes, dicimus: Quid de hoc dicendum
est? quid cōmisit puer? non rogando, sed dubitan
do: ita nunc discipuli dubitāt potius quàm percō
tarentur. Quid Christus? Neq; hic peccauit, ne
que parentes eius.] Hoc non absoluit eos à pec-
cato. Non enim simpliciter dixit, Neq; hic pecca-
uit, neq; parētes eius: sed addidit, Vt cæcus na-
sceretur, ut glorificetur filius dei.] Peccauit nāq;
hic, & parētes eius, sed non propterea cæcus est.
Hæc autem dixit, non quòd hic propterea cæcus
non esset, & alij quidam propter parentum pecca
ta uisum amiserint. Neq; enim est peccante alio
alium puniri: nam si hoc concesserimus, concede
mus & ante natiuitatem peccasse. Vt ergo dicen-
do, Neq; hic peccauit: non intelligit à natiuitate
peccare quempiam, & puniri: ita dicendo, Et pa-
rentes eius: non est intelligendum, quòd propter
parentes puniendi sint filij. Nam Ezechielis testi
monio hāc tollit dubitationē, Viuo ego dicit do Ezech.18
minus, si erit parabola hæc qua dicitur, Patres ue
stri comederūt uuā acerbam, & dentes filiorū ob
stupescunt. Et Moses inquit: Non morietur pa- Deut.24

ter pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter pro filio. Et de quodam rege inquit, quòd pro
pterea id non fecit, seruans legem Moſi. quòd ſi
quis diceret, Et quomodo ſcribit, qui reddit pec-
Exod. 20 cata parentum in filios, in tertiam & quartam ge-
nerationem? Illud reſpondebimus, non eſſe com
munem omnibus ſententiam, ſed in quoſdam qui
ex Ægypto egreſſi ſunt: hoc eſt, ex quo ex Ægy-
pto egreſſi, poſt ſigna & miracula parentũ peio-
res facti ſunt, eadẽ quæ patres ſui patientur, cum
eadem audeant. Et quod de his ſermo habeatur,
ſi quis diligentius leget, certò intelliget. Qua er-
go gratia cæcus natus eſt? Vt manifeſtetur gloria
dei. Occurrit alia dubitatio, an aliter poterat glo-
ria dei manifeſtari. Quid ni? Neq; enim dicit non
potuiſſe, ſed ut manifeſtaretur. Ergo iniuriã pro-
pter dei gloriã accepit. Quam iniuriam, dic quæ-
ſo, ſi eum non contempſit, ſed ex cæcitate benefi-
cia cõtulit? Vidit enim interioribus oculis. Quid
oculi Iudæis cõtulerunt? Maius ſupplicium, cum
uidẽdo cæci eſſent. Quid cæcitas huic obfuit, pro
pter quã uidit? Itaq; ut mala huius uitæ mala non
ſunt, ita neq; bona, ſed peccatum duntaxat ma-
lum. Cæcitas non eſt malum. Qui uero quod non
erat, ut eſſet effecit, poterat & ſic dimittere. Qui-
dam dicunt hanc particulã, ut, non eſſe cauſalem,
ſed euentus: ut illud, In iudiciũ ueni in hunc mun
dum, ut non uidentes uideant: & qui uident, cæ-
ci fiant. Non enim uenit, ut uidentes fierent cæci.
Rom. 1 Et Paulus: Quia quod notũ eſt dei, manifeſtum
eſt illis, ut ſint inexcuſabiles. At nõ propterea ma
nifeſtauit, ut priuarentur, ſed ut conſequerentur
excuſationem. Et alibi: Lex autem ſubintrauit, ut
abundaret delictum. Verum non propterea ſub-
intrauit, ſed ut prohiberetur peccatum. Ecce his
in locis euentus aduerbium. tanquam enim opti-
mus quidam domus diſpenſator partim perfecit,
partim imperfectũ reliquit, ut per hæc de uniuer-
ſo incredulis rationem redderet: ita & deus tan-
quam domum quandam ruinam minantem, cor
pus noſtrum conglutinat & perficit, manum ari-
dam ſanat, diſſoluta mẽbra corroborat, claudos
dirigit, leproſos mundat, ægrotos excitat, debilia
crura confirmat, mortuos ad uitam reuocat, lip-
pos oculos purificat, non habentibus largit: quæ
omnia cum naturalis ſint imbecillitatis, meliora
Chriſtus efficiẽs, ſuam indicat poteſtatem. Hanc
autem particulam, Vt manifeſtetur gloria dei,
de ſe, non de patre dicit. Patris enim gloria mani-
feſta erat. Nam cum ex limo formatum à deo ho-
minem audiſſent, ideo Chriſtus nunc oculum fin
xit. Si enim dixiſſet, Ego ex terra formaui homi-
nem, arduũ uiſum eſſet auditoribus, re autẽ ofien
ſum iam negari nõ poterat. Quamobrem ipſe in
ſputo, & puluere commixto, abſconditam gloriã
manifeſtauit: neq; enim paruum erat, ut creaturæ
opifex putaretur. Ab hoc enim & alia aggreſſus
eſt, & à parte totum eſt creditum. Maioris nanq;
fides, minus etiã confirmat. Vniuerſæ enim crea-
turæ homo eſt præſtantiſſimus, & inter membra
noſtra oculus: propterea non ſimpliciter, ſed hoc
modo oculos effinxit. Nam licet portiõe paruus
ſit, maxime tamen neceſſarius, ut inquit Paulus:
Et ſi dixerit auris, nõ ſum oculus, non ſum de cor
pore: num ideo non eſt de corpore? Quæcũq; e- 1. Cor. 12
nim in nobis ſunt, diuinæ ſunt ſapientiæ indiciũ:
multo magis oculus, qui totum corpus gubernat
ac regit. Oculus ornat, non os tantum, ſed totum
corpus. Oculus lucerna eſt omnium membrorũ.
Quod eñ ſol mundo, hoc oculus corpori. Extin-
cto ſole omnia perduntur & perturbantur: ita a-
miſſis oculis, pedes inutiles ſunt, & manus & ani
mus. Corrũpitur eñ cognitio. His deum cognoui-
mus. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, Rom. 1
per ea quæ ſunt intellecta conſpiciuntur. Non e-
nim corporis lucerna tantũ oculus eſt, ſed animæ
potius. Quare ut in regio quodam loco, in altiore
corporis parte ſedẽ ſortitus eſt, & cæteris præfer-
tur ſenſibus. Hũc igitur formauit Chriſtus, & ne
materia eũ nunc neq; in principio luto indiguiſſe
arbitrareris: qui enim maiora, cum nihil eſſent, ſi
ne materia effecit, longe magis & hæc effeciſſet.
Vt ergo intelligas nõ neceſſitatis cauſa hoc feciſ
ſe, ſed eſſe eorum quæ in principio facta ſunt opi
ficem, illito luto inquit: Vade, & lauare. Vt
intelligas nihil mihi luto opus eſſe ad fingendos
oculos, ſed ut manifeſtẽr in eo gloria mea. Quod
autẽ de ſe dixerit, Vt manifeſtetur gloria dei: ad-
dit, Me oportet facere opera eius q̃ miſit me.
Hoc eſt, manifeſtare meipſũ, & facere eadẽ quæ
pater: nõ ſimilia, ſed eadem: quod maioris eſt cõ-
uenientiæ: neq; de his etiam, quæ uel minimũ dif
ferunt dici poteſt. Quis ergo contradixerit, cum
eadem quæ pater operatus ſit? Neq; eñ tantum
finxit oculum, aut aperuit, ſed uiſum largitus eſt:
quod ſanè argumentum eſt etiam animam inſpi-
randi, qua non operante, oculus etiam perfectus
minime uidere poteſt. Quare & animæ uigorem,
& membrum arteriis, neruis, uenis, ſanguine, &
cæteris omnibus ex quibus corpus noſtrum con
ſtat perfectum largitus eſt. Me oportet operari, dum dies eſt. Quid hoc ſignificat? quã habet
conſequentiam? Sanè magnum hoc eſt, Donec
dies eſt, dum licet hominibus in me credere, dum
hæc durat uita laborandum eſt. Venit nox.
Hoc eſt, futurum tempus. Quando nemo po-
teſt operari. Non dixit, quãdo non potero ope-
rari: ſed, nemo poteſt operari: id eſt, quando non
eſt amplius fides, neq; labores, neq; pœnitentia.
Quòd enim opus fidem appellet, dicunt ei: Quid
facimus, ut operamur operã dei? Reſpõdet, Hoc
eſt opus dei, ut credatis in eum quem ille miſit.
Quomodo ergo hoc opus nemo poteſt tũc opera-
ri? quoniam fides non eſt, ſed uelint nolint om-
nes acquieſcent ueritati. Verum ne quis ad ambi
tionem hæc referret, eorum gratia omnia facere
profitetur, qui in hac tantum uita habent creden-
di poteſtatem, & nuſquã alibi quicq; ſibi poſſunt
proficere. Ideo neq; accedentẽ ad ſe cæcum cura-
uit. Nam quòd curari mereretur, & ſi uidiſſet, cre-
didiſſet, & procurriſſet ad Ieſum: neq; ſi præſen-
tem à quocq; audiſſet, accedere neglexiſſet, ex ſe-
quẽtibus cõſtat, ex eius, uidelicet, fortitudine, &
fide

fide. Poterat enim ſecũ cogitare, & dicere: Quid
hoc: lutũ fecit, & liniuit oculos meos, et dixit: Va
de, lauare, non potuit me prius curare, & inde ad
Siloã mittere? Sæpenumero illic me laui, & multi
mecũ, & nihil profeci. Si quid poſſet, corã oſten-
4. Reg. 5 diſſet, quemadmodum & Naaman aduerſus He-
liſæũ dicebat. Iuſſus enim lauare ſe in Iordane nõ
Luc. 4 credidit, cum magna eſſet tunc Heliſæi opinio.
Cæcus autẽ non diffidit uerbis Ieſu, neq; cõtradi-
xit, neq; quicquã cogitauit huiuſmodi, Quid lu-
tum illinere oportuit? hoc potius cæcũ redderet:
Quis unquã hoc pacto curatus eſt? Nihil tale re-
putauit. Ecce fides firma & prompta. Venit nox.
Quod indicat, poſt crucem impios ſibi curæ futu
ros, et multos allicièdos. Adhuc dies eſt, poſt quẽ
penitus eos abſcindit, ut ſtatim ſignificauit: Quã
diu in mundo ſum, lux ſum mũdi. Quod & alio
in loco dixit: Credite donec lux uobiſcũ eſt. Cur
ergo Paulus noctem præſentem uitã appellauit,
Rom. 13 Chriſtus diem? idem dicit, non uerbis, ſed ſenten
tia: inquit enim, Nox præceſſit, dies autem appro
pinquauit. Noctem præſentem uitam appellat,
quoniam in tenebris uerſamur, uel propter eius
ad diem illam cõparationẽ, Chriſtus aũt noctem
futurũ tempus appellat, quoniã peccatores nihil
operari poterunt. Nox à Paulo præſens uita ap-
pellatur, quia in tenebris ſunt, qui in peccatis &
incredulitate degunt. Quamobrem fideles allo-
quens ait: Nox præceſſit, dies aũt appropinqua-
uit, ac ſi luce illa eſſent fruituri, & noctem ueterẽ
uitam intellexit. Abiiciamus, inquit, opera tene-
brarum: Ecce quod illis noctem eſſe dixit: quare
proſequitur, Vt in die honeſte ambulemus, ut lu-
cem illam conſequamur. Nam ſi huius ſeculi lux
tam pulchra eſt, cõſidera qualis illa futura ſit: quã
to enim ſolaris lux lucernæ lumen excedit, tanto,
imò longè magis illa ſolarem, quod inde ſignifi-
cauit: Sed obſcurabitur, ad illius uidelicet ſplen-
doris cõparationem, ut nnõ appareat. Quòd ſi in
hac uita ut ſplẽdidas nobis domos & ſalubres cõ
paremus, magnam pecuniarum uim ædificando
anxij cõſumimus: conſidera qui nobis ſubeundi
ſint labores, ut clariſſimam nobis in cœlis domũ
ædificemus, ubi lux illa ineffabilis. Hic enim et pu
gnæ & contentiones de terminis & parietibus, il
lic minimè, nulla inuidia, nullus liuor, nulla de li-
mitibus contentio: & hæc ſine dubio relinquen-
da, illa perpetuo permanſura ſunt: hæc tempore
conſumitur, & multis ſubiecta eſt periculis, illa
perpetuo manet: hanc pauper ſibi comparare nõ
poteſt, illam duobus poteſt obolis quiuis emere,
ut uidua illa. Quamobrem quàm moleſtiſſime fe
to, quòd tot nobis bonis propoſitis deſidemus,
animo deficimus: & ut hic ſplendide habitemus,
omnia facimus: ut autem in cœlo uel paruum cõ-
paremus hoſpitiũ, nihil curamus, uel laboramus.
Dic quæſo, ubi hic domum habere uelles, in de-
ſerto, an in aliquo paruo oppidulo? Nõ puto, ſed
in regijs & magnis ciuitatibus, ubi & rerum co-
pia, & maior nobilitas. Ego tibi talem ciuitatem
ꝓpono, cuius opifex & autor deus eſt, in qua do-
mum minori quàm hic ſumptu, minori labore cõ
dere atq; ædificare poteris. Ædificant eam manus
pauperum, hæc optima ædificatio ſumma ſapien
tia, ſicut quam hic facimus ſumma dementia. Etẽ
nim ſi quis te in Perſidem uiſurum regionem illã,
& mox reuerſurum duceret, iuberetq; ut illic do-
mũ ſtrueres: nõnne eius amentiã reprehenderes,
ac ſi inutilem ſuaderet impenſam? cur non idem
in hoc mũdo facis, quẽ paulo poſt relinques? Sed
filijs relinquã, inquies: at illi paulo poſt te etiã ſe-
quentur, nonnunq; præcedent, itidem & eorum
poſteri, quod etiam te anxiũ reddet, cum hęredes
tuos non diutius poſſeſſuros uideas: illic aũt nul-
la huiuſmodi ſuſpicio, ſed immutabilis & tibi, &
filijs, & nepotibus manet poſſeſſio, ſi eandem uir
tutem imitabuntur. Illam domum Chriſtus ædifi
cat, quo ædificante non opus eſt alium opificẽ ac
cerſere, neq; ulterius laborare. Cum deus opus fa
ciendum ſuſcipit: quid amplius curandũ? Ille ne-
ceſſaria colligit, ille opus erigit: neq; hoc tantum
mirandum, ſed quod etiam ſatis, ſuperq; optimũ,
& ſupra quam optare poſſis ædificium conſtruit:
quippe qui optimus opifex eſt, et maxime tuę ſtu
det utilitati. Et ſi pauper es, & uoluerís hãc domũ
ædificare nullam tibi pariet inuidiam: nemo enim
inuidus illud domicilium intuetur, ſed angeli tu-
is bonis lætãtur, nemo illud contemnere poterit,
nemo hoc morbo laborans illic habitat. Vicinos
ibi ſanctos, Paulum, Petrũ, prophetas, martyres,
angelorum cœtus & archangelorũ habebis. Qui
bus rationibus omnia noſtra in pauperes confe-
ramus, ut illa habitacula conſequamur, gratia &
benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti &c.

EX CAP. IX HOMILIA LVI.

Hæc cum dixiſſet, expuit in terram, et
fecit lutũ ex ſputo, & liniuit lutũ ſu-
per oculos eius. Qui aliquam ex le
ctionibus utilitatẽ conſequi uolunt,
nihil his præterm itendũ eſt, propte
rea ſcrutari iubemur ſcripturas. Multa enim quã-
uis in his facilia uideantur, magnam tamẽ ſenten
tiæ profunditatem habent latentem. Conſidera
propoſitum textum: Hæc cum dixiſſet, expuit in
terram. Cur hoc? Vt manifeſtetur gloria dei. Et
quia oportet me facere opera eius qui miſit me.
Non enim ab re quæ dixerat, reduxit nobis in me
moriam euangeliſta, & ſubdidit, expuiſſe: ſed ut
uerba ſua operibus cõfirmaſſe oſtenderet. Et cur
nõ aqua, ſed ſputo uſus eſt? Miſſurus eum erat in
Siloam: ne quid ergo fonti adſcriberet, ſed ex ore
eius uirtutem proceſſiſſe intelligeretur, qui illius
oculos & finxerit, & aperuerit, inſpuit in terram:
hoc euangeliſta ſignificans inquit: Et fecit lutum
ex ſputo. Inde ne ex terra eam proceſſiſſe uirtutẽ
ſuſpicaretur, lauare iuſſit, propterea ut cæci fides
pateret, & perfidiam Iudæorum argueret. Nã cre
dibile erat à pluribus abeuntem illitis luto oculis
uiſum, & re inſolita omnium in ſe oculos conuer
tiſſe. Cum eñ non facile eſſet creditu cæcũ uiſum
recuperaſſe, multos uiæ longitudine teſtes, & di-

in ligen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ligẽtiores spectatores rei insolentia comparat, ut attentiores sacti, iam non possent, an is esset dubitare Præterea ueteri legi se non repugnare ostendit, cum ad Siloã mittit. Neq; illud erat suspicandum an aquæ illius uirtute usum acceperit. Multi enim sæpe illic oculos lauerãt, nullam gratiam consecuti, sed tunc fuit uirtus Christi, quæ id operata est: ideo interpretatus est euãgelista Siloam, quod est missus, ut intelligas illic à Christo curatum, ut Paulus inquit: Bibebãt autem de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus. Quemadmodũ ergo Christus petra erat spiritualis, ita & Siloa erat spiritualis. Mihi autem uidetur repentinam aquæ efficaciam arcanum nobis significare mysterium. Quodnam? Admirabilem, & præter omnium spem apparitionem. Sed intuere cæci animum in omnibus parentem, præbuit os, nihil solicitus an lutum esset, an sputum, & quid sibi Siloa opus esset, etsi hoc, cur illo? Nõ cur lutũ liniret super oculos, aut cur lauari præceperit, nihil tale reputauit: illud duntaxat curauit, ut parẽret in omnibus imperanti: & in nullo perturbatus est. Quòd si quis rogaret, quomodo abluto luto uiderit, me modum nescire profiteor: & quid mirũ si nescimus? Neq; eñ euangelista, neq; ipse qui curatus est, norat: sed factũ uidit, modum deprehendere non potuit, quod interrogatus respondit: Lutum imposuit oculis meis, & laui, & uidi.] Rationẽ ignorauit, licet sæpius interrogatus. Itaq; uicini, & qui uiderãt eũ prius, quia mendicus erat, dicebat: Nonne hic est qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebant, quia hic est.] Magnitudo rei ad incredulitatem trahebat, licet tot modis essent ad crẽdum allecti. Alij autem dicebant: Nonne hic est qui sedebat, & mendicabat? Papè quò dei descẽdit humanitas? Benignissime mendicos curat, Iudæis silentium imponit, quod non claros & generosos uiros, non principes, sed obscuros etiam sua dignos prouidentia ducebat. Venerat enim ad omniũ salutẽ, & ut in paralytico, ita in hoc factũ est. Neq; enim ille qui se curasset norat, neque hic: quod propter Christi discessum accidit, qui semper ad subueniendũ indigentibus properabat, ut omnis signorum dubitatio tolleret. Qui ergo eum non uidebant, quomodo ad gratiam loquebantur? Sic confirmabãt miracula: neq; enim ostiatim hic cæcus mendicabat, sed sedebat ad templi ianuam. Dubitantibus ergo omnib. de ipso, respõdit: Ego sum.] Non puduit cæcitatis, neq; populi furorem ueritus est. Nihil dissimulauit beneficiũ prædicare. Dicũt ei: Quomodo aperti sũt tibi oculi? Respõdit eis: Ille homo, qui dicit Iesus.] Quid dicis? huiusmodi homo operat? Sed nihil adhuc de eo magnum opinabatur. Fecit lutũ, et unxit oculos meos.] Verax sanè, non dicit unde fecerit, quod nõ uiderat: sensit aũt ungi. Et dixit mihi: Vade ad natatoriã Siloæ.] Et unde norat Iesum locutũ? Ex sermone quem ad discipulos habuerat. Rem testificatur, modum ignorat. Nam si in his quæ sensu & tactu percipiunt, fide opus est, lõge magis in his quæ uideri nõ possunt. Et dixerunt ei, Vbi est ille?] Clamãtes iam cõtra ipsum. Intuere hic Christi humilitatẽ. Curatos dimittebat, quippe qui nõ gloriã, non populi plausum, non digito monstrari uolebat. Et uide quoniã uere cæcus ad omnia respondet. Quærebant illi ipsum inuenire, ut eũ ad sacerdotes adducerent: cum non inuenirẽt, illum ducunt ut melius interrogaretur. Ideo euangelista sabbatũ fuisse dicit, ut prauã eorũ mentem ostendat, & cur Iesum quærerẽt, ut ansam aliquam haberent calumniandi miraculum propter legis transgressionẽ: et hoc cõstat quòd statim, quomodo oculos ipsius aperuerit, interrogarunt. Et considera eorũ uerba. Non dicunt, quomodo uidisti: sed, quomodo aperuit tibi oculos? ut darẽt ei materiam opus illud calumniandi. Ille autẽ tãquam non ignarus rei, breuiter respõdet. Neq; enim Iesu meminit, neq; quòd dixerit, Vade, lauare: sed tantum, Lutũm fecit, & imposuit super oculos meos, & laui, & uideo.] Ac si maximo in crimine Christum deprehendissent, ita mouẽtur: quasi dicerent, Ecce quæ Iesus operatur. Tu aũt cæci constantiã intuere. Quod enim primum ab illis interrogatus dixerit ueritatem, minimè mirũ est: nunc uero admirandum, quòd perterritus neq; negat, neq; prioribus uerbis contradicit. Quid pharisæi, uel alij potius? Adduxerũt eum tanq; negaturũ, sed contrà euenit, manifestius quod nolebant intellexerunt: quod semper cõtingebat, ut apertius insequentib. ostendemus. Quid Pharisæi? Quidam (nõ omnes, sed pertinaciores) dicebant: Hic homo nõ est à deo, quia sabbatũ nõ custodit. Alij autẽ dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?] Ecce quòd signis alliciebant. Nam qui antea miserant, ut adducerẽt: audi quid nunc, etsi non omnes, dicant. Etenim licet principes gloriæ cupiditate in incredulitate persistẽrẽt, multi tamẽ crediderũt, quamuis nõ confiterẽtur: populus aũt inglorius erat, utpote q̃ nihil in synagoga poterat, principes clariores difficilius acquiescebant. Hos igit̃ principatus amor, illos metus continebat: quare inquit, Quomodo potestis credere, qui gloriam ab hominibus accipitis? Et ipsi quidẽ qui iniustè interficere conabantur, dei se esse dicebant. Qui cæcos curabat, eum ex deo esse nõ posse, eo quòd sabbatum nõ seruasset: q̃d alij negant, quoniã peccator hæc signa facere nõ potest. Illi malignè omisso miraculo, quæ uidebatur transgressio, adducunt in medium. Non enim dicũt, in sabbato curat: sed sabbatũ non custodit. Hi infirmè subticent: probandum nanq; erat non soluisse sabbatũ. Ex signis tantũ confirmant: neq; immerito, adhuc hominẽ eũ arbitrabãtur. Quòd si deum nossent, aliter eum excusare potuissent, quòd uidelicet sabbati dominus esset, & illud fecerit: sed nondũ hoc sentiebant. Nemo tamen audebat sententiã suã palàm facere, sed dubitabant, partim timore, partim ambitione. Schisma ergo erat inter eos quod prius in populo ortum est, inde in principibus: & alij quidem bonum esse dicebant, negabant alij, quod deciperet turbã. Vides

stultiores

stultiores multitudine principes etiam se scinden-tes? Non tamen generosum quicq̃ præ se tulerũt, cum Pharisæos instare intelligerent. Quòd si omnino se scidissent, cognouissent fortasse ueritatẽ: Matth. 10 potest enim quis rectè scindi, idcirco inquit: Nõ ueni mittere pacem in terrã, sed gladiũ. Est & mala cõcordia, & discordia bona. Siquidem qui turrim ædificabant, concordes erant in malo suo, inde etsi inuiti, ad bonũ tamen dissenserunt. Et socij Chore male conueniebant, ideo bene diuisi sunt. Et Iudæis prauè cõsensit, est ergo bona discordia, Matth. 5 & cõcordia mala. Quamobrem ait: Si oculus tuus scãdalizat te, erue eũ: & si pes, abscinde. Quòd si membrum male coniunctum abscindendũ est, nónne longe magis praui amici? Quare concordia non semper bona, sicut neq; discordia mala. Dico hoc, ut malos fugiamus, sequamur bonos. Nam si membrũ insanabile metu ne relíqua corrumpat, incidimus, non quod illud negligamus, sed ut seruemus cætera: quanto magis in his, qui male nobis iuncti sunt, ita faciendum? Quòd si eos meliores reddere possemus, & nobis non officeremus, omnia essent faciẽda: sin incorrigibiles sunt, & nos lædimus, abscindẽdi sunt à nobis. Sæpe enim hoc pacto magna proficiunt: unde Pau- 1. Cor. 5 lus, Tollite malum de medio uestrum: quod ut eij ceretur, ita fecisti. Grauis etenim, grauis est cõuersatio malorum, sed non tam cito cõtagium sequitur, aut detegitur, ut prauorum hominum malí- 1. Cor. 15 cia. Corrũpunt enim bonos mores colloquia ma- Hier. 51 la. Et propheta: Egredimini ex medio eorũ, & segregamini: Nemo malum amicum sibi concíliet. Nam si perditos filios emancipamus, neq; ueremur naturã, neq; eius leges, neq; ullam necessitudinem: longe magis notos, & cõsuetudine deuinctos fugiemus, si mali erunt. Quamuis enim nullum inde nobis proueniat detrimentũ, malas tamen suspiciones uitare non possumus: Alieni eñ uitã nostram non perscrutantur, sed à socijs & cõsuetudinibus iudicant. Hæc eadem nuptas & uirgines hortor. Prouidẽtes, inquit, bona nõ modo in conspectu domini, sed & hominum. Totis ergo uiribus admitamur, ne per nos scandalizetur proximus. Vita etenim etsi rectissima sit, si alijs erit scãdalo, torũ amittit. Et quomodo potest recta uita scandalizare? Cum pessimorum consuetudo D non bonam homini inurit opinionem: cum enim freti, uel ficti cum malis cõuersamur, etsi nos non offendimus, alios tamẽ scãdalizamus. Hæc uiris, uxoribus & uirginibus dicta sint, quorũ cõscientia, quæ inde mala proueniant, dijudicet. Ego nihil mali suspicor, neq; alius fortasse perfectiorũ: si simplicior frater in tua offendatur perfectiõe, oportet eius consulere imbecillitati. Qd̃ si ipse nõ offenditur, offendetur tamẽ Gentilis. Paulus autẽ iubet, ut simus sine offensione & Iudæis & Græcis, & ecclesiæ dei. Ego nihil mali de uirgine suspicor, diligo uirginitatem. Dilectio malum nõ existimatur. Maximè hanc uestram amo consuetudinem, neque possum absurdum aliquid de ea cogitare. Sed quomodo externis id persuadebimus?

Chryſ.to. 3

Debemus eorũ rationem habere. Quamobrẽ itaA res nostras disponamus, ut nemo infidelium nostra causa iuste possit offendi. Nam sicut qui rectè uiuunt, deũ glorificãt: ita qui prauè, procliues sunt ad blasphemiã. Sed absit, ut uestrũ aliquis sit eiusmodi: uerum ita luceant opera uestra, ut glorificetur pater uester qui est in cœlis: & nos eius gloria perfruamur, gratia & benignitate domini &c.

EX CAP. IX. HOMILIA LVII.

Dicunt ergo cæco iterũ: Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille aũt dixit: Quia propheta est. Nõ crediderunt ergo Iudæi.] Scripturæ nõ simpliciter, neq; temere, sed cũ diligẽtissime legendæ sunt, ne quis scrupulus oboriat: etenim non immeritò hoc in loco quispiam dubitaret, cur cum dixerint, Hic homo à deo non est, quia sabbatum non custodit: inde eum interrogarint, Tu quid dicis de illo, qui aperuit tibi oculos, & non qui soluit sabbatum? At excusationem p accusatione posuerunt. Quid ergo dicendũ? Nõ sunt hi qui dicebant, Hic non est à deo: sed qui dissentiebant, dicentes, Homo peccator non potest hæc signa facere. Cum ergo magis uellent illis silentium imponere, ne Christum defendere uiderentur, eum qui eius uirtutem in se expertus erat, in medium adducũt, & interrogãt. Tu autem intuere pauperis sapiẽtiam, quæ cæteros superauit. Confessus est prophetã esse, neq; prauũ Iudæorũ iudicium ipsum perterrere potuit, cum dicerent: Quomodo potest esse hic à deo, qui sabbatũ non custodit? Et non crediderũt Iudæi quòd cæcus fuisset, & uidisset, donec uocauerũt parentes eius qui uiderãt.] Tu autem cõsidera quot modis miraculum tegere & abolere conantur. Verũ huiusmodi est ueritatis natura, unde magis oppugnat̃, inde magis cõfirmatur, & quo magis obtegitur, eo clarior euadit: aliter nõ esset hoc creditum miraculum, quod perinde ac si omnes id prædicare conati essent, & Christi studiosissimi fuissent, ita claruit. Etenim eum etiam postmodũ calumniari tentarũt, dicẽtes: Quomodo aperuit tibi oculos? quasi dicerent, nunquid magia aliquat̃ quod alibi cũ sanãdi modũ intelligere nequiuissent calumniati sunt, in Beelzebub principe dæmoniorũ D eijcit dæmonia: hic ad sabbati solutionẽ cõfugiũt & q̃ peccator est. Atqui cum superius eum interficere, & opera eius arguere tentarent, audenter eos interrogauit, Quis ex uobis arguet me de peccato? & nemo respõdit, nemo eũ blasphemiæ arguit, cum se sine peccato profiterẽt. Quòd si in aliquo argui potuisset, minimè tacuissent. Nam qui dicentẽ se ante Abrahã esse, lapidibus petierunt, & à deo nõ esse, & se à deo esse gloriati sunt, cum essent homicidæ: & tot miracula facientem, deo contrariũ, & sabbatũ non custodire obiecerunt: si uel umbram aliquã criminãdi habuissent, nõ sanè tacuissent, Quòd si propterea peccatorẽ uocãt, quoniã sabbatũ soluere uideret̃, friuolum profectò hoc crimen, & multã eorũ arguit teme-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritatẽ. Quãobrem his distracti rationibus, impu- A
dentius quiddam aggrediuntur. Non credide-
runt, inquit, quòd cæcus fuisset, & uidisset:] Quo
modo ergo accusabant, quòd sabbatũ non custo
diret? Certè tanq; credentes. Nónne multitudini,
& uicinis qui eum cognoscebant, credidistis? sed
ut dixi, mendaciũ etsi oppugnare ueritatẽ uidea-
tur, seipsum tamen detegit, & ueritatẽ reddit cla-
riorem, ut in præsentia contigit. Ne quis enim di
ceret, nihil certi uicinos, & qui eum uiderant attu
lisse, sed fuisse assimilem, aduocãt parentes, & in-
uiti miraculum uerum cõfirmarunt, Nam paren-
tes maxime eum norant, & cum eum perterrere
non possent, quin audenter acceptum publicaret
beneficium, per parẽtes infirmare miraculum ar-
bitrati sunt. Et uide interrogationis prauitatẽ, ad B
uocatis in medium parentibus, ut metum incute-
rent, uehementia quadam & indignatione inter-
rogant, Hic est filius uester?] Et nõ dicunt, qui
cæcus fuerat: sed, quem uos dicitis, quia cæcus na
tus est: ac si male facerent, & opera Christi confir
marẽt. O scelestos, et plus q̃ scelestos: & quisnam
pater ita de filio mentiri optaret? tantum non di-
centes, quem uos cæcum fecistis, imò & ubiq; cæ
cum prædicastis, quomodo nunc uidet? O demẽ
tiam: uestra hæc malignitas, uestrum cõmentum.
Dupliciter ergo ad negandum eos impellere co-
nantur, dicendo: Et quem dicitis, & quomodo
uidet?] De tribus itaq; parentes interrogati, an fi
lius eorum esset, si cæcus fuisset, & quomodo ui-
det: duo tantum confitentur, tertium se nescire di C
cunt, ut magis ueritas probaretur, ut nemo præter
ipsum curatum, & maxime ad id testandum ido-
neum, rem ipsam confiteretur. Et quonam modo
ad gratiam locuti essent parentes, qui eorum quę
norant, aliqua conticebant propter metũ Iudæo-
rum? Quid ergo dicunt? Quòd hic est filius no
ster scimus, & quòd cæcus natus sit: quomodo au
tem nunc uideat, aut quis aperuerit eius oculos,
nos nescimus. Ipse ætatem habet ipsum interro-
gate, ipse de se respondebit.] Dignum fide ducũt
ad sui excusationem, nõ est puer, neq; desipit, po-
test de seipso testimoniũ perhibere. Hoc autem
dicebãt propter metum Iudæorũ.] Ecce quomo
do iterum euãgelista eorum mentem sentẽtiamq;
exponit. Hæc dico, quia cum superius dixerunt, D
quòd æqualẽ se deo faceret: si ea non Christi, sed
Iudæorum fuisset sententia, addidisset sanè euan-
gelista ita Iudæos intellexisse. Cum ergo parentes
rursum ad sanatum eos remisissent, iterum incla-
mant, & palàm atq; impudenter. Non quidem di
cũt, nega Christum te sanasse, sed pietatis umbra
id tentant. Da, inquiunt, gloriam deo.] Nam
si parentibus dixissent, Negate filium uestrũ esse,
& cęcum natum, perquã ridiculum fuisset: itidem
si huic negare suasissent, manifesta fuisset impu-
dentia: quare non sic dicunt, sed alia aggrediun-
tur uia, Da gloriam deo, consitere nihil Christum
in te operatũ, Nos scimus, quia hic homo pec-
cator est.] Quare ergo ipsum nõ reprehendistis,
cum diceret, Quis me arguet de peccato? Vnde
eum scitis peccatorẽ? & cum ille non dedisset, &
obuiam Christo factus, non propterea reprehen
sus est, sed rogauit eum Christus, Credis in filiũ
dei?] ut intelligas ita dari gloriã deo. Quòd si nõ
esset æqualis patri, non esset æqualis gloria: sed cũ
idem qui patrem honorat, honoret & filium, me-
ritò non arguitur cæcus. Cum ergo expectarent
Iudæi, ut parentes miraculum negarent, nihil tale
dixerunt. Cum uero nihil se ex eo consecutos ui-
dent, iam peccatorem esse calumniantur. Respõ-
det ille: Si peccator est, nescio: unum scio, q̃d
cum cæcus essem, nunc uideo.] Nunquid timuit
cæcus? minime. & quomodo q̃ prophetã asseue-
rat, nunc dicit: Si peccator est, nescio? Non ita si-
bi persuadebat, neq; suis uerbis purgando eũ cri-
minibus, neq; propter beneficiũ excusandũ, sed à
re ipsa testimoniũ afferendũ satius ducit. Nam si
post multa uerba dicẽte eo, quòd nisi esset dei cul
tor, non potuisset hæc signa facere: ita indignati
sunt, ut dicerẽt, In peccatis natus es totus, & tu
doces nos?] Si hoc à principio dixisset, in quam
prorupissent insaniã? Si peccator est, nescio: qua-
si dicat, nihil de hoc in præsentia dico, nihil pro-
nũcio: illud quidem manifestè noui, & affirmare
possum, si peccator esset, nõ hæc faceret. Quibus
uerbis neq; se, neq; testimoniũ suum suspectum
reddidit, quod ad gratiã loquerẽ, sed rem ipsam
testificaretur. Neq; emẽ efficere poterant, quin mi
raculum fecerit: illi autem iterum ad priora reuer
tunt, modũq; curationis diligentius percontant,
more canum uenatione sibi proposita, nũc, huc,
nunc illuc discurrentes, & ad eundem redeuntes
locũ, ut assidua percontatione eum ad suã trahãt
uoluntatẽ: & aiunt, Quid fecit tibi? Quomodo
aperuit tibi oculos?] Ille confundens eos, acrius
iam inuehitur: donec enim miraculum disquiri &
iudicari oportuit, uerecũdius locutus est: cum au
tem plane patuit, bona causa fretus, eos audaciter
aggreditur, aitq;: Dixi uobis semel, & me non au-
distis, quid amplius uultis audire?] Cõsidera mẽ-
dici aduersus scribas & Pharisæos fiduciam: tam
ualida est ueritas, tam imbecille mendaciũ: illa e-
nim etiã imbecilles corroborat, & claros reddit,
hoc etiã fortes deprimit atq; debilitat: quasi dicat
mendicus, Verbis meis non attenditis, ideo nihil
amplius dicã, neq; respõdebo, cum me sæpius fru
stra interrogaueritis: neq; ut rem sciatis, uelitis au
dire, sed ut audita calumniemini. Nunquid &
uos uultis discipuli eius fieri?] Iam se discipulis
adnumerat: hoc enim significat, Nũquid & uos?
Eos præterea arguit, & uituperat, & merito sanè.
Cũ emẽ intelligeret hoc eos maximè lædere, ita lo
cutus: indicium sanè fidentis animi, & ad superna
euolantis, & illorum contemnentis insaniam. Ad
hæc eius maximam ostẽdit dignitatem cui maxi-
mè fidit, & quod quẽ admirari & colere deberẽt,
eũ contumelia afficiunt: ille tamen non afficitur,
sed quod ipsi ad contumeliam faciũt, honoris lo-
co accipit. Tu discipulus illius, inquiũt, sis, nos
autem Mosi sumus discipuli.] Sed non sequitur,
non enim Mosi, nec Christi estis. Si Mosi essetis,
stultio-

essetis & Christi. Idcirco superius inqt Christus: A
Si crederetis Mosi, crederetis & mihi, de me emẽ
ille scripsit. Cum emẽ ad hos semper sermones cõ-
fugerent: Nos scimus, quòd Mosi locutus est
deus.] Cuius testimonio? Maiorũ aiũt nostrorũ:
sed nónne maioris autoritatis est, qui hæc per si-
gna cõfirmat, q̃ maiores uestri? nam à deo uenit,
& cœlestia loquit. Et non dixerunt, Nos audiui-
mus, q̃ Mosi locutus est deus: sed scimus. Et audi
ta uos Iudæi scire asseueratis, uisa autẽ auditis mi-
nora arbitramini. Atqui illa quidem minimè sci-
tis, sed audistis: hæc non audistis, sed scitis. Cæcus
autẽ, In hoc emẽ, inquit, est mirabile, quòd uos
nescitis unde sit.] Et talia signa facit, quũ non ho
mo insignis apud uos, neq; clarus, neq; glorioſus
hæc possit: ut sit ubiq; manifestum deũ esse, neq; B
ullo humano egere auxilio. Scimus autẽ, quòd
deus peccatores non exaudit.] Cum enim antea
dixissent: Quomodo potest homo peccator hæc
signa facere, eorũ innititur sententiæ, & eadẽ uer
ba cõmemorat. Opinio mea, inquit, & uestra con
sentit, in ea permanete. Et intuere uiri prudentiã.
Semper in ore habet miraculum, quod cum cape
re nõ posset, ab eo ratiocinatur. Vides illa uerba,
Si peccator est nescio, non esse dubitantis? Absit.
norat emẽ non esse peccatorẽ. Ecce nunc tempori
quomodo respondet. Scimus quod deus pecca
tores non exaudit: sed si quis dei cultor est, & uo-
luntatem eius facit.] Vbi non modo eum à pec-
catis absoluit, sed acceptissimũ deo, & omnia dei
opera facientẽ demõstrat. Nam cum se Iudæi dei C
cultores dixissent, ideo addidit, Et uoluntatẽ eius
facit: quasi dicat, non satis est deum cognoscere.
Inde miraculum extollit, A seculo non est audi
tum, quòd aperuit quis oculos cęci nati.] Si ergo
confitemini deum nõ exaudire peccatores, et hic
signum fecit, quale nemo unquam alius, cõstat o-
mnia uirtute alienatũ, quæ humanam longe exu-
perat. Ad quem Iudæi: In peccatis natus es, to-
tus, & tu doces nos?] Donec eũ negaturũ spera-
runt, dignum cui crederent existimarũt, & semel
atq; iterũ eum uocarunt. Quod si ei non creden-
dum ducebatis, cur aduocastis? cur iterũ interro-
gastis? Cũ uera locutus est, & ideo maxima erat
admiratione obseruãdus, tunc accusant. Quid au
tem signat, In peccatis natus es totus? Exprobrãt D
ei cæcitatẽ: ac si dicant, A prima ætate in peccatis
es: quasi ideo fuisset cæcus, quod nõ sequebatur:
quem consolatus Christus, ait: In iudiciũ ego ue-
ni in hunc mundum, ut non uidentes, uideant: &
qui uidẽt, cæci fiant. In peccatis natus es totus, &
tu doces nos? Et quid dixerat? nunquid suam sen
tentiam attulerat, & non potius cõmunem, cum
inquit: Scimus quòd deus peccatores non exau-
dit? Et eiecerũt eum foras.] Ecce ueritatis præ-
conem, quomodo sapientiã non impedit pauper
tas. Vides quot audiuit à principio, & quot per-
tulit, & quomodo uerbis & operib. testatus est?
Hęc scripta sunt ad imitationem nostrã. Nam si is
qui Christũ non uiderat, ante eius hortationẽ tan
tum confirmatus est, ut in conspectu totius popu

li homicidæ, furentis, insani, & eius uoce Christũ A
damnare cupientis, nec alli ensius sit, nec acquieue
rit, sed perquã fidenter eorũ os obstruxerit, & ex-
pelli maluerit, q̃ subticere ueritatẽ: quãto magis
nos, qui tamdiu in fide uiximus, qui per fidem tot
miracula intuiti sumus, qui maiora q̃ ille accepi-
mus beneficia, qui interioribus oculis arcana my
steria cõspicamur? Nos igitur in tantum uocatos
honorẽ, incredibilem pro Christo fiduciam præ
nobis ferre oportet contra eos qui aliquid accusa
re, & loqui aduersus Christianos moliuntur: eo-
rum linguæ cohibendæ sunt, neq; temere eis par-
cendum. Hoc autem facere poterimus, si confide
mus, si scripturis operã dabimus, neq; eas audire
neglexerimus. Nã si quis attẽtionem huc ingrei-
sus adhibuerit, etiã sine domestica lectiõe, annuo
spatio satis proficere poterit. Neq; enim hodie u-
num, cras aliud legimus, sed semper idem. Verũ
tamen nõnulli tam misere affecti sunt, ut diutius
audiendo ne nomina quidem librorũ intelligãt,
nec pudet, nec uerẽtur tam negligenter in dei cõ-
cionẽ ingredi. Quòd si citharœdus, uel saltator,
uel mimus aliquis ad scenam aduocaret ciuitatẽ,
omnes frequenter concurrerent, & admoniti gra
tias haberent, in quo spectaculo diei dimidiũ cõ-
sumunt, nulli alij negocio uacantes: Deo autem
nos per prophetas & apostolos alloquente, oscita-
mus, desidemus, hallucinamur, & plurimũ falli
dimus, quare in forum egredimur: in hyeme uero
cum pluuia, & lutũ impeditet, domi sedemus, aut
in theatris sine tecto, quò à pluuia defendamur. C
Maxima pars imbre, uento, frigore, luto, uiæ lon
gitudine cõtempta, insani perstiterunt, nulla eos
causa domi continet, nulla quin ad spectacula fre
quentes confluant prohibet: huc sub tectum sine
frigoris & pluuiæ iniuria, ad animæ suæ salutem
nemo ea alacritate cõcurrit. Sunt ne hæc toleran
da? Ideo in illis apprimè edocti, in necessarijs q̃
pueruli imperitiores sumus. Qd̃ si quis te aut au-
rigam, aut saltatorem uocaret, cõtumeliam id du
ceres, eamq; pro uiribus propulsares: ire autẽ ad
eorum spectacula non recusas, & cuius artis no-
men fugis, eam ferè omnẽ, prosequeris: cuius au-
tem & nomen & res, hoc est, esse & uocari Chri-
stianus profiteris, quidnã sit, non intelligis. Quid
hac dementia peius? Hæc frequenter uobis dice- D
re statui, ueruntamen ueritus sum, ne frustra, & si
ne fructu mihi odium cõparem. Video enim non
iuuenes tantũ, sed & senes insanire, quorũ gratia
maiorem in modum erubesco, cum uideo uirũ ca
nicie uenerabilem, eam labefactantẽ, & filium se
cum trahẽtem. Quid hoc magis ridiculum? quid
indignius? filius à patre impudentiam discit. Mor
dent hæc uos uerba? hoc & ego uolo. Verba uos
mœrore afficiant, ut per opera à turpitudine libe
remini. Sunt enim nõnulli multo his frigidiores,
quos illorũ non pudet, sed pro re multa uerba fa-
ciunt: quos si rogaueris quis Amos sit, quis Ab-
dias, quot prophetæ: quid respondeant, nescIunt:
de equis, aurigis, sophistis, rhetoribus, quãuis red
dant rationem. Inde quæ hinc iactura, quod detri

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentum sequatur, interrogant. Propterea ingemisco, quoniam quod sit damnum, quod malum, non intelligitis. Dedit tibi uitam deus, ut se coleres: tu eam incassum & inutiliter consumis. Quæris, quod sit damnum? Si uel parum argenti amiseris, id omnino damnum appellas: sin totos dies in diaboli operibus consumpseris, nihil omisisse opinaris. Opus est in sacrificijs, & precibus uitam omnẽ impẽdere: tu ad clamores, perturbationes, obscœna uerba, cõtentiones, intempestiuas uoluptates, magicas, in tuũ conuertis detrimentum: et cum hæc cõmiseris, quod damnũ acceperis interrogas: neq; intelligis omnia potius amittenda, q̃ tempus. Aurum amittis, poterit recuperari: amissum tempus difficulter. Breue nobis in præsenti uita præstat, quo nisi in necessarijs utamur, quid illuc migrantes faciemus? Dic quæso, si cui filiorum tuorũ præciperes, ut aliquã artẽ disceret, ille autẽ uel domi, uel alibi tempus frustra cõtereret, posset ne apud magistrum excusari? Nónne diceret, cõuenimus, tempus statuistis? Si tibi non curæ est, ut apud me arti incũbat filius, quomodo eum erudiemus? Hæc & uobis dicenda sunt. Nam exiget à nobis deus rationem. Vobis, inquiet, tẽpus dedi ut pietatem, ut recte uiuendi artem erudiremini, cur incassum & inutiliter hoc tempus consumpsistis? Cur præceptorem frequenter non petijstis, neq; doctrinæ uacastis? Quod autẽ doctrina sit dei cultus, audi prophetam cum inquit: Venite filij audite me, timorem domini docebo uos. Psal. 33
Et iterum: Beatus uir quem tu erudieris domine, & in lege tua docueris. Cum uero tempus inutiliter cõsumpsisti, quam habebis excusationem? Et qua gratia nobis breue tempus præscripsit deus? O stultitiam, ò insipiẽtiam, pro quo maximæ gratiæ habendæ sunt, quod labores nobis, & sudores minuit, quod requiem nobis & æternitatem largitur, id & reprehendis, & moleste fers animo. Sed nescio quomodo in tam longum sermonem ueni mus, qui iam finem desiderat. Nostrę nanq; imbecillitati & miseriæ tribuendũ est, quòd longiusculam fastidimus orationem: in spectaculis autem à meridie ad noctem immorati, cum fumalibus domum reuertimur. Sed ne semper uos accusemus, hoc nobis impendite beneficium, ut alijs omissis omnibus, his incũbatis. Vestro enim lucro & nos lucrabimur gaudium, lætitiam, laudem præterea & remunerationem. Omne autem lucrum uestrũ erit, quòd iam stulte antehac saltationibus dediti, propter timorem dei & honorationem nostram, uos morbo illo liberaueritis, & uinculis solutis, ad deum festinaueritis. Neq; illic tantum mercedem, uerumetiam in hac uita ueram cõsequimini uoluptatem. Eiusmodi nanq; uirtus est, ut cum futuro præmio in præsenti quoq; uitam nobis sua uisissimam suggerat. Pareamus ergo scripturæ diuinæ præceptis, ut & præsentibus & futuris fruamur bonis, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri sit gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

EX CAP. IX. HOMILIA LVIII.

ET audiuit Iesus quia eiecerũt eum foras: & cũ inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in filium dei? Respondit ille, et dixit, Quis est domine, ut credam in eum?] Qui propter ueritatẽ & Christi confessionem malo & contumelia aliqua afficiuntur, hi maxime à deo honorantur. Vt enim q̃ propter deum pecunias dispergit, is maxime eas inuenit: & qui odit animam suam, is uel inprimis amat, ita contumelia affectus propter deũ, is plurimum honoratur à deo, quod cæco usuuenit. Eiectus est è templo à Iudæis, & à templi domino inuentus est. A pestifero concilio liberatus, saluti ferum est fontem consecutus. Contemptus à contemptoribus Christi, ab angelorum rege honoratus est. Hæc sunt ueritatis præmia, ita & nos dispsis his rebus, & pecunijs nostris, illac fideliter proficiscemur. Si hìc inopi largiemur, quiescemus in cœlis. Si propter deum nobis maledicetur, & in hac uita & futura uita laudabimur. Eiectum è tẽplo inuenit Christus, quem euangelista hac gratia uenisse significat. Et considera quibus eũ præmijs remunerat, summo omnium bonorum. Se enim ei notum fecit, à quo prius ignorabatur, eũq; discipulis suis annumerauit. Et intuere illius diligentiam: dicente enim Iesu: Tu credis in filiũ dei? respondet, Domine quis est? Nondum enim ipsum uiderat, quamuis sanatus: antea nanq; cæcus fuerat, sanatus ad Iudæos adductus est. ut eñ munerarius athletam uictoria insignem & coronatum, ita hunc Iesus accipit. Tu credis, inquit, in filium dei? Quid hoc? Post tantam cum Iudeis cõtrouersiam, post tot uerba & contẽtiones, an credat interrogat: nõ quod eius ignoraret animum, sed ut notum alijs faceret, & eius se fidem plurimi facere demonstraret. Contumelia me tantus populus affecit, inquit, sed nihil impendo, fides tua mihi curæ est. Pluris enim faciendus est unus, qui domini facit uolũtatem, quàm multi transgressores. Tu credis, in filium dei? ac si præsens quæ dixerat, accepisset rogat, & sui cõcitat desiderium. Neq; primũ ait, crede, sed interrogauit. Quid ille? Et quis est dñe, ut credam in eum? Desiderantis & ualde inquirẽtis animæ uerbũ, pro qua tãta locutus est ignorat, ut ueritatis amatorẽ eum intelligas. Dicit ei: Et uidisti eum, & qui loquitur tecũ, ille est.] Nõ dixit, ego sum: sed remissius ad huc, & uidisti eũ. Dubiũ uerbũ, ideo manifestius subdit, Qui loquitur tecũ, ille est. At ille ait: Credo domine: & procidens adorauit eum.] Neq; dixit ego sum qui tẽ curaui: qui dixi tibi, Vade, laua re in Siloa: sed his omnibus omissis, inquit: Credis in filium dei? ille affectum suũ euestigio adorãdo prætulit, q̃d pauci curati fecerunt, uel leprosi illi, & alij: hoc pacto diuinam eius uirtutẽ demõstrauit, ne qs uerbotenus dixisse arbitrari possit. Eo autem adorante, inquit Iesus: In iudicium ego ueni in mundum, ut non uidentes, uideant, & qui uident, cæci fiant.] Hoc & Paulus inquit: Quid ergo dicemus, quòd gentes non sequentes iustitiam Luc. 17 Rom. 9

iustitiam, acceperunt iustitiam: iustitiam autẽ ex fide Iesu: Israel autem sequens legem iustitię, in lẽgem iustitiæ non uenerunt. His uerbis, in iudiciũ ueni: magis illum in fide confirmat, & qui aderant excitauit: hoc est, Pharisæos qui sequebantur in iudicium, id est in maius supplicium: ostendens qui se tanquam peccatorẽ damnarent, damnatos esse. hoc in loco duos uisus, & duas meminit cæcitates, & quæ sensu, & quæ intellectu percipiuntur. Tum quidem ex Pharisæis sequebantur: Nunquid & nos cæci sumus?] Vt in alio loco, Nemini seruiuimus unquã, & ex fornicatione nati non sumus: ita his sensibilibus tantum insistebant, & huius pudebat cæcitatis. Inde ostendens melius fuisse eis cæcos esse, quàm uidere, inquit, Si cæci essetis, non haberetis peccatũ.] Cum cæcitatẽ ignominiã putarent, in eos inuehitur, quòd propterea magis punientur. Ita semper humani animi elationem comprimit, & ad magnorum & mirabilium erigit cognitionem. Nunc uos uidere dicitis, ut antea deũ uestrum esse dicebatis, sed non uidetis: ita quod sibi laudi arbitrabãtur, id supplicio fore ostendit. Et à priori quidem cæcitate cæcum natum curauit, nunc de Iudæorum disputat cæcitate. Ne enim dicerent, non propter suam cæcitatem ad eum non accedere, sed deceptorem uitare, huc omnem refert disputationem. At non simpliciter euangelista inquit audisse hæc Pharisæos, qui cũ eo erant, & dixisse, Nunquid & nos cæci sumus? Sed ut tibi in memoriã reducat, hos illos esse qui antea Christum oppugnabant, & lapidibus impetebant. Sunt enim quidã in superficie quidem sectatores, qui facile in contrariã mutantur sententiam. Vnde ergo non deceptorem, sed pastorem probat? Adducẽdo utriusq; indicia, & sic eis ueritatem inquirendam relinquit. Et primũ quis deceptor & fur sit, demonstrat inquiens:

Cap. X Amen amẽ dico uobis, qui non ingreditur per ostium in ouile ouiũ, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro.] Ecce latronis signa: primum palàm non ingreditur, neq; audet: inde non per scripturarum testimoniũ, quod per ostium significatur. Hic & qui fuerunt, & qui futuri sunt notat, & Antichristũ. & falsos Christos, & Iudã, & Theudam, & alios huiusmodi. Merito autẽ ostium scripturas appellat, quoniã nos ad deum ducunt, & eius nobis cognitionẽ aperiunt: ipsæ oues faciũt, ipsæ custodiunt, neq; lupos irrumpere permittunt. Tanquam enim ostium firmissimũ hæreticos arcent, & in tuto constituunt: neque nos, modò uelimus, aberrare unquã sinent. Et nisi hoc ostiũ infringamus, nunquam nos inimici nostri poterunt expugnare per hoc ostiũ & pastores, & alij omnes ingrediemur: in ouile autẽ, hoc est, ad oues, & earũ curam. Qui enim sacra non utitur scriptura, sed ascendit aliunde, id est non concessa uia, is fur est. Ecce cum patre conuenientiã, cum scripturas in medium proferat. Ideo Iudæis dicebat, Scrutamini scripturas. Et Mosen, & prophetas omnes adducit in testimoniũ. Omnes, inquit, qui audiũt ex prophetis, ueniẽt ad me. Et si credideretis mihi: hic idem per translationẽ ponit. Hæc autem particula, Ascendit aliũde: & scribas significat: qui cum docerẽt, & facienda præciperent, ipsi legẽ transgrediebantur, quod ipse exprobrauit dicens: Nemo uestrum facit lege. Et recte inquit ascendit, & non ingreditur: nam furis est sepem uel parietem ascendere, & cũ periculo omnia moliri. Ecce quo pacto describit latronem. Considera pastoris signa. Qui ingreditur per ostium, hic est pastor ouiũ huic ostiarius aperit, & uocem eius oues audiunt. Et proprias oues cum emiserit, ante eas uadit.] Hæc pastoris est & furis differentia. Videamus quo pacto sequentia conueniant: Huic, inquit, ostiarius aperit. Mansit in translatione, ut significantius loqueretur. Quòd si ad uerba parabolã uis accõmodare, nihil prohibet hoc in loco per ostiariũ Mosen significari, cui eloquia dei credita sunt, cuius uocẽ oues audiunt. Et proprias uocat nominatim.] Cum enim frequenter eũ deceptorẽ uocarent, idq; ex incredulitate sua confirmarent, dicentes: Quis principum credidit in eum: nõ ex ipsorũ pertinacia se, sed illos deceptores putandos, quòd sibi non crederent, & merito ab ouiũ numero expellendos ostendit. Nam si pastoris est per solitũ ingredi ostium, ipse per hoc ingressus est, & omnes secuti poterũt oues esse: qui inde se auerterunt, non ipsos pastor, sed ipsi se ab ouium numero abdicarunt. Quòd autẽ se ostium appellarit, nemo perturbetur: siquidem & pastorem se, & ouem dicit, & uarie suram prædicat dispensationẽ. Quando nos patri offert, ostiũ: cum nostri curam gerit, pastorem se profitetur. Neue ipsum patri tantum offerre nos putes, etiam se pastorem dicit. Et oues uocem eius audiunt, & proprias oues uocat, & educit eas, & ipse eas anteuadit. At contrarium pastores faciunt, sequunt non præcedunt. Sed ut se omniũ ad ueritatẽ inueniendam ducem ostendat, contrariũ pastoribus morẽ seruat: quemadmodum cum oues per orbem diuisit, non extra, sed in medio luporum misit. Longè enim admirabilior ars nostra pastoralis est. Videtur autem & cæcus hoc in loco significari, quem è medio Iudæorũ uocauit, & audiuit uocem eius, & cognouit. Alienum oues non sequunt, quoniam eius uocẽ nesciunt.] Siue de Theudæ & Iudæ assertoribus hic loquatur, Omnes, inquit, qui in eos credunt, dispersi sunt: siue de futuris, qui à pseudochristis decipiendi erant. Et ne dicerent ipsum unum illorum esse, plurimum se ab illis diuersum ostendit: & primum à doctrina scripturarum quibus eos adducit, illi aliunde: inde ab ouiũ obedientia, quæ omnes ipsi non uiuenti tantum, sed & mortuo paruerunt, illos quamprimum dimiserunt. Præterea quòd non paruum est, illi tanquam tyranni per seditionem omnia faciebant: à qua suspicione tantum hic aberat, ut cum uellent ipsum regem facere, recusaret: & cum rogarent, an licere censum dare Cæsari, afferri præciperet, ut numisma cognosceret. Ad hæc ipse pro ouiũ salute uenit ut uitam haberent, & abundãtius haberent: illi etiam præsenti uita priuarunt, qui etiam tra- Act. 5 Matth. 22

Universidad de Deusto
Biblioteca

diderunt sibi cõmissos, & fugarunt. Hic adeò generose perstitit, ut animam traderet: illi inuiti, coacti, fugientes quæ passi sunt pertulerũt, hic sponte omnia subiuit. Hoc prouerbium dixit eis Iesus, illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis.] Et qua gratia obscurius locutus est? Vt attentiores redderet: quòd mox exponit, inquiens: Ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabit, & ingredietur, & egredietur, & pascha inueniet.] Hoc est, securus erit & liber. Pascua autem & pabulum, ouium potestatem atq; libertatem signat, hoc est, nemo inde eum expellit: quod & apostolis usuuenit, qui audenter ingressi sunt & egressi, tanquam uniuersi orbis domini, & à nemine eiici potuerũt. Omnes quotquot ante me uenerũt, fures sunt & latrones, sed nõ audierũt eos oues.] Non de prophetis hoc intelligendum, ut aiũt hæretici: illos enim audierunt, & per eos Christo crediderunt: sed de Theuda & Iuda, & alijs seditiosis. Illud præterea uerbum, non audierunt, in ouium laudem dictum est: quod contrà esset, si prophetas non audissent, fuissent enim maximè reprehendendi. Fur non uenit nisi ut furetur, & mactet & perdat.] Vt tunc usuuenit, siquidẽ omnes mactati sunt & perditi. Ego autem ueni, ut uitam habeant, & abundantius habeant.] Et quid quæso, uita abundantius? Regnum cœlorum, sed adhuc uitæ nomine tanq; eis noto contentus est.

Ego sum pastor bonus.] Hic iam passionem insinuat, quòd pro mundi salute moriturus est, neq; inuitus. Inde iterum ad pastoris & mercenarij parabolam uenit. Bonus enim pastor animam suam ponit pro ouibus: mercenarius autem qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, uidet lupum uenientem, & dimittit oues, & fugit, & uenit lupus, & rapit eas.] Hic suam paternæ æquiparat potestati. Siquidem pastor ipse est, & cuius propriæ sunt oues. Intueris altiorẽ in parabolis sensum ubi obscurius loquitur, neq; auditoribus causam calumniandi præbet. Quid ergo hic facit mercenarius? Videt lupum uenientem, & dimittit oues, & lupus uenit, & rapit eas. Hoc illi faciebant, ipse contrà. Etenim cum comprehensus est, inquit: Sinite hos abire, ut impleretur sermo, quia nemo ex ipsis periit. Hoc in loco potest & spiritalis lupus intelligi, quem non sinit ut oues auferat. Hic non modò lupus, sed & leo est. Nam aduersarius noster diabolus, inquit, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. hic idem & serpens & draco: ambulabitis enim super serpentes & scorpiones. Quare uos hortor dilectissimi, sub pastoris nostri custodia in pascuis maneamus. Manebimus autem si uocẽ eius audierimus, si ei parebimus, si alienum non sequemur. Et quæ nam uox est? Beati pauperes, beati mundo corde, beati misericordes. Hoc pacto sub pastore manebimus, & lupus ingredi non poterit, & si ingrederetur, detrimentum acciperet: pastorem nanq; adeò nos amãtem habemus, ut animam suam pro nobis traderet. Cum enim & possit & amet, quid impedit ne liberemur? Nihil sanè, nisi nosmetipsi deficiamus: quod quomodo accidat, audi ipsum dicentem: Non potestis duobus dominis seruire, deo & mãmonæ: cui si seruiemus, grauissimè subijciemur tyrannidi. Omni enim tyranno grauior est pecuniarũ cupiditas. Nullam enim uoluptatẽ habet, sed curas, inuidiã, insidias, odia, calumnias, & innumera uirtutis impedimenta: desidiã, luxuriam, auaritiam, ebrietatẽ, quæ liberos penitus in seruitutẽ redigunt, & numularijs peiores efficiũt: & non hominũ tantum, sed grauissimorum affectuum & morborũ animæ seruos. Hic multa audet, quæ neq; deo, neq; hominibus placent, ueritus ne quis hanc sibi auferat seruitutẽ. O amarum seruitiũ, ô diabolicam potestatẽ. Hic omniũ affectuum molestissimus est, cum tantis malis deuincti gaudemus, & catenas libenter amplectimur, & tenebrarũ carcerẽ habitantes, in lucem prodire nolumus: sed malis inhæremus, malis oblectamur. Quare de nobis minimè sperandũ est, ut resipiscamus, qui peiori quàm qui metalla effodiunt, cõditione sumus. Miserè enim sine ulla mercedis spe laboramus. Et quod grauius est, si quis nos hac captiuitate liberare uellet, nõ pateremur, sed ægrè ferremus & indignaremur: in hoc nihil ab insanis differentes, in alijs tamen tanto miseriores, quòd nolumus ab insania liberari. Nunquid propterea in hũc mundũ uenisti? num propterea homo factus es, ut æs & aurum accumules? Non ideo te ad suam finxit deus imaginẽ, sed ut sibi placeas, ut futura bona consequaris, ut cum angelis psallas. Quid hãc reijcis cognationẽ? Quid inhonestum te & ignobilem hac soluta necessitudine reddis? necessitudinem dico spiritualẽ. Fame ille tabescit, tu copia rũperis: frater nudo corpore oberrat, tu uestes uestibus addis, quæ tineis cõsumũtur: & quanto satius foret ut his egenorum corpora tegerentur, quæ si hoc pacto consumerentur, illa te cura absolueret, & futurã tibi uitã largirentur? Quod si nõ placet, consumptas tandẽ confer in pauperes, qui rectè eas norũt excutere: etenim Christi corpus, quoniã arca honorabilius est & securius, quippe q; non tantum illas custodit, & incorruptas conseruat, sed pulchriores efficit. Arca nõnunq; cũ uestibus direpta magno te afficit dãno: quæ pauperibus damus custodiẽda, neq; morte amittunt, neq; seris aut uectibus indigẽt: nõ seruorũ uigilia, nulla huiusmodi cautione, omnibus insidijs libera sunt, & custodia reponunt, ut credibile est, quæ cõmendant in cœlis. Nulli enim malitiæ locus ille peruius est. His nos monitionibus nunq; cessamus, neq; uos unquã paretis, causa q; pusilli sumus animi, & terrenis inhiamus, & deorsum trahimur: imò absit ut uos oẽs damnẽ, tanq; incurabiliter ægrotetis. Nam si diuitijs ebrij his admonitionibus aures obstruunt, saltẽ attendere poterunt. Et quid hæc ad pauperes, inquies? neq; enim aurum habent, neq; tot uestimenta, sed panem tantum, & aquam frigidã. Sed & duos obolos, & pedes ut uisitare possint infirmos: linguam etiã ut sermone consolẽtur uulneratum: domum præterea uel tegetem, ut hospitem accipiant, habent

bent. Non enim innumera talenta à pauperibus, sed diuitibus exigimus. Quòd si ad pauperum ostium dominus noster uenerit, obolum ab eo accipere hoc modo non pudebit, sed maiora quàm à multa dantibus accepisse profitebitur. Quot hic adstantium illo tempore fuisse optarẽt, quo Christus in carne terram peragrauit, ut cum eo uersati essent, & conuixissent? Ecce nunc hoc nobis magis licet, uocare eum ad prandium possumus, & cum eo uiuere, & magis proficere. Eorum nanq; qui cum eo uiuebant, nonnulli perierũt, ut Iudas & huiusmodi: eorum autẽ qui eum in domũ suam aduocant, & domum & mensam cõmunicant, unusquisq; maxime laudabitur, & gratiæ his habebuntur. Veníte, inquit, benedicti patris mei, possidete præparatum uobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: peregrinus eram, & suscepistis me: infirmus, & uisitastis me: in carcere erã, & uenistis ad me. Quam ob rem, ut audire hoc mereamur, uestiamus nudum, colligamus hospitem, cibum demus esurienti, sitienti potum, infirmos & carcere deuinctos uisitemus, ut spe bona ueniam, cõsequamur peccatorũ, & illorum bonorũ quæ omnem sensum excedũt fiamus participes: quæ utinam omnes consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

EX CAP. X. HOMILIA LIX.

EGO sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrẽ, & animã meam pono pro ouibus meis.] Magnum quiddã dilectissimi, magnum, inquam, est ecclesiæ prælatio, & quæ multa indiget sapiẽtia, & formidine: qualem Christus proposuit, ut nunquam oues desera mus, ut lupo generosè resistamus. Hęc enim inter pastorem est & mercenariũ differentia. Alter proprię, contemptis ouibus, alter sua cõtempta, ouiũ semper saluti inuigilat. Pastoris ergo exemplo deceptores duos meminit, furem mactantem & rapientem oues, & mercenariũ permittentem, neq; defendentem cõmissas. Per illum Theudã & eius assertores, per hunc Iudæorum magistros signat, qui nullam curam commissis ouibus adhibebãt, quod superiori tẽpore Ezechiel his uerbis insectatus est: Væ pastoribus Israel, nónne pascebant semetipsos? nónne greges pascuntur à pastoribus? sed illi contrariũ faciebant, quod maximę malitię genus est, pluribus rationibus: idcirco ingt. Neq; quod abiectũ erat, reducebãt, neq; quod perierat, quærebãt: neq; confractũ alligabant, neq; infirmũ consolidabant: quoniã se, non gregem pascebãt. Idem & Paulus significat: Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Christi Iesu. Et iterum: Nemo quod suũ est quærat, sed proximi unusquisq;. Verum ab utroq; dissidet Christus, cum illis qui in peccatis erant, diceret propterea uenisse, ut uitam haberent, & abundantius haberẽt: his autem qui oues à lupis rapi negligebant, se propter eas animam ponere, ne oues perirent. Nam cùm Iudei ipsum interimere uellent, non propterea destitit à doctrina, neq; credentes tradidit, sed perstitit & pertulit mortẽ, ideo frequenter inquit: Ego sum pastor bonus. Quæ cũ nullo niti testimonio uiderentur, qd' enim poneret animã suam, non multo pòst re monstratum est: quod aũt uitam haberẽt, & abundantius haberent, post huius uitæ migrationem futurũ erat, alterum ab altero confirmat. Hoc est, quia dat animã, q; det etiam uitam quod & Paulus dicebat, Si enim cũ inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortẽ filij eius: multo magis reconciliati, salui erimus. Et iterum: Qui etiam proprio filio nõ pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Sed qua gratia nunc quoq; eum non accusant, ut superius, Tu de teipso testimonium perhibes, testimoniũ tuum nõ est uerũ? Quoniã sæpenumero eos silere coegerat, & à signis maiorẽ de se opinionem concitarat. Inde ne quis ad illam particulam, Et oues uocem eius audiunt, & sequuntur eum: díceret, quid ad non credentes? audi quid addit, Et cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Quod & Paulus his uerbis significauit, Nõ expulit deus populum suum quẽ prædestinauit. Et Moses: Cognouit deus qui erãt sui: hoc est, quos prædestinauit. Ne aũt similiter & cognoscere, & cognosci crederes, Cognosco, inquit, oues meas, & cognoscũt me meæ, non tamen æqualiter. Æqualis est patris & filij cognitio, ut inquit: Sicut cognoscit me pater, & ego cognosco patrẽ. Qd' nisi sensisset, cur ita dixisset? cũ enim nõnunquã multitudini se cõnumerasset, & non more hominis cognoscere putaretur, inquit: Sicut nouit me pater, & ego cognosco patrẽ. Tã certo ipsum scio, ut ipse me. Propterea inquit: Nemo cognoscit filiũ, nisi pater: & patrẽ, nisi filius: discretã quandam cognitionẽ indicans, qualem nemo alius habet. Ego pono animã meam. Hoc frequenter dicit, ut omnis deceptionis tollatur suspicio. Nam & Apostolus cũ se uerũ magistrũ ostenderet, & falsos cõfundere apostolos uellet, pericula & mortes adduxit in mediũ. In plagis supra modũ, in mortibus frequẽter. Dicendo enim, lux sum & uita, superbiã apud stultos arguere uidebatur, uelle aũt mori nullã inuidiã, nullum liuorẽ concipiebat. Propterea hoc in loco, nõ dicunt eũ de se testimoniũ perhibere, & uerũ nõ esse: hoc aũt uerbo multã curã atq; diligentiã indicat. Etenim alias oues habeo, inquit, quæ nõ sunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere.] Ecce iterũ hoc uerbum, oportet: nõ necessitatis esse, sed futuri omnino significatiuũ: quasi dicat, qd admiramini, si mihę secuturę, & uocẽ meã auditurę sunt? cũ & alias me sequi, & uocẽ meã audire uideritis, tũc maiorẽ in modũ admirabimini. Neq; te perturbet qd' dicit, Quæ nõ sunt ex hoc ouili. Differẽtia cẽm in lege dũtaxat, ut inquit Paulus, neq; circũcisio aliq̃d ualet, neq; præputiũ. Et illas oportet me adducere. Vtroq; dispersos & mixtos, neq; habentes pastorem

Pastoris & mercenarij differentia

Rom. 5.

Luc. 10

2. Cor. 11

1. Cor. 7

Gal. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

storem, hos uidet atq; illos, nondum bono aduenIente pastore. Inde futurã eorum cognationem
Ephe. 2 prædicit: Et erit unum ouile.] Quod iterũ Paulus his uerbis significat: Vt duos cõdat in semetipso in unum nouũ hominẽ. Propterea me diligit pater, quia ego animã meam pono, ut iterũ accipiam eam.] Et quid hoc uerbo humilius? Siquidem propter nos dominus noster amandus est, quoniã pro nobis moritur. Quid igitur, dic quæso, superiora tempora non amauit, sed nunc amare incepit, & nos primum eius amorem conciliauimus? Quid hoc sibi uult? Cum alienum eum à patre, & deceptorem esse, & in detrimentũ & iacturam uenisse dicerent, ait: Si nihil aliud, uel hoc saltẽ mihi persuadet, ut uos diligam, q̃ eo quo me amore uos pater prosequit, & hac gratia pro uobis morior. Præterea & illud intendit, q̃ non inuitus moritur. Neq; enim fuisset charitatis officium, & quòd ea maxime est patris sententia. Quòd si tanquã homo hoc loquitur, noli admirari. Sæpenumero enim causam exposuimus, idem repetere & molestum est, & superfluũ. Ego pono animã meam, ut iterũ sumã eam: & nemo tollit eã à me, sed ego pono eam à meipso. Potestatẽ habeo ponendi eam, & potestatẽ habeo iterum sumendi eam.] Cum uoluissent aliquando eum interimere, indicat, nisi ipse uellet, incassum eos laborare: & à primo secundũ confirmat, à morte uidelicet resurrectionẽ: hoc enim admirandũ est. Siquidem utrunq; nouum fuit, & præter cõmunem consuetudinẽ. Attendamus ergo diligenter: Potestatem habeo inquit, ponendi animã meam. Et quis non habet hanc potestatẽ? Quisq; enim potest se interimere: sed non ita intelligitur. Quomodo ergo? Sic habeo ponendi potestatẽ, ut nemo me inuito id facere possit: quod nõ contingit nobis, nos tantum interimere nosipsos possumus: sed si in latronum insidias incideremus, nõ habemus liberã faciendi quod uolumus potestatem, uelimus nolimus, nos interficiunt. Christus autẽ etiam insidijs circumuentus, sui iuris erat moriendi, necne. Et cũ dixisset, Nemo tollit eam à me: addidit, Potestatem habeo ponendi eam: hoc est, ego solus habeo hanc potestatẽ, quæ uobis nõ est. Etenim alij multi, uitæ nostræ sunt domini: quod à principio nõ dixit, neq; enim creditũ esset: sed cũ à re ipsa testimoniũ confirmarit, cũ multis circumuentus insidijs comprehendi non potuerit: sæpius enim ex eorũ manibus elapsus est: tũc inquit: Nemo tollit eam à me. Quod si uerũ, & illud sequetur, sponte ad hoc uenisse, per quod & aliud cõfirmat, quandocũq; uoluerit uitã sumere, posse. Nam si ita mori humanas uires excedit, non est reliquũ dubitandum. Quòd enim solus esset uitã ponendi dominus, etiã sumendi in sua esse potestate ostendit. Ecce quomodo à priori secundũ confirmat, & à morte indubitatã ostendit resurrectionẽ. Hoc præceptũ accepi à patre.] Quod nam? Mori pro mũdo. Prius ergo accepit, inde paruit. Prius qd esset faciendũ intelligit: & quis nõ expers rationis hoc dixerit? Sed quẽadmodum superius dicẽdo, Propterea me diligit: spontaneã uoluntatẽ, & contrariã amouit suspicionem: ita hoc in loco præceptũ à patre se accepisse dicens, nihil aliud ostendit, quã idẽ patri uideri, quod facit: ne postmodũ cum crucifixũ putarẽt derelictũ à patre atq; traditũ, néue exprobrarent quę tamẽ exprobrauerũt: Alios saMatth. 27 uos fecit, seipsum non potest saluũ facere. Et si filius dei es, descende de cruce. Neq; propterea descendit, quoniam filius est dei. Inde ne audiendo mandatũ eum à patre accepisse, id à se alienũ esse existimares, prosequitur: pastor bonus animã suam ponit pro ouibus suis: hinc suas oues, & quicquid recte factũ est suũ opus esse, & præcepto nõ indigere ostendens. Quòd si indigeret, quomodo à seipso ponere dixisset? Qui à seipso ponit, præcepto nõ indiget: & causam cur faciat affert, q̃ scilicet pastor sit, & bonus pastor. Bonus autẽ pastor ad ouiũ custodiam hortatore nõ indiget. Quod si in hominibus usuuenit, multo magis in deo. Ideo Phil. 2 Paulus inquit, quòd seipsum exinaniuit. Nihil aũt aliud hoc in loco præceptum signat, quàm cũ patre concordiam. Quod si humiliter & humanè locutus est, auditorum imbecillitati tribuendum.

Dissensio itaq; facta est inter Iudæos, propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet, & insanit. quid eum auditis? Alij dicebant. Hæc uerba non sunt dæmonium habentis. Nunquid dæmonium habens potest cęcorum oculos aperire?] Cum enim supra hominem, neque secundum cõmunem consuetudinem loquatur, dæmonium habere dicebant: & quater hoc iam nomine eum appellarunt: siquidem superius etiam dixerunt, Dæmonium habes, quis te quærit interficere? Et iterum: Nonne bene dicimus, quoniam Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Et hoc in loco, dæmonium habet, & insanit, quid eũ auditis? Imò & sæpius ea uerba dixisse uel inde cõstat, cum inquiunt, Nonne bene diximus, quia dæmonium habes? Alij dicebant: Hęc uerba non sunt dæmonium habentis. Nunquid dæmonium potest cæcorũ oculos aperire? Cum à uerbis eos conuincere non possent, ab operibus eum dæmonium non habere demonstrant. Imò ne à uerbis quoq;. Nam si uerba uobis persuadere non possunt, opera reuereamini. Quòd si dæmonium habentis non sunt, sed supra humanam uirtutem, constat diuinæ cuiusdam esse potentiæ. Ecce syllogismum. Quòd supra hominem operetur, inde cõstat quòd inquiunt, dæmonium habere. Quòd dæmonium non habeat, ex operibus manifestat. Ad quæ in præsentia nihil dicit. Iam enim superius se dæmonium non habere responderat, nunc autem minimè. Siquidem cum re ostendisset qualis esset, de cætero conticet. Neque enim digni erant quibus responderetur, qui dæmonium habere dicerent, ex his quibus eum admirari, & deum omnes arbitrari debebant. Et quid opus erat ut amplius à Christo arguerentur, cum inuicem ipsi dissiderent, & se reprehenderent? Ideo nullum uerbũ fecit, & omnia æquo animo tulit. Neque hac tantum gratia, sed ut nos erudiret mansuetudi-

suetudinem & patientiam. Hunc nos imitemur: neq; enim tantũ cõticuit, uerumetiam iterum adest, & interrogatus respondet, & suã indicat prouidentiam: & dæmoniacus & insanus appellatus quibus innumera contulerat beneficia, nõ semel aut iterum, sed sæpenumero, nõ modo non ultus est, neq; remisit beneficia, sed pro his animã suam
Luc. 23 posuit, & crucifixus patrem pro his rogauit. Hæc nobis imitanda sunt. Hoc pacto Christi erimus discipuli, si mansueti erimus, & mitis ingenij. Vnde autem tales erimus? Si nostra frequenter peccata reputabimus, si lugebimus, si flebimus. Neq; enim anima tanti doloris particeps irritari atq; irasci patitur: ubi fletus, ira esse nõ potest: ubi dolor & contritio, longè omnis abit irritatio. Mens enim dolore perculsa non studet elationi, sed amarè ingemiscit, amarius flet. Scimus nonnullos ridere quæ di B cimus, quos ego flere non desino: fletus enim hoc tempus est, planctusq; & lamentationum. Multa & uerbis, & re peccamus: qui autem ita peccat, in gehennam & ardentem & igneum fluuium recipitur, & quod omnium grauissimum est, regnum cœlorum amittit. His igitur minis, etiam risu, & delicijs dissolueris, & domino tuo irato & minante nihil curas, nihil uereris, ne tibi ipsi supplicium
Matth. 25 asciscas? Non audis quid quotidie clamatur? Esurientem me uidistis, & non dedistis mihi manducare: sitientẽ, & non dedistis mihi bibere. Discedite in ignem paratum diabolo & angelis eius. Hoc singulis minatur diebus. Sed cibum dedi, inquies. Quando & quoties? Decẽ & uiginti dies. Sed per totam uitã egenos pascas oportet. Nam & uirgi- C nes oleũ habebãt, sed non sufficit eis ad salutem: & ipsæ enim accẽderunt lampades, exclusæ tamẽ sunt à sponso, & merito sanè. Siuerunt enim ut ante sponsi aduentũ extinguerentur. Propterea multo nobis oleo, multa liberalitate opus est. Audi
Psal. 50 prophetã: Miserere mei deus secundum magnam misericordiã tuã. Ita & nos propinquorũ misereri oportet, secundũ misericordiam magnã. Quales enim erimus erga proximos nostros, talem dominum in nos experiemur. Sed quænam magna est misericordia? Quando non ex his quæ superfluũt nobis, sed ex his quib. indigemus, egenis damus. Quòd si superfluum exhibendo, parum nobis sperandum est: quid nobis erit? Quò confugere, ubi salutẽ inuenire poterimus, si uirgines post tot & D tantos labores nihil profecerunt? Quis sibi fidet, cum audierit formidolosa & horrenda illa iudicis uerba dicentis, atq; exprobrantis: Esuriui, & non dedistis mihi manducare? Quandiu, inquit, non fecistis uni de his minimis, neq; mihi fecistis. Neq; de discipulis hoc tantum, aut solitariam uitã agentibus, sed de omnibus fidelibus intelligitur, qui siue seruus sit, siue in foro mendicet, si in deum crediderit, merito fouendus, & cõplectendus est. Si nudum, esurientemq; despexerimus, hæc audiemus uerba: nec iniuria. Quid emi graue, quid molestum postulat? quid non facillimũ? Non inquit, infirmus eram, & non me sustentastis: sed non uisi tastis: neq; in carcere eram, neq; eduxistis: sed, nõ uenistis ad me. Quanto ergo faciliora nobis præcipiuntur, tanto his contemptis grauius puniemur. Quid enim leuius, quàm captiuos uisitare? quid facilius? Cum enim hos ligatos pannis, illos & squalore obsitos, alios laboribus cõfectos, alios fame, & ad pedes canũ more accurrẽtes, alios persossos latere, & alios ex foro ligatos adduci tota die mendicando, ne necessariũ quidem uictũ inuenientes, uesperi uero à custodibus tam male & crudeliter acceptos uideris, etiamsi lapideus esses, humanior efficereris: & si uel perditissimus esses, humanas in alienis malis calamitates reputando, mouereris. Subueniat tibi tremendus ille dies, & futura supplicia. Hæc animo uolutans & frequenter agitans, & cupiditatem omnem, & uoluptatem, & secularium omnium amorem dubio procul abijcies, & omni portu tranquilliori animo frueris: de iudicio cogitabis, cum tantopere prouidendum, curandum, formidandum sit ab hominibus, longè magis à deo intelliges. Nulla Rom. 13 potestas est, nisi à deo: qui ergo tanta principibus ordinanda cõmittit, multo magis ipse exequetur. Quòd nisi hic nos timor contineret, omnia sanè perirẽt. Cum enim in tantorũ suppliciorum metu multi malitiam complectuntur: qui hæc cogitabit, & ad eleemosynam promptior erit, longe maiori quàm qui spectaculis adsunt, fruetur uoluptate. Illi nanq; libidine incenduntur, cum aduolantes in scena mulieres uident, & innumera inde accipiunt uulnera, non secus ac iactatum uentis mare perturbati. Oberrat enim eorum oculis, oris figura, ornatus, uerba, incessus, & cætera quæ antea uiderat, quæ omnia eorũ animum expugnãt: qui uero ab hoc nostro redeunt spectaculo, nihil tale patiuntur, sed in summa quiete & tranquillitate uersantur: cõpungit nanq; animũ ligatorũ, & calamitosorũ aspectus, & omnẽ extinguit ignem atq; cupiditatẽ. Et si scortum uel lasciuior mulier obuia fiet ex carcere exeunti, nihil eum mouebit. Tanquã enim iam simplicitatẽ quandã edoctus, eius retibus & impudico non decipietur aspectu, præpositi iudicij formidine: quare qui omne deliciarum genus contempsit, dicebat, Bonũ ire in do Eccl. 7 mum luctus, quàm in domũ risus. Et qui in hac uita tantã præ se feret uirtutem, illic maiorem in modum laudabitur. Nolimus ergo hoc opus contemnere: licet enim nihil possimus eis cõferre, neq; cibum, neq; argentũ dare, consolari tamẽ, & bono animo esse hortari, & alijs multis opem ferre, nobis licebit. Affabimur captiuos, custodes mansuetiores reddemus, & siue parum, siue multũ, proficiemus tamen. Quod si dixeris, neq; bonos illic, neq; mansuetos esse, sed homicidas, fures, adulteros, incontinentes, & alios perditos homines: etiam hinc necessariã mihi causam, ut eò te conferas, ostendis. Non enim bonis misereri, malos autem punire, sed in omnes ostendere humanitatem iubemur. Efto te, inquit, similes patri uestro, Matth. 5 qui est in cœlis, qui oriri facit solem suũ super bonos & malos & pluit super iustos & iniustos. Noli ergo alienos acrius insectari, néue sis asperior iudex

Universidad de Deusto
Biblioteca

dex, sed humanus & placabilis. Et si enim nos neque fures sumus, neq; adulteri, in alijs tamen peccamus, pro quibus magnis sumus supplicijs obnoxij. Siquidem fratrem nonnunquā fatuum appellamus quod nobis gehennam parat: & mulieres impudicis oculis conspicamur, quod adulterium ipsum arguit: & quod grauissimū est, indignè mysteria participamus, qd̄ reos nos facit corporis & sanguinis Christi. Nolimus ergo aliorū opera molestius inuestigare, sed nostra, & ita humaniores reddemur. Præterea & illud dicendū est, q̄ & in carcere bonos & mansuetos uiros, & instar totius ciuitatis nonnunq̄ reperiemus. Nā & cū lo
Gen. 39. & 40 seph in carcere multi fuerūt mali, quos omnes iustus ille curauit, & quis esset ignorabatur: & cum totius Ægypti instar esset, erat tamen in custodia B incognitus. Ita & hoc tempore multos bonos deuinctos existimandū est, quamuis nō cognoscantur: qui si tibi curę erunt, ac si omnes boni fuerint, mercedē accipies. Quod si nemo fuerit, hinc quoque multum præmiū consequeris. Nam dominus tuus non eū iustis tantū conuersatus est, immundos autē renuit: sed & Chananæam q̄ benignissimē accepit, & Samaritanā, & immundam & scelestam mulierem, & meretricē (quod ei à Iudæis exprobratū est) & suscepit & curauit, & pedes suos mulieris immundæ lacrymis aspergi passus est, ut nos erudiat humane peccatores accipiendos: hęc maxima humanitas est. Quid dicis latrones & fures carcerem habitare? Dic quæso, in ciuitate omnes iusti sunt? Nónne multi etiā peiores, & impu- C dentius rapientes? Illi enim etsi nihil aliud deserta saltem & tenebras petunt, & clàm deprædantur: hi aūt omni abiecta persona, aperta fronte uiolāt, rapiunt, uim inferunt. Difficile enim est purū hominem inuenire. Quod si non aurū rapimus, si nō innumera terrę iugera occupamus: quandā tamē fallaciam & furtū in minoribus, & quæ possumus exercemus. Nam cum in cōmercijs & emendis rebus debitum non reddere, aut aliquid subtrahere cōtendimus: nónne latrocinijū, furtū, rapinā facimus? Neq; te excusaueris, quod domū, aut seruū nō aufers. Non enim ablatorum copia, sed rapientium uoluntate, iniustitia metienda est. Iustū nanque & iniustum, in magnis & paruis rebus eandē uim habent: & ita tam furem appello, qui aurū sur D ripit, q̄ qui in emendis rebus iusto precio uēdentem defraudat: & qui alienum parietem effodit, q̄ qui iniustæ causæ fauet, & aliquid à proximo aufert. Nolimus ergo rebus nostris omissis, alienarū iudices fieri. Neq; dum humanitatis tēpus est, malitiam prosequamur, sed cognita priore uita, mansueti tandem & benigni efficiamur. Quę enim no
ad Tit. 3 stra uita fuit, audi Paulū: Eramus enim & nos aliquando insipientes, increduli, errantes, seruientes desiderijs, & uoluptatibus uarijs, in malitia & inuidia agentes, odibiles, inuicē odientes. Et iterū:
Ephes. 2 Eramus enim natura filij iræ: sed deus cū nos tanquam carcere & catenis grauissimis deuinctos uideret, ad carcerem uenire non erubuit, ut nos dissolueret, & innumeris dignos supplicijs, non modo eduxit, sed in regnum suum addūxit, & cœlo clariores reddidit, ut exinde nobis eadem pro uiribus faciēda relinqueret. Inquit enim discipulis: Si ego laui pedes uestros dominus & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplū enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. Neq; hæc in lauandis pedibus tantum lex scribitur, sed in omnibus alijs, quę nobis proposuit. Homicida est in carcere? Verum nos bene faciendo non possumus accusari. Fur est & adulter? sed nos non malitiæ, sed calamitatis miseremur. Sæpenumero, ut dixi, illic unus inueniet ur multorum instar, & si frequenter eò te contuleris, aliquid inde consequeris emolumenti. Quemadmodum enim Abraham quicunque Gen. 18. & Heb. 13 ad se uenerant hospitatus, angelos tandem hospitio accipere meritus est: ita & nos magnos uiros conueniemus, si frequētius eò accedemus. Quòd si quid admiratione dignum dicendum est, non tanta laude dignum, qui magnum hospitio accipit, quàm qui paruum & miserum. Illius enim fortuna non parua materia est, ut humaniter accipiatur: abiectus autem & miser unicum portum habet miserentis oleum. itaq; in hoc purior humanitas ostenditur. Et qui in clarum & conspicuum uirum liberalis est, nonnunquam hominum ostentationi inseruit: qui in abiectum & incognitum, solius diuini præcepti gratia mouetur. Quare si quem accipimus, claudos, cæcosq; accipere iubemur: si eleemosynam facimus, uilibus & miseris est faciēda. Quamdiu enim, inquit, fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis. Cum ergo illic reconditum thesaurum intelligatis, eò frequenter conueniamus, illuc studium nostrū conferatur, & spectaculorum curam in hanc conuertamus. Etsi nihil aliud habes quod eis afferas, saltem consolare. Neq; enim tantum qui pascit, sed & qui uisitat, ab eo remuneratur. Nam cum ingressus pauidum & trepidum animum spe aliqua confirmaueris, hortando, consolando, opem ferendo, aliquid pollicitando, ita patientiam docueris, non paruam hinc consequeris utilitatē: extrà multi delicijs affluentes, te ita loquentem ridebunt: calamitosi autem confirmati attentè tuis uacabūt admonitionibus, te laudabunt, & meliores euadent. Nam & Paulum prædicantem ludæi nonnunquam deriserūt, deuincti autem summa attentione audiebant. Nihil enim àdeò ad sapientiam animum præparat, ut calamitas & tentatio, ut afflictiones, cum nos minime fugiat, quid illis miseris, quid boni nobis impendimus. Frequenter eis admixti, & fori consuetudines, & intempestiuas occupationes illic consumamus, ut & eos lucremur, & nos lætitia afficiamus, & ad glorificandum deum parati, sempiterna bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

EX

EX CAP. X. HOMILIA LX 290

Acta sunt autem encænia in Hierosolymis, & hyems erat. Et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Circūdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: quousq; animam nostram perdis?] Omnis quidē uirtus bona est, maxime autē mansuetudo & clementia: hæc nos homines indicat, hęc nos angelis æquiparat. Idcir co Christus frequenter de hac multa uerba facit, cum mansuetos nos & clementes esse iubet: neq; uerbis tantū, sed & re, nunc alapas perferens, nūc maledictis, nūc insidijs petitus tolerat. Qui enim dæmoniacum & Samaritanum Christum appellarunt, & interficere sæpe tentarunt, hi nunc circū dederunt eum, & interrogarunt, Tu es Christus? B Neq; eos post tales insidias repulit, sed multa mānsuete respondet. Sed necessarium est altius hunc sermonem repetere. Facta sunt, inquit, encænia in Hierosolymis, & hyems erat. Magnus hic dies festus, & solennis, quo uidelicet templum fabricatū fuerat, cum redierunt è diuturna Persidis captiuitate. Hunc agebant maxima cum diligentia, hoc die affuit Christus solennitati. Iam enim appropin quante passione, frequenter in Iudæam ueniebat.

Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebāt: Quousq; animam nostram perdis? Si tu es Christus, dic nobis palàm.] Non respondit, Quid à me quæritis, quem dæmonium habere & insanū, Samaritanum, deo contrarium, deceptorem existimatis, & nuper me de meipso testimonium perhi C bente, testimoniū meum non esse uerum dixistis? Cur igitur me interrogatis, & uultis à me discere, cuius respuitis testimoniū? Nihil tale dixit, quam uis eorum mentem intelligeret. Nam cū eum circundederint, & dixerint, Quousq; animam nostrā perdis? charitate quadam, & discendi desiderio dictum uidebatur: animus autem corruptus erat & subdolus. Nam cum opera insimulari nō possent, uerbis quærebant eum capere aliter quàm superi us interrogando, sic ansam aliquam captantes. Ideo dicebant. Dic nobis. Atqui sæpenumero dixit. Nam & Samaritanæ, Ego, inquit, sum, qui loquor tecum. Et cæco: Vidisti eum, & qui loquitur tecum, ille est. Nec non & his, quamuis alijs uerbis. Nam si rectè aduertere uoluissent, ex uerbis D quoq; ipsum confiteri debuissent. Nam operibus sæpenumero ostendit. Sed considera eorum prauitatem: cum uerbis eruditur, dicunt, Quod signum ostendis? cum autem operibus eius uirtus demonstratur, dicunt: Si tu es Christus, dic nobis palàm. Sic operibus clamantibus ad uerba, uerbis autem ad opera confugiunt, & contrarijs semper insistunt. Nam quòd discendi gratia non interrogarent, finis indicio est: quem enim tantæ autoritatis arbitrabantur, ut ipsius esset de se testimonio credendum, pauca locutum statim lapidibus impetunt. Vnde constat, & quòd eum circundederint & percontarentur, à prauo animo prouenisse. Modus uero interrogandi, magnum eorum odiū indicat, Dic nobis palàm. Nónne palàm om-

nia loquebatur? Nónne solēnitatibus semper aderat? Ideo blandioribus uerbis usi sunt, Quousq; animam nostram perdis? ut iterum aliquam calūniandi ansam inueniant. Quòd autem hac & non discendi gratia interrogent, non hìc tantum, sed multis in locis perspicuum est: ut cum rogarunt, an liceret censum dari Cæsari, & an lapidanda es- Matth. 22 set adultera: & cum de ea quæ septē uiros habuisse deprehensa erat percontati sunt, in quibus non discendi studium, sed maleuolam mentem præ se tulerunt, & tunc eos reprehēdit, Quid me, inquit, Matth. 22 tentatis hypocritæ? ut cordis secreta se cognoscere demonstraret: hìc minimè, ut non semper fraudulentos arguendos, sed mansuete & benigne in multis tolerandos erudiret. Nam quòd stultum esset operibus ipsum prædicantibus uerborum quę rere testimonium, audi quòmodo eis respondit, cum superflue eos, & non ut discerent interrogare, tum certiorē uerbis, hoc est operum uocē protulisse significans: Sæpe enim, inquit, dixi uobis, & non creditis mihi. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, illa testimonium perhibent de me.] Quòd perfidi illi aliquando inuicem dicebant. Non potest homo peccator hæc signa facere, Et iterū: Non potest dæmoniū cæcorum oculos aperire. Et, Nemo potest talia signa facere, nisi sit cum eo deus. Et uidentes signa quæ faciebat, dicebant: Nunquid hic est Christus? Alij autē dicebant: Quando uenerit Christus, num poterit plura signa facere, q̄ hic fecit? Hi aūt cum ei credere uelle solo uerbo simularēt, dicētes: Quod signum ostēdis nobis, ut uideamus & crēdamus tibi? Cū operibus nō credidissent, reprehēdit Christus eorum malitiam, inquiens, Si operibus non creditis, quō uerbis credetis? Quare superflua interrogatio. Sed dixi uobis, inquit, & nō creditis mihi: quia non estis de ouibus meis.] Ego enim officium pastoris feci, si uos me non sequimini, nónne eò accidit, quòd oues meę nō estis? Oues meę, inquit, uocē meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego uitam æternam do eis, & non peribunt in æternū, & nō rapiet eas quisquā de manu mea. Quia pater meus qui dedit mihi, maior est omnibus, & nemo potest eas rapere de manu patris mei. Ego & pater unum sumus.] Animaduertite quomō eos reijciendo, ut se sequatur, hortatur: Vos me, inquit, non auditis, neq; enim estis oues. Qui sequunt, hi sunt ex ouili. Hæc autē dicebat, ut oues fieri adniterent. Inde cum dicit, καὶ ἀκολουθοῦσι μοι, id est, & sequuntur me: eos tangit & excitat, & in sequēdi cupiditatē impellit. Quid ergo, si propter patris uirtutē nemo rapit, tu ergo imbecillis es, & custodire nō potes? Miníme. Nā ut intelligas illam particulā, Quia pater meus qui dedit mihi: propter illos dictā, ne iterū deo contrarium dicerent, cū dixisset, nemo rapiet eas de manu mea, prosequens suam & patris manum unam esse ostendit: quod ni ita esset, consequēs erat dicere, Pater qui dedit mihi, maior omnibus est, & nō potest eas rapere de manu mea. Verū non ita dixit: sed de manu patris mei. Inde ne arbitrareris

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd sit imbecillis, eo quòd uirtute patris tutæ o- A
ues sint, addidit, Ego & pater unum sumus: quasi
dicat, nõ propterea dixi neminẽ propter patrem
eas rapturũ, ac si ipse imbecillis essem. Nam unum
sumus, hoc est, secundum potentiam: nam de hac
loquitur. quòd si eadem est, constat etiam eãdem
esse substantiam. Cum enim omnia tentarent Iu-
dæi insidiando, extra synagogam faciendo, dicit
omnia frustra tentari, cum in patris sui manibus
oues sint, ut propheta inquit: In manu mea depin-
xi muros tuos. Inde unam manum aliquando su-
am, aliquando patris esse ostendit. Cum autẽ ma-
num audis, nihil sensibile suspiceris, sed uirtutem
atq; potestatem. Quòd si nemo ob patris protec-
tionem eas rapuit, superfluũ erat addidisse, Ego
& pater unum sumus. Nam si minor erat, nimis te-
merarium uerbũ esset: nihil enim aliud quàm po- B
tentię paritatem signat: quòd Iudæi intelligentes,
lapides in eum iecerunt, non tamen hanc Iesus ab
stulit suspicionem: quæ si falsa fuisset, corrigenda
fuisset, & dicendum, Cur hoc facitis? Non parem
meam dico, & patris potestatem ita intelligo. Sed
nunc totum contrarium, eam confirmat, & maxi-
me cum exasperarentur: neq; accusat, ac si male di
xisset, sed illos reprehendit, ac si malam habeãt de
se opinionem. Cum enim dixissent, De bono
opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & ꝙa
cum homo tu sis, facis teipsum deum.] Audi quid
dicat, Nónne scriptum est in lege uestra, Ego
dixi, dij estis? si illos dixit deos, ad quos sermo dei
factus est, quõ uos dicitis, quia blasphemo, quia
dixi filius dei sum?] Hoc est, si hi qui gratis hoc ac C
ceperunt, non possunt accusari si seipsos deos ap-
pellant: qui id natura habet, quõ iure accusari po-
terit? Non tamẽ his uerbis usus est, sed postmodũ
confirmauit: primũ remissius loquit, remipsis re-
linquẽs intelligendã, cum inquit, Quem pater
sanctificauit, & misit in mundũ.] Et eorum furore
sedato, tunc ueram affert sententiã. Primum ergo
ut suam acciperent rationẽ, humilioribus usus est
uerbis: inde altiora aggredit. Si non facio ope-
ra patris mei nolite credere mihi: sin autem facio,
etsi mihi nõ creditis, operibus credite.] Vide quõ
ut dixi, confirmat, quòd in nullo sit patre inferior
sed æqualis in omnibus: cum enim substãtiam eius
uidere nõ sit, ab operum qualitate eandem osten-
dit cum patre potestatem. Et quid credemus, dic D
quæso? Quòd ego in patre, & pater in me est. Ni-
hil ego aliud quam pater manens filius. Nihil ille
aliud ꝙ ego manens pater: & qui me nouit, nouit
patrem: & qui patrem nouit, & filium. Quòd si po
tentia minor esset, etiam cognitio mentiretur: ne-
que enim alia per aliam, neq; substantia, neq; po-
tentia discí potest. Voluerunt ergo eum appre
hẽdere & exijt de manibus eorum. Et abijt trans
Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans primum &
mansit illic. Et multi uenerunt ad eum, & dicebãt:
Ioannes quidem signum edidit nullum. Omnia
autem quæcunq; dixit Ioannes de hoc uera erãt.]
Cum quicquam magnum & altum loquitur, quã-
primum abit, ut eorum furori det locum, ut absen-

tia sua sedetur, & quiescat indignatio, ut in præsen
tia. Sed cur Euangelista locum notat quò abierit?
Vt quæ illic faceret, quæ diceret, quid testaretur
Ioãnes intelligas. Euntibus ergo illuc, statim sub-
ijt animo Ioannes, propterea ostendit, quia Ioan-
nes nullum signum fecit. Quid enim consequens
erat hoc dicere, nisi locus ipse Baptistæ & eius te-
stimonij eos admonuisset? Vide quam certam af-
fert consequentiam. Ioannes quidẽ signum nullũ
fecit, hic aũt fecit, ergo huius excellentia ostendi-
tur. Si illi qui nullum fecerat signum crediderunt,
longe magis huic erat credendũ. Deinde ne nul-
lum faciendo signũ indignus testimonio uideret:
subdidit, Signũ nullum fecit, tamen omnia de eo
uera erant. Neq; amplius hunc ex illo, sed illũ ex
his quæ hic fecit, dignũ fide ostendunt. Multi er
go crediderunt in eum.] Multis enim rationibus B
trahebantur ad credendum. Nam recordati sunt
uerba quæ Ioannes dixerat, cum fortiorem eũ se
testificatus est, & lucẽ & uitam & ueritatẽ & alia
multa, ut uocẽ superne delatã, & spiritũ in specie
columbæ apparentẽ, & eum omnibus ostendentẽ
& cum his miraculorũ demonstrationẽ, in quam
aspicientes confirmabant. Quare dixerunt, si Io-
anni credendũ est, longe magis huic. Si illi sine si-
gnis, huic potius qui illius testimonio, & signis
confirmat. Vide quantũ eis locus, & à prauis inge
nijs discessio contulit. Ideo frequenter ab illorum
cõsuetudine eos abducit: quod etiã in ueteri fecit
testamẽto. Iudæos enim ab Ægyptijs abducẽs, in Exod. 14
eremo finxit, & erudiuit. In omnibus hoc idem &
nos admonet, ut fora, turbas, & tumultus fugia-
mus, in cubiculo oremus. Nauis eñ tẽpestatibus
non agitata, secundo uento nauigat: & anima se-
cularib. absoluta negotijs, in portu quiescit. Qua
re mulieres ꝙ uiros sapientiores esse oportet, quæ
curæ familiari, ut plurimum incumbunt. Ita Iacob
simplicior fuit cum domi habitaret, & exteriori-
bus absolueretur occupationibus. Neq; id simpli
citer dixit scriptura, habitans domũ, sed & domi
multa est perturbatio: sed cum tu uis, & spõte tua
curarum turbam susc ipis. Vir enim in medio fo-
ro & iudicijs tanquã quibusdam fluctibus uersa-
tur, mulier uero tanquã in quodam philosophiæ
gymnasio domi sedens, & mentẽ in se colligens,
& orationibus, & lectionibus, & alijs bonis ope-
ribus uacare potest, & more eremos habitãtium,
qui se perturbet habet neminem, domi sedet, ubi
semper potest in tranquillitate uiuere. Si quando
domo exeundum est, nullam etiam perturbatio-
nis habet materiam: siue enim huc ueniãt, siue bal
neas petant, tũc necessario egrediuntur, plurimũ
autem temporis domi degitur, & potest uirtuti in
cumbere, & uirum perturbatum lenire, admone-
req;, superfluas eius & molestiores cogitationes
abscindere, & ita dimittere ut quascunq; molesti-
as è foro domũ tulerit, deponat, & quæ domi bo-
na didicerit, secũ in forum afferat. Nihil eñ poten
tius muliere bona, ad instituendũ, & informandũ
uirum quodcunq; uoluerit: neq; tam leniter ami-
cos, neq; magistros, neq; principes patietur, ut eõ

iugem

iugem admonentem, atq; consulentem: habet e- A
nim uoluptatẽ quandam admonitio uxoria, cum
plurimum amet, cui cõsulit. Multos possum affer
re uiros asperos & immites, per uxorẽ mites red-
ditos, & mansuetos: ipsa enim mensa, lecto, filio-
rum cõmunicatione, dicendis, tacendis, ingressu,
exitu & alijs pluribus cũ marito cõmunicans, &
ut corpus capiti coniuncta, si prudens erit & dili-
gens, oẽs uincet, & coniugis superabit diligenti-
am. Quamobrẽ admoneo ut hoc pacto fiat, & ne
cessitati consulatur. Vt enim ad uirtutẽ mulier, ita
ad malitiam plurimũ potest. Mulier Absalon, mu
lier Amnon perdidit, ipsa Iob perdere conata est:
ipsa Nabal à cæde eripuit, ipsa uniuersam gentem
liberauit. Et Delbora, & Iudith, & aliæ multæ im-
peratorũ functæ sunt officijs. Ideo Paulus inquit:
1. Cor. 7 Rom. 19 Qui enim scis mulier, an uirum saluas? Et illis tem B
poribus Persida, & Mariam & Priscillam apostо-
lorum scimus imitatrices, ut & nos imitari debea-
mus. Nec uerbis tantum, sed re informandus est
coniunx. Quomodo aũt re ipsa eum eruditemus?
Cum te non malam uiderit, non preciosis indutã,
non superflua expetentem, sed necessarijs conten
tam uiderit, tunc enim consulentem patietur. Qđ
si uerbis philosophaberis, re contrà feceris nugas
tuas reprehendet: sed cum uerbis operum etiã do
ctrinam addideris, tunc monita tua accipiet, tunc
persuasus erit. Vt exempli gratia, Cum aurum nõ
quæres, neq; margaritas, nec pretiosas uestes: sed
pro his modestiam, beneuolẽtiam, & te indueris,
& ab illo exiges. Nam si studẽdum est, ut uiro pla
ceas, anima ornanda est, non corpus corrumpen- C
dum. Neq; enim aurum adeò amabilem ac deside
rabilem uxorem reddet, ut modestia & charitas,
& animus uitam exponendi pro marito. Hæc ui-
rum capiunt. Ille ornatus obstat ei, pecunias expo
nit, & sumptum & solicitudinem præbet, hæc ma
riti animam uxori copulãt. Amor enim, charitas,
desiderium, nullam affert molestiam, nullam im-
pensam. Sed è contrario & ille quidem ornatus u-
su deterior fit, hic indies florentiorẽ animam red-
dit, & maiorem excitat charitatem. Quamobrem
si uiro placere uis, ornato animam pudicitia, pieta
te, rei familiaris cura. Hæc, inquam, confirmant a-
morem, qui nunquam cessat, neq; senectus hunc
tollit ornatum, non morbus: corporis aũt & hæc, D
& alia plura auferunt. Nam animæ bona præstan-
tiora sunt, quàm corporis: huius ornatus inuidiã
parit, & zelotypiam: hic omni malo affectu, omni
caret inani gloria. Hoc pacto & res familiaris faci
lius augebitur, & accessus facilis, cum auro non e-
ris ornata, neq; annulis digiti fulgebunt, sed in ne
cessaria conferes, hoc est, in cibum seruorum, & fi
liorum curam necessariam, & alia quæ in uita re-
quiruntur: quæ si defecerint, oculi ea requirũt, cor
angitur. Quod lucrum? quæ utilitas? Nõ sinit hoc
magnum uideri, cum dolore torquetur. Nostis e-
nim quòd etsi omnium pulcherrimam quis mulie
rem uideat, nisi lętus sit, exhilarari minime potest.
Qui enim delectari uult, primum lętetur oportet.
Cum autem aurũ omne in uxoris ornamentis col

latũ est, & angustia res familiaris laborat, quæ po-
test esse coniugij uoluptas? Quamobrem si uitis
placere uolumus, demus uoluptatis materiã: quã
dabimus, si ornatum & omne lenocinium auferẽ
mus. Hæc enim circa nuptiarũ tempora uolupta-
tem quandam habere uidentur, inde languescũt.
Nam cum cœlum tam pulchrum sit, & sol tam cla
rus, ut nullum corpus æque clarum sit, neq; tamen
eum propter cõsuetudinem admiramur, quod de
muliebri ornatu euenire par est. Hoc dico, ut uos
meliori ornem cultu, quem Paulus præcepit, non 1. Tim. 2
auro & margaritis, neq; uarijs uestibus, sed qui de
cet mulieres quæ dei cultum profitentur, bonorũ
uidelicet operũ ornamenta. Sed foris placere uis,
& laudari? Minime pudicæ mulieris hoc deside-
rium. Veruntamẽ si uis, & hos habebis amatores,
& pudicitiæ tuæ laudatores. Illam nãq; nemo mo
destus, nemo bonus laudabit, sed incontinentes
& luxuriosi: neq; etiam hi, sed & maledicent, cum
mulieris incontinentiam intuebuntur: hanc & il-
li, & hi omnes probabunt, utpote, qui nihil ab ea
mali acceperint, sed continentiæ exemplum. Sic
apud homines multũ laudabitur, apud deum aũ-
tem remunerabitur. Hunc igitur quæramus orna
tum, ut in hac uita cum fiducia uiuamus, & futura
consequamur bona, gratia & benignitate domini
nostri Iesu Christi, cui honor & imperium in secu
la seculorum, Amen.

EX CAP. XI. HOMILIA LXI.

ERAT quidam languens Lazarus à C
Bethania castello Mariæ & Marthę
sororum eius. Maria autem erat eà
quæ unxit dominum unguento.]
Multi cũ aliquem bonum & deo ac-
ceptum, mali aliquid, ut morbum, ut paupertatẽ,
& huiusmodi perpeti uident, perturbantur, sane
ignari hoc maxime dei amicis contingere. Nam
& Lazarus & amicus Christo, & ægrotus erat, ut
ex mittentibus intelligitur. Ecce quem amas,
infirmatur.] Erat, inquit, quidam languens Laza
rus à Bethania. Non ab re patriæ eius meminit.
Quamobrem in sequentibus dicet. Primum autẽ
propositum aggrediamur. Sororum eius nos uti-
liter admonet: Maria, inquit, erat, quę unxit domi
num unguento. Hoc in loco nonnulli dubitarũt, D
Cur Christus id toleraſſet. Ad quod illud primum
intelligendum, non fuisse hanc meretricem illam,
de qua apud Matthæum & Lucam scribitur, sed Matth. 26 &
aliam: illæ meretrices & infames erant, hæc hone- Luc. 7
sta & studiosa: quippe quæ Christum accipere cu
rabat, eumq; cum sorore diligebat, & tamen per-
misit Christus Lazarum mori. Sed quanam gra-
tia non ut Centurio, & regulus, ipsæ ad Christum
profectæ sunt, sed miserunt? Ob fiduciam & fami
liaritatem, quam cum eo habebant: & mulieres e-
rant infirmæ, & luctu detinebantur. Nam quòd
nõ contemneret, in sequentibus indicatur. Quòd
igitur hæc illa non esset, constat. Sed & illam cur
se tangere permisit? Vt eius mundaret malitiam,
ut clementiam ostẽderet, ut intelligas nullũ mor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bum eius uincere bonitatem. Noli igitur id solum
cõsiderare quòd permiserit, sed quomodo ad me
liora conuerterit. Sed cur huius meminit historiæ
euangelista? Vt eius in Iesum amorem ostẽderet,
& frequenter dicit: Amabat Lazarum & sorores
eius: erudiens nos nõ ægrè ferendum, si boni uiri,
& deo amici aliquo morbo laborent. Ecce quem
amas, infirmatur. Ad misericordiam Christũ uo-
lunt adducere. Adhuc tanquã hominẽ alloquun-
tur, quod & inde constat: Si fuisses hic, non fuisset
mortuus. Neq; dixit, ecce Lazarus infirmatur: sed
quẽ amas. Quid Christus? Hæc infirmitas non
est ad mortem, sed pro gloria dei, ut glorificetur
filius dei per eam.] Ecce quomodo iterum eandem suam & patris gloriã dicit. Nam cum dixisset, dei: subdidit, Vt glorificetur filius dei, hæc infirmitas non est ad mortem. Cum enim esset illic
biduum moraturus, remittit nunciũ, ut hoc significaret, in quo id admiratione dignũ est, quòd audientes sorores infirmitatẽ illam non esse ad mortem, inde mortuum uidentes, non sunt scandalizatæ, cum contrà accidisset quàm dixerat: sed ei obuiam factæ sunt, neq; mentitum putauerunt.
Et illa partícula, ut, hoc in loco nõ causalis est, sed euentus: alia nanq; fuit morbi causa, usus est autẽ ad gloriã dei. Et hæc dicens, mansit in eodem loco duos dies.] Qua gratia? Vt expiraret, & sepeliretur, ne quis posset dicere, quòd nondũ mortuum suscitarit, quòd sopitus esset, quòd dissolutus, quòd abalienatus, non mortuus: ideo tandiu moratus est, ut dicerent iam fœtere. Dicit discipulis. Eamus in Iudæam iterum.] Quid tandem
præter solitum hoc prædixit Iesus? Valde timebant, ideo prius admonet, ne repentino discessu perturbarentur. Dicunt ei: Modò illic eras, & quærebant te lapidare.] Timebãt enim ei, ut debebant, & sibi: nondum enim erant perfecti. Dicit eis Thomas: Eamus & nos, & moriamur cum eo. Imbecillior enim erat cæteris, & magis incredulus. Quõ ergo eos confirmat Iesus? Nõne duodecim horæ sunt dieí?] Aut hoc dicit, quòd qui nullius sibi sceleris conscius est, nullo afficietur malo, sed qui malè fecerit: quare minimè timendum est, cum nihil dignum morte commiserimus: aut quòd qui in lucem huius mundi uidet, securus est. Si autẽ qui mundi lucem uidet, multò magis qui mecũ est, nisi à me discesserit. His uerbis eos confirmauit, & eundi necessariam causam exponit, neq; se ituros Hierosolymam, sed Bethaniam dicit. Dormit, inquit, Lazarus, & uado ut eum à somno excitem.] Hoc est, nõ ad reprehendendum Iudæos, sed amici causa. Dicunt: Domine, si dormit, saluus erit.] acsi non necessaria esset profectio. Dicis, inquiũt, dormire: nihil ergo nos ire cogit. Atqui propterea ipse amicũ appellarat, ut necessariã profectionem ostenderet. Sed cum pigriores deprehenderet, tunc mortuũ dicit. Primum itaq; humilitatẽ prætulit, cum uero non intelligerent: Mortuus est, inquit, & gaudeo propter uos, ut credatis.] cum absens prædixerim: quod resurrectionis meæ magnum erit argumentũ, ne quis dubitet. Vides adhuc imbecilliores, & adhuc eius potentiæ ignaros fuisse discipulos? quod metu accidebat, quo perturbabãtur: & cum dormire eũ dixisset, addidit: Vado, ut excitem eum:] cum mortuum esse non itidem. Non enim uerbis prædicere uolebat, quod re erat confirmaturus. Semper enim nos admonet, ut inanẽ gloriã caueamus, & nihil de nobis temerè promittamus. Quòd si Centurionem cõsolatus dixit: Ego ueniam & curabo eum, uoluit eius fidem ostẽdere. Quòd si quis roget, quõ eum dormire putarint discipuli, neq; his uerbis mortuum intellexerint, cum diceret: Vado, ut excitem eum? Stultum enim erat, si iturum Iesum quinq; & decem stadia putarent, ut illũ excitaret. Responderem, putasse eum in ænigmate, ut plerunq; solebat, locutum.
Omnes enim Iudæorum impetum formidabant, in primis autem Thomas, ideo inquit: Eamus & moriamur cum eo. Quidam autem dicũt, & eum mori optasse. Sed profecto timorem id uerbum arguit, & imbecillitatem, inde fortior factus est, & insuperabilis: quod sanè dignum admiratione est, ut qui ante crucem tam timidus erat, post magistri mortem & resurrectionis fidem præ omnibus tanto feruore flagraret. Tanta est Christi potentia: nam qui cum Christo in Bethaniã ire non audebat, sine eo postmodum solus terrarum orbem peragrauit, & in medijs populis inclamantibus & mortem minitantibus intrepidus uersabatur. Quòd si quindecim stadia aberat Bethania, quæ circiter duo milia passuum efficiunt, quomodo erat quatriduanus Lazarus? Mãsit duos dies, quorum pridie uenerat nuncius, quo die mortuus erat, ita quarto uenit. Ideo se uocari passus est, neque ipse sponte sua uenit, ne qua oriretur suspicio. Neq; ipsæ uenerunt, quæ amabantur, sed alij mittuntur. Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam, quasi stadijs quindecim:] ob cuius uicinitatem, multos eas uisitasse par erat: quare subdit, Quòd multi ex Iudæis uenerant ad Mariã & Martham, ut consolarentur.] Quomodo cõsolabatur Iudæi à Christo dilectas? Edixerant enim, ut quicunq; Christum confiteretur, extra synagogam fieret: uel propter uulneris magnitudinem, uel quia nobiliores reuerebantur, uel quia nõ mali erant qui ad eas uenerant, multi nanq; crediderunt. Hæc autem dicit euangelista, ut testimonijs Lazari mortem confirmet. Sed quid nõ aduocat sororem Martha, cum obuiam Christo proficiscitur? Vult sola occurrere, & rem nũciare, quę cum bonam spem habere iuberetur, tunc Mariam uocat, in medio fletu Christo fit obuiã. Vides amoris magnitudinem? Ipsa est de qua inquit: Maria optimam partẽ elegit. Quomodo ergo uehementior hæc quæ nihil audiuit? Martha imbecillior erat, quippe quæ cum tanta audisset, inquit tamen paulopost: Iam fœtet, quatriduanus est.] Illa autem etsi nihil tale accepisset, tamen inquit:
Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.] Cõsiderate mulierum sapientiã, quam uis imbecillę essent. Viso enim Christo, nõ statim in plan-

Ioan. 9

Luc. 10

ctus & lamentationes proruperũt, ut usuenit cũ mœrore aliquo affecti, à notis uisitamur: sed continuo magistrũ ueneranť, & crediderũt, licet non perfectè ut decuit. Nondũ enim norãt & quòd deus esset, & q; propria uirtute & autoritate hæc faceret, sed utrunq; hic didicerunt. Illud enim ignorabant, cũ dicerent: Si fuisses hic, non fuisset mortuus frater meus. Hoc aũt dicendo: Quæcunq; poposcerís à deo, dabit tibí deus.] Ac si de bono quodã & probato uiro loquerenť. Quid ad hæc Christus? Resurget frater tuus.] Illud primum cõfutat, Quæcunq; poposcerís à deo. Non enim, inquit, poscã: sed resurget. Nam si dixisset: O mulier adhuc humí iaces, nõ egeo alterius auxilio, à meipso omnia facio: molestiora, & supra mulieris intelligentiã fuissent: dicendo autẽ,] Resurget: medium tenuit, & in sequentibus ea quæ dixí, significauit. Dicente eĩ: Scio quia resurget in resurrectiõe in nouissimo díe:] apertius suam ostendit autoritatẽ. Ego sum, inquit, resurrectío & uita.] quod alterius nõ egere auxilio indícat, quippe qui uita est. Quòd si alterius indigeret quomõ ipse & resurrectio esset, & uita? Non ergo ita dixit, idem tamen significauit: & ad illam partículam, Quæcunq; poposceris, inquit: Omnis qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet.] se bonis abundare, & à se petendum ostendit. Et omnis qui uiuit, & credit in me, nõ morieť in æternum.] Intuere quo eius erigat animũ. Non enim tantũ quæritur resurrectio Lazari, sed & hanc, & illã oportet intelligere resurrectionẽ. Propterea autẽ uerbis philosophať. Quòd si resurrectio ipse est & uita, nullo loco circumscribíť, sed ubiq; præsens sanare potuit. Quòd si dixíssent, ut Centurio, Dic uerbo, & sanabiť puer meus: itidem profecto respondisset. Cum autẽ ad se ut ueniret, rogarent, ideo assensus est, ut eas à tãta humilitate erigeret, suam tamen absentis ostendit potestatẽ, ideo tardat. Non enim cognita esset gratia repentè præstita, nisi corruptus esset, & fœteret. Et unde mulier futuram norat resurrectionem? Audierat Christũ multa de ea disputantem, quam iam uidere cupiebat, & adhuc humí uertitur. Nam cum audiret, Ego sum resurrectio & uita: non respondit, resuscita eũ: sed, ego credo, quia tu es Christus filius dei. Cui Christus: Omnis qui credit in me, etiãsi mortuus, hac scilicet morte, fuerit, uiuet: & omnis qui credit in me, non morietur in æternum, illam uidelicet mortem. Nam ego sum resurrectio. Noli perturbari, si mortuus est frater uester. Hæc non est mors. Primum eam ab euentu consolatur, & bene sperare iubet, dicendo: &, Resurget frater: &, Ego sum resurrectio. Et quòd resurgens etiam si moriatur, nihil patietur incommodi. Quamobrem non est huiusmodi mors dolenda: hoc est, neque ipse mortuus est, neq; uos moriemini. Credis hoc? Ait illi, Vtiq; domine: ego credo, quia tu es Christus filius dei, qui in hunc mundum uenisti.] Videtur mihi Christi dictum mulierem non intellexisse: nouit tamen magnum esse, totum non perspexit: propterea aliud interrogata, aliud respon-

Matth. 8

Matth. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

est dolendum? Nunquid ego hoc prohibeo? Minime lugere, sed impudenter lugere veto. Nō sum immanis, atq; crudelis. Video naturam dolere, & quotidianam requirere consuetudinem. Non licet nullo affectu moueri, quod & Christus ostendit: lacrymatus est super Lazaro, eius sequere exemplum: lacrymare, sed leniter & pudenter, & cū dei timore. Si hac ratione lacrymas fundes, non resurrectionis diffidentiæ argueris, sed ægrè ferre charissimi seiunctionem uideberis. Nam & peregrè proficiscentes lacrymis prosequimur, non tamen ut mortuos: ita & tu lugeas, tanquam præmi seris peregrinum. Hæc ego non ut præceptor, sed ut permissor, humanæ conscius fragilitatis admoneo. Quòd si peccator, & qui sæpenumero deum offenderit, moritur, is deflendus est, uel potius minimè, cum nihil illi afferat utilitatis: sed ea facienda, quæ ei aliquid conferre possunt, eleemosynas, oblationes: in hoc lætādum est, quòd malitia eius abscissa est: quòd si iustus, rursus lætandum, quòd in tuto collocatur, quòd liberatus est futura formidine. Si iuuenis, quòd ex medio malorum ereptus est: si senex, quòd eo diutius usus, quod maxime desiderabile uidebatur, uitæ satietate migrauit.

Tu autem horum omissa consideratione, ancillas cædis, ac si ita demum defunctum honoribus prosequaris: quod ultimę est dementiæ. Honor enim mortuo, non fletus est, non eiulatus, sed hymni, & psalmi, & uita optima. Ille moriens cum angelis euolabit, etiam si nemo exequijs interueniat: perditus autem, etsi in funere uniuersam habuerit ciuitatem, nihil lucrabitur. Vis mortuum honorare? C alia uia aggrediendum est. Fac eleemosynas, Quę tibi ex multis fletibus utilitas? Ego & aliud malū audiui, quòd multæ etiam amatores per fletus alliciunt, maritalis amoris opinionem, lamentationum uehementia de se confirmantes. O diabolicam mentem, ô satanę cogitationem. Quandiu et terra & puluis, quandiu sanguis & caro erimus? Cœlum tandem suspiciamus, intelligamus spiritualem nostri partem. Quomodo gentiles arguemus? Quomodo qui hæc faciunt, consolabimur? Quomodo cum his de resurrectione disputabimus? Quomodo de alijs sapientiæ partibus? Qua securitate uiuemus? Ex dolore ēm ,puenit mors. Considera uim perspectiuam animæ, nihil sinit uidere necessariorum, inde multum detrimenti: illo enim modo & deum offendimus, neq; nobis neq; defuncto prosumus: hoc autem & deo placemus, & probamur ab hominibus. Nam si non succumbemus, continuò doloris reliquię abolentur. Si indignabimur, in miseria relinquimur. Si gratias agemus, non mœrebimus. Et quomodo potest, inquit, nō dolere, qui filium uel uxorem amisit? Nō dico, ne doleat: sed ne immodice. Nam si intelligeremus deum illum abstulisse, quem mortalem uirum, ac filium habebamus, mox consolaremur. Indignari enim maius quiddam supra naturam quærentis est. Homo natus & mortalis, quid doles, quod secundum naturam contigit? Nunquid doles, quòd edendo nutriris? Num quæris sine cibo A uiuere? Ita & in morte, nunquid quæris immortalitatem? Mortalis natus es. Semel hoc definitum. Noli dolere, noli te affligere, sed ama quæ cōmuniter omnibus statuta sunt. Doleant tibi peccata tua, hic optimus fletus, hæc maxima sapientia. Hæc ergo perpetuo defleamus, ut cœlestem assequamur lætitiā, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui honor & gloria in secula seculorum, Amen.

EX CAP. XI. HOMILIA LXII.

NOndum enim uenerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei Martha.] Magnum bonum sapientia est. Sapientia nostra dico, non gentilium, quæ uerba sunt duntaxat, & fabulæ neq; ullam habent sapientiam: gloriæ namq; causa omnia faciunt. Magnum, inquam, bonum sapientia, quæ nobis inde uicem reddit. Qui enim pecunias contemnit, iam hoc bonum cōsecutus est, quòd superfluis & stultis curis liberatus est. Qui gloriam pessundat, præmium inde accipit, quòd nulli seruit, sed uera libertate perfruitur. Qui cœlestia cōcupiscit, remuneratione non caret, cum nihil præsentia arbitretur, & facile dolorem omnem exuperet. Ecce nūc mulierem philosophantem inde præmium consecutam. Etenim omnibus assidentibus, dolens & plangens, non expectauit ad se uenientem magistrum, neq; decorum seruauit, neq; luctu retenta est. Siquidem quæ in luctu sunt, cum alijs incommodis etiam tenētur affectu, quòd à præsentibus affectant laudari: quorum nihil Mariæ accidit, sed surgens e uestigio, magistro obuiam facta est. Iesus autem nondum in locum uenerat: lento enim passu ambulabat, ne ad signum faciendum festina reuideretur, sed ab illis de eo iudicium fieri uolebat. Aut igitur hoc significare uult euāgelista, aut quòd cito accurrit, ut uenienti occurreret. Venit autem non sola, sed omni Iudæorum turba subsequente: & perquàm prudenter soror ei clàm magistri aduentum significauit, ne consessum perturbaret: neq; cur surgeret dixit: nam multi certè abijssent. Nunc uero tanquam fleturam ad monumentum secuti sunt, & ex his iterum mortuū Lazarum cōfirmatur. Et procidit ad pedes eius, ue- D hementius quàm soror amabat, neq; turbam reuerita est, neq; opinionem quam de eo Iudæi habebant. Erant nanq; multi maleuoli, qui dicebāt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur? Sed omnem humanū affectum expulit, magistro præsente, cuius solius facta est honoris uidelicet in dominū. Et quid inquit? Domine si fuisses hic, frater meus nō fuisset mortuus.] Sed quid nihil ad eam loquitur Christus, ut ad sororem? Turba aderat, neq; uerborum tempus erat, sed mouetur humano affectu, quem tantum primò uoluit æstimari. Nam cum signum magnum, quale raro fecit, esset facturus, ex quo multa erat prouentura utilitas, ne turba absente nihil lucraretur, doloris affectu multos testes allicit

licit, ne prędam amitteret. Et primum humanam præfert naturam. Lacrymatur et perturbatur. Norat enim lacrymas excitare, & affectum arguere. Illa enim particula, Et infremuit spiritu,] motum illum cohibuisse signat: & ait, Vbi posuistis eum? ne flēdo interrogaret. Sed quid rogat? Nō uult festinare, sed omnia ab illis discere, & hortatus facere, ut omni suspicioē careret miraculum.

Dicunt ei: Domine ueni & uide. Lacrymatus est Iesus.] Nullum adhuc resurrectionis signum ostenderat, neq; ut suscitaturus, sed ut lacrymaturus uenit, quod mox significatur: ait enim: Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autē ex ipsis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere ut & hic non moreretur?] Nec in calamitatibus à malitia abstinebant. Atqui facturus erat rem longè mirabiliorem. Longè enim maius est post mortem in uitam reuocare, quàm instantem propellere: in quo ergo eius uirtus erat admiranda, in eo Iesum calumniantur. Confitentur autem aperuisse oculos cæci nati, & quod rursus debebāt admirari calumniantur, ac si nihil fecisset. Nec in hoc solum eorum ostendit malitiam, sed cum nondū ad monumentum uenerit, eum criminantur, non expectantes rei finem. Intuere corruptum eorum iudicium. Venit ad monumentum, & rursum affectū arguit. Quid tandem tam diligēter quoties lacrymatus sit meminit euangelista, & quod infremuerit: Vt intelligas uere naturam nostram induisse, Cum enim magna de eo loquatur, etiā in his quæ C ad corpus spectant, hoc in loco multò humilius Matth. 26 loquitur. Nihil ut reliqui euangelistæ in passione quod in agonia esset, narrauit, sed contra quod retrorsum supinos retecerit. Quod ergo illic omisit, hic per luctum implet. Nam de morte disputans, inquit: Potestatem habeo ponendi animam meam: & nihil submisse loquitur. Ideo in humanitatis affectibus incarnationis ueritatē ostendunt. Matthęus enim ab agonia, & tremore, & sudore, hic à lacrymis humanitatem confirmat. Neque enim nisi nostræ fuisset naturæ, & semel, & iterum lacrymari coactus fuisset: neque ullis respondet criminibus. Quid enim uerbis imponere eis silentium oportuit, cum mox rebus ipsis ad tacēdum cogerentur: quod grauius fuit, & maiorem incus- D sit pudorem. Ait ergo: Tollite lapidem.] Quid tandem absens non idem iusserat, atque perfecerat? Quid non dimisso lapide suscitauit? Poterat enim qui corpus mortuum uoce mouerat, & corrupto animam inspirarat, multo magis lapidem mouere. Sed cur non fecit? Vt eos testes fecisset miraculi, ne dicerent quod & de cæco, Hic est, nō est. Manus enim & præsentia illorum ipsum esse testabantur. Illi enim uel imaginationem, uel præstigium aliquod opinari potuissent, nunc cum affuerint, cum lapidem tulerint, cū ligatus exierit, cum iussus sit solui, cum amici præsentes ipsum uiderint, & ex uestibus agnouerint, cū sorores fœtere, & quatriduanū esse dixerint: hæc omnia sufficientia erant, quæ uel impudentibus silentium A imponerent, cū rei testes adessent. Ideo iubet ut lapidē tollāt à monumēto, ostendēs seipsum suscitare. Ideo interrogat, Vbi posuistis eū? ut dicētes: Veni & uide, & ducentes ipsum, nō possent dicere aliū suscitatum, ut & uox, et manus testificaret. Vox, dicēdo ueni, & uide. Manus, lapidē tollendo, & institas soluēdo. Et uisus & auditus. Hic, uocē audiēdo: ille, uidēdo exeuntē: & odoratus odore offensus. Inquit ēm: Iam fœtet, quatriduanus est.] Meritò ergo dixi, qđ minime norat mulier quid Iesus diceret, cū inquit: Etiā si mortuus fuerit uiuet. Cōsidera ergo quid hæc dicat, tanq; iam impossibile esset. Erat enim admirabile, ut quatriduanū, & fœtidum mortuū suscitaret. Discipulis enim inquit: Vt glorificet filius dei per eum. Hic gloriā dei de patre, inquit. Animaduerte audien- B tium imbecillitatē diuersi sermonis esse causam. Rememorat enim quæ superius dixerat, arguens tanq; oblitam. Noluit iam præsentes perturbare, ideo inquit: Nōne dixi tibi, quod si credideris, uidebis gloriā dei? Magnū nanq; bonū fides est, magnum inquā, et bonorū multorū causa, ut dei opera homines facere possint in nomine illius. Si cui Matth. 17 credideritis, inqt, & dixeritis monti huic, ut trāsferatur, fiet: &, Qui credit in me, maiora faciet q̄ ego, in nomine meo. Quæ nā maiora? Etenim umbræ ipsorū mortuos suscitabant. Sic enim prædicauit Christi potestas. Non enim tam mirabile fuit, q̄ uiuus miracula faceret, ut ipso mortuo alij in nomine eius maiora operarent. Neq; dubi tandū fuit de eius resurrectiōe, neq; si uisa fuisset, ita esset cōfirmata. Qui ēm resurgentē uidisset, dicere poterat fuisse phantasmia: qui uero solo eius nomine inuocato, maiora miracula uidet, q̄ cū in carne cum hominibus uersatus est, nō sane incredulus esset nisi maiorem in modū desiperet. Magnum igitur bonum fides, cum à uehementi amore, & flagranti animo procedit: ipsa sapientes nos indicat, ipsa humanā detegit humilitatē, & infernis omissis rationibus, de cœlestib. disputat: & q̄ humana sapientia inuenire nō potest, in quo desicit, hoc fides dirigit, hoc docet. Hanc igitur cōplectamur, neq; rationibus distrahamur. Cur gentiles nihil inuenire possunt, dic quæso: Nonne externam omnem nouere sapientiam? Vide ergo piscatores, & tentoriorum opifices, & indoctos superare non potuerunt? Quoniam illi rationibus, hi fide omnia perficiebāt: ideo & Platonem, & Pythagoram, & philosophos omnes, nec non & astrologos, & mathematicos, geometras, arithmeticos, & omnis sapientiæ professores superarunt, & meliores facti sunt. Quanto stultis illis & insanis ueriores philosophi euaserunt? Hi enim statim animam immortalem esse, non tantum dixerunt, sed & persuaserunt. Illi antea nihil norant, quid esset anima, postquam autem inuenerunt, et diuiserunt eam à corpore, iterum in errorē prolapsi sunt: aliqui corpus eam dixerunt, alij compositum, nonnulli cum corpore dissoluī: nec non cœlum animatum, & deum. Piscatores autem dei opus professi sunt, & omnibus persuaserunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quòd autem gentiles rationibus usi sint, minime mirum: quòd autem qui fideles uidẽtur, hi animales inueniantur, est sanè ridiculum, propterea decipiuntur. Et alij quidem qui dicũt scire deum, ut ipse seipsum nouit, quod nemo ne illorũ quidem ausus est dicere. Alij nõ posse deum sine passione generare, neq; ei quicq; amplius à nobis habere permittunt, Alij quòd recta uia nihil proficit. Sed tempus non est hæc in præsentia reprehendendi. Quòd aũt nihil proficiat fides recta, si uita praua sit, & Christus, & Paulus pluribus ostẽdit. Inquit
Matth.7 enim: Nõ omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorum. Et, Multi dicent mihi in illa die: Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus? & dicam eis, Nescio uos. Et iterum:
Luc.10 Nolite gaudere, quod dæmonia uobis obediunt. Qui hæc non attendunt, facile in uitia delabuntur, etiam si fidem rectam habeãt. Sed nos hæc fugiamus, neq; enim sine uita recta deus uideri potest.
Heb.12 Pacem, inquit, persequimini, & sanctificationẽ, sine qua nemo uidebit deũ. Sanctificationẽ continentiam appellat, ut unusquisq; sua cõtentus sit uxore, neq; alienã quærat. Qui sua cõtentus non est, saluus esse non potest: sed necessario peribit, etiamsi innumera bona opera fecerit. Fornicando impossibile est intrare in regnũ cœlorũ: imò
Matth.5 non fornicatio hæc, sed adulterium. Quemadmodum enim alligata uiro, si alium cognoscit, adulteratur: ita alligatus uxori, si aliam habet, adulterij reus est: hic non hæreditabit regnum cœlorũ, sed in gehennam intrudetur. De his inquit deus:
Esa.66 Vermis eorũ non morietur, neq; ignis extinguetur. Nullam enim ueniam consequitur, qui capta uxore, post hoc carnis remedium alienæ iniuriatur, hoc iam lasciuia est: quòd si ab uxore sua multi ieiunij & orationis tempore abstinent, qui sua contentus non est, sed alienam introducit, quantum sibi mali accumulat? Si suam repudiare, & alij uacare nõ licet (est enim adulterium) quantũ ille accusandus est, qui suæ aliam addit? Nemo igitur hũc morbum animæ insidere permittat, sed radicitus euellat, Neq; enim tantum uxorẽ, quantum seipsum offendit: hoc enim adeò apud deum sceleſtum uidetur, ut si uxor ab idololatra uiro ipso nolente discedat, puniatur: si ab adultero, mini
1.Cor.7 mè. Considera ergo huius morbi malitiam: nam si qua fidelis, inquit, habet uirũ infidelem, & ipse consentit habitare cũ illa, non dimittat uirũ. De
Matth.5 fornicatione autem: Si quis dimiserit uxorem suã præter rationem fornicationis, facit ipsam mœchari. Nam si consuetudo unum corpus facit, si q meretrici admiscetur, unum cũ meretrice corpus efficitur: quomodo ergo ornata accipietur, cum sit membrum Christi? Quomodo ei iungetur corpus meretricis? Et intuere excessum. Quæ cũ infi
1.Cor.7 deli habitat, non est immunda. Sanctificatus est, inquit, uir infidelis in muliere fideli. In fornicaria autem, nunquid membra Christi faciemus membra meretricis? Illic sanctificatio manet, si cũ uxore cohabitat, hic discedit. Graue itaq; malum fornicatio, graue inquam, & immortale afferens supplicium, & in hac uita innumera secum mala trahit. Cogitur enim uitam miseram & infelicem uiuere, qui hoc morbo afficitur. Neq; meliori loco res suæ sunt, q̃ eorum qui supplicijs distrahunt. Alienam domũ trepidus & formidolosus ingreditur, omnia timet, & seruos, & liberos. Quare hortor hoc uos morbo dissoluatis: quòd si nõ placet, nolite hæc sacra ingredi penetralia. Siquidem minimè oportet scabiosas & morbidas oues in sanarum & bene ualentium grege uersari, sed ab ouili exigendæ sunt, quoad bonam recipiant ualetudinem: Membra Christi sumus, nolimus fieri meretricis. Nõ est locus hic lupanar, sed ecclesia. Si mẽbra meretricis habes, abesto ab ecclesia, ne præsentia tua sordescat. Quòd si nulla esset gehenna, nullum supplicium: quo tamen animo post coniunctionem illam, & nuptiales faces, post iustum lectum, & liberorum susceptionẽ, post quotidianam consuetudinem, pateris aliam supponere? Cur non uereris, non erubescis? Qui post uxorũ mortem alijs admiscẽt, hi reprehẽduntur à multis, quamuis puniri non possint: tu uiuente uxore aliam superducis? Quænam hæc incontinentia?
Esa.66 De his inquit: Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Perhorresce minas, formida supplicium. Non est tanta hic uoluptas, quanta illic pœna. Sed absit, ut aliqs sit huic obnoxius supplicio, sed per sanctificationem omnes Christum uideant, et promissa bona consequantur gratia et benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria in secula seculorum, Amen.

EX CAP. XI. HOMILIA LXIII.

IESVS autẽ eleuatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis, &c.] Quod sæpenumero dixi, id & in præsentia repetam, deum, scilicet, non adeò suam spectare dignitatem, ut nostram salutem, neque ut magnũ aliquid loquatur, sed ut nos possit allicere. Propterea alta & magna raro, & ea abscondita, sed humilia & abiecta frequenter loquitur. Cum enim his populum magis adduceret, magis etiam utebatur, non tamen semper, ne postea offenderentur: neque conticet, ne præsentes scandalizarentur. Illi nanque qui perfecti futuri erant, ex uno alte & magnifice dicto totum poterant intelligere: hi autem cum rudes essent, nisi sæpenumero eadem audissent, nullum cepissent emolumentum. Certe neque post tãtam doctrinam perstant, sed eum lapidibus petunt, & persequuntur, & interficere conantur, & blasphemum appellant, cum æqualem se faceret deo. Et nunc dicunt blasphemare. Cum autem dixisset, Remittuntur tibi peccata tua, iterum dæmonium habere dicũt. Et cum mortem superare, qui uerba sua audiret, & se in patre, & patrem in ipso esse, & de cœlo se descendisse diceret, eũ relinquunt, & perturbãtur. Quæ si raro dicta minime ferebant longè minus si semper

per altè & magnificè locutus esset. Nam cum dicit: Sicut mandauit mihi pater, sic loquor. Et ego à meipso nihil loquor: tunc credunt. Multi, inqt, crediderunt in eum. Quòd si humilia fidem faciunt, sublimia auferunt, nonne ultimæ amẽtiæ est, non intueri humiliter propter auditores locutũ? Nam & alio in loco cum magnum quiddam dicere uellet, & reticuisset, causam attulit ne scandalizarentur, Proijce hamum in mare: quod et in hoc loco. Cum enim dixisset, Ego sciebam quia semper me audis: prosecutus est, propter circunstantem populum dixisse, ut crederent. Nunquid nostra hæc uerba sunt? Num humana coniectura? Cũ enim ex rebus ipsis nos credamus eos in magnis scandalizari, & ipse dicat se ideo humilia loqui, ne scandalizarentur: quis deinceps à natura humiliter ipsum locutum suspicabitur, & non eorum indulgentem imbecillitati? Et alibi uoce cœlitus delata dicebat: Non propter me hæc uox facta est, sed propter uos. Atqui magnũ decet multa de se humiliter prædicare, non autem humilem & abiectum magnificè. Indulget auditorum imbecillitati, & humilitatẽ eos, & se carnem nostrã accepisse erudit: ne' ue deo contrarium, & non ue
1 Deut.6 nisse à deo, et legem soluere arbitrarentur, utq; odium populi auerteret, cum frequenter in Veteri testamẽto dicatur: Dominus deus tuus, dominus unus est. Quòd enim humilis & abiectus magnifice de se loquatur, nulla est causa, nec ratione aliqua nititur, sed sola amentia est & impietas, & audacia non toleranda. Qua ergo gratia humilia loquitur, qui arcanæ illius & inenarrabilis est substantiæ? Et eorum quæ diximus gratia, & ne etiã
1.Cor.15 putaretur ingenitus. Nam & Paulus quid tale timuisse uidetur, cum ait: Præter eum qui ei cuncta subiecit. Impiũ enim hoc suspicari. Nam si minor patre, & alterius substantiæ æqualis existimatus esset, nõne omnia fecisset, ut ea tolleretur opinio? Nunc contrà facit, inquiens: Si non facio opera eius qui misit me, nolite mihi credere. Et cum dicit, Ego in patre, & pater in me est: æqualitatem nobis signat. Erat hæc omnino tollenda opinio, si inferior fuisset, & nullo pacto dicẽdum: Ego in patre, & pater in me est, aut unum sumus: aut qui uidet me, uidet & patrem. De uirtute nãq; sermo erat, dicendo: Ego et pater unum sumus. Et de potẽtia, Sicut pater suscitat mortuos, & uiuificat: sic & filius quos uult, uiuificat. Quod qui alterius esset substantiæ, minime facere potuisset: non oportebat id dicere, ne quis unam & eandem esse substantiã arbitraretur. Si enim ne suspicarentur deo contrarium esse, etiam quæ sibi non conueniunt, de se nonnunquam loquitur, longè magis tũc. Dicere nanq;, ut honorificẽt filium, sicut & patrem: & opera quæ ille facit, & ego similiter facio: & se resurrectionem esse & uitam, & lucem mundi: æquiparantis est sese patri, et illorum confirmantis suspicionem. Nunc autẽ quòd legem non soluat, tot rationibus excusat: opinionem autem æqualitatis ad patrem, non modo non tollit, sed confirmat: & dicentibus illis, blasphemas, quia te deum facis: ex operibus æqualitatem demonstrauit. Et quid filium hoc feci sse dico, cum pater non indutus carne, multa de se humilia dici passus sit propter auditorum salutẽ? Adæ enim inquit: Vbi es? Gen.3
Et illud cognoscam si fortè secundum clamorem eorum perficientur: &, Nũc cognoui, quia times Gen.22
deum tuum. Etsi forte audiant, etsi intelligant: &, Ezech.3
Quis daret cor meũ populi huius sic esse: &, Nõ Psal.85
est similis tibi inter deos domine. Et multa huiusmodi in ueteri testamento, si quis notaret, diuina maiestate indigna inueniret. Et de Achab dictũ
2.Par.18 est: Quis decipiet me Achab? Et quoties gentilibus dijs per comparationem præponitur, semper indigna sunt deo uerba. Sed aliter digna efficiuntur, quoniam tam clemẽs est, ut propter nostram salutem, etiam digna se uerba contemnat. Nam & quòd homo filius factus sit, & seruí formam acceperit, quòd humilia & loqueretur, & de se dici permiserit, indignum deo. Indignum sanè, si quis eius consideret maiestatem: dignum rursus, si immensa eius benignitas, & clementia cõsideretur. Est et alia tam humilium uerborum causa, qua patrem norant, & uenerabantur, filium autem ignorabant. Ideo ad ipsum frequenter confugit tanquam confessum, utpote cum nõ adhuc ipse eam haberet autoritatem: non ex se, sed ex auditorum stultitia, atque imbecillitate. Ideo orat, & dicit:

Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me.] Quòd si quos uult uiuificat, & sicut pater, ita uiuificat, quare orat? Sed uide tam in ipsum uenisse locum: Vt ergo tulerunt lapidem, Iesus eleuatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis: sed propter populum qui circumstat dixi, ut credant, quia tu me misisti.] Interrogemus hic hæreticum, num preces ei quid cõtulerint, ad Lazarum suscitandum? Quomodo ergo alia sine precibus fecit miracula? Tibi, inquit, dico dæmo Luc.11
nium egredere ab isto: &, Volo, mundare: &, Sur Matth.8
ge, tolle grabbatum tuum: &, Remittuntur tibi Matth.9
peccata tua: & mari, Tace, obmutesce. Quid autẽ Luc.5
præstaret apostolis, si preces ei ad miracula opitu Mar.4
larentur? Imò neq; illi precibus omnia faciebant, sed multa Iesu nomine inuocato. Quòd si eius nomen tantum poterat, quomodo ipse precum auxilio indigebat? quo si indigebat, nõ utiq; nomẽ eius eum habuisset potestatem. Cum autẽ hominẽ fecit, quid precatus est? Nonne magna deprehenditur æqualitas? Faciamus, inquit, hominem, Gen.1
Quid autem imbecillius, si ei orandum fuit? Sed uideamus quid orat. Pater, gratias ago tibi, quia audisti me. Et quis nam unquam ita precatus est, priusquam diceret: Gratias ago tibi, inquit, ostẽdens se non egere precibus: Omnia enim facis quæ uolo: non tanquam non posset, sed tanquam una esset ipsorum sententia. Sed qua gratia orationis forma usus est? Non me, sed illum causam dicentem audi: Propter circumstãtem populum, ut credant, quia tu me misisti. Non dixit, ut credant me minorem, & q̃ diuino indigeam auxilio, sine quo nihil facere possum, sed quòd tu me misisti.

Hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæc omnia preces ostendunt, si simpliciter eas accipiamus. Nō dixit, Misisti me imbecillum, seruitutis cōscium, à meipso nihil potentem: sed his omnib. omissis, ne quid horū suspicareris, ponit ueram orationis causam, ne me deo contrariū arbitrentur, ne dicant nō esse à deo, ut secundū uoluntatem tuam hoc me fecisse ostendam: tantum non dicens, Si essem contrarius deo, res non processisset. Audisti me & ad amicos dici solet, & æquales: Ego sciebam, quia semper me audis: hoc est, ut fiat uoluntas mea, nō egeo precibus ad persuadendum, una enim uolūtas est. Ad quid ergo preces? Propter infirmiores. Et cum hæc dixisset, clamauit uoce magna.] Cur nō dixit, In nomine patris mei ueni foras: aut, resuscita eū pater: sed omnibus his omissis, orātis forma accepta, re ipsa suam præfert autoritatem: quia & hoc sapientiæ suæ est, ut uerbis humilitatem, re potestatem præ se ferat. Cū enim nulla alia de re Christū possent accusare, quàm qđ non esset à deo, & ita multitudinem deciperent, hac gratia per excessum id refutat, & eo modo quem imbecillitas exigebat. Poterat enim aliter ostendere inter se conuenientiā, sed eò populus peruenire non poterat, & ait: Lazare ueni foras..] Hoc est qđ dixerat, Venit hora quando mortui audient uocem filij dei, & qui audierint, uiuent. Vt enim nō existimares ab alio uirtutem accepisse, superius te docuit, & nūc per opera ostendit, Et non dixit, resurge: sed ueni foras, & mortuum tanquam uiuentem appellat. Quid huic potestati par? Quòd si nō propria uirtute hoc facit, quid in eo plus esset, quàm in apostolis, qui dicebant: Quid nobis attenditis, tanq̄ propria uirtute faciamus hunc ambulare? Quòd si non sua operabatur potestate, quid nō id quod apostoli, dicebat? Et ita ipsi essent sapientiores, q gloriam propulsarent. Et iterum: Quid attenditis nobis tanquam propria uirtute faciamus? Similes uobis homines sumus. Præterea apostoli qđ nihil ex se facerent, totis uiribus persuadere conabantur: ipse autem cum eam de se concitasset opinionē, nonne abstulisset, si falsa eius potestas crederetur? Quis hoc dixerit? Sed contra ait: Propter circunstantem populum, ut credat. Quòd si crederent, non opus esset precibus. Si enim nō erat indignum se precari, quare illis causam imputat? Quare autem non dixit, ut credant quòd tibi non sum æqualis? Oportuit enim in hanc suspicionem uenire. Sed cum legem soluere existimaretur, nihil illis dicentibus: Nolite, inquit, putare, quia ueni soluere legem: nunc autem confirmat opinionem. Omnino aūt quid opus fuit tātis ambagib. et obscuritatibus? Satis fuerat dicere: Non sum par. Quid ergo non dixit, inquit, nō facio uoluntatem meam? Et hoc obscure, & ob illorū imbecillitatem, & ea ratione, qua et orauit. Quid autem significat, Quoniā audisti me? hoc est, nulla in re tibi contrarius sum. Quemadmodū igitur ea particula, Quoniā audisti me: non significat qđ ipse non potuerit: nō enim tantū impotentia esset, sed stultitia, siquidē ante preces nescisset eum sibi assensurum, & nesciebat quomodo dixit, Vado ut à somno excitem eum: & non dixit, uado ut rogē patrem ut excitet. Quemadmodum, inquam, id nō imbecillitatis: sed stultitiæ: ita & illa, Quia semper me audis: aut idem signat, aut ad illorum locutus est suspicionem. Quod si neq; ignorabat, neq; imbecillis erat, constat propterea humiliter locutum, ut saltem id per excessum dictum cogaris cōfiteri, non secundum eius dignitatem, sed ut ad auditorum descenderet imbecillitatem: ideo dixit, Quoniā me audisti. Minime inquies, sed ut ostenderet excellentiā. Atqui hoc pacto & nimiam humilitatē, & tantū hominē esse indicabat. Neq; em precari dei est, et eius qui deo assidet. Vides nulla alia causa ad hoc uenisse, quàm propter illorū incredulitatem? Intuere rem ipsam eius potestatem testantē. Prodijt ergo Lazarus ligatus.] Inde ne imaginationem quādam esse putares. Prodire enim ligatum, non minus admirādum uidebatur, quàm suscitari. Iussit soluí.] ut tangentes & propius facti noscerent uere resurrexisse: & inquit, Sinite abire.] Intuere quòd nullam gloriam expetat. Non ducit eum, nō iubet secū esse, ut rem ostentet facto miraculo. Alij admirabant, alij pharisęis annunciarunt. Quid igitur illi? Cum admirari & obstupescere eos oporteret, ipsum q suscitauerat, interficere uoluerunt. O amentiam, qui in alijs corporibus mortem uicerat, ei mortē inferre arbitrabātur, & dicunt, Quid facimus? quia hic homo multa signa facit.] Adhuc hominem appellant, cum tale diuinitatis eius testimonium acceperint. Quid facimus? Credere oportuit, & colere, & adorare, neq; amplius hominem existimare. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & uenīēt Romani, & tollēt regnum nostrum, & gentem.] Quid sibi his uerbis uolūt? Populum concitare tanquam tyranníde periclitaturum. Si uiderint, inquiunt, Romani turbam ipsum sequētem, sub tyrannide nos esse arbitrabuntur, & destruent nostram ciuitatē: Et quanam gratia, dic quæso? Nunquid seditionem docebat Christus? Num dissuadebat cēsum dari Cæsarí? Nónne regem ipsum facere uoluistis, & renuit? Nónne humilem & abiectam uixit uitam? nōne & domo & alijs huiusmodi caruit? Hæc ergo sine ratione ulla dicebant, sed inuidia tantum. Verum id sibi contigit, cum minime expectarēt, & ciuitatem & gentem ceperunt Romani postquam Christum interemerunt. Erant enim quę faciebat Christus minime formidāda. Qui enim ægrotos sanabat, qui optimam docebat uitam, qui principibus parere iubebat, nō confirmabat, sed propulsabat tyrannidem. Illi sanè seditionem docebant, hic contrà. Quid enim simile subostendebat? Num satellitibus stipabat? Nū se muniebat? Num solitudines obsidebat? Sed ne affectu aliquo dicere uiderent: totam periclitari ciuitatem, & se reipublicæ consulere, & de ultimo ipsorum periculo habendam rationē dicunt. Non hæc uobis captiuitatis causa fuit, sed longe alia, Huius nāq; captiuitatis, & ante Babylonię & Antiochi

Act. 3

Matth. 5

Luc. 20

non

non fuit causa, quòd apud uos boni uiri, sed quòd mali & iniusti, & deum prouocātes uersabantur. Verū enimuero inuidia nihil uidet, sed cęcat animam. Nónne Iesus mansuetudinem docuit? Nōne alapis cæsos nō ulcisci? Nōne iniuria affectos tolerare? Nónne ad accipiendum, quàm ad inferēdum alijs malum promptiores esse admonuit? Nunquid hæc tyrannidem constituentis sunt, & tollentis? Sed, ut dixi, grauis quidam affectus est inuidia, & plenus simulatione. Hic orbem terrarum innumeris impleuit malis, hinc iudicia complentur, hinc liuores, & pecuniarū amor, & principatus, hinc inanis gloria, hinc uiæ obsidentur, hinc mare piratæ percurrunt, hinc per orbem terrarū cædes, hinc genus nostrū dissipatur. Quodcunq; uideris malum, ab inuidia prouenit, iam in ecclesias irrepit, & à principio multa operata est mala. Hic morbus auaritiam peperit, quæ omnia confudit, iustitiam corrupit. Dona enim sapientum oculos excæcant, & tanquam frenum ori, auertunt, & cohibent testimonia, Hæc prō liberis seruos reddit. De hac quotidie loquimur, & nihil proficimus, feris peiores efficimur, orphanos nudamus & uiduas, pauperib. uim inferimus, & eorum augemus miseriam. Hac perijt pietas è terra, & nihil nobis nisi fletus relinquuntur, & hoc singulis dicebus dicendum est. nihil precando, nihil consulendo, nihil admonendo proficimus, relinquitur fletus. Hoc & Christus fecit cū multa Hierosolymis sine profectu admonuisset, eorū lacrymatus est calamitatē. Hoc prophetæ faciunt, hoc & nos faciamus, fletus iam tēpus est, & lacrymarum, & lamentationum. Nunc dici potest, Vocate flentes, & ad sapientes mittite, et loquantur. Hoc fortasse pacto morbū qui claras domos habitat, qui agros rapina cōplectitur eijcere poterimus. Lugendi tempus est, sed opitulamini mihi, uos q iniuriam accipitis, qui spoliati estis, opitulamini, lugete, & lacrymarum mearum socij estote. Verum non nos, sed illos lugeamus: non nobis iniuriam intulerunt, sed perdiderunt seipsos. Nos em pro accepta iniuria regnum dei, illi gehennā pro lucro assequuntur. Ideo melius est iniuriam accipere, quàm facere. Lugeamus eos non communi luctu, sed quo sacræ nos literę docent prophetas luxisse. Lugeamus cum Esaia dicente: Væ coniūgentibus domum domui, & agrum agro adijcientibus ut à uicino aliquid auferant. Nunquid habitatis soli in terra? domus magnę et pulchræ, & nō erūt qui eas habitent. Lugeamus cum Nahum, & dicamus cum eo: Væ qui ædificant in altum domum suam: imò lugeamus eos, Christum imitati dicentem: Væ uobis diuitibus, quia sitietis, quoniam accepistis mercedem ueitrā, & consolationē. Lugeamus sine intermissione, & nisi turpe sit etiā plangamus, dicamus cum propheta: Nolite lugere mortuū, sed raptorem, auarum, cupidū, insatiabilem. Quamobrē mortuos lugemus, cū iam nihil proficere possimus? Hos lugeamus, qui mutari possunt. Sed nobis lugentibus ipsi fortasse rident. etiam & hoc lugendum, cū rident quod flē-

Luc. 6

Hier. 22

dum esset. Si lamētationibus nostris quid mouētur, cessandum est à luctu, tanquā corrigendi sint. Verū cum nullo doloris sensu tanguntur, persteremus in dolore. Lugeamus nō diuites simpliciter, sed auaros, cupidos, raptores. Possunt enim diuitiæ recte & laudabiliter expēdi, cū in egenos eas cōferimus, Auaritia aūt crimināda est, atq; accusanda. Lugeamus igitur, sequet fortasse aliqua emendatio. Et licet, qui in hunc morbū inciderint, non liberētur: alij tamen in eum nō incident, sed mundi seruabunt. Vtinam & ipsi liberent, & nemo amplius tali peste cōprehendatur, ut simul omnes promissis bonis nobis perfruamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

EX CAP. XI HOMILIA LXIIII.

VNus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, qa expedit uobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.] Infixæ erant gentes in corruptione, quam fecerant: in laqueo hoc, quem abscōderant, comprehensus erat pes eorum. quod Iudæis contigit. Ipsi nanq; dicebant interimendum Christum, ne Romani uenirent, & tollerent eorū gentem, & ciuitatem: postquam autem interemerunt, ea perpessi sunt: & quæ eorum uitandorum gratia fecerant, in ea his patratis inciderunt: sed qui interemptus ab illis est, cœlum habitat: qui in teremerunt, infernum. Atqui non hoc intendebant, sed cogitauerunt eum, inquit, interficere ab illo die. Dixerunt enim, Venient Romani, & tollent regnum nostrum & gentem. Vnus autem ex ipsis Caiaphas nomine, cum esset pontifex anni illius dixit.] cū cæteris esset impudētior. Vos, inquit, nescitis quicquam. Quod illi dubitabant, & deliberandum proposuerant: dixerunt enim: Quid faciemus? hic impudenter, & aperta fronte, & temerarie decreuit, Vos nescitis quicquam, neq; cogitatis, quia expedit uobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit.] Vides quāta sit pontificalis potestatis uirtus? Cum enim pōtifex esset, licet indignus, prophetauit, nescius tamen quid diceret, & os tantum gratia, non autem sceleſtum cor attigit. Multi præterea alij futura prædixerūt indigni, Nabuchodonozor, Pharao, Balaam, & omnium causa manifesta. Quod autē dicit, hoc est, Vos sedetis adhuc: pigritius rē intuemini, & nescitis unius hominis salutem pro communi contemnendam. Vide quanta spiritus potentia? à mala mente uerba prophetica, et admirationis plena elicere potuit. Filios autem dei, gentes appellat Euāgelista, ab eo quod futurum erat. Quēadmodū & ipse inquit, Et alias oues habeo, quas etiam à futuro ita appellat. Quid aūt signat, Cum esset pōtifex anni illius? Cū alijs & hic etiā mos corruptus erat. Non em perpetuū iam sacer

Dan. 2

Gen. 41

dotium

Universidad de Deusto
Biblioteca

dotium, sed annuum dabatur, ex quo uenales fa- A
cti erant principatus. Veruntamen etiam sic ade-
rat adhuc spiritus. Postquam autem in Christum
manus extenderunt, tunc eos dereliquit, & abijt
Matth.23 ad apostolos. Et hoc uelũ scissum signat, & Chri-
sti uox dicentis: Ecce dimittetur domus uestra de-
serta. Iosephus qui paulo post fuit, inquit, quosdã
angelos adhuc expectãtes, uisos migrare, ut eos
relinquerẽt: quousq; enim uinea perstitit, omnia
facta sunt: ex quo autem hæredem interemerunt,
mox perierunt. Et tanquam speciosam uestem a
puero inutili ludæorum accipiens deus fidelibus
seruis ex gentibus tradidit, & desertos illos dimi-
sit, & nudos. Nec parum fuit quòd inimicus hæc
prophetasset, sed quòd alios allicere potuit. Con-
trà enim quàm uellet, euenit. Nam post Iesu mor- B
tẽ futuro supplicio liberati sunt fideles. Sed quid
signat, Vt congregaret in unum?] quòd qui
prope erãt, & qui lõge, unũ corpus reddidit: qui
Romæ est, Indos corpus suũ esse arbitratur. Quid
huic congregationi simile? Et omnium est caput
Christus. Ab illo ergo die cogitauerunt, ut in-
terficerent eum.] Atqui antea tentarant. Dicit e-
nim: Propterea quærebant eum Iudæi interfice-
re. Et iterum: Quid me quæritis interficere? Sed
tunc quærebant, nunc suam confirmarunt senten
tiam. Iesus autem iam non palàm ambulabat
apud Iudæos.] Iterum more hominis sibi cauet, et
frequenter hoc facit. Causam autem diximus pro
pter quam sæpenumero discessit, & nunc iuxta
desertum in ciuitate, quæ dicitur Euphrata, man- C
sit cum discipulis suis. Quo pacto discipulos per-
turbari arbitraris, uidentes suum magistrum mo-
re hominis sibi salutem quærere? Nemo iam eum
sequebatur. Et cum prope esset dies festus, omes
Hierosolymam concurrebant, cum alij lætarent,
& celebritati studerent, soli discipuli latent, & pe-
riclitantur, tolerabãt tamen. Etenim cum Pascha
esset & scenopegia, in Galilæam concesserant; in
de in die festo in fuga & latibulis soli omnium in
Luc.22 magistri beneuolentia perseuerabant. Hinc Lu-
cas eum dixisse inquit: Ego perseueraui in tenta-
tionibus. Hæc dicebat, ut ostenderet auxilio suo
uires eos accepisse. Et ascenderunt multi Hie-
rosolymã de regione ante Pascha, ut sanctificarẽt
seipsos. Et dederant pontifices & pharisæi man- D
datum, ut si quis cognouerit, ubi sit indicet, ut ap-
prehẽdant eum.] Admirabilis sanctificatio cum
iniqua uoluntate, cum homicida mente, cum san
guinolentis manibus. Et dicebant: Quid puta
tis, quia non uenit ad diem festum?] In Pascha te
ei insidias tendebant, & solennitatis diem in cæ-
dem cõuertebant: quasi dicãt, Huc uenturus est,
tempus eum aduocat. O impietatem, cum magis
uirtuti est incumbendum, magis à sceleribus ab-
stinendũ, tunc innocentem capere conantur. At-
qui cum iam idem tentarent, non modo nihil asse
cuti sunt, sed ridiculi apparuerunt, ideo frequen-
ter in eos Iesus incidens euadit, & uolẽtes se inter
imere cohibet, & dubios reddit, cum uirtutis sue
demonstratione querere, ut compungerentur. Et
cum captus esset, ut non propria ipsorum uirtute, CAP.XII
sed illius permissu eum cepisse intelligerent, re
iecit eos retrorsum. Ante sex dies Paschæ ue
nit Iesus in Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mor-
tuus, & manducabat apud eos, & Martha minis-
trabat. Lazarus uero unus erat ex discumbenti-
bus.] Quod ueræ resurrectionis erat signũ, cum
post tot dies & uiueret, & comederet. Vnde con-
stat in domo eius prãdere, utpote amici qui Chri-
stum acceperat. Multi dicunt in alia domo discu-
buisse. Maria autem non ministrabat, sed discipu
la hic etiam erat, & spiritalibus afficiebatur. Neq;
ministrabat tanquam uocata, neq; communi ua-
cabat ministerio, sed soli Iesu honorem impẽdit,
neq; tanquam homini adest, sed tanquam deo.
Hac gratia diffudit unguentum, & capillis ca- B
pitis sui pedes terfit:] quæ non erant indicia, qd
de Iesu quicquam suspicaret, ut multitudo: quod
Iudas sub pietatis obtentu reprehendit. Tũ Chri-
stus. Bonum opus operata est in sepulturã mea-
am.] Quid autem discipulum in muliere non re-
prehendit, neq; dixit, ut Euangelista, furem esset
uoluit enim multa eum patientia arguere. Quòd
enim sciret proditorem esse, ante nonnunquã ar-
guit, quòd non omnes crederent, & unum ex his
diabolum esse. Demonstrauit ergo, quòd ipsum
proditorem cognosceret, nõ tamen manifeste re
prehẽdit, sed ei indulsit, ut à proposito reuocaret.
Sed quomodo alius inquit Euangelista, omnes Matth.26
discipulos idem locutos? Sanè locuti sunt, sed nõ
eodem animo. Quòd si quis inquireret, quid tan-
dem cum fur esset, loculi ei pauperum committe-
bantur? Cur auarum fecisset dispẽsatorem? Illud
sanè dicemus, deum arcanam intelligere rationẽ.
Quòd si quid & à nobis est coniectandũ, ut om-
nem tolleret proditionis materiam: neq; eũ pote
rat dicere pecuniarũ id cupiditate fecisse: suffici-
entes enim loculi esse debebãt, qui eius satisface-
rent cupiditati: sed sola malicia. Christus aũt mul
ta permittebat, ideo furem non arguit, quamuis
non ignoraret, & malam eius obstruit cupidita-
tem, & omnem abstulit excusationem. Sinite
eam, inquit, in diem sepulturæ meæ hoc fecit.]
Quo uerbo iterum proditoris meminit, quẽ mi-
nime hæc reprehensio tetigit, neq; placuit. Atqui
hoc uerbum facile potuit eum in misericordiam
adducere: quasi diceret, Molestus sum & grauis,
sed expecta parumper, & migrabo. Huc enim re-
spexit, cum diceret: Me autẽ non semper ha-
bebitis.] Sed nihil horum ferum & insanientem
animum flexit, licet his multo plura & diceret, &
faceret, & pedes eius eadem nocte lauasset, & ad
mensam secum adhibuisset, quod & latronũ ani-
mos mulcere assolet, & alia uerba locutus est, qui
bus etiã lapides molliri potuissent: nec multo an-
te, sed eadem die, ut minime obliuioni mandare
potuerit: sed aduersus omnia perstitit immobilis.
Grauis nãq; morbus est auaritia, grauis, inquam,
qui et oculos cæcat, et aures obstruit, et fera sæuio
res reddit, non conscientiã, non amicitiã, nõ con-
suetudinem, non propriæ animæ salutem cogno
scere

scere sinit, sed semel ab omnibus discedens, in ser A
uitutẽ sibi quos cepit, more sæuissimi tyrãni uen-
dicat. Et quod in hac aspera seruitute grauissi-
mum est, etiam gratias sibi habẽdas persuadet, &
quanto ei magis seruiunt, magis lætantur, & ma-
ior afficiũtur uoluptate. Et ita maxime incurabi
4 Reg.5 lis morbus, ita fera insuperabilis efficit. Hic Gie-
zi pro discipulo & propheta, lepra perfudit; hic
Act.5 Ananiam, & Saphiram perdidit: hic Iudam prodi
torem effecit: hic ludæorum principes corrupit;
cum dona acciperent, & fratribus communicarẽt:
hic innumera bella induxit. Vias sanguine, fleti-
bus & lamentis ciuitates implet. Hic mensas sce-
lestas reddidit, & cibos iniquitate aspersit. Ideo
Coloss.3 idololatriam eum appellauit Paulus, non tamen
tam formidabilis est idololatria. Sed cur ita ap- B
pellauit? Habent nonnulli pecunias, & his uti nõ
audent, sed nepotibus reseruant, & intactas ad a-
lios transmittunt, tunc & tanquam dona deo de-
dicata tangere minimè audent: quòd si quãdo co
guntur, tanquam ad nephas aliquod timide ue-
niunt: præterea tanquam his idolum lapideum,
aurum & clausfris & uectibus cohibent, pro tem
plo arcam præparantes, & argenteis uasis recon-
dentes: nónne ita aurum adoras, ut ille idolum?
Ille & oculos & animam traderet potius, quàm
idolum. Nõ aliter affecti sunt auri amatores. Sed
nõ adoro aurum, inquies. Neq; idolum dicet, sed
inhabitantem dæmonem. Ita & tu, licet non au-
rum, eius tamen aspectu & cupiditate, animæ in-
sidentem dæmonem adoras. Dæmone enim gra- C
Pecuniarũ cupiditas dæmone grauior uior est pecuniarum cupiditas, qua multi magis
persuasi sunt quàm illi ab idolis, quibus non om-
nia parent, huic uero omnia, & quodcunq; facien
dum suggerit, obsequuntur. Quid dicit auaritia?
Esto omnibus inimicus, obliuiscere naturam, cõ-
temne deum, sacrificium mihi teipsum offer. Dic-
to citius parent. Et idolis quidem boues sacrifi-
cãt, auaritia, offer mihi animam, inquit, & persua
det. Vide quas habeat aras, quę libamina accipi
2.Cor.6 at. Regnum cœlorum auari non possidebunt.
Neq; has minas formidant, quamuis hæc cupidi-
tas infirmissima sit, quippe quę non insita, nõ na-
turalis est: fuisset enim nobis à principio, sed au-
rum iam non erat, neq; quispiam aurum amabat.
Sed si placet unde malum hoc prouenerit, dicã, D
unusquisq; maiori æmulatus, morbũ hunc auxit,
& nolentẽ præoccupãs irritauit. Cum enim splen
didas domos, diffusos agros, seruorum greges, ar
gentea uasa, uestimentorum copiam intuerẽtur,
ut hæc superarent, pro uiribus contenderũt. Itaq;
primi secundis causam, secundi minoribus præbue
runt. Quod si continentes esse uoluissent, non sa-
nè fuisset posteris cupiditatis exemplum, imò ne
que ulla his excusatio est. Sũt enim qui pecunias
contemnunt. Et quisnam iniquies? hoc grauissi-
mum est, quòd impossibile uideatur, ut quis uin-
cat malitiam, neq; quispiam rectus iudicetur. Ad
ducam tamen multos & in ciuitatibus, & in mon
tibus, & quid proficiemus? Neq; enim propterea
meliores euadetis. Sed nõ nunc nobis de hoc ser-

mõ habetur, ut diuitię minuantur: uelim sanè. Ve
rum cũ maius uobis onus impendeat, nõ cogam:
sed ne aliena concupiscatis, & aliquid in egenos
conferatis, admoneo. Multos autem inueniemus
rebus suis contentos, sua curantes, & iustis uiuen
tes laboribus: quid hos non imitamur, nõ æmula
mur? Consideremus maiores nostros, num facul
tates eorũ sterterunt? Tantũ eorũ nomina durant,
& incorrupta seruantur. Num magni alicuius ui-
ri balneum, & diuersoriũ, & suburbana aspicien-
tes, recordati quantũ laborem subierit, ingemisci
mus? Quanta rapuit, & nihil apparet? Sed alij in
eius delicijs delectantur, quod nunquã ille suspi-
catus est, fortasse & inimici, ut magis puniat. Hu-
iusmodi & nos manent. Proculdubio moriemur,
& hic noster finis. Quantam impensam, quanta B
odia subierunt? Quid hinc emolumenti? Immor-
tale supplicium, & nullum malis remediũ, neq; ui-
uẽtes tantũ, sed & mortui ab omnibus accusanr.
Quid cũ multorũ imagines in domibus positas
intuemur? Nonne magis dolemus? Verè bene in Psal.36.
quit propheta, Veruntamen stulte perturbat om
nis homo uiuens. Profecto harũ rerum cura per-
turbatio est: perturbatio, inquam, & anxietas su-
perflua, qua omnino in æternis tabernaculis care
bimus. Hic enim alius laborat, alius fructum ca-
pit: Illic laborũ suorũ quisq; dominus est, & multi
plicem mercedem accipit. Ad illam ergo posses-
sionem properemus, illic ædificemus, ut quiescа-
mus cum Christo Iesu domino nostro, Amen.

EX CAP. XII HOMILIA LXV

COgnouit ergo turba multa ex Iu-
dæis quia illic esset: & uenerunt non
propter Iesum tantum, sed ut Laza-
rum uiderẽt, quem suscitauit à mor-
tuis.] Quemadmodum diuitiæ in-
cautos perdere consueuerunt, ita & principatus:
illæ nanq; in auaritiam, hic in insaniam hominem
impellit. Ecce Iudæorum turba quæ subdita erat
bene sentit, principes uero insaniũt. Quòd enim
illi crediderunt, testantur frequenter euangelistę:
quòd multi de turba crediderunt ei, ex principi-
bus minimè: sed inquiunt, Nunquid aliquis prin-
cipum credidit in eum? Sed quid inquiunt de tur
ba? Qui non norunt legem, maledicti sunt. Qui
credebant, eos maledictos dicebãt: se autem qui
negabant, sapientes. Et in hoc loco: multi cum mi
racula uiderent, crediderunt: principes autẽ suis
sceleribus non contẽti, etiam Lazarum interime
re tentabãt. Esto Christus sabbatũ soluerit, quòd
æqualem se patri fecerit, & propter Romanos, ut
dicitis, eum uelitis interficere: quid Lazarum po-
testis accusare, ut de eius cogitetis interitu? Nun-
quid beneficium accipere, crimini dandum est?
Considera quantum cædi studebant. Atqui mul-
ta signa fecerat Iesus, sed nullum ita eos efferauit,
non paralyticus, non cæcus curati. Hoc enim na-
tura admirabilius erat, & post multa factum, &
mirandum erat mortuum quatriduanum ambu-
lantem, & loquentem uidere. Sanè quidem. Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen festi diei officia erant, cædibus coinquinare celebritatem. Præterea illic uidebantur Christum ob sabbati solutionẽ accusare, & hoc pacto turbam abducere: hic cum nihil queri possent, cõtra sanatum irritantur. Neq; poterãt dicere, quòd patrem oppugnaret: oratio enim Iesu eis silentiũ imposuit. Siquidem cum omnis reprehendendi causa eis ablata, & signum manifestissimũ esset, in cædem feruntur: quod & in cæci miraculo fecissent, nisi sabbatum habuissent, quod calumniarentur. Accedit ad hoc, q̃ ignobilis ille erat, & eiecerunt eum è templo, hic uero clarus, quod constat ex multitudine eorum, qui ad sorores eius cõsolandas uenerant, & quòd omnibus spectãtibus miraculum factum erat cum maxima omniũ admiratione. Idcirco omnes, etiam omisso festo, Bethaniam ad eum uisendum cõcurrebant, hoc eos angebat: tentarunt ergo eum interimere, & nihil audere sibi uidebãtur, adeò erant prompti ad
Exo. 20 cædem. Hac gratia hoc in primis uetuit lex, Non
Deut. 5 occides: & hoc propheta accusat inquiẽs, Manus
Esa. 1 eorum plenæ sanguine. Quomodo ergo cum nõ palàm ambularet in Iudæa, & in desertum secessisset, iterum audenter reuertitur? Quoniam eorum furorẽ absentia sua iam extinxerat. Ad hæc multitudo præcedens & subsequẽs, sufficiens erat quæ eos ne quid in Christum molirentur perterreret. Nullum enim miraculũ adeò eos mouit, ut Lazari resurrectio. Et alius euangelista inquit,
Luc. 19 quòd strauerũt ad eius pedes uestimenta, & q̃ uniuersa ciuitas cõmota, perquàm honorifice acceperũt. Fecit autem hoc ut aliam prophetiam figuraret, aliã impleret: & idem alterius rei est principiũ, alterius finis. Illud enim, Lætare quòd rex
Mat. 21 tuus uenit tibi mãsuetus, prophetiã implet: quòd asinum ascenderit, futurũ præfigurauit. Nam immundum gentiũ genus ei subdi oportebat. Quomodo autem alij dicunt, quòd discipulos milit di-
Mar. 11 cens: Soluite asinum & pullum: hic autem tantũ, quòd asino intento sedit super eo? Vtrunq; fieri potuit, solutam asinam ducentibus discipulis, super eam Iesum sedisse. Ramos autem palmarum, & oliuarũ, & uestes strauerant, ostendentes maiorem iam de eo, quàm de propheta opinionem habere. Et dicebãt, Hosianna, benedictus qui uenit in nomine domini.] Vides hoc maximè mœ- D rore eos affecisse, quòd omnes crederẽt, deo non esse contrariũ: & hoc maxime populũ scindebat, quòd à patre se uenire diceret. Sed quid signat, Lætare filia Sion? cũ omnes Iudæorum reges, ut plurimum iniusti essent & cupidi, & multitudinem euerterent, & hostibus traderent, Confide, inquit, hic talis non est, sed humilis & mãsuetus, quod ex asino ostenditur. Non enim exercitu stipatus ingressus est, sed solo asino. Hoc autem cognouerunt discipuli eius primum, quod erat scriptũ de eo. Eece quòd plura ignorabãt, quoniam ipse nondũ eis reuelauerat. Etenim cũ inquit: Solite templũ hoc, & in triduo suscitabo illud: neq;
Luc. 18 tunc intellexerũt. Et alius euangelista ait: quòd erat absclitus sermo ab eis, & nesciebãt eum resurrecturũ à mortuis. Sed non abre abscondebatur: quare alius inquit euangelista, quod audiẽdo dolebãt, & erant tristes, quia resurrecturũ non cognouerant: & eorũ superabat ingenium. Sed cur id eis non aperuit? Quoniam magnũ erat. Et contemplare euangelistæ sapientiam, quòd priorem suam ignorantiã prædicare non erubescit. Quòd enim scriptum esset, norãt: quòd de Christo, ignorabant. Siquidem scandalizati essent, si rex talia perpessurus, atq; tradẽdus esset. Præterea non cõtinuò, quod regnum diceret, intellexerunt. Nam & alius inquit euangelista de huius mundi regno eos arbitratos. Testificabatur autem turba Lazarum resurrexisse. Non enim tot repente conuersi Mat. 20
essent, inquit, nisi credidissent miraculo. Pharisæi
B ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus: ecce mundus totus post ipsum abijt. Videntur mihi hæc esse uerba rectè sentientium, non audentium tam palam loqui, ex euentu tamen illos cõuincentes, quamuis frustra conarentur. Mundum autem in hoc loco iterum turbam appellat, Consueuit enim scriptura mundum, & mũdi creaturam, & uitiosos appellare. Illud cum inquit, proferent secundum numerum mundum suum: hoc, Vt mundus uos nõ odit, me autem odit. Quæ diligenter consideranda sunt, ne ex nominis æquiuocatione ansam præbeamus hæreticis. Erant autem gentiles quidam ex his qui ascenderant ut adorarent,] cum iam propè esset, ut proselyti fierent. ad festum uenerant & cũ Iesu fama extenderetur, dicunt Philippo: Volumus
C Iesum uidere. Venit Philippus, & dicit Andreæ,] utpote qui prior erat, & rem ei communicat. Sed neq; ipse simpliciter id recepit: audierat enim, In
Mat. 10 uiam gentium non ambulaueritis: ideo cum discipulo locutus, magistro refert, Vterq; enim Iesum affati sunt. Qui respondit, Venit hora, ut clarificetur filius hominis. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet.] Quid significat, uenit hora? Dixerat, In uiã gentium ne abieritis: ut omnem tolleret à Iudæis impudentiæ occasionem, eos à gentilibus cohibuit: sed cum illi in pertinacia perstarent, hi accederent, tempus iam passionis aduentare inquit, omnibus consummatis. Quòd si nobis his esset contumacibus inhærẽdum, illis penitus reiectis, hoc sanè nostra foret prouidẽtia indignum: cum enim ad gentes discipulos post passionem esset missurus, iam, inquit, tempus ad crucem aduentare. Non tamen prius eos dimisit, ut esset in testimonium eis. Etenim antequã in Iesum impetum facerent Iudæi, antequam crucifigerent, non dixit, Euntes docete omnes gentes: sed, in uiam gẽtium ne abieritis. &, Nõ missus sum nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. &, Non bonum est accipere panem filiorum, & dare canibus. Cum autem odio à suis haberetur, & ita ut interficeretur, superfluũ erat persequentibus inhærere. Etenim recusarunt ipsum dicentes, Non habemus regem nisi Cæsarem: tunc eos dimisit, cum dimissus esset ab eis. Ideo inquit, Quoties uolui cõgre- Mat. 23
gare

gare filios uestros, & noluistis? sed quid signat, A Granum frumenti, nisi cadens mortuum fuerit? de cruce loquitur, ne perturbarentur. Cum gentiles accesserunt, tunc mortuũ esse, hoc inquit maximè populos adducet, & mei augebit præconiũ. Inde cum non ita uerbis persuaderet, rerum experientia id aggreditur, inquiens hoc in frumẽto cõtingere, ut mortuũ maiorem fructũ afferat. Quòd si hoc in seminib. euenit, multo magis in me, Sed non intellexerunt discipuli quid diceret: ideo frequenter idem repetit euangelista, excusans quòd postmodum fugerint. Talem de resurrectione disputans, rationem Paulus attulit. Quam igitur habebunt excusationem, qui resurrectioni nõ credunt, cum in seminibus, & in plãtis quotidie hoc uideamus, ac etiam in generatione nostra? Primũ B enim corrumpi semen, oportet: inde fieri generationem. Omnino autem cum deus aliquid facit, nulla opus est ratione. Quomodo nos ex nihilo fecit? hoc ad Christianos dico, dicentes credendum scripturis. Ego autem & aliud dicam ab humanis rationibus: alij malitiam, alij uirtutem sectantur: sed malitiæ sectatorum multi feliciter in ultimam peruenerũt senectutem, uirtutis autem cõtra. Quomodo ergo pro meritis unusquisq; accipiet? Quando? Certè inquiunt, sed corpora nõ
1. Cor. 15 resurgent. Nonne audiunt Paulum dicentem, Oportet autem corruptibile hoc induere incorruptionẽ? Neq; animam intelligit, quippe quę non corrũpitur, & resurrectio de mortuo dicitur. Cecidit corpus. Quare corporis resurrectionem negas? An non possibilis deo est? quod dicere summæ amentiæ est. An nõ decet? Quamobrem? Vt corruptibile, quod & laboris est & mortis particeps, in præmijs cõmunicet. Si non decuisset, neque à principio factum esset. Nonne carnem ipse accepit? quòd acceperit, & ipsam suscitauerit, audi quid dicat: Infer digitũ tuum huc, & uide quia spiritus ossa & neruos non habet. Quare Lazarum suscitauit, si melius fuisset sine corpore suscitare? Quid inter signa & beneficia hoc adnumerauit? Quid cibos præbuit? Nolite dilectissimi ab hæreticis decipi. Est enim resurrectio, est iudicium. Hæc tollunt, quicunq; nolunt operum suorum rationem reddere. Etenim oportet resurrectionem talem esse, qualis fuit Christi. Primitiæ D etenim ille est, & primogenitus mortuorum. Sed dicent: Resurrectio, hoc est animæ purificatio, & à peccatis mundatio. Christus autem non peccauit, quomodo surrexit? Quomodo nos à maledictione liberati sumus, si ipse peccauit? Quomodo dicit, Venit princeps mũdi huius, & in me nõ habet quicquam? Hęc enim non peccasse significant. Igitur secundum eorum sententiam, aut nõ surrexit: aut si surrexit, peccauit ante resurrectionem. Sed sanè corpore resurrexit: & prauæ hęc doctrina nihil aliud est q̃ inanis gloriæ filia. Hunc
1. Cor. 15 ergo morbum fugiamus. Corrumpunt, inquit, bo-
Marcionis & Valentini hæresis nos mores confabulationes pessimæ. Non sunt hæc apostolorum dogmata. Marcion est, & Valentinus qui hęc inuenit. Fugiamus, inquam, dilectissimi. Nihil prodest uita bona cum praua doctrina: ut contrà, nihil sana doctrina, cum uita corrupta. Hæc gentiles pepererũt, inde auxerunt, ab externis accipiẽtes philosophis, & materiã ingenitam, & alia huiusmodi asseruerunt: & ut rerum opificem non subiecta materia ingenita, ita & resurrectionem negarunt. Nolimus his aures adhibere, cum immẽsam dei potestatẽ intelligamus. Nolimus, inquam aures adhibere, uobis, inquã, dico. Nos enim aduersus eos bellum non recusabimus, sed inermis, & nudus, si in imbecillos inciderit licet fortior, facilè capietur. Si enim scripturis attendistis, & quotidie in his acutiores euasistis: non sanè admonerem, ut bellũ aduersus eos derectetis, sed ut manum cõseratis. Fortis est ueritas. cum uero scripturis uti nesciatis, cõgressum uereor, ne inermibus occurrẽtes ipsi uos saucietis. Nihil illis imbecillius, qui à spiritus sancti sunt auxilio destituti. Quòd si exteriori utuntur sapientia, minimè est mirandum: sed ridendum potius, quòd fatuis utunt magistris, qui neq; de deo, neq; de creatura firmum aliquid, & solidum inuenire potuerunt. Sed quæ apud nos uidua mulier nouit, ea Pythagoras ignorauit, qui dixit animã frutticem, & piscem, & carnẽ fieri. his ne opera danda est? & qua ratione nituntur? Magni sunt in ciuitate, pulchros nutriunt capillos, & pallijs induuntur, hucusq; eorũ philosophia extẽditur: quos si intrinsecus inspexeris, puluis sunt & cinis, in quibus nihil sani, sed sepulchrum patens guttur eorum, plenum immunditia, & sordium, & pręcepta omnia uermium. Primus eorum, aquam deum esse dixit: qui secutus est, ignem: alius aerẽ, & ad corpora relati sunt. Hos, quæso, admirandos ducis, qui nullam inuisibilis dei cognitiõem habuerunt? Quòd si quam perceperunt, id euenit, ex quo in Ægypto cum nostris uersati sunt. Sed ne uos nimium perturbemus, iam orationi nostræ finem imponamus. Si enim eorum opiniões proponere inciperemus, quid de deo, quid de anima, quid de corporibus sentiant, risum moueremus. Neq; ipsi nostra indigẽt reprehensione, ipsi se inuicẽ confundunt. Qui contra nos de materia orationem scripsit, se ipsum perdidit. Quare ne temere uos accusemus, & uerbis implicemur his omissis, ut diuinis literis attendatis uos hortamur, néue ad nullam certemus utilitatẽ: quod Paulus Timotheũ admonet, quãuis sapientiæ ple- 1. Tim. 4. 6
nũ & uirtutis. Quare illi pareamus, & nugis abiectis, fraterni amoris opera cõplectamur. Eleemosynæ rationẽ habeamus, ut promissa bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri, &c.

EX CAP. XII HOMILIA LXVI.

QVi amat animam suam, perdet eam. Et qui odit animã suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequat.] Dulcis pręsens uita est, & multę plena uoluptatis, non tamen omnibus, sed qui terrenis rebus affigitur. Quòd si quis cœlum suspiceret, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret,& quæ illic bona sunt cõtemplaretur, fortasse hæc contemneret, tanq; nullius momenti. Nam & corporum pulchritudo quoad pulchrius non deprehenditur, in admiratione habetur: cum uero melius apparuerit, illa prior despicit. Quòd si in illam pulchritudinẽ intueri uoluerimus, & cœlestis regni speciem considerare, fortasse nos huius seculi uinculis dissoluerimus. Vinculum nãq; est terrenarum rerum affectio. A quo nos abducens Christus, quid dicat attende. Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suã in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam.

Qui mihi ministrat, me sequat: & ubi ego sum, illic & minister meus erit.] Simile ænigmati hoc dictum uidetur, non tamen est, sed sapientiæ plenum. Et quomodo qui amat animam suam perdet eam? Qui abundantis eius cupiditatibus obtemperat, qui præter debitum ei indulget. Propterea admonet ille, Noli ambulare in cupiditatibus animæ tuæ: sic enim eã perdis cum à uirtutis uia abducis: quemadmodum econtrario. Qui odit eam in hoc mundo, custodit eam. hoc est, qui non paret ei cum aliquid perperam iubet. Et non dixit, qui non paret: sed, qui odit. Quemadmodũ enim quos odio habemus, ne uocem quidem audire, nec uidere æquo animo patimur: ita & anima, si quid præter dei uoluntatem nobis imperat, reijcienda est. Cum enim iam de morte ad eos uerba facturus esset, de morte uidelicet sua: & præuideret eorum tristitiam & exanimationem, per excessum locutus est inquiẽs: Quid dico si mortem meam generose non feretis? nisi uosipsi moriamini, nullum uos sequetur emolumentum. Et uide quo modo lenit sermonem suum: grauius enim & molestius uidebatur dicere, homini animam amanti esse moriendum. Et quid antiquitus dico, quando & nunc multos inueniemus libẽter omnia tolerantes, ut hac uita fruantur, & maxime qui futurã nõ credũt? qui cũ uiderent ædificia, molesq; & machinas, lacrymantur dicentes: Quot homo & quanta? & fit puluis. Sic magna præsentis uitæ cupiditas. Hæc uincula Christus dissoluens inquit, Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternã custodit eam. Quòd enim ad eorum tollendum metum hæc diceret, audi quæ sequuntur: Qui mihi ministrat, me sequatur: de morte locutus, & operum sequelam, atq; imitationem exigit. Oportet enim omnino ministrũ, eum cui ministrat sequi. Et considera quando hæc loquitur. non cum persecutionem patiebantur, sed cũ confidebãt, cum se in tuto esse arbitrabantur, quòd à multis honorarentur, colerenturq;: quando & cõ
Mat.16 surgere poterant, & audire, Et tollat crucem suam, & sequatur me: hoc est, semper paratus sit, inquit, ad pericula, ad mortem, ad terrena exilia. Inde cum grauia dixisset, præmium ponit: quòd qui sequetur ipsum, erit ubi ipse est. Quibus uerbis ostendit resurrectionem post mortem. Vbi ego sum, inquit, illic & minister meus. Vbi Christus? In cœlis. Ergo ante resurrectionem illuc anima & mente transferemur. Si quis mihi ministrauerit diliget eum pater.] Quare non dixit, Ego? Quoniam nondum debitam uendicarat auctoritatem, ut pater. Qui enim nondum resurrecturum ipsum sciebant, quomodo poterant tantam de eo opinionem concipere? Quamobrem filijs
Mat.20 Zebedæi inquit, Non est meum dare, sed quibus paratũ est à patre meo. Atqui ipse est Iudex. Sed hic dilectum se filium ostendit: tanquam enim dilecti filij ministros pater accipiet. Nunc enim anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater salui fica me ex hac hora.] Atqui hæc nõ sunt uerba ad mortem uenire suadẽtis. imò maximè. Siquidem ne dicerẽt ipsum cũ humanis careret doloribus, facile de subeunda morte philosophari, & in tuto nobis persuadere, ostendit: quòd licet eam formidet, cum tamen usus poscat, non recusat. Hæc autem dispensationis sunt, non diuinitatis, ideo inquit: Nunc anima mea turbata est. Neq; enim aliter hoc procederet & dicendo, Pater saluifica me ex hac hora: ita perturbatus est, ut etiam à morte absolui cuperet, si licuisset. hæ sunt humanæ naturæ imbecillitates. Et quid dicam, inquit, cum mortem deprecer? Propterea ueni in horam hãc: quasi diceret, Licet moueamur & perturbemur, mortem tamen non fugimus: nam ita nunc perturbatus non recuso, ferendum est quod instat. Non dico enim, libera me ex hac hora: sed, Pater clarifica nomẽ tuum. Et licet perturbatio me dicere cogat, contrarium tamen dico. Clarifica nomen tuum: hoc est, duc me iam ad crucẽ: quod aperte eius humanitatẽ, & humanis moueri affectibus ostendit, & naturã quòd ægre ferret mortem, & uitam uere cuperet. Quemadmodum enim neq; esurire neq; dormire crimini dandum est, ita neq; uitam præsentẽ optare. Christus autẽ corpus omni peccati labe purũ habebat, non tamẽ naturalibus nõ obnoxium necessitatibus, siquidẽ non fuisset corpus. Et ex his aliud nos admonet: quid nam? Vt si quando affligimur, si quid timemus, non ita resiliamus à propositis. Pater clarifica nomen tuum. Indicat se pro ueritate mori, quod dei gloriam appellat, & hoc post crucis mortẽ cõtigit. Debebat enim orbis terrarũ ad deum conuerti, & in dei cognitionem uenire, & ipsum colere. Verũ hoc non patris tantũ, sed & filij gloria: quod tamen tacet.

Venit ergo uox de cœlo: Et clarificaui, & iterũ clarificabo.] Quando clarificauit? In præcedentibus signis, & iterũ clarificabo post crucẽ. Turba autem tonitruũ opinati sunt, uel angelum locutum.] Et unde hoc? Nunquid manifesta & clara fuit uox? Fuit sanè. Verum crassior turba erat, & terrenis dedita, & parum attendens, & alij sonum tantum, alij uocem articulatã audierunt, sed non intellexerũt. Tum Christus: Non propter me uox hæc uenit, sed propter uos.] Cur hoc dixit? Ad illud respiciens quod illi frequenter dicebant, quòd non erat à deo. qui à deo clarificatur, nónne à deo est, cuius nomen per eum clarificat? Propter hoc emũ uox delata est. Quare & ipse inquit, Non propter me uox hæc uenit, sed propter uos, nõ ut aliquid ab ea mihi ignoratum audiam, omnia

omnia enim patris noui, sed propter uos. Cum enim uel angelum locutum, uel tonitruum factum arbitrati essent, inquit, Propter uos: ut hoc saltem pacto adduceret eos ad interrogandum. Illi tamẽ oscitãtes, & stupidi, neq; sic persuasi sunt, cum audirent id ad se pertinere. Nescienti enim cui diceretur, sanè non manifesta uox, uidebatur. Propter uos uox uenit. Vides ut res humiles eorum gratia fiant, non q; Christus ope indigeret? Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras.] Hæc particula quomodo proceedit ad illud, Et clarificaui & clarificabo? Recte & cõsonè. Dum enim dixisset, Clarificabo, modum indicat, hoc est, princeps mundi eijcietur. Quid signat, Iudicium est mundi? quasi dicat, examinabitur & punietur. Quo pacto? Perdidit ille primum B hominẽ, & peccato fecit obnoxium. Propter peccatum enim uenit mors, quod in me non inuenit. Et qua gratia insilijt, & morti eũ tradidit? qua gratia in animam Iudæ ingressus est? ne perderemur. neq; mihi diuinã nunc attuleris dispensationem, quæ non est diaboli, sed sapientiæ suæ. Inquiratur primum mala eius mens, quomodo iudicat mundus in me. quasi examine proposito dicat ad eũ, Esto, omnes interemisti, eò quòd subiecti erant peccato: Christum cur interemisti? Nónne planè iniuste? Per Christum ergo omnis mũdus defendetur. Quod ut manifestius appareat, exemplo utemur: Sit uiolentus quispiã tyrannus, qui omnes qui in manus suas uenerint, plurimis malis afficiat: hic si uel regem, uel regium filium captum in C iuste interimat, illius mors etiam alios ulcisci poterit. Sit aliquis qui debitores postulet, uerberet, in carcerem inijciat, & hac insania etiam nihil debentem coerceat: hic etiam eorum quę in debitores commisit, dabit pœnam, interficietur ab illo. Non aliter in Iesu usu uenit, Eorum enim quæ in nos fecit diabolus, propter ea quæ in Christũ ausus est, postulatus est ad supplicium: & quòd ita intelligatur, audi quid dicat: Nunc princeps mundi huius eijcietur foras: per mortem scilicet meã.

Et ego si exaltatus fuero, omẽs traham ad meipsum.] Hoc est, etiã gentiles. Et ne quis diceret, quomodo si te uicit eijciet? Nõ uicit inquit. Quomodo enim qui alios trahit, uictus esse poterit? & non dicit resuscitabo: sed maius, Omnes traham D ad meipsum. Nam si dixisset, resuscitabo, non significaret credituros: sed cum credituros dicit, & resurrecturos confirmat. Si enim mortuus mansisset: & purus homo fuisset, nemo credidisset. Omnes trahã ad meipsum. Quomodo ergo inquit patrem traherem? Quia trahente filio, pater etiam trahit. Traham, inquit, tanquam à tyranno detentos, & per se minime potentes eius manus effugere, utpote repugnantis. Alio loco rapinam appel
Mat.12 lat. Nemo potest spolia fortis rapere, nisi prius al-
Mar.3 liget eum, & tunc rapiat. Hæc autẽ ad illius uim ostendendam dicit, ut illic rapinam, hic tractionẽ appellaret. Quod cum intelligamus, resurgamus, glorificemus deum, non fide tantum, sed & uita: aliter non esset gloria, sed blasphemia, Non enim ita blasphematur deus ab impio gentili, ut à Christiano. Quamobrem rogo ut omnia ad dei gloriam referamus. Væ, inquit, seruo illi per quem nomen dei blasphematur. Hanc autem particulam, Væ, mox pœna sequitur, & supplicium. Beatus autem per quem nomen dei glorificatur. Nolimus ergo tanquam in tenebris uersari, sed omnia peccata euitemus, maxime uero quæ publice nocẽt, in quibus præcipue deus blasphematur. Quam enim ueniam cõsequemur, si cum alijs nostra exhibere percipiamur, aliena rapimus? Quæ nobis spes salutis? nisi esurientem nutris, supplicio afficeris: si uestitũ spolias, quid tibi sperandum? Hęc frequenter dicere non cessamus, quoniam qui hodie non audiũt, cras audient: & qui neq; cras, perẽ die. Quòd si qui impersuasibiles sunt, nos tamen nõ iudicabimur: nostrum enim officium impleuimus. Vtinam autem ne uos horum pudeat, néue possitis accusari: sed omnes Christi tribunali audenter adstare, ut & nos in uobis gloriari possimus, & malorum aliquam capere cõsolationem, probationẽ uidelicet uestram in Christo Iesu domino nostro, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

EX CAP. XII HOMILIA LXVII.

RESpondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quòd Christus manet in æternum: & quomodo dicis, oportet exaltari filium hominis?] Manifestus error est, & imbecillis, quamuis extrinsecus callide fucetur. Et quemadmodũ qui putres, & ruinam minantes parietes albo tectorio linunt, non tamen eos po[illegible]t dirigere: ita & mendaces facile deprehen[illegible]atur. Quod hoc in loco ludæis contigit. Cum enim ad eos Christus diceret, Cum exaltatus fuero à terra, omnes traham ad meipsum: Nos audiuimus, inquiunt, à lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis quòd oportet exaltari filiũ hominis? Quis est iste filius hominis? Norant igitur Christum immortalem, & uitam habere sine fine: unde etiam quid diceret, intelligebant. Nam sæpenumero in scriptura simul & passio, & resurrectio ponitur: siquidem Esaias utrunque simul ponit.
Esa.53 Tanquam ouis, inquit, ad occisionem ductus est,
Psal.15 & quæ sequuntur. Et Dauid in secundo Psalmo, & plerisq; alijs coniungit hæc utraq;: & patriarcha, cum dixisset, Procidens dormiuit ut leo: inde addidit, Et ut catulus leonis excitauit eum: simul & passionem ostendit, & resurrectionem. Sed hi arbitrati silentium ei imponere, & non esse Christum ostendere, Christum in æternũ manere confitentur. Et uide quàm praue. non enim inquiũt, Nos audiuimus quòd Christus nihil patitur, neq; crucifigitur, sed manet in æternum. Atqui neque hoc dictum contrarium erat. Immortalitati enim passio non fuit impedimento. Hinc uidere licet, multis eos intellectis sponte sua in malitia perstitisse. Cum enim de morte superius uerba fecisset Iesus, & cum illi exaltari audirẽt, id suspicati sunt:

Universidad de Deusto
Biblioteca

inde dicũt, Quis est iste filius hominis?] & hoc A
maligne: noli inquiũt, arbitrari quòd de te hoc di
camus, neq; dicere quòd te propter odium oppu
gnemus. Ecce nescimus de quo dicas, & tamen
profitemur. Christus autem eis silentiũ imponẽs,
ostendensq; passionem nulli esse impedimento,
ut maneat in æternum, Adhuc inquit, modi
cum lumen in uobis est:] indicans mortem suam
translationem esse. siquidem solis lumen non ex
tinguitur, sed breui secedens rursum apparet.

Ambulate dum lucẽ habetis.] Quod hic tem
pus dicit? An præsentem omnem uitam, an tem
pus ante crucem? Ego uero utrunq; arbitror, pro
pter immensam eius humanitatem: multi etiam
post crucem crediderunt. hoc autem dicit, ut eos
ad fidem impellat: ut superius. Adhuc modicum B
tempus uobiscum sum. Qui ambulat in tene
bris, nescit quò uadat.] Quot nunc Iudæi faciunt
quæ nesciũt, sed tanquam in tenebris uersantur?
Videntur sibi recta incedere, cum longe aber
rent, sabbatum custodiunt, & legem seruant, & ci
borum habent obseruationes: nesciunt tamen
quò uadant, ideo dicebat: Ambulate in luce, ut
filij lucis sitis,] hoc est mei. & in principio inquit
euangelista: Neq; ex sanguinibus, neq; ex uolun
tate carnis, sed ex deo nati sunt, hoc est ex patre.
Hic autem ipse dicitur eos generare, ut unam pa
tris & filij operationem intelligas. Hæc locutus
est eis Iesus, & abijt, & abscondit se ab eis.] Quid
nunc abscõditur? Neque enim lapides contra ip
sum tulerãt, neq; blasphemarant, ut superius: quare C
ergo se abscondit? Qui cor hominis intrat, no
rat eorum animos exasperari, etiam si nihil dice
rent: norat feruentes, & ad cædem promptos, ne
que expectauit dum rem aggrederentur, sed ab
sconditur, ut eorum placaret inuidiam. Considera
quomodo id signat euangelista. Cum autem
tanta signa feciſſet coram eis, non crediderunt in
eum. Quænam tanta? Ea prætermisit euangelis
ta, ut ex sequentibus constat: etenim cum discef
ſisset, & rursum rediret, iterum placide eos allo
quitur. Qui credit in me, non credit in me, sed
in eum qui misit me.] Vide quid facit: incipit ab
humilibus, & confugit ad patrem, & iterum tol- D
lit sermonem suum: & cum eos efferari intelligit,
discedit, & redit rursum, & rursus ab humilibus
orditur. & ubi hoc, ubi illud fecit, considera à prin
cipio. Sicut audio, iudico: inde altius, Sicut pater
suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult
uiuificat. & iterum: Ego non iudico uos, alius est
qui iudicat: inde discedit, & prodit in Galilæam.
Operamini, inquit, non escam quæ perit. Et cum
de se magna locutus esset, quòd de cœlo descen
derat, quòd uitam æternam daret, iterum abijt, &
reuertitur ad scenopegia. Hoc idem frequenter fa
cientem uidere possumus: ita doctrinam suam ua
riat, præsentia, absentia, humilibus, magnificisq;
sermonibus: quod & hic facit. Cum tanta signa
feciſſet coram eis, non crediderunt in eum, ut ser
mo Esaiæ prophetæ impleretur, quem dixit: Do
Esa.53 mine quis credidit auditui nostro, & brachium

domini cui reuelatum est? & iterum: Propterea
non potuerunt, inquit, credere, quia iterum dixit
Esaias: Auditu audietis, & non intelligetis. Hæc Esa.6
dixit Esaias, quando uidit gloriam eius, & locu
tus est de eo.] Ecce iterum hãc particulam, Quia
dixit: non causalem esse, sed euentus. Neque enim
quia dixit Esaias, non crediderunt: sed, quia non
erant crediturí, ideo dixit. Sed quare non ita dixit
euangelista, sed incredulitatem à prophetia, non
prophetiam ab incredulitate esse dicit: & superius
hoc idem uehementius? Propterea non potuerũt
credere, quia dixit Esaias? Hinc magnã uult scri
pturæ certitudinem demonstrare. & quòd non a
liter quàm prophetatum sit, euenit. Ne quis enim
diceret, Et qua gratia uenit Christus? nesciebat
non crediturος? Prophetas hoc nouisse inducit.
Venit autem, ne peccati sui ullam haberent excu
sationem: quæ prædixit propheta, tanquam om
nino futura prædixit. nisi enim prorsus futura no
uisset, non sanè prædixisset. Erant autem procul
dubio futura, cũ illi incurabiliter se haberẽt. Non
potuerunt autem: hoc est noluerunt. Neq; te ad
miratio capiat. Alibi enim inquit: Qui potest ca- Matth.18
pere, capiat. ita nonnunquam potestate pro uo
luntate utitur. & iterum: Non potest mũdus uos
odio habere, me autem odio habet. hoc & com
muni sermone usurpatum uidemus, cum quis di
cit, Non possum asperum hominem diligere: ue
hementiam uoluntatis potestatem appellans. &
iterum, Non potest ille fieri bonus: & propheta:
Si mutabit Æthyops pellem suam, & pardus ua- Hiere.13
rietatem suam, & populus hic poterit benefacere,
qui didicit mala. Non dicit, quòd impossibile
sit ei bene operari: sed quia nolunt, ideo non pos
sunt. Quod autem hoc in loco dicit euangelista,
ita intelligitur, quòd impossibile erat prophetã
mentiri: non tamen propterea impossibile erat,
ut crederent: licebat enim etiam illis credentibus
uerum esse prophetam: non enim prædixisset, si
fuissent crediturí. Quid ergo, inquies, non ita di
xit? Quoniam proprietates quasdam habet scri
ptura, cuius legibus est cõcedendum: hæc autem
dixit, quando uidit gloriam eius. Cuius? Patris.
Quomodo ergo Ioannes de filio dicit, Paulus au
tem de spiritu? Non, inquam, confundentes per
sonas, sed unam significantes dignitatem: etenim
quę patris sunt, sunt & filij: & quæ filij, spiritus san
cti. Atqui multa per angelos dixit. & nemo dixit,
sicut dixit angelus, sed deus. Quæ enim per angelos
à deo dicta sunt, dei sunt: non autem quæ dei,
angelorũ: hic autem spiritus dicit uerba esse, & lo
cutus est de eo. Quid locutus est? Vidi dominum Esa.6
sedentem in throno alto: & quæ sequuntur. Glo
riam hic uisionem illam appellat, fumum, & arca
na audisse mysteria, uisionem Seraphin, fulgur à
throno desiliens, in quod inspicere potentiæ illæ
non possent. Et locutus est de eo. Quidnã? Quòd
audiuit uocẽ dicentem: Quem mittã, & quis ibit?
Et dixi, Ecce ego sum, mitte me, & dixit: Auditu
audietis, & non intelligetis: & uidentes uidebitis,
& nescietis. Excæcauit oculos eorũ, & indurauit

cor

cor eorum, ut non uideant oculis, & corde non A
intelligant. Ecce aliam quæstionem. Non est ta
men, si recte consideremus. Quemadmodum
enim sol debilem oculorum aciem perstringit, nõ
natura sua: ita usu uenit in his, qui diuino non at
Exo.10 tendunt sermoni. Ita & Pharaonis cor indurauit
& 14 se dicitur, ita his accidit, qui dei uerbum oppu
Rom.1 gnant. Proprium hoc scripturæ, ut illud, Et tradi
dit eos in reprobum sensum. & iterũ: Abijt à gen
tibus, hoc est secessit, eas dimisit, Non enim hæc à
deo, sed ab aliorũ malitia prouenire ostendit. Cũ
deserimur à deo, tradimur diabolo: in cuius pote
statem redacti, innumeris malis afficimur. Vt er
go auditorem perterreat, inquit, Indurauit & tra
didit. Quòd enim ipse non solum non tradat, sed
ne derelinquat quidem, nisi uelimus, audi quid di B
cat, Nonne peccata uestra diuidunt me à uobis?
Esa.59 & iterum, Qui longè discedunt à te pereũt. Osee
Osee 4 autẽ dicit, Oblitus es legis dei tui, & ego tui obli
Luc.13 uiscar, & ipse in euangelio, Quoties uolui cõgre
Esa.59 gare filios uestros, & noluistis? & iterum Esaias,
Veni, & non erat homo, uocaui, & non erat qui
audiret. Hæc autem dicit, ut nostra causa deseri
nos, & nobisipsis perditionis nostræ autores de
monstret: deus autem non modo nos non dere
linquere, & punire uult, sed quoties punit, inui
Ezech.18 tus punit. Nolo, inquit, mortem peccatoris. Chri
Luc.19 stus autẽ cum peritura esset Hierusalem, etiam la
crymatus est: quod nos in amicis facimus. Hæc
ergo uidentes, omnia faciamus, ne nos deus dere
linquat, sed curã animæ & mutui amoris habea C
mus, neq; membra nostra scindamus, quod insa
nientium est & alienatorum à mente: sed quanto
magis à nobis alienos proximos uidemus, magis
in eos simus officiosi: etenim in corporibus mul
tos sæpe uidentes incurabili morbo laborantes,
imponimus medicamenta. Quid podagra peius?
quid chiragra? Incidemus membra? Minimè, sed
aliquod remedium disquiremus, ex quo morbũ
soluere possumus. Hoc idem in fratribus facia
mus, & si grauissimè ægrotent, curemus medici
nam, & feramus inuicem onera: sic implebimus
legem Christi, & promissa bona consequemur,
gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,
cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in
secula seculorum, Amen.

EX CAP. XII HOMILIA LXVIII

VEruntamẽ ex principibus multi cre
diderunt in eum: sed propter Pharisæos non confitebantur, ut de synagoga non ejicerentur. Dilexerunt enim gloriam hominũ magis, quàm gloriam dei.] Omnia quidem nobis fugiẽda ne cessario sunt, quæ animam nostram corrumpunt: sed illa longe magis, quæ plura peccata ex se pariunt. Vt exẽplí gratia: Auaritia per se grauis mor bus est, longe grauior, quia radix est & mater om nium malorum eiusmodi est inanis gloria. Ecce hi propter gloriæ cupiditatem fidem contempse runt. Multi, inquit, ex principibus crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non cõfitebantur, ut de synagoga non ejicerentur. Quod etiã superius dixit: Quomodo potestis credere, gloriã ab inuicem accipientes, & gloriam quæ à deo est nõ quærentes? Non ergo principes erant, sed seruiebant enim ultimã seruitutem, ueruntamen & hic postmodum metus abolitus est: minimè au tem apostolos hoc affectu detentos uidemus. etenim principes illis & sacerdotes crediderũt: siqui dem spiritus gratia superueniens, adamante eos firmiores reddidit. Cum igitur hoc ne tunc crede rent, impediret, audi quid dicat: Qui credit in me, nõ credit in me, sed in eũ qui misit me.] quasi dicat, quid timetis in me credere? fides in deũ per me aditũ habet, sicut & incredulitas. Intuere quo modo in omnibus substantiæ indicet indifferen tiam. Et non dixit, qui credit mihi: ne quis uerba eius credi interpretaretur, quod & in hominibus dici poterat. Qui enim apostolis credit, non apo stolis credit, sed deo. sed ut intelligeres de fide in substantiam dicere, non dixit, Qui credit uerbis meis: sed in me. Atqui cur, inquit, non è cõtrario: Qui credit in patrem, non credit in patrem, sed in me? Quoniam iam se in patrem credere dixissent, & non in ipsum: imbecilliores eẽ adhuc erãt. Di scipulos autem allocutus his uerbis usus est: Cre ditis in deum, & in me credite. Hos autẽ cum in firmiores ad hæc audienda nosset, aliter allicit, o stendens patri credi non posse, nisi in se credatur. Et ne putares tanquam de homine dictum, addit:

Qui uidet me, uidet eum qui misit me.] Quid ergo, corpus est deus? Minimè: sed animi specula tionem intelligit, & hic consubstantialem signat. Et quid signat, qui credit in me? Acsi quis dice ret, qui aquam è flumine accipit, nõ fluminis, sed fontis accipit: imò infirmum hoc exemplum est ad subiectam materiam. Ego lux in mundũ ue ni.] Cũ enim pater, & in ueteri, & nouo testamen to frequẽter hoc nomine uocetur, etiam ipse eo dem utitur. Ideo Paulus splendorem eum appel- Heb.1
lat, hinc accipiens, & multam habere ostendit ad patrem cõuenientiam, imò nullam differentiam: siquidem in se, fidem, non in se, sed in patrem esse testatur. Lucem autem seipsum appellat, quòd er rores pellat, & intellectus auferat tenebras. Sed D
& si quis audierit uerba mea, & non custodierit, ego non iudico eum: non enim ueni, ut iudicem mũdum, sed ut saluificem mundum.] Ne æstima retur propter imbecillitatem contemptores di mittere, ideo inquit, non ueni ut iudicem mundũ. Inde ne pigriores fierent, intelligentes quòd qui credit, saluatur, qui nõ credit, punitur: uide quam formidolosum eis iudiciũ minatur. Et qui sper nit me, & non accipit uerba mea, habet qui iudi cet eum.] Si pater neminem iudicat, & tu nõ ueni sti, ut iudicares mundũ, quis eum iudicat? Ser mo quem locutus sum, ille iudicabit eum.] Nam cum dixissent non esse ex deo, inquit quòd tunc hæc dicere nõ poterunt. Verba quæ locutus sum uos accusant, & omnẽ auferunt excusationẽ. Ser mo quẽ locutus sum. Quis sermo? Qui à meipso

Universidad de Deusto
Biblioteca

non ueni,quia qui misit me pater,ille dedit mihi A mandatum quid dicã,& quid loquar.] Ergo hæc propter eos dicta sunt,ut nullam prorsus haberẽt excusationem. nam nisi ita se res haberet, in quo Esa. 50 excederet Esaias, qui idẽ dixit: Dominus dedit mihi linguam eruditam,ut intelligam quãdo sermonem dicere oportet. Quid de Hieremia dicã? Etenim ille quando missus est,inspirationem habuit: Quid de Ezechiele? qui præcipuũ caput deuorans, ita locutus est. Inueniebantur præterea qui essent audituri quæ diceret,qui erãt causa cur ita loqueretur: quòd si quãdo missus est, tunc accepit quid diceret, prius autem nesciebat. Quid his uerbis prophanius? quid magis impiũ? si quis ea ita accipiat,& non intelligat eorum humilitaRom. 12 tis causam. Verum Paulus ipse etiam discipulos B intelligere dixit,quæ sit uoluntas dei bona,& beneplacens,& perfecta: Filius autẽ nesciuit quoad mandatum accepit? Quanam hæc ratione nituntur? Ecce quòd propterea in humilitatis excessum sermonẽ suum adducit, ut illos alliciat,& his qui uenturi erant,silentium imponeret. Ideo humana profert uerba,ut hoc saltem modo necessario utilitatem uerborum repudiarent, intelligẽtes non natura,sed ob auditorũ imbecillitatẽ ita locutum. Et scio quia mandatũ eius uita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.] Consideras uerborũ humilitatem? Qui enim mandatum accipit,non sui dominus est. atqui ipse inquit: Quemadmodũ pater suscitat mortuos,& uiuificat: sic & filius quos uult, uiuificat. C An ne suscitãdi quos uult habet potestatẽ,dicendi autem nõ habet? Quid ergo hoc signat? Hoc est quòd non ita se res habet,ut aliud ille, aliud ego loquar. Et scio quia mandatum eius uita æterna est. Hoc eos refutat, qui ipsum deceptorem dicebant, qui in sordibus uersabatur. Cum autem dicit, Ego non iudico: hoc est, non sum perditionis eorum causa,sed ipsi suæ: per hoc tantũ nõ testatur discessurũ se ab eis,nec amplius rediturum: quia nihil tanquam meum locutus sum uobis,sed tanquã à patre omnia: & propterea humili sermone rem cõcludit,ut diceret ad finẽ usq; idem se locutũ. Sicut mãdauit mihi pater, sic loquor. Quòd si deo contrarius fuissem,etiã contraria essem locutus,aut ad me gloriam retulissem: nunc autem D adeò omnia in patrem retuli,ut nihil meum dicerem. Cur ergo nõ creditis dicenti me mandatum accepisse,& tanto studio omnem auferenti suspicionem,ne patrem oppugnẽ? Quemadmodum enim qui mandatum accipiũt,neq; facere neq; dicere uolunt, præter mittentis uoluntatem, quousque mandatum impleant ne quid transgrediantur: ita nec dicere,neq; facere aliud possum, quàm patris uoluntatem. Quæ ego facio,ille facit, quia mecum est,neq; dimittit me solũ pater. Animaduertis, ut semper unanimẽ patri,& nullam inter se differentiam ostendat? Et cum dicit, A meipso non ueni: non potestatem,sed diuersitatẽ & contrarietatem tollit: nam si homines suipsorum domini sunt, longè magis unigenitus filius. Et quòd hoc sit uerum, audi Paulum, quòd exinaniuit seip Philip. 2 sum,& tradidit pro nobis. Sed, ut dixi, grauis res inanis gloria, grauis: ipsa enim & illos non credere,& alios non rectè credere adducit: & quæ propter illos humanitatis gratia dicta sunt, ea in impietatem uertit. Hãc igitur bestiam semper fugiamus. Varia nanq; est,& multiformis,& ubiq; prorium uirus disseminat,& pecunijs,& delicijs,& corporis pulchritudine: hac gratia semper necessitatem excedimus, inde uestimentorum copia, inde & seruorum examen, inde omnis necessitas contemnitur, in domibus, uestibus, mensæ splendore excessus dominatur. Vis frui gloria? Facias elemosynam, tunc te angeli laudabunt, tunc deus accipiet: nunc autem artifices tantum & textores admirantur: tu inglorius circũferris,& nonnunquam maledicta in te audis,& reprehensiones. Quòd si quæ in uestibus consumis conferres in pauperes, multus te ubique plausus, multæ laudes sequerentur. Tunc ea haberes, si alijs dares: si tibi seruas, minimè habes. Certus enim thesaurus est, pauperum manus. Quid corpus ornas, anima neglecta,& immunditiæ plena? Quid non tantam animę, quantam corpori tribuis diligentiam? Certè illius maior habenda est. Verum enimuero dilectissimi, parem postulamus. Si quis tibi optionem proponeret, an egregium corpus, & bonæ habitudinis, & alijs specie præstans, uili tamen indutum uestre: an turpe,& morbis implicitum, ornatum tamen auro,& pulchritudine cultum malles: nonne naturalem corporis pulchritudinem uestimentis præferres? In corpore hoc sanè præfertur, in anima contrà: nam qui turpem, in formẽ,& nigram habet, putat eam se auri splendore emendare. Quænam hæc amentia? Interiorem ornatum cures uelim,& hæc monilia animæ apponas: nam si his corpus ornetur, neq; ad bonã ualetudinẽ, neq; ad formam quicquam conferet. Neq; enim nigrum corpus albũ reddet, neq; turpe speciosum. Si animæ id addideris, è uestigio eam pro nigra candidam, pro turpi formosam reddes. Neq; meus hic sermo, sed ipsius dei dicentis: Si fuerint peccata uestra ut coccinum, quasi nix Esa. 1 dealbabuntur:&, Date eleemosynam, & omnia Luc. 11 uobis erunt munda. Nec te mulier hoc animo solum, sed & uirum ornabis: qui si hos ornatus deponentem uiderit, non nimio ei sumptu opus erit. Qui non habent, deponant habendi cupiditatem, ad eleemosynã promptiores accedẽt, & uos magis poteritis eis necessaria persuadere. Nũc aũt omnis huiusmodi potestas ablata est, quibus oculis aspicietis, quo ore quicquam petetis, cum plurima in corporis ornatum consumatis? Tunc audenter poteris uirum tuum ad eleemosynam hortari, cum tu tua abieceris ornamenta, & si nihil profeceris, ut tamen officium tuum feceris: imò impossibile est, ne eum lucreris, si re ipsa loqueris, Qui scis mulier an uirum saluum factura sis? 1. Cor. 7 Quemadmodum enim etiam pro illo rationem redditura es, ita si ab inanibus, & absurdis eum opinionibus abduxeris, duplicem mercedem consequeris: cum uiro coronata & triumphans se A cula illa immortalia, & æterna bona consecuta: quibus utinam omnes fruamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula seculorum, Amen.

EX CAP. XIII HOMILIA LXIX

ANte diẽ autem Paschæ sciens Iesus quia uenit hora, ut transeat ex hoc mũdo ad patrẽ: cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.] Imitatores mei estote, inquit
1. Cor. 11 Paulus, sicut ego Christi. Propterea enim carnem
Rom. 8 ex massa nostri corporis accepit, ut per eam nos uirtutem erudiret. In similitudinem, inquit, carnis peccati,& de peccato peccatum in carne damna B
Mat. 11 uit.& ipse inquit, Discite à me, quia mitis sum,& humilis corde: quod non uerbis tantum, sed & re ipsa ostendit. Siquidem & Samaritanum eum ludæi,& dæmonium habentem,& deceptorem appellabãt: & lapides in eum iecerunt,& nunc quiMatth. 27 dem ministros miserunt Pharisæi, ut eum perderent, nunc alios qui ei insidias tenderent: & ipsi nonnunquam in contumelias prorumpebant, cũ non modò nihil haberent quod accusarent, sed plurimis essent beneficijs affecti: neq; adhuc cessat à beneficijs aut uerbo, aut opere: & cum à seruo cæderetur, inquit: Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autẽ bene, quid me cædis? Et hæc aduersus inimicos,& insidiatores: uideamus qualis in discipulos fuerit. Quid facit C nunc uel aduersus proditorẽ? Qui enim maximè odio dignus erat, utpote discipulus & familiaris, & qui miracula uiderat, & omnibus interesse dignus habitus est, & grauius peccauit: Lapides quidem in Iesum nõ iecerat, neq; in contumelias prorupit: hunc quàm humanè accipiat, operæpreciũ est intueri. Lauit eius pedes, quo officio cohibere eum à scelere illo uoluit. Atqui si uoluisset, poterat eum arefacere, quemadmodum & ficum: & scindere, ut petras,& uelum. Sed nõ necessitate, sed uoluntate propria uolebat eum à proditione abducere, ideo lauat eius pedes, neq; hoc infelix ille reueritus est. Ante diẽ aũt Paschæ, inquit, sciẽs Iesus quia uenit hora. Non tunc sciuit, sed cũ fecit quod fecit. Vt transeat. Perquàm sapienter D euãgelista transitũ eius mortẽ appellat. Cum eos relicturus esset, uehementiorẽ dilectionem ostendit: hoc enim significat, Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finẽ dilexit eos. Nihil omisit, quod uehementer amantem deceret. Sed quid à principio hoc non fecit? Maiora posterius referuat, ut eorum in se charitatẽ augeret, animaretq;, ut futura mala forti animo subirent. Suos autem, secundũ familiaritatis rationẽ, alios secundũ opiIoan. 1 ficium appellat. ut cum dicit: Et sui eum non receperunt. Quid autem signat illa particula, In mundo? Quoniam etiam mortui sui erant: ut Abraham, Isaac & Iacob, & alij plurimi, sed hi non erant in mundo. Vides & ueteris & noui testamenti eum deum esse? Quid sibi uult ea particula, In si nem dilexit eos? hoc est, semper dilexit, cuius signum hoc dicit. At qui sæpe alias inquit ponere se pro amicis suis animam, sed hoc nondum fecerat. Qua autem gratia hoc fecit? Quia multò mirabilius erat, quando clarior apud omnes apparuit, & non parum in discessu suo consolatus est. Cum enim essent maiorẽ in modum dolituri, æqualem illi dolori consolationem affert. Et cœna facta, cum diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum Iudas.] Hoc perterritus addidit euangelista, quòd qui se iam tradere proposuerat, lauerit: ostenditq; maximam Iudæ malitiam, quòd ne mensæ quidem communicatio eum cohibuit, ut maximè solet, cum ad ultimum usque diem eum magistrum habuerit, sciretq; omnia ei tradita à patre,& quod à deo uenisset,& ad deum iret, nihil inquit. Quod cum talis & tantus esset,& à deo ueniret,& ad deum iret, cum omnium dominaretur, id molitus est, neque reueritus est tantam rem aggredi. Traditionem autem hoc in loco fidelium salutem appellari mihi uidetur. Nam & cum dicit, Omnia mihi tradita sunt à patre meo: Matth. 11 hac dicit traditione, sicut cum inquit: Tui erant, & mihi eos dedisti.& iterum: Nemo potest uenire ad me, nisi pater traxerit eum: & nisi datum sit ei desuper. Aut hoc inquit, aut quòd nihilo minor ex hoc esset futurus, qui à deo uenit,& ad deum uadit,& omnia comprehendit. Cum uero traditionem audis nihil humanum suspiceris: honorem enim erga patrem & concordiam signat. Quemadmodum enim pater ei tradidit, ita & ipse patri: & hoc indicat Paulus inquiens, Cum tra- 1. Cor. 15 det regnum deo, & patri. hoc autem, hoc in loco humanius locutus est, multam eorum curam, & incredibilem dilectionem præ se ferens, tanquam familiares eos erudiens, bonorum matrem humilitatem, quam & principium, & finem, inquit esse uirtutis. Sed quid additur. A deo uenit: & ad eum uadit? hoc est, digna eo facit, qui inde profectus est, & eò reuertitur: & sic omnem pessundat superbiam. Et cum surrexisset à cœna, positis uestibus.] Considera quomodo non lauando tantum, sed & aliter humilitatem ostendit. Non enim priusquam discumberent, sed post omnium discubitum, surgit à cœna. inde non simpliciter lauat, sed ponit uestimenta, ac etiam linteo se præcinxit.] Neq; his contentus ipse peluim impleuit, ipse nemine iusso omnia fecit: exemplo docens non remisse & frigidè bona opera, sed quàm diligentissimè facienda. Mihi uidetur primum eum proditoris lauasse pedes. Cœpit, inquit, lauare:& inde uenit ad Simonem Petrum, qui dicit ei. Tu mihi lauas pedes?] His, inquit, manibus, qui oculos aperuisti, leprosos mundasti, mortuos suscitasti. Habet enim hæc particula magnam significationem, quare non oportuit aliud dicere, quam Tu, quod per se uerbum sufficiens fuit, quo omnia demonstrarentur. Iure autem quispiam quæreret, quomodo nullus aliorũ lauari recusauit præter Petrum? quod non paruæ amoris fuit,& reuerẽtiæ argumentũ. Quænam est cati-

Universidad de Deusto
Biblioteca

est causa? Arbitror ante omnes proditoris pedes
lauasse, inde uenisse ad Petrũ, à quo & cæteri ad-
moniti sunt quid esset faciendum. Quòd enim a-
lium quempiã ante lauerit, constat cum dicit. Ve
nit ad Petrum. Sed non est uehemens in accusan-
do euangelista. Id enim uerbum Cœpit: aliũ ante
lauasse significat: quòd & si Petrus primus erat,
credibile tamen est proditorem impudenter ante
apostolorũ principem discubuisse. Nam & aliun
de impudentia eius ostenditur, cũ intingeret cum
magistro, & cũ reprehensus minimè cõpunctus
est. Petrus autem semel ante increpatus, & nunc
his dictis ita cohibitus est, ut titubaret, & treme-
ret, ut non deinde auderet ipse Christum interro-
gare, sed aliũ submitteret. Iudam aũt frequẽter re-
prehensum nihil pudebat. Cum ergo uenisset B
ad Petrum, dicit ei Petrus: Domine tu mihi lauas
pedes? Respõdit Iesus: Quod ego facio, tu nescis
modo, scies autẽ postea.] Hoc est, quod hinc se-
quatur emolumentũ, quod doctrinæ exemplum,
& quomodo expediat in omnem nos adduci hu-
militatem: Petrus autem adhuc renuit: Non la-
uabis mihi pedes in æternũ.] Quid facis Petre?
Matth. 16 oblitus es quæ ante dixeras? Non dixisti, Absit à
te: & audisti, uade post satana: & adhuc non ad-
moneris, sed nimius es in refutando? Quid ni? in-
quit. Res magna est, & admiranda: nam ob nimiã
dilectionem ita locutus est, cui etiam Christus ui
cem reddit. ut enim tunc ualde eum increpitans,
inquit, Scandalum mihi es: ita & nunc, Si non
lauero te, non habebis partem mecum.] Quid C
tum Petrus? feruore quodã incẽsus, Domine,
inquit, nõ tantũ pedes meos, sed & manus & ca-
put.] In recusando uehemens Petrus, & in per-
mittendo uehementior, utrũq; ex amore. Sed cur
non dixit Iesus quamobrẽ id faceret, sed minatus
est? Quoniam non acquieuisset. nam si dixisset,
Sine te lauem, ut uos humilitatis admoneã, profe-
ctò sine ullo exemplo se admonitũ asseruisset,
sed nunc repulsæ minis perterritus, continuò pa-
ret. Ipse enim erat qui frequenter quò iret interro
gabat, qui animam pro eo se positurum dicebat.
Si enim cũ audiret, Nescis quod ego facio, scies
aũt postea: nõ tamẽ parebat, longe minus si intel
lexisset: ideo inquit, Scies postea: haud inscius ita
etiam repugnaturum. Neq; Petrus causam roga- D
uit, sed uehementius accensus, ne passus est quidẽ
doceri, sed renuit: Tu mihi lauas pedes? Post mi-
nas autem statim mollitus est, Quid autem signi-
ficat, Scies postea? Quãdo? Cum in nomine meo
dæmonia ejcies, cũ in cœlũ me assumi suspicies,
cum à spiritu intelliges me ad patris dexteram se-
dere, tunc cognosces cur hoc faciam. Christus au
tem cum dixisset Petrus, Non tantũ pedes, sed &
manus, & caput: Qui lotus est, inquit, non indi
get, nisi ut pedes lauet, sed est totus mundus. Iam
uos mundi estis propter uerba quæ locutus sum
uobis.] At si mũdi sũt, qua gratia lauas pedes? Vt
modestiam doceã. propterea uilius membrũ ele-
git. Lotus autẽ, hoc est mundus. Nunquid ergo
mundi non erant? Nondum à peccatis erant libe
ri, neq; spiritu sancto digni habiti fuerãt, peccato A
& maledicto adhuc regnãte, & chirographo nõ
abolito, neq; ablata uictima. Quomodo ergo mũ
dos dicit? Ne propterea arbitrareris ideo mũn-
dos dixisse, quòd nullis essent peccatis obnoxij,
addidit: Iam uos mundi estis propter uerba quæ
locutus sum uobis: hoc est, hac tantum ratione e-
stis mundi. Iam errore liberati estis Iudæorum,
nam & propheta inquit: Lauamini & mundi esto
te, abijcite malitiam ab animis uestris. Itaque talis Esa. 1
lotus & mundatus est, cum omnem animæ mali-
tiam abiecerit, & syncera mente deo adhæserit.
Ideo secundum propheticum sermonem inquit:
qui lotus est, iam mundus est. Neq; enim Iudai-
cam aquæ lotionem, sed opificij purgationem in
telligit. Fiamus ergo & nos mundi, discamus be-
nefacere. Et quomodo possumus? Iudicate pupil
lo, iustificate uiduam, & uenite disputemus. Fre-
quenter in sacris scripturis mentio fit uiduarum
& orphanorum, sed nobis nulla eorum ratio. Ve
tuntamen audi quantum illic mercedis. Si fuerint Esa. 1
peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbabũ
tur: & si fuerint rubra quasi uermiculus, uelut la-
na alba erunt. Neq; enim habet defensorem ui-
dua, ideo multa de ea ratio habetur: quæ cum se-
cundis nuptijs coniungi sibi liceret, dei timore in
uiduitate multa perpetitur. Eis igitur manus por
rigamus omnes uiri & mulieres, ne quando ui-
duitatis molestias subeamus: & si subierimus, be-
nignitatum in nos materiam benignitate nostra
comparemus. Non parua uis lacrymarum ui-
duæ est, sed ipsum possunt cœlum aperire. Nolì-
mus eis insultare, ne augeamus calamitatem, sed
pro uiribus opitulemur. Ita nos & in hoc, & in fu-
turo seculo muniemus: neq; enim in hac dunta-
xat uita, sed in illa quoq; nobis aderunt, & ob no-
stra in se officia maximam peccatorũ nostrorum
partem præcident, atq; delebunt, & fidenter fa-
cient nos ante iudicis tribunal comparêre: quòu
tinam omnes pertingere possimus, gratia & beni
gnitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in se
cula seculorum, Amen.

EX CAP. XIII HOMILIA LXX.

POstquam ergo lauit pedes eorum,
accepit uestimenta sua: & cum recu
buisset, iterum dixit eis: Scitis quid
fecerim uobis?] Grauissimũ est di-
lectissimi, grauissimum, inquam, in
profundum uitiorum decidere: fere enim anima
incorrigibilis redditur, ideo omnia facienda sunt
ne à præcipitio capiamur. Facilius enim est non
cadere, quàm post casum resurgere. Contempla-
re igitur postquam dilapsus est Iudas, quantũ ha-
buit auxilium & nunquam resurrexit. Dixit ad
eum Iesus: Vnus uestrum diabolus est. dixit, Non
omnes credunt: dixit, Non de omnibus dico: &,
Scio, quos elegi: & nihil horum sensit: Postquam
ergo lauit pedes eorum, accepit uestimenta sua,
& cum recubuisset, dixit eis, Scitis quid fecerim
uobis? Nõ amplius Petrũ, sed omnes alloquitur.

Vos

Vos uocatis me magister & domine, & bene- A
dicitis: sum etenim.] Vos uocatis me, eorum iudi
cium proponit: inde ne ad eorum gratiã locutum
putares addidit, Sum etenim: cum eorum ser-
monem proponat, etiam uerum ostendit. Nam
quod illi dicebant, ipsius confirmatione non su-
spectũ redditur. Sum etenim, inquit. Vides quo-
modo discipulos alloquẽdo, de se apertius loqui
tur? quemadmodum ergo dicit: Nolite uocare
magistrum super terram, unus enim præceptor
Matt. 23 uester est: ita inquit, Nolite uocare patrem super
terram, unum autem non de patre solum, sed de
seipso dicit. Aliter enim quomodo dixisset, Vt fi-
lij lucis sitis? & iterum, Sum enim: &, unus est ue-
ster præceptor Christus. Si ergo ego laui pedes
uestros dominus & magister, & uos debetis alter B
alterius lauare pedes. Exemplũ enim dedi uobis,
ut quemadmodũ ego feci uobis, ita & uos facia-
tis.] At qui nõ est idẽ: ipse enim erat dominus &
magister, uos inuicem cõserui. Quid ergo signat
hæc particula, Ita? secundum possibilitatem: pro-
pterea enim à maioribus rebus accipit exempla,
ut saltem minus faciamus. Etenim magistri pue-
ris literas quàm pulcherrimas scribũt, ut uel in de
terius imitentur. Vbi nunc qui conseruos despi-
ciunt? ubi qui honores experuntur? Proditoris pe-
des dominus lauit, sacrilegi furis, & ipso proditio
nis tempore, cum nulla esset spērāda emendatio:
mensam cõmunem posuit, & tu elatis supercilijs
intumescis? pedes inuicem lauemus, inquit: nun-
quid & seruorum? Et quid mirum si seruorum? C
Siquidem inter nos seruus, & liber uerbotenus
differunt, differunt illic reipsa. Ipse enim natura
dominus erat, nos serui, neque id recusauit: nobis
autem satis uidetur si liberis, ut seruis, & emptis
mancipijs non utimur. Et quid dicemus, cum tan
ta patientiæ exempla proposita nobis sunt, quæ
minimè imitamur: sed contrà, & è regione elati,
ne debitum quidem reddimus? Debitores enim
nos constituit deus, cũ incepit: nos longè inferio-
res exemplũ sequi debemus. Ipse enim dominus
erat, nos hoc conseruis faciemus, si quid feceri-
mus: quod & ipse significauit, dicẽs: Si ego magi
ster & dominus, ita & uos. Cõsequens enim erat
dicere, quãto magis uos serui: sed reliquit hoc au
ditorum reputationi, & quamobrem? Debebant D
enim alij alijs magis honorari. Ne igitur se inuicẽ
iactarent, & dicerent, quis esset maior, néue inter
se indignarentur, omnem tollit elationem: ut & si
longè sis maior, apud fratrem minimè in superbiã
efferaris. & non dixit quod maius erat. Si ego pe-
des proditoris laui, quid mirum si uos alter alte-
rius? Sed rem fecit: inde eam discipulis iudicandã
reliquit, ideo dicebat: Qui faciet, & docebit, hic
magnus uocabitur. Hæc enim uera doctrina est,
quod doces, id re efficere. Quemnam fastum hoc
non tolleret? quam temeritatem, quam nõ depri-
meret elationem? Qui sedet super Cherubin pro
ditoris pedes lauit: tu homo terra & puluis, effere
ris & intumescis. Et quo hoc dignum supplicio?
Quòd si ueram elationem concupiscis, hic ego te
uiam docebo: nõ enim nosti. qui præsentibus re-
bus & magnis inhiat, is uilis est, & abiecti animi.
Itaq; nunquã humilitas est sine magnitudine ani-
mi, neq; superbia sine pusillanimitate. Quemad-
modum pueri uilium rerum spectacula admiran
tur, & obstupescunt, pilis, trochis & talis inhiant,
magnas autem res ne cogitatione quidem cape-
re possunt: ita & hic. Sapiens nõ reputat præsen-
tia, ergo neq; ea optabit ab alio accipere: qui sapi
ens nõ est, cõtra afficietur, ad araneas, & umbras,
& somnia, & his uiliora conuertẽ. Amẽ amen
dico uobis, nõ est seruus maior domino suo: neq;
apostolus maior est eo qui misit illum: si hæc sci-
tis, beati eritis, si feceritis ea. Non de omnibus uo
bis dico, ego scio quos elegerim, sed ut impleatur
scriptura: Qui manducat panem meum, leuabit Psal. 40
calcaneum suum contra me.] Quod & superius,
idem & in hoc loco arguẽdo dicit. Nam si seruus
non est maior dño, neq; apostolus eo qui ipsum
misit, & ego hoc feci: multo magis idem à uobis
faciendum est. Inde ne quis diceret, quid tandem
hæc dicis? non te intelligimus: idem addidit, non
quòd ignoraret, sed ut re ostenderet quid dicat.
Scire enim omnium est, facere autẽ nõ omnium:
propterea inquit, Beati eritis, si feceritis ea. Ideo
frequenter hoc dico, & quidem scientibus uobis,
ut ad opera uos alliciam: nam & Iudæi sciunt, sed
non sunt beati, cum ea non faciant. Non de o-
mnibus uobis dico.] O patientiam, nondũ prodi
torem arguit, sed tegit scelus, indulgens ei locum
pœnitentiæ & reprehẽdit & non reprehẽdit, ita C
inquiens: Qui manducat panem meum, leuabit
calcaneum suum contra me. Videtur mihi illam
particulam, Non est seruus maior domino suo:
ob hoc dictam esse, ut si quando à seruis, uel ab a-
lijs quibusdam uilibus & abiectis quicquam ma-
li paterentur, non perturbarentur, ad Iudæ exem-
plum respicientes, qui multis à Iesu beneficijs af-
fectus, malè beneficium suum remuneratus est:
in eo inquit, Qui manducat panem meum: & alia
quæ sequuntur, quæ satis poterant eum à tanto
scelere retrahere: quasi diceret, Qui apud me nu-
tritus est, qui mecum manducat. hæc autem dicit,
erudiens nos ut bonum pro malo reddamus, etiã
his qui non sunt corrigibiles. & dicendo, Non de
omnibus dico: ne omnes formidarent, separat e- D
um ab alijs his uerbis, Qui manducat panem me-
um: ostendens illum miserum non excusari igno-
rantia, sed rem omnẽ cognoscere: quod maximè
eum cohibere debuerat. Et non dixit, tradet me:
sed, leuabit calcaneũ suum cõtra me: ut dolum &
fallaciam deceptoris ostẽdat. Hæc autem scripta
sunt, ne iniuriantibus nobis succenseamus, sed ut
eos arguamus, & deploremus: lacrymis enim di-
gni sunt, nõ qui afficiuntur, sed qui inferunt iniu-
riam: nam seipsos maximè lædunt, cum rapiunt,
cum calumniantur, cum aliud simile machinan-
tur: nobis uero maximè proficiunt, si non ulciscẽ-
mur. Vt exẽpli gratia: Rapuit ille abs te aliquid,
pro iniuria gratias egisti, & laudasti deum: multũ
illa gratiarũ actione lucratus es, quemadmodum

ille

Universidad de Deusto
Biblioteca

ille immensum sibi ignem præparauit. Quòd si A quis diceret: Quid enim, si iniurias ulciſci non potuimus? Illud respõdebo, quòd potuimus saltem ægreferre, & expostulare, imprecari, & maledictis prosequi iniurantẽ, & apud omnes eum accusare. Hæc enim in nostra sunt potestate: quæ si non feciſti, etiam non ulciſcendi mercedem accipies: constat enim quòd si posses, non ulciſcereris: nam qui iniuria afficitur, quibus potest armis utitur: pusillanimus imprecationibus, & maledictis, & insidijs ulciſcitur: his tu non solum abſtineas, sed pro eò precare, hoc pacto deo simílis efMat. 5 ficieris. Orate, inquit, pro persequentibus uos, ut símiles efficiamini patri uestro, qui est in cœlis. Vides quàm magna lucremur ex persecutionibus? Nihil adeò deũ delectat, quam non malum B pro malo, imò pro malo bonum reddere: ideo Christus suí proditorem beneficijs affecit, pedes lauit, clam arguit, parce perterruit, admonuit, mensa & osculo dignatus est, neq; tamen ille factus est melior, sed in proposito perstitit. Sed agè & seruorũ exemplo qui plurimi in ueteri habentur testamento te erudiamus, ut intelligamus nullam nobis esse succensendi materiam. Vultis Mosen? an altius repetamus? quãto enim uetustiora ostendentur exempla, tanto magis uos cõuincemus. Quid tandem? Quia tunc difficilior erat uirtus: nondum enim illi leges scriptas habuerant, nõ uitæ exempla: sed nuda per se erat natura, nullis auxiliis nitebatur: propterea cũ laudaret Noe, non simpliciter perfectum appellauit, sed addi- C Gen. 6 dit, in generatione sua: hoc est, in illis tẽporibus, quibus multa erant impedimenta: nam post eum clarueruntalij, non tamen ipse inferior in temporibus enim suis perfectus fuit. Quis ergo ante Mosen patiens? Beatus & generosus Ioseph, qui continentia clarus, non minus claruit & patientia, nihil iniustè fecit, sed seruiendo, colendo, omnia seruilia munia agendo, fratrum odio minimè offensus est: neq; expostulauit, cum patrem haberet amantissimum sui, sed tulit ad eos cibum in desertum, neq; non inuentis maledixit, neq; reuersus est, quod haud immeritò poterat, si uoluisset: sed ad crudeles illos, & immanes properauit, uerè fraternum seruans affectum: inde carceri intrusus, rogatus causam, nemine accusato tantum nihil se D feciſſe, & se furtim ex Hebræorum terra abreptũ dixit. post hæc in potestatem ascitus, laborantibus fame fratribus subuenit, eósque multis liberauit calamitatibus: nam si boni erimus, nulla proximi malitia uirtutem nobis auferre poterit. At illi contra in eius perniciem accinguntur, insomnium exprobrãt, & acceptis ab eo cibis, & uita & libertate spoliare eum machinantur, & dum comederent, circũspectabant fratrem nudum in cisternam demissum. Quid hac immanitate crudelius? quibus homicidis nõ erant immaniores? Inde eum barbaris, & feris hominibus, & ad barbaros euntibus uenditum in numeris mortibus tradiderunt. Ille autem factus rex, nõ modo non ultus est, sed crimen in se patratũ excusauit, quod dei dispensatione, non fratrum malitia factum esset, & quod in eos fecit, non ira, sed fratris gratia simulauit, & cum eos uideret supplices cõqueri, statim abiecta omni simulatione in fletum prorupit, & tanquam optimè de se meritos complexus est, qui ab eis iam, quantum in ipsis fuit, interemptus, & omnes in Ægyptũ accersiuit. Quã ergo habebimus excusationẽ post legẽ, post gratiam, post tantæ sapientiæ traditionem, cum qui ante legẽ fuit minimè imitamur? Quis nos supplicio liMat. 18 berabit? neq; enim est quicquam iracundia grauius, quòd in decem millium talentorum debitore significatum est, qui prius debito à domino donatus, iterum ad soluendum coactus est, donatus domini liberalitate, coactus ad soluendum propria malitia, cum in conseruum ira ferretur. Quibus nos intellectis, nolimus proximos criminari, imò beneficijs prosequamur, ut diuinam in nos beneficentiam experiamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, &c.

EX CAP. XIII HOMILIA LXXI.

AMen amen dico uobis: qui accipit, si quẽ misero, me accipit: qui aũt me accipit, accipit eum qui me misit.] Magna dei remuneratio in seruos & cultores suos, & merces nobis in decõparatur. Qui uos accipit, inquit, me accipit: & qui accipit me, accipit eum qui me misit. Quid nunc Christi & patris acceptio ad rem de qua agitur? Quid ad illud, beati eritis, si feceritis ea: quod nunc dicit, qui accipit uos? Atqui optimè consequitur. Cum enim exituri essent in mundum, & multa passuri, dupliciter eos consolatur, & à se, & ab ipsis. Si sapietis, inquit, & me in memoria habebitis, & quæ passus sum, & quæ feci animo frequenter uoluetis, omnes æquo animo molestias tolerabitis. & superius inquit, Si hæc scitis, beati eritis. Nunc aliter eos consolatur, quòd scilicet aliorum in se inuenturi sint humanitatem, omnes enim domos eis aperuit. Itaq; & à sapientia, & à subuenientium charitate eis duplicem affert consolationem: inde cum eis uniuersi orbis peragrationem imperauit, intelligẽs utroq; proditorem priuari, neq; ullum aut patientiæ in laboribus, aut accipientium benignitatis fructũ consecuturum, iterum turbatus est, & causam euangelista significat inquiens: Et turbatus est spiritu: & protestatus est, & dixit: Amen amẽ dico uobis, quia unus ex uobis me tradet.] Iterũ omnibus timorem incutit: cum non nominatim reũ ostenderet. Atqui nullius sibi criminis conscij, quàm conscientiæ suæ, Christi sententiam ueriorem duxerunt, ideo aspiciebant inuicem discipuli. Quòd enim ad unum proditio referebatur, hoc formidinem minuebat: quod addiderat, Vnus ex uobis: simul omnes perturbarat. Quid igitur? Alter alterum intuebatur. Petrus autem semper amore æstuans, Ioanni innuit. Cum enim paulo antè increpitus esset, quòd uolentem lauare prohiberet (semper enim desiderij, & amoris uehementia reprehendebatur

debatur) ideo ueritus cum neq; pati posset, neq; A loqui auderet, per aliũ id tentat cognoscere. Illud autem haud immeritò dubitãdum, cur omnibus dubitantibus, atq; trementibus, etiam ipso apostolorũ principe, Ioannes securus, ac si in delicijs esset in gremio Iesu recubuit, uel potius supra pectus. Neq; hoc tantum mirandum, sed & quæ sequuntur. Inquit enim, Quem diligebat Iesus.] Cur nemo aliorum hoc de eo dixit? Atqui & alij amabantur, hic autem præcipuè. Quòd si alij hoc de eo non dixerunt, sed ipse tantum de seipso, nihil mirum. Facit autem hoc & Paulus, cum tem-
2. Cor. 12 pus exigeret, inquiens: Noui hominem ante annos quatuordecim: et non paruas de se laudes in-
Matth. 4 texuit. An parum tibi uidetur audientem, Sequere me: è uestigio dimissis retibus & patre, secutũ: B
Ibid. 17 & cum Petro assumptum in montem, & præterea domum solum ingressum? Ipse autem quot Petri laudes prosequitur? Neq; lubricet Christum dixisse, Petre amas me plus his. Et semper eius seruorem in Iesum & charitatem enarrat. Cum autẽ inquit, Hic autem quid? ex magno locutus est de fiderio. & cur nemo alius hoc dixit? Quia neq; ipse dixisset, nisi in hunc incidisset locum: nam si cũ dixerit Petrum innuisse Ioanni, ut interrogaret, nihil aliud addidisset, dubitari & quæri causa potuisset: ideo hanc affert, Et recubuit super pectus Iesu.] An parum hic didicisse eum arbitraris, cum tanta frueretur magistri benignitate? Quòd si de hoc etiam causam quæris, amoris dicam: quare inquit, quem diligebat. Ego autẽ et alia ratione hoc C dictum arbitror, ne nimium sibi tribuere uideretur. Cur enim alias non dixit, sed cum apostolorũ princeps innuit? Ne ergo arbitrareris tanquam maiori Petrũ innuisse, amoris causam affert. Cur autem recubuit supra pectus? Nondum debitam de eo conceperant opinionem, præterea & mœrorem ita lenit. Credibile enim est tunc mœstos fuisse: nam si animo, multo magis facie erant perturbati: eos igitur uerbis consolatus Christus, per mittit ut Ioannes supra pectus recumbat. Et consi-
2. Cor. 12 dera discipuli humilitatem, nomen subticet, tantum, Quem diligebat, inquit. quemadmodũ Paulus: Noui hominem ante quatuordecim annos. tunc primum proditorem indicat Iesus, neque tamen nominatim, sed illum esse cui intinctum pa- D nem porrigeret. qui modus reprehensiuus fuit, quòd neque mensæ communicationem reuerere tur: quòd si nulla, hæc panis porrectio quem non mouisset? Sed non ludam, cuius impudentiam uidens diabolus, in cor eius intrauit: donec enim in aliorum numero fuit, non est ausus in eum ingredi, sed extra oppugnabat: postquàm uero palam factus est, licenter iam irrupit: neque inemendabilis erat amplius in aliorum numero tolerãdus, ideo iam eijcitur, quem mox diabolus comprehẽdit. Erat autem nox, dicit ei Iesus: Quod facis fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentium.] O amentiam. Quomodo non mollitus est? Quomodo non puduit, sed impudentior factus exiuit? illud autem uerbum, Fac citius: non impe

rantis est, neq; consulentis: sed exprobrãtis, & reuocantis ad emendationem: sed cum esset inemẽdabilis, dimisit eum. Et hoc nemo intellexit discũbentium. Multum hic dubitari posset, cum dixisset: Cui intinctum panem porrexero, quomodo nescierunt? sed tam submissa uoce id Ioanni dixit, ut minimè ab alijs audiret: etenim propterea Ioannes supra pectus recumbens, tãtum non ad aurem interrogat, ne palam fieret proditor. Et Iesus ita respõdit, ne adhuc nominatim manifestum faceret, apertius tamen inquit ei: Quod facis, fac citius, illi non intellexerunt. Hoc autem dixit, ut uera esse ostenderet, quæ ad Iudæos de morte dixerat, cum inquit: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo sumendi eam:
B &, Nemo tollet eam à me. Quandiu ergo uoluit, nemo contrà ualuit: cum autem permisit, tunc facile fuit auferri: quæ omnia significãs inquit: Quod facis, fac citius. Neque eum tunc palam fecit proditorem: fortasse enim eum discerpsissent apostoli, fortasse Petrus tunc interemissent, ideo nemo recumbentium nouit quis esset. Nunquid & Ioannes? Neq; ipse, neq; enim putauit discipulum in tãtam prorupturum iniquitatẽ. Cum enim longè à tali scelere abessent, neq; de alijs suspicabantur: & cum frequenter dixisset, nõ de omnibus dico, & neminem nominasset, etiam de alio dicere arbitrabantur. Erat autem nox quando exiuit. Cur tempus notas? Vt hominis intelligas temeritatẽ, cum ne temporis quidem importunitate abducere-
C tur: neque hoc illi animaduerterunt, timore eũ perturbabantur. Quare ueram uidi Iesu causam non deprehenderunt? Putabant, inquit, ut egens aliquid daret dixisse. Multum Iesu curæ erant pauperes, & hoc ad nostram doctrinam. Hic enim loculos habebat, & pecuniam. Atqui nemo pecuniam Christo dedisse narratur, sed quòd discipulæ uictui necessaria præbebãt. Quomodo enim qui Matth. 10 neq; peram, neq; baculum ferri iubet, loculos fe- Luc. 10 rebat? Ad pauperum ministerium: ut intelligas quanta tibi inopum & miserorum hac etiam parte cura impendeat. Multa enim Iesus ad nostram fecit eruditionem, hoc dixisse Iesum opinabãtur discipuli, neq; ad ultimum diem uoluit proditorẽ Iesus palam facere. Huius exemplũ nobis sequen
D dum est, neque proximorum uitia etiam incurabilia publicanda sunt. Etenim postmodum ad se tradendum uenienti osculum dedit, accepit, cum traderetur ad tormenta, ad crucem, ad mortem ignominiosam, ubi rursus suam præ se fert benignitatem: hic clarificari se dicit, erudiens nos, nihil adeo turpe, adeò fœdum esse quòd nõ clariorem reddat, qui id pro dei facit uoluntate. Cum ergo exijsset Iudas, dixit Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis.] Quo uerbo labantes discipulorũ mentes erigit, & confirmat, ut non modo non cõtristentur, sed & gaudeant, ideo Petrum à principio increpuit. Nam quòd morte quis mortẽ uincat, gloria maxima est: & hoc est quod de seipsõ dicebat: Cum exaltatus fuero, tunc cognoscetis, quia ego sum. & iterum, Soluite templum hoc: &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.11 iterum, Signum non dabitur uobis, nisi signum A
lonę. Et quomodo nō magna est gloria post mor
tem, qui ante mortem maior erat iuperare? Vt e-
nim crederetur resurrectio, maiora postmodum
operati sunt discipuli: quòd si non uiuebat, neq;
erat deus, quomodo in nomine eius tanta facere
potuissent? Et deus clarificabit eum in seipso: hoc
est, per se non per alium, & continuo clarificabit
eum una cum cruce: neq; enim diu post, neq; lon-
gum resurrectionis tempus est expectādum, sed
continuo in ipsa cruce mira apparebant. Sol nan-
que obscuratus est, petræ scissæ & uelum, & mul-
ta corpora sanctorū qui dormierant, surrexerunt.
Sepulchrum signatum erat, custodes aderant, &
clausum lapide corpus surrexit. Post quadragin-
ta dies ascendit in cœlum. Inde spiritus delapsa B
tietas est in apostolos, & omnes continuo Iesum
prædicarunt: hoc est, Et Deus clarificabit eum in
seipso, & continuo clarificabit eum: non per an-
gelos aut archangelos, nō per aliam aliquam uir-
tutem, sed per seipsum. Quomodo autem clarifi-
cauit per seipsum? Omnia ad filij gloriam opera-
tus. Atqui omnia filius fecit. Vides quòd filij ope
ra ad patrem refert? Adhuc modicum uobis-
cum sum. Quæretis me, & non inuenietis. & sicut
dixit ludæis, ubi ego sum, uos non potestis uenī-
re, & uobis dico modo.] Iam incipit futuras post
cœnam calamitates enarrare. Cum ludas exiuit,
non uesper, sed nox erat. Cum uero paulo post ca
piendus esset, opus fuit eis omnia commendare,
ut recordarētur, uel potius spiritus omnia sugge- C
rebat. Multa enim erant edocēdi, utpote qui nūc
Matth.26 primum audiebāt, & tanta erant perpessuri: nam
Mar.14 & somno grauabantur, ut alius inquit Euangeli-
sta: & tristitia, ut ipse ait. Vt igitur omnia diligen-
ter retinerent, ita tandē locutus est, quod nō par-
uam eis ad dei gloriam attulit utilitatem, cū post-
modum recordati sint, eadem manifestè iam se à
Christo intellexisse. Qua autem gratia antè eorū
animum uulnerat inquiēs: Adhuc modicum uo-
biscum sum? Iudæis enim non immerito hoc dice
batur. Cur eadem ratiō e nobiscum agis, qua cum
perfidis illis & ingratis? Minimè. Qua ergo gra-
tia inquis, sicut dixi ludæis? Reduxi in memoriā,
quia non nunc propter malorum præsentiam hęc
dico, quæ à principio præuideram, & testes uos q D
audistis estis, quod ad Iudæos his etiam uerbis lo
cutus sum: ideo addidit, Filioli,] ut audienti-
bus, sicut dixi Iudæis, non itidem ad se dictum pu
tarent. non ergo uulnerandi animos eorum gra-
tia, sed ut consolaretur, his uerbis usus est, ne præ-
ter spem molesta eis, & grauia narrando perturb-
arentur. Quò ego uado, uos non potestis ue-
nire.] Ostendit mortem suam translationem esse
ad meliora, & ad locū corruptibilia corpora nō
admittentem. hæc dicit, ut sui desiderium, et uehe
mentius reddat. Nostis enim cum aliquem cha-
rissimorum discendentem uidemus', & eum ma-
xime cum quo nobis non est accedere, maiorem
in modum mouemur, atque incendimur. Iudæis
ergo ad terrorem id dixit, quod hic ad augēdum
desideriū. Talis est locus, quò uado: ut modo nul-
lus illis, sed ne uobis quidem accessus pateat: ubi
suam demonstrat dignitatem. Et uobis dico mo-
do. Cur modo? Aliter quàm illis, id est, non cum
illis. Vbi nam quæsierunt eum ludæi? Vbi & dis-
cipuli? Discipuli, quando fugerunt: Iudæi, quan
do intolerabilia mala, & omnē cogitationē exu-
perantia perpessi sunt, urbe eorum capta, & cœli
tus in eos diuina ira undiq; delata. illis ergo prop
ter incredulitatem tunc ita locutus est, discipulis
autem ne inexpectata opprimerentur calamita-
te. Mandatum nouum dedi uobis.] Cum eīm
his uerbis perturbari eos uerisimile esset, ac si de-
serti relinquerentur, eos amore & charitate, quæ
bonorum omnium radix est atq; principium, cō-
solatur, quasi dicat: Me abeunte dolebitis, uerum
si uos inuicem dilexeritis, fortiores eritis. Sed cur
non ita dixit? quoniam utilius dixit. In hoc co-
gnoscent omnes, quia mei estis discipuli.] Propter
hoc simul ostēdit nullū secuturum fastidium,
cum signum dederit. hæc autem post proditoris
abitum uerba fecit. Cur autem mandatum dicit
nouum, quod in ueteri testamento positum est?
Ipse id nouum fecit modo: addidit ergo, Sicut e-
go dilexi uos. Non enim uestris præcedentibus
meritis debitū persolui, sed ego incepi. Ita & uos
decet amicis esse beneficos, & quibus non debe-
tis, & omissis miraculis quæ ipse esset facturus, di
lectionis eos signo notat. Quid tandem? Quoni-
am uel hæc, maxime sanctorum hominum est in
dicium: etenim omnis uirtutis fundamentum est,
propter hanc in primis omnes salutem consequē-
mur: hoc est, inquit, esse discipulum: sic ab omni-
bus laudem consequemini, cum uiderint uos me
am imitantes dilectionem. Sed cur nō potius mi-
racula hoc ostendunt? Minime. Multi enim di-
cent: Domine, nónne in nomine tuo dæmonia e- Matth.7
iecimus? & iterum gaudētibus ipsis, quòd dæmo Luc.10
nia sibi parerent, inhibuit ut ideo gauderent, sed
quòd eorū nomina scripta essent in cœlis. Atqui
miracula orbem terrarum allexerunt, sed cum di-
lectio præcessisset, aliter nulla secuta essent mira-
cula. hoc enim quamprimum eos & bonos red-
dit, & benignos, quòd scilicet unus erat animus
omnibus: quòd si uaria fuissent sententia, omnia
perdidissent. neque illos duntaxat, sed & omnes
qui postmodum crediturī erant, admonet. Nam
& nunc nihil gentiles perturbat, quàm quòd nul
la est charitas, sed & signa non fieri accusant, non
tamen itidem. In quo autem dilectionem osten-
derunt apostoli? Intuere Petrum & Ioannē, quan Act.3
ta concordia uixerunt, cum ad templum ascende
rūt. Intuere Paulum, qualiter eius affectus fuerit,
quòd si alijs fulserunt uirtutibus, multo magis di-
lectione bonorum matre. Ab anima nanq; uirtu-
te prædita hęc germinat. Vbi malitia, illic hęc plā
ta exarescit. Cū enim multiplicata est malitia, ex-
ardescit dilectio. Et gentiles non ita signis addu-
cuntur, ut uita, quam nihil adeò ut dilectio com-
mendat. Qui enim miracula faciunt, nonnunquā
deceptores ab illis appellantur: uitæ puritas, non
nisi

nisi bonum arguit. Cum ergo nōdum prædicatio A
esset instituta, merito signa animos allexerūt, nūc
uitæ bonitate alliciendi sunt. Nihil enim adeo gē
tiles arguit, ut uirtus: nihil adeo perturbat, ut ma-
litia: quare cum cupidum, cum raptorem, miseri-
cordiam & liberalitatem prædicantem, & huma-
no genere tanquam bestijs utentem, inimicorum
amorem præcipientem uiderit gentilis, delirum
eum, & amētem appellabit. Cum mortem formi-
dantem uiderit, quomodo immortalitatis ratio-
nes accipiet? Cum ambitiosos, cum alijs affectib.
addictos, magis in sua cōfirmabitur opinione, ni-
hil de nobis magnum autumans. Nos sumus cau
sa, nos inquam, ut illi in errore permaneant, iam-
pridem doctrinam suam damnassent, & nostram
approbassent, nisi uita nostra retraherentur. Ver-
bis philosophari perfacile, hoc enim multi apud B
eos fecerunt: sed inquirūt operum probationem.
Verum maiores nostros sibi proponant, inquies.
Non credunt, sed uiuentes intuentur. Ostende, in
quiunt, nobis fidem tuam per opera. Cum autem
grauius fera, proximi bona dissipamus, luem nos
orbis appellant: hoc illos retinet, ne ad nos trans-
ferantur. Itaq; horum nos pœnas dabimus, nō so-
lum eorum quæ ipsi commisimus, sed quorum au
tores fuimus, ut dei nomē blasphemaretur. Quo-
usq; tandem pecunijs, uoluptatibusq;, & alijs in-
seruiemus affectibus? Vendicemus iam nos. Au
di prophetam de quibusdam stultis loquentem:
Esa.22 Comedamus & bibamus, cras moriemur: de præ
2.Cor.15 sentibus hoc dicendum non est, adeo nonnulli o- C
mnium res complectūtur, quibus rursus prophe-
Esa.5 ta his uerbis exprobrat: Nūquid soli habitatis ter
ram? Quamobrem uereor, ne quid grauius acci-
dat, néue iram dei in nos uehementius prouoce-
mus. Ad quam auertendam, omnē amplectamur
uirtutem, ut futura bona consequamur, gratia &
benignitate, &c.

EX CAPITE XIII ET XIIII
HOMILIA LXXII.

DICIT ei Simō Petrus, Domine quò
uadis? Respondit ei Iesus: Quò ego
uado non potes seq modo, sequeris
autem postea.] Magnū quiddam di
lectio est, dilectissimi, & igne ipso D
uehementius ipsum cœlum petit, cuius uim nihil
retardare potest: quare eius feruore accensus Pe-
trus, audito Iesu, Quò ego uado uos non potestis
uenire, inquit: Domine quò uadis? hoc autē dice
bat non discendi tantum, quàm sequendi eum de
siderio: nondum enim secuturum se dicere aude-
bat, sed quò iret rogauit. Christus autem non uer-
bis sed animo respodit. quòd enim id sensisset Pe
trus, ex responso Iesu planè constat: ait em, Quò
ego uado, non potes sequi modo. & cum subde-
ret, Sequeris postea: neq; sic desideriū cohibuit,
quamuis bene sibi sperandum audiret, sed cogi-
tur respondere, Quare nō possum te sequi mo
do? Animam meam pro te ponam.] Cum prodi-
tionis metum abiecisset, suum in magistrum amo

rem præ se ferēs, alijs tacentibus ipse audenter in
terrogat. Quid dicis Petre? dicenti: Non potes: te
posse dicis? Experientia cognosces nihil esse di-
lectionem tuam sine gratia diuina. Vnde cōstat,
hunc casum Iesum pro ipsius utilitate permisisse.
Nam cum assertioni suæ feruōre quodam nō sta-
ret Petrus, nō quidem impulit ad negandum, sed
desertum reliquit, ut suam ipse intelligeret imbe-
cillitatem. Dixit se tradēdum Iesus, respondit Pe- Matth.16
trus, Absit à te. Reprehēsus est, neq; admonetur:
sed iterum lauari sibi pedes prohibebat, Non la-
uabis mihi pedes in æternum. Iterum nunc audi-
ens non posse sequi, & negaturum magistrum su
um: & posse, & nō negaturum profitetur: ex quo
cum in amentiam prolaberetur, & Christo con-
tradiceret, sue admonetur fragilitatis. Hoc Lucas
significat, cum inquit Christus: Et ego pro te ro- Luc.22
gaui, ne deficeret fides tua. Hoc est, ne in fine pe-
reas: in omnibus humilitatem eum erudies, & hu
manam arguens naturam, quòd ex se nihil sit. Cū
enim immensa dilectione magistri dicto refraga-
retur, cohibet eum Iesus, & admonet, ut postmo-
dum emendetur, cum orbis terrarum dispensatio
nem reciperet, & sui recordatus, se agnosceret. Et
considera casus magnitudinem. Neque enim se-
mel tantum, atque iterum negauit, sed adeò stu-
puerat, ut breui negaret ter: ut intelligas, non tam
dilexisse, quàm dilectum esse. Veruntamen post
tantum casum rogauit, Diligis me plus his? Neq;
enim frigiditate, sed superni auxilij derelictu con
tigit. Petri ergo dilectionem accipit, ex ea cōtra-
dictionem proueniente tollit. Nam si diligis, pa-
rēre dilecto debes: dicit tibi, et condiscipulis tuis,
Non potestis: quid tu contendis? Non intelligis
quid sit dei negatio? cum hoc pacto non uis meæ
acquiescere assertioni, negando cognosces, quā-
uis per quàm impossibile hoc tibi uidebatur: hoc
quidem nesciebas, sed ille in anima tua habita-
bat, sed tamen præter expectationem accidit. A-
nimam meam pro te ponam. Cum enim audisset,
neminem maiorem habere charitatē, quàm qui
animam poneret, continuo summam affectauit.
At Christus re ipsa docuit sui solius esse muneris
eam exhibere: inquit enim, Non cantabit gal
lus, donec ter neges.] Hoc est, paulo post, neque
enim longè aberat: intempestam noctem signifi- Cap.XIIII
cabat, & secunda iam uigilia agebatur. Non
turbetur cor uestrum.] Credibile nāq; est eos hęc
audiēdo perturbatos. Si apostolorum princeps,
& tam feruidus, ante galli cātum ter me negabit,
magnā quandam calamitatis expectationem ani
mo concepisse, par erat, ut etiam adamantina cor
da moueri possent. Cū ergo hac reputatione non
immerito percellerentur, cōsidera quomodo eos
consolatur: Nō turbetur cor uestrum. Hoc pacto
primum diuinitatis suæ potentiam indicat, quòd
animi motus palam faceret. Creditis in deum,
& in me credite.] Hoc est, qd omnia mala transi-
bunt. Nam in me, & in patrē fides omnibus uos
persequentibus potentior est, & nihil uos supera
bit. inde inquit: In domo patris mei mansiones

Universidad de Deusto
Biblioteca

multæ sunt.] Quemadmodum Petri mœrorem consolatur dicens: Sequeris autem postea: ita & his spem suggerit, ne crederẽt illi soli factam promissionem. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus, dixissem uobis, quia uado parare uobis locum,] hoc est, ille uos locus manet, qui & Petrum. Magna illic mansionũ copia, nec dicendum est præparatione opus esse: cum enim dixisset: Non potestis modo me sequi: ne arbitrarẽtur diuturniorem moram futurã, addidit:

Vt ubi sum ego, & uos sitis.] Tantam huic rei curam adhibeo, ut iam hoc fecissem, nisi iã uobis paratum esset: ostendens multum ipsis fidẽdum, & credendum. Inde ne soluendæ eorum spei gratia dicere uideretur, sed ut crederent ita esse, addidit: Et quò ego uado scitis, & uitam scitis.] Demonstrat enim eis non temerè in hũc sermonem uenisse, sed quia eos hoc iã animo quærere, ut discerent intelligebat. Petrus enim non discendi, sed sequendi gratia ita interrogarat: sed cum reprehẽsus esset, etiam quod primum impossibile uidebatur, possibile ostendit: & quod possibile uidebatur, cupiditatem auxit, ut id certo cognosceret, ideo ait: Et uiam scitis. Quemadmodum eum nemine quicquam locuto, negaturũ Petrum, et scrutatus corda, ne perturbarentur admonuit: ita hoc in loco dicendo: Viam scitis, eorum indicat cordis desiderium, & dat eis rogandi occasionẽ. Petrus quidem amoris gratia quò iret interrogauit, Thomas autem metu inquit: Nescimus quò uadis: & quomodo possimus uiam scire?] Et cõsidera quam reuerenter, non dixit, Dic nobis locum: sed nescimus quò uadis. Hoc enim iam omnes scire gestiebant. Nã si Iudæi id audiẽtes suspẽsi erant, & quidem cum abire eum cuperent: multo magis qui eo satiari nunquam poterant, quò iret intelligere uolebant: uerebantur tamen interrogare, sed nimium uicit desiderium. Quid Christus? Ego sum uia, ueritas, & uita. Nemo uenit ad patrem, nisi per me.] Quid ergo interrogatus à Petro quò iret, non continuo respõdit se ad patrem ire, & eos tunc non posse, sed tot uerborũ ambitu usus est, & interrogationes mouit, & responsiones? Iudæis fortasse merito non dixisset, cur discipulis? Dixit quidem & his & illis à deo uenire, & ad deum ire, sed iterum manifestius ꝙ prius. At Iudæis quidem merito nõ dixit. quibus si dixisset: Vos non potestis uenire ad patrem, superbiæ eum arguissent: nunc id subticens, dubios reddit. At discipulis, & Petro cur dixit? Norat Petri animum, & quantum perturbaretur, quòd discederet. Affectus ergo quod uolebat, & obscuritate sermonis iterum id reuelat. Cum enim dixisset: Vbi sum, nemo potest uenire: addidit, In domo patris mei mansiones multæ sunt: sed ad patrem nemo potest uenire, nisi per me. Hoc autem noluit eis à principio dicere, ne in maiorem tristitiam adduceret. Dixit autem postquam consolatus est, ob Petri reprehensionem multum mœroris abstulit. Concepto enim metu, ne itidem ipsi reprehenderentur, magis cauebant. Ego sum uia: hoc est, quia per me uenietis. Veritas, quia sine dubio hæc erunt, neque in me mendacium est. Vita, quia neque ipsa mors prohibere poterit, ne ad me ueniatis. Quòd si ego sum uia, duce minimè indigetis: si ueritas, nõ loquor falsa: si uita, etiamsi moriamini, consequemini quæ uobis pollicitus sum. Quod de uia dicebat, & intelligebant & confitebantur, reliqua ignorabant: non tamen audebant scisciţari. Multum autem consolabãtur, quòd uiam eum esse audierant. Si enim, inquit, in mea potestate est, ut uos ad patrem ducam, omnino uenietis. Neq; enim alia ueniendi uia est. Et cum dixisset: Nemo potest uenire ad me, nisi pater traxerit eum: iterum inquit, Si ego exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum: & nemo potest uenire ad patrem, nisi per me, semper se patri æquiparans. Quomodo ergo cum dixerit: Quò uado scitis: subdidit, Si cognouissetis me, & patrem meum utiq; cognouissetis: & amodo cognoscetis eum, & uidistis eum.] Non quòd sibi contradicat, cognoscebant enim eum, non tamen ut oportebat: cognoscebant deum, sed nondum patrem, post spiritus ueniens, omnium in eos cognitionem infudit, ergo dicit: Si meam noscetis substantiam & dignitatem, noscetis & patris: & amodo cognoscetis eum, & uidistis eum. Alterum futurum, alterum præsentis, hoc est, per me. Visionem autem dicit mentis cognitionem. Quos enim uidemus, & uidere & ignorare possumus: quos cognoscimus, ignorare nõ possumus: propterea inquit, Et uidistis eum: quemadmodum ait: Visus est ab angelis. Atqui ipsa substãtia uideri nequit: sed uisam dixit, secundum eorum possibilitatem ostẽdens, quòd qui ipsum uidit, patrem uidit. Vidit autem ipsum non in nuda substantia, sed carne uestitum. Alibi quoq; uisionem cognitionem appellat: ut cum dicit, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt: mundi nõ tantum à fornicatione, sed ab omnibus peccatis. Omne nanq; peccatum animam maculat. Admitamur ergo, ut omnibus sordibus animam mundemus. Mundat autem primum lauacrum, inde aliæ multæ & uariæ uiæ, quas benignissimus deus nobis largitus est, quarum prima est eleemosyna. Eleemosynis enim & fide purgantur peccata: eleemosynis inquam, non exiniuste quæsitis: hęc enim non eleemosyna, sed crudelitas est, & inhumanitas. Quæ enim utilitas si alium spolies, ut alium induas? A misericordia incipiendum est, non ab immanitate: nam si aliena damus, nullum nobis emolumentum. Hoc Zachæus ostendit, qui ut deum placaret, inquit. Si quid defraudaui, reddo quadruplũ. Nos autem multa rapiendo, pauca dando, putamus deum placare, cũ magis irritemus. Dic, quæso, si asinum mortuum & fœtidũ ex triuijs in sacrificiũ offerres, nónne te lapidarent, ut impiũ & scelestũ persequerẽtur? Quid ergo si reprehendã oblationẽ ex rapina, quæ etiã execrabilior est? Quã uenia merebiť? Esto, aliqua pecunia ex rapina condat, nónne mortuo asino grauius olet? Vis intelligere quãtus sit peccati fœtor? audi prophetã: Putruerunt

Matth. 5

Luc. 19

Psal. 37 truerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ. Tu aũt uerbis deum latere censes quæ committis, ipse autem rapinas tuas, & fraudes perpetuo reminiscitur. Imponitur peccatum tuum super altare. Nec hoc solum reprehẽsione dignum, sed illud etiam grauius, quod sanctorum animas coinquinas. Siquidem hoc lapis est, & sanctificatur, illę semper ipsum Christum ferunt, & audes illue tanta scelere comparata offerre? Minime, inquis. Neq; enim eas offero pecunias, sed alia. Ridiculum hoc, nescis quod licet in multa pecunia uel gutta iniquitatis inciderit, tota coinquinatur? Et quemadmodum si quis in limpidum fontem stercus inijciat, totum immundum reddit: ita si diuitias auaritia attigerit, omnes fœtore suo corrumpit. Præterea ingressuri templum manus lauamus, nõ autẽ corda. Nunquid enim manus loquuntur? Anima, profert uerba, in animã deus inspicit. Nihil opus est munditia corporis anima coinquinata. Quæ utilitas si manus exteriores lauas, & interiores fordescunt? Hoc graue est, hoc omnia perdit, quòd parua reuereri, magna contemnimus. Illotis enim manib. precari, nihil refert: illota conscientia, hoc maximum malorum. Ideo Iudæis huiusmodi mũditijs uacantibus inquit, Ablue à malo cor tuum: quousque erunt sibi rationes laborum tuorum?

Psal. 36 Lauemus et nos, non cœno, sed aqua mũdissima: eleemosyna, nõ auaritia. Primum à rapina te uendica, & tunc profer eleemosynam. Declinemus à malo, & faciamus bonum. Contine manus à cupiditate, & sic eleemosynæ assuefacias. Quòd si pauperes spoliamus, etiam si non ijsdem alios induimus, non tamen effugimus quin supplicij simus obnoxij. Materia nanq; placationis materia peccati efficit. Satius enim est nõ misereri, quàm ita misereri. Nam etiam Cain melius fuisset, si nihil omnino obtulisset, quàm deteriora offerendo deum prouocare. Qui uero aliena offert, quo pacto deum non prouocat? Ego tibi dixi, inquit, no

Gen. 4

Psal. 49 lirapere, & tu ex rapina me honoras. Quid putas? an quòd his gaudeat? igitur dicet tibi: Putasti quòd essem similis tibi, arguam te, & ponam ante faciem tuam peccata tua. Sed absit, ut quispiã hãc uocem audiat, sed pura eleemosyna, & claris lampadibus sponso obuiam ueniamus, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria in secula, Amen.

EX CAP. XIIII. HOMILIA LXXIII

DICIT ei Philippus, Domine, ostende nobis patrẽ, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus, Tanto tempore uobiscũ sum, et nõ cognouisti me? Philippe, qui uidet me, uidet & patrem.] Pro

Hier. 3 pheta aiebat Iudæis, Aspectus meretricis factus tibi, cui nullus pudor est: quod, ut mihi uidetur, non illi tantum ciuitati dici merito potest, sed omnibus aduersus ueritatem impudentibus. Dicente enim Philippo: Ostende nobis patrem: respondit: Tanto tempore uobiscum sum, & nõ cognouisti me? & tamen nõnulli sunt, qui post hæc uer-

ba abscindunt à patre filium. Atqui quam maiorem inquiris propinquitatem? Quidam enim ex hoc uerbo in Sabellij hæresim decidunt: uerum nos & his & illis omissis, tanquam è regione contrarijs dictorum ueritatem perscrutemur. Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouisti me? Quid enim, Tu ne pater es, quem inquiro? Minime, inquit: propterea non dixit. Non cognouisti eum: sed nihil aliud demonstrans, quàm quòd nihil aliud est filius, quàm quod est pater manẽs in esse filius. Vnde autem ad hoc uenit Philippus?

Dixit, Si cognouissetis me, et patrem meum utique cognouissetis.] & ad Iudæos huiusmodi sę penumero usus est uerbis. Et aliquando Petrus et Iudæi, quis esset pater interrogarunt, atque etiam Thomas, et nullus manifestè intellexit, sed adhuc quid diceret, ignorabant. Et ne cibi gratia Philippus, & post Iudæos magistrum tentare interrogãdo putaretur: huic particulæ, Ostende nobis patrẽ: addit, Et sufficit nobis: nihil aliud quærimus. Nam dixerat Christus: Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis: & ita per se patrem ostendebat. Philippus autem in contrarium ordinem uertit inquiens: Ostende nobis patrem, tanquam Christum certo cognosceret: uerũ non dimisit eum Christus, sed ad uiã dirigit, per se patrem cognosci persuadens. Ipse autem carneis his uidere oculis eum uolebat, prophetarum forsitã recordatus, quòd deum uiderint: sed permissio fuit illa ò Philippe, inquit ergo, Deum nemo uidit unquam. Et iterum: Omnis qui audit à deo, & discit, uenit ad me. Neque uocem eius audistis, neq; faciem eius uidistis. Et in ueteri testamento: Nemo uidebit faciem meã, & uiuet. Quid Christus? uehementius arguit, Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouisti me?] & non dixit, uidistis: sed, cognouisti. Nunquid te nosse uolo, inquit? Patrem nunc uidere quæro: tu autem mihi dicis, non cognouisti me? Quam nam hoc habet consequentiam? Magnam quidem. Cũ enim hoc sit quod est pater manens filius, merito in se patrẽ ostendit. Inde personas diuidens inquit: Philippe, qui uidet me, uidet & patrem.] ne quis diceret, quòd pater sit ipse filius: nam si ipse esset pater, non sanè dixisset: Qui uidet me, uidet patrem. Sed cur non eum admonuit, quòd impossibilia, & supra hominem, & sibi soli possibilia postularet? Cum enim Philippus dixisset, sibi satis esse uidere patrem, neq; ipsum Philippum uidisse Christus ostendit. Certè enim si illum uidisset, etiam ipsum uidere potuisset, ideo inquit: Philippe, qui uidet me, uidet & patrem. Si quis me uidet & illũ uidebit: hoc est, neque ego, neq; ille uideri possumus. Philippus enim uisus cognitionem quærebat, & cum Christum se uidisse arbitraretur, uolebat eodem modo & patrem uidere: unde neque se uideri ostendit. Quòd si quis dicat uisum hoc in loco cognitionem intelligi, id ego non nego. Philippe, qui me nouit, inquit, nouit & patrem. Attamen non propter hoc dixit, sed ut eandẽ substantiam demonstraret. Qui meam substantiam

Exod. 33

Universidad de Deusto
Biblioteca

uidet,uidet & patris. Et quare hoc? An ne q̃ creaturam uidet,uidet & deum? Atqui omnes creaturam norant,et uidebant,deum non omnes norãt. Præterea uideamus quid Philippus quærat. Num sapientiam patris:num benignitatem? Minimè, sed quid esset deus,ipsam, uidelicet, substantiam. Ad hoc ergo respondet Christus: Philippe, qui uidet me. Qui autem creaturam uidet,nõ tamen uidet dei substantiam. Philippe, qui uidet me,inqt, & patrem meum uidet. Quòd si alterius esset substantiæ, minimè hoc dixisset. Vt autem pinguiori utamur sermone: Nemo qui aurum ignorat,in argento auri substantiam uidere potest. Non enim alia per aliam apparet natura: ideo bene reprehẽdit inquiens: Tanto tempore uobiscũ sum, tãtam accepisti doctrinã, magna signa & ppria diuinitatis, & quæ pater solus operatur, uidisti, soluta pectora, arcana in medium prolata, mortem fugatã, operationem ex terra factam, & non cognouisti me? Vidisti patrem, noli amplius quærere ut uideas: in illo em̃ me uidisti. Si nouisti me, noli amplius quærere, siquidem in me illum nouisti. Nõ credis, quia ego in patre?] hoc est, in illius substãtia appareo. Verba quæ ego loquor uobis, à me ipso non loquor.] Vides ppinquitatis excessum, & unius substantiæ exẽplum? Pater in me manens ipse facit opera.] Quomodo à uerbis incipiens transit ad opera? Dici enim poterat: Ipse loquitur: sed duo hic ponit, doctrinam & signa, uel quòd etiam uerba erant opera. Quomodo ergo facit? Etenim alibi inquit, Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere. Quõ ergo hoc in loco patrem facere attestatur? Vt planè ostẽdat, inter patrem & filium nullam esse differẽtiam: hoc est, non aliter pater, & aliter ego facio. Nam alibi & se & patrem operari inquit: Pater meus usque modo operatus est, & ego operor. Illic nullam operum diuisionem, hic idem ostẽdit. Quòd si pinguior uerborum significãtia humilitatem arguit, noli admirari. Prius enim cum dixisset, nõ credis, ita prosecutus est, ut ipsum in fidem traheret: corda nãq; eorum ingrediebatur. Creditis, quia ego in patre, & pater in me est: Oportuit enim cũ patrem & filium audistis nihil aliud in cognitionis substantiæ testimonium quærere. Quòd si uobis hoc non satis est ad æqualitatem, & eandem substantiam ostendendam, saltem ex operibus intelligite. Et qui uidet me, uidet & patrẽ meum. Si de operibus dictum est, non sanè posteriùs dixisset: sin minus, propter opera mihi credite. Inde se nõ ea tantũ posse, sed & longè maiora per excessum ostendit. Non enim maiora his posse se, sed quod mirabilius est, se alijs dare posse maiorum potestatem profitetur. Amen amen dico uobis, q̃ credit in me, opera quę ipse facio, et ipse faciet: & maiora horum faciet, quia ego uado ad patrẽ.] hoc est, uestrũ iam est miracula operari, ego abeo. Inde cum sermonem perfecisset, ut ratio exigebat, inquit: Quodcunq; petieritis patrem meum in nomine meo, hoc faciam, ut in me glorificetur pater.] Vides iterum quomodo hoc facit? Ego, inquit, faciam: & non dixit, ut glorificem patrẽ: sed, ut glorificet in me pater. Atqui alibi dicebat: Deus glorificabit eum in seipso: hic uero, ipse glorificabit patrem. Cum enim filius magna posse apparet, in eo pater glorificatur. Sed quid signat, in nomine meo? Quod apostoli dicebant: In nomine Iesu Christi surge, & ambula. Quæcunq; enim ipsi operabantur, eorum autor erat Christus, & manus domini erat cum illis: Ego faciam, inquit. Ecce eius autoritatem: quæ per alios fiunt, ipse facit. Quæ per se facit, num ne ipse non potest, sed à patre operatur? Et quis nam hæc diceret? & qua gratia secundum hoc ponit? Vt sermonem suum cõfirmet, ostendatq; ad priora illa nostri gratia descendisse. Illa enim particula, Ad patrẽ uado: hoc est, non pereo, sed in propria permanebo dignitate in cœlis, quæ omnia ad eos consolando dicebat. Cum enim credibile esset eos nondum resurrectione intellecta, quadam affici tristitia, alijs ipsos eiusmodi uirtutes collaturos pollicetur, undiq; eos consolans, & quòd non modo perpetuo mansurus sit, sed etiam maiora ostensurus. Eum igitur sequamur, tollamus eius crucẽ: quòd si non persecutionis, aliud tamen mortis tẽpus est. Mortificate, inquit, membra uestra, quæ sunt super terram. Extinguamus cupiditatem, iram, inuidiam: hoc est uiuum sacrificium, quod non in cinerem consumitur, neque in fumum euanescit, neq; lignis eget, non igne, non gladio, quæ duo spiritus sanctus habet. Gladio enim superflua & aliena cordis abscindit, aperit obturatum auditũ. Morbi enim & malæ cupiditates solent salutaribus sermonibus aditum obstruere. Siquidem auiditas pecuniarum non sinit de eleemosyna præcepta audire, & si prævaluerit inuidia, charitatis doctrinam expellit: & alius quilibet morbus animã occupans, ad omnia pigriorem reddit. Tollamus ergo malas cupiditates, ad quod uoluntas satis est, ut omnes extinguantur: neq; consideremus uiolentam esse pecuniarum cupiditatem, sed uiolentam desidiam nostram. Multi quid sit argentum, nescire se dicunt: non enim naturalis est eius cupiditas. Naturales enim affectus à principio & ortu ipso nobis infunduntur. Aurum autem & argentum etiam diutius ignotum fuit. Vnde ergo aucta est huiusmodi cupiditas? Ab inani gloria, à summa desidia. Cupiditatum enim aliæ necessariæ sunt, aliæ naturales, aliæ neutrum. Vt exempli gratia: Quæcunq; perfecto animali non deficiunt, ipsæ naturales sunt, & necessariæ: ut edendi, bibendi, dormiendi. Corporum amor naturalis est, non necessarius: multi nanq; eum uincunt, neq; tamẽ pereunt. Pecuniarum autem auiditas, neq; naturalis est, neq; necessaria, sed superuacanea, modo uoluerimus, neq; à principio eam cõplectamur. Certè Christus de uirginitate disputans, inquit: Qui potest capere, capiat: de pecunijs autem aliter: Nisi quis renunciauerit omnibus rebus suis, non est me dignus. Rem enim facilem admonebat, quòd autẽ multos exuperat, uoluntatis culpa est. Quid ergo omnem nobis de ea excu-

Coloss.3

Matth.19
Luc.14

ea excusationem auferimus? Nam qui à uehementiore affectu uincitur, nõ multum puniendus est: sed qui ab imbecillo hoste superatur, minimè potest excusari. Quid respondebimus dicenti: Esurientem me uidistis, & non dedistis mihi cibum? Quomodo nos purgabimus? Adducemus paupertatem? sed non sumus uidua illa pauperiores, quæ duos obolos offerens, omnes superauit. Neque enim quid offeras, Deus aspicit, sed dantis uoluntatem: hoc enim sibi curæ est. Eius ergo benignitate perspecta, quæ possumus offeramus, ut & in præsenti uita, & in futura diuinam gratiam consecuti, permissis bonis perfruamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, &c.

Matth.25
Mar.12

EX CAP. XIIII. HOMILIA LXXIIII.

SI diligitis me mandata mea seruate: & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum: spiritum ueritatis quem mundus nõ potest accipere, quia non uidet eum, nec scit eum.] Semper nobis aliquid agendum est, semper operibus inuigilandum, neq; uerbis tantum. Dicere enim & promittere, omnino facile est: operari autem, non itidem. Quorsum hæc? Quoniam nunc multi sunt, qui se deum timere, & diligere profitentur, re autem contra omnino faciunt. Deus autem per opera diligi quærit, ideo ad discipulos dicebat: Si diligitis me, mãdata mea seruate. Cum enim dixisset, Quodcunq; petieritis, ego faciam: ne simplicem petitionem ualere arbitrarentur, addidit: Si diligitis me, tunc faciam. Et cum credibile esset, eos etiam audiendo quòd iret ad patrem, perturbari, inquit: quòd nunc perturbemini, non est amoris indicium, sed quod uerbis meis fidem adhibeatis. Dedi uobis mandatum, ut diligeretis inuicem, & ita alter alteri faceretis, sicut ego feci uobis. Hæc est dilectio, credere & parere dilecto. Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis.] Iterum ad audientium imbecillitatẽ descendit. Cum enim par esset nondum ipsum intelligentes, uehementer illam inquirere substantiam, uerbi secundum carnem aduentum, & nullam abeuntis capere cõsolationem, inquit: Rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis: hoc est, qualis ego sum. Pudeat Sabellianos, & qui de spiritu non rectè sentiunt: etenim hoc mirum est, quod diuersas è regione hæreses uno ictu deijcit. Dicendo enim, Alium, personæ differentiam: dicendo: Paracletum, substantiæ cognationem demonstrat. Sed cur, inquit, rogabo patrem? Quoniam si dixisset mittam, non ita fidem adhibuissent: nunc autem id ei curæ est, ut credant: postmodum ipse se eum mittere ait: Accipite spiritum sanctum: hic patrem rogare, ut credibilem suam faciat orationem. Nam & Ioannes de eo inquit, quòd de plenitudine eius nos omnes accepimus. Quod autem habet, quomodo ab alio accipit? & iterum, Ipse uos baptizabit in spiritu sancto, & igni. Quid autem amplius haberet quàm Apostoli, si ad mittendum spiritum esset patrem rogaturus, quod illos nonnunquam etiam sine precibus fecisse apparet? Quomodo autem si precum gratia à patre mittitur, ipse à seipso infunditur? Quomodo ab alio mittitur, qui ubiq; adest, & diuidens propria unicuique sicut uult, & sua ipsius autoritate dicit: Segregate mihi Saulum & Barnabam? Atqui deo ministrabant ministri, tamen imperiosè in proprium eos opus uocauit, non quòd ad aliud opus aduocaret, sed ut suam ostenderet potestatem. Quid ergo sibi uult, rogabo patrem? aduentus tempus significat. Quando enim eos per sacrificium mundauit, tunc inspiratus est spiritus sanctus. Et quid tandem cum ipsis non uenit? quia nondum oblatum erat sacrificium: cum autem iam peccatum deletum esset, & ipsi ad pericula mitterentur, & certaminibus se accingerent, hortatorem mitti oportuit. Sed cur non statim post resurrectionem spiritus uenit? Vt expectationis desiderio maiori gratia eum acciperent. Quousque enim cum ipsis Christus uersatus est, non afflictabantur: eo abeunte, tanquam deserti formidantes, maiorem in modum eum accipere auebant. Vt uobiscum maneat.] hoc signat, quòd neq; post mortem abijt. Et ne audiendo paracletum, aliam opinarentur incarnationẽ, & oculis eum cernere expectarent, inquit: Quẽ mundus non potest capere, quia non uidet eum.] Non enim ita uobiscum erit, ut ego, sed in uestris animis habitabit: inquit enim, Et in uobis erit.] Spiritum autem ueritatis appellat, per hoc ueteris testamẽti figuras significans. Vt uobiscum sit, quod & ipse inquit, Quia ego uobiscum sum. Præterea & aliud quiddam signat, non passurum quæ ipse, neq; discessurum. Quem mundus non potest accipere, quia non uidet eum. Quid enim, dic mihi, est ne aliâs uisibilis? Minimè: sed hic cognitionem dicit, addidit ergo. Neq; cognoscit eum. Solet enim certam cognitionem uisionẽ appellare. Cum enim sensuum certissimus sit uisus, per hunc semper ueram adducit cognitionem. Mundũ autem hoc in loco malos appellat: & ut hoc discipulos consoletur, dando eis donum præcipuum, uide quantopere uerbis ipsum extollat. Dixit alium esse quàm ipse, dixit non dimissurum eos, dixit ad eos tantum uenire. Quemadmodum ergo ego in uobis sum, inquit, & ipse erit: non tamen mœrorem ipsorum abstulit. Ipsum enim adhuc ac eius consuetudinem quærebant: quod respiciens, inquit: Neq; ego relinquam uos orphanos, ueniã ad uos, nolite timere, inquit.] Nõ propterea dixi alium paracletum me missurum, & apud uos mansurum, tanquam in finem ad uos non rediturus, & uos non uisurus. Nam ipse ueniam ad uos. Nõ relinquam uos orphanos. Cũ superius filiolos appellasset, ideo orphanos non relicturum se pollicetur. A principio dixerat uenturos quò iret, & in domo patris mansiones multas esse: hic autem cũ illud diu post esset futurum, dat spiritum: sed cum quid diceret, non intelligerent, neq; ideo multum

Universidad de Deusto
Biblioteca

consolarentur, non relicturũ se eos orphanos dicit: quod illi magis quærebant. Sed cum id uerbum, Venio, præsentiam significaret, ne iterum eam requirerent, uide quomodo non quidem manifestè, sed tamen significauit. Cum enim dixerit, adhuc modicum, & mundus me iam non uidet: subsequitur, Vos autem uidebitis me: quasi dicat, ueniam quidẽ ad uos, non tamen ut prius. Quotidie ego uobiscũ semper ero, & ne dicerent, quo modo ergo ludæis dixisti, Iam non uidebitis me? hanc soluit obiectionem, quòd cum ipsis tantum futurus sit. Nam & spiritus talis est, Quia ego uiuo, & uos uiuetis.] Crux uos à me usque ad finem non diuidet, sed ad breue me abscondet. Vitam autem mihi dictam uidetur, non præsentem solam, sed & futurã. In illa die cognoscetis, quia ego sum in patre meo. & uos in me, & ego in uobis.] In patre enim substantia, in ipsis concordia & auxilio est. Et quam nam rationem habet, dic quæso? Magna sanè, & incomparabilis differentia Christi & discipulorum. Quòd si ita uerba iacent, noli admirari: solet enim nonnunquã ijsdem uerbis & in deo, & hominibus, nõ eodem modo
Psal.81 uti. Nam & dij dicemini, inquit, & filij dei. Quod uerbum non eandem in nobis, quam in deo uim habet. Et imago filius & gloria dicitur, atq; etiam
1.Cor.3 nos, sed longe aliter. & iterũ: Vos Christi, & Christus dei: non similiter autem dei Christus, & nos dei. Quid autem hoc signat? Cum resurgam, inquit, tum me nõ alienum à patre, sed eiusdem potestatis esse cognoscetis, & me semper uobiscum esse, rebus ipsis meum in uos auxilium clamanti C bus, inimicis repressis, uobis audenter loquentibus, molestijs propulsatis, prædicatione indies florente, omnibus piæ doctrinę & ueræ religioni parentibus. Sicut misit me pater, & ego misi uos. Vides quòd hoc in loco idem uerbũ non eandem uim habet? nam si hoc ita acciperemus, nihil inter apostolos & Christũ interesset. Sed quid, inquit, tunc cognoscetis? quia resurrexisse, & secum uersari uiderunt, tunc certò crediderunt. Magna em erat spiritus uis, omnia eos erudiẽs. Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me.] Non enim habere satis est, nisi diligenter seruentur. Sed quare idem sæpe repetit? Nam superius: Si diligitis, inquit, me, mandata mea seruate: & nunc, Qui habet mandata mea, & seruat ea: &, Si D quis sermonem meũ audiet, & seruabit eum, ille est qui diligit me: qui non audit sermones meos, non diligit me. Puto ex hoc eorũ mœrorem signi ficari: nam cum multa de morte disputasset inquiens: Qui odit animam suam in hoc mundo, in uiMatth.10 tam æternam custodit eam. &, Nisi quis acceperit crucem suam, & sequit me, non est me dignus: & alia plura dicturus esset: exprobrans eis inquit, Putatis ex amore tristes esse? contrà res se habet. Quòd autem hoc semper intendat, id in sequentibus repetit. Si diligeretis me, inquit, gauderetis utiq;, quia ad patrem uado, Nũc aũt metu perturbamini. Quòd enim ita mortis formidine afficiamini, nõ est mandatũ meum: oporteret enim uos A crucifigi, si uerè me diligeretis: ego enim uos admoneo ne timeatis qui corpus interficiunt. Tales pater diligit, talibus meipsum manifestabo. Tũ ludas: Quid factum est, inquit, quia manifestaturus es nobis teipsum?] Ecce quanta formidine te nebantur: cõmotus enim & perturbatus erat eorum animus, & ut mortuos in somnijs, ita eum uisuros se arbitrabantur. Ad quã suspicionẽ tollendam, audi quid respondeat: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus & mansionẽ apud eum faciemus.] tantum non dicens: Sicut pater manifestat seipsum, ita & ego: neq; hoc tantum, sed dicendo, Mansionem apud eum faciemus: aufert suspicionem, non in somnijs se manifestaturum. Tu autem contemplare perturbatum discipulum
B neque apertè sententiam suam dicere audentem. Non enim dixit, uæ nobis quòd moreris, & mortuus nobis apparituru es: sed, quid factum est, quòd manifestaturus es nobis teipsum, & non mũdo? Dicit ergo se eos charos habere, quia mandatum ipsius seruant: ut enim uisum postmodum phantasma non existimarent, ideo hæc prædicit: & ne ita, ut dixi, sibi apparituru putarent, affert etiam causam, quòd ob mandatorum obseruationem spiritus ad eos uenturus sit. Quòd si tam diu turna consuetudine ipsius substantiam ferre, immo ne intelligere quidem possunt: quid nam futurum esset, si à principio ita eis apparuisset? Ideo cum his comedit, ne phantasma putaretur. Nam si super aquis ambulantem uidentes id opinati Matth.14
C sunt, cum eum non multum distantem uiderant: qui credi poterat, si repentè resurgentem uidissent, quem captum uiderant, & ligatum? Ideo frequenter eis se apparituru, & quare, & quomodo prædicit, ne phantasma existimaretur.

Qui non diligit me, sermones meos non seruat: & sermonem quem audistis non est meus, sed qui misit me patris.] Itaq; non me solum non diligit, sed ne patrem quidem, qui hæc uerba non audit. Nam si amoris indicium est, mea audire mandata quæ patris sunt: qui audit, non filiũ solum, sed & patrẽ diligit. Et quomodo sermo hic tuus est, & non tuus? hoc est, q̃ nihil nisi à patre loquor, neq; aliquid quàm quod illi placitum est. Hæc locutus sum uobis aqud uos manens.] Cum hæc ob
D scuriora essent, & partim nõ intelligerent, partim & plura dubitarent, ne iterum perturbarentur, & quæ mandata diceret scisciterentur, hanc amouit solicitudinem inquiens: Paracletus autem quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit.] Fortasse quæ dixi, non intelligitis, sed illi manifestus magister erit. Illa autem particula, Apud uos manebit, signat quod ipse abeat: quare ne tristentur, ait, quousque ipse apud eos maneat, & spiritus non ueniat, nihil magnum, nihil altum poterunt intelligere. Quod dicit, ut ad ipsius abitum magno animo ferendum eos disponat, tanquam magnorum bonorum causam futurum. Frequenter autẽ paracleti miminit, propter eam qua afficiebantur tristitiam: & cum his uerbis perturbarentur

barent intelligentes molestias, bella, magistri discessum: uide quomodo iterum eos consolatur inquiens: Pacem relinquo uobis.] Tantum non dicens: Quid mũdi perturbationibus mouemini, cum pacem mecum habeatis? Neq; enim huiusmodi est pax mundi, quæ in malo fit æquenumero, & nihil ipsam habentibus confert. Ego do pacem, ut inuicem eam habeatis, & uos fortiores efficiat. Sed cum iterum dixisset: Relinquo, quod uerbum discedentis est, & par esset eos perturbari, ideo rursus dixit: Non turbetur cor uestrum, neq; formidet.] Ecce quòd partim amore, partim metu mouebantur. Audistis quia ego dixi uobis, uado & uenio ad uos. Si diligeretis me, gauderetis utiq;, quia uado ad patrem: quia pater maior me est.] Et quod nam gaudium hoc eis allatu B rum erat? quam cõsolationem? Quid hoc signat? Nondum resurrectionem intelligebant, neq; debitam de eo habebant sententiã. Et quomodo poterant, cum nondum resurrexisse uidissent? Patrem aũt magnum esse existimabant. Dicit ergo: Si mihi timetis, quòd me defendere nequeã: neq; confiditis, quòd post mortem iterũ uos uideam: tamen audiendo, quòd ad patrem uado, lætandum uobis est, quòd ad maiorem uado, & qui omnia potest molesta dissoluere. Vos audistis, quia ego dixi uobis.] Quare hoc posuit? quasi dicat: Vt intelligatis quãtum uerbis meis tribuam, cum prædicere non sim ueritus. Hæc ergo & quæ futura sunt, dixi uobis, priusquam fiant, ut C cum facta fuerint, credatis quia ego sum.] quasi dicat: Non scietis, nisi ego dicerem: neq; dicerem, nisi mihi confiderem. Vides sermonem imbecilli tati accõmodatum? Etenim cum diceret: An putas, quia non possum rogare patrem, & exhibeMatth.26 bit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum? ad auditorum opinionem locutus est. Neq; enim illud diceret quispiam, uel stultissimus crederet, quòd sibi ipse auxilio esse non potuerit, sed angelorum eguerit. Veruntamen cum tanq; hominem arbitrarentur, ideo dixit duodecim legiones angelorum. Atqui simpliciter ludæos interrogans, reiecit retrorsum. Quòd si quis maiorem filio patrem, inquantum principium, diceret, neq; hoc contradiceremus: non tamen hoc alterius facit filium esse substantiæ. Quod autem di- D cit, hoc est: quoad hic sum, par est ut uos periclitari arbitremini: si autem illuc abiero, cõfidite, quia securi sumus: illũ enim nemo uincere potest: quæ omnia ad discipulorũ imbecillitatem dicta sunt. ipse enim cõfido, neq; curo mortem, ideo inquit: Hæc dixi uobis priusquam fierent. Cum enim nondum hunc sermonem capere possitis, à patre, quem magnum appellatis, uos consolor, inde etiam tristia admiscet. Iam non multa loquor uobiscum.] Quare? Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.] Principem mundi diabolum, & malos homines appellat. Non enim cœlo & terræ imperat, cum omnia strauisset: imperat autem his, qui se ei in seruitutem tradunt, ideo & principem tenebrarũ seculi, A & tenebras opera appellat. Quid ergo diabolus te perdit? Minimè, nihil enim in me habet. Cur ergo te ludæi interficiunt? Quoniam uolo, & ut cognoscat mundus quia diligo patrem. Non enim quòd sim reus mortis, atque ei obnoxius, sed ob meam in patrem dilectionem hoc patior. hoc ait, ut iterum eorũ animos excitet, & intelligant non inuitum, sed ultro mortem subire, & diabolum contemnere. neq; contentus fuit dicere: Modicũ uobiscum, sed idipsum quod molestum erat, frequenter repetit, nec iniuria. quouisq; enim tristitiam eorum molliat, & facilliorem toleratu reddat, lætiora annecit, idcirco ait: Vado & uenio, & ubi ego sum, & uos sitis: & nõ potestis me sequi modo, sequemini autem postea: &, ad patrẽ uado, & B pater maior me est: &, priusquã fierent dixi uobis. Et nõ necessario hoc patior, sed propter patris dilectionem, ut cognoscant, q̃ nihil mali feci, nisi q̃ ualde eũ diligo: & qui diligitur, ita uult. ideo læta hæc tristioribus frequenter admiscet, eorũ mentẽ aperiens. Nam quòd dixit: Apud uos manebit: ostendit q̃ utilem suũ fore discessum, eis consolandi gratia dixit, propterea multa de spiritu locutus est, Et in uobis erit, & mundus non potest accipere, & ille docebit omnia, & spiritũ ueritatis, & spiritum sanctũ, & paracletũ, & suggeret uobis omnia, ne ægre ferrent, ac si parum possent proficere. Dicit aũt, Suggeret: ostendens se eos spirituales effecturũ, ut uiu ueniisse non ignoramus. Qui eñ prius tremebant & formidabant, post spiritus acC ceptionẽ in media pericula prosilierũt, per ferrũ, ignem, bestias, pelagus, & ad omnẽ calamitatem se intrepidi exposuerunt: & illiterati & idiotæ audenter disputabant, ut auditores in admirationẽ adducerent, & stupore: ex luteis ferreos, & in cœlum erigens, nulli humano affectui subiectos reddidit spiritus. Talis illa gratia, quę mœrorẽ soluit, malas cupiditates consumit, formidinẽ pellit, nec sinit amplius hominẽ esse quem affert. Sed tanq; in ipsum cœlum translatus, omnia quæ illic sunt, contemplat. Quamobrem nemo aliquid suũ propriũ dicebat. In orationibus, lætitia, simplicitate perseuerabant: hoc maxime opus est spiritus sancti. Fructus enim spiritus, lætitia, pax, fides, man- Gala.5 suetudo. Sed tristant nonnunq; spirituales homines. Verũ tristitia illa lętitia suauissima est: nam & Cain tristatus, sed mundi tristitia: & Paulus, sed dei. Quicquid enim spirituale est, lucrũ habet maximum: ut mũdana omnia maximũ dispendiũ. Imploremus ergo insuperabile spiritus auxiliũ, seruemus mandata, neq; erimus angelis inferiores: neq; enim illi, quoniam corpus non habent tales sunt: ita enim nullus eorũ malus fuisset: sed uoluntas omniũ causa est. Propterea ex his qui corpore carent, etiã brutis peiores inuenti sunt, & ex corporeis illis etiã peiores: & omnes iusti qui terram habitant, qui corpori sociantur, recte faciunt, quę faciunt: tanq; enim hospites & peregrini terrã habitant, cœlum ut ciues. Noli ergo quòd carnem habeas, de uictoria, & labore pro uirtute subeunda desperare. Noli rerum opificem accusare, ac si enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim carnem ferre impossibile, sanctorum cœtus
Heb.11 ostendisset: neq; enim carnis natura Paulo fuit impedimento, quin qualis fuit euaderet: non Petro,
4.Reg.2 ut cœli claues acciperet. Et Enoch in carne translatus, nusquam apparuit, ita & Helias cum carne
Gen.39 raptus est, & Abraham, Isaac, & Iacob in carne cla-
ruerunt. Ioseph in carne impudicam mulierem su-
2.Tim.2 perauit. Et quid carnem dico? quam si etiam cate-
nis deuincias, nihil ei nocueris. Nā si ligatus sum, inquit Paulus, at sermo dei nō ligatur. Et quid uincula, quid catenas memini? Addas & carcerem, et compedes, nihil horum ullum affert uirtuti impedimentum. Ita docet Paulus. Vinculū animæ non ferrum, sed timor & cupiditas pecuniarum, & animæ passiones: hæc sunt uincula, licet corpus solutum sit. Sed à corpore hęc ueniunt, inquies. Nugę hæc, & mendacium. nam si ita esset, omnes ijsdem
B subderemur affectibus: Vt enim lassitudinē, somnum, famem, sitim euitare non possumus, quoniam naturalia sunt: ita & illa neminem immunem, & sibi non obnoxium relinquerent. Quòd si multi his non subijciunt, constat pigritiæ nostræ quic quid perperam faciamus adscribendum. Omnia igitur uitia abscindamus, neq; corpus accusemus, sed subijcian us animę gubernaculis, ut facile sempiterna bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, &c.

EX CAP. XV. HOMILIA LXXV.

Vrgite, eamus hinc. Ego sum uitis uera, & uos palmites, & pater meus agricola est.] Timidam & effœminatam animā ignorantia efficit, quē admodum magnam & sublimē cœlestis doctrinæ eruditio: qua quæ non fruitur, meticulosa est, non natura, sed uoluntate. Cum enim uideo quempiā iam fortem & impauidum, inde timidum effici, illam ego naturalem passionem non appello. Naturalia enim immutabilia sunt. Rursus cum uideo timidos repente fortitudinem sumere, illud quoq; uoluntati tribuo: nam & discipuli timidissimi erant priusquam opportuna dicerent, & digni gratia spiritus haberentur, postmodum uero leonibus fortiores apparuerunt: & Petrus qui mulierculæ minas non pertulerat, in caput appēsus, & uerberatus, & multa perpessus, non tacebat, sed omnia tanquam somnium perferebat: at non ante crucem adeo confidebat, ideo Christus dicebat: Surgamus, abeamus hinc. Qua gratia, dic, quæso? an ignorabat quando esset tradendus? an ne Iudas eō ueniret formidabat, néue priusquam eos doceret, caperetur? Longè hæc à diuina absunt maiestate. Si non timebat, cur hinc eos abducit, & post finitum sermonem in hortum Iudæ cognitum ducit? Quòd si aduenissset Iudas, nónne poterat uisum auferre, ut præsentibus fecit? Cur ergo discedit? Parumper indulsit discipulis. Par enim erat ut tremerent & formidarent, utpote qui loco certo & manifesto noctu essent, neque Iesu uerbis uacarent, sed oculos circūferrent, & semper se comprehendi uiderētur, & maxime
A cum magistri sermo timorē incuteret. Inquit enim non multa iam cū ipsis locututū, & uenire mundi huius principem. Cum ergo his & huiusmodi uerbis perturbarent, ac si mox capiendi essent, in alium eos locū ducit, ut se tutos arbitrati, fidentius audirent. Erant enim maxima auditurī: ideo inquit: Surgite, eamus hinc: quibus abductis, Ego sum uitis, inquit, uos palmites. Quid uult hæc parabola significare? Quòd qui nō uacat doctrinæ, uiuere non potest, & q; futura signa Christi uirtute proueniunt. Pater meus agricola est: quid? Auxilio indiget filius? Absit. Neq; sic intelligi. Vide quàm diligenter hanc parabolā exequit: non em radici, sed palmitibus agricolæ curā conferre dicit. Radicis aūt non alia causa hic meminit, q; ut discerēt, sine ipsius potentia nihil fieri posse: & q;
B ita ipsi fide uniendi sunt, ut palmes uiti. Omnē palmitem in me non ferentem fructū, tollet eum pater.] Hic signat uitā, ostendēs sine operibus neminem in ipso esse posse. Et omnem qui fert fructum, purgabit:] id est, incitabit ad uirtutis curā. Atqui radix circūfossione, & cultu primum indiget: sed nihil de ea nūc dicit, sed de palmitibus, sibijpsi se sufficere ostendens. Discipuli autē multa præceptoris cura indigēt, etiā si studiosi sint: ideo inquit: Omnem qui fructū feret, purgabit eū. Qui fructum non facit, non potest esse in uite: qui fructum fert, eum reddet fœcundiorem. Hoc urgentis mœroris gratia eos allocutus est. Dicet aliquis purgare palmitem, incidere est, ut fœcundiorem faciat: unde ostēdit tentationibus efficiendos fortiores:
C inde ne de quibus dicat interrogent, & iterū solicitarent, inquit: Iam uos mūdi estis propter sermonem quē locutus sum uobis.] Vides qualē se palmitū curatorem profiteat? Ego uos purgaui, inquit. Atqui superius hoc patris officiū ostendit: sed nulla est inter patrē & filiū differentia, iam uestra opus est diligētia. Inde ne se eorum ministerij indigentia, sed utilitate hoc facere demonstraret, addit: Sicut palmes non potest facere fructū à semetipso, nisi manserit in uite: sic uos nisi in me manseritis.] Vt em metu laxato eorū animo, non discederent, eos cohibet, & sibi cōglutinat, & bonam spem habere iubet, radix enim manet, incidi aūt & auferri, palmitū est: Ita utrinq; aggressus, &
D à bonis & à molestis rebus, priores à nobis partes exigit. Qui manet in me, & ego in eo.] Ecce filium nō minoris esse q; patrē protestatis, ad discipulos excitandos. Pater purgat, filius in eo manet. Manere enim in radice, facit ut palmites fructū faciant. Quòd si non purgatus in uite palmes manserit, fert quidem fructū, sed non debitū: qui uero non manet in uite, nihil parit. Verū purgare, filij esse ostendit: manere in radice patris, qui ipsam radicem generat. Vides quō omnia cōmunia sunt, & purgare, & à radice uirtutem habere? Magnū quidem detrimentū etiam nihil posse facere, uerū alterius pœna procedit. Mittet, inquit, foras:] neq; amplius ab agricola curabit: Et arescet:] hoc est, si quid habuit à radice, si quam gratiam, amittet, & omni inde auxilio & uita spoliabitur, & tandem

& tandem in ignem mittetur, sed nō talis, qui manet in uite. Inde ostendit quid sit in ea manere, inquiens: Si uerba mea in uobis manserint.] Vides quidem, superius merito dicebam ipsa opera Christum exigere. cum enim dixisset, si quid petieritis, faciam: addidit, Si diligitis me, mandata mea seruate. Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quodcūq; uolueritis, petetis, & fiet uobis.] Hæc aūt dicebat, ostendens reprobos concrematum iri, ipsos autem fructum laturos. Timorem ergo ab eis in illos transfert, & inuictos ipsos fore signat: quare inquit, In hoc clarificatus est pater meus, ut plurimum fructum afferatis, & efficiamini mei discipuli.] Hinc sermoni suo autoritatem facit: nam si ad patris gloriam fructus faciendus est, non eam contemnet, & efficiemini mei discipuli. Vides quomodo qui fructum affert, ille discipulus est? Sed quid signat, In hoc clarificatus est pater? hoc est, lætatur cum in me manetis, & fructum fertis. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos.] Hic iam magis secundum hominē loquitur: tanquā enim ad homines dictum uim propriā habet. Nam qui mori uoluit, qui seruos, inimicos, hostes, tanto honore dignatus est, & in cœlum adduxit, quō dilectionis mensuram ostendit? Si ergo uos diligo, cōfidite: si patris gloria est fructū facere, nihil mali suspicamini. Inde ne negligentes faceret, uide quomō eos rursus excitat: Manete in dilectione mea:] hoc in uestra est potestate. Quomodo autem hoc erit?

Si præcepta mea seruaueritis, sicut & ego præ
C cepta patris mei seruaui.] Rursum humano more loquitur. Neq; enim legislatorē legi subditum esse oportet. Et quod semper dico, hoc in loco, propter auditorum suspicionem locutus est, & in tuto eos esse, & inimicos eorum perditum iri asserit: præterea quòd quæcunq; habent à filio habent: quodcūq; si purā uitam exhibuerint, nemo eos poterit superare. Considera autē quanta eos autoritate alloquatur. Non enim dixit, manete in dilectione patris: sed, mea. Inde ne dicerent: Quando nos omnibus inimicos reddidisti, tunc nos dimittis, tunc discedis: hoc negat, sed ita eis, modo uelint, conglutinari dicit, ut palmes uiti: rursusq; ne fiducia hac pigriores redderentur, non duraturū bonum dixit si id negligerent. Et ne si ad seipsum omnia referret, promptiores ad casum redderet,
D inquit: In hoc clarificatus est pater.] Semper enim & suā, & patris in eo dilectionem ostendit. Non ergo Iudæorū res gloria patris erat, sed quæ ipsi erant accepturi. Inde ne dicerent: Patrias traditiones relinquimus, & nunc omniū nudi deserimur, In me, inquit, respicite, diligit me pater, & tamen hæc mihi subeunda proponunt. Non igitur ego uos, quia nō diligam, in præsentia relinquo: nam si ego morior, nec tamē propterea nō amari à patre cōiecturā facio, neq; uos perturbari oportet. Si in dilectione mea manebitis, nihil uobis horum nocere poterit. Magnum nanq; & insuperabile quiddam dilectio est, quæ non nudis uerbis, sed re ostendenda est. Ipse inimicos reconciliauit,
A nos in amore perstemus: ipse incepit, nos saltem prosequamur: ipse non sui cōmodi gratia (nullis enim eget) nos saltem ad nostram utilitatem diligamus: ipse inimicos, nos saltem amicos amore prosequamur: ut è contrario facimus. Quotidie enim blasphematur propter nos deus, propter rapinas, propter cupiditates: & fortasse quispiā uestrum dicet, Quotidie de cupiditate disputas. Vtinam & singulis noctibus liceret, utinā in foro prosequi, & ad mensam: utinam mulieres, amici, filij, serui, agricolæ, uicini, & ipsum pauimentum, & parietes, semper hac uoce clamare possent, ut uel saltē hoc pacto acquiesceremus. Vniuersum em orbem hic morbus, & omnium animos comprehendit. Magna pecuniarū uis. A Christo redempti sumus, & auro seruimus: alterius asserimus do
B minatum, cuius præcepto dicto citius paremus, & eius gratia, genus, amicitiā, leges, omnia deniq; ignoramus. Nemo cœlum contemplatur, nemo de futuro cogitat, sed ueniet tēpus, cum hi sermones nihil proficient. In inferno, inquit, quis confitebitur tibi? Desiderabile aurum, & delicias præbet, & honorabiles facit, nō tamen eodem modo cœlum. Diuitem enim multi & uitant, & odio habent: qui aūt uirtutem complectitur, eum & honorant, & reuerentur. Sed ridiculus est pauper, etiam si uirtute præditus sit. Non apud homines, sed carentes ratione. Neq; enim si asini in nos irrudant, & inclangant graculi, sapiētes autem laudent, horum dimisso consensu, stultorum clamores nos moueant. Sunt enim graculis haud absimiles, & asinis peiores, qui præsentia admirantur. Nam si terrenus rex te laudet, nihil multitudinis sermonibus moueberis, etsi omnes irrideāt. Cum autem omnium dominus te laudat, de cantharidum & culicū laudibus cogitas? Quousq; in cœno uersabimur? Quousq; stultos, & gulæ deditos spectatores habebimus? Qui lusores, ebrios, uentri uiuentes probare possunt, uirtutem autem & uitium ne in somnis quidem imaginantur. Si quis te accuset quod ducendarum aquarum ignarus sis, nihil molestè ferres, sed rideres, qui tibi ignoratam artem proponeret: at si uis uirtuti operam dare, eius ignaros tibi laudatores proponis? ideo nunquam eam assequimur. Non enim peritis, sed ignaris res nostras committimus: illi autem non
D secundum artis rationem, sed secundum ignorantiam suam probant. Quare uos hortor, contemnamus multitudinem, imò nec laudes desideremus, neq; pecunias, neq; opes, neq; malum pauperta tē existimemus, quippe quæ & continentiæ & fortitudinis, & omnis sapientiæ magistra est. Nam & Lazarus in paupertate coronatus est, & Luc. 16
Iacob solo pane cōtentus erat, & Ioseph ultimam passus est egestatem, non tamen seruus, sed dominus fuit, & ppterea eū magis admiramur: & non tantis eum laudibus prosequimur, quòd frumentum distribuit, ut cum carcerem habitauit: non cum corona, quàm cum catena circumdabatur: non cum in solio sedebat, quàm cum insidijs periclitabatur. His omnibus, & horum certaminum

præmijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

præmijs conſideratis, nolimus diuitias, honores, delicias, poteſtates, ſed paupertatẽ, catenas, uincula, ꝓpter uirtutẽ ſuſcepta admirari. Finis nanq; illorum tumultus plenus eſt, & perturbationis, & hac uita finiuntur: horũ autem fructus cœlum eſt, & cœlorũ bona, quæ nulla auris audiuit, quæ utinam oẽs conſequamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cũ quo patri gloria, ſimul & ſpiritui ſancto, in ſecula ſeculorum, Amen.

EX CAP. XV. HOMILIA LXXVI

HAEC locutus ſum uobis, ut gaudium meum in uobis ſit, & gaudiũ ueſtrum impleatur. Hoc eſt præceptum meũ, ut diligatis inuicẽ, ſicut dilexi uos.] Omnia bona tunc mercedem habẽt, cum debitũ finem conſequuntur. Quòd ſi iterum quis deciderit, naufragium incurrit: quemadmodum nauis innumeros uehens, niſi ad portum appellat, ſed in medio pelago ſubmergat, non modo nihil ei longa proficit nauigatio, ſed tanto maiorẽ facit iacturã, quanto maiores labores ſubijt: ita quæ in medio certamine coruunt animæ, gra Rom.2 uiori caſu concutiuntur. Ideo Paulus gloriam, & honorem, & pacem eos ſequi ait, qui per bonorum tolerantiã currunt: quod nunc Chriſtus apoſtolos admonet. Cum em ipſo accepto gauiſi, inde propter paſſionem & uerborum moleſtiam triſtitiam concepturi eſſent, poſt debitam doctrinam & conſolationem: Hæc, inquit, locutus ſum uobis, ut gaudium meum in uobis ſit, & gaudium C ueſtrum impleatur: hoc eſt, ne diſcedatis a me, néue à curſu deſiſtatis. Gauiſi eſtis in me, & quidem uehementer: ſed incidit triſtitia, hanc eximam, ut ad finem uſq; lætitia perduret: oſtendens in præſentibus non mœrorem, ſed lætitiam capiendam. Vos ego perturbatos uidi, nõ cõtempſi, nõ dixi, cur non perſeueratis in fortitudine? ſed uos conſolatus ſum, & hãc dilectionẽ meam uobis perpetuo ſeruetis. Audiſtis de regno, gauiſi eſtis, ut impleatur lætitia ueſtra, hæc locutus ſum uobis, hoc eſt præceptũ meum, ut diligatis inuicem, ſicut dilexi uos. Intuere dei dilectionem, tanquã catena quadam noſtræ dilectioni cõnexam: idcirco nũc duo, nunc unum mandatũ dicit: nemo enim pri- Matth.22 mum ſine altero aſſequi poteſt. Nũc inquit, in hoc D & leges, & prophetæ pendẽt: nunc, quæ uultis uobis homines faciant, eadem & uos eis facite. Hæc eſt enim lex, & prophetæ, dilectio, ut hoc in loco teſtat. Nam ſi perſeuerãtia à dilectione, dilectio à mandatorũ obſeruatione prouenit: mandatũ autem eſt, ut diligamus inuicem, perſeuerantia à mutua oritur dilectione. Neq; ſimpliciter dilectionẽ dicit, ſed & modum docet diligendi. Sicut ego dilexi uos, inquit. Iterum oſtendit non odio aliquo diſcedere, ſed dilectione. Quare magis admirari me debetis, pro uobis animam meam pono, ut ſuperius inquit, optimum paſtorem deſcribens: hoc autem in loco eos admonet, & dilectionis ſuę magnitudinem, & qualis ipſe ſit oſtẽdit. Sed qua gratia ſemper dilectionem extollit? quoniam hoc eſt A diſcipulorum argumentum, hoc uirtutem corroborat. Propterea Paulus tantopere dilectionẽ laudauit, utpote uerus Chriſti diſcipulus, q̃ eius uim ſit expertus. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ præcipio uobis. Iam non dicã uos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius: uos autẽ dixi amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci uobis.] Cur ergo inquit, Multa habeo uobis dicere ſed nõ poteſtis portare modo? Nihil aliud ex his uerbis innuit, quàm nihil alienũ à patre locutum, cum maximi amoris indiciũ ſit, quòd arcana patris cum eis cõmunicauerit & dixerit. Cum autem omnia dicit, intelligendum de his eſt, quæ eos audire conueniat: inde aliud neq; paruũ amoris argumentũ adducit. Non uos me elegiſtis, B inquit, ſed ego elegi uos:] hoc eſt, in amore præcurri: neq; hoc cõtentus. Et poſui inquit uos:] id eſt, plãtaui, ut me diligeretis. adhuc in uitis trãſlatione perſtat, Vt eatis & fructum afferatis, & fructus ueſter maneat.] Quòd ſi fructus ueſter manebit, longe magis & uos manebitis. Neq; uos tantum amaui, inquit, ſed & multa contuli beneficia, palmites ueſtros ubiq; terrarum propagans. Ecce quot modis ſuã proponit dilectionẽ, cum et ſecreta patris eis aperuerit, cũ in amore præuenerit, cum pro ipſis tot mala patiatur, ex quo ſe perpetuò cum ipſis, qui allaturi ſunt fructum, permãſurum oſtendit. Neceſſe nanq; ut diuino freti auxilio fructum faciant. Vt quodcunq; petieritis patrẽ in nomine meo, det uobis.] Atqui eius qui petitur, eſt facere: quòd ſi pater petitur, quomodo filius facit? Vt non minorem patre intelligas.

Hæc locutus ſum uobis, ut diligatis inuicẽ.] hoc eſt, non exprobrandi gratia dico me animam meam ponere, quòd amare prior cœperim, ſed ut in amorem meum uos trahã: inde cum perſecutionem pati multis moleſtum, & intolerabile uideretur, & par eſſet etiam generoſum animum deijci, ideo multis propoſitis, & eorum placato animo ad hoc uenit, & hæc eorũ gratia, ut alia ex abundantia dicta ſignificet. Vt enim ſuperius dixit non ſolum non dolendum, ſed lętandum, quòd iret ad patrẽ, non deſerendi, ſed uehementis amoris gratia: ita & in hoc loco lætandum oſtendit. Et conſidera quo pacto eos præparat. non enim ait: Scio rem moleſtam: ſed, cum propter me hoc patiamini, propter me etiã perferatis. Non enim ſufficiens conſolationis cauſa hęc fuiſſet: quare ea omiſſa, alias duas adducit, & quia prioris uirtutis hoc eſt argumentũ, & contrariũ eſſet dolendum, non quòd odio nunc habeamini, ſed diligemini: hoc autẽ ſignificat, inquiens. Si de mundo eſſetis, mundus quod ſuũ eſſet, diligeret. Quare ſi diligemini, malũ de uobis præbetis argumentũ. Inde cum his uerbis rem non effeciſſet, iterum proſequitur: Non eſt ſeruus maior domino ſuo: ſi me perſecuti ſunt, & uos perſequentur.] Oſtẽdit per hoc maxime futuros imitatores. Quouſq; enim Chriſtus fuit in carne, contra ipſum certabat: poſt ſuam in cœlum aſcenſionem, aduerſus diſcipulos pugnatum eſt. Et cum pauci tanti populi bellum

ſuſcepturi

ſuſcepturi perturbarentur, eorum animos erigit, A quòd maximè eis lætandum ſit, ſi ab illis odio habeantur: ita enim paſſionis meæ participes eritis. Non ergo perturbari debetis, nõ enim me meliores eſtis: nam ut prædixi, Non eſt ſeruus maior domino ſuo. Inde tertio eos conſolatur, quòd pater unà cum ipſis iniuriam accipit. Hæc omnia facient uobis, inquit, propter nomẽ meum, quia nesciunt eum qui miſit me.] hoc eſt, illum offendũt. Ad hæc omnem eis ueniam aufert, & aliam affert conſolationem. Si nõ ueniſſem, & loquutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent.] & cauſam affert, quòd iniuſte & in ſe & eos faciẽt. Sed quid in hæc nos mala adduxiſti? Nõne perſecutionem & odium præuideras? Cui his uerbis occurrit,

Qui me odit, & patrem meũ odit.] Ex quo nõ paruum etiam prædicit ſuppliciũ. Cum enim fre- B quenter propter patrem Chriſtum perſequi dicerent, omnem nũc ipſis tollit excuſationem: quam ne haberẽt, primum, inquit, doctrinam propoſui, inde eam operibus cõfirmaui ſecundum Moſi legem, qui omnes præmonuit, ut ei parẽrent, qui talia faceret, & diceret, qui & dei cultum erudiret, et maximis clareret miraculis. Neque ſimpliciter ſigna dixit, ſed quæ nemo alius fecit: & ipſi horum teſtes ſunt, quum dicant, Nuſquam ſic apparuit in Iſrael: neq; auditum eſt ab ęculo, quòd quis aperuit oculos cæci nati, & Lazari reſurrectio, & alia multa huiuſmodi, & modus ipſe miraculorum nouus & admirabilis. Sed qua gratia & te & nos perſequuntur? Quia de mundo non eſtis. Si de mundo eſſetis, mundus quod ſuũ erat, diligeret.] Præ- C commemorat eis uerba quæ ad fratres ſuos dixerat, ſed illic quidem moralius, ut eos purgaret: hic contrà totum aperuit. Et unde conſtat propterea odio nos habendos fore? Ex his quæ in me facta ſunt: quod factũ aut dictũ nõ attulerũt, ne me acciperent? Inde cum res ſtupenda nobis eſſet, adducit & cauſam, nec hoc cõtẽtus, prophetã adducit, oſtendens eum iampridem his uerbis prædixiſſe,

Pſal.68. & 34 Quia oderũt me gratis.] quod & Paulus faciebat. Multis enim admirantibus quomodo ludæi nõ crediderint, prophetarum nititur teſtimonio, quòd malitia & ſtultitia eorum incredulitatis cauſa fuit. Quid ergo? Si ſermonem tuum non ſeruauerunt, neq; noſtrũ ſeruabunt: ſi te perſecuti ſunt, D & nos perſequentur. Si ſigna qualia nemo uiderunt, ſi uerba qualia nemo audierunt, & nihil tamen profecerunt, ſi patrem & te odio habent, cur nos eis relinquis? Quomodo apud eos ullam iam habebimus autoritatẽ? Quis gentilium nobis aures adhibebit? Ne igitur his intellectis perturbarentur, uide quam affert conſolationem. Cum uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre ſpiritũ ueritatis, qui à patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me, & uos teſtimoniũ perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.] Ille dignus fide erit, propterea non ſpiritum ſanctum, ſed ueritatis appellauit. Illa autem particula, Qui à patre procedit: hoc eſt, qui omnia certò nouit. ſed de ſeipſo, inquit: Scio unde uenio, & quò uado: & cum de ueritate loqueretur, quem ego mittam. Ecce q̃ non pater ſolus, ſed & filius ſpiritum mittit, & uos qui mecum fuiſtis, neq; ab alijs audiſtis, adhibetis fidem: hinc apoſtoli cõfirmati dicebant, Qui cum Act.10 eo comedimus & bibimus. Quod nõ ad gratiã dictũ ſit, ſpiritus dictis teſtimoniũ perhibet. Hæc Cap.XVI loquutus ſum uobis, ut non ſcandalizemini.] hoc eſt, cum multos incredulos & uos perſequẽtes uideritis. Extra ſynagogã facient uos.] Iam enim hoc decreuerant, ſi quis Chriſtum confiteretur.

Sed ueniet hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obſequium ſe præſtare deo.] Si uos interficient, rem piam & deo gratã facturos ſe exiſtimabunt, inde iterum conſolatur: Et hæc facient uobis, quia non nouerũt patrem, neq; me.] Hoc uos fatis cõſoletur, quòd propter me & patrẽ hoc patiemini. Hic iterum eos beatitudinis admonet, ut B in principio: Beati eſtis quum maledixerint uobis Matth.5 homines, & uos perſecuti fuerint, & dixerint omne malum aduerſus uos, mentientes propter me: Gaudete & exultate, quia merces ueſtra copioſa eſt in cœlis. Hæc locutus ſum uobis, ut cum hora uenerit, reminiſcamini.] Itaq; ex his & reliqua credetis. Neq; dicere poteritis me ad gratiam loqui, aut ut uos fallam. Neq; enim decepturus, quę mendacij argui poſſent prædiceret: ideo prædixi, ne in nõ expectata incidentes perturbaremini, ac etiam ne non præuidiſſe futura diceretis. Remiſcamini ergo, quia ego dixi uobis.] Etenim ſemper ludæi umbra quadam perſecuti ſunt diſcipulos, ac ſi mali eſſent, non tamen perturbati ſunt, cũ C à magiſtro præſciuerint id futurũ. Sufficiens nãq; cauſa fuit, quæ eos confirmaret. Ideo frequenter hoc meminit, quòd non nouerunt me: & propter me facient, & propter nomẽ meum, & propter patrem, & primus paſſus ſum, & nõ iuſta cauſa id autem ſi ſunt. Horum & nos in tentationibus reminiſcamur, quum à malis hominibus aliquid patimur, in principem noſtrum, & fidei perfectorem inſpicia- X mus, quòd à malis, quòd propter uirtutem, q̃ propter Chriſtum mala patimur. Quod ſi animo uoluemus, omnia facilia, omnia tolerabilia nobis uidebuntur. Nã ſi quis pro chariſſimis aliquid paſſus, etiam gloriatur: ſi quis propter deũ quid tolerat, quam ſentire moleſtiam putãdum eſt? Si ipſe crucem rem ignominioſam gloriam propter nos appellat, multo magis hoc in ipſum animo eſſe debemus. Etſi mala ita nobis contemnenda ſunt, multo magis pecuniæ & cupiditates. Oportet enim in rebus grauibus & moleſtis, non labores, ſed præmia conſiderare. Quemadmodum enim mercatores non maris pericula, ſed lucrum ſpectant: ita & nos cœlum & dei præſentiam. Et ſi tibi diuitiæ dulces uidentur, id deum nolle tibi in mentem ueniat, & continuo diſplicebunt. Rurſum ſi moleſtũ eſt pauperibus aliquid dare, noli impenſam duntaxat intueri, ſed trãſfer mentem ad ſeminis illius fructum. Et ſi graue erit alienæ uxoris amorẽ contemnere, præmium tibi ſuccurrat, & æquo animo perferes. Quòd ſi hominũ metus ab indebitis nos rebus nonnunquam abducit, longe magis Chriſti

Universidad de Deusto
Biblioteca

desiderium. Difficilis uirtus, sed magnas futurorũ promissiões ei cõparemus. Boni enim & studiosi etiam sine premij respectu ipsius pulchritudinem intuentur, & propterea eam complectuntur: & ut deo placeant, nõ propter mercedem recte agunt: & magnificiunt continentiam, nõ ne puniantur, sed ne offendant deum. Quòd si quis imbecillior etiam in præmium spectat: ita & nos in eleemosyna faciamus, & gentilium misereamur, neq; fame confectos despiciamus. Quomodo enim non absurdum ut alij risu & delicijs soluti, ad mensam saturentur, aliorum autem mendicantiũ eiulatus audiant, neq; misericordia moueantur, sed ægrè ferant, & deceptores appellent? Quid dicis homo? Propter unum panem quis decipit? Quid ni? inquis: Propter hoc ergo hæc tollẽda est necessitas. Quòd si dare nihil placet, noli tamen maledictis prosequi. Si nõ uis naufragio liberare, noli in profundum demergere. Scias uelim cum accedẽtem pauperem expellis, qualiter tibi deum affectũ red
Matth. 7 das. Qua enim mensura mensurabitis, inquit, mẽsurabitur uobis. Considera quo ille animo repulsus abeat, oculos in humum defectus, conquerẽs à paupertate & iniuria plaga accepta. Nam si mẽdicare maledictum putatis, qui si petit, non modo non accipit, sed contumelia afficit, considera quã tum perturbetur. Quouscq; feris similes erimus, & naturam nostram propter cupiditatem ignorabimus? Multi his uerbis dolẽt. Nollemus, sed ut penitus misericordiam complecterẽtur, animo uoluentes diem illum quo Christi Iesu tribunal adstabimus, cum ut nostri misereatur rogabimus, cum his in medium aduocatis Christus ad nos conuersus dicet, q̃ propter panem unum & obolum tantis miserijs eorum animos affecerimus, quid dicemus? quid excusabimus? Quòd enim illos in me-
Matth. 25 diũ adducturus sit, audi quid dicat: Quandiu non fecistis uni de minoribus his, neq; mihi fecistis. Neq; enim illi quicquam nobis amplius dicẽt, sed deus pro illis nos reprehendet. Nam & Lazarus à diuite uisus est, non tamen quicquã ei dixit, sed Abraham eius uices suscepit: ita et pauperibus euenit, qui nunc à nobis contemnuntur. Neq; enim supplices eorum manus, uel aliqua misericordiæ specie intuebimur, cum in gloria erunt, nos eorũ speciem induemus, & utinam speciem tãtum, & non longe grauius supplicium. Neq; enim diues micis impleri illic desiderabat, sed ardebat, & cruciabatur misere, & audiuit: Recordare q̃a accepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala. Nolimus ergo ut magnum quiddam diuitias admirari: hæ namq; uiaticum erunt nobis supplicij, nisi caueri-
mus: quemadmodum si cauerimus, paupertas & deliciarum & requiei erit incrementum. Abluentur enim peccata, si æquo animo tolerabimus, & apud deum fideter adesse poterimus. Nolimus ergo in hac uita otium quærere, ut in cœlo eo fruamur: sed labores pro uirtute subeamus, superflua recidamus, & nihil aliud quæramus, quàm in pauperes omnia nostra dispergere. Quę nobis erit excusatio, cum ipse quidem nobis cœlum polliceẽ-

A nos ne panem quidem ei exhibemus? Cum ipse tibi solem oriri facit, & omnis creaturę ministeriũ tibi largitus est, tu nec nudũ induis, neq; ei domum cõmunicas? Et quid ego solem & creaturam memini? Corpus tibi suum tradidit, & preciosissimũ sanguinem, tu nec potũ das. At semel dedisti. non est hęc eleemosyna. Nisi enim quouscq; habes, indigenti subueneris, nunquam debitum impleueris. Nam & uirgines habentes lampades, habebant oleum, sed non ad sufficientiam. Opus est enim etiam de tuo nõ tam parcum esse, sed cum domini tibi creditæ sint facultates, cur tam tenax es? Vultis causam dicam huius inhumanitatis? Qui per auaritiã congregant, ad eleemosynam pigri sunt. Qui ita lucrari didicit, nescit expendere: quomodo enim qui rapinæ inhiat, ad cõtrarium se formabit? Qui aliena accipit, quomõ sua dare poterit? Etenim canis q̃ nimia carnis uoracitate tangitur, non bene potest gregem custodire, idcirco pasto
B res eiusmodi interficiũt. Quod ne nobis accidat, à tali gustatu abstineamus. Etenim carne uescuntur, qui miseros fame mori patiũtur. Nónne uides quomodo oĩa nobis cõmunia statuit deus? Nã si pauperes esse permisit, etiã hoc diuitum gratia factum est, ut per eleemosynã peccata possint abluere. Tu autem & in hos crudelis & inhumanus es. Vnde constat, q̃ si in maioríb. hãc haberes potestatem, innumeros interemisses, & lumen, & uitam omnẽ excluderes. Quod ne fiat, opus est hãc excidere insatiabilitatem. Quòd si hoc audiendo ægrius fertis, ego longe magis uidẽdo. Quandiu
C tu diues, ille pauper? Vsq; ad uesperã, ulterius nõ licet, adeò breuis uita est, & omnia in ultimis, & iã omnia sunt in ianuis, ut uel breuis hora oĩa existimanda sint. Quid opus est arca profluẽti? Quid seruorum & familiarium multitudine? Quare nõ potius multos eleemosynæ præcones tibi comparas? Arca nullam emittit uocẽ, sed latrones & fures allicit. Arcæ pauperum ad ipsum deum ascendunt, & suauem uitam præsentem faciẽt, & omne soluent peccatũ, & gloriam à deo, honorẽ ab hominibus ferent. Quid ergo tibi tot bona inuides? Non enim illis, sed tibi consules longe magis. Illis largiẽdo in hac uita subuenis, tibi autem futuram gloriam & fiduciã repones: quam utinam omnes
D cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

EX CAP. XVI. HOMILIA LXXVII

HAEC autem ab initio uobis nõ dixi, quia uobiscũ eram. Et nunc uado ad eum qui me misit, & nemo ex uobis interrogat me quò uadis. Sed quia hæc locutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrũ.] Magna tristitię uis, & multa nobis opus est fortitudine, ut ei affectui generose resistamus, & utilitatẽ inde, superfluis abiectis, cõsequamur. Cum enim uel nos, uel proximi peccant, tunc tristandum est: quum autem in humanos casus incidimus, inutilis tunc tristitia. Quæ cum discipulos

scipulos nondum perfectos oppugnaret, conside
A ra quomodo eos perterrendo arguit Christus. Cũ enim multi de hoc interrogassent: nam & Petrus dixit, Quò uadis? Thomas, Nescimus quò uadis, & quomodo poterimus uiam scire? Et Philippus, Ostende nobis patrẽ: nunc audientes, Extra synagogam uos facient, & odio habebunt uos: &, Qui interficit uos, arbitratur obsequium se præstare deo: ita animo defecerunt, ut ne loqui quidem possent: quod exprobrãs eis Iesus, inquit: Hæc autem ab initio nõ dixi uobis, quia uobiscum eram: & nunc uado ad eum qui me misit, & nemo ex uobis interrogat me, quò uadis? Sed quia hæc locutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrum. Non parua hæc consolatio, q̃ sciret quanta tristitia afficerẽtur, & quòd relinquerentur à Christo, & quòd multa essent passuri. Formidabat enim an forti ea animo essent toleraturi. Sed qua gratia in tanta perturbatione nõ accepe
B runt spiritum sanctũ? Vt iam satis confirmatos intelligeres. Nam si nondũ accepto spiritu tãto metu superati non resilierunt, considera quales futuri essent gratia repleti? Quòd si tunc cõstanter perseuerassent, spiritui adscribendum esset: tunc uero ipsorum uolũtatis fructus, & manifestum eorum in Christum amoris argumentum apparuit, cum adhuc gratia nudi essent. Sed ego ueritatem dico uobis, expedit ut ego uadã.] Ecce quomodo iterum eos cõsolatur. Non ego ad gratiã loquor, inquit, sed licet maiorem in modum cõtristemini, quod expedit, audiẽdum est. Vos ut adessem uelletis, usus aliud postulat. Diligẽtis autem est, cum utilitatem cognoscit, eam nõ prætermittere, ut ea dilecti priuentur. Si ego non abiero, paracletus non ueniet ad uos.] Quid hic dicunt, qui de spiritu non recte sentiunt? Expedit dominum abire, et
Chryſ. to. 3

A uenire seruum? Vides quãta sit spiritus dignitas? Si abiero, mittam eum ad uos. Et quid hoc utilitatis? Cum uenerit, arguet mundũ:] hoc est, non impune hoc faciẽt, si uenerit. Sufficientia enim erunt iam facta eis silentium indicere: cum autem per illum & hæc fient, & doctrina perfectior, & signa maiora subsequẽtur, multo magis damnabũtur, cum tãta uiderint in nomine meo fieri, ex quo manifestior mea fiet resurrectio. Siquidem nunc possent dicere me fabri filium esse, cuius patrẽ & matrem cognoscant: at cum me mortem soluere, malitiam & dæmones fugare, uitia naturæ emendare, immensam spiritus plenitudinẽ mitti, & hęc omnia nominis mei inuocatiõe fieri, intuebũtur, quid dicẽt? Testimonium perhibuit de me pater,
2. Cor. 2 Paulus dicebat, Ne quãdo abundantiori tristitia absorbeatur talis. Hæc ab initio uobis non dixi, in
B quit. Quare ab initio non dixi? Ne quis diceret à sæpenumero cõtingentibus coniectatum esse. Et quid rem tam difficilem aggrederis? Sciebam, inquit, ab initio, & non quòd ignorarem tacui, sed quia uobiscum eram. Et hoc hominis iterum more: quasi dicat, Quia in tuto eratis, & licitũ erat interrogare, quum uolebatis, & in me totum bellũ uertebatur, & superfluum erat hæc à principio dicere. Hoc ergo tunc nõ dixit: nõne duodecim ad
Matth. 10 uocans, inquit, quoniam ad principes & reges ducemini, & flagellabũt uos in synagogis? Quomodo ergo inquit, ab initio non dixisse? Quoniã uerbera & expulsiones prædixerat, nõ tamẽ q̃ mors eorum uideretur expetenda, ut obsequiũ arbitrarentur, hoc enim præ omnibus eos perterrere poterat: siquidem tãquam impij & perditi homines erant iudicãdi. Præterea illud dicendum est, quòd tunc quidem quæ à gentibus passuri erant, dixit, Nũc uero quæ à Iudæis, & per excessum maxime, & q̃ propè esset admonuit. Nũc uado ad eum qui me misit, & nemo ex uobis interrogat me, quò uadis? Sed quia hæc loquutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrum. Non parua hæc consolatio, q̃ sciret quanta tristitia afficerẽtur, & quòd relinquerentur à Christo, & quòd multa essent passuri. Formidabat enim an forti ea animo essent toleraturi. Sed qua gratia in tanta perturbatione nõ accepe
D runt spiritum sanctũ? Vt iam satis confirmatos intelligeres. Nam si nondũ accepto spiritu tãto metu superati non resilierunt, considera quales futuri essent gratia repleti? Quòd si tunc cõstanter perseuerassent, spiritui adscribendum esset: tunc uero ipsorum uolũtatis fructus, & manifestum eorum in Christum amoris argumentum apparuit, cum adhuc gratia nudi essent. Sed ego ueritatem dico uobis, expedit ut ego uadã.] Ecce quomodo iterum eos cõsolatur. Non ego ad gratiã loquor, inquit, sed licet maiorem in modum cõtristemini, quod expedit, audiẽdum est. Vos ut adessem uelletis, usus aliud postulat. Diligẽtis autem est, cum utilitatem cognoscit, eam nõ prætermittere, ut ea dilecti priuentur. Si ego non abiero, paracletus non ueniet ad uos.] Quid hic dicunt, qui de spiritu non recte sentiunt? Expedit dominum abire, et
C Nec; em̃ peccator miracula facere, nec; esse apud deum perpetuo potest. quare non possunt me amplius peccatorem, & à deo nõ esse dicere. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.] Iterum hoc in loco de iustitia uerba facit, quia aduersarium superauit. Neq; enim peccatori possibile esset, quòd nemo iustorũ hominum ualuit: quòd autẽ propter me iudicatus est, scient, quia eum in posterum pessundabũt, & resurrectionem meam manifeste uidebunt, quod iudicantis eum est: neq; enim ualuit me superare. Nam cum dicant, quòd dæmonium habeo, q̃ deceptor sum, omnia hæc falsa deprehendẽtur. Non enim illum uicissem, si peccato essem obnoxius: nunc & iudicatus est, & eiectus. Adhuc multa habeo uobis
D dicere, sed non potestis portare modo. Expedit ergo ut uadam.] Siquidem tunc portabitis, quum abiero. Et quid? Maiorne te spiritus est, cum nunc non possumus, illo autẽ adueniente portabimus? Num maior illius & perfectior efficacia est? Mini me, mea etenim dicet, ideo inquit: Nõ enim loquetur à semetipso, sed quæcũq; audiet, loquetur: & quę uentura sunt, annũciabit uobis. Ille me clarificabit, & de meo accipiet, & annunciabit uobis omnia. Quæcunq; habet pater, mea sunt.] Cum dixisset, ille uos docebit omnia, & suggeret, & in tribulationibus uos consolabitur, quod ipse non fecit: &, expedit me abire: &, non potestis portare modo, tũc autem poteritis, & docebit omnem ueritatem: ne his auditis, maiorem illum arbitra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rentur,& in ultimam impietatem inciderent, pro A
pterea à se accepturũ dicit:hoc est, quæ ego dixi,
& ipse dicet.Illa uero particula, Nihil à seipso lo-
quetur:nihil contrarium,nihil aliud quàm se locu
turum significat. Quemadmodum enim de se lo-
cutus,inquit:A meipso nõ loquor:id est,nihil præ
ter patris uoluntatem:ita & de spiritu, De meo
accipiet.] hoc est,quę ego & scio,& cognosco.u-
na enim mea,& spiritus scientia. Et quæ uentu-
ra sunt annunciabit uobis.] Hoc eorum animos
excitauit. Ad nullam enim rem tam cupidũ est hu
manum genus,quàm ad futura cognoscẽda. Ideo
frequenter interrogabant quò iret, quæ esset uia:
quam solicitudinem tollit,cum annunciaturũ om
nia spiritum pollicetur,ne incauti errarent.Ille me
clarificabit. Quomodo? In nomine meo uirtutem B
dabit. Cum enim adueniente spiritu maiora signa
essent ostensuri,ideo iterum æqualitatem indicat,
inquiens,Ille me clarificabit: & quomodo? Om-
nem ueritatẽ dicet:etenim hoc ipsum testificatur,
quòd docebit ueritatẽ. Ipse enim Iesus & quia car
nem indutus erat, & quia de seipso dicere discipu
li nõ putabãt,& quia nõdũ manifeste resurrectio-
nem norant,cum imbecilliores essent, & propter
Iudæos,ne tanquam legis transgressorẽ punitum
arbitrarentur: frequẽter nihil de se magnum locu
tus est,neq; apertè à lege dissensit: & cum nõdum
cõfirmati essent discipuli,& multi crediturí, etiam
à peccatis purgandi essent:& alij de ipso dicerent,
meritò de se magna loqui abstinuit,ne ei stultitiæ,
sed audientiũ imbecillitati adscriberẽt. Ideo cum C
dixerit, docebit uos omnem ueritatem:subdidit,
Non loquetur à semetipso. Quòd enim doctrina
1.Cor.2 spiritus non indigeat,audi Paulum: Quę dei sunt,
nemo nouit, nisi spiritus dei. Et quemadmodum
spiritus hominis nõ ab alio discit,ita et spiritus san
ctus. De meo accipiet:hoc est,in nullo à me differ
tiet. Omnia quæcũq; habet pater, mea sunt. Cum
ergo mea sint illa, & ille à patre dicet, de meo di-
cet. Sed cur non uenit spiritus ante Christi discessũ?
Quia nondum maledicto sublato, neq; solu
to peccato,sed omnib.adhuc pœnæ obnoxijs nõ
uenisset. Oportet,inquit,inimicitias prius dissolui
& reconciliari uos deo,inde tunc donum illud ac
cipere. Sed cur inquit,mittã eum? hoc est, ad eius
uos acceptionẽ præparabo. Quomodo enim qui D
ubiq; est mittitur? præterea & personarũ differen
tiam ostendit,cum duas ponit: & cum ita insepara
biliter se habeant,ut spiritum cõplectantur & co-
lant,suadet. Poterat em & ipse hæc facere, sed pro
pterea spiritum miraculis clarere permisit, ut eius
intelligerent dignitatẽ. Sicut enim pater quę sunt
producere potuit,filius autem ea facere dicitur,ut
eius potentiã intelligamus:ita & hoc. Et ideo ipse
carnem accepit, spiritui operationem reseruauit:
& ita his silentium imposuit,qui inenarrabilis be-
nignitatis materiam in impietatis argumẽtũ acci-
piũt. Cum enim dicant, propterea filium incarna-
tum,quoniã inferior erat patre, dicemus ad illos,
Quid de spiritu dicetis? Nõ accepit carnem,neq;
propterea filium maiorem asseretis. Ideo in bapti
smate trinitas accipitur. Etenim pater totum face
re potest,& filius,& spiritus sanctus:sed quum ne
mo de patre, sed de filio & spiritu dubitaret,in ini
tiatione accipitur, ut in communicatione societa
tis illorum arcanorũ bonorum, & dignitatis com
municationẽ intelligamus. Nam quòd filius per
seipsum possit,quæ in baptismate cũ patre potest
spiritus sanctus, manifeste illinc patet. Iudæis eĩm Mat.8
dicebat,ut sciatis quia potestatẽ habet filius ho
minis in terra dimittendi peccata. Et iterum: Vt si
lij lucis sitis:&,Ego uitam æternam do eis. Et post
modum: Vt uitam habeant, & abundantius ha-
beant. Videamus & spiritũ hoc idem facere. Vbi
nam? Vnicuiq; autem manifestatio spiritus datur
ad utilitatem. Qui ergo hæc exhibet, etiam magis
peccata dimittit & iterum, Spiritus est qui uiuifi- Rom.8
cat,& uiuificabit per inhabitantem spiritũ in uo-
bis:&,Spiritus uita per iustitiam. Et iterum: Si spi
ritu ducimini,nõ estis sub lege. Non enim accepi-
stis spiritum seruitutis iterũ in timore, sed accepi-
stis spiritũ adoptionis. Et tunc quicquid faciebãt
præsente spiritu,miraculis plena erant. Et ad Co-
rinthios scribẽs Paulus inquit:Sed abluti estis,sed 1.Cor.6
sanctificati estis in nomine dñi nostri Iesu Christi,
& in spiritu dei nostri. Quum ergo de patre multa
audisset, & filium multum operatũ uideret,ni-
hil autem manifeste de spiritu scirent, ipse miracu
la facit, & perfectam inducit cognitionẽ. Sed ne
propterea maior existimaretur, ideo,ut iam dixi,
inquit: Quæcũq; audiet,loquetur:& quæ uentu-
ra sunt,annunciabit.] Nam nisi hoc esset, quo-
modo non absurdum sit, si tunc esset auditurus &
propter discipulos? Neq; enim tũc debebat secun
dum uos scire,nisi propter audituros. Et quid hoc
dicto absurdius? Præterea quid erat auditurus?
nonne hæc omnia dixerat per prophetas? Siue e-
nim de solutione legis docendus erat,dictum est:
siue de Christo,& eius diuinitate,& de incarnatio
ne,etiam dicta erant. Quid apertius ad hæc dicen
dum,& quæ uentura sunt,annunciabit: Hic maxi
me eius dignitatẽ ostendit, cum deo maxime pro
prium sit futura prædicere. Quòd si ab alijs intelli
geret,in nullo prophetas excederet: sed hic certã
ad deum cognitionem ostendit, quòd nil aliud lo
qui possit. Quòd autẽ dicit, De meo accipiet,]
siue de mea carne accipiẽtis gratia, siue de eadem
quam ego habeo cognitione,nõ necessitate,neq;
quod ab alio discat,sed quòd una & eadem cogni
tio est. Et quare nõ aliter dixit? Quoniã nondum
de spiritu audierant. Quare unum tantum admitti-
tur,ut credatur & accipiatur ab eis, & non scanda
lizentur. Nam cum dixisset, Vnus est magister ue Matth.23
ster Christus,ne persuasi non esse illi credendũ pu
tarẽt:una est,inquit,& mea & illius doctrina,quę
ego docturus eram,ipse dicet. Nolite aliam illius
doctrinã arbitrari:etenim illa mea sunt, & meam
gloriam augent. Vna est patris, & filij, & spiritus
sancti uoluntas:ita & nos esse uult,inquiens: Vt
sint unum,sicut ego & tu unum sumus.] Nihil e-
nim cõcordiæ,& mutuæ uoluntati æquiparandũ.
Vnus enim multiplex est. Si enim concordes sint
duo

duo uel decem,non amplius erit unus, sed eorum A
unusquisq; fit decuplum, & inuenies in decem u-
num,& in uno decem. Et si inimicum habeãt, qui
unum aggreditur, ferè decem aggreditur, ita supe
ratur. Non enim ab uno tantũ, sed à decem impe-
titur. Indiget unus,sed non est in egestate: maiore
enim ex parte,hoc est nouem,abũdat:& pars quę
indiget,utputa minor maiore exuberante obtegi
tur. Singuli eorum uiginti manus habent, & ocu-
los uiginti,& totidem pedes. Non enim suis tantũ
oculis uidet, nõ suis pedibus sustentatur,non suis
operatur manibus,sed & amicorum. Decem ani-
mis spirat,non enim ipse sibi tantum curæ est, sed
& illis:quòd si centum essent, idem cõtingeret, &
uirtus augeretur. Ecce dilectionis excellẽtia, quo
pacto unum insuperabilẽ & multiplicem reddat,
& unus in multis simul locis & in Persida & Ro- B
mæ esse possit:& quod natura nõ potest, dilectio
potest:& pars eius hic,pars illic est, uel potius to-
tus utrobiq;. Et si quis mille, uel duo millia amico
rum haberet,cõsidera in quantam ille potestatem
ascenderet. Animaduerte quantũ capiat augmen
tum dilectio:hoc enim mirũ est, ut mille unus effi
ciatur. Cur ergo tantas nobis uires, tantam securi
tatem nõ cõparamus? hoc diuitijs omnibus, hoc
bonæ ualetudini,hoc ipsi uitæ præstat,hoc æqua-
nimitatis materia. Quousque uno & duobus dile
ctionem circũscribemus? Considera econtrario:
Sit qui nullum amicũ habeat, quod ultimæ est a-
mentiæ (fatuus enim dicet, non est mihi amicus)
huiusmodi uir quam uitam uiuet? Quamuis enim
ditissimus sit,quamuis omni copia & delicijs abũ C
det,quamuis innumera bona possideat,omnibus
caret. Sed nõ in amicis ita usuuenit, sed & pauper
diuitibus ditior est:& quæ ipse pro se dicere nõ au
debit,amicus dicet:& quæ sibi præstare non pote
rit,alius & id & lõge maiora præstabit:hoc pacto
& uoluptatis & securitatis materiam inueniet. Ne
que enim est,ut male accidat,qui tot satellitib.cu-
stoditur,neq; regij corporis custodes tam diligen
tes sunt suo muneri obeundo, ut amici amico. Illi
namq; necessitate & metu custodiunt, hi beneuo
lentia & dilectione,quę metu longe potẽtior est:
& ille custodes suos metuit,hic illis magis quàm si
bijpsi fidit,& idcirco nullius timet insidias. Has er
go merces nobis comparemus:pauper,ut pauper
tatis eas solatium habeat: diues, ut diuitias tueа- D
tur:princeps,ut secure dominetur:subditus, ut be
nignius sibi principes conciliet. Hoc mansuetudi
nis fundamentũ: nam & feræ illæ asperiores sunt
& sæuiores,quæ non gregatim uiuunt. Propterea
ciuitates habitamus, fora habemus, ut inuicẽ con
uersemur:quod & Paulus iubet inquiens, Non de
Heb.10 relinquentes congregationem suam. Nihil enim
peius solitudine, & locis inaccessis. At inquies,
Quid monachi montiũ cacumina habitãtes? Ne-
que illi sine amicis sũt, sed multitudinis tumultus
ausugiũt, amicos aũt & certo amoris uinculo sibi
deuinctos habent,& ut hoc assequãtur,secedunt.
Nam quum rerum actiones plurimas concipiant
contentiones:ideo è medio secedentes quàm dili

gentissime dilectionem colunt. Et quid si quis so- A
lus sit,inquit,& innumeros haberet amicos? Equi
dem si fieri posset,uelim ut etiam simul uersari lice
ret,iam firma maneat amicitia. Neque enim locus
amicos facit. Multos habent laudatores, qui non
laudarent,nisi amarent. Et ipsi rursum pro uniuer
so mundo orant, quod maximæ dilectionis est ar
gumentum. Ideo in mysterijs inuicem salutamus,
ut multi unum efficiamur, & communes pro non
initiatis preces effundamus, & pro nõ infirmis &
terræ & maris, & uniuersi orbis fructibus sacrifi-
camus. Vides dilectionis uim in orationib.in my
sterijs, in admonitionibus? hoc omnium bono-
rum causa est. Si hoc diligenter complectemur, et
præsentia recte disponemus, & regnum cõsequẽ-
mur,gratia & benignitate domini nostri Iesu Chri
sti, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, B
in secula seculorum, Amen.

EX CAP. XVI. HOMILIA LXXVIII

MODICVM & nõ uidebitis me:& ite
rum modicum & uidebitis me, quia
uado ad patrẽ. Dixerunt ergo ex di-
scipulis eius adinuicẽ: Quid est hoc
quod dicit nobis modicum, & nõ ui
debitis me?] Dolentẽ & tristitia affectum animũ
nihil adeò deijcere solet,q̃ anxij sermones eũ fre-
quenter angentes. Quid ergo Christus cum dixe-
rit, Vado, & iam non loquar uobiscum: eadem re
petit, Modicum & iam non uidebitis me, & uado
ad eum qui me misit? Cũ eos ad se per spiritus san
cti sermonem reduxisset,tũc iterum eos percellit, C
ne efferrentur. Cur hoc facit? Eorum animũ expe
ritur, & probatiorẽ reddit, & ut in calamitatibus
æquo animo discessum suũ & generose perferant,
assuefacit. Qui enim audiendo id animo uolutа-
bãt,rem ipsam postmodum facile laturos credibi
le erat. Quod si quis diligentius inuestigaret, hoc
ipsum cõsolatio est, quod dicit ad patrem ire. Erat
enim argumentum q̃ non periret, sed mors eius
translatio esset ad patrem:& aliam intulit consola
tionem:non enim tantum dixit, Modicum & nõ
uidebitis me,sed prosecutus est, Modicũ & uide-
bitis me:se rediturũ,& post breuem separationem
perpetuo affuturum significans:quod non intelle
xerunt. Vnde & non immerito quispiam admira- D
ri posset, quomodo sæpenumero idem audiẽtes,
adhuc perinde ac si nihil audissent, dubitant. Qua
re ergo non intellexerũt? Aut propter tristitiam,
ut arbitror:ipsa enim in omniũ quæ audierãt obli
uionem adduxerat:uel propter uerborum obscu-
ritatem,ut contraria locutũ arbitrarentur. Si uide
bimus te,inquiunt,quomodo uadis? si uadis, quo
modo uidebimus? Ideo dixerũt se quid loqueret
ignorare. Quòd enim abiturus esset, norant:igno
rabant aũt paulo post rediturũ, propterea eos ar-
guit,q̃ non intelligerent. Nã cum uellet de morte
doctrinã eis persuadere, inquit, Amẽ amen di-
co uobis,quia plorabitis & flebitis uos,] q̃ mor
tem & crucem significabat. Mundus aũt gaude
bit.] Cum enim quia cupiebant, facile ad creden-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum adducerentur ꝙ non moreretur, tamen audientes ꝙ moreretur, quid sibi uellet Modicum illud, dubitarent, inquit: Plorabitis & flebitis, sed tristitia uestra conuertetur in gaudium.] Et utostẽderet post tristitiam gaudium secuturũ, naturale adducit exemplũ. Mulier cum parit, tristitiã habet.] Qua parabola in calamitatibus prophetę usi sunt: quasi dicat, Dolores capietis, sed quales partus, qui lætitiæ causa sunt. Simul & resurrectionem cõfirmat, indicans abitum suum perinde esse, ac si ex utero matris in lucem prodeat: quasi dicat, Nolite admirari, si per hanc tristitiam ad optima uos ducã: nam & mater in pariendo sic per tristitiam transit. Significat autem hic & mysterium quoddam, ꝙ mortis dolores soluerit, & nouũ hominem regenerari fecerit. Neꝙ dixit tantum tristitiam transiturã, sed magnitudine lætitiæ succedente, nihil eius penitus remansurum, ita erit sanctis. A tqui nõ propterea gaudet mulier, quia uenit homo in mũdum, sed quòd filium peperit. Nam si id esset, nihil prohiberet, quin quæ non pariunt, aliis parientibus gauderẽt. Qua ergo gratia sic inquit? Quia ad hoc solum adduxit exemplũ, ut breuem tristitiam perpetuum gaudiũ secuturum, & se ad uitam transferri, & magnum malorum lucrum ostenderet. Et non dixit, Peperit filium, sed, Quia uenit homo in mundum.] Vbi suam significat resurrectionem, & nõ morti illi, sed regno parturiẽdũ. Ideo non dixit, quia natus est filius, sed homo.

Et uos nunc quidem tristitiam habetis: iterũ autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum.] Inde quod nõ amplius morietur, inquit: Et gaudium uestrum nemo tollet à uobis. Et in illa die me non rogabitis quicq̃.] Iterum nihil aliud ex his confirmat, quàm ꝙ à deo est, tũc sciens omnia. Sed quid significat, me non rogabitis? Non indigetis aduocato, sed nominis mei inuocatio satis est ad omnia consequenda. Ostẽdit nominis potestatem, siquidem neq; uisus, neq; rogatus, sed appellatus tantũ apud patrem mirabiles reddit. Vbi autem hoc factum est? Vbi dicunt, Respice ad minas eorum, et da seruis tuis cũ fiducia accipere sermonem tuũ, & facere in nomine tuo signa: & concussus est locus ubi erãt. Hic iterũ ostendit expedire ut abeat. Siquidem usq; tunc nihil petierunt, iam accipient omnia quęcunq; petierunt. Neq; enim quum iam uobiscum non ero, arbitremini quòd uos relinquerim. Nomẽ enim meum maiorem uobis fiduciam exhibebit. Cum ergo obscuriora essent, inquit:

Hoc in prouerbijs locutus sum uobis. Venit hora cum iam in prouerbijs nõ loquar uobis.] Tempus erit cum omnia aperte intelligetis, hoc est, resurrectionis tempus: tunc cum fiducia de patre annunciabo uobis. Etenim quadraginta dies & uersatus & locutus est cum eis, annuncians & exponens arcana regni dei. Nunc enim cum timeatis, uerbis meis non attenditis: cum uero & me resurrexisse uideritis, & cognoueritis, fidẽter omnia intelligere poteritis, quoniã ipse pater uos amabit, cum uestra de me fides confirmabit: & non rogabo patrem. Vestra in me dilectio sufficiet uobis, Quia uos me amastis, & credidistis, quia à deo exiui. Exiui à patre, & ueni in mundũ, & uado ad patrẽ.] Cum enim resurrectionis sermo non parũ eos consolatus esset, & inde etiam cõsolatio augeretur: cum à deo uenisse, & ad deum ire diceret, ire quẽter id repetit: alterũ enim ꝙ recte in ipsum crederent, pollicebatur, alterum ꝙ certi esse deberẽt. Nã cum dixit, Modicũ & non uidebitis me: & iterum modicũ & uidebitis me: nõ immerito quid diceret ignorabãt. Nunc non itidem. Quid autẽ signi ficat, non rogabitis quicq̃? Non dicetis, Ostende nobis patrem tuum: &, quò uadis: quoniã certam habebitis cognitionẽ, & afficietur uobis pater, sicut & ego. Hoc maxime bonam eis spem dedit, ꝙ patri futuros amicos pollicereꝰ. Quam ob rem dicunt, Nũc scimus quia nosti omnia.] Ecce quo modo uoluntati eorũ respondet. Et nõ est opus ut quis te interroget.] Hoc est priusquam audires quid nos perturbaret, intellexisti, & recreasti nos dicẽdo, pater uos amat, quia uos me amastis. Post tot & tanta nunc tãdem se scire asserunt. Vides q̃ imperfecte se habebant? Inde cum tanq̃ gratias ei agentes dicunt, Nunc scimus, inquit. Multis alijs indigetis anteq̃ perfectionem possitis attingere. Nihil adhuc uobis profecit. Nunc me inimicis tradetis, & tanta uos formido comprehendet, ut neque inuicem secedere poteritis, sed nihil hinc mali accipietis. Vides quomodo iterum eorũ condescendit infirmitati? hoc etiam eos arguit, quòd frequenter hac egeant indulgẽtia. Cum enim dixissent, Ecce iam palàm loqueris, & prouerbiũ nullum dicis, & propter hoc credimus tibi.] ostendit quòd neq; nunc cum credunt, intelligũt: quod dicit, ut in aliud eos tempus remittat. Illud autẽ uerbum, Pater mecum est: propter eos iterum posuit. Hoc enim uerè eos discere uoluit, ut non perfectam eis cognitionem tradidisse ostenderet, & ad huc dubio animo essent. Par enim erat, ut humanum aliquid animo uoluerẽt, quòd nullum ab eo auxilium haberent, ideo inquit, Hæc loquutus sum uobis, ut in me pacem habeatis.] Hoc est, ut non excidam ex animo uestro, sed me recipiatis. Nemo ergo hæc ad dogma trahat: ad uestram cõsolationẽ dilectionẽq; dicta sunt. Neq; enim hæc sola patientur. Quoad eritis in mundo, perturbationes habebitis, nõ cum trador, sed postmodum: uerum ratio uobis opituletur. Nullum uos malũ superabit. Magistro enim inimicos uincente, non oportet discipulos cõtristari. Et quomodo uicisti mundum, dic quæso? Iam dixi, cum principẽ eius eieci foras. Scietis autẽ postea, cum omnes uobis paruerint & acquieuerint. Licet eñ & nobis uincere, si uoluerimus fidei nostræ autorẽ sequi, & eadem uia incedere, quam ipse nobis strauit: ita neq; nos mors uincet. Quid, inquis, non moriemur? Hinc constat quòd neq; ipse uictus est. Siquidem tunc certator clarus est, non cũ hosti nõ congligit, sed cũ cõgressus nõ uincit. Non ergo propter cõgressum mortales, sed propter uictoriam immortales. Tunc mortales essemus, si perpetuo apud eum permaneremus. Sicut enim longissimæ uitæ animalia

animalia immortalia minime dicerẽ, quãuis diutissime uiuerẽt: ita neq; mortalẽ qui mortuus sit, si post mortem resurrexerit. Dic quæso, si quis ad breue tempus erubescaret, num perpetuo rubrũ esse dicemus? Minime: nõ enim id habitus est. Si quis palleret, hunc regio morbo laborãtem diceremus? Neq; hunc. temporalis enim morbus est: ergo neq; mortalem dixeris, qui in morte uel parumper fuerit. Nã & dormientes hoc pacto mortuos possemus appellare. Sunt enim, ut ita dixerim, mortui, & nihil operãtur. Sed corpora mors corrumpit. Quid tum? Non enim corrumpunt, ut permaneant in corruptione, sed ut præstantiora euadant. Quamobrẽ uincamus mundũ, ad immortalitatẽ curramus, sequamur regẽ, constituamus & nos trophæũ. Huius seculi uoluptates, nõ labores recusandi sunt. Animas nostras in cœlũ transferamus, uniuersa secularia superẽtur. Superantur eñ si non ea desiderabimus, si ridebimus. Hospites sumus & aduenæ, nullæ nos molestiæ angant. Neq; enim si ex clarissima patria, & claris parentibus ortus in lõginquam regionẽ nemini notus abires, sine filijs, sine diuitijs, & te quispiam contumelia afficeret, ægreferres, ac si domi talia fierent. Quòd eñ certo te hospitẽ aliena in patria uersari uides, omnia æquo animo & contemptũ, & famẽ & sitim, & huiusmodi ferre persuadet. Ci uitatẽ habes, cuius opifex & autor deus est, quò breui accersemur. Qui uult pulset, iniurietur, maledicat, peregrini sumus, & in miseria uiuimus. Grue est in patria inter ciues ea perpeti, illic & ignominia maxima est, et iactura. Si quis alicubi nullũ notũ habeat, omnia patiẽter tolerat: contumelia secũdum inferentis mentẽ grauior iudicatur. Vt exempli gratia: Si quis consulto prætorẽ maledictis prosequatur id sanè permolestẽ ferẽdum est: at si priuatũ arbitratus offenderis, uix iniuriã reputauerit: ita & nobis faciendũ, nesciunt nos maledici, utpote qui cœli ciues, & supernæ patrię ad scripti, & Cherubin socij sumus. Quare nolimus ægreferre, neq; cõtumeliam reputemus: nã si nos cognoscerẽt, abstinerent: sed pauperes nos & miseros ducunt, ergo moueri minime his uerbis debemus. Dic quæso, si quis præueniẽs seruos suos aliquantulum in diuersorio expectaret, & uel diuersorij dñs, uel alius q̃spiã in incognitũ illũ exasperaretur, & malediceret, nõne illius ignorantiam rideret? nõne error ille magis hominẽ delectaret? Non lætaretur perinde, ac si ad alium, non ad se illa iniuria pertineret? Ita et nos faciamus, in diuersorio sedemus, expectãtes huius uitæ socios. Cum omnes conueniemus, tũc quos læserint, intelligent, tunc deijcient oculos, tunc erubescent, tunc dicẽt: Hi sunt quos stulte habuimus in derisum. His ergo duobus consolemur, & ꝙ nõ iniuriam accipimus, nam nos ignorant: & ꝙ si ulcisci uoluerimus, grauius & nos postmodum ulciscemur. Sed absit ut quispiã tam immani & inhumano sit animo. Quid a gẽtilib. nostris offendimur? Hoc non molestũ est, imò perleue. Quid tandem ꝙ nõ eodẽ modo dilectos, qui nobis maledicũt, & quos ignoramus, patimur? Nam cũ uos hic admonemus cõtumeliosis uerbis nonnunquam uobiscũ agimus. Frater est qui te offendit, perfer magno animo. Pater est & patruus. Quòd si patris et fratris nomina uereris, dicam propinquius. Non enim fratres tantum inuicem sumus, sed & membra & corpus unum, cuius nomẽ magis reuereri debes. Non audisti gẽtile prouerbium, ꝙ amicus cum uitijs ferendus est? Non audisti Paulũ dicentẽ, Alter alterius onera portate? Nõ uides amantes? Cogimur enim, cum à uobis non possumus, exemplũ inde sumere. Facit & hoc Paulus, inquiens: Patres carnis nostræ habemus eruditores, & non confundimur. Vel illud potius tempestiuius afferetur, quod ad Romanos scribitur: Sicut constituistis membra uestra seruire immũditiæ & iniquitati ad iniquitatem, sic cõstituetis membra uestra seruire iustitiæ: propterea bono animo exemplum cõplectamur. Non uides amãtes? hi nanq; meretricũ amore quot mala perferũt? alapis uerberibusq; cæsi, irrisi, innumeris iniurijs lacessiti, blando tamen morbo cõprehensi, omnia sibi trãquilla & felicia arbitrantur: dum uel semel suaue aliquid & placitum inde accipiant, priorum omnium obliuiscuntur, omnia secunda proueniunt, siue paupertas, siue morbus, siue quodcũq; aliud uel molestissimũ, uitam suam miserã uel beatã ex amicæ affectu ducũt: neq; humanam gloriã, neq; infamiam curant, sed & cõtumelias, & omnia magna cũ uoluptate propter illius amorẽ facile tolerant: & si maledicat, si in faciẽ inspuat, rosis aspergi se putant. Et quid mirum si hoc in illam animo sint, cũ etiam eius domum, & si lutea sit, si ruinam minetur, omnium tamẽ pulcherrimam censent? Ipsis præterea locis ubi uesperi uersantur, uisis excitãtur. Date ut hoc in loco apostolicum illud in medium afferam: Sicut constituistis membra uestra seruire immunditiæ, ita cõstituatis seruire iustitiæ. Itidẽ & ego dico, ut illas dileximus, inuicẽ diligamus, & nullã molestiã reputemus. Et quid inuicem dico? ita deũ diligamus. Nónne horretis audientes tantã me à uobis in deũ dilectionẽ exigere, quantum in meretricẽ cõferimus? Sed ego horreo, ꝙ neq; tãtam præferamus, & si placet, ser monem nostrũ prosequamur. Siquidem hoc grauissimum est. Amata amãtibus nihil boni affert, sed turpitudinẽ, ignominiam, contumeliam: hoc enim eius affert consuetudo. Deus autẽ cœlum, & cœlestia bona nobis proponit & in filios, & unigeniti fratres nos adoptauit, & uiuenti tibi multa largit, & mortuo resurrectionẽ, & tot & tanta daturũ pollicetur, quanta ne animo quidem cõplecti possumus, honorabiles, & reuerendos facit. Rursum illa omnia uult cõsumas, ac si in uoraginẽ & in perditionẽ proijceres. Deus tibi cœlũ semines iubet, & cẽtuplum reddit, & uitam æternam. Illã te ut mãcipio utitur, amanti omni tyrãno grauius imperat. Deus inquit, Iam nõ dicam uos seruos, sed amicos. Animaduertis utriusq; excessũ, et illius malorũ et huius bonorũ? Quid prẽterea? Illius gratia multi uigilãt, & quęcũq; præceperit, Ioan. 15

Universidad de Deusto
Biblioteca

libenter audiunt, domũ relinquunt, patrẽ, matrẽ, A amicos, pecuniam, & omnia sua deserũt. Dei gratia, uel nostri potius, ne tertiam quidem rerũ nostrarum partem aliquando largimur: sed & esurientem contemnimus, & nudum, neq; respõdere ipsis dignamur. Illius si uel ancillam, & barbaram ex medio foro amantes prospexerint, blãde & læto uultu & longiore sermone affantur, & nihil in tota uita præter eam esse arbitrantur, non principatum, non regnũ. Norunt qui hunc morbum expertí sunt, plurimam gratiam habent imperanti amicæ. Nõne merito gehennæ? nónne merito innumera nos manent supplicia? Excitemur ergo, & ministerium nostrũ deo exhibeamus, & dimidiam eius partem, quam amantes meretricibus, uel saltem tertiam. Fortasse iterũ horretis, ut ego: B sed nolim uerbis tantũ, sed & re. Nunc ín hoc cõfessũ cor mouetur, egressi omia abijcimus. Quod hinc emolumentũ? Si illic consumendæ essent pecuniæ, nemo defleret paupertatem, sed nonnunquam fœneraſ: hîc si eleemosynæ admoneamur, filios, uxorẽ, domũ, & curam rei familiaris, et multas excusationes adducimus. Sed multa, inquies, illic uoluptas est. Hoc est quod doleo, quod plãgo. Quid si ostẽdero hîc maiorem uoluptatẽ, illic uix paruã, sed ignominiã, contumeliã, dispendiũ, inde bellum & odiũ, hîc nihil huiusmodi? Quid huic uoluptati æquiparandũ, dic quæso? Cœlum & eius regnũ, clarissimamq; & perpetuã sanctorũ uitã expectamus. Sed hæc expectamus, illa experimur, inquies. Vis & hæc experiri? Considera C quanta fruaris libertate, & quomodo neminẽ reuereris, neminẽ formidas, cũ uirtutẽ amplecteris. non inimicũ, non insidiatorẽ, non calumniatorẽ, non æmulum, non riualem, non zelotypum, non paupertatem, nõ morbũ, nihil deniq; humanum. Illic & si plurima ad uoluptatẽ cedant, & tanq; ex fonte diuitiæ affluant, riualium bellum, insidiq; omnium miserrimam uitam faciũt. Oportet enim ut ad contemptibilis illius, & effœminatæ uoluntatem bellum renóuetur hoc innumeris mortib. grauius, & omni supplicio intolerabilius: hîc níGal. 5 hil huiusmodi. Fructus, inquit, spiritus, dilectio, lætitia, pax, nullũ bellum, neq; superflua pecuniarum profusio, neq; post dispẽdiũ ignominia: siue obolũ des, siue panẽ, siue aquæ frigidæ poculum, multa tibi gratia habebitur, & nihil te mœrore afficiet, sed omnia te liberum & gloriosum facient. D Quomodo ergo nos excusare poterimus? quam ueniam cõsequemur, cũ hac uia relicta uitijs nos addicimus, & in caminũ ignis ardentẽ sponte nostra iactamur? Quam ob rẽ hortor, qui hoc morbo detinentur, resipiscant, & respiciãt sanitatem, neq; sinant in desperationem incidere. Nam & filius ille multo etiã his grauioribus afficiebatur, sed cũ ad paternã domũ rediit, in pristinũ honorẽ repositus est, & eo qui semper probatus est, clarior apparuit. Hũc imitemur, & ad patrẽ uel sero reuersi, eam nos aliquando captiuitatẽ libertate uendicemus, ut cœlorũ regnũ consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, &c.

Hæc locutus est Iesus, & subleuatis oculis in cœlũ, dixit: Pater uenit hora, clarifica filium tuũ, ut filius tuus clarificet te.] Qui faciet & docebit, Matth. 5 hic magnus uocabit in regno cœlorum: & merito sanè. Verbis enim philosophari facile est, re autẽ id ostẽdere, generosi hominis est, & magni. Quare Christus de patientia uerba faciens, se proponit unde exemplum accipiant. Propterea post hanc admonitionem ad orationẽ conuertitur, erudiens eos, ut in tentationibus, omnibus omissis, ad deũ confugiamus. Cũ enim dixisset, in mundo tribulationẽ habituros, & eorũ mouisset animos, eos rursus per orationẽ erigit. Tanquam hominẽ adhuc discipuli Iesum intuebãtur, ideo propter illos hoc facit: & quemadmodũ in Lazari resurrectione, etiã causam affert, inquiẽs: Propter populum qui circumstat dixi, ut credãt, quia tu me misisti. Sanè inquies, sed illud propter Iudæos merito locutus est, propter discipulos aũt qua nam gratia? Non absurda quidem. Qui enim post tot & tanta dicebant, Nunc scimus, quia scis omnia: maxime indigebant ut confirmarentur. Præterea neq; euangelista orasse dicit, sed subleuatis oculis in cœlũ, & potius sermonem ad patrẽ esse ait. Quòd si alibi orationẽ appellat, & genu flexũ dicit, tunc autem oculos in cœlum extulisse, noli perturbari: propterea erudimur attentionẽ in orationibus adhibẽdam, ut stantes suspiciamus, non oculis carnis tantũ, sed mentis, & ut flectamus genua, conterentes corda nostra. Venit enim Christus, non modo ut se nobis ostẽderet, sed ut uirtutem nos erudiret. Magistrũ autem nõ uerbis tantum, sed re erudire oportet. Audiamus quid dicit:

Pater, uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius clarificet te.] Iterum ostendit non inuitũ ad mortem uenire. Quomodo emi, qui hoc fieri orabat: & nõ sui solius crucifixi, sed & patris gloriam appellabat? nam et ita euenit, neq; enim filius tantũ, sed & pater clarificatus est. Ante crucem ne Iudæi quidem ipsum norant: Israel, inquit, me non cognouit: post passionẽ uniuersus orbis cucurrit. Inde dicit gloriæ modum, & quomodo ipsum glorificauerit, Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis. Iam cum nõ in Iudæos tantum prædicatio, sed in uniuersum orbem esset propaganda, infirmat superiorem de gentibus sententiam. Cum enim dixisset, In uiam gentium ne abieritis: esset autem di- Matth. 10 cturus, Ite et docete omnes gentes: ostendit hanc esse patris uoluntatem. Hoc nanq; multum Iudæos perturbauit, atq; etiam discipulos. Non enim postmodum facile tangere gentes patiebantur, quoad spiritus sancti doctrinam acceperunt. Siquidem non parum scandali hinc Iudæis prouenit. Ergo post tantam spiritus apparitionem Hierosolymis, Petrus uix crimen purgare potuit, locutus sermonem eum quem habuit apud Simonem. Sed quid est, dedisti ei potestatem omnis carnis? Quãdo hanc accepit potestatem, (interrogando hæreticos) ante, an post eorum formationem?

Ipse

Ipse enim, inquit, postquã crucifixus est & resur- A
Matth. 28 rexit: Data est mihi omnis potestas, ite & docete omẽs creaturas. Quid ergo, nõ dixit potestatem operum suorum, sed fecit quidem eos habere: potestatem autem nõ habuit, postq; fecit? Atqui omnia ipsum fecisse apparet & superioribus tẽporibus: & alios quidẽ ut peccatores puniens, Non abscondam, inquit, à seruo meo Abrahã quid deheo facere: alios ut bonos honorans. inde tũc quidem habuit, nunc autem perdidit, & rursus accepit. Et quis hoc dæmõ diceret? Quòd si eadem & tunc & in præsentia potestas: inquit eũ, Sicut pater suscitat mortuos, & uiuificat: quid hoc significat? Missurus erat eos ad gentes: ne ergo putarẽt
Matth. 15 rem nouam esse, cum dixisset: Nõ missus sum, nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, ostẽdit hanc B etiam esse patris uoluntatẽ. Quod si hoc perq; humiliter loquitur, nihil mirũ. Sic enim & illos tũc, & futuros ædificabat: & ut dixi, & semp dico, excessus humilitatis seruis multũ persualit ad auditorũ imbecillitatẽ Christũ locutũ. Sed quid signi-
1. Cor. 9 ficat omnis carnis? Non enim omnes crediderũt. Atqui omnes secundũ partẽ crediderunt. Quòd si nõ omnes, nõ magistro crimini adscribendum est, sed nõ accipiẽtibus. Vt omne quod dedisti ei det eis uitã æternã. Si hoc in loco ad humani sermonis morẽ paulũ descendit, nõ admireris: facit enim & dictarũ causarũ gratia, & ut semper magnifice de se dicere caueat, cũ auditoribus nõ, pfi- C ceret, nondũ magnũ aliquid de ipso opinãtibus. Ioannes tamẽ cũ ex persona sua loquitur, non ita facit, sed altius erigitur, inquiẽs: Omia per ipsum facta sũt, & sine ipso factũ est nihil. Et q̃ uita erat, & lux: & q̃ in ppria uenit: non q̃ non haberet po-
Philip. 2 testatem, nisi accepisset, sed q̃ alijs daret filios dei fieri. Et similiter Paulus æqualẽ deo prædicat. Ipse aũt Iesus magis humano loquẽdi more loquitur.

Vt omne quod dedisti ei, det eis uitã æternam. Hæc aũt est uita æterna, ut cognoscãt te solũ deũ uerũ, et quẽ misisti Iesum Christũ.] Solum uerum deũ, ad eorum qui dij non sunt, differentiã inquit. Ad gentes nanq; mittendi erant. Quòd si non tolerarẽt, sed propter hoc tantum filium uerũ deum esse negarent, ex hoc etiam deum tollerẽt. Inquit D enim, Gloriam à solo deo non quæritis. Quid ergo? nõ erit deus filius? Quid ni? Si deus, & solius patris dicentis, constat etiam & uerũ esse, & eius qui solus deus uocatur. Quid cũ dicit Paulus: An
1. Cor. 9 solus ego & Barnabas? An Barnabam tollit? Minime. Solus enim ad aliorum ponit differentiam. Quòd si non uerus est deus, quomodo ueritas? Multum enim à uero ueritas differt. Non uerum hominem quid esse dicemus? Nónne non hominem? Sic si uerus deus nõ est filius, quomodo erit deus? Quõ nos deus facit & filios, nisi sit uerus? Sed de his diligentius à nobis in alijs dictum est, quare alia prosequamur. Ego te clarificaui super terram.] Recte sanè super terram: in cœlo clarificatus erat, cũ naturalem haberet gloriã, & ab angelis adoraretur. Non ergo de gloria substantiæ eius coniuncta dicit, quam etsi à nemine laudetur, plenissimam habet, sed quæ humano cultu exhibetur. Igit & illa particula, Clarifica me: hoc etiam modo intelligitur. Et ut cognoscas ita intelligendum, audi quæ sequuntur. Opus cõsummaui quod dedisti mihi ut faciam.] Atqui à principio negotiũ habuit, uel potius non à principio. Quomodo ergo dicit, cõsummaui? Vel qa futurum tanquam factum dicit, uel (quod uerius est) quòd omnia iam erant perfecta. Cum enim radix bonorũ absumpta esset, certè à principio fructus producendi erant, & cum posteris affutura esset, ipsum adesse, & simul coniungere oportuit. Ideo iterum humilius condescendit, Quod dedisti mihi.] Nam si in audiendo & discendo perseueramus, lõge hæc gloria eius minora essent. Qd B enim ad hoc propria uoluntate uenit, multis modis perspicuum est: ut cum Paulus ait: Sic dilexit Rom. 8 nos, ut traderet seipsum pro nobis: &, Semetip- Philip. 2 sum exinaniuit, formam serui accipiẽs: & iterum, Sicut dilexit me pater, sic ego dilexi uos: et nunc, Ioan. 15

Clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quam habui, priusquam mundus fieret, apud te.] Et ubi claritas illa? Esto apud homines meritò inglorius sis ob carnis uestem assumptã, quomodo & apud deum clarificari quæris? Quid ergo hîc dicit? De incarnatione hic sermo habetur, cum nondum carnis natura clarificata esset, neq; induisset incorruptionem, neq; in regiam sedem ascendisset: ideo non dixit, super terram: sed apud te. Hac nos claritate pro portione nostra donabimur, si uirtutem amplectemur. Ideo Paulus inqt: Si tamen compatimur, ut simul cõglorificemur. Rom. 8 Et profecto innumeris sunt lacrymis prosequendi, qui tanta proposita gloria, desidia & somno si bijpsis deficiunt. Etsi gehenna non esset, adhuc omnium essent miserrimi, quibus cum liceat una cum dei filio regnante, & glorificari, tantis seipsos bonis defraudant. Nónne si laboribus conficí, si innumeras mortes mori, si innumeras animas, & totidem quotidie corpora traditum iri oportet: nónne, inquam, omnia pro tanta gloria ponenda essent? Sed nos neq; pecunias contemnimus, quas uel inuiti paulo post relinquimus. Non contemnimus, inquam, pecunias, quæ nos tot malis exponunt: quæ non nostræ sunt, sed hic remanebũt: ministramus emi quæ nostra nõ sunt, etsi à maioribus nostris relicta. Cũ uero etiam gehenna nos maneat, & uermis perpetuus, & ignis inextinguibilis, & stridor dentiũ: quomodo hæc feremus, dilectissimi? Quousq; hæc nõ cõsiderabimus, sed in bella, & contentiones, & inania uerba omne tempus cõsumimus? Terram nutrimus, corpus saginamus, animam uero contemnimus. Rerũ necessariarũ nullam rationẽ, superfluarum & inanium plurimam habemus. Magnifica struimus sepulchra, splẽdidas domos ædificamus, seruorũ caterua cõstipamur, & uarios excogitamus dispensatores agrorum, domus, pecuniarum, & principes principum constituimus, animam omnino desertã relinquimus. Et quis horũ modus? Nónne unum uentrem saturamus? nónne unum

corpus

Universidad de Deusto
Biblioteca

corpus induimus? Quæ hæc tanta rerum pertur- A
batio? Quid tandem unam quam accepimus ani
mam diuidimus, & in tot rerũ curas distrahimus,
molestam nobis seruitutẽ excogitãtes? Qui mul
tis indiget, multorũ seruus est, etsi ea possidere ui
deatur. Nam & seruorum seruus dominus est, &
magis quàm illi seruitium subit. Præterea sine ser
uis in forum ire non audet: non in balneum, non
rus. Seruis autẽ sine domino liber est aditus quò
placet. Sed qui dominus uidetur, nisi serui adsint,
exire domo non audet: & si exierit, ridiculus sibi
esse uidetur. Fortasse aliqui nos irrident, cũ hęc di
cimus, qui propterea magis deplorãdi sunt. Nam
quòd hæc seruitus sit, libẽter te interrogarem, an
uelles egere aliquo, qui ori tuo panẽ, uel poculũ B
admoueret: nõne hoc miserabilem duceres seruí
tutẽ? Quid ergo si indigeres, qui te semper defer-
rent, nónne te miserum, nónne infelicem prædi-
cares? Nõne et hoc simile est? Nihil etenim refert
an homines te, an iumẽta ferãt. Quid quæso, nõ-
ne in hoc ab angelis differimus, quòd nõ egẽtut
nos? Igitur quanto paucioribus indigemus, tãto
magis illis appropinquamus: quãto pluribus, tã-
to magis ad hanc caducam uitam deflectimus. Et
ut hoc ita habere se intelligas, senes interroga,
quam uitam laudẽt, cum his rebus stulte uincun-
tur, an cum uincunt? Propterea illos in testimoni
um uocaui, quoniam qui iuuentute inebriantur,
maximam seruitutem non intelligunt. Quid fe-
bribus laborantes, nónne quãto plus sitiendo bi-
bunt, plus bibere desiderant? Certe cum in bonã C
restitui ualetudinem illa siti liberati sunt, seipsos
beatos existimant. Animaduerte in omnibus re-
bus miserum pluribus indigere, & qui longe à sa-
pientia est, ei & seruitus & cupiditas intenditur.
Quid ergo spõte nostra nobis miseriã augemus?
dic quæso, si sine tecto, & parietib. cõmode uiue-
re possẽs, & nihil te offenderet, nõne id eligeres?
Quamobrem imbecillitatis argumẽta maiora fa
cimus? Nónne propterea Adam beatũ dicimus,
quoniam nulla re indigeret: non domo, non uesti
bus? Sanè quidem. Verũ nunc in necessitate con
stituimur: sed cur augemus? Nã si multi multa e-
tiam de uitæ necessitate sibi defraudãt, ut seruos,
habitationes, pecunias accumulãt: quam nos ex-
cusationem habebimus, qui tãtum necessitatem D
excedimus? Quanto plura amplecteris, tãto ma-
gis turæ derogas libertati. Vera nanq; libertas est,
nulla re indigere, in secundo loco minimis, quam
angeli habent. Quòd aũt in mortali corpore hoc
quispiam cõsequatur, cõsidera quàm laudandus
1.Cor. 7 sit. Hoc & Paulus Corinthijs dicebat: Ego autem
uobis parco. Et ideo ne tribulationem carnis ha-
beant huiusmodi, ideo pecunias, ut ijs in necessa-
rijs utamur, non ut seruemus & defodiamus, con
donatas habemus. Hoc emẽ non est possidere, sed
possideri. Quòd si cõsideraremus quomodo eas
augere possimus, nõ ut ad necessitatẽ uteremur,
ordo peruerteretur, & illę nos, non nos illas pos-
sideremus. Liberemus igitur nos hac graui seruí-
tute, & tandẽ in libertatẽ nos uindicemus. Quid
tot, & tã uaria nobis uincula excogitamus? Non
sufficit tibi naturæ uinculum, & uitę necessitas, et
tot rerum turba, sed & alijs te retibus intricas? Et
quando poteris de cœlo cogitare, & eius altitudi
nem speculari? Satis erit, satis si his omnibus præ-
cisis uinculis supernam ciuitatẽ adire poterimus,
tot alia restant impedimenta, quæ ut superemus,
paupertatẽ amplectamur. Hoc enim pacto uitã
æternam consequemur, gratia & benignitate do
mini nostri Iesu Christi, cum quo patri &c.

EX CAP. XVII. HOMILIA LXXX

MAnifestaui nomẽ tuum hominibus,
quos dedisti mihi de mundo. Tui e-
rant, & mihi eos dedisti, & sermonẽ
meum seruauerunt.] Magni consti-
lij angelus dicitur filius dei, et aliorũ
quæ docuit gratia, et principaliter quòd patrẽ ho
minibus annũciauit, & ꝙ in præsentia inquit, Ma
nifestaui nomen tuum hominibus. Nam cũ opus
suum cõsummasse dixisset, quale id opus sit, enar
rat. At qui manifestum erat nomen: nam et Esaías
inquit, iurastis deum uerum. Sed ut sæpe dixi, &
nũc dicam, licet manifestũ esset Iudæis, nec tamẽ
omnibus: nũc de gentibus loquitur, nec hoc tan-
tum manifestat, sed quòd patrem ipsum norant.
Neq; est idem nosse rerum opificem esse, & filiũ
habere. Manifestauit autem eius nomẽ & uerbis,
& re. Quos dedisti mihi de mundo.] Quemad
modum superius inquit: Nemo uenit ad me, nisi
sit datum ab eo, & nisi traxerit eũ pater meus: ita
et hoc in loco, Quos dedisti mihi. At qui ipse se ui
am esse dixit. Vnde constat duo his uerbis innue
re, quòd neq; contrarius patri sit, & quòd eius uo
luntas est, ut filio credant. Tui erant, & mihi eos
dedisti.] Hîc docere intendit se multũ à patre di-
lectum. Nam quòd accipere eos oporteret, uel in
de cõstat, ipse eos & fecit, ipse eorum curã habet
perpetuo. Quomodo eos accepit? Sed ꝙd dixi,
concordiam cum patre significat. Quòd si homi-
nis more quispiam uellet, ut dictum est, id inuesti
gare, non amplius erunt patris. Nam si cum pater
eos habuit, nõ habuit filius: sanè constat, cũ dede
rit eos pater, à iure dominij decidit: et quod absur
dius, apud patrẽ cõtemptos fuisse, cum ad filium
uenerũt tunc honorem adeptos. Sed hæc uel dic-
tu ridicula. Quid ergo? Et per hæc ostẽdit, quòd
ei uisum sit eos filio credere. Et sermonẽ meum
seruauerunt. Et nunc cognouerunt, quia omnia
quæ dedisti mihi, abs te sunt.] Et ꝙmodo sermo-
nem tuũ seruauerunt? Credendo mihi & non ac-
quiescendo Iudæis. Qui credit ei, inquit, signauit
quia deus uerax est. Quidam dicunt nũc tandem
cognouisse Iesum, omnia sibi à patre data: sed ra-
tio non constaret, quomodo ignoraturus esset fi-
lius o pera patris? sed de discipulis dictum est. Ex
quo enim ea dixi, inquit, omnia quæ dedisti mihi
abs te esse didicerũt. Nihil alienum, nihil propriũ
mihi à te est. Quod enim propriũ mihi, idẽ & tibi.
Nam proprium tanq; alienum multis in locis po
nit. Cognouerunt ergo quòd omnia quæ doceo,

tua

tua est doctrina. Et unde hoc didicerũt? A uerbis A
meis. Sic enim docebam, nec hoc tãtum, sed ꝙd à
te ueni, hoc enim per totum curauit euangelium.
Ego pro eis rogo.] Quid dicis? Tanq; ignoran
tem patrem doces, tanq; ad hominem ignarũ lo-
queris? Quid sibi uult hæc diuisio? Ecce ꝙd nulla
alia causa habet orationẽ, nisi ut intelligãt, quam
in ipsos habeat charitatem. Qui enim non sua tan
tum præbet, sed & alium ad id hortatur, & rogat,
multam præ se fert dilectionem. Sed quid signifi-
cat, Pro eis rogo? Nõ pro toto mundo, inquit, sed
pro ijs, quos dedisti mihi. Et frequẽter utitur hoc
uerbo, Dedisti, ut idẽ et patri uideri intelligerent:
inde cum dixisset, Tui erant, & tu eos mihi de-
disti,] ut prauam suspicionem tolleret, ne quis no
uum ipsius arbitraretur imperium, & nuper eos B
accepisse, inqt: Mea omnia tua sunt, & tua mea,
& clarificatus sum in eis.] Ecce æqualitatẽ. ne eũ
audiendo, Quos dedisti mihi, aut sub patris uolũ
tate non esse, aut nihil antea ad filium pertinuisse
arbitrareris, utrunq; his uerbis tollit: quasi dicat,
Noli quia audis patrem mihi eos dedisse, existi-
mare alienos iam à patre esse, mea patris sunt: ne-
que quòd dixerim patris esse, alienos à me ducas:
nam quæ patris sunt, mea sunt. Itaq; ea particula,
Dedisti: ad auditorum tantum dicta est imbecilli-
tatem. Quæ pater habet, filij sunt: & quæ filius, pa
tris: hoc neq; de filio, in quantum homo, dici po-
test, qui sane minor est. Nã quòd pater maior sit
plane constat: contrà, minime. Hic autem æquali
tatem ostendit, hoc & alibi dixit: Omnia quæ pa- C
tris sunt, mea sunt, de cognitione locutus. Illa au-
tem particula, Dedisti mihi, & huiusmodi, nõ tan
quam alienum se uenisse, ut eos ad se traheret, sed
proprios accepisse significat. Inde causam & pro
bationẽ adducit. Et clarificatus sũ in eis, hoc est,
uel ꝙ in mea sunt potestate, uel ꝙ clarificant me,
cum tibi & mihi credũt, & simul clarificẽt. Quòd
si non simpliciter clarificatus est in eis, nõ iam ip-
sius essent, quæ illius. Nemo enim in quibus non
habet potestatem, clarificatur. Quomodo autem
itidem clarificatus est? Omes pro eo ut pro patre
moriuntur, & tanq; patrem prædicant: & quem-
admodum in nomine patris omnia fieri dicũt, ita
& in filij. Et iã non sum in mundo, & hi in mun
do sunt:] hoc est, quamuis in carne non appareã,
per hoc glorificor. Sed quid frequenter se in mun
do non esse, & cum in mundo esset, se eos confir- D
masse dicit: nũc cũ discedat, patri eos cõmendat?
Quæ omnia si quis simpliciter accipiat, multa se-
querentur absurda. Qua enim ratione nitit̃, quòd
non sit in mundo, & cũ abeat alij cõmendet? Hęc
enim ut puri hominis, & discipulis se gratificãtis
uerba sunt. Vides ut nonnulla hominis more se-
cundũ eorũ mentem loquitur, qui ipsius præsen-
tia se tutiores arbitrabantur: ideo inquit, Cum
esset cũ eis, seruabam eos.] At qui ait, Venio ad
uos, & uobiscum sum usq; ad consummationẽ se-
Matth. 28 culi. Quomodo ergo tanq; discessurus loquitur?
Vt dixi, secũdum eorũ opinionem, ut paululum
recrearentur, cũ se patri cõmendari intelligerent.

Cum enim multis adhibitis consolationibus, nõ
acquiescerent, iam patrem allo quitur, ut suum in
illos amorem demõstraret: quasi diceret, ex quo
me ad te accersis, tutos eos reddas: ego eñ ad te
uenio. Quid dicis? Nónne tu potes seruare eos?
Quid ni? Cur ergo ita dicis? Vt habeant gau-
dium meum impletum:] hoc est, ne imbecillitate
sua perturbarentur. His uerbis ad eorum recrea-
tionem & lætitiam hæc omnia se locutum osten-
dit. Nam aliter sermo cõtrarius uideretur. Nunc
autem non sum in mundo, & hi in mundo sunt.]
Ita enim opinabantur, ideo ad eorũ descendit im
becillitatẽ. Nam si dixisset, Ego seruo eos, nõ cre-
didissent: ideo inquit, Pater sancte, serua eos in
nomine tuo:] hoc est auxilio. Cũ essem in mũ-
do, seruabam eos in nomine tuo.] Iterũ ut homo
loquitur, & ut propheta. Nusquam enim apparet
in nomine eius fecisse. Quos dedisti mihi ego
custodiui, et nemo ex eis periit, nisi filius perditio
nis, ut scriptura impleatur.] Et alibi inquit: Om- Psal. 108
ne quod dedisti mihi, nõ perdam ex eo. At qui nõ
ille tãtum perditus est, sed multi postmodũ: quo-
modo ergo inquit, nõ perdam? Quantũ in me e-
rit, non perdã: quod & alibi apertius significauit:
Non eijciam eum foras. Nam mea causa non ex-
pellam, non derelinquam: ꝙ si sponte sua resiliẽt,
ui eos non traham. Nunc ad te uenio.] Ecce hu
manius positam particulam. Quòd si quis ex hoc
minorẽ filiũ uoluerit, minorẽ faciet & patrẽ. Con
sidera à principio, partim docentis & explanãtis
uicem gerit, partim precipientis. Docẽtis, ut cum
dicit: Non de mundo tollas rogo.] Præcipien
tis, ut, Ego custodiui eos usq; modo, & nemo pe
rijt, & tu serua eos.] & iterum, Tui sunt, & mihi
eos dedisti, & cũ essem in mundo, seruabã eos.]
Quæ omnia soluunt̃, ꝙ ad auditorũ dicta sunt im
becillitatem. Nam cũ dixisset, Nemo ex eis pe-
rijt, nisi filius perditionis.] addidit. Vt scriptura
impleret̃.] Quæ scriptura? Quæ de eo multa prę
dixit. Non tamen propterea perijt, ut impleretur,
de quo superius multa uerba fecimus: Hic enim
proprius modus scripturę est, ut quę euẽtus sunt,
pro causa ponat. Et omnia diligenter inuestiganda
sunt, & dicẽtis mos, & subiectum, & scripturę
lex: quæ deprauanda non sunt. Fratres nolite, in- 1.Cor. 14
quit, pueri fieri sensibus. Hæc autem nõ modo ad
scripturas intelligendas legẽda sunt, sed ad uitam
inuestigandã. Et enim pueri parui magna non de
siderant, ut̃lia solent admirari, currus, equos, auri-
gas, rotas luto factas, hoc aspectu delectantur.
Quòd si regem in curru aureo sedentẽ, & mulos
albos iunctos, & eximium cultum uiderint, ne re
spiciunt quidem. Præterea & puellas ex creta or-
nant, ueras autem pulchras nesciunt, & in multis
alijs rebus itidem afficiuntur. Tales nonnulli nũc
reperiunt̃, nulla his cœlestiũ cura, sed ad lutea tã-
uantur, & gloriã & uoluptates huius seculi magni
pendũt, quæ ita puerilia sunt, ut illa. Quæ uero &
uitæ, & gloriæ, & requetis causa sunt, nõ curãt: sed
ut pueri his priuati deflent, illa aũt ne desiderare

quidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidē norunt:ita & multi in ætate prouecta.Ideo A
inquit:Nolite pueri fieri sensibus. Pecunias cōcu
piscis, non diuitias permanentes,sed pueriles lu-
dos.Si quem plumbeum numum admirantem,et
ad eum colligendum inclinantē se uideres, nōne
eum quàm pauperrimum iudicares? Tu autem e-
tiam uiliora congregans,inter diuites te annume
Diues quis ras:et qua hoc ratione nititur? Illum nanq; diuitē
dicimus,qui omnia præsentia contemnit. Nemo
parua hæc argentum,aurum,& huiusmodi imagi
narias diuitias ridere poterit, nisi maiorū deside-
rio teneatur, quemadmodum neque plumbeum
numum,nisi aurea possideat. Tu quoq; cum uide
ris hominem uniuersum orbem percurrentē, nul
la alia causa eū facere putato, quàm quòd ad ma-
iora respicit.Sic agricola pauca semina contēnit, B
quando maiorem messem expectat. Quòd si pro
spe incerta quæ habemus, cōtemnimus:lōge ma-
gis pro certissima expectatione id nobis facien-
dum est.Quare uos hortor atq; obsecro,ne nobis
ipsis simus detrimēto,néue pro luto supernis nos
thesauris fraudemus,& culmorum & palearū ple
na nauí portum subeamus. Quisq; de nobis dicat
quid uelit,ægre ferat nostram assiduam admoni-
tionē,nos nugatores appellet, graues, molestos,
non cessabimus ab admonēdo,& cum propheta
Dan. 4 omnibus uobis frequenter prædicabimus:Pecca
ta tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas mi
serationibus pauperum, & suspende eas in collo
tuo.Neq; hodie quidē facias,& cras desistas.Ete-
nim corpus hoc quotidiano cibo indiget,ita et a- C
nima,& longe etiam magis: quem nisi impende-
ris,& imbecillior fit,& turpior. Nolimus cōtem-
nere periclitantem, quotidie multa uulnera accí-
pit,nūc cupiditatis,nunc iræ,nunc acedíæ.Male-
dicit,ulciscitur, inuidet, cui medicina exhibenda
Luc. 11 est,neq; parua est eleemosyna, quæ omnibus uul
neribus adhiberi potest:Date eleemosynam, in-
quit,& omnia uobis munda erūt. Eleemosynam
non auaritiam:quæ ex alieno datur, eleemosyna
non manet,quamuis indigentibus impendas. E-
leemosyna est,quæ omni caret iniquitate.Hęc o-
mnia munda facit,hæc ieiunium, hæc humi dor-
míre exuperat,quamuis molestiora & laboriosio
ra sint:hæc tamen lucrosior illuminat animam, sa
ginat,pulchrā & decoram facit. Non adeò athle-
tas oleæ præmium excitat, ut pietatis certatores D
hoc oleū corroborat. Vngamus ergo animas, ut
aduersus hostem certemus audenter. Qui egeno
rum misereri cogitat,statím auaritiam exuet.Qui
in dando pauperibus perseuerat,mox iram depo
net,& superbiam.Quemadmodum enim uulne-
ratos frequenter curando, medicus facile in alio-
rum calamitatibus cōmouetur, cum humanā in-
telligat naturam:ita & nos si ad opitulandum in
opes cōueniemus,philosophabimur, neq; diuitias
admirabimur,neq; magnū aliquid præsentia bo-
na ducemus:sed omnia contemnemus,& magna
nimí ad cœlum intēti,facile sempiterna bona cō-
sequemur,gratia & benignitate domini nostri Ie
su Christi, cum quo patri,&c.

EX CAP. XVII. HOMILIA LXXXI

EGO dedí eis sermonē tuum: & mun
dus odío eos habuit, quía non sunt
de mundo,sicut ego nō sum de mun
do.] Cum uirtuti operam damus,&
malí homines persequuntur, & nos
derident,nolímus ægre ferre, neq; dolere:ita em
se res habet.Semper odium parit apud malos uir
tus,inuident enim bene uiuere uolētibus,sibi ex-
cusationem arbitrati, si aliorum gloriam carpūt.
Odío habent, quí contraria quàm ipsi faciunt,&
pro uiribus adnituntur, ut illorum uitam crimini
bus inurant:sed non propterea doleamus, hoc e- Ioan. 15
nim uirtutis signū est,ideo Christus inquit: Si de
mundo essetis,mundus quod suum est amaret.Et
iterum alio in loco, Væ uobis quibus benedicūt Luc. 6
omnes homines:idcirco & hoc in loco ait, Ser
monem tuū dedi eis,& mūdus odío eos habuit.]
Iterum causam affert,quare digni sint,quorū pa-
ter curam habeat.Propter te odío habiti sunt, in-
quit,& propter sermonem tuum: Itaq; digni sunt
protectione tua. Nō rogo,ut tollas eos de mū-
do,sed ut serues eos à malo.] Iterum exponit ser-
monē,& planius reddit: quod nihil aliud signat,
quàm quòd multam de his curam habet:cum eos
tam diligenter commēdet. Atquí ipse dicebat o-
mnia facturum patrem quæ peteret:cur ergo pro
his rogat? Nulla alía, quàm prædicta ratione,ut
dilectionem suam demonstraret. De mundo
non sunt,sicut ego non sum de mundo.] Quomo
do ergo alibi dicit:Quos dedisti mihi de mundo, C
tui sunt? Illic de natura, hic de malis operibus lo-
cutus est.Et multis eos laudibus prosequitur, pri
mū quòd non sunt de mundo,Indè quòd ipse eos
dederit,& sermonē eius custodierint,& quòd ,p-
pterea odío habeantur. Quod autem dicit. Sicut
ego non sum de mundo,noli perturbari: illa em
particula,nō,est indiscretæ certitudinis. Vt enim
cū de patre & ipso dicitur, sicut summa per natu-
ram æqualitas indicatur:ita cum de nobis & ipso
dicitur, maxima per utriusq; naturæ differentiam
diuersitas.Nam si peccatum ipse nō fecit,neq; do
lus inuētus est in ore eius: quo pacto ei Apostoli
poterant compararí? Sed quid signat non sunt de
mundo? Ad aliud spectant, nihil cum terra com-
municāt,sed cœli facti sunt ciues:& ex hoc amó-
rem suum ostendit,cum apud patrem eos laudat, D
& cōmendat.Id autem uerbum,Serua eos: non à
periculis tantum dicit,sed ut in fide perstent:ideo
adiecit,Sanctifica eos in ueritate tua.Fac sanctos
per spiritus exhibitionem,& doctrinā rectam.Et
sicut cum inquit,Mundi estis propter sermonem
quem locutus sum uobis:ita & nunc instrue eos,
doceas ueritatem.Atquí hoc spiritus officium di
cit.Cur nunc à patre id postulat? Vt iterum æqua
litatis admoneare,Recta de deo doctrina animā
sanctificat. Quòd si uerbo dicit sanctificari, ne
admireris. Nā quòd de doctrina soqueretur, ad-
didit: Sermo tuus ueritas est.] hoc est, quòd
nullum in eo est mendacium.Quòd si ueritas est,
omnino quicquid dicit, futurum esse, & nihil fi-
guratum

guratum,nihil corporeum demonstrat. Sicut & A
Eph. 5 Paulus de ecclesia ait, quòd sanctificauit eam in
uerbo:quòd enim uerbum dei purgaret, intellige
bat.Videtur autem mihi & aliud significari per il
lam particulam,Sanctifica eos:hoc est quod dixe
rat,segrega eos & uerbo,& prædicatione:& hoc
etiam ex sequentibus constat. Sicut me,inquit,
misisti in mundū,& ego misi eos.] Quod & Pau-
2. Cor. 5 lus dicit,ponens in nobis uerbum reconciliationis:
pro quo enim Christus abijt:pro hoc hi orbem ter
rarum comprehenderunt.Hic etiam hoc uerbum
sicut,non similitudinis est ad deum,& ad apósto-
los.Quomodo enim taliter ad homines mitti po-
terant? Mos autem ei est de futuro tanquā de pre
terito loqui. Et pro eis sanctifico me ipsum, ut
sint sanctificati in ueritate.] Quid sibi uult,San- B
ctifico meipsum? Offero tibi sacrificium. Sacrifi
cia omnia sancta dicuntur,& proprie sancta quæ
deo dicata sunt.Cum antiquitus in figura sanctifi
catio esset in ouibus,nunc non in figura,sed in ue
ritate:ideo inquit, Vt sint sanctificati in ueritate
tua.Etenim eos tibi cōmendo,& oblationem fa-
cio,siue propter caput hoc fieri dicit,siue quía ipsi
Rom. 12 sacrificati sunt.Constituite,inquit,membra uestra
Psal. 43 hostiam uiuētem,sanctam:&,Reputatí sumus,ut
Sap. 3 oues occisionis: &, Sine morte hostiā eos facit,&
oblationē.Nam q hostiam sui significaret,dicen-
do,Sanctifico:constat ex sequētibus,cum pro eis
mororetur.Dicens autē,Pro eis sanctifico meip-
sum,ne quis arbitraretur,q pro apostolis hæc so-
lum faceret,addidit: Non pro his rogo solum, C
sed pro credētibus per sermonem eorum in me.]
Hinc iterum eorum animos erigit,indicans mul-
tos futuros discípulos. cum enim quod habebant
eximium,cōmune fecit,iterum eos consolatur,o-
stendens eis aliorū salutis futuros autores.Ex quo
autem de eorū salute,& sanctificatione per fidem
& sacrificium dixit,iam ad concordiam eos exhor
tatur,in quo sermonem suum concludit unde in-
ceperat.Dixerat enim,mandatum nouum do uo-
bis, Vt sint unum sicut tu pater in me, & ego in
te.] Iterū,sicut,non æqualitatis est, neq; ita unum
esse poterant, sed pro humana facultate,sicut cum
Luc. 6 dicit:Estote misericordes,sicut pater. Quid signat
In nobis? in fide in nos.nam quum nihil adeo om
nes perturbet,ut dissensio, id agit ut unum fiant. D
Quid ergo? hoc ne assecutus est? Sanè quidē.Om
nes enim per apostolos credentes unū sunt,quam
uis nonnulli ex his dissentiāt.neq; hoc eum latuit,
sed prædixit hominū desidiam. Vt mundus cre
dat,quia tu me misisti.] Quod & in principio di-
xit:In hoc cognoscent omnes,quia mei estis disci
puli,si inuicē diligitis.Et quomodo hinc erant cre
dituri? Quía pacis est deus, inquit.Si ergo quæ ex
1. Cor. 14 his didicerunt, seruauerunt, à discípulis magistrū
auditores intellígent:si dissentient,non inuenient
dei pacis esse discípulos.Si non ero pacificus, à te
missum non confitebuntur.Vides quo pacto ad fi
nem usq; cum patre concordiam confirmat? Et
ego claritatē quam dedisti mihi,dedi eis:] hoc est,
signorū & doctrinę,& ut concordes sint.Hęc em

claritas,ut sint unum,atq; etiā maior signis.Quem
admodum enim deum admiramur,q nulla dissen
sio,nulla pugna est in eius natura,& hæc maxima
gloria est,ita & hi propterea clari efficiēt. Et cur
patrem hoc postulat,quū ipse se dare profiteatur?
Nam siue de signis,siue de concordia,siue de pace
ei sermo sit,hæc se exhibere apparet, unde constat
consolandi eos gratia postulare. Ego in eis,&
tu in me.] Quomodo dedit claritatem? In eis ma-
nendo,& secum patrem habendo,ut eis opitulare
tur.Alibí autē non per se patrem,sed se & patrem
aduenisse,& mansionem apud eos fecisse dicit, il-
lic Sabellio silentiū imponens,hic Ario. Vt sint
consummati in unū. Vt cognoscat mundus, quía
tu me misisti.] Frequenter hoc dicit, ut potentio-
rem pacem,quàm signa ad persuadendū demon-
stret.Sicut enim discordia debilitat,ita concordia
corroborat. Et dilexi eos,sicut me dilexisti.] Hic
iterum:Sicut ponitur ad morem,ut hominem dili
gí licet,& ut dilectionis argumentum,quòd seip-
sum pro eis dederit.Cum ergo dixisset in securita-
te futuros,quòd non mutabunt, quòd erant san-
cti,quòd multi per eos erunt credituri,quòd mul-
ti gloriam cōsequentur,quòd non solum ipse eos
dilexerit,sed etiam pater,iam prosequit, quæ post
eorum hinc migrationem erunt futura, quæ præ-
mia,quæ essent eis coronæ repositæ. Pater,in-
quit,quos dedisti mihi,uolo ut ubi sum ego,& illi
sint mecum.] Quod semper querebant, dicentes:
quò uadis? Quid dicis? Id pollicitus es,quod non
dum habebas? Quomodo ergo eis dixisti:Sedebi Mat. 19
tis super sedes duodecim? Quomodo alía plura
& maiora pollicitus es? Ecce quòd omnia ad hu-
manam respiciūt imbecillitatem.Nam quomodo
dicebat:Sequeris autem postea? Sed ad maiorem
certitudinem,& amoris ostensionem hæc dicit.

Vt uideant charitatem meam quam dedisti mi
hi.] Iterum hoc concordiæ ad patrem indicium al
tius quàm priora. Ante constitutionem mūdi,
inquit:] quod ipsum aliquantulum ad humanam
naturam respicit,Dedisti mihi,inquit,Quòd si nō
ita est,libenter negantes interrogarē:Qui dat,ali-
cui dat:num primum generauit,inde claritatē de-
dit,ante inglorium dimisit? Et quanam hoc niti-
tur ratiōe? Vides quòd dedisti,pro genuisti intel-
ligitur? Sed cur non dicit,ut participent,sed ut uí-
deant claritatem? Hic ostendit,quòd omnis ea re
quies est spectare filium dei,hoc claros esse facit:
quod & Paulus inquit.Reuelata facie gloriā do- 2. Cor. 3
mini speculantes.Quemadmodū enim qui in So-
lis radios intuentur,aerem nacti tenuissimum ui-
su uoluptatem percipiūt:ita tunc, & longe etiam
maior orietur nobis uoluptas.Simul autem nobis
ostendit,quòd non hoc uideī,sed admiranda que
dam substantia. Pater iuste,mundus te non co-
gnouit.] Quid hoc signat? Quamnam habet con
sequentiam? Ostendit neminē scire deum,nisi so-
los qui filium cognoscūt:hoc est, Volebā omnes
hoc esse,sed non cognouerunt te, quamuis nihil
possent arguere: hoc significat, Pater iuste. Hoc
mihi asperius dictū uideī,quòd tam bonum, tam

Universidad de Deusto
Biblioteca

iustum cognoscere noluerint. Quum enim Iudæi A deum se scire, ipsum autē nescire dixissent, ad hoc respondit inquiens, Dilexisti me ante mundi constitutionem, se aduersus Iudæorū calumnias excusans. Qui claritatē accipit, qui ante mundi constitutionem dilectus est, qui testes uult eos illius claritatis, quomodo contrarius esset patri? Non igitur hoc est quod dicunt Iudæi, quòd ipsi te cognoscunt, ego autem minime, sed cōtra omnino. Ego te noui, non alij. Et hi cognouerunt, quia tu me misisti.] Vides quòd eos notat, qui à deo non esse dicebant, & ad hoc omnem refert sermonem. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam.] Atqui spiritus perfectam cognitionē inquis. sed quæ spiritus sunt, mea sunt. Vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit, & ego in ipsis.] Si enim intel B ligerent qui tu sis, tunc scirent me alienū non esse, sed maxime dilectum filium, & coniunctum. Qui hoc, ut decet, credunt, & fidem in me & ueram seruant dilectionē, & qui me uere diligūt, in his ego sum. Vide quomodo in perfectū finem desinit, in dilectionē omnium bonorū matrem. Credamus ergo, ut diligamus deū, ne de nobis dicaē: Deum confiteri sciunt, operibus negāt: & iterum, Fidem negat, & est infideli peior. Cum enim ille & familiaribus, & consanguineis, & alienis, tu ne sanguine quidem cōiunctis, ulla charitate afficeris, quæ nam tibi erit excusatio, quum deum & maledictis & cōtumelijs prosequaris? Considera quot bonis benefaciēdi occasiōes dederit deus. Alij ut cōsanguineo, alij ut uicino, huic ut ciui, illi ut homini miseretur. Quòd si horum nihil te cohibet, sed omne amoris uinculum dissoluis, audi Paulum, qui te infideli peiorem asserit, quoniā ille nihil de eleemosyna, nihil de cœlo audiens, te humanitate superauit. Tu inimicos diligere iussus, familiares ut inimicos intueris, & pecunijs magis parcis, quàm corporibus. Atqui diuitiæ absumptæ, nihil mali patientur, hic contemptus consumitur. Quæ ergo insania pecunijs parcere, & non gentilibus? Vnde hoc desiderium ortum habuit, unde hæc inhumanitas atq; crudelitas? Si quis tanquam in editiori theatri loco sedens, totum mundum, & omnia humana despiceret, considera quantam reprehende D ret stultitiam, quot lacrymas profunderet, quo risu moueretur, quantū odium conciperet. Ea enim facimus, quæ risu, lacrymis, odio digna sunt. Ille canes pascit, ut feras syluestres capiat, & ipse in feritatem incidit. Ille aues pascit, alius tauros, ut lapides transferat: homines contemnit, quum fame tabescunt, & innumeram consumit pecuniam, ut lapidei homines effingātur. Verē homines lapidei qui calamitosos despiciunt. Alius gemmas & aurum misere colligens, parietes uestit, pauperū corpus nudū uidens, nulla flectitur misericordia. Alij uestes uestibus addūt, alius autem neq; ipsum corpus nudū uestire nouit. In iudicijs item alius aliū cōsumit. Alius in meretrices, & parasitos, alius in mimos & saltatores, alius in splendida & magnifica ædificia, in emēdis possessionibus & domibus impendit. Ille præterea usuras computat, alius usu



rarum usuras, alius chirographa cædiū plena conficit, neq; uel nocte conquiescit, & proximorū malis inuigilat: Illucescēte die hic ad iniustū lucrum, ille ad dispēdium in luxu: alius ad peculatum currit, & superfluis rebus, & prohibitis maximū studium impenditur, necessarijs nullū. Iudices autem nomen quidem iudicum habent, re autem latronum & homicidarum. Et si quis controuersias & testamenta perquirat, innumera etiam hic mala, fraudes, furta, insidias deprehendet, circa quę omnes nostri conatus, spiritualium ratio nulla, fed ad ecclesiam ut tantum uideant, cōcurritur. Verum nō hoc est quod quærimus, sed operibus nobis & pura mente opus est. Nam si toto tempore auaritiæ studueris, inde huc ingressus, pauca uerba dixeris, non modò deum non placaueris, sed plurimum irritaueris. Si tibi dominum tuum cōciliare uolueris, opera exhibeas: intellige calamitosorū onera: intuere nudos, esurientes, iniuria affectos, quibus multas tibi humanitatis uias sternere poteris. Nolimus nosipsos frustra & incassum uiuendo seducere: neq; q nūc bene ualeamus nos asper nemur, sed memoriam subeat, quòd morborū ui nonnunquam morimur. Caueamus futura mala, & hac formidine meliores efficiamur, ac si maxime simus reprehendendi. Qui enim in iudicijs dicūt, canibus similes sunt: qui in foro, uulpibus: qui uitam desidem uiuunt, neq; hi ut decet, exercētur, cum in spectaculis bonos mores corrumpāt. Qui dignis rebus incumbat uidemus neminē: qui inuideant & maledicāt, & se indigna faciant, multos. Itaq; punientur etiam non solū qui malorum sunt autores, sed qui facientibus consentiunt. Voluntas enim eadem est, quæ similiter dat pœnas. Hæc ergo quotidie repeto, neq; cesso. si quis mihi auscultauerit, lucrabitur: si nemo, sciatis uelim uel hęc nobis profutura. Vosipsos accusabitis, nos ab omni culpa uacui. Sed absit, ut nos hāc afferamus excusationem, sed ut nobis gloriæ sitis, apud Christi tribunal, ubi simul sempiternis bonis cum eo perfruamur, quem decet gloria, simul cum patre & spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

EX CAP. XVIII HOMILIA LXXXII

HÆc cum dixisset Iesus, egressus est cū discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius.] Horrēdum quid mors est & formidolosum, sed non ijs qui supernam sapientiam contemplantur. Qui futura non intelligit, & ipsam tantum uitæ finem reputat, non ab re & horret, & formidat, ac si nihil futurus sit. Nobis autem qui gratia dei, & incerta & occulta sapientiæ eius didicimus, & migrationem mortē arbitramur, minime formidandum est: sed lætandum atq; desiderandum, ut à caduca hac & mortali uita ad meliorē & longe clariorem, nullo fine comprehensam transferamur, quod Christus operibus nos erudiens, nō ui & necessitate, sed sponte ad passionem uenit. Hæc, inquit, quū dixisset Iesus, egressus est trans torrentem

tem Cedron, ubi erat hortus, in quē introiuit ipse A & discipuli eius. Sciebat autem & Iudas qui tradidit eum, locum, quia frequēter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis.] Media nocte iter facit, torrentem trāsit, & ad locū proditori notum properat, ut laborem eis demeret: & ostendit discipulis se ad mortē sponte proficisci, quod maxime ad eorum consolationem faciebat. Etenim in horto tanquam in carcere commoratur. Hæc quum dixisset. Quid dicis? Patrem orauerat. Quare non dicis post orationem in hortum uenisse? Quia non oratio, sed sermo fuerat ad discipulos. Introierunt autem discipuli in hortum, ita metu eos liberauit, ne ingredi recusarent. Vnde autem Iudas eò contenderit, unde didicerit, eo constat, quòd multum extra pernoctabat Iesus. Neque enim si domi age B ret, Iudas ad hortū properasset, sed domū, ut dormiētem comprehenderet, Ne ergo hortum secretum recessum opinareris, addidit, quòd sciebat Iudas locum: neq; hoc tantum, sed quòd frequenter Iesus conueniebat illuc cum discipulis suis. Sæpe numero enim cum his priuatim de necessarijs loquebatur, quæ alios audire non licebat. Facit aūt hoc in montibus & in hortis, locū procul à tumultu maxime sibi deligens, ne doctrina impediretur. Iudas autem cum accepisset cohortem, & à pontificibus & pharisæis ministros, uenit illuc.] Et hi sæpe aliàs miserunt ad Christum comprehendendum, sed non potuerunt. Vnde constat spōte sua se tradidisse. Et quomodo Iudas cohorti persuasit? Milites erāt uiri, & mercede omnia C audebant. Iesus aūt sciens omnia quæ uentura erant super eum, processit & dixit ad eos: Quem quæritis? hoc est non eorum aduentu obstitit interrogare, sed intrepide tanquam omnia sciens & dicit, & facit. Quare autē cum armis ueniunt? Timebant sequentes Iesum, & propterea etiā intempesta nocte aggressi sunt. Dicit eis: quem queritis? Responderunt ei, Iesum Nazarenum.] Vides uim insuperabilē. quomodo in medio existēs eos cæcauit? Quod enim non tenebris id noctis contingeret, ostendit Euangelista, cum dicit faces habuisse, quas nisi habuissent, saltem uoce cognitus esset. Quòd si illi Iesum ignorabant, non tamen Iudas ob continuam cum eo cōsuetudinem. Aderat enim, neq; magis agnoscebat, sed cum alijs retror D sum cecidit. Fecit autem hoc Iesus, demonstrans non solum nō posse eos se capere, sed ne medium quidem uidere, nisi seipsum traderet. Iterum dicit, Quem quæritis?] O dementiā: uerbo eos prostrauit, nec conuersi sunt, tantam uirtutem intelligentes, sed iterum aggrediuntur. Cum autē quod suum erat, implesset, iam se tradit, inquiens, Dixi uobis quia ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum.] Animaduerte Euāgelistæ toleran tiam. Non maledicit proditori, sed factum narrat. Vnum duntaxat curat demonstrare, quòd se capi permiserit. Inde ne quis diceret, q ipse Christus eos ad se capiendum adduxerit, & se manifestans in manus eorum dederit, quū ostenderit primum quibus facile moueri debebāt, & tamen in propo

sito perstitissent, & minime iam possent excusari, tunc se tradidit inquiens, Si ergo me quæritis, sinite hos abire,] ad ultimā usq; horam suam in eos benignitatem præ se ferēs. Si me uultis, inquit, dimittite hos. Ecce meipsum trado. Vt implereē sermo quem dixit: Quia quos dedisti mihi, nō perdidi ex eis quenquam.] Perditionem autem dicit non mortis, sed illam æternam. Euāgelista autem & in præsenti hoc accepit. Admirari autem quis posset, cur non comprehenderint etiam cum Iesu, ut uerberarent, discipulos, & Petrū maxime, qui eos serui aurem abscindendo irritarat. Quid ergo eos continuit? Nemo alius quàm quæ eos retrorsum proiecerat potentia: quod Euangelista nō eorum mentis, sed supernæ uirtutis eos coercentis fuisse significat inquiēs, ut sermo impleretē quem dixit, Non perdidi ex eis quenquam. Petrus ergo hac uoce & his quæ iam facta uiderat, fretus, contra irruentes armatur. Et quomodo inquies, qui iussus est neq; perā habere, neq; duas tunicas, gla- *Matth.10* dium habet? Vt puto, hoc metuens iam se præmuniuerat. Quòd si dixeris: quomodo cui præcipit ne alapā inferat, homicidam agit, & maxime cum non ulcisci præcipiatur? Verum non se, sed magistrum ultus est. Præterea nondum perfectæ & cō summatæ uirtutis erant. Quòd si uis Petri sapientiam intelligere, uidebis postmodum cæsum. & æquo animo omnia perferentē, & nullis malis, nullis calamitatibus perturbatum. Iesus autem etiam hoc in loco miraculum facit, simul erudiens nos, quòd in persecutores nostros beneficos nos esse oportet. Et quum suam obtegeret potestatem, seruo illi aurem restituit. Petro autē dixit, quòd qui gladium accipiūt, in gladio peribunt: & ei, ut in lauando, minatus est, ut eius conatum retūderet. Et serui nomen meminit Euangelista, quoniam magna res erat, non tantum quod eum curauerit: sed cum paulo pòst esset ab eo alapā accepturus, hinc ad persecutiones tolerādas uoluit discipulos erudiri. Atqui etiam propterea nomen posuit Euāgelista, ut legentes tunc possent diligentius inquirere an ita se res habuisset: nec simpliciter dexteram auriculam dicit, sed mihi uidetur apostoli impetū uelle ostendere, quòd ferè in ipsum caput irruit. Iesus autem non minis tātum Petrum cohibet, sed & alios sedat, inquiens: Calicem quem dedit mihi pater, nō uis ut bibam illum?] Ostendens non illorum potentiæ id adscribendum, sed permissioni suæ: ac etiam quòd non esset deo cōtrarius, sed obediret patri usq; ad mortē. Tunc comprehenderunt Iesum, & ligauerūt & adduxerunt eum ad Annam primum.] Quare ad Annam? Vt rem ostentarent, & tanquam triumphum ducerent.

Erat autem Annas socer Caiaphę, qui erat pontifex anni illus. Erat autem Caiaphas qui consiliū dederat Iudæis, quòd expedit unum hominē mori pro populo.] Cur iterum huius nos prophetiæ admonet? Vt pro salute hoc factum demonstraret, & tantam esse ueritatis excellentiam, ut & inimici eam prædixerint. Ne ergo uinculorum mentione auditor perturbareē, id meminit, quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

salus orbis terrarum eius mors esset. Sequebatur autem Petrus & alius discipulus.] Quis alius? Ipse qui hęc scripsit. Et cur se non nominat? Cum enim supra pectus Iesu recumberet, merito se silētio præterijt. Sed qua gratia in hoc loco? Eadem ipsa. nā & hic quoq; se laudat, quod alijs diffugientibus ipse sequeretur: ideo & suum nomen silet, & Petrum sibi præponit, & sui meminisse tamen coactus est, ut intelligas eum cęteris diligentius quę in aula principis facta sunt, enarrare, utpote qui aderat. Et animaduerte quomodo propriæ laudi demit. Ne quis enim diceret, quomodo omnibus ausugientibus ipse ingressus est? causam affert, q̄ esset notus pontifici, ne quis se secutū admiraretur, néue id ei fortitudini adscriberet. Illud mirandum quòd Petrus tam timidus usq; ad aulam solus uenerit. Quòd enim eousque uenerit, amoris: quòd non ingrederetur, timoris erat indiciū: ideo hęc scripsit Euangelista, prę occupans negationis excusationem. Neq; enim tāquam rem magnam ait se notum pontifici, sed cum solum se cum Iesu uenisse dixisset, ne putares animi magnitudine factum, causam affert. Quòd autem & Petrus ex illius fauore ingressus esset, ex sequētibus ostendit. Cum enim exijt, & cum ostiaria egit, ut introduceretur, statim intrauit Petrus. Cur autem ipse non introduxit? Christū spectabat, & sequebat, ideo iussit mulieri ut eum introduceret. Quid mulier?

Nunquid & tu ex discipulis es hominis huius? Dicit ille: Nō sum.] Quid dicis Petre? Nónne dudum dixeras, si oportuisset animam pro eo ponere, te positurum? Quid ergo? Ne ostiariā quidem rogātem perferre potes? Num miles, num aliquis eorum qui Iesum ceperant, te rogabat? Vilis erat ostiaria & abiecta, neq; aspere percontata. Nō dixit, deceptoris & perditi illius discipulus es, sed hominis huius, tanquam eius misereret. Sed nihil horū pertulit. Dixit autem, Nunquid & tu? quia Ioannes aderat, adeò benigne locuta est mulier. Sed nihil horū intelligebat Petrus, neq; rem aduertit, quòd primò, quòd secūdò, quòd tertiò negaret, nisi cū gallus cātauit. Neq; hoc aduertisset, nisi se Christus cōspexisset. Et ipse quidem calefaciebat se cū seruis principis. Iesus intus ligatus tenebatur. Hæc autem dicimus, non in Petri accusationē, sed ad ostēdendū Christū uera prædixisse.

Princeps autem interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina.] O malitiam, cum frequenter in templo loquentem, & palàm docentem audisset, hoc percontatur. Cum nullum haberent crimen quod obijcerent, de discipulis rogabat, fortasse ubi essent, & qua gratia eos elegisset, & quid uellet, & in quibus his uti: hoc dicebat quasi seditionis & nouitatis eum arguens. & quòd nemo alius ipsi crederet præter illos, & tanquā quoddam esset malitiæ instrumentum: quod arguens Christus, inquit, Ego palàm locutus sum mūdo,] nihil priuatim discipulis. Ego semper docui in templo.] Quid ergo? nihil ne secretò discipulis dixit? Dixit sanè, sed non quod illi arbitrabantur, quod timeret, & seditiones struere: sed quum aliquando altiora, quàm quæ multitudo capere posset, loquebatur. Quid me interrogas? interroga qui audierunt.] Non arrogāter respondet, sed fretus ueritate, quod in principio dicebat: Si ego testimoniū perhibeo de meipso, testimonium meū est uerum: idem & hoc in loco, ex abundantia suum uult testimonium cōfirmare. Nam quum de discipulis princeps percontaretur, ait: Me de meis rogas? roga inimicos, insidiatores, qui me ligarunt ut testificentur. Id enim ueritatis maximum est argumentum, quum quis inimicos in testimonium adducit. Princeps autem quum ita quærendum esset, non quæsiuit. sed unus ex astantibus ministris dedit ei alapā.] Quid hoc impudentius? Ex horrescat cœlum, cōtremiscat terra de Christi patientia, et seruorum impudentia. Et quidnam dixerat? Neq; ut se excusando ait, Quid me interrogas? sed ut omnem impudentiæ materiam tolleret: & quum percussus esset, & omnia sternere & delere, in sua haberet potestate, loquitur quæ omnem feritatem placare facile potuissent. Si male loquutus sum, inquit, testimoniū perhibe de malo.] hoc est, Si me uerbo reprehēdere potes, ostende: sin minus, cur me cædis?] Vides iudicium tumultus, & perturbationis & cōfusionis plenū? Rogauit princeps, subdole & dolose, respondit Iesus ut oportuit. Quid dicendum erat? uel confutare, uel acquiescere. sed neutrum facit. Verum seruus eum cędit, hoc nō iudicium est, sed uiolentia. Inde neq; sic quicquam habētes quod accusarēt, mittunt eum ligatū ad Caiapham. Erat autem Petrus stans & calefaciens se.] Papę, quo sopore calor ille uehemēs Petri contabuerat capto Iesu? Neq; post tot mouetur, sed adhuc se calefacit, ut intelligas quàm imbecilla sit humana natura, quū nos deus deserit. Et rogatus iterū negat. Tunc cognatus serui illius cuius Petrus auriculā abscíderat,] ea re motus ait, Nōne ego te uidi in horto?] Neq; hortus, neq; immensus amor quem Iesus illic ostenderat, uerborum eius Petrum admonuit, sed omnia formidine exciderunt. Sed cur eu angelistę omnes in hoc concordarunt? Non ut discipulum accusarent, sed erudirent quantum mali sit non omnia deo cōmittere, sed sibijpsi confidere. Tu autem admirare magistri curā & diligētiā, quòd & captus, & ligatus discipulo consulit, intuitu suo iacentem excitās, & ad lacrymas mouens. Ducunt ergo Iesum à Caipha ad Pilatum.] Factum autem hoc est, ut iudicum multitudo uel inuitis ueritatē extorqueret. Erat autem mane,] antequam gallus cantaret, ad Caiapham ducitur, inde ad Pilatum. Quibus uerbis ostendit Euangelista à media nocte ad mane à Caipha interrogatum, nihil respondisse. Ideo misit eum ad Pilatum, sed illa alijs dimittens, ipse quæ sequuta sunt, enarrat. Tu autem Iudæorum stultitiam considera, qui innocentem armati comprehenderūt. Non tamen ingrediuntur prætorium, ne contaminarētur.] Et quænam quæso contaminatio, ingredi prætoriū, ubi iniusti pœnas dant? Decimantes mentam & anethum: at quum iniuste interficiunt

Matth. 26

ciunt, contaminari se non existimant, sed cum ad prætoriū ueniunt. Sed cur ipsi non interemerunt? Multū de eorum imperio iam ademptū erat à Romanis: præterea timebant ne à Pilato accusati, pœnas postmodū darent. Sed quid significat, ut manducarent Pascha? Atqui Iesus iam id fecerat una die azymorū: siue ergo totum Pascha appellat solennitatem, siue quod tunc faciebant. Christus autem pridie cædem suam in parasceue reseruans, quando antiquitus celebratum erat: ipsi autem arma ti, quod non licebat, fundentes sanguinem, lo cum cauent, Pilatum aduocāt: qui egressus ait, Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc?] Vides mutationē principatus eorum, & inuidiæ? Cum enim & ligatum, & tāta caterua ad se adductum uideret, non tamen manifestæ putauit accusationis indicium, sed interrogat, absurdū ratus, iudicium eos præsumere, suppliciū sibi permitti. Illi aūt, Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.] ō dementiam, quid nō adducitis in mediū quid fecerit, sed obtegitis? Quid non arguitis eum? Ecce quòd ubiq; iustam prædicantes accusationem, nihil tandem afferunt. Annas de doctrina percontatus est, quo audito misit ad Caiapham, & ipse deinde ad Pilatum. Pilatus ait, Quam accusationē affertis contra hunc? Neq; habent quid respōdeant, sed coniectura quadam utuntur. Tum Pilatus, Accipite eum uos, & secundum legem uestram iudicate eum. Dixerunt Iudæi: Nobis non licet interficere quenquā. Hoc dixerunt, ut sermo Iesu impleretur, quem dixit, significans qua morte esset moriturus.] Et quomodo hoc significabant? Non licet nobis interficere quenquam: aut dicit Euangelista, quoniā nō pro Iudæis tantū, sed & pro gentibus erat moriturus: uel q̄ crucifigere eis nō licebat. Quòd si dicūt nō licere interimere, eo tēpore intelligendū est: nam quòd interemerunt & alia morte, argumento est Stephanus lapidatus: sed crucifigere eū desiderabant, ut mortis genus iactarēt. Pilatus aūt ad euitandū molestiam, breuibus Iesum interrogat: Tu es rex Iudæorum?] Respondit Iesus: A temetipso hoc dicis, an alij dixerūt tibi de me?] Cur hoc interrogat Christus? Vt prauū Iudæorum animum detegeret. Audierat em̄ hoc à multis Pilatus: nam quum illi nihil accusare possent, ne longa fieret discussio, quòd semper in primis accusabat, id nunc Pilatus percontatur. Nam quum dixisset Iudæis, Secundum legem uestram iudicate eum: ut ostenderent non esse in Iudæos tantum peccatum, non licere sibi dicunt. Non enim legi nostræ, sed communi crimini obnoxius est: quod intelligens Pilatus, ut experiretur, rogat, Tu es rex Iudæorū.] Nō ergo quod nesciret Christus interrogat, sed ut ipse Pilatus Iudæos accusaret, alij dixerunt tibi? Quod Pilatus indicans ait: Nūquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tui tradiderūt te mihi, quid fecisti?] Hic se excusare uoluit, inde cum dixisset, tu es rex? arguens eum Iesus, hoc, inquit, audisti à Iudæis? Qua gratia non diligenter rem ipsam inquiris? Dixerunt me malorum autorem, percontare quid mali fecerim: sed hoc non facis, simpliciter causas struis. A teipso hoc dicis, an aliunde?] Quo audito Pilatus, quid statim respōdeat ignarus, Tradiderunt te mihi, inquit, oportet ut te quid feceris, interrogem. Tum Iesus, Regnum meum non est de hoc mundo.] Erigit Pilatum, ut non multum ad eorum cōparationem malum, & uult ostendere se nō purum hominem, sed deum & dei filium esse, inquiens: Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utiq; decertarent, ut non traderer Iudæis.] Quod ut Pilatus intuebatur, tollit tyrannidis, uidelicet, suspicionem. An non est mundi huius Christi regnū? Quid ni? Quomodo, inquit, nō esse? Non quòd hoc etiam nō possideat, sed quòd in cœlo habeat imperiū, non humanum, sed longe maius atq; præstantius. quod si ita est, quomodo captus est sponte se tradens? Quod nō tacet, sed si ex hoc mundo essem, inquit, ministri mei decertarent, ut non traderer. Ostendit in hoc loco regni nostri imbecillitatem, quòd in seruis habeat potestatē, supernum autem regnum sibijpsi sufficiens est, & nullius indiget. Hinc hæretici ansam inueniunt alienum eum ab opifice esse. Quid ergo quum dicit, In propria uenit? quid cum, Non sunt de mundo, sicut ego non sum de hoc mundo? Sic & regnū suum dicit hinc non esse, non quòd mundum prouidentia ac protectione sua priuet, sed, ut dixi, neq; humanū, neq; caducum esse demonstret. Quid ergo Pilatus?

Ergo rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis, quia rex sum. Ego in hoc natus sum.] Si ergo rex natus est, & alia omnia nata sunt, & nihil habet quod acceperit, itaq; quum audis, Sicut pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio uitam habere, nihil aliud quàm generationem arbitreris, & in alijs similiter. Et ad hoc ueni, ut testimonium perhibeam ueritati.] hoc est, ut hoc ipsum dicā, faciam, & persuadeam omnibus. Tu autem homo hæc audiens, & uidens dominū tuum ligatum & circumtractum, noli præsentia quicquam reputare. Nónne perabsurdum & indignum est, si Christus propter te ea sustinuit, tu ne uerba quidē sæpenumero perpeti possis? Ille insputus est, tu te uestib. ornas & annulis: & si nō apud homines laudaris, miseram te uitam uiuere arbitraris. Christus opprobrijs & maledictis afficitur, ad derisum alapis cæditur: tu ab omnibus laudem captas, & nō fers opprobria Christi. Nónne audis Paulum dicentem, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi? Si quis te maledictis prosequitur, recordare domini tui, quem ad derisum adorabāt, & uerbis & re distrahebant, & irridebant, ipse uero non modo nō ultus est, sed beneficijs, & summa humanitate & clementia affecit. Hunc nos imitemur, ita poterimus omni ignominia liberari. Nō enim qui iniuriatur, sed qui paruo animo iniurijs dolet, is iniurias confirmat, & irritat iniuriantem. Si non egrè eas ferres, non afficereris iniuria. Non enim ab inferentibus, sed ab accipientibus fit ut graues sint. Quid tandē doles? si iniuria te offendit, tanto minus tibi dolendum est, imò illi magis misereri oportet:

1. Cor. 11

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret:sint iure,tãto equiori animo tolerandũ.Quem admodum enim si quis te pauperem ut diuitẽ appellaret,laudaretq;,nihil ad te illæ laudes,sed potius in risum uerterẽtur:ita si quis falso calumniaretur,nihil id ad te. Quòd si te cõscientia reprehendit,nulla uerba perturbent, sed uitam emenda,hoc in ueris reprehensionibus dico. Quum autem paupertatem quispiam aut ignobilitatem arguet,eum ridendum ducas.nõ enim dedecori est audienti,sed dicenti,utpote sapiẽtiam ignoranti. Sed cum huiusmodi in multitudine ignorantium ueritatem dicunt,intolerabile uulnus efficitur.immo hoc maxime ferẽdum,quum tibi testis sit spectaculum laudantium te,atque accipientium,illis lædentibus & exprobrantib. Non enim qui ulciscit, sed qui nihil respõdet, admirationi est apud sapientes,Quòd si presentes stulti sunt,propterea maxime eos rideas,& theatro cœlesti congratulare: illic enim omnes te laudabunt, tibi plaudent, te accipient.Siquidem unus angelus toti mundo conferri potest.Et quid angelos dico,quãdo ipse te dominus laudabit:His cogitationib.nos exerceamus,neq; enim crimini dandum est,si qui lædi
Mat. 5 tur,silet:sed contrà,si ulciscitur.Nam si crimen esset,non utique dixisset Christus:Si quis percusserit te in dexteram maxillam,præbe illi & alteram. At si falsa quis dixerit,ei misereamur,quòd sibi ac cusatiuum supplicium adstruit, neque scripturas
Psal. 49 legere dignus est,Peccatori enim,inquit Deus,ut quid tu enarras iustificationes meas? Sedens contra fratrem tuum calumniaris. Sin uera dixerit,etiam sic miserabilis est.Nam & pharisæus uera locutus,nihil tamen offendit male audientem, sed ei profuit: se bonis priuauit, sibi his maledictis naufragium intulit.Itaq; utrinq; ille est qui offendit:tu autem si æquo animo perferes, duplici ratione lucraris,& quia tibi silẽtio & modestia deũ propitium reddis,& materiam accipis, ut ex uerbis facta emendentur,& gloriam humanam contemnas. Etenim his uerbis dolor exoritur, quòd multi hominum inhiant opinioni. Sic si uoluerimus philosophari, probe intelligemus nihil res humanas esse.Discamus igit,& uitia nostra recensentes,ea tempore corrigamus, & hoc mẽse unũ, alio aliud,& ita subsequẽter meliores efficiamur: & sic tanquam per gradus quosdam ascẽdentes, per scalam Iacob ad cœlũ peruenieмus. Etenim scalæ illæ mihi per illam uisionẽ paulatim per uirtutes ascensum significare uidẽtur,per quã à terra in cœlum ascendere nobis licet,nõ gradibus sensibilibus,sed morum incremento & correctione. Hoc ergo iter,hunc ascensum aggrediamur, ut & cœlum,& cœli bona cõsequamur,gratia & benignitate Iesu Christi,&c.

EX CAP. XVIII HOMILIA LXXXIII

EGo in hoc natus sum:& ad hoc ueni in mundũ,ut testimoniũ perhibeam ueritati.Omis qui est ex ueritate, audit uocem meã.] Mirabilis res est patientia,quæ in tranquillo portu animum constituit,eumq; & ab aduersis uentis & fluctibus tempestatũ liberum reddit,hanc nos Christus cum semper, tum maxime docuit cum iudicatus est,ductus huc, illuc distractus. Etenim apud Annam perquàm mansuete respondit,& cedenti seruo ea dixit,quæ omnem fastum tollere potuissent:& inde ad Caipham,demum ad Pilatum ductus,tota nocte in his cõsumpta, in omnibus miram prætulit mansuetudinem,& dicentibus male ficum esse,neq; quo eum arguerent habẽtibus,tacuit tamen:quum de regno interrogatus est, tũc loquutus est ad Pilatum,erudiens eum,& ad altiora erigẽs.Quid autem Pilatus illis præsentibus Iesum non interrogat, sed prætoriũ ingreditur? Magnam quandam de eo habebat opinionẽ, & sine alicuius tumultu omia ab eo intelligere uolebat. Roganti autem,Quid fecisti?nihil ad hoc respondit Iesus, sed ad id quod ualde cupiebat Pilatus, hoc est de regno suo,inquiẽs, Regnũ meum non est de hoc mundo: quasi dicat, Rex sum, non tamen qualem arbitraris,sed longe præstãtior.Hinc ostẽdit nihil mali fecisse:ut etiam quum prosequitur,In hoc natus sum,& ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati:inde quum inquit,Omnis qui est ex ueritate,audit uocẽ meam: allicit eum,ut aures his adhibeat.Si quis enim uerus est,inquit,& amat ueritatem, sanè me audiet. Hoc pacto eum paucis uerbis allicit,ut petat.

Quid est ueritas?] Sed primum rei ipsi instat. Rogauit autem,quoniam tempus id postulabat, tunc eum è Iudæorũ manibus eripere cogitabat: ideo exiuit,aitq;. Ego nullam in eo inuenio causam.] Et considera quàm prudenter: non dixit, si errauit,& dignus est morte, solennitati eum condonate:sed primum omnino excusat,inde ex abũdantia rogat,si nolint aliter innocentem dimittere,saltem ut nocentem tempori condonent: ideo subdidit, Est autem cõsuetudo uobis, ut unum dimittã in Pascha.] Inde uerecunde, Vultis ergo,inquit,dimittam uobis regem Iudæorum? Clamabant omnes,dicentes:Nõ hunc,sed Barrabã.] O mentem sceleſtam,similes sui petũt. Scelestum dimitti,insontem puniri iubent.Hic etiam eis antiquitus mos fuerat.Tu autem in omnibus considera domini benignitatẽ. Tunc flagellauit eum Pilatus.] Fortasse ut ita sedato Iudæorum furore, inde eum dimitteret.Cum enim prius eum liberare uoluisset,in hoc eis satisfacere arbitratus est, si uerberaret,& quæ tũc facta sunt in eum,fieri permitteret,ut purpurea ueste circumdaretur, & corona spinea eius capiti imponeretur:ideo ita coronatum ad Iudæos eduxit,ut ea ignominia eorum iram & furorẽ aliquãtulum sedaret.Et quomodo milites hæc faciebant,siquidem nõ præceperat Pilatus? Ad Iudæorum gratiam.Neq; enim noctu à Pilato iussi cũ Iuda profecti sunt,sed pecunia à Iudæis allecti,omnia audebant.At Iesus in his omnibus tacebat. Tu aũt non solum hæc uerba audias, sed in animo perpetuo serues uelim:& cum orbis terrarum,& angelorũ regem à militibus irrisum, & uerbis & re ignominia affectũ,& omnia æquo

animo tolerantẽ uideris,eum re ipsa imitare. Cum enim dixisset Pilatus,Regem Iudæorum:ad deridendum,ut regem induerunt. Hoc pacto eduxit eũ Pilatus,in quiens:Nullam in eo causam inuenio.] Exiuit Iesus spinis coronatus,non tamen Iudæorum ira sedata est,sed clamabant: Crucifige, crucifige eum.] Videns Pilatus omnia frustra tentari, Accipite,inquit,eum uos,& crucifigite.] Quibus uerbis constat,ad eorum cohibendum furorem illa fieri permisisse.Ego,inquit,nullam in eo causam inuenio.Animaduerte quot modis iudex Iesum excusat,sed nihil canes illos mouebat.Illud enim uerbum,Accipite & crucifigite: indignantis est,& monentis,ut ipsi rem non permissam patrarent. Ipsi duxerant eum, ut præsidis iudicio damnaretur:contrà autem contigit, ut potius sententia eius absolueret:quod ueriti, Nos legem habemus,inquiunt,& secundũ legem nostram debet mori:quia filium dei se fecit.] Quomodo ergo dicente præside, Accipite eũ,& secundum legem uestram iudicate eum:dixerũt sibi nõ licere quenquam interficere,nunc legem afferũt, quòd mori debeat? Et cõsidera accusationem,Filium dei se fecit:hoc crimini dandũ est? Dic quæso,quid mirum,si is qui dei opera facit,se dei filiũ nuncupet? Quid Christus? Nihil respõdet,] ím plens propheticũ illud,quòd non aperuit os suũ. In humilitate sua iudicium eius ablatum est. Tum
Esa. 35 Pilatus,cum audiret quòd se dei filium faceret:ne id uerum esset,& contra legem facere putaretur, formidauit.Iudæi cum id re & uerbis intelligerẽt, non sunt perterriti,sed interimunt quem adorare debuissent.Ideo Pilatus trepidus,aliis omissis, an esset Christus interrogat, cui Iesus non respõdit, Nam cum audiisset,In hoc natus sum,& ad hoc ueni,& regnũ meum non est de hoc mundo:& propterea eum absoluere debuisset, obtemperauit tamen furori Iudæorũ, qui cum nihil amplius quod criminarentur haberent,ad publicũ crimen confugiunt,dicentes: Omnis qui se regem facit, contradicit Cæsari.] Inquirendum igitur diligenter, an tyrannidem affectaret, & regno Cæsarem depellere tentaret:sed non inuestigat diligẽter,ideo nihil ei respondet,cum sciret frustra omnia. Præterea rebus testimonium perhibẽtibus,noluit uerbis conuincere,neq; excusationẽ adducere, ostendens sponte ad hoc uenisse.Cũ taceret,inquit Pilatus: Nescis quia potestatem habeo crucifigere te?] Vides quomodo seipsum cõdemnauit? Si in tua potestate est,quare insontem non dimittis? Cum ergo contra se sententiam tulisset,inquit Iesus: Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet.] Indicans ipsum quoque reum esse criminis. Et ut tumorem eius deprimeret, Non haberes potestatem,nisi tibi datũ esset desuper.] Ex quo significat,non simpliciter,& ut res plurimum solent,sed mystice euenisse.Sed ne ea particula, Nisi esset tibi datũ desuper:nullo ipsi crimini adscribendum duceres, ideo inquit, Maius peccatum habet, qui tradidit me tibi. Atqui si datum erat, neq; hic,neq; illi rei erant criminis:frustra hæc dicis.Hoc uerbum,Datũ:in hoc loco permissiuum est:quasi diceret,permisit hæc fieri, non tamẽ propterea uos non accusandi.Perterruit eum uerbis, & manifestam attulit excusationem. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum.Iudæi aũt clamabant:Si hũc dimittis,non es amicus Cæsaris.] Cũ enim à sua lege crimina non proficerent,maligne externum adducunt,dicentes:Omnis enim qui se regem facit,contradicit Cæsari.Et quod tyrannidis argumẽtum? Vnde hoc potest ostendi? A purpura,à diademate,ab ornatu,à satellitibus? Nonne solus semper cum duodecim discipulis ambulabat, & uilibus utebatur cibis, uestibus, domo? Sed ô impudentiam,ô intempestiuam formidinẽ. Pilatus enim iam periclitari arbitratus,si id negligeret,egreditur ut rẽm inquirat. Hoc enim significat,cum sedisset dicit,& nulla habita quæstione, tradidit eũ:se eis persuadere existimans,quod apparet,cũ inquit: Ecce rex uester.Et cũ illi dixissent,Crucifige eũ:iterũ ait,Regẽ uestrũ crucifigã? Responderũt pontifices:Non habemus regẽ nisi Cęsarẽ.] Spõtè se reos professi sunt,ideo & deus tradidit,quando ipsi primi prouidentia,& protectione ipsius se subtraxerunt:& cũ uno ore regnũ abnegassent,permisit suis ipsorũ sententijs eos decidere. Atqui ea uerba omnẽ irã sedare iam debuissent,sed tumuerunt,ne dimissus iterum plebẽ alliceret:quod ne eueniret,omnia conabantur. Graue enim quiddã est ambitio, graue, inquã, & quæ animam perdere ualeat,cuius gratia nunc; audiebant.Pilatus quidem solo uerbo uoluit eũ dimittere,hi perstant dicentes,Crucifige, Et cur tantopere hanc eius mortem affectabãt? Quia ignominiosa erat:ueriti ergo ne eius postmodum memoria seruaretur,hãc mortem elegerunt, nescij quòd cum impeditur, magis apparet ueritas.Nã quòd hoc formidarent, audi quid dicant: Nos audiuimus,quia seductor ille dixit, post tres dies resurgam.Idcirco omnibus modis adnitebantur,ut posteris esset abominabilis.Et identidem clamabãt, Crucifige.Erat turba incomposita, & à principibus corrupta.Nos autẽ non modo hæc legamus, sed animo recondamus:hoc est,coronã spineam, uestimẽtum,arundinem, alapas, sputa, irrisiones, quæ frequenter mente repetita satis omnem iram sedare poterunt:& si ludibrio erimus,si quid iniuste patiemur,frequenter dicamus,Non est seruus maior domino suo:& allatrantiũ Iudæorũ uerba nobis subeant,cũ dixerunt,Dæmonium habet,& Mat. 12. & Samaritanus es,& in Beelzebub principe dæmoniorum eijcis dæmonia.Et ideo hæc omnia pertulit,ut eius uestigia imitemur,& maledicta perferamus,quæ ipse grauissima non solum pertulit,sed omnia fecit,ut ipsos illatores saluos faceret,& ad eorum salutem apostolos misit. Audis eos dicentes:Scimus,ignoranter fecistis:ut ad pœnitẽtiam Actor. 3 adducerent:hæc nos imitemur. nihil enim adeò deum placat,ut inimicorũ dilectio,& cura eis benefaciendi. Cum quis te persequitur, non ipsum sed dæmonem instigantem cõsidera, & aduersus illum iram seda, & miserere quòd ita à diabolo

Universidad de Deusto
Biblioteca

irritetur, à quo sibi mendacium oritur, multo magis & iniusta ira. Non sunt Christianorum maledicta, nam qui flere iubetur, & qui audit, Væ uobis qui ridetis: inde maledicit, insectatur, furit: nō ipse cōtrà maledictis, sed lacrymis prosequēdus est. Nam & Christus Iudæ misertus est, qui nobis re ipsa in omnib. imitandus est: quod nisi fecerimus, frustra nati sumus, uel ad malū potius. Neq; enim fides sufficiens est ad regnū consequendū, sed magis perperam uiuentes condemnabit. Qui enim nouit uoluntatē domini sui, & nō facit, multū uapulabit. Et iterū: Si non uenissem, inquit, & locutus eis non fuissem, peccatū non haberēt. Quā ergo habebimus excusationē, cū penetralia ingredi dignati recusauerimus, & communicantes mysteria gētilibus eorū ignaris peiores inueniamur? Si illi ob inanem gloriam, tantam præ se tulerunt sapientiā: longe magis nos decet, ut deo placeamus uirtutibus inuigilare. Illi nōnunquā suam cōtempserunt animam, & filios dæmonū insania bellis deuouerunt: nos neq; pecuniam propter Christū contemnimus, non iram ponimus, sed inflamur, & febricitantiū more incēdimur. Et quemadmodum illi morbo uexati, ita & nos affectu distracti, iram, auariciā, reliquas cupiditates, sistere nūquā possumus. Ideo erubesco simul atq; obstupesco, cū multos gētiliū pecuniarū cōtemptores, nos in eas insaniētes uideā. Quòd si qui etiā nostrorum eas cōtemnunt, alijs affectibus, furore uidelicet et inuidia consumūtur. Difficile sanè est ueram sapientiam inuenire. Qua nam gratia? Remedia scripturarum negligimus, neq; cū cōtritione, fletu & planctu eis attendimus: sed simpliciter & inconsiderate, si quando, ad legēdum adducimur: propterea cū graue secularium rerum onus incumbit, omnia inūdat, & si quid profecimus, aufert. Neq; enim si quis uulnus acceperit, & medicinā imposuerit, non diligēter alligabit, sed decidere permittet: neq; aquam, puluerem, & alia uulneri cōtraria non cauebit, ne grauius malum sequatur. nō medicinæ, sed propriæ desidiæ culpa hoc nobis accidere solet, cum diuinis sermonibus parū, secularibus semper attendimus: ita semen omne suffocat, fructus nullus prouenit. Quod ne accidat, in cœlum paululū suspiciamus, mortuorū monumenta & tumulos consideremus, & nos eundem exitum manere, eandē migrandi necessitatē, nonnunquā ante uesperum imminere, in mentē ueniat. Præparemur ergo huic profectioni. Multo nobis uiatico opus est, nā & multus labor, multus æstus, magna solitudo peragrāda est. Nullū est diuersoriū, neq; forū ubi nobis necessaria comparare possimus, nisi hinc omnia nobiscum auferamus. Audi quid dicant uirgines, Ite ad uendentes: & euntes, non inuenerunt. Audi Abraham: Chaos est inter nos & uos. Audi Ezechielem de die illo: Noe, Daniel, & Iob filios suos non liberabunt. Sed hæc utinam nos non audiamus uerba: sed accipientes hinc quæ ad æternam uitam nobis sufficiant uiatica, cum fiducia uideamus dominum nostrum Iesum Christum, cum quo patri, &c.

Luc. 6

Matth. 25
Luc. 16
Ezech. 14

A EX CAP. XIX HOMILIA LXXXIIII

IVnc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur. Susceperūt autem Iesum, & eduxerunt, & baiulans sibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluarię locus.] Felicitates facile improuidos deijcere & prosternere assolent: ita & Iudæi à principio diuino freti auxilio legem regni gentium quærebant, & in eremo post manna ceparum recordabantur: itidem & hic, Christi regnum recusantes, Cæsaris implorabant, ideo in regem secundum sententiam suam inciderunt. Quod cum audisset Pilatus, tradidit eum ut crucifigeretur, & quàm iniustissime. Erat enim inuestigandum, an regnū affectasset, sed solo metu tulit sententiam: B quod ne cōmitteret, Christus eum admonuerat, inquiens: Regnū meum nō est de hoc mundo. sed præsentibus omnino addictus, nihil magnū sapere uoluit, quamuis uxoris somniū eum perterrere debuisset: sed nullo horum factus est melior. Neq; cœlū suspexit, sed tradidit eū. Et ei crucē tanquā reo imposuerunt, lignum delegerūt, neq; figuram cōsiderarunt. Etenim Isaac ligna portauit, sed tūc in patris uoluntate tantum constitit: Figura enim erat, nunc res secuta est, quia ueritas. Et exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locus. Vbi quidam dicunt Adam & mortuū, & sepultum esse: & Iesum ubi mors dominata est, ibidem trophæū erexisse, hoc est crucem, quam tulit contra mortis tyranni dem. Et quemadmodum uictores, ita Iesus uictoC riæ signa humeris tulit. Quid enim, si id alio animo fecerunt Iudæi? Crucifigunt autem eum cū latronibus, inuiti etiam in hoc prophetiam implentes. Quæ enim illi ad ignominiam faciebāt, his ueritas implebatur, ut intelligas quanta eorum uis: Hoc nāq; antiquitus propheta prædixerat, Quòd cum iniquis reputatus est. Voluit dæmon rem ipEsa. 53
sam obtegere, non tamen ualuit. Crucifixi sunt tres, clarūt unus Iesus: ut intelligas eius uirtute omnia prouenisse, atque tribus crucifixis miracula patuerunt: nemo tamen ullum alterī latronū attribuit, sed soli Iesu: ita diaboli insidiæ irritæ factæ sunt, & in eius caput omnimodo irruerunt. nam ex duobus unus saluus factus est. Non solum igitur crucifixi gloriam nō offendit, sed non parum D auxit: neq; enim minus fuit in cruce latronem cōuerti, & paradisum intrare, quàm petras collidi.

Scripsit autem & titulum Pilatus,] cum ut Iudæos ulciscerē, tum ut Christum excusaret. Nam cum tanquam prauum tradidissent, & sententiam hanc latronum societate confirmare uellent, ne quis tam turpem mortis notam inurere, & tanquam malum & perditum eum accusare posset, ut calumniantium os obstrueret, in regem suum insurrexisse denunciat: & tanquam trophæo cuipiam literas insculpsit, clara uoce & uictoriam & regnum profitentes, quamuis non perfecte. Neq; hoc una lingua, sed tribus demonstrauit. Cum enim credibile esset multas ad festum nationes cōuenisse, ne quis excusationē ignoraret, linguis omnibus Iudæorum immanitas notata est. Hoc autem

autem ægre ferebant Iudei. Atqui quid hoc uobis A
nocebat? Nihil. Nā si mortalis erat & imbecillis, & moriturus, quid scripturā timuistis, quòd esset rex Iudęorum? Et quid dicunt, ut scriberet, Quia ipse dixit? eius fuisset temeritati & iactātiæ adscribendū. Non tamen Pilatus mutatus est, sed perstitit in sententia. Non parua in hoc dispensatio, sed hinc pendet. Cum enim postmodū defossum esset lignū crucis, nulla de eo cura suscepta, cum & fideles timerent, & alijs uacarent, contigit ut diu post perquireretur: & cū tres cruces inuētæ essent, par est, & quia media erat & propter titulum domini crucē agnitā: nam latronū cruces titulū non habebant. Milites aūt diuiserunt Iesu uestimenta, sed non tunicam.] Ecce quomodo semper male faciendo prophetias implēt. Nam & hoc prædictum B
fuerat. Atqui tres erant crucifixi, sed prophetiæ in Iesu implebantur. Quare enim nō idem in alijs fecerant? Tu aūt prophetiæ certitudinem cōsidera, non em̄ q̄ partiti sint tantū, sed q̄ non sint partiti, prædixit. Nam uestimenta partiti sunt, nō aūt tunicam, sed sortē super ea iecerunt. Quod aūt dicit,

Desuper contextā,] non simpliciter ponit, sed alij allegoriā id significare dicunt, q̄ non simpliciter homo esset crucifixus, sed desuper habuerit diuinitatē. Alij dicunt per illud genus uestis, Euangelistā historiā narrare: nam in Palæstina ex duobus pannis uestes contexunt, quod significans Iohannes, inquit, Desuper contextam. Quod mihi dicere uidetur, ut uestimentorū utilitatē ostenderet: nā quēadmodū in alijs omnib. ita in habitu utilem C
speciē præferebat. & milites quidē hęc faciebant. Ipse aūt crucifixus matrē suam discipulo cōmendat: erudiens nos ad ultimū usq; spiritū parentum
Ioan. 2 curam habendam. Cū intempestiue ab ea appellaMatth. 22 tus est, inquit, Quid mihi & tibi mulier? Et alibi: Quę est mater mea? Hic immensam charitatem ostēdit, & cōmendat eam discipulo, quē diligebat. Iterū nomen suū modeste subticet Ioannes: nam si se iactare uoluisset, quamobrē diligeretur, exposuisset. Credibile enim est magnam esse & admirandam: Qua autē gratia nihil aliud dicit Ioanni, neq; eum consolatur? Quòd intempestiuum erat, præterea nō paruo eum honore his uerbis afficiebat, neq; paruū præsentię suæ præmium capiebat. Tu aūt considera, quomodo crucifixus omnia si- D
ne aliqua perturbatione trālegit, discipulo matrē cōmendauit, prophetias implenit, latroni spē bonam dedit. Atqui anteq; crucifigeretur, sudauit, perturbatus est, timuit. Quid hoc sibi uult? Nihil dubij, nihil non manifestum: illic enim naturæ imbecillitas, hic potestas demonstrata est. Præterea his nos duobus admonet, ut licet ante malis perturbemur, nō tamē abstinendū est, quin ea subeamus: & cum in certamen descendimus, omnia facilia & leuia putanda sunt: nolimus ergo mortem formidare. Insitus est animæ naturaliter uiuendi amor, sed in nobis est, uel hoc uinculum soluere, & eā minuere cupiditatē, uel ligare, & uehementiorem efficere. quemadmodū enim nobis desiderium ineſt, coitus, cum aūt philosophamur his co

hibemus: ita & in uita accidit. Nā sicut ad seruandam prolis successionem, deus procreandi cupiditatē hominibus indidit, non tamen prohibens altiorem continentiæ uiam: ita & uitæ nobis insevit desiderium, prohibens ne quis se interimat, non impediens tamen ut præsentē uitam contemnat. Hęc cōsiderantibus, modus seruādus est, ne spon te quis sibi mortem consciscat, etiam si innumeris uexetur calamitatibus: neq; cū deo placuerit eam fugiat & reformidet, sed præsenti animo subeat, & futurā uitam huic præferat. Stabant aūt mulieres iuxta crucē.] Et imbecillior sexus tunc fortior apparuit, ita omnia reformauit. Ipse matrem cōmendans inquit: Ecce filius tuus.] O honorem quē discipulo tribuit. Cū enim iam abiret, matris curam discipulo reliquit: nam cū par esset, utpote matrē dolere & protectionē quęrere, merito dilecto cōmendat, cui etiam inquit, Ecce mater tua.] Hoc dixit, ut dilectione deuincirentur: quo cognito, discipulus eam secū adduxit. Sed cur nō alius cuiuspiam mulieris meminit cum adessent? admonens quiddam amplius matribus tribuendum, Vt enim cū spiritualia impediunt, parentes ne cognoscendi quidem sunt: ita cū nihil impediunt, merito omnia his sunt tribuēda, & omnibus præferendi: quia genuerunt, quòd educarunt, q̄ innumeras pro ipsis molestias sbibierunt. ita Marcionis reprimitur impudentia. Nam si nō esset secundum carnē natus, neq; matrē habuisset, quam tantopere curaret. Postea sciens Iesus, quia iam omnia consummata sunt,] hoc est, quæ dispensata erāt. Vbiq; demonstrare adnititur nouam hanc mortem fuisse: siquidem in potestate morientis erat, ne priusquam ipse uellet, & omnia impleta essent, moreretur: ideo dicebat, Potestatē habeo ponendi animam meam, & potestatē habeo iterum sumendi eam. Sciens ergo omnia cōsummata, ait:

Sitio.] Etiam hoc uerbo prophetiam implens. Tu autem adstantium prauitatem intellige. nam licet innumeros habeamus inimicos, qui nos grauissime persecuti sint, cum tamen interimi eos uidemus, flectimur misericordia: hi uero nil moti, magis efferantur, & irrident, aceturnq; in spongia porrigunt, ut bibat tanquā reus: nam propter hoc hyssopum additur: quo gustato mortuus est. Vides quàm non perturbatē, & quàm potenter omnia transigentem? quod & prosequens ostendit: Cū omnia consummata essent, inclinato capite,] quod affixum non erat, tradidit spiritum,] hoc est, expirauit. Atqui non post inclinatū caput expiratur, sed post expirationē caput inclinatur: hic autē contra accidit, per quod ostendit eum Euangelistā esse omnium dominū. Iudæi autem camelum deuorantes, & culicem excolantes, tantum nephas ausi de die consultant. Quoniam parasceue erat, ut non remanerent in cruce corpora sabbato, rogauerunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura.] Vides quanti sit ueritas? Per ea quæ illi faciunt, prophetia impletur, alia enim ex hoc manifestata est. Venerunt ergo milites, & aliorum fregerunt crura.] Non Christi: sed ad Iu-

dæorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dærorum gratiam conciliandam, latus eius lancea A aperuerũt, & mortuo adhuc insultant. O pessimã uoluntatẽ ac sceleſtiſſimã: noli tamen perturbari dilectiſſime, quæ eñ malo illi animo patrati sunt, ueritati cõsentiebant, prophetia hinc impleta est Zach.12 inquiens: Videbũt in quẽ transfixerũt. Neq; hoc tantũ, sed non credituris fuit fidei argumentũ: ut Thomæ, & qui cũ eo erant. Ad hæc & arcanũ mysteriũ cõsummatũ est. Exiuit eñ sanguis et aqua.] Non casu & simpliciter hi fontes scaturierunt, sed quoniã ex ambobus ecclesia cõstituta est. Sciunt hoc initiati: per aquã enim regenerati, sanguine et carne nutriti: hinc mysteria ortũ habẽt, ut quoties ad admirandũ calicẽ accedis, tanq; ab ipso latere hauriens, accedas. Et qui uidit, testimoniũ perhibuit, & uerũ est testimoniũ eius.]Hoc est, non B aliunde audiui, sed ipse affui: & uerum est testimoniũ, & merito sanè. Contum elias narrat, non magnũ aliquid & admirabile, ut possis quicq; suspicari. Hic hæreticorum os cauet, & futura præcidit mysteria, & repositũ thesaurũ considerans, super his quæ euentura erant, consultat, impletur etiam & illa prophetia: Os eius non cõminuent.]Licet enim de Iudæorũ agno hoc dictũ sit, trãsiuit tamen figura illa ad ueritatẽ, et multo magis propterea & prophetę meminit. Cum enim suũ attulisset testimoniũ, & nõ uideret fide dignũ, adducit Mosen q̃d non temerè id factũ est, sed antiquitus prædictũ, q̃ os eius non cõminuetur: & per se quoq; prophetæ fidem facit. Hæc dixi, inquit, ut intelligatis conuenientiã inter figurã & ueritatẽ. Vides quantã adhibet diligentiã, ut credatur q̃ turpe & ignominiosum uidebatur? Illudere enim mortuo, cũ ipsum crucis suppliciũ lõge peius est. Verũ tamen hæc dixi, inquit, & magna quidẽ diligẽtia, ut credatis. Nemo igit̃ his fidẽ non adhibeat, neq; pudore nostra offendat: quæ enim maxime ignominiosa uidentur, hęc sunt nostrorum bonorũ honestiſſima: Post hæc autẽ rogauit Pilatũ Ioseph ab Arimathia, eo q̃ esset discipulus Iesu.] Nõ ex duodecim, sed fortasse ex septuaginta. Iam eñ putantes sedatam iram ludæorũ, ad crucẽ libere accesserunt, & funus curabant. Accedẽs ergo ad Pilatũ, corpus Iesu rogat, & concessum est: nam cur non debuisset? Iuuit autẽ ipsum & Nicodemus, & magnifice sepeliunt. Adhuc eñ de eo tanq; de pu D ro homine opinabantur, & ea ferũt aromata, quæ maxime corpora seruare solent: quod nihil magnum de Iesu ipsos existimare arguebat, multũ tamen amorem præ se ferunt. Sed quare nullus ex duodecim eò accessit? Non Ioannes, non Petrus, non alius ex primis neq; hoc silet discipulus: Si Iudæorum metu quis diceret, & hi eodem metu tenebant̃: inquit enim discipulũ occultũ fuisse propter metũ Iudæorũ: neq; dici posset, q̃ contemneret, sed timens accedebat. Ioãnes autẽ qui affuerat & uiderat expirantẽ, hic non affuit? Quid ad hoc dicendũ? Mihi uidetur nobiliſſimũ fuisse Ioseph, quod ex sepulchro constat, & Pilato erat notus, quare impetrauit & sepeliuit Iesum: non ut reum, sed magnifice secundũ Iudæorũ consuetudinem, tanquã magnum aliquem, & admirabilem. Cum enim tẽpore urgerent̃, nona enim hora mortuus erat, & dum peteret eum à Pilato, & dum lauarẽt, iam uesper aduentarat, quo tempore nihil licebat operari, in proximũ monumentũ posuerunt. Dispensatũ est enim, ut in nouo monumento sepeliretur, in quo nemo positus fuerat, ne quis aliũ resurrexisse arbitraretur: & ut discipuli eo facile se conferre possent, & quæ fierent in propinquo intuerentur: & ut sepulturæ testes, non ipsi tantum, sed inimici essent. Signaculum enim, & custodes sepulchro impositi sepulturæ erãt testimonio. Resurrectionẽ autẽ non minus manifestari Christus uoluit: quare discipuli multum adnituntur ostendere, q̃ mortuus sit. Resurrectionẽ enim omne futurum tempus erat confirmaturũ. Mors si tũc dubia fuisset, resurrectionis ratio nõ constaret: neq; horũ tantũ gratia propè uoluit sepeliri, sed ne falso potuisset quispiam furtũ insimulare. Vna au Cap. xx tem sabbatorum.]hoc est, die dominico, Cum adhuc tenebræ essent, Maria Magdalena uenit mane ad monumẽtum, & uidit lapidẽ reuolutũ à monumẽto.]Surrexerat Iesus, & lapide & signis impositis: sed cũ hoc manifestari oporteret, post resurrectionẽ aperuit monumentũ, & ita res credita est. Hoc Mariam mouit, maxime nanq; magistrum diligebat, postquã sabbatũ præteriit, cessare non potuit: sed cum adhuc essent tenebræ, à loco sibi aliquam quærens cõsolationem, eò se contulit: & cum uideret lapidem reuolutũ, neq; intra- C uit, neq; introspexit, sed ad discipulos cucurrit ex nimio desiderio. Id enim curabat quàm citiſſime quid de corpore factũ esset intelligere, hoc & cursus, & uerba significarunt. Tulerunt, inquit, dominũ meũ, & nescio ubi posuerunt eũ.]Ecce quomodo nondũ quicquã de resurrectione certũ norat, sed esse ablatũ suspicata est, & simpliciter omnia discipulis nũciat. Euangelista aũt tanta laude mulierem non fraudauit, neq; sibi dedecori arbitratus est, ut ab ea noctu profecta, primũ hæc intelligerẽt: hoc pacto semper eius ueritas lucet. Cũ uenisset Maria, & id significasset, audientes illi, ad sepulchrũ properant, & uidẽt linteamina posita: quod erat resurrectiõis signum. Neq; enim si qui corpus abstuliſſent, illa reliquiſſent: neq; si furati essent, sudarium inuoluere, & ponere in unum locum curaſſent, sed ut erat corpus, abstuliſſent: propterea prædixit Ioannes, quòd cum multa myrrha esset sepultus, quæ non minus quàm pix corpori linteamina conglutinat. Vt cum audieris sudaria in sepulchro relicta, furto abreptum non arbitreris: non enim fur adeò stultus fuisset, ut in superflua re tantum laborasset. Qua nam gratia sudaria dimisit? quomodo id faciẽdo latere potuit? Etenim diutius in eo erat immorandum, & deprehendi potuisset. Cur linteamina posita erant, & sudariũ separatim inuolutũ? ut intelligeres nõ perturbate & festinanter feciſſe: ex hoc resurrectionẽ crediderũt, ideo postmodũ apparuit eis Christus, quia nõ uidendo crediderũt. Conſidera hoc in loco Euangeliſtę humilitatẽ, quomodo certitudinẽ resur

resurrectionis Petro manifestatã dicit: precedens A enim uiſis linteaminib. positis, nihil amplius perquirit, sed discedit. Ille autem feruore quodam ingreſſus, omnia quæſiuit diligenter, & amplius uidit: & tunc consolatus est uidendo linteamina posita, & sudarium separatim reuolutum, quod bene diligentẽ arguebat. Tu aũt cũ audieris nudum dominum resurrexisse, cessa quæso, ab insana funeris impensa. Quid sibi hoc superfluum uult, & inutile dispendium, quod ipsis qui faciunt, plurimũ affert detrimenti, mortuis nullam utilitatẽ, uel damnum potius? Sumptuosa nanq; sepultura nõnunquam causa est, ut fures cadauer effodiant, & nudum, & insepultum proijciant? Sed ò inanem gloriam, quantam etiam in luctu uim, quantã amentiã ostendit? Multi igitur ne id accidat, tenuia scin B dunt linteamina, & multis implent aromatibus, ut duplici ratione inutilia furibus reddantur, ita terræ mandant. Nónne hæc insanientium, nónne furentium sunt, ambitionẽ præ se ferre, & rursus tollere? Sanè, inquit, ut nulla furandi sit occasio, hæc omnia molimur. Quid ergo, si nemo furabitur? Nónne tineæ, & uermes cõsument? Et si non hi, nónne tempus & putredo? Sed esto neq; fures, neq; uermes, neq; tempus, neq; aliud quippiam timendum, sed corpus ad resurrectionem usq; intactum permansurum, & ea omnia noua præseruari: quid inde mortuis emolumenti, cũ nudum corpus resurgit? Hæc enim hic remanent, nihil illi exanimi conferunt. Sed cur, inquies, id in Christo C seruatum est? Merito sanè. Noli hæc humanis rebus comparare. nam & unguentum effudit meretrix, & sanctos pedes unxit. Quòd si de hoc dicendum est, Hæc primum à non intelligentibus resurrectionis rationem facta sunt, ideo inquit, Sicut mos erat Iudæis. Neq; enim ex duodecim hæc fecerant, sed qui non multo Iesum honore prosecuti sunt, Duodecim autẽ nõ sic, sed morti, cædibus, & periculis pro eo se exposuerunt, qui honor longe maior. Præterea, ut dixi, de hominibus nobis nunc sermo est: illa autem domino exhibita sunt: & ut intelligas nulli curæ hæc Christo esse, inquit Matth.25 enim: Esurientẽ me uidistis, & dedistis mihi bibere: Nudum, & induistis me: nõ aũt mortuũ, & sepelistis. Quod ego non ut sepulturã tollam, dico, absit: sed luxu- D riam & superfluam ambitionẽ. Affectus, inquit, & dolor, & mortui misericordia hæc suadet. Non est misericordia, sed inanis gloria. nam si uis mortui misereri, aliam tibi uiam ornandi funeris ostendam, & docebo his mortuũ uestibus ornare, quæ simul cũ eo resurgẽt, & conspicuũ reddent: hæ uestes nec tineis corroduntur, neq; tempore consumuntur, neq; diripiuntur à furibus. Quæ nam hæ sunt? Eleemosyna uestis est, quę resurget. Eleemosyna tanquã signaculũ cum eo. His uestibus fulgebunt, qui tunc audient: Esurientem me uidistis, & dedistis mihi manducare: hæ insignes faciunt, hæ cõspicuos, hæ securos. Præsentia enim nihil aliud sunt, quàm tinearũ & uermium esca, non tamẽ sepulturam prohibeo, sed modus seruetur, ut tegatur corpus, non nudum mandetur terræ. Nam si uiuentibus præcipitur, ne quid habeãt præter uestimentum, longe magis mortuis. Neq; enim ita mortuus uestę indiget, ut uiuus: dum enim uiuimus, & frigoris gratia, & caloris, & pudoris, uestibus egemus: mortuis nulla horum impendet necessitas: ne nudum iaceat corpus, operiẽdum est. In primis autem terram optimum habemus operimentum, & ipsi corporũ naturæ decentius. Quòd si ubi tot necessitates urgent, nihil superfluum est inquirendũ, multo minus ubi illæ cessant. Sed qui uiderint, ridebunt inquies. Quid tum? Quamuis rideris, minime curãdum est stulti iudicium, sed potius multi te admirabuntur, & doctrinam nostrã prosequentur. Non enim hæc digna risu sunt, sed illa quæ nunc facimus, cum lugemus, cũ plangimus, cum simul nos cũ mortuo defodimus, hæc & risu, & supplicio digna: in his aũt & modo sumptibus adhibendo, sapientia uti perquam laudabile est, & omnes nobis plaudent, & Christi uirtutem admirabuntur, & dicent, papè quanta est crucifixi potentia? Persuasit morientibus, & his qui corrumpuntur non esse mortem. Non enim ut in pereuntes afficiuntur, sed ut in meliorem locũ migrantes. Persuasit corpus hoc mortale & terrenũ, uestem induere, serico & auro distinctam, longe pretiosiorem, hoc est immortalitatẽ: quamobrẽ non multum de sepultura curant, sed sepulturam optimam putant uitam optimam. Hæc si ita nos philosophari uiderint, dicent. Sin plangentes, effœminatos circumstantes plorãtibus mulieribus ridebunt, & maiorem in modum reprehẽdent, & impensam, amentiam appellabũt: etenim hęc accusari audimus, & merito sanè. Quam enim habebimus excusationem, cum corpus tabe & uermibus mox consumendum ornamus, Christum esurientem, nudum errantem, contemnimus? Cesſemus quæso ab hac insana diligentia, sed eam morientium curam habeamus, quæ & nobis, & illis conferat ad gloriam dei. Largas pro his eleemosynas faciamus, mittamus eis pulcherrima uiatica. Nam si memoria clarorum uirorum, qui mortui sunt prodest uiuentibus: Protegã, inquit, hanc 4.Reg.19 ciuitatem propter me, & propter Dauid seruum meum: longe magis eleemosyna id faciet. Hæc mortuos suscitauit, quando circumsteterunt uiduæ, ostendentes quæ fecerat ipsis Dorcas. Cum ergo moriendum sit, quisq; funus sibi paret, persuadeatq; ut indigentibus aliquid relinquat. Nam si reges hæredes scribentes, familiaribus partem relinquunt in puerorum cautionem: cum Christum cohæredem filijs tuis dimittis, intellige quãtam tibi & illis cõcilias beneuolentiam. Hæc sunt funera pulcherrima, hæc & remanentibus, & obeuntibus proficiũt. Si ita sepeliemur, in resurrectione clari apparebimus: quòd si curato corpore animam neglexerimus, multa grauia perpetiemur, & multũ ridebimur. Nõ eñ parua est ignominia, nudũ & inopẽ uirtutũ hinc migrare: neq; corpus insepultũ proiectũ adeo ignominiosum uidet, ut anima tũc carẽs uirtutibus: hãc uestiamus uestib.

semper

Universidad de Deusto
Biblioteca

semper duraturis. Quòd si in hac uita neglexi-
mus, saltem in morte nobis consulamus, & ex re-
bus nostris nobis opem ferre per eleemosynã cu-
remus: sic inuicem mutuo auxilio, futurorũ fidu-
ciam habere poterimus, gratia & benignitate do-
mini nostri Iesu Christi, cũ quo patri gloria, simul
& spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

EX CAP. XX HOMILIA LXXXV

ABierunt ergo iterum discipuli ad se-
metipsos. Maria autẽ stabat ad mo-
numentum foris plorans.] Procliue
est, & ad misericordiam facile mu-
liebre genus: quod dico ne admire-
ris, cur Maria tam amare fleret ad sepulchrũ, non
autẽ Petrus. Discipuli, inquit, abierunt ad semet-
ipsos, Maria autem stabat ad monumentũ. Imbe-
cillis enim natura erat, & de resurrectione nondũ
norat: quemadmodũ illi uisis linteaminibus, cre-
dentes resurrexisse, spe abierunt bona. Et qua gra
tia non statim abijt in Galilæam, ut cum his cõsti-
tuerat ante passionẽ? Reliquos fortasse expecta-
uit, præterea maxime perturbari erãt. hi ergo ab-
ierunt, illa autem adhuc perstabat. Multum enim
ut dixi, eam consolabatur monumentũ. Videsne,
ut ad dolorẽ leniendum se inclinat, & uult locum
uidere ubi sepultus fuerat Iesus? propterea nõ par
uam inde mercedem accepit: quod enim non ui-
derant discipuli, ipsa prior uidit, sedẽtes angelos,
unum ad caput, & unum ad pedes in albis, plenos
splendoris & lætitiæ. Nam cũ mulieris mens hu-
milis esset & rudis, nec ex sudario resurrectionem
coniectatur, uidet angelos sedentes speciosos, ut
iam mœrorem deponeret, & consolaretur: sed ni-
hil primum de resurrectione dicunt, sed paulatim
ad id docendum ueniũt. Vidit eorũ splendorem,
& supra consuetudinẽ uidit speciem, audiuit com
miserantium uocem. Dixerunt enim: Mulier
quid ploras?] Quibus omnibus tanquam apertis
ianuis paulatim ad resurrectionem ostendendam
uenitur, & sessio ipsa ad interrogandum eam ad-
duxit: præferebãt enim se rem omnem scire, ideo
non simul sedebant. Cum enim non par esset, eam
per se ausuram interrogare, ipsi ad rogandum tra-
hunt. Tum illa & feruore quodam, & amore per-
cita: Tulerunt, inquit, dominum meum, & ne- D
scio ubi posuerunt eum.] Quid inquis? Nondum
resurrectionẽ concipis? Vides nondum animum
in altum erexisse? Hæc cum dixisset, conuersa
est retrorsum.] Et quæ nam hæc consequentia, cũ
illos alloqueretur, & nihil adhuc respõdissent, re-
spicere? Vt sentio, loquente Maria cum Christus
repente appareret, obstupuerunt angeli: & ultu,
& motu, & gestu se dominum uidisse significarũt,
ideo mulier respexit, illis ergo deus apparuit: Ma
riæ autem, ne primo eam aspectu perterreret, uisi
& cõmuni specie. hoc uel ex eo constat, quòd hor
tulanus ei uisus est. Nam cum adeo humi iaceret,
non erat repente ad alta erigenda, sed paulatim:
rogat ergo eam Iesus, Mulier quid ploras? Quem
quæris?] Ostendit se intelligere, quod uellet in-
terrogare, & ut responderet, adduxit: quod mu-
lier intelligens, non amplius Iesum nominat, sed
tanquam ille sciret, de quo interrogaret, ait: Si
tu sustulisti eũ, dicito mihi, ubi posuisti eũ, & ego
eum tollam.] Iterum & positum & sublatum, ac si
mortuus esset, dicit. quasi dicat si propter Iudæo-
rum metũ tulisti eum, dicito mihi, & ego accipiã.
Magnus amor & beneuolentia mulieris, sed nihil
altum cogitat, propterea iam non uultu, sed uoce
se notum facit. quemadmodum enim Iudæis nũc
notus, nunc ignotus, etiã præsens erat: ita Iesus
do cum uolebat, cognoscebatur. Et cũ Iudæis in-
quit, Quem quæritis, neq; uultu, neq; uoce notus
est, quoad uoluit: quod & nunc contingit. Et no-
mine eam tantum appellauit, exprobrãs quòd de
B uiuo id imaginaretur. Quomodo autem conuer-
sa respõdet, si ad ipsum loquebatur? Mihi uidetur
cum dixisset, Vbi posuisti eũ: rursum ad angelos
respexisse tanq; rogatura, quòd obstupuerint, &
ab his ad Christum se uocantẽ, & uoce quis esset
ostendentem, cõuertisse. Cum enim dixit, Maria,
tunc cognouit: ita non uisus, sed uocis fuit cogni-
tio. Quod si quis diceret, Vnde cõstat angelos ob
stupuisse, & propterea Mariam respexisse? etiam
dicet, unde cõstat tetigisse eum, & procidisse? sed
quemadmodum hoc constat: quod dixit, Noli
me tangere:] Ita illud, quòd conuersa sit. Sed cur
inquit, Noli me tangere? Quidam dicunt spiritua
lem gratiam petere, cum eum discipulis dicẽtem
audisset, Si uadam ad patrem, rogabo eum, & da-
C bit uobis alium paracletũ. Sed quomodo absens
hæc audiuit: Præterea longe est à sententia hæc i-
maginatio. Quomodo petit, cum nondum ad pa
trem ierit? Quid ergo est? Mihi uidetur uelle eam
adhuc cum eo uersari, ut solebat, & ex lætitia ni-
hil de eo magnum cogitasse. Siquidem longe me
lior factus erat secundum carnem, quare hac eam
sententia abducens, & ut reuerenter se alloquatur admonens: neq; enim cum discipulis similiter
uersari deinceps apparuit: sic & eius mentem erí-
git, ut reuerentius adeat. Nam si dixisset, Noli ut
prius ad me accedere, non enim eadem sum con-
ditione, neq; simul uobiscum conuersaturus sum
amplius, elatius & superbius dictum uideri potu-
isset: sed dicẽdo, Nondum ascendi ad patrem:]
D etsi lenius, idem tamen significauit. Ostẽdit enim
illuc maturare, & cum illuc abiturus, nec amplius
cum hominibus conuersaturus esset, non erat eo-
dem quo prius animo aspiciẽdus. Et quòd hic sen
sus sit, ex sequentibus significatur: addidit enim,
Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad pa
trem meum, & patrem uestrum: & deum meum,
& deum uestrum.] Atqui non continuo ascensu
rus erat, sed post quadraginta dies. Quomodo er-
go hoc dicit? Vt eius mentẽ excitaret, & se in cœ-
lum abire persuaderet. Illa autem particula, Pa-
trem meum, & patrem uestrum: & deum meum,
& deum uestrum: dispensationem spectat. Ascen
dere enim carnis est, hæc enim ad eam quæ nihil
magnum imaginabatur, loquitur. An aliter no-
ster pater est? Sanè quidem. Nã si aliter iustorum,
aliter

aliter aliorum hominum deus est, longè magis &
filij deus est, & noster. Et cum dixisset, Die fratri-
bus meis, ne ex hoc æqualem arbitrareris, ostẽ-
dit differentiam. Ipse enim sessurus erat in throno
patris, illi aũt affuturi. Itaq; licet secundum carnis
substantiã frater noster factus sit, honore tamen
multũ differt, quãtum aũt ne dici quidem potest.
A

Abijt ergo Maria Magdalene, hæc nunciatura
discipulis.] Tanti est sedulitas, & tolerantia. Illi
autem quare non doluerunt magistri absentiam,
neq; ut antea locuti sunt? Tũc ut morituri deside-
rio afficiebant, nũc cũ resurrexerit, cur erat dolẽ-
dũ? Nunciauit itaq; Maria uidisse Iesum, & allo-
cutã: quæ satis eos consolari poterant. Aut cũ par
esset discipulos id intelligentes, uel non credere
mulieri, uel si crederent, ægrè ferre, q̃d ipsi quoq;
B eum uidere digni non fuerint habiti, eis in Gali-
læa se appariturum pollicetur: & ne propterea æ-
grè ferrent, ne diem quidem remoratus est: sed in
desiderium trahens, & quòd iam scirent resurrexis-
se, et quòd à muliere audierant, desiderantibus, et
timentibus, quod desiderium augebat, uespere il
lius diei magna cum admiratione adstitit. Et cur
hac hora? Quoniam credibile erat eos magis for
midare. Sed id mirandum est, quòd phantasma e-
um non sunt suspicati. Clausis enim foribus, &
repentè est ingressus:] sed profectò à Maria præ-
moniti, fidem cõfirmarant, præterea certa & mã-
sueta specie se eis obtulit. Die autem nõ uenit, ut
omnes congregarentur, ualde enim timebãt: nec
C ostium pulsauit, sed repentè astitit, Et ostẽ-
dit latus, & manus,] simul autem & uoce fluctu-
antem animum confirmauit, inquiens: Pax uo
bis:] hoc est, nolite perturbari: & uerbi ante pas-
sionem ad eos habiti meminit; Pacẽ relinquo uo
bis, pacem meam do uobis: Et item: In me pacem
habete, in mundo tribulationem habebitis. Ga
uisi sunt ergo discipuli, uiso domino:] Vides re
sermonem domini confirmari? quod enim ante
passionem dixerat, Iterum uidebo uos, & gaude-
bit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tol-
let à uobis: hoc nunc impleuit, per hæc omnia in
certissimam eos fidem adduxit: nam cum bellum
implacabile cum Iudæis haberent, pacem eis di-
cit, ut parem bello cõsolationem afferat. Hoc uer
bum primum post resurrectionẽ dixit, ideo Pau- D
Rom. 1 lus semper gratia, inquit, & pax. Mulieribus læti-
1. Cor. 1 tiam dicit, quia in mœrore erant, & primum læti
Colos. 1 tiam ceperunt. Vicissim uero uiris propter bel-
lum, pacem: mulieribus propter mœrorem, lætí-
tiam annunciat: & molestias omnes dissoluens,
crucis merita colligit, quæ sunt pax: quoniam o-
mnia sublata sunt impedimenta. & tropheum cla
rissimum statuit, & omnia meliora facta sunt: in-
de inquit: Sicut misit me pater, & ego mitto
uos.] Nullum habetis impedimentum, & propter
ea quæ iã facta sunt, & propter meam uos mit
tentis dignitatem. Quare hoc dicit? Eorum ani-
mos erigit, & suã proponit autoritatẽ: siquidem
suum eis relicturus erat ministeriũ: & cum non-
dum rogasset patrem, sua eis autoritate potestatẽ

præbet. Insufflauit enim, & dixit, Accipite spi
ritum sanctũ. Quorũcunq; remiseritis peccata, re
mittentur eis: et quorũ retinueritis, retenta sunt.]
Quemadmodum enim rex præfectos mittens, ut
in carcerem reos intrudant, ut liberent, potestatẽ
præbet: ita Iesus discipulos dimittens, hac munit
autoritate. Quomodo ergo inquit, Nisi ego abie
ro, ille non ueniet: at nunc spiritum dat? Quidam
dicunt, non dedisse spiritum, sed idoneos ad eum
accipiẽdum per insufflationem reddidisse. Nam
si Daniel uiso angelo perterritus est, quid illis ar- Dan. 8
canam illam gratiam accipiendo usuenisset, nisi
prius eos Iesus præparasset: ideo inquiunt: Non
dixit, accepistis, sed, accipite spiritũ sanctum. Nõ
tamen quispiam erraret, si tunc eos potestatẽ quã
B dam, & gratiam spiritualem accepisse diceret, nõ
tamen ut mortuos suscitarent, & uirtutes ostẽde-
rent, sed ut peccata dimitterent: differentes enim
sunt gratiæ spiritus, quare addidit, Quorumcun-
que remiseritis peccata, remissa sunt: ostendens
quòd uirtutis genus largiatur. Post quinquagin-
ta autem dies, lignorum operationem acceperũt, Act. 2
ideo inquit: Accipietis uirtutem uenientis in uos
spiritus sancti, & eritis mihi testes: Per signa scili-
cet. Est enim inenarrabilis spiritus gratia, & mul-
tiplex donum. Hoc autem fit, ut intelligas patris,
& filij, & spiritus sancti unum donum, & unam es
se potestatem: quæ enim patris propria, eadem &
filij esse, & spiritus sancti uidentur. Quomodo er 1. Cor. 12
go: Nemo uenit ad filium inquit, nisi pater traxe-
C rit eum? Sed hoc filij esse ostenditur. Ego, inquit,
sum uia: nemo uenit ad patrem, nisi per me. Vide
& hoc idem spiritus esse: Nemo potest dicere do
minum Iesum Christum, nisi in spiritu sancto. Et
iterum apostolos aliquando à patre, aliquando à
filio, aliquando à spiritu sancto datos ecclesiæ, &
diuisiones gratiarum patris & filij, & spiritus ui-
demus esse communes. Omnia ergo faciamus, ut
spiritum sanctũ habere possimus: & qui eius gra-
tiam assecuti sunt, eos quantauis reuerentia cola-
mus. Magna enim dignitas sacerdotum. Quorũ-
cunque remiseritis, inquit, remissa sunt peccata.
Quamobrem Paulus dicebat, Obedite præposi- Heb. 13
tis uestris, & subiacete eis, ut maximum habeatis
honorem. Tu enim rem tuam curas, quam si be-
ne ordinaris, nulla tibi alia solicitudo impendet.
D Sacerdos si uitam disposuerit, tuam autem nõ di-
ligenter curauerit, cum impijs in gehennam de-
trudetur: & nonnunquam non propriis actioni-
bus, sed nostris dãnatur, nisi omnia quæ ad se spe
ctant, efficiat. Cum igitur periculi magnitudinẽ
uideatis, multa eos beneuolentia prosequamini:
quod & Paulus significauit, dicens: Ipsi uigilant,
quasi rationẽ pro animabus uestris reddituri: id-
circo maxime colendi sunt. Quòd si eis insultabi
tis, neq; uestra bene disponetis. Quoad enim bo-
no & læto animo est gubernator, etiam naute se-
curi sunt: sin inuisus his esse cœperit, & molestè
ferre, neq; itidem uigilare, neq; artẽ exercere po-
terit, & inuitus molestusq; multis eos malis affi-
ciet: ita & sacerdos si debitum à nobis cultum sibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

præstari uiderit, rectè nos gubernare poterit: si af-
ficietis morte manus eius debilitantes, simul uo-
biscum fluctibus, etiam si maximi animi sit obji-
cietis. Intellige quid de Iudeis inquit Christus: Su-
Matth.23 per cathedram Mosi sedebant scribæ & Pharisei,
omnia quæcunq; dixerint uobis, facite. Nunc nō
est dicēdum, super cathedram Mosi, sed super ca-
thedram Christi sederunt sacerdotes. Eius enim
2.Cor.5 acceperūt doctrinam. Quare Paulus inquit: Pro
Christo legatione fungimur, tāquam Christo ex-
hortante per nos. Nonne uidetis seculi principi-
pibus omnes subesse, & sæpe genere, uita & pru-
dentia potioribus deteriores præponi? Nihilo-
minus principis, qui eos præposuit reuerentiam,
nihil quales illi sint, cogitant. Quòd si homo ali-
quem constituerit, tantus subit metus, si deus quē B
constituit despicimus, maledicimus, innumeris
afficimus contumelijs: & cum fratres nostros iu-
dicare prohibeamur, contra sacerdotes linguam
Matth.7 acuimus. Quanam hæc digna excusatione, cum
Luc.6 in oculo trabem non uidemus, festucam in proxi
mi oculo acrius censemus? Nescis grauius te tibi
iudicium præscribere, cum ita aliū iudicas? Hæc
dico, non quòd indignos ad sacerdotium assumi
probem, sed miserescens, & lacrymans. Nō enim
propterea à subditis iudicandi sunt, etiam si male
uitiose uiuant. Tu autē si tibi consules, nihil in his
quæ illis commissa sunt offendes. Nam si asinum
loqui fecit, & per uatem benedictiones spiritua-
les largitus est, & in muto ore, & lingua immun-
da Balaam, propter offendentes Iudæos opera- C
tus est: multo magis propter uos fideles, etiam si
praui sint sacerdotes, deus omnia per eos perfici-
et, & mittet spiritum sanctum: neque enim pura
mens propterea propriam puritatem amittit, sed
1.Cor.3 gratia omnia operatur. Omnia enim, inquit, uos,
siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas. Quicquid
enim conatur sacerdos, solius dei donum est: &
ubi humanam exercet sapiētiam, minor illius gra
tia apparet. Neque hoc dico, ut pigrius uiuamus,
sed ne pigrè qui uobis præpositi sunt uiuentibus,
uos his commissi aliquando mala uobis compa-
retis. Et qd sacerdotes dico? Neq; angelus, neq;
archangelus quicquam in his quę à deo data sunt
efficere potest: sed pater, & filius & spiritus san-
ctus omnia facit. Sacerdos & linguam, & manus
præbet: neq; enim iustum est, propter alius mali-
tiam ad salutem nostram accedētes offendi. Qui D
bus omnibus consideratis, & deum timeamus, &
eius sacerdotes maiorem in modum ueneremur,
ut & nostris operibus, & illis honore exhibito, à
deo multam accipiamus remunerationē, gratia
& benignitate domini nostri Iesu Christi,
cum quo patri gloria, simul & spi-
ritui sancto in secu-
la seculorum,
Amen.

EX CAP. XX. HOMILIA LXXXVI. A

THomas autem ex duodecim unus, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando uenit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Uidimus dominum. Ille autem dixit eis: Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittā manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis: Pax uobis, &c.] Quemadmodum simpliciter, & ut contingit, credere facilitatis est: ita præter modum inquirere, & inuestigare, crassissimæ mētis, ideo Thomas accusat. B Dicentibus enim apostolis, Uidimus dominum, non tantum non credidit illis, quantum, rei tanq; impossibili diffidens, quòd scilicet resurrexerit. Non enim dixit, nō credo uobis: sed, nisi mittam digitum in locum clauorum, non credā. At quomodo alijs omnibus congregatis, ipse solus abfuit? Credibile est ex fuga nōdum redisse. Tu autem cum discipulum non credentem uideas, consydera domini clementiam, quomodo pro una etiam anima uulnera sua ostendit, & ut unum saluum faceret, apparuit: et cum crassioris esset ingenij, à crassissimo sensuum fidem sibi quærit. Neq; enim oculis credebat, quippe qui non tantum dixit, nisi uidero: sed, nisi manum mittam, ne imaginatio putaretur: nam discipuli hæc nunciando, & C ipse pollicendo maiorem sibi fidem cōparabant. Veruntamen cum amplius quæreret, neq; his eum priuauit Christus. Et qua gratia ei continuò non apparuit, sed post dies octo? Ut interea à discipulis edoctum, ijsdem auditis in maius traheret desiderium, & magis in fide cōfirmaretur. Unde autem intellexerat latus perforatum? Ex discipulis. Cur alterum credidit, alterum nō credidit? Quia hoc mirabilius erat. Et considera quàm uere loquantur discipuli, quoniam neq; sua, neq; aliorum uitia abscondunt, sed quàm uerissimè scribunt. Adstitit ergo iterum Iesus, neq; ab illo rogari expectat, neq; quicquam tale audire: sed nihil eo dicente, ipse Iesus primum eius satisfecit desiderio, ostendens superioribus discipulorum uerbis affuisse: ijsdem enim usus est, & acrius castigādo, & ad futura erudiendo. Nam cum dixisset ei,

Infer digitum tuum huc, & uide manus meas: & affer manū tuam, & immitte in latus meum:] subdidit, Et noli esse incredulus, sed fidelis.] Uides ex incredulitate dubitare? Sed antequàm spiritum acciperent, eo autem accepto, perfecti euaserunt: neq; in hoc tantum reprehendit, sed in sequentibus. Cum enim ille certior factus ad se rediit, & dixit: Dominus meus, & deus meus,] inquit: Quia uidisti me Thoma, credidisti: beati qui non uiderunt & crediderunt.] Hoc enim fi-
Heb.11 dei est, accipere quæ non uidentur. Est enim fides substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium. Hic aūt non solum discipulos laudat, sed & qui post illos crediturі erant. Atqui inquies

inquies, discipuli uiderunt, nihil quæsierunt, sed A
ex sudario statim resurrectioni priusquā corpus
intuerentur, uere crediderunt. Cum ergo quispiam dicit, Uellem illis fuisse temporibus, & Christum miracula facientem uidisse, intelligat, beatos qui non uiderunt, & crediderunt. Dignum autem dubitatione est, quomodo corpus incorruptibile formam clauorum acceperit, & mortali manu tangi potuerit: sed hoc te non perturbet, hoc enim permissionis fuit. Corpus enim tam tenue & leue, ut clausis ianuis ingrederetur, omni crassitudine carebat, sed ut resurrectio crederetur, talē se exhibuit, & ut ipsum crucifixum fuisse, & nemi
nem alium pro eo resurrexisse intelligas, propterea cum signis crucis resurrexit, & manducauit:
Act.10 quod resurrectionis signum apostoli plurimi fe- B
cerunt, dicentes: Qui cum eo simul manducauimus, & bibimus. Quemadmodum igitur cum ante passionem super aquis ambularet, aliud à nostra natura corpus illud fuisse nō dicimus: ita post resurrectionē uidentes id signa clauorum habuisse, non propterea corruptibile dicimus, propter discipulum hæc ita ostensa sunt. Multa & alia signa, inquit, fecit Iesus.] Nam cum pauciora hic meminisset euangelista, dicit neq; alios omnes omnia collegisse, sed tantum quæ ad faciendam auditoribus fidem erāt necessaria. Nam si omnia inquit, scriberentur, nec ipsum arbitror mūdum capere eos qui scribendi sunt, libros. Unde constat non ambitionis, sed tantum utilitatis gratia scripsisse: siquidem qui plura omiserunt, quomodo ad C
ambitionem scripserunt? Sed cur non omnia trāsegerunt? Maximè propter rerum multitudinem: præterea & illud considerarunt, quòd qui his nō crediderit neque pluribus credet: qui uero hęc acceperit, non indigeret pluribus ad fidem assequēdam. Mihi autem hoc in loco de signis post resurrectionem dicere uidetur, ideo inquit: In conspectu discipulorum suorum.] Sicut em̄ ante resurrectionem multa fieri oportuit, ut dei filium esse crederent: ita post resurrectionem, ut resurrexisse crederetur: ideo addidit, In conspectu discipulorum. Nam cum his solis post resurrectionē uersatus est, propterea dicebat: Mundus nondum me uidet: inde ut cognoscas, discipulorū dū taxat gratia hæc facta esse: prosequitur, Ut cre D
dētes uitam æternam habeatis in nomine eius.]
Cap.XXI Hoc est, per eum: ipse nanq; uita est. Postea manifestauit se iterum discipulis ad mare Tiberiadis.] Uides non semper cum eis esse, ut ante passionē? Apparuit uesperi, & abijt, & post octo dies iterum, inde ad mare, & iterum cum multo tēmore. Quid autem significat, manifestauit? ut ostendat quòd non nisi ex permissione uidebatur, propterea quòd incorruptibile corpus erat, et immortale. Sed cur meminit loci? Ut iam metum eos deposuisse ostenderet, quòd iam conuersaretur. Non enim amplius domi se continebant, sed in Galilæam ierant, ad declinandum Iudæorum periculum. Uenit ergo Simon piscatum.] Cū enim nō frequenter Iesus cum eis uersaretur, neq;

adhuc spiritus datus esset, neq; haberent quid fa- A
cerent, ad artem suam redierant. Et erant simul Petrus, & Thomas, & Nathanael qui a Philippo uocatus erat, & filij Zebedæi, & alij duo. Cum ergo nihil haberent quid facerent, piscatum se contulerunt, & noctu, quoniam formidabant. Lucas non hoc, sed aliud meminit. Alij autem discipuli una sequebantur: uolebant enim simul & esse, & uidere ueritatem, & ocium suum bene disponere. laborāt ergo, & laborantibus astitit Iesus, neq; continuò cognitus est, ut in sermonem prorumperent. Dicit ergo eis: Nunquid pulmentarium habetis?] Adhuc more hominis loquit, ac si emp-
turus esset aliquid ab eis. Cum illi abnuerent, iussit ut in dextram rete facerent: fecerūt, & cepe
runt.] Cum autem eum cognouissent, proprios B
mores referunt Petrus & Ioannes: ille feruentior, hic altior erat: ille uehementior, hic perspicacior: ideo Ioannes prior agnouit Iesum, Petrus prior ad eum properauit: neq; enim parua erant signa. Quænam? Primum, quòd multos cepissent pisces, inde quòd non scinderetur rete: præterea qd priusquam descenderent, prunas uiderint, & piscem impositum, & panem, quæ non ex subiecta materia fecerat, ut propter quandam dispensationem fecit ante crucem. Ut ergo cognouit eum, omnibus reiectis, & piscibus, & reti, succinxit se Petrus.] Uides & reuerentiam, & desiderium? Atqui ducentis quasi cubitis aberant, non tamen naui appellere expectauit, sed natādo ad Ie-
sum uenit. Quid ergo Iesus? Uenite, & pran- C
dete, inquit. Et nemo audebat eum interrogare.]
Iam enim solitam fiduciam non habebant, neque ad eum loqui audebant, sed silentio, metuq;, & reuerentia in eum intenti, discubuerunt: norant em̄ dominum esse, ideo non interrogarunt quisnam esset. Et cum formam mutatam, & horroris plenā uiderent, admodum erant perterriti, uolebantq; de ea interrogare: sed & metus, & quòd norant non alium esse, eos ab interrogando cohibuerūt, & tantum comederunt, quæ ipse immensa potentia sua parauerat. Hic nō amplius in cœlum suspicit, neq; hominem agit, ostendens illa permissionis gratia fecisse: & quòd non frequenter cum discipulis esset, neq; similiter dicit: Hoc iam ter-
tiò manifestatus est Iesus cum discipulis, cum resurrexisset à mortuis.] Et iubet ut reliqas accipiant, ut id imaginationem non esse demonstraret. sed hoc in loco non dicit Christum cum discipulis manducasse, Lucas autem simul māducasse dicit. Quomodo autem, nō nostrum est dicere. Mo- Luc.24
do quodam perquam mirabili hæc facta sunt, nō quòd natura cibis amplius indigeret, sed ad resurrectionis ueritatem demōstrandam ita permisit. fortasse his uerbis conflagratis, & qui cū Iesu tūc fuerunt, & qui futuri sunt, in cōmuni resurrectione beatos ducitis. Admiramur ergo pro utribus, ut faciem eius admirabilem intueamur: nā si nūc hæc audiendo ita flagramus, & illis temporibus quibus in terra uersatus est fuisse, uocem audisse, faciē uidisse, allocutū esse, tetigisse, ei ministrasse

Universidad de Deusto
Biblioteca

desideramus: considera qualis uisu futurus sit, nõ A in corpore amplius mortali, neq; humana disponens: sed angelis stipatus, cum nos quoq; immortali corpore eum uidebimus, & summa fruemur fœlicitate, quæ omnem sensum exuperat. Quare adnitamur, ne tanta excidamus gloria: neq; enim difficile est, modo uelimus, neq; onerosum, si attẽ- 2. Tim. 2
derimus. Nam si sustinebimus, & cõregnabimus: hoc est, si tribulationes ferimus, si persecutiones, si arcta uia ambulabimus: arcta enim natura, & laboriosa est, nostra aũt electione leuis spe futurorum. Id enim quod in præsenti momẽtaneũ est, et leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitatem æternum gloriæ pondus operatur in nobis: non contemplantibus nobis quæ uidentur, sed ea quæ non uidentur. Dirigamus ergo oculos in cœlum, & illa semper imaginemur bona, atq; inspiciamus: in quibus si semper uersabimur, neque bona huius mundi nos allicient, neque mala molestẽ feremus: sed & hæc, & similia omnia deri debimus, & nihil nos aut seruos, aut superbia elatos facere poterit, modò hoc semper desiderium propagemus, si illam dilectionẽ intuebimur. Et quid dico præsentibus malis non dolituros? Imò ne uisuros quidem ea putamus. Tantus enim est amor, ut nõ præsentes tantum, sed absentes quos diligimus quotidie cernere uideamur: magna nã que dilectionis uis. Omnia negligit, ut dilecto animum colligat: si ita Christum diligeremus, hu- C
Rom. 8 mana omnia umbra, omnia imago, omnia nobis somnium uideretur: diceremus & nos: Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia? Nõ dixit pecunias, aut diuitias, aut formam: hæc enim leuissima sunt & ridicula: sed, quæ grauia uidentur, posuit: Fames, persecutiones, mortes, quæ ille ut nullius momenti contempsit. Nos autem propter pecunias uitam contemnimus, & lucem recusamus. Et Paulus quidem nõ mortem, non uitam, non præsentia, non futura, non aliam creaturam, diuinæ præponit dilectioni: nos si uel parum auri uidemus, eius cupiditate incendimur, & diuinas leges pessundamus. Qd si hæc dictu non ferenda sunt, longè minus factu: & qd graue est auditu horrescimus, re ipsa minimè: sed D
facile iuramus, peieramus, rapimus, usuras exigimus, continentiam negligimus, à uera oratione desistimus, plurima præceptorum trãsgredimur, & pecuniarum gratia mẽbra nostra omnino contemnimus. Nã qui pecunias amat, innumeris malis proximum, & seipsum cum illo afficit: etenim irascetur facile, maledicet, stultum appellabit, peierabit, neq; ueteris legis modum seruabit. Non enim dilígit proximum, qui aurum diligit. Atqui nos & inimicos propter cœlorum regnum amare iubemur. Quomodo ergo id consequi poterimus? Nam si uetera præcepta implentes, non erit
Matth. 5 nobis ad regnum aditus, nisi abundauerit iustitia nostra plus quàm illorum: si illa transgrediemur, quis nobis erit excusationi locus? Amator pecuniarum non modò inimicos non diligit, sed amicos inimicorum loco habebit. Et quid amicos di- cos? Ipsam sæpenumero naturam ignorat amator pecuniarum, neq; cognationem nouit, neq; consuetudinis recordatur, non reuereturætatem, nullum habet amicum, sed omnes odit, & in primis seipsum: non tantum quoniam perdit animam suam, sed quoniam innumeris solicitudinibus, laboribusq;, atq; miseriis distrahitur. Etenim peregrinationes, odia, pericula, insidias, & alias huiusmodi subit calamitates, hac duntaxat gratia, ut malorum radicem secũ habeat, & multas numeret pecunias. Quid hoc morbo grauius? omnibus priuatur delicijs, omni uoluptate: multũ gloriæ, multum honoris amittit: amator pecuniarum multos formidat, multos habet accusatores, inuidos, ca- B
lumniatores, insidiatores: qui ab eo iniuriam acceperunt, oderũt, utpote offensi: qui minus, timore ne offendantur, & offensorum misericordia illum ut hostẽ obseruant, et cauent. Maiores potentioresq; indignantes, & pauperum misericordia, & liuore similiter, ut inimicos odio habent. Et qd homines dico? Cum deum inimicum habeat, qd spei reliquum ei fuerit? quid consolationis? Amator pecuniarum his uti minimè potest, sed seruus, & custos est, non dominus: augere eas semper cõtendit, nunquam erogare uellet. Eum contempla re, & omnium pauperum pauperiorem iudicas, nulla cupiditate cõtentus est. Atqui pecuniæ, nõ Pecunijs non abutendum
ut custodiamus, sed ut utamur inuẽtæ sunt. Quòd C
si eas alijs defossuri fumus, quid nobis est miserius, qui undiq; congregare inhiamus, ut clausas teneamus, & communem usum auferamus? Est & alter morbus, neq; hoc minor: hi certè defodiunt, illi in uentrem, uoluptatem, atq; ebrietatem iniustè omnia conferunt, & sibijpsis luxuriæ supplicium parant: alij parasitis & adulatoribus largiuntur: hi in ludis & meretricibus, hi alijs huiusmodi dispendijs profundunt: hoc pacto innumeras sibi ad gehennam uias sternunt, recta ad cœlũ derelicta: quæ non lucrum tantum, sed & uoluptatem prædictis longè maiorem affert. Qui meretricibus dat, ridiculus & infamis est, & multos sibi inimicos parat, & breuem uoluptatem, uel nullam potius. Quæcunq; det alienis mulieribus, ex his nulla gratia habebitur. Vas enim cõtritum est domus aliena. Præterea muliebre genus temerarium est, & inferno eius similatur cupiditas: illi e-
Prou. 30 nim mulieris amorem Salomon comparauit: tũc cessat, cum omnibus rebus amantem spoliauit: imò nec tunc quidem, sed magis cõuiciatur, & insultat iacenti, eumq; maiorem in modum ridet, & tot eum malis circumuenit: quæ nullo pacto narrari possent. At sanorum uoluptas minimè talis est: nullum riualem habet, sed omnes congratulantur, & plaudunt: & qui beneficia acceperunt, & qui collata uiderũt, nulla ira, nulla tristitia, nullus pudor aut ignominia eius animũ expugnat: sed multa conscientiæ lætitia, multa futurorum spes, clara gloria & splendor, & quod maximum est, dei beneuolentia, & securitas: nullum præcipitium, nulla suspicio, sed trãquillissimus portus. Quibus omnibus cognitis, uoluptatẽ uoluptati compa-

comparantes, meliora eligamus, ut futura bona A
consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria, &c.

EX CAP. XXI. HOMIL. LXXXVII.

Vm ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiã domine, tu scis quia amo te.] Multa quidem alia sunt, quæ apud deum nobis fiduciam præbent, & quæ nos claros & probatos ostendunt. Quod autem maximè diuinum nobis amorem cõciliat, est proximi dilectio, quam à Petro Christus exigit: nam cũ finem cibis fecissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam domine, tu scis qa B
amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos.] Quid tandẽ
Petrus os & princeps apostolorum alijs omissis his dũtaxat Petrum affatur? Os erat apostolorum, & princeps, propterea & Paulus eum præter alios uisurus ascendit: simul ut ei ostenderet iam sibi fiduciam habendam. tanquam eñ negationis obliuisceretur, fratrum curam ei committit, neq; negationis meminit, neq; exprobrat, tãtum dicit: Si amas me, fratrum curam suscipias: & quam in omnibus dilectionẽ ostendisti, & qua delector nunc ostende: & animam quam pro me positurũ duxisti, hanc pro ouibus meis trade. Cũ ergo semel atq; iterum interrogatus, ipsum arcanorum cordis perscrutatorẽ testem aduocasset, & adhuc tertiò interrogaret, perturbatus est Petrus, ueritus superiora. Nam cum forti animo esset, reprehẽsus est postmodum, ideo iterum ad ipsum confugit dicens: Tu omnia scis:] hoc est, præ C
sentia & futura. Vide quanto melior factus sit & modestior: non amplius temerè perstat in sententia, neq; contradicit: propterea contristatus sum, ne fortè me amare arbitratus, non amem: ut antea cum me fortem & constantem putarem, postmodum imbecillis deprehẽsus sum. Ter autem interrogat, & semper idẽ præcipit, ut demonstret quãti ouium suarum curam faciat, & quod maximũ hoc sit amoris argumentum: & cum dicat quantum eum diligat, prædicit & martyriũ, quod passurus erat: ostendens quòd non ob eius diffidentiam id diceret, sed quòd maximè crederet, uolẽs amoris in eum signum demonstrare: & erudiens nos, quonam pacto amãdus sit, quare inquit: Cũ esses iunior, cingebas te, & ambulabas ubi uolebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, & D
alij te cingent, & ducent te quò tu non uis. Atqui
Matth. 26 hoc uolebat, & desiderabat, quare hoc manifestũ fecit. Cum enim aliquando dixisset, Animam meam pro te ponam: &, Si oportuerit me mori tecũ, non te negabo: ei uicem reddidit. Quid autem significat, quò tu non uis? Naturæ affectum & carnis necessitatẽ indicat, & quòd anima inuita corpus relinquit: & licet uoluntas constans & firma esset, natura tamen imbecilla. Nemo sine dolore à corpore dissoluitur, diuina hoc utiliter dispensante prouidẽtia, ne multi uiolentam mortem eligerent: nam si etiam sic hoc diabolus persuade-

re potest, & in multa nos præcipitia, & uoragines impellit, nisi tantum animæ esset corporis desiderium, in paruo etiam mœrore multi sibi mortem consciscerent: quò igitur non uis, naturalem affectum significat. Quomodo autem cum dixisset cum esses iunior, subdit, Cũ senueris? Quòd tunc neque iuuenis esset, neq; senex, sed uir perfectus. Sed cur superioris uitæ meminit? Vt significet in rebus secularibus iuuenem utilem esse, senem inutilem: non ita in diuinis, sed cum aduentauerit, inquit, senectus, tunc fortior eris, atq; præstatior: nihil te ætas impediet. Hæc dixit: nõ ut eũ pterreret, sed ut excitaret: norat enim eius animum, & quòd iampridem eius boni desiderio tenebatur: simul autem et mortis genus demonstrat. Cum enim Petrus omnino pericula pro Christo subire uellet, Confide, inquit, ita enim tuum implebo desiderium: nam quæ non passus es iuuenis, patieris senex. Inde erigens auditoris animum euangelista, addidit: Hoc autem dixit, significãs qua morte clarificaturus esset deum.] Non dixit, moriturus: ut intelligas mori pro Christo gloriam esse & honorem. Et cum hoc dixisset, inquit ei: Sequere me. Quibus uerbis iterum curam & familiarem in eũ affectum ostendit. Quòd si quis percontaretur, quomodo Iacobus sedem Hierosolymis acceperit: respõderem hunc totius orbis magistrum præposuisse. Conuersus Petrus, uidit illũm discipulum, quem diligebat Iesus sequentem: qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit ei: Domine hic autem quid?] Qua gratia recubitus illius meminit? Non abs re, sed ut ostendat Petri post negationẽ fiduciam: qui enim tunc non est ausus Iesum interrogare, sed id muneris alteri delegarat, hic commissa sibi fratrum cura, nõ modò alteri uicem suam mandat, sed & ipse magistrum interrogat: & Ioannes quidem tacet, ipse autem loquitur, præterea & suã in eum præ se fert dilectionem. Diligebat enim maiorem in modũ Ioannem Petrus, quod & ex sequẽtibus apparet, & per euangelistam eorum uinculum etiam in actionibus demonstratur. Nam cum magna Christus Petro communicasset, orbis terrarum curam demandasset, martyrium prædixisset, et maiorem erga eum dilectionem testatus esset, cũ uellet Petrus Ioannem socium & collegam, inquit: Hic autem quid? Nunquid eandem uiam aggredietur: & quemadmodum in cœna interrogare non ausus, Ioannem suffecit: ita nunc uicem reddit, arbitratus cum uelle, sed non audere de se scisciatari. Tum Christus: Si eum uolo manere donec ueniam, quid ad te?] Nam cũ nimia id charitate diceret Petrus, nec ab eo diuidi uellet: ostendens Christus, quòd quantauis eum dilectione prosequeretur, suam assequi non posset, inquit: Si eum uolo manere, quid ad te? His uerbis nos erudiẽs, neque dolendum, neq; curiosius præter diuinam uoluntatem inuestigandum. Nam cum Petrus semper in huiusmodi interrogationes feruentius prosiliret, iterum eius feruorem retundens, quòd non sit ulterius inquirendum, in hunc modum re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

spondit. Exīt ergo sermo iste inter discipulos, A quòd ille non moritur. Et non dixit ei Iesus, quia non moritur, sed, si uolo eum manere donec ueniam, quid ad te?] Noli arbitrari, inquit, eodem modo de uobis dispositisse: hoc autem dixit, ut intempestiuum affectum, & cōsuetudinis desideriū tolleret. Cum autem essent orbis terrarum curam suscepturi, simul amplius esse non oportebat, magnum enim fuisset mundo detrimētum, idcirco inquit: Opus suscepisti, id cōsidera, perfice, labora, & te certaminibus expone. Quid ad te, si uolo eū manere, hīc tu officium tuū cura & exequere. Tu autem hoc in loco euangelistæ leniratem intellige. Videns nanq; discipulorum suspicionem, corrigit eam, tanquam quid dixerit, non intelligerēt. B Non dixit, inquit, Iesus, quia non moritur: sed, si uolo eum manere. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibuit de his, & scripsit hæc. Et scimus, quia uerum est testimonium eius.] Quid tandem præter aliorum morem hic solus secundum de seipso perhibet testimonium? uidetur enim auditoribus occurrere. Quænam hæc causa? Dicitur ultimus se ad scribendum diuina inspiratione contulisse, ideo & suam dilectionem, & causam quare ad scribendum uenerit, frequenter ostendit ac meminit, hinc sibi fidem comparās, qđ inde motus sit. Et scio, inquit, quòd uerum dico, quod si multi non crederent, ex eo credēdum est quod sequitur. Sunt inquit, & alia multa quæ C fecit Iesus, quæ si scribātur per singula, nec ipsum arbitror mūdum capere eos, qui scribendi sunt libros.] Vnde constat, quòd non ad gratiam locutus sum. Cum enim ex tot & tantis operibus, neq; uel ea quæ alij meminerint, sed pluribus eorum omissis, ludæorum insidias, lapidationes, odia, iurias, maledicta, & quomodo dæmonium habētem, & deceptorem appellabant, in medium protulerim: perspicuum est me non ad gratiam conciliandam prolocutum, quam qui aucupatur, cōtra facere oportet, cōtumelias tegere, laudes prædicare. Cum ergo certissima scripserit, non recusat etiam suum in medium ferre testimonium, qđ singula inuestigarit, examinauerit q; Mos ēm nobis est, ut uerissimi esse uideamur, nostrum nō recusare testimonium: quod si nos facimus, multo D magis ille qui ex spiritu scribebat: quod & alij apostoli prædicabant, Nos testes sumus eorū quæ dicimus, & spiritus qui dedit obedientibus sibi: omnibus enim affuerat. Matrem commendatam habuit, quæ & signa amoris erant, & quòd certo omnia sciret. Quòd si tanta signa facta dixit, noli admirari, sed immensam autoris potestatem intelige, & crede. Vt enim facile nobis est loqui, ita et illi, imò longè facilius facere quæ uult: uoluntas sola sufficit, & cuncta ei parent: his ergo diligenter attendamus, neque omittamus, quin explicemus atq; inuestigemus. A frequenti nanq; cōgressu aliquid consequemur: ita uitam nostram purgare poterimus, ita spinas incidere. Tale ēm peccatum est, & secularis cura res infructuosa & molesta. Et quemadmodum spina ubicūq; tangitur, tāgentem pungit: ita secularia ubicunq; comprehenderis, lædunt. Verum nō huiusmodi spiritualia, sed margaritæ cuidam similantur: quam cum tractaueris, delectat oculos. Vt exēpli gratia: Fecit aliquis eleemosynam, non modo spe futurorū nutritur, sed & seculi bonis semper confidens lætatur: & omnia audenter faciens, malas uincit cupiditates, & ante regnum hic iam fructū accipit, cum laudetur, cum in admiratione sit, & ante omnia à propria conscientia: & singula bona opera huiusmodi sunt, quemadmodum mala etiam ante gehennam hic torquent, uulnerant enim conscientiam. Et si quid maneat peccatores intellige res, meticulosus & trepidus, etiam nemine puniente, efficereris: & si diuitiæ tibi essent, multos haberes inimicos, & suspicioše uiueres, neq; iam resistere posses iniuriantibus, uel potius & non iniuriantibus. neq; enim tantum ab eis uoluptatis, quantum mœroris assequimur, intus reclamante conscientia, foris hominibus accusantibus, deo indignato, gehenna nos cupidè expectante, non quiescentibus cogitationibus. Grauis, grauis inquam res, & onerosa peccatum, & plumbo omni onerosius: qui id cognoscit ne minimū qui dē oculos erigere potest, etsi sensu careat. Sic & Achab, quam uis perquam impius esset, postquā 3.Reg.12 cognouit peccatum suum, deiectis oculis ambulabat contritus, & ægerrimè ferens, propterea sac cum induit, & fontes fudit lacrymarum. Si itidē et nos faciamus, et ut ille lugeamus, exuemus peccata nostra, ut Zacchæus, & aliquam ueniam cōsequemur. Vt enim in morbis & fistulis, nisi quis prius fluentem humorem, & uulnus sistat: quæcūque imposuerit medicamenta, non amota morbi causa, omnia frustra contendet: ita & nos nisi manum ab auaritia, & malum hunc amorē cohibuerimus, licet eleemosynam demus, oīa incassum laboramus. Quod em̄ per eam boni fecimus, accedente auaritia fatiscit, atq; disperditur, & priore peius efficitur. Cessemus ergo à rapina, & ita eleemosynas impendamus. Quòd si in præcipitia nos deferimus, q̄modo respirare poterimus? Etenim si quis casurum erigeret, ut eleemosyna: alter autē humi premeret, ut auaritia, nihil aliud ab hac pugna expectandum est, quàm ut discerpatur. Quod ne nobis accidat, néue auaritia deorsum premēte, eleemosyna nos derelinquat, leues efficiamur, & uolemus, ut & malorum liberatione, & bonis operibus perfecti, sempiterna bona consequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cū quo patri simul & spiritui sancto gloria, honor, & imperium, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Act. 2

Homiliarum lxxxvij D. Ioannis Chrysostomi in euangelium Ioannis, finis.

D. Ioannis

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI ALIQVOT HOMILIAE IN EVANgelium Ioannis.

DE FIDE IN CHRISTO HOMILIA

Ioan. 10

I credis quòd deus erat A uerbum: secundū euangelistæ testimoniū crede, quia hoc uerbum caro factū est: hoc est, homo factum est, ita ut incōuertibilis deitas permaneret. Deus enim inconuertibilis est, quem nulla substantia capiat: cum ipse sit omnium capax, non habens neq; augmentū dierū, neq; imminutionē temporū. Non enim ex tempore aliquod initiū habet, qui est ante secula: non aliqua factura est, quæ temporibus excludatur: sed in patris natura manens semper B absq; initio inuenitur, qui cœternus est genitori initium non habēti. Vnde & temporibus initium dedit ipse non in tempore permanens, sicut scri-
Sapien. 7 ptum est: Quia in se manens, innouat omnia: per
Ioan. 1 quem omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Si uero & tēporale aliquid de ipso uolueris cogitare: quia cum sit unigenitus dei filius, dicitur etiam filius hominis in dispensatione carnali: co-
Psal. 2 gnosce uocem illam patris dicentem: Ego hodie genui te: ut quod ait, hodie genui te, filio hominis ex Maria nato adscribas, auferens prorsus temporalitatem ab illa inconuertibili deitatis natura. Si C autē & secundum paternam generationem eum consideres, per id quòd ingenitus est pater: propria uero generatio filius unigenitus, & ideo filius unigenitus: & ideo si distinctionē aliquam inter genitorem & genitum definire uelis, hic uide ut intellectu pio tantæ necessitudinis intuearis arcanum. Quoniā & priusquam nasceretur unigenitus, in suo iam genitore generandus manebat, non habens distantiam temporis, sicut impij dicunt: quia erat quando non erat, qui ineffabilem domini creatoris generationē, mortalium creaturārū specie metiuntur, quæ gradibus ætatū generantur & generant. Veruntamen etiā de ipsis eos D conditionis humanæ generationibus arguamus. Nam si etiam homini inest antequā generet, & id quod ex eo generandum est, secundum est secundum naturam, & antequam generet non aliunde mutatur, ut seminet progeniem, quam generaturus est: quanto magis in deo patre omnipotente ista ratio cernenda est, ut æque inconuertibilis & sempiternus filius in æterno atq; incommutabili patre semper fuerit? qui secundum naturā inseparabilis substantia est, excludens illam impiorum blasphemiam, quæ dicit: erat quando non erat. Si uero manifestius uolueris agnoscere, qui erat semper in patre priusquā nasceretur: non legisti in factura & cōstitutione mūdi, Mose exponēte quomodo ex persona opificis dictū sit: Producat herbam fœni seminās semen, secundū genus, & similitudinē: & lignū fructiferū faciens fructū, cuius semen eius in ipso secundū genus, & similitudinē super terrā. Si ergo lignū fructiferū, quòd in escā datū est hominibus, priusquam producat fructus, in semetipso fructum habet secundū genus, & secundum similitudinē suam: quāto magis deus qui creator & largitor eorum est, in semetipso habuit natum suum anteq; signaret? Non enim duos ingenitos dicimus, sed unum ingenitum patrē perfectum, qui filium ex seipso genuit perfectum, sicut ipse est perfectus pater. Tu ergo qui uides di-
centē: Pater, si possibile est, trāseat calix iste à me: Matth. 26
ueruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu uis, non uides eundem dicentē: Potestatem habeo po- Luc. 22
nere animam meam, & iterum sumere eam, & ne- Ioan. 10
mo eam aufert à me, sed à meipso pono eam, ut rursus assumā illam. Quod utiq; dicens, docet te ut uí propriæ uoluntatis eius, non extrinsecus eū natum esse arbitreris: quia non sicut indigens sum psit aliunde uirtutem, qua sit opus ei, sed suæ potestatis imperio usus est, & nō assumptiuæ assumptionis beneficio. Considera ergo liberū & principale diuinæ uoluntatis arbitrium, & noli con-
trahere, atque concludere in angustijs mentis tuæ deum maiestatis, qui propter te susceptam fragilitatis tuæ carnem uestitus est: sed redde altitudinem gloriæ suæ habentem potestatem animæ suę ponēdæ, & resumēdæ. Diminutionē uero ad eum refunde qui passus est, & resurrexit: passus est tamen quia uoluit: surrexit, quia potuit. Vides ergo dicentem: Non ueni uolūtatem meam facere, sed Ioan. 5
uoluntatem eius qui misit me: & qui me misit, maior me est. Et è diuerso non consideras eum dicentem: Ego & pater unum sumus. Vt quod dixit sumus, personis adscribas: quòd uero dixit, unum: diuinitati assignes. Et si eum orantē uideris, si cru-
D cifixū, si ex tēpore orantem cōsideras, secundum quod ad eum dictū est: Ego hodie genui te: illum Psal. 2
mihi intellige, de quo scriptum Apostolus ad Hebræos dicit: Quid est homo, quòd memor es eius, Heb. 2
aut filius hominis quoniam uisitas eum? Minora Psal. 8
sti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & cōstituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius. Et idem magister illico sua disputatiōe subtexuit: Nunc adhuc nō uidimus omnia illi subiecta, pau- Heb. 2
loante minus ab angelis minoratum uidimus, inquit, Iesum propter passionem, gloria & honore coronatum. Cum uero audieris & illud, quod de eodē Iesu domino nostro beatus Apostolus dicit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cor.15 Quando subiecta illi fuerint omnia, tunc & ipse subiectus erit, ei qui sibi subiecit omnia, ut sit deus omnia, & in omnibus. Et recurrere oportet ad apostolum, & per ipsius magisterium intueri: quia dixit, necdū uidemus uniuersa illi subiecta, neque omnem linguam confitentem, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris: ut quando adimpleta fuerit subiectio confitentium, quia dominus Iesus in gloria est dei patris, in subiectione eius cui subijcitur omnis lingua, hoc est, filio hominis, secundum apostolum. Tunc filius hominis, secundum apostolū in subiectione plenitudinis credentium subijcitur diuino uerbo, ut sit iste qui assumptus est homo, sit deus, omnia in omnibus.

Quia per ipsum iudicem erit retributio iustis iustitiæ in gloriam, & peccatoribus iustum iudicium tormentorum in iram damnationis. Si autem uolueris magnitudinem filij in agnitione patris considerare, uade ad Philippum apostolum, & interroga cum ipso, dicens: Ostende nobis patrem & sufficit nobis. Et poteris discere ipso domino respondente: quia pater meus usq; adhuc operatur, & ego operor. Et cū Philippo audies: Tanto tempore uobiscum sum, & non me uidistis? Philippe qui uidet me, uidet & patrem: quia ego in patre, & pater in me est. Hoc autem ait illuminans nos.

Ioan.14

EIVSDEM DE DIVO IOANNE BAPTISTA HOMILIA

Ioan.1 DE Ioanne dicitur: Fuit homo missus à deo. Vide quæ sit distantia inter deum & hominem. De deo: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbū. Videte quomodo piscator indoctus nouum uerbū proprietatis dixit, sic de deo: In principio erat uerbum, quæ iam locuti sumus: neq; enim possumus eadem replicare. De homine uidete quid dicat: Fuit homo missus à deo. Videte quid dicat, fuit. De filio dei, erat: de homine, fuit: de deo dicit: In principio erat uerbum: de dei filio, uerbum: de homine uidete quid dicitur, Fuit homo: quia ergo homo, propterea missus est à deo. Cui nomen erat Ioannes. Gratia in homine comprehenditur.

Ioannes quid interpretetur Ioannes enim domini gratia interpretatur. Ioannes enim dicitur domini, anna dicitur gratia. Cui nomen erat Ioannes. Quia maiorem accepit gratiā, propterea in eremo philosophatur, & reseruat se in aduentum Christi, quia nunciaturus erat Christum, statim in eremo nutritur, statim ibi crescit, non uult cum hominibus conuersari. In eremo cum angelis philosophatur: nouerat Christum Ioannes semper esse uenturum, & non solum nouerat ab infantia, sed in utero matris nouerat, & eum salutauerat. Denicp scribitur: Exultauit infans in utero matris suæ. Vide quomodo in utero matris constitutus sensit aduentum domini. Considerate monachi dignitatē uestram. Ioannes princeps uestri est dogmatis, ipse monachus. Statim ut natus est, in eremo uiuit, in eremo nutrit, Christum expectat in solitudine. Videte differentiam.

Luc.1

A Eo tempore quo Ioannes natus est, & erat in eremo. Hoc templū quod uidemus esse destructum, quantas habebat diuitias, quid auri, quid argenti, quid multitudinis? Vultis scire quātam habuerit multitudinem? Iosephus Iudaicæ scriptor historiæ describit eo tempore quo capta est Hierusalem, hoc est, à Vespasiano & Tito, dicit mille & octingenta milia una die capta. Videte quid dicat, ubi tanti sunt capti, quanti habitatores erant, quanti sunt mortui, quantos fames, quantos gladius interfecit? Deinde scribit historia quantum auri fuerit in templo, quantum argenti, quantum gemmarum, quantum serici, quanti erant sacerdotes, quāti scribæ, & diuersa genera officiorum. Videte quomodo semper Christus humilitatē diligit. Christus dei filius in templo nascitur, & in

B eremo prædicatur. Humilis enim humiles diligit. Hoc totum quare dico? Vt doceā dogmatis nostri principem esse Baptistam Ioannem. Felices sunt qui imitantur Ioannem, quo inter natos mulierum maior non fuit. Expectabat Christum, nouerat esse uenturum, oculi eius nihil aliud dignabantur aspicere. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est.] Multi enim male legunt, dicentes: Quod factum est, in ipso uita erat. Sed ita distinguit: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil, quod factum est: hoc est, sine ipso quod factum est, non est factum. Spiritus enim sanctus non est factus, propterea non per ipsum est. Spiritus enim sanctus qui fecit omnia, nō est factus à domino. Ver

C bo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorū. Vides q̄a duo sunt qui fabricāt, dimitto patrem, quia de patre nulla dubitatio est, licet in isto uersiculo tres personæ demonstrētur. Quando enim dicitur: Verbo domini cœli firmati sunt, nominat: id est, uerbum nominat, & deum patrem, & filium, ergo duæ personæ dictæ sunt: Verbo domini cœli firmati sunt. Alijs uerbis hoc dixit: Filio patris cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Ergo manifeste in isto uersiculo demonstratur, quòd pater, & filius, & spiritus sanctus omniū creatores sunt. Omnia per ipsum facta sunt. Si ergo omia p ipsum facta sunt, ergo excluſus est pater, excluſus est spūs sanctus, & solus filius operatus est. Quoniā ergo dixerat,

D omia per ipsum facta sunt, ne spiritus sancti & patris tolleret creationem, adiecit: Et sine ipso factum est nihil quod factum est. Quando dicitur, sine ipso nihil, ostenditur quòd alius fecerit, sed quòd sine isto nihil fecerit: denicp & Sapientia in prouerbijs quid dicit? Quando præparabat cœlos, aderam, &c. Et uita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderūt.] Generaliter quidem de conditore dicitur deo, quoniam semper inter medias creaturas suas sit, & tamen creatura nō intelligit creatorem suum: specialiter autē dicitur de domino saluatore: quoniā hoc uerbū quod erat deus, & erat in deo, esset etiam in mundo, ut luceret in tenebris Iudæorū: & Iudæi qui sunt tenebræ, nō comprehen-

Matth.11

Prouer.8

prehenderūt lucem. Fuit homo missus à deo.] Breuiter de singulis dicamus. Fuit homo missus à deo. Videte significantiam proprietatesq; uerborū. De deo quid dicitur? de filio dei quid dicitur? In principio erat uerbum. Qui erat, principiū non habet. Qui erat, non fuit aliquod tempus quando nō erat. De Ioanne licet uero sanctus sit, licet præcursor sit, non dicitur erat: non enim erat antequā nasceretur, non erat antequam præcursor fieret, non erat antequam cōciperetur in utero. Audiat hic, & alia hæresis: Non mittitur ille qui erat, sed mittitur & fit ille qui nō erat. Quid dicitur fuit homo missus à deo? Videte proprietates uerborum. In principio erat uerbū, & uerbū erat apud deum, & deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. Legimus & literas seculares, legimus Pla-

B tonem, legimus & cæteros philosophos. Piscator noster inuenit quod philosophus non inuenit. Si dixisset: in principio erat deus filius, uidebatur patrem excluſisse, aut etiā duos deos facere: & nihil nobis proderat de gentibus, si reliquissemus plurimos deos, & credidissemus in duobus dijs. Vide ergo quomodo paulatim, & prudenter irrepit. In principio non dicit erat deus, ne uideretur deum & deum facere, deos duos iunctos, sed filium uerbum nominat. Et dum dicit ipsum uerbum esse in patre, sic & filium deum dicit, ut non auferat unū deum. Ergo & nos qua ratione filium deum dicimus, & unum tamen deum dicimus in patre, & in filio: sic in patre, & in filio, & spiritu sancto triplex

C quidem est, sed una diuinitas. Fuit homo missus à deo, Ioannes fuit, qui ante non erat. Factus est, qui non erat. Fuit homo nō uerbum, Homo ideo fuit, quia homo: uerbum non fuit, sed semper erat. Fuit homo missus à deo. In principio erat uerbum. Nō mittitur homo missus à deo. Quicquid ergo ho-

Matth.10 mo loquitur, nō auditur qui mittit. Qui enim uos recipit, me recipit: honor mittētis suscipitur in eo qui mittitur. Fuit homo missus à deo. Quod nos dicimus missus, Græci dicunt ἀπεσταλμένος, hoc est missus, quod dicitur lingua Hebraica silaos. Ergo uides, quod iste Ioannes propheta non solum pro-

Esa.6 pheta, sed & apostolus est. Mittitur Esaias, apostolus fuit. Ecce ego, mitte me. Missus à deo. Pulchre

Ioan.10 dixit, missus. Dominus enim dicit in euangelio: Omnes qui ante me uenerunt, fures fuerunt & la-

D trones. Non dixit, omnes qui missi sunt, fures & latrones: sed qui per se uenerunt. Quid dicit: omnes qui uenerunt ante me? Qui dicunt, hæc dicit dominus, & dominus non misit eos, isti qui uenerunt per se & non sunt missi, ipsi fuerunt fures & latrones. Iste ergo missus est à deo, cui nomen

Ioannis interpretatio erat Ioannes.] Et nomen ipsius officio conuenit. Ioannes enim interpretatur domini gratia, Io enim dicitur dominus, anna gratia. Ergo Ioannes, domini dicitur gratia. Quòd missus est, à domino accepit. Hic uenit in testimonium, ut testimoniū perhiberet de lumine. Multa sunt quæ dicuntur, sed excludimur tempore. Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis.] Verbum caro factum est, & quomodo factum est, ignoramus. A

A deo rationē habeo, cōscientiam non habeo. Scio quia uerbū caro factum sit, & quomodo factū sit nescio: miraris quia ego nescia? Omnis creatura ignorat. Mysteriū enim quod absconditum fuit in

Col.1 omnibus seculis: in nostro seculo reuelatū est. Dicat aliquis, si reuelatū est, quomodo te nescire dicis? Reuelatum est quod factum est, cęterum celatur quomodo factum sit. Denicp dicit Esaias: Ge-

Esa.53 nerationem eius quis enarrabit? Et quomodo ip-

Esa.7 se dixerat, Ecce uirgo in utero cōcipiet & paries? Dicit quid factum sit: quando autem dicit, Generationem eius quis enarrabit: hoc nobis ostendit, quoniam natus quidē sit: sed quomodo natus sit, ignoramus. Sancta Maria, beata Maria, mater & uirgo, uirgo fuit ante partum, uirgo post partū. Ego hoc miror, quō de uirgine uirgo natus sit, &

B post nationem uirginis mater uirgo sit. Vultis scire quomodo de uirgine natus sit, & post natiuitatem mater ipsa sit uirgo? Clausa erant ostia, & ingressus est Iesus. Nulli dubiū quin clausa sint ostia. Qui intrauit per ostia clausa, nō erat phantasma, non erat spiritus, uere corpus erat. Quid enim dicit: Respicite & uidete, quia spiritus carnē & ossa

Luc.24 non habet, quæ me habere uidetis. Habebat carnes, habebat ossa: & clausa erant ostia. Quomodo clausis ostijs intrauerunt ossa & caro? Clausa sunt ostia, & intrat quem intrantem non uidimus. Vnde intrauit, omia clausa sunt: locus nō est per quē intret, & tamen intus est qui intrauit, & non apparet quomodo intrauit. Nescis quomodo factū sit,

C & das hoc potentiæ dei. Da potentiæ dei, quia de uirgine natus sit, & tamen ipsa uirgo fuerit uirgo post partum. Legimus in Ezechiel, in templi ædificatione: Porta hæc, inquit, Orientalis, quæ respi-

Ezech.44 cit ad Orientē, semper clausa erit, & nemo, inquit, intrabit per eam, nisi solus pōtifex, Clausa est porta, & nemo intrat per ipsam portā, nisi solus pontifex. Sepulchrum saluatoris in petra durissima fue-

Matth.27 rat excisum, in petra durissima, quæ nullam habebat molliciem: & scriptum est: quoniam in isto ipso sepulchro nullus ante sit positus, sed nouum sepulchrum erat. Manifestum quidem est secundum literam quod factum est, & propterea in petra excisum est, debemus enim primum secūdum literam dicere: Et in durissimo lapide fuerat excisum, & in nouo sepulchro positus est, & grandis lapis positus est ad ostium: & custodia militum in circuitu, ut quanto fortius seruatur ne furari possit, tanto magis uirtus dei appareat cū resurrexerit. Si enim sepulchrum fuisset in terra, dicere poterant: suffoderunt terrā, & furati sunt eum: si fuisset lapis paruulus positus, dicere poterāt, paruus lapis fuit, & dormiētibus nobis tulerūt eum. Denicp in euangelio quid scriptum est? Venerunt, in uenerunt ad Pilatum, & dixerunt ei: Domine, magus ille dicebat, quoniam surrecturus est: ne ergo ueniant discipuli eius, & furentur eū, & dicāt, surrexit, & peior error fiat, cp modo factus est: da nobis qui eum custodiant, ne eum furentur. Et dixit Pilatus: Habetis custodiam, ita facite quomodo uultis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uultis. Diligẽtia scribarum & hostiũ prodest fidei nostræ. Seruate Pharisęi, seruate: deus includi nõ
Esa. 40 potest, deus in sepulchro teneri nõ potest. Qui fecit cœlum & terrã, cuius in pugillo terra est & cœlum, qui appendit mũdum in tribus digitis, quod dicitur Hebraicè. Qui ergo appendit mũdum, uno sepulchro non potest contineri. Deniq; mulieres Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioseph mater, pia quidẽ uoluntate, sed errantes deũ quærebant in sepulchro. Recipit quidẽ uoluntatẽ, sed errorẽ arguit angelus ille qui reuoluebat lapidẽ, & sedebat super lapidẽ. Et quid ostẽdebat? Lapis iste: cui ego insideo, qui seruus sum istius, qui certus sum quòd non potest includere dominũ meũ, cum prematur à seruo suo. Lapis ergo ille non potuit claudere Iesum. Et dicit ad mulieres quę uenerant ad quærẽdum eum: Iesum quæritis, nõ est hic. B
Vbi est? in cœlo? ultra cœlos est. In terra? ultra terram est, ubicũq; uoluerit est, ubicũq; est, totus est: ubicunq; est, & ubicunq; fueris, tu ipse qui illum quæris, in ipso es quem quæris. Audi ergo quid dicit angelus ad mulieres: Quid quæritis uiuentem
Luc. 24 cũ mortuis? quid quæritis dominũ in sepulchro? Iesum quæritis, dominum quæritis, quia tantũ Iesum quæritis. Certe si sciretis illum esse uiuentem,
Ioan. 1 audiretis: Medius inter uos est, quem uos ignoratis. Regnum dei intra uos est. Angelus quid dicit his mulieribus? Iesum quæritis in sepulchro. Cre-
Luc. 17 dite eum resurrexisse, & putate in uobis quẽ quæritis. Maria Magdalene cum uidisset dominum, et putasset quòd hortulanus sit, putabat illum quòd esset hortulanus: errabat quidem in usu, sed ipse error habebat typum suũ. Verè enim hortulanus erat Iesus paradisi sui, arborum paradisi. Putabat, inquit, quòd hortulanus esset, & uoluit inquirere pedes eius. Et quid ei dixit dominus? Noli me tangere, nondum enim ascẽdi ad patrem meum. Noli me tangere, non mereris me tangere, quem in sepulchro quæris. Noli me tangere, quem tantũ putas, & non credis resurrexisse. Noli me tangere, tibi enim necdum ascendi ad patrem meum: cum tibi ascendero ad patrem, tunc mereberis me tangere, præstãte Christo domino nostro, cui sit honor & gloria in secula seculorum, Amen.

HOMILIA D. IOAN. CHRYSOSTOMI,
Ioan. 4 in dictum Ioannis, Veniet hora, quando ueri adoratores adorabunt patrem, in spiritu & ueritate. D

INnumera beneficia dei, quibus per momenta perfruimur, si iugi meditatiõe animo & sermone reuoluimus: inueniemus nihil tam congruere nobis, quàm continuare preces, narrare laudes, prædicare uirtutes, atq; in eius maiestatis cultũ, tota animi ueneratione, obsequio, semet deuouere. Sic enim efficitur, ut dum deo gratiarum actionem referimus: & nostra officia compleamus, & eius potentiam cũctis populis demõstremus. Veniet, inquit, hora, quando ueri adoratores adorabunt patrem, in spiritu & ueritate. A Dum ueros adoratores dicit, esse quosdam falsos ostendit, suos uero esse monstrauit. Eius est enim, quod uerum est: cuius quod falsum est, esse nõ potest. Diuisit substantiam, dum speciem separauit: genus ostendit, dum patrem constituit. Et ut uerius dicam, æmulis cuncta consistunt: nec quicquam inuenio, quod contrariũ habere possit. Deniq; separatæ sunt diuersæ naturæ. Falsum ẽm ueritas non capit, amaritudinem dulcedo non patitur: noctes & dies diuersæ sunt, frigus calori non conuenit. Perdet res quæq; quod nascitur, si aliquando æmulo copuletur. Adeo & bonus malo si cõnectitur, aut pares redduntur, aut cito ab inuicem separantur. Amicitiæ enim pares aut quærunt aut faciunt: diuersa uero, aut uoluntas, aut necessitas iungit. Cæterum nephas est iungere,
Eccl. 13 quod natura copulari non patitur. Si communicauit, inquit, lupus agno aliquando: sic peccator iusto. & iterum, Nolite coniungi cum infidelibus.
2. Cor. 6 Quæ ẽm participatio iustitiæ iniquitati? Quis autem consensus Christo ad Belial? Quæ autẽ partícula est fideli cum infideli? Quæ conuentio templo ei cum simulacris? Igitur quoniam quod uerum est, dei est: quod falsum, diaboli: enitendũ est, ut Christianus ueritatis sectator in spiritu & ueritate deum adoret: ut inter ueros adoratores cõstitutus, dei sit orator effectus, ut eum clementer ex
Matth. 7 audiat deus. Non omnis, inquit, qui dicit mihi domine, domine, introibit in regnum cœlorum, sed
Luc. 6 is, qui fecerit uoluntatem patris mei, qui in cœlis est: ipse introibit in regnũ cœlorũ: & iterũ, Quid C mihi dicitis domine, domine, & non facitis quæ mando uobis? Falsos enim & simulatores ueritatis autor nec amare poterit, nec audire. Tunc etenim facile poterit esse uerũ quod dicitur: si qui in ueritate constitutus est, spiritu fuerit ueritatis instructus. Nam primo, ueritas extra ecclesiam non
Ioan. 14 est, quia ueritas Christus est. Ego sum, inquit, uia, ueritas, & uita. Ergo si ueritas extra ecclesiam nõ est: in ecclesia sit constituta, necesse est. Vnde quicunq; in ecclesia cõstitutus est: in ueritate iam positus sit, necesse est. Is spiritu ueritatis sit instructus, quia idem spiritus sanctus nõ nisi sanctæ ecclesiæ à deo per Christum dominũ attributus est. Vnde in ecclesia Christianus exoptet, ut sanctum spiritum mereatur accipere: & acceptum sanctis actibus retinere, ut inter ueros adoratores & ipse possit deũ adorare. Cæterũ frustra sibi quisquam aliquid à deo promittit, qui aut extra ecclesiã fuerit, aut in ecclesia simulator existens, aliter cẽ debuerit, uixerit. Nec à ueritatis autore quicq; merebitur impetrare, qui ueritatis rebellem sese uoluerit exhibere. Perdet enim orationis precẽ, qui dominicam spreuerit iussionem. Nõ uult suã orationem audiri, qui putauerit præcepta dei debere cõtemni. Difficilis est enim ad impetrandum aditus, cum præcedit iussionis diuinæ contemptus. Cæterum facile quod postulaẽ, accipitur: si quod iubetur, instantissime cõpleatur: ut homo sibi beneficiorũ aditus aut claudat, aut reseret: aut intercludat, aut tribuat: aut neget, aut pręstet. Vt enim obsequia

obsequia pariunt beneficia, sic contemptus exhibet pœnam. Nec enim poterit de contrario prosperum prouenire, quia de prospero nunquã potuit euenire contrarium. Deniq; ipsius orationis habitum recognosce. Nonne cũ ostendis manus, aperis pectus, faciem erigis ad cœlum, oculos attollis, totum te domino creatori ostendis? Deniq; felices manus, si mundę sunt: beatum pectus, si purum est: gloriosa facies, si simplicitate resplendet: digni oculi, si concupiscentia non fuerint maculati: felix totus homo, si totus fuerit illibatus. Felix, inquam, si nihil in eo aut cogitatio infecerit, aut actus pessimi sordidauerint. Talis spiritu & ueritate præditus, ueris est adoratoribus copulatus.
Hic non modo, quicquid pro se optauerit, impetrabit: sed & pro cæteris idoneus orator effectus, B & in præsenti, quod petit, accipiet: & in futuro, quod credit inueniet. Vt qui dei est in præsenti orator, in futuro sit cœlestium regnorum possessor: ut præmijs delectetur in cœlo, qui dominum actibus pijs delectauit in mundo.

DE LAZARO RESVSCITATO HOM.

Hæc Homilia non uidetur esse Chrysostomi

GRandi fratres stupore, grandi miraculo hinc, & inde fluctibus dolorum Lazarus mortuus est: & ut terrenis artubus, uel membris fœtẽtibus delebat, sepultus est, & humatus. Contractis igitur membris interiejunas & numerabiles costas pellis tetra distẽditur, & humoris riuus, qui de gurgite uiscerũ laxabatur, fœtenti iam sentina per solum cadaueris teter & cœruleus labeba C tur. Sed quia iustum iuuenem Lazarum (quem loquor) dominus in seculo dilexisset, præsaga uoce præscius futurorum apostolis suis dormire Lazarum dixit: & quem promisit, si ad illam ciuitatem accederet, protinus excitandum. Huic ergo Lazaro, cui per cœruleas uenas membra tabuerunt, quem locatum spelunca incisæ rupis, immani obiectus expondere lapis perẽni ualida detruserat. Bono maiestatis munere serena augustæ uirtutis æternitas, saluatoris flectitur pietate, & ad sorores pueri, quas Lazaro crines sparsos per genas tristes capillos obduxerant, resurgere posse Lazarum, si isti crederẽt, sacratissima uera dei pietas intonabat. Mox sorores constipante turba, miraculi eiulatu, æstu, ieiunijs, lacrymarum ubertatibus, D ebrietate dehinc genibus à statu totius corporis miserandæ iactantur. Heu luctus pius, precũ pulsus tenuante defectu carmine palpitati, sorores lacrymas pro germano fundebãt, & Hebræas grassitando uoces fractis in unum singultibus saluatoris in laudibus explebant. Quis illic rogo uos populi festinatus, quæ spectantium turba, qualis tanti miraculi potuit esse conuentus, ubi essent plangentes puellę, mortuus frater, & Christus fratrem promitteret excitandum? Conuenerunt, credo, ad hoc spectaculum seruandæ memorię sempiternæ milites, ludæi, Gentiles, Christiani, proselyti, nautæ, nobiles, serui, senatores & iudices, an resurgere possit, fœtor longius de sepulchro populum A feriebat, tota ciuitas morabatur. Qualis illic eras Iesu Christi, quàm croceus, quàm decorus, fonte purior, niue candidior, luna clarior, septies Sole candentior. Ecce inter hæc Christe Iesu dñe deus fleuisse narraris. Age age serue dei uiui, si aliquando præuales, de lacrymis domini, uel pauca narra to. Flebat deus mortalibus lacrymis excitatus, & cum Lazarũ (potestate sua fretus) mortis de uinculis reuocaret, præstabat pietatis officium solatio lamentorũ. Flebat deus, non quòd ante se mortuum perisse cognosceret, sed quòd sororum fletibus obtemperaret: flebat deus ut quod homines pro hominibus facerent, deus lacrymis & pietate mõstraret: flebat deus, cur usq; ad hoc mortalis deliquisset, & ut discussus de perennitatibus inferos adamasset: flebat deus, quòd eos qui immortales esse potuerunt, diabolus fecisset esse mortales.
Heu tenuis aura de cœlo, corpus qd rexerat succi duis artubus deserebat, sed non te pater, nõ filius aliquando despexit. Pro tua morte factus est & Christus ipse mortalis. Flebat Maria, & fratre ipso mortuo soror Martha plangebat. Harum ad lacrymas saluator pietate cõmotus, fletus è fletibus cõtrahebat, ut quia ipse sororum lacrymis filij sui etiam inter ipsos cœlos paternitas flecteretur. Reuoluuntur saxa, secretarium patescit horroris curiosi, affatim gentium populorum oculi mitteban tur in antrum. Ecce uox domini saluatoris, Lazare, inquit, ueni foras. Et ut Christus docet, & præ- Ioan. 11
uidet, exeunte mortuo, qui curiosos oculos in antrum solicitius prætendebant, ueniente foras, expauescenti formidine longius recurrebant. Visus est recta facie, manibus pedibusq; constrictus, & ad documentum uirtutis ipse mortuus adhuc uinculatus, ut Christus iusserat, suis manibus resoluebant. Quæ rogo uoces illic, qualis pressura uidentium, quàm curiosa micantium lumina, qualis inceruicibus præuenientium multitudo pendebat: qui fletus, quæ gaudia, quale murmur, quàm nouum & cœleste miraculum. Mors uincitur, homo redditur, inferorũ catenæ franguntur, & post quatriduum Lazari lingua mouetur, manus officio præparãtur, oculis usus redditur, in orbibus currunt, uestigia gressibus explicantur, auribus reno uatur auditus, acies dirigũtur in parentes. Cognatio recidiuis obtutibus renouatur, uox prosapiæ currit in auribus saluatoris, unde admotus oscula recognoscunt frigida: poscitur & panis, nec non & domus petitur, Christi miracula referuntur, cuius est gloria in secula seculorum, Amen.

IN DICTVM IOANNIS, VOS AMICI mei &c. Homilia I

DOMINVS Christus in euangelio Ioan. 15
suo loquitur, dicens: Vos amici mei estis, si feceritis, quæ mando uobis. Dominus Christus clementer suos alloquitur, beneuolè atque amanter suo nomini dicatos hortatur. Vos, inquit, amici mei estis, si feceritis, quæ mando uobis. Non es, inquit, seruus, sed amicus: si quæ tibi mando per

Universidad de Deusto
Biblioteca

do, perfeceris. Non es famulus, sed amori nostro cõiunctus: si quod ímpero, ínstánter impleueris. Transies enim in amicum ex seruo, in familiarem ex famulo, migrabis in amabilẽ de externo. Non enim peccatum seruitutis tibí notam ínurit: sed indulgentia, amicitiq́ nostræ cõiunxit. Nec peccata facient te iam iamq́ obnoxiũ, quæ donando tibí, mecum te destínauí in regnum. Serua igítur amicítiæ fidem: coniunctam nobis obtine charitatẽ. Vnum sumus utercq́, par sit iubentís & facientis assensus: ut par sit in cœlestibus dominatus: ut enim hominem nascendo ipse suscepi, & counitus homini deus apparui: ita tu homo per gratiã me suscepto, & mihi redemptori coniunctus, eris socíatus ín cœlo, ut nunc es mihi copulatus in mundo. Amicítiæ tibí nomen indulgentia mea, non tua merita contulerunt: te amabilem mihi benignitas nostra, non tua præstiterunt officia. Nihil meruísti, & amicus es: quod mereri incípies, si fueris, ut iubeo, obsecutus. Quinímo amicus esse nõ poteris: nisi quod iubeo, studíose ac beneuole perpetraris. Vt enim ego te redímerem, ad terras descendi: ita ut tu mecum permaneas, ad me migrabis ad cœlum. Nam ínter homines amicítiæ cum amantibus copulantur: & ínter socios, dum seruatur fides, perseuerans societas ínuenítur. Deniq́ tolle amorem, & amicítiæ nomen sustuleris: tolle fidem, & societas inter homines non erit. Vt enim amore, amicítia: ita fides, societate consístit. Nec contemptor amicum, nec societas perfidum poterit retinere. Sic amicítiæ cœlestís fastígium sancti omnes apostoli adepti sunt. Sic ín amorem domini patriarchæ uenerunt: sic, ínquam, Abraham dum diuínis iussis obtemperat, dum cœlestía præcepta conseruat: & Hebræorum primò, & Christianorum postremo pater esse commeruit: ut arenæ maris & syderibus cœli æquaretur duplex semen ei promíssum, & utrũq́ pro meritis haberet effectum: dum obtineret cœleste semen per Christum, & terrenum semen deficeret per contemptum: ut fuisset æternum, quod præcepta seruaret, & temporale fieret, quod contemptui subiacuísset: ut Abrahæ cœleste semen inchoaretur, ut díxi per Christum, quía terrenum cessaturum fuerat per Hebræum. Igitur nascítur Christus Abrahæ semen ex Abraham, qui ipsum fecerat Abraham. Nascítur, ínquam, ex patre, qui prior genuerat patrem: ut esset filius patre anterior, esset Christus genitore prior. Nec eñ nasci corporaliter potuísset, nisi genítorí orígínem tríbuísset: ut esset genitoris genitor, & suæ originis fabricator. Vnde dominus dicebat Iudæis: Amen dico uobis, ante Abraham ego sum. Quare tu quisquis es, qui de semine Abrahæ Christiane descendis, quisquis eius te filium gloriaris, si filius es, serua quod pater: si amicus, imple quod præcípit Christus: ut possis lætari de amicítia domini, si tuis actibus eum feceris gloriari. Si quis te de potentibus mundi, aut hæredem uellet conscribere, aut amicum sibi cõiungere, aut ín filium uoluísset forsitan adoptare: nónne admiratus, & stupens totũ illi dícares obsequiũ? Nónne eum omni cultu suscípere religiõis parares, officia ímpartíres, ne in alíquo ille offensus, aut uoluntatẽ reflecteret, aut dispositionem mutaret, aut ín meliorem te forsítan quod decreuerat, transtulísset? Nunc uero hæredem te deus, amícum Christus constítuit: & per eundem, genitoris factus es filius. Si hæres es, testatoris delegata conserua: si amicus, amicítiæ fœdera inuíolata ostenta: si filius es, líneamẽta patris demonstra. Vt enim hæres testamẽto, amicus officío, amore filius comprobatur: ita Christianus esse, quod dícitur, poterit, si quod profitetur, impleuerit. Qui sibi placet de amicítia Christi, propositæ respondeat conditioni. Vos ínquit, amici mei estis, si feceritis, quæ mando uobis. Mandatorum obseruatio, amicítiæ est cõfirmatio. Non potest quis & amicus esse, & mandata contemnere: quia qui contemnit mandatum, amicus esse non poterit. Primũ igítur, bene tibi dei cultor hoc contígit. Vnde tibí munus tãtum uenit: ut ad Christi amicítias posses accedere, ut ad familiarítatẽ posses domini peruenire? Si ex merito: nullum in nobis meritũ, nisi quod contulit Christus. Si ex precibus: nullus precum effectus, nísi quas dominus deo patri cõmendat. Igítur si neq́ ex merito, neq́ ex precibus, neq́ ulla prærogatiua ístud nobis potuerit prouenire: restat, ut benignitas dei hoc nobis per Christum cõtulerit: qui pro nobís corpus induit, crucem pertulit, ínferos penetrauit, & resurgens uíctor, in cœlum ascendit, & nos in amícitias suæ benignitatís allegit, dicens: Vos amici mei estis, si feceritis, quæ mando uobis. Benignitas Christi proponit præmium, ut exígat officiũ: confert dignitatem, ut de nobis exigat seruitutẽ: beneficijs prouocat, ut officia nostra elíciat. Nec est gratuitũ, quod seruitur: quía præmium est quo seruitus ísta pensatur, ut iam negociatío sit ísta, non seruitus, mercatio sit, non famulatus. Per usuram enim redditur, quicquid ín ísto tempore per nostra obsequía fœneratur, ut contemptus in homine confundatur, qui ad cultũ Christi, eius amícitijs noluit prouocari. Erubesce igítur, quisquis es, erubesce, qui in amícitías Christi uocaris, nec obsequeris, qui familiaris díceris, nec eius mandatis ínteudis. Nam qui præmijs in obsequium cogeris, qui donis ad officia ínuitaris, quid faceres, si gratuitum subires seruitium, qui tam líberale Christi contemnis ímperium, ut iam qui amicitijs noluit pensare obsequium, contemptus sui gratuitum incurrat supplícium? Non enim tibí seruus ô homo, præmijs ínuitatus obsequítur, aut donis & muneribus íllectus quispíam famulatur, quẽ conditio subijcit, famulatus addícit, seruitus ipsa compellit, cum discreta ísta separataq́ cõsístant, dum alíus est dominus, alíus seruus, alíus ímperans, alíus qui dignitate suscípitur, alíus qui conditione subijci demonstratur. Deniq́ tunc & homo ipse beatus est, si ímperãti animo seruíat corpus, si uírtutibus subiecta sint uítia, si cõtraria prosperis cedant, si bonis aduersa succumbant. Vnde tibí homo ex teipso nascetur iudicium, dum ímperas seruo, &

Ioan. 8

uo, & non pares domino, dum famulís dominaris & dominanti ipse non seruis, & tu tamen sine præmío imperas, ille tibí præmijs quod desíderat, sua det. Deniq́ uolo ínquit Christus, & amícum ascíscere te, uolo te familiarẽ allegare, uolo tibí amabilem me exhíbere, si tamen tú quæ mando perfícias, si quæ iubeo cõpleas, si quæ tibí persuadeo, studíose ínstanterq́ adímpleas. Cæterũ amari nõ potes, si contemnis. contemni non potes, si seruíeris. seruus non eris, si paruerís. amicus firmaberis, si quæ mando, perfeceris. Da quod exígo, & accípe quod promitto. Imple quod iubeo, & possíde quod dispono. Etenim quid obseruanti promittitur, si contemnenti præmiũ dispensatur? Aut quo modo poterit in obsequium quispíam prouocari, si contumax índigne cœperit munerarí? Tunc enim amicus dignus est nuncupari, si mandata implere contendit Christi.

IN DICTVM IOANNIS, VOS AMICI mei estis, si feceritis &c. Homília II.

Ioan. 15

VOS amici mei estis, si feceritis quæ mando uobis.] Cum in hominẽ collatos considero diuínos affectus, & cœlestís potẽtiæ magníficos fructus ad postremum illí impartítos attendo: tunc & supernam benignitatem admíror, & famíliaritatem Christiano concessam dum cogito, stupeo: dum tracto, hæsito: dum recolo, perhorresco: ut quãtum natura homo sit preciosus, tantum sit índulgẽtia Christi magníficus. Nam si quoties hominis qualitas retractatur, toties redemptoris sublimitas cogitetur: ínuenies ex redemptore prę cellentem, quem ex proprio nostri degenerem. At cum cœlestia forte iura seruauerit, & quid redemptori debeat, cognouerit: ínuenies ita merito dignum, ut redemptione noris præcipuũ, ut tũc mireris in homine deum, quum dei opus in hominis moribus fulgere uitæ splendore perspexeris. Dominus loquitur dícens: Vos amící mei eritis, si feceritis quæ mando uobis. Pendet amicítię Christi promíssio certo cõditionis obsequio. Proponitur enim familiaritatis sublimitas officíorum fœnore comparãda, cum domino certa negotiatío copulatur. Promittit eñ & exigit, sublímat & subijcit: benignus est & cõpellit. Christiano enim diuinæ amicítiæ promittunt, ut ab eo obsequía debita repetantur. Famulatu dignitas quæritur, officio sublimitas comparatur: ad amicítiarũ uero cœlestium potentíam seruitutis obsequio peruenítur. Inuitaris amicítiarũ præmio Christiane, nec inobedientiæ excusari poteris, cuius officia tanto pretio expungũtur, cuius officia liberalitate tãta pensantur, ut qui obsequi sponte debueras, præmio ad obedientiã inuiteris, nec te à bonis debere uacare obsequijs, cui promittit benignitas Christi præmiũ. Cõsidera enim quanta sit apud deũ liberalitas, benignitas quãta: ubi obsequia sine præmio patrari non possunt, ubi seruitus dignitate expungitur, & amicítia Christi officio comparatur: cui seruire promoueri est, & obsequi sublimari. O uenerãda pietas Christi, qui præmia tibi, ut obsequaris, promittit: dignitatem, ut famuleris, ostẽdit: amicitijs ínuitat, ut seruitutem extorqueat. Suos esse, quod ipse desíderat: si modò ut patri ipse, sic Christianus obtemperet genitori. Nam si deriuationẽ nõ minus à Christo Christiané sumpsísti: nec aliter tibí competit amicítiarũ coniunctio, aut hæreditatis participatio: nisi par fuerit officiorũ cõmunio. Qui dicit se, ínquit, in Christo manere, debet quõ ille ambulauit, & ipse ambulare. Nam si Christus patrem obsequendo promeruit, & obsequio fastigium tantæ maiestatis accepit, cur nõ imitaris dominum, cur non eius iubentis seruas ímperium? Nam si dominus deo patri seruíuit, cur seruus domino obsequia seruitutis non reddit? Non potest amicus exístere, qui amicítiæ iura nõ seruat. Non potest ad familiaritatẽ Christi accedere, qui eius mandata noluerit obseruare. Adeptio amicitiarum est, obseruatio mandatorum. Amicitia, amoris est uínculum: unde nominis ducit exordium. Frustra tibi amici nomen ímponis, si amici iussa non feceris. Frustra nomen usurpas, si nomini per contemptum repugnas. Aut enim factis, quod uocaris, ostende: aut obseruantibus nominis uocabulum cede. Præuaricationis crímen incurris, si aliud feceris q̃ uocaris. Quinímo amicítias respuis Christi, qui ín te & fœdera pietatis contulit, & amicítiæ iura donauit. Noli ingratus exístere, noli dona collata contemptu sacrílego repudiare. Ad inuitandum te Christus publice patrem exorat. Pater, ínquit, uolo, ut ubi ego fuero, & isti sint mecum, & uideant claritatem quam mihi dedisti, prius quàm mundus fieret. Si te quíspiam díues in amicítias ascíscere uellet, si in familiaritatẽ suam potens alíquis uoluísset te charitatis uínculo copulare: quãto seruitutis obsequio, quantóue famulatu ínsísteres, ne in alíquo forte offensus amicitiarum iura mutaret? Deus te in familiaritatem uocat, & eius mandata non seruas? Christus te amícum nuncupat, & eum contemnere non formidas? Nec uereris ne ex familiari hostis, ex amico ínimicus exístas, ut qui in æternum cum Christo posses gaudere, cum diabolo incípias gehennæ ignibus conflagrare? O stupenda benignitas domini, ô ueneranda pietas Christi, quæ ante tibi in amicítias obuenit, quàm te sibi amicum constituit. Ante se tibi dominus familiarem exhibuit, quàm te in familiaritatem uocauit. Propter nos corpus índuit, crucem pertulit, mortem excepit: Nos peccauimus, & Christus sanguinem fudit. Nos deliquimus, & iugulari filius dei uoluit. Immortalis pro mortalibus mortuus est: innocẽs pro reis occísus est: iustus pro peccatoribus interemptus est. Vnde cognoscitur quantum præstabit seruientibus, qui tantum peccatoribus præstitit. Tantum in te Christi amorẽ, quo amore Christiane pensabis? Tantos in te beneuolentiæ fructus quo officio cõparabis? Quicquid in eius obsequium erogaueris, parum est. Quicquid in eius seruitutem impenderis, minus est: nec si animã dederis, aut sanguinem fuderis, compensabis. Non

Ioan. 17

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim sanguis noster proderit Christo, ut Christi A
profuit nobis: aut nostra passio beneficium collatura est domino, ut domini passionem nobis contulisse gaudemus. Sed idcirco passiones nostras libenter acceptat, quia sibi fieri deputat, quicquid propter se à nobis geri aspectat, quia nec ipsum uirtute nostra sustinemus, quod patimur: pro eius potentia aggredimur, & eius uictoria coronamur. Denicp ipse in suis pugnat, ipse dimicat, & uictoriam Christianis assignat. Nec poterit quisquã sibi uendicare, quod dei est: licet deus, quod suum est, homini digneꝫ ascribere. Quare cœlestis amicitiæ dignitas mandatorum obseruãtia teneatur: ne noster exterminet contemptus, quod pollicetur beneuolentia dominus. Custoditio enim præceptorum, perceptio est promissorum. Vt enim contemptor amicus esse non poterit: ita amicitiæ B
gloria perfruetur, qui Christi mandata seruauerit: sicut ipse dicit, Vos amici mei
estis, si feceritis quæ mando uobis.

ERASMVS ROTERODAMVS
Lectori S. D.

QVVM aggressus essem uertere commentarios in Acta apostolorum, cœpi de titulo subdubitare, non quòd displiceret opus, sed quòd stylus haberet cõcisum quiddam & abruptũ, id quod à phrasi Chrysostomi uidebatur alienum. Quanquam alioqui multa congruebant, crebræ percõtatiunculæ ac dialogismi, & illud ὄρα & ὁρᾷς quibus subinde lectori renouat attentionem. Ad hæc digressiones locorum cõmunium, præsertim sub finem homiliarum, ut si nõ sit Chrysostomus, simium quempiam huius fuisse oporteat. Verum hic iudicio meo nolui fidere, proinde paucas homilias in gustum dedimus, daturi reliquas, uolente domino, si docti censebũt opus esse Chrysostomo dignum: Quorum iudicio freti, libenter hoc quicquid est suspicionis ponemus, quam tamen haud temere cõcepimus, toties tam insigniter delusi mendacibus titulis. Bene uale.

SANCTI IOANNIS CHRYSOSTOMI COMMENTARIVM IN ACTA APOSTOLORVM, DES. ERASMO ROTERODAMO INTERPRETE.

auctore damnato hoc opus perissum.

PRIMVM QVIDEM SERMONEM FECI DE OMNIBVS, O THEOphile, quæ cœpit Iesus tum facere tum docere usq; ad eum diem quo præcipiens apostolis per spiritum sanctum, quos elegerat, receptus est.

HOMILIA PRIMA.

Liber Actorum olim incelebris

OMPLVRES sunt qui A
bus hic liber adeò ignotus est, ut non solum ambigant de autore à quo cõscriptus sit, uerum ne id quidẽ cognitum habeant, an omnino extet hæc rerum ab apostolis gestarum historia. Atq; hac potissimum de causa coactus sum negotiũ hoc suscipere, ut ignorantes allicerem, neq; linerem tam insignẽ thesaurum in tenebris abditũ latere. Siquidẽ hinc non minor B
Vtilitas actorum nobis contingere poterit utilitas, q̃ ex ipsis euangelijs: tanta scatet philosophia, tãta abundat cùm omnium dogmatũ rectitudine, tum præcipue eorũ quæ de spiritu sancto prodita sunt. Proinde cauendum est ne negligenter prętercurramus hunc librum, sed exactissima cura scrutemur, excutiamusq;. Etenim promissa quæ Christus in euangelijs ante uerbis pollicitus erat, ea hic re præstita & exhibita uidere licet, ipsamq; ueritatẽ ipsis factis relucentẽ intueri. Simulq; uidere est discipulos mirifice ad meliora transmutatos, nimirũ sancto spiritu uim suã in illis exerente: audierant enim Chri C
Ioan. 14 stũ dicentẽ, Quisquis crediderit in me, signa quæ ego facio, & ipse faciet, & his maiora faciet. Audierãt & illa prædicentẽ discipulis suis, q̃ ad præsides & reges essent ducendi, quodq; in synagogis suis ludęi essent ipsos flagellaturi, q̃ essent atrocissima quædam passuri, sed his omnibus euasuri superiores: ad hæc q̃ euangelium prædicandũ esset toto terrarum orbe: quæ quidẽ omnia sic euenisse ut nulla in parte promissoris fides desiderari possit, uidere licet in hoc libro. Neq; uero hęc tantum quæ modò cõmemorauimus, uerum etiã alia plu D
ra quæ dixerat dominus cum ageret cum discipu
Nouator spiritus lis. Conspicies autẽ hic & illa, nimirum apostolos ipsos ceu uolucres, terram mariaq; percurrẽtes, ac timidos illos quondam rudesq; subito in alios homines esse uersos, fastuq; diuitiarũ, gloria, ira, concupiscẽtia, breuiter rebus oĩbus superiores esse factos. Videbis summã inter ipsos concordiã, nec quicq; omnino prioris illius liuoris aut inuidẽtiæ residere, nec iam loci principis ambitũ inter ipsos feruere, sed omnem uirtutẽ in eis absolutã perspicies, tum summã eximiamq; charitatẽ in illis relucẽtem. Nam de hac quoq; multa illis præceperat, dicens: Per hoc cognoscent omnes uos esse meos discipulos, si dilexeritis inuicẽ. Quin & dogmata quædã hic reperire licebit, quę nisi liber fuisset, peditus, haud quaq; fuissent ulli tam dilucide cognita, quin potius quod est caput salutis nostræ, fuisset occultũ & in obscuro latuisset: tã de his loquor quæ ad bene uiuendum, q̃ quæ ad fidei nostrę dogmata pertinent. Porrò eorum quæ hic tractant, maior pars sunt acta Pauli, qui plus oĩbus laborauit. Eius rei causa est, q̃ is qui librum hunc conscripsit, discipulus & cultor Pauli fuit: nimirũ beatus Lucas, cuius uirtutẽ cum ex alijs multis argumentis, tum hoc præcipue licet perspicere, q̃ præceptori suo indiuulsus adhęserit, quodq; per oĩe tẽpus illũ fuerit assectatus. Itaq; cũ Demas & Hermogenes illũ in periculo deseruissent, alter in Galatiam profectus, alter in Dalmatiã: audi quid de hoc dicat, Lucas, inquit, adhuc solus mecum est. *2. Tim. 4*
Quin & Corinthijs scribens de eodem: Cuius, inquit, laus est in euãgelio per omnes ecclesias. Rur *2. Cor. 8*
sus cum dicit, Conspectus est Cephæ, deinde duo *1. Cor. 15*
decim. Item cum ait iuxta euangeliũ quod accepistis, de Lucæ euangelio sentit: ut iam non aberrarit à uero, qui uoluminis huius descriptionem ad hunc autorem retulerit. Cæterũ quum dico hunc, ipsum Christũ dico. Quòd si quis dixerit, quid tandem fuit in causa, quo minus omnem historiã ad finem usq; persecutus sit, cum illi semper adfuerit: huic sic respõdere poterimus. Primũ q̃ hęc quoq; sufficiebant his qui uellent animũ aduertere: deinde q̃ euãgelistæ semper incubuerũt in ea quę magis urgebãt, nec illis curæ fuit historias conscribere. Siquidẽ non parum multa & absq; scripto tradiderunt. Itaq; cum omnia sint admiratu digna, quę cunq; hoc libro cõtinent, tamẽ illud potissimum admirandum in apostolis, quomodo sese ad infirmorum ac rudium captum demiserint, atq; hoc ipsum eis spiritus sanctus suggessit, in hoc illos præparãs, ut in dispensando uerbo dei uersarent. Vnde factum est, ut cum tam multa de Christo disseruerint, pauca dixerint de eius diuina natura, plurima uero de natura eius humana, de morte, de resurrectione & ascensu. Etenim quod id temporis quærebat, illud erat, ut homines audirent eum excitatum à mortuis, ascendisse in cœlum. Quemadmodũ igitur ipse Christus illud inprimis agebat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut perſpicuũ faceret, quòd uenisset à patre: itidem hic præcipue studet hoc perſuadere quòd reuixit, quòdq; in cœlum receptus est, quodq; ad eũdem reuersus est à quo profectus fuerat. Nam nisi hæc prius credita fuissent, præsertim quum accessisset assertio de resurrectione, deq; in cœlum reditu, nimirum uniuersum dogma Iudæis uisum fuisset unum & incredibile. Quapropter sensim ac paulatim illos ad sublimiora prouehit. Quin etiã apud Athenienses Paulus eum simpli citer hominẽ appellat, nihil attribuẽs amplius, idq; iusta de causa. Etenim si Christũ ipsum de æqualitate quam habet cum patre disserentẽ, frequenter aggressi sunt lapidibus obruere, eaq; de causa blasphemum appellarunt: haudquaq; eum sermonem à piscatoribus accepissent, præsertim cum crux præcessisset.

Quid autẽ de Iudæis loquor, cum ipsi tum temporis discipuli, quoties audiebãt sublimiora dogmata crebro turbati fuerint & offensi? Vnde & dicebat dñs, Multa habeo quæ uobis dicã, sed in præsentia non potestis ea ferre. Quòd si illi ferre non poterant, qui tantũ temporis cum ipso cõsuetudinem habuerant, & quibus tam multa arcana communicarat, quiq; tot miracula uiderãt, quomodo homines qui recẽs ab aris, simulacris & sacrificijs, à felibus & crocodilis uenerãt, nã huiusmodi tum erant gentium numina, quiq; & ab alijs malis tum primũ fuerant auulsi, repente sublimes illos de dogmatibus sermones recepissent: imò quomodo ipsi quoq; Iudæi qui quotidie discebãt & instituebãtur à lege, frequenter illud audientes, Audi Israel, dñs deus tuus unus est: cum uidissent eum affixũ in ligno crucis, atq; adeò cum ipsi crucifixissent illum ac sepelissent, nec eum uidissent resuscitatũ, si audissent, hic ipse deus est, ac patri æqualis: nónne maxime omniũ ab his uerbis abhorruissent, ac resiliissent, & oblatrassent? Proinde paulatim ac sensim illos instituunt, sesecq; miro studio ad captũ imbecillium in dispensatione dogmatum demittũt. Cæterũ quo magis se demittunt apostoli, hoc uberior contingit illis è diuini spiritus liberalitate gratia: dum in eius nomine maiora faciunt q̃ ipse fecerat, nimirũ ut utroq; modo proficiat euangeliũ, dum sese demittentes, auditores humiles & humi iacentes erigunt, & sermonẽ de resurrectione miraculis probabilem reddunt. Siquidem quod maxime agit hic liber, est resurrectionis declaratio: Quæ si credita fuerit, & cæteris aperta est uia. Argumentum igitur & scopus huius libri, si quis rei summam crassiore sermone uelit cõplecti, hic potissimum est. Supereſt ut præfationes audiamus.

Primum quidẽ sermonẽ feci de omnib. ô Theophile quæ cœpit Iesus tum facere tũ docere.] Statim hic querat aliquis, Quãobrẽ Theophilo renouat mentionẽ euangelij? Vt suã declararet exactã diligentiã: nam in illius operis præfatiõe dicit, Visum est & mihi ab initio affectato omnia diligenter tibi ordine scribere. Nec suo unius testimonio cõtentus est, sed omia potius refert ad apostolos, dicens: Quẽadmodũ tradiderũt nobis, qui ab initio spectatores ac ministri sermonis fuerunt. Quare cũ illic uerbis suis fidẽ cõciliarit, nihil hic opus erat alia cõfirmatione, quum ibi semel habita sit à Theophilo fides ipsius sermoni, ac per illũ certissimam ueritatẽ eum edocuerit. Etenim cui fides est habita scribẽti quæ audierat, huic multo magis habenda fides ea conscribenti, quæ nequaq; ab alijs accepit, sed quę uidit ipse simul & audiuit. Etenim si ea quæ Christus gessit, recepisti, multo magis recipies res ab apostolis gestas. Quid igit̃? nihil hic aliud est q̃ historia, & narratio spũs expers? Nequaq;. Quĩ sic? Quoniã & illa quæ ab initio ipsi q̃ spectatores fuerũt ac ministri sermonis, Lucę tradiderunt, spiritus erant. Et quare non dixit, quem admodũ nobis tradiderunt, qui spiritus sancti donum promeruerũt, sed quorũ ipsi spectatores fuerunt? Quoniã hoc maxime fidem cõciliat, si quis didicerit ex his qui quæ narrant, oculis suis uiderũt: illud aũt, si spiritus autoritatẽ præ se tulissent, fastui & arrogantiæ tribuissent imperiti. Vnde & Ioannes sic loquit̃: Ego uidi, & testimoniũ perhibui, q̃ hic est filius dei. Christus aũt sic loquit̃, Nicodemo uidelicet crassiori. Quod scimus, loquimur, & quod uidimus, testificamur, & testimoniũ nostrum nemo recipit. Rursus declarans, multa testimonia ꝓficisci ab oculis, dicebat discipulis: Et uos testificamini de me, quoniã ab initio mecum estis. Quin & ipsi apostoli frequenter hunc in modum loquunt̃, Testes nos & spiritus sanctus, quẽ dedit deus fidentib. sibi. Postea Petrus cõprobãs resurrectionẽ dicebat, Qui simul edimus & bibimus cum illo. Facilius enim testimoniũ auditores recipiebant ab his qui uixerant cum illo, q̃ id temporis adhuc multi abessent ab intellectu spiritus. Vnde & Ioannes in suo euangelio quod scripsit, ait se uidisse qd̃ narrat de fluxu sanguinis & aquę, hoc ipsum grauissimi testimonij loco ponens, qd̃ uidisset, etiamsi quę spiritus suggerit certiora sunt ijs quæ uidemus, sed non apud incredulos. Porrò q̃ Lucas non fuerit expers spiritus, pluribus ex argumentis perspicuũ est, uel è miraculis quæ nunc per illum fiũt, uel q̃ tum quilibet participes fiebãt spiritus sancti, nõ solum eximij, qualis erat Lucas, uel ex ipsius Pauli de illo testimonio, Ait em̃, Cuius laus est in euangelio: uel ex hoc q̃ ecclesiarum suffragijs delectus fuit. Siquidem suprà dictis & illud adijcit, Quin etiã electus est ab ecclesiis, ut noster peregrinatiõis sit comes, in hac gratia quę administratur à nobis. Iam mihi uide q̃ hic euangelistæ sermo absit ab omni fastu. Non em̃ dicit, prius euangeliũ quod euãgelizaui: sed, priorem quidẽ sermonẽ feci, nimirum euangelij prædicationem magnificẽtius quiddã esse ducens, q̃ pro ipsius dignitate aut uiribus: & tamen Apostolus hoc titulo ornat illum dicens, Cuius laus est in euangelio. Ipse contrà modeste loquit̃, dicens: Priorẽ quidẽ sermonẽ feci de omnibus ô Theophile, quę cœpit Iesus tum facere tum docere, nõ simpliciter de omnibus, sed ab initio ad finem usque. ait enim: ad eum usq; diem quo receptus est in cœlũ. Atqui Ioannes declarat impossibile perscribere omnia. Si quidẽ hoc ut ostẽderet, ubi dixerat, Quę si scribãtur singulatim, nec ipse ut arbitror, caperet mundus: addidit, qui scribendi forent libri. Quomodo igitur, inquiet aliquis, hic Lucas loquit̃ de omnibus? Atqui non dixit omnia, sed de omnibus, perinde ac si quis dicat summatim & in genere: aut de omnibus loquit̃, quæ necessaria sunt urgentq;. Ac mox indicat quæ sint illa omnia quæ cœpit facere tum docere: intellĩgi uolẽs miracula ac doctrinam. Nec id uero solum indicauit, uerum etiam quod Iesus faciẽdo docuerit. Vide porrò humanitatem eius ac mentem apostolo dignã, etiamsi uniu⁊ hominis causa tam diligentem soli citudinem suscepisset, ut totum euangeliũ cõscriberet: ut, inquit, habeas eorum sermonũ quos audisti certitudinẽ. Audierat enim Christum dicentem, Non est uoluntas patris mei, ut uel unus pereat ex his pusillis. Et quam ob causam non unicũ fecit librũ, quẽ uni mitteret Theophilo, sed in duo partitus est argumẽta? Nimirũ quo res distinctione uoluminũ esset dilucidior, simulq; ut intermissione respiraret ac refocillaretur auditor. Quanq; & alioqui distinctæ sunt res quæ in his libris tractantur. Quin & illud considera, quo pacto Christus dictis suis per opera fidem cõciliarit. Ad mansuetudinem hortatus est, dicẽs: Discite à me quòd mitis sum & humilis corde. Docuit nos pauperta tem, & utrunq; factis demonstrauit. Siquidẽ filius hominis, inquit, non habet ubi caput suũ reclinet. Rursum præcepit ut diligeremus inimicos. Exhibuit hoc in cruce deprecans pro crucifigentibus. Dixit, uolenti trahere in ius ut tunicã eripiat, permitte ut & pallium auferat. Ipse uero nõ uestimenta tãtum, uerum sanguinẽ quoq; suum dedit. idem ut facerent & discipulis præcepit: unde & Paulus dixit, quemadmodum habetis formam ex nobis. Nihil enim doctore frigidius, qui uerbis dũtaxat philosophatur: neq; enim hoc doctoris est, sed histrionis & hypocritę. Eoq; apostoli priusquã uitę exẽplis docebant, deinde uerbis. Quin potius ne uerbis quidem erat opus, cum clamarent opera. Nec aberrarit à uero, qui passionem eius actionem dixerit. Nam patiendo fecit ingẽs illud & admirandum opus, quo mortem deiecit, reliquaq; omnia peregit. Ad eum usq; diem, quo præcipiens apostolis per spiritum sanctũ, quos elegerat, in cœlũ receptus est.] Per spiritum præcipiens, hoc est spiritualia ad illos uerba locutus, nihil autem humanum. Vide igitur, num hic sensus placeat, an magis placet accipere, quòd per spiritũ eis præcepe rit. Vides ut adhuc Lucas modice de Christo loquitur, quẽadmodũ & ipse dominus de seipso loquebatur: Quod si ego per spiritum ejicio dæmonia. Etenim spiritus ille sanctus operabatur in eo templo. Quid tandem præcepit? Profecti, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes illos seruare omnia quęcũq; præcepi uobis.] Magna laus apostolorum, cum talia fuerint aggressi, nimirũ totius orbis salutem, cum horũ uerba spiritus essent plena. Quod ipsum sanè innuit, cum dicit, per spiritũ sanctum: hoc est, etiã uerba quæ locutus sum uo-

Deut. 6

Ioan. 16

Actorum non simplex historia

Ioan. 21

Ioan. 3

Miracula per Lucam

2. Cor. 8

Lucæ modestia

Matth. 18

Lucas quare scripsit duos libros

Matth. 5

Philip. 3

Patiens agit

Ioan. 6

bis, spiritus sunt. Cæterũ quod dicit, hoc est: primũ auditorem rapit ad cupiditatẽ deinceps discendi cognoscendiq; præcepta, tum apostolis fidem cõciliat, quando quidẽ spiritus uerba dicturi sunt, & Christi præcepta. Itaq; cum præcepisset, inquit, receptus est: Non dixit, ascẽdit: nam adhuc tanquã de homine loquitur. Videlicet & post resurrectionem docuit discipulos, cæterũ huius temporis historiam nemo nobis explicuit exactè totã. Verũ immoratur quidem huic rei Ioannes magis q̃ cæteri, quemadmodum & hic: sed nullus omnia euidenter disseruit, propterea q̃ ad alia festinarẽt. Dicimus igitur hæc per apostolos, qui quæ audierant, retulerũt, quibus & seipsum præbuit uiuum. Prius autẽ de assumptione locutus, dicit & de resurrectione. Posteaq; enim dixit eum assumptum, ne putares illum ab alijs assumptũ esse, adiecit, quibus & exhibuit seipsum uiuum. Etenim si semetipsum exhibuit in re maiore, multo magis in minore. Vides quomodo clanculũ aspergit magna hęc dogmata? Per dies quadraginta uisus est ab illis.] Neq; enim ita tunc perpetuò quemadmodũ ante resurrectionem fecerat, uersatur cum illis. Illud uide, non dixit, quadraginta dieb. sed per quadraginta dies. Aduolabat enim, ac deuolabat rursus. Quur ita tandem? Subducebat animos illorum ad altiora, nec patiebatur illos similiter erga ipsum sic affectos esse quemadmodum prius fuerant. Neq; uero hoc simpliciter faciebat, sed ad utrunq; diligenter præparabat, & ut crederetur resurrectio, & ut deinceps maior humana conditione haberetur. Atqui hæc erant inter sese contraria. Vt enim persuaderetur resurrectio, oportebat multa esse facta, quæ erãt humanæ naturæ. Vt autem crederetur id quod est mirabilius, uidelicet diuina natura, contrà. Et tamen utrunq; factum est opportuno tempore. Cæterũ qua de causa non apparuit omnibus, sed discipulis tantum? Quoniam multis illorum usum fuisset spectrum, uidelicet ijs qui non nouerant arcanum mysterij. Etenim si ipsi discipuli diffidebant initio ac turbabantur, & opus erat ut manibus contrectarent, opus erat mensa cõmuni: quomodo uerisimile est affectos futuros fuisse uulgares istos? Proinde ex miraculis certam & indubitatam facit resurrectionis fidem, ut nõ solum euidens esset eius ætatis hominibus, uerum etiam omnibus sequuturis. Quod enim in illis effecerunt conspecta prodigia, hoc in omnibus posteris erat effectura fides. Quapropter & incredulos per fidem colligimus. Etenim si nõ resurrexit, sed manet adhuc mortuus: quomodo in nomine eius apostoli edidere miracula? At nõ edidere miracula, dixerit aliquis: Quomodo igit̃ nostra natio collecta est? Nec enim hoc saltem licebere negabunt, neq; repugnabũt ijs quæ uidentur. Itaq; cũ aiunt non esse facta miracula, tum magis etiam seipsos pudefaciũt. Nam hoc ipsum maximum est miraculum, absq; miraculis orbem terrarum accurrere, à duodecim pauperibus & illiteratis hominibus attractum. Neq; enim opulentia diuitiarum, neq; sapientia dicendi, nec alia re simi

Miraculũ innouati mundi

Universidad de Deusto
Biblioteca

li uicerunt piscatores,ut iam uel inuiti fateãtur ho A
mines in illis diuinam esse uirtutem. Nam erat im
possibile ut unquam res tanta uiribus hominũ cõ
ficeretur. Atq; hac de causa & ipse diebus quadra
ginta commoratus est post resurrectionem, lõgo
tẽporis spatio certis argumentis declarans & cõ
probans conspectũ sui ipsius,ne spectrum & ina
ne phantasma crederent quod uidebãt. Ac ne his
quidem cõtentus fuit, sed mensam etiam addidit.
Nimirum hoc est quod deinceps dicit: Et conue
scens simul cũ illis.] Sic hoc argumẽto ipsi quoq;
apostoli semper astruxerũt resurrectionis fidem,
Act.10 ũt cum aiunt: qui quidẽ cibum simul sumpsimus,
& bibimus cum illo.Sed quid apparens faciebat?
Per quę illos ad finem adduxerit ostendit,dicens,
Apparẽs illis,& loquens de regno dei.Quoniam
autem deiectis erant animis & his quæ facta fue- B
rant conturbati,ac restabat,ut magna aggrederẽ
tur certamina,recreat & erigit illos,prędicẽs quid
esset illis euenturum, ac præcipiens ne discederẽt
ab Hierosolymis, sed expectarẽt promissa patris.
Primum euocarat illos in Galilæam, metuẽtes e
tiamnum ac trementes,quo uacui pauore possent
audire quæ dicerentur. Deinde cum audissent,&
in his quadraginta dies essent uersati,præcepit ab
Simile Hierosolymis ne discederent. Quur ita tandem?
Quemadmodum milites in multitudinẽ eruptu-
ros, nemo patiẽ exire, priusquam armati fuerint,
neq; quisquã equos sinit à carcere prosilire priu-
quam aurigam nacti sint: ita nec Christus discipu
los suos passus est in acie conspici, priusquam de-
scenderet spiritus,ne facile caperentur, & abduce
C rentur à multitudine. Verũ non hęc sola causa est.
Sed posteaquam complures erant illi crediturí,&
rursum cum his alij, ne qui dicere possent, q; præ-
termissis notis ad peregrinos abissent ostentandi
sui gratia:hac de causa apud ipsos qui Iesum occi-
derant, exhibent argumenta resurrectionis:apud
ipsos,inquam, qui eum crucifixerant,qui sepelie-
rãt,in ipsa ciuitate in qua facinus illud impium e-
rat patratum, ut aduenis etiã omnibus os occlu-
deretur. Etenim cum ipsos etiam qui dominũ cru
cifixerunt,palã esset credidisse:satis cõstat,q; uere
crucifixus fuerat dominus, & euidens erat eius fa
cinoris impietas,deniq; resurrectionis fides aper-
tè comprobatur.Post hæc ne dicerent, quomodo
D ergo poterimus inter homines impios & homici
das,ad hęc tam multos,durare, quum simus pauci
contemptiq;?uide quomodo desperationem hãc
dissoluat,dicens,sed expectate promissionem pa
tris quam audistis ex me.Et quando audierunt,di
Ioan.11 xerit aliquis? Cum diceret, Expedit uobis ut ego
discedam,nisi enim ego discessero,consolator ille
nõ ueniet ad uos. Ac rursum, Rogabo patrem,&
alium consolatorẽ mittet uobis, ut maneat uobis-
Spiritus sanctus quare non statim missus cum. Et quare is non aduenit, cum adhuc adesset
dominus,aut mox ab illius discessu,sed ipse quidẽ
abijt die quadragesimo, spiritus autẽ aduenit cum
compleretur dies quinquagesimus? At si nõdum
Ioan.20 aduenerat,quî cõsistit quod dixerat, Accipite spi
ritum sanctum? Nimirũ ut eos capaces redderet,
& idoneos accipiendo spiritui. Etẽm si Daniel an Dan.8
gelum uisurus semotus est, multo magis hos dece
bat secedere,tãtum dei donũ accepturos. Vtrum
igitur licet hoc pacto quęstionem propositam sol
uere,an sic potius accipiendum est, q; de eo quod
erat futurum,perinde quasi iam factum esset sit lo
quutus:uelut cum dicit, Calcate serpentes & scor Luc.10
pios,& omnem uirtutẽ inimici? Quam igitur ob
causam non tum protinus aduenit spiritus? Opor
tebat illos desiderio promissi teneri, atq; ita donũ
accipere.Ideoq; cũ ipse digressus esset, tum adue-
nit spiritus:qui si uenisset eo præsente, nõ habuis-
set illos tam ardens expectatio.Et ideo non proti
nus ab ascensione domini uenit spiritus, sed post
octo aut nouem dies. Itidem & nos tum maxime
excitamur in deum, quoties in necessitate consti-
tuti sumus. Sic & Ioannes tum maxime mittit di-
scipulos ad Christum, quũ maxime futurum erat,
ut opus esset Iesu,quãdo ille iam habitabat in car-
cere.Sed aliter exponi potest:Oportebat in cœlo
comparere naturam nostram,& perfectam recon
ciliationem fieri,ac tum uenire spiritum, quo pu-
rum merumq; gaudium fieret.Nam si spiritu præ-
sente dominus quidem abissset,ille uero mansisset,
non fuisset perinde magna consolatio: Siquidem
sic erant affecti, ut admodum ægrè ab illo diuelle
rentur,unde & consolans illos dicit, Expedit uo- Ioan.11
bis ut ego discedam. Itaq; diebus aliquot interie-
ctis differt missionẽ spiritus, ut paulisper afflicti,
& in necessitate, quemadmodum dictum est,con
stituti,mox solido puroq; gaudio fruerẽtur.Porrò Spiritus æqualis filio
c si spiritus esset minor aut inferior filio,nõ erat suf-
ficiens cõsolatio.Sed quomodo dictum est illud,
Expedit uobis?Ideo spiritui seruata est maior do-
ctrinæ portio,ne putarent illum minorem.Iam il-
lud cõsidera, quantã eis imposuerit necessitatem
manendi Hierosolymis, ex eo quòd pollicetur se
se illic exhibiturũ spiritum:nam ne rursum post a-
scensionem ipsius fugerẽt,hoc promisso,ceu uin-
culo quodam eos illic astringit. Cæterum quũ di-
xisset, Expectate promissionem patris quam au
distis ex me,subiecit, Quoniam Ioannes quidem
baptizauit aqua, uos autẽ baptizabimini spiritu
sancto post nõ multos hos dies.] Demonstrat in
sequentibus, quid interfit inter Ioãnem & ipsum,
D non iam adumbratè,quemadmodum prius: uehe
menter enim obumbrarat sermonem, quum dice
ret, Qui autem minor est in regno cœlorũ maior Matth.11
est eo:sed nunc manifestius,Ioannes,inquit,bapti
zauit aqua,uos autem baptizabimini spiritu san-
cto.Non iam utitur testimonio, sed personæ tan-
tum meminit,quo memoriam illis refricet eorum
quæ prius dixerat, simulq; declarat eos iam maio
res factos Ioanne,quandoquidẽ & ipsi baptizatu
ri erant spiritu.Neq; dixit ego uos baptizo spiritu
sancto,sed baptizabimini,nos interim docens,ut
modeste de nobis sentiamus.Nã hoc iam ex Ioan
nis testimonio dilucidũ erat,q; ipse esset qui bapti
zaret,cũ diceret, Ipse uos baptizabit spiritu sãcto
& igni.Atq; hac de causa huius unius facit mẽtio-
nem.Igit euãgelia quidẽ eorũ quę Christus gessit
ac dixit

ac dixit,narrationem & historiam quandam con A
tinent.Cæterum Actorum liber refert ea quæ al-
ter ille paracletus dixit ac fecit. Nam & tum qui-
dem multa ipse faciebat. Quemadmodũ & nunc
Christus agit occulta ui,sicuti & tunc quoq; tem-
poris agebat. Sed tum quidẽ per ipsum templũ,
nunc autem per apostolos.Actum quidem in uir
gineum uenit uterũ, templumq; construxit:nunc
uero in animos apostolicos. Rursum tũ uenit in
specie columbæ,nũc in specie ignis.Quur ita? Vi
delicet illic præ se ferebat mansuetudinem,hic ue
ro etiam uindictæ seueritatem. Tempestiuè sanè
cõmonefecit iudicij: quum enim iam oportebat
peccata concedere atq; abire, plurima opus erat
mansuetudine.Rursum posteaquã adepti sumus B
donum,iam instat iudicij & examinationis tem-
pus. Sed quomodo dicit, baptizabimini, quum
Vnctio spiritus. aqua nõ esset in cœnaculo? Quoniã in baptismo
præcipua pars est spiritus, per quem & aqua fit ef-
ficax.Itaq; quemadmodũ ipse dicitur unctus,quũ
nequaquam unctus esset oleo, sed accepisset spiri
tum sanctum, sic & baptizati dicuntur discipuli.
Est & alia interpretatio. Cõperire licet illos aqua
fuisse tinctos.Idq; diuersis temporibus. In nobis
enim utrunq; fit pariter,tunc uero diiunctim.Si-
Apostoli à Ioanne baptizati. quidẽ initio à Ioanne baptizati sunt.Id ne cui mi-
rum uideatur. Etenim si meretrices ac publicani
ad baptismum illum uenerũt,multo magis vene-
runt hi qui post erant baptizãdi spiritu. Post hæc C
ne dicerent totũ hoc nihil aliud esse quam pollici
tationes:iam enim multa de hoc baptismo dixe-
rat:neue putarent,hanc spiritus uim talẽ ut nusq;
appareret,reuocans illos ab huiusmodi suspicio-
ne dicit. Post non multos hos dies. Nec expres-
sit,quando,quo semper uigilarent, tantum dixit
breui futurũ,ne deiicerentur animis: quãdo uero
id esset futurũ,nondum addidit, ut semper essent
uigilantes.Nec hac re solum illos inducit ad cre-
dendũ,uidelicet breuitate temporis,uerumetiam
quũ dicit promissionẽ quam audistis ex me. Por-
rò quod dicit hoc est,Nõ nunc, inquit, tantũ dixi
uobis,sed & iampridem promisi, quæ sine dubio
Dies quare nõ exprimitur. facturus sum. Quid igitur miraris, si nõ exprimit
D diem,quo hęc erant perficienda:quandoquidem
hunc instantem ac uicinũ noluit esse manifestũ,
idq; iustissima sanè de causa: nimirũ ut uigilantes
solicitius promissum expectarent.Non enim da-
tur,non datur,inquã,gratia nisi uigilanti.An non
4.Reg.2 uides quid dicat Helias discipulo? Si uideris me
quum abripiar,sic erit tibi: hoc est,continget tibi
quod postulas.Quin & Christus undiq; ad ipsum
confluentibus dicebat,Credis? Etenim nisi addi-
cti fuerimus ei quod datur,ne sentiemus quidem
magnopere beneficium. Sic & Paulo non statim
data est gratia,sed triduum interceslit,quo fuit cę
cus,atq; interim metu purgat ac præparatur.Ete-
nim quemadmodum qui purpurã tingunt, prius
alijs quibusdam coloribus præparant id quod tin
cturam accipiet, ne flos dilutus & euanidus fiat:
Itidem & hic prius animi solicitudinem deus præ
parat,ac deinde infundit gratiam. Eandẽ ob cau-
sam nec spiritũ illico misit, sed in die quinquage-
simo. Quòd si quis dixerit, quare nõ & nos eodẽ
tempore baptizamus:illud sanè respondere pos-
sumus,quòd gratia quidem tum esset eadem quæ
nunc est:cæterũ animus nunc fit sublimior & ex-
celsior, dum iciunio præparatur. Quanquam &
Pentecostes tempus habet aliquam rationẽ haud Pentecostes mysterium.
quaquam absurdam.Quam tandem dicis? Existi
mauerunt patres satis idoneum malæ cupiditatis
frenum,magnamq; doctrinam esse baptismũ ad
hoc,ut etiam tempore deliciarum sobrietatẽ tue-
rentur.Itaq; perinde quasi simul cum Christo ci-
bum capiamus,cõmunisq; cum illo mensæ parti-
cipes simus,ne quid temere faciamus, sed in iciu-
nijs,in precibus,multaq; sobrietate degamus.Ete
nim si quis aditurus annonæ præfecturã, sibi pa- Simile.
rat, quicquid ad uitæ usum pertinet, atq; ut sibi
nonnihil dignitatis assequatur,& pecunias cõsu-
mit,& tempus impẽdit, & innumerabiles suffert
labores: quo malo nos digni fuerimus,si cum tan Contra socordes locus communis.
ra socordia regnũ cœlorũ adierimus, neq; ulla cu
ra nosmetipsos ad hoc præparauerimus,priusquã
accipiamus? quin & posteaq; acceperimus socordi
ter egerimus? Ideo nanq; posteaquã accepimus
socordes sumus, quòd priusq; acciperemus non
uigilauerimus.Ideo cõplures posteaquã acceper-
unt,protinus redierunt ad priorem uomitum,ac
redditi deteriores,grauius supplicium sibi acces-
serunt:eo quòd à prioribus peccatis liberati,hoc
pacto grauius etiã iudicis irã in se prouocarunt,
dum tanto liberati morbo,ne sic quidem ad sani-
tatẽ mentis conuerti potuerint,quin illud potius
illis usu uenit,quod paralytico cõminabatur do-
minus,dicens:Ecce sanus factus es, noli posthac Ioan.5
peccare,ne quid tibi deterius eueniat. Item quod
de ludæis prædicabat,ostẽdens quòd illos ob in-
gratitudinem immedicabilia manerent mala, Si Ioan.15
non uenissem & loquutus eis fuissem,peccatũ nõ
haberent. Itaq; posthac dupla & quadrupla pec-
cata fiũt.Quî sic? Quoniã post exhibitã nobis dig-
nationẽ ingrati sumus & improbi. Quapropter
nihil nobis proficit lauacrũ ad hoc, ut mitius pu-
niamur.Illud uero cõsidera. Habuit aliquis com-
missa grauia,uel homicidio, uel adulterio, uel a-
lio quopiã facinore patrato,hæc per lauacrum re
missa sunt.Nõ eim est,nõ est, inquã, ullũ iam pec- Baptismo condonantur omnia.
catũ,ullaue impietas,quod non cedat,locũq; det,
dono dei. Nam diuina res est gratia. Denuo me-
chatus est aliquis,aut homicidiũ perpetrauit:pri-
us quidẽ adulteriũ cõdonatũ est, & homicidium
illud simul cum adulterio concessit,ac nequaquã
reuocatur:Nesciunt enim pœnitentiam,dona,& Relapsi post baptismum.
uocatio dei. Cæterum pro his, quæ post baptis-
mum cõmissa sunt tantam damus pœnam,qua-
si & illa reuocata sint, ac multo etiam grauio-
rem.Iam enim non simplex peccatum est,sed du-
plex aut triplex. Quòd autem his grauior pœna
debeatur,audi quid dicat Paulus:Qui spernit le- Heb.10
gem Mosi, sub duobus aut tribus testibus, absq;
misericordia,morte luit pœnas. Quanto putatis
grauiore uindicta dignus censebitur, qui filium

Universidad de Deusto
Biblioteca

dei cõculcarit, ac sanguinem testamenti immundum duxerit, ac spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Fortasse multos auertimus, ne nunc accipiant baptisma. Verum nõ propterea diximus hæc, sed ut qui iam acceperũt, perseuerent in multa sobrietate multaq; modestia. At dicit aliquis, metuo. Si metueres, accepisses utiq; seruasses q;. Verum ob hoc ipsum, inquiet, nõ accipio, quòd metuam. At non metuis sic ex hac uita decedere? Humanus, inquiet, est deus. Igitur accipe baptismum. Humanus enim est, & opitulatur. Tu uero ubi uigilandum erat, non occupas istam humanitatẽ dei: ubi uero tibi usum fuerit differre, tum uenit in mentem illius humanitas. Atqui tunc erat tẽpus utendi hac humanitate, quam tum magis assequemur, quum eam nostra sponte amplectemur. Etenim B qui posteaq; curam uniuersam coniecit in deum, post baptisma redierit in peccatum, nimirum homo, si pœnituerit, dei benignitatẽ experietur. At qui ueluti deludens dei bonitatem, excesserit expers gratiæ, nullo pacto ualebit effugere uindictã. Quur aũt istiusmodi caussificationes aduersus tuam ipsius salutem usurpas? Impossibile est, impossibile est, inquam, eum qui tali spe differt baptismũ, agere quicq; egregium aut honestum. Tu uero cuius tandem rei gratia tantum periculi recipis, & incertum futuri amplecteris? Quin potius istum timorẽ mutas in laborem, ac studiũ, ut magnus sis ac suspiciendus. Vtrũ melius est, metuere an laborare? Si quis te collocasset ociosum in domo ruinosa dicens, expecta donec in caput tuum C deciderit testudo iam putris, fortassis enim cadet, fortassis non cadet: quod si id nõ placet, operare, ac tutissimũ inhabita thalamũ: utrum magis eligeres? ocium ne illud cum timore, an laborẽ cum securitate? Sic igitur & nunc facito. Siquidem incertus euentus futuri ceu domus quædam est putris, semper ruinã minitãs. At industria illa, quanquam laborẽ habet, tamen spondet securitatem. Absit igitur ut in tantam necessitatẽ incidamus, ut post baptisma recidamus in peccatũ. Attamen si quid acciderit istiusmodi, ne sic quidem abijcia mus spem. Benignus est erga genus mortale deus, multasq; uias nobis dedit abolendorum criminum etiam post baptisma cõmissorum. Cæterum quemadmodum hi qui post baptismũ delinquũt, ob id grauius puniuntur quàm catechumeni: ita qui sciunt esse pœnitentiæ remediũ, nec eo D uolunt uti, grauiora luent supplicia. Etenim quo maior est dei benignitas erga nos, hoc maior erit ultio, nisi illius benignitate licut oportet utamur. Quid ais homo, qui tantis malis plenus es ac deploratus? Semel factus es amicus, semel ultioni supremæ subductus es, haudquaq; ex proprijs laboribus, sed ex dei dono. Rursus ad pristinam turpitudinem reuolutus es, dignus qui grauiter puniaris. At deus ne sic quidẽ auersus est abs te, sed dedit innumeras reparãdæ salutis occasiones, per quas redeas in gratiam. Et hæc quidẽ facit deus. Tu uero ne tanta quidẽ lenitate prouocatus uis laborare. Et qua tandẽ uenia posthac dignus haBaptismi dilatio periculosa.

A beberis? An non optimo iure gentes te ridebũt, ceu fucũ quempiam sterilem, frustraq; uiuentem? Si potẽs & efficax est, inquit, philosophia, quam profitemini: ostendite quid sibi uelit tanta nondũ initiatorum multitudo. Præclara uero & expetenda mysteria. At nullus animam agens, capit lotionem. Non enim illud est tempus mysteriorũ, sed testamentorũ. Mysteriorũ tẽpus est, sanitas mentium, & puritas animarũ. Etenim dic mihi, si quis ad istum affectus modum nolit scribere testamentum, si uero scripserit etiam dat in posterũ ansam rescindendi testamenti (siquidẽ propterea solent his uerbis præfari, Viuus sanæq; & integræ mentis ordinaui de bonis meis) quî fiet, ut qui iam sui De ijs qui baptizantur in morte. Simile. compos esse desiit, possit ad plenum initiari mysterijs? Etenim si de rebus ad hanc uitã corporalẽ B pertinentibus statuere uolenti, non permitterent leges ciuiles ordinare, quoties testari uolens non admodum cõstat animo, præsertim quum de suis ipsius facultatib. præscripturus sit: quomodo qui de regno cœlorum docetur, deq; bonis illis ineffabilibus, poterit ad plenũ omnia percipere, frequenter & à morbo factus attonitus? Quãdo uero futurum est, ut illa uerba dicas Christo, consepultus cum illo, quũ iam sis mox abiturus? Nam factis & uerbis oportet declarare beneuolentiã. Tu uero perinde facis, ac si quis tũ postulet asscribi militię, quum iam bellum est soluendum: aut si athleta tum uestes exuat, quũ iam surgere cœperint spectatores è theatro discessuri. Siquidem in C hoc arma sumis, non ut protinus aufugias, sed ut acceptis illis ex aduersario trophæum referas. Ne quis arbitretur intempestiuũ esse hisce de rebus sermonem, eo quòd nunc non est dies quadragesimus. Nam hoc ipsum est quod urit animũ meũ, in huiusmodi rebus obseruari tempus. Atqui Eu Baptismi tempus semper est. Exempla Eunuchi & custodis carceris. nuchus ille, quum esset barbarus & iter faceret, essetq; in uia publica, non exquisiuit opportunitatem: sed ne carcerarius quidem ille, quum esset inter uinctos, conspiceretq; doctorem cæsum ac uinctum, præsertim quum id temporis crederet illum in carcere mansurum. Hic autem plerique, qui nec in carcere habitant, nec in itinere sunt, proferunt salutis suæ negocium, idq; usq; ad extremum uitæ halitum. Quòd si adhuc ambigis, num Christus sit deus, stato foris, ne diuinos sermones audias, néue teipsum inter catechumenos numeraris. Quòd si fidis, & hoc certo cognoscis, quid contaris? quid refugis? quid detrectas? Vereor, inquit, ne peccem. Verum illud quod periculosius est non uereris, ne cum tantis sarcinis abeas illuc? Nec enim idem est, gratiam in medio positam non assequi, & quum iam aggressus sis ad honesta tendere, frustrari. Age dic mihi, si quis sic tecum expostulet, quam ob causam nõ accessisti? quam ob causam non pertendisti quò cœperas? Quid dices? Nã illic fortassis habebis quod causeris, onus præceptorum, ac difficultatem uirtutis: at hic nihil istiusmodi. Hic eñ gratia est gratis largiens libertatẽ. Sed uereris ne pecces. Istuc dicito post baptismũ, tunc istum habeto metum, quo

quo serues libertatem quam accepisti, nõ, ut non A accipias tantum donum gratis oblatum. Nũc uero contrà, ante baptisma cautus es ac circumspectus, post baptismũ socors & incogitãs. Sed tempus opportunum expectas quadragesimæ. Qua gratia? Nunquid enim amplius habet illud tempus? Ipsi apostoli non in Pascha donati sunt hac gratia, sed alio tempore. Præterea quum baptizarentur tria milia & quinq; milia, non erat Paschæ tempus. Similiter quum baptizaretur Cornelius, & Eunuchus, alijq; cõplures. Proinde ne tempus expectemus, ne quando fiat, ut dum contamur et recrastinamus, discedamus hinc inanes, uacuiq; tãtis bonis. Quomodo creditis me discruciari animo, quoties aliquis nondum initiatus ex hac ui B ta sublatus fuerit, mecum reputantem, intolerabiles illos cruciatus, & supplicium ineuitabile? Rursus q;s æstus pectoris sentio, quoties alios uideo sub extremum halitum festinãtes ad initiationẽ, nec hinc fieri puriores? Eoq; sanè multa fiunt indigna tanto dei dono. Oportet enim epulari, choros ducere, gaudere & coronari, quoties alius initiatur. Ast ubi uxor ægrotantis audierit hoc ordinatum esse à medico, ueluti magnum aliquod malum acciderit, ita cõsternatur ac plorat, singultus & eiulatus totam undiq; domum implent, nõ aliter quàm complorantur iudicum sententia condemnati, quum ad capitis supplicium abducunt. Ille uero multo magis etiam plorat, & si cõtingat C à morbo conualescere, grauius etiam dolet, uelut affectus contumelia. Quoniã enim nondum præparatus est ad uirtutem, contatur ac detrectat deinceps futura certamina. Vides quas artes excogitet diabolus, quod probrum, quãtum ludibriũ. Itaque subducamus nos à tali ludibrio, uiuamus quemadmodum præcepit Christus. In hoc dedit baptismum, non ut eo accepto mox decedamus, sed ut semper uiuentes baptismi fructus proferamus. Quomodo dices hinc abeũti, fructifica, quomodo dices idem iam ex arbore exacto? Non audisti quòd fructus spiritus est charitas, gaudium, pax? Quomodo igitur his diuersa proueniũt? Si quidem uxor adstat lugẽs, quum oportuerit gaudere: adstant liberi flentes, quum oportuerit gratulari parenti: ipse decumbens in tenebris, tumultu ac perturbatione plenus est: quũ oporteat diẽ festum agere, toto consternatus est animo, quòd filios orbos relinquat, q; uxorẽ uiduam, q; domũ desolatam. Dic mihi quis ad istũ modum adit mysteria? Quis sic accedit ad sacram mensam? Hæccine ferenda uidentur? Si rex missis literis iubeat uinctos è carcere dimitti, gaudium est ac lætitia. Deus aũt mittit spiritũ è cœlis, nõ reliquias pecuniæ debitæ, sed uniuersa peccata cõdonãs, & omnes fletis ac eiulatis? Quæ tandẽ est hæc inæqualitas? Nondum cõmemoro, quòd etiam mortuis infusa est aqua, & quòd sancta proiecta sint in terram. Non enim uestra culpa fiunt ista, sed ingratorum. Proinde exhortor, ut omnibus rebus omissis, conuertamus nosmetipsos, ac baptismũ omni cum animi promptitudine adeamus, ut postea

quam in hac quoq; uita declarauerimus non uulgare studium animi nostri, futuram cõsequamur libertatem, quam nobis omnibus contingat assequi, gratia & benignitate dñi nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, simul & spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

ILLI QVIDEM IGITVR CONGREGATI interrogauerunt eum dicentes: Domine, num in tempore hoc restituis regnum Israeli?

Homilia II.

QVVM discipuli dominum parãt interrogare, simul adeunt: hoc autẽ faciunt, quo pudore reuerentiaq; multitudinis quod scire desiderãt extorqueant. Nouerunt enim quod prius dixerat, nemini cognitum esse diem illum, repellentis fuisse sermonẽ, non ignorantis, sed differentis responsionẽ. Vnde rursus aggressi eadẽ percontantur. Nequaq; autem interrogassent, si uerè persuasum habuissent. Nam quoniam audierant quòd spiritũ essent accepturi, tanq; digni iam cupiunt discere, & ad libertatis spem habebant erectos animos. Non enim uolebant sese cõijcere in pericula, sed respirare potius ac refocillari, eo q; non exigua forent, quæ illis cõtigerant, sed de extremis imminebat periculum. Nihil igitur de spiritu loquuti, interrogant dicentes, Domine, num in tempore hoc restituis regnum Israeli? Et nõ dixerunt, quando restitues, sed an nunc, inquiunt. Adeò desiderabãt diem cognoscere, eoq; multo cũ honore adeunt. Equidẽ arbitror, ne illud quidem aliquo pacto cognitum illis fuisse, quod tandem esset illud regnũ. Nondũ enim erat spiritus qui post docuit eos. Nec dicunt, quãdo hæc erũt, sed quid dicũt? Num in tempore hoc restituis regnum? tanq; quod iam sublatũ erat. Hæc ad hunc modum scitantur, quòd rebus sensibilibus adhuc afficerentur, quanq; nõ æque ac prius. Nondum enim tum facti fuerant meliores. Sic in posterum maiora de eo imaginabãtur. Itaq; posteaquam ad altiora prouecti fuerãt discipuli, & ipse sublimius cum illis disserit. Non enim iam sic illis loquitur, ne filius quidẽ hominis nouit illũ diem. D Quid igitur? Non est uestrũ nosse tempora uel momenta, quę pater posuit in sua potestate.] Maiora, inquit, quam quæ uobis cõueniunt postulatis. Atqui iam didicerãt his etiam multo maiora. Id quò magis ac plenius intelligas, uide quàm multa recenseam. Age dic mihi, quid est maius quàm didicisse quæ iam didicerant? Didicerant enim, Christũ esse filiũ dei: didicerant, quòd deus filium haberet æqualem honore: didicerant resurrectionem futuram: didicerant futurum, quod nunc factum est, uidelicet quòd consedit ad dexteram patris. Insuper & quod est his magis stupendum, didicerant quòd caro sedet in cœlis & adoratur ab angelis: didicerant, quòd uenturus esset rursus ut iudicet mundum uniuersum: didicerant, quòd & ipsi essent consessuri iudices duodecim tribuũ Israel: didicerant, quòd Iudæi essent

Mortuos baptizari ridiculum.

ejscien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

eiſciendi,ac pro his ingreſſuræ gentes. Hæc ſcire futura magnum eſt. Cæterũ diſcere,quòd aliquis ſit regnaturus,& quando,nihil magni eſt.Didicerat Paulus quę fas non erat homini loqui:Didicerat omnia quæ mundum hunc præceſſerant. Vtrum cognitu difficilius:Principium,an finis? Liquet prius illud eſſe magis arduum. Igitur & Moſes hæc didicit: Et quãdo, & ante quantum temporis,conditus eſſet mundus:id declarat per hoc quòd numerat annos.Hoc & Solomõ didicerat:
Eccl.1 proinde dicebat,Cõmemorabo ea quæ fuerunt à ſeculo.Itaq; quòd poſt hæc dominus breui uenturus eſſet,norunt & hi,quemadmodum & Paulus
Philip.4 dicens, Dominus prope eſt, ne quid ſoliciti ſitis. At tum quidem non nouerunt, tametſi ſigna tradiderat illis dominus. Chriſtus autẽ quemadmo- B dum ante dixit,Poſt non multos hos dies: uolens eos uigilare,nec euidenter aperuit tempus, ita & hic facit. Quanquam & alioquí hic iſti nõ definẽ mũdi,ſed de regno Iſraelitico percontantur, eoq; dicebant, Num in tempore hoc reſtituis regnum Iſrael? Ille uero ne id quidem illis aperuit. De fine uero mundi & prius interrogauerant, ſed non quemadmodum illic ſeuerius reſpondit, aduocãs animos illorum ne putarent liberationẽ eſſe uicinam,conſiciens eos in pericula: itidem & hic facit,ſed mãſuetius dat reſpõſum. Etenim ne ſibi uiderentur illudi,néue exiſtimarent iſta quæ dicebantur,prætextus eſſe:audi quomodo pollicetur ſeſe protinus eis daturum,quo gauderent.Subiecit igitur, Sed accipietis uirtutem ſancti ſpiritus C ſuperueniẽtis in uos,eritiſq; mihi teſtes, tum Hieroſolymæ,tum in tota Iudæa & Samaria,et uſque ad extrema terræ.] Deinde ne rurſus ipſum interrogarent,protinus aſſumptus eſt.Quemadmodũ igitur illic metu illis offudit tenebras, negãs ſe ſcire:ſic & hic idem facit, poſt ſermonem ſtatim receptus in cœlum: uehementer enim id ſcire deſiderabant,nec deſtitiſſent percontari, quum eſſet uehemẽter neceſſarium,ne ſcirent, quod ſcire uolebant.Age dic mihi, utrum minus credunt gentes,futurãm ne mundi conſummationẽ, an deum hominem eſſe factum, & è uirginis utero prodiſſe, & ab hominibus in carne cõſpectum eſſe? An hoc nequaquam dices, ſed reſpondebis:omnino tuum fuerit & hoc dicere. Atqui pudet me perpe D tuo hac de re loqui,ueluti de negotio quopiã ancipiti uel indifferenti.Rurſus ne dicant,quare ſuſpendis cauſam? Quæ pater, inquit, poſuit in ſua poteſtate.Atqui eadẽ eſt poteſtas,patris & illius,
Ioan.5 ueluti quum dicit,Sicuti enim pater ſuſcitat mortuos,& uiuificat: ſic & filius quos uult, uiuificat. An quum eſt operandum,eadem cum patre poteſtate operatur: ubi uero ſcire quippiam oportet, non cum eadem ſcit poteſtate? Attamẽ longe maius eſt excitare mortuos,quàm ſcire diem. Quòd ſi cũ poteſtate facit id quod maius eſt, multo magis faciet & alterum. Verũ ut intelligatis rem,ad-
Simile hibita ſimilitudine reddam dilucidiorem. Quẽadmodum quum uidemus infantem plorantem, ſempercp cupientẽ aliquid à nobis accipere, quò A nihil illi eſt opus,tum occultato potius quod cõcupiſcit,oſtendimus illi manus uacuas, dicentes: Ecce non habemus: Itidem & ille ſecit apoſtolis, Sed quemadmodum puer ille,ſi poſtea nihil oſtẽdamus inſtat plorando,uidens ſe eſſe deluſum,deinde eo relicto diſcedimus dicentes,uocat me talis, & aliud quiddam eius loco quod concupiſcebat damus,uolentes illũ auocare ab eo quod maluiſſet accipere, extollentesq; illud q̃d in alterius locum damus,eo dato,repente ſubducimus nos: Itidem fecit & Chriſtus, illi quærebant accipere, hic negauit ſe habere.Attamen primum deterrebat.Cæterum ubi rurſus quærerent,iterum negauit ſe habere,niſi quòd nunc non territat:uerũ poſteaquã oſtẽderat,quod fecerat, dicit etiam probabilem cauſam,Pater,inquit,poſuit in ſua poteſtate.Quid igitur,Neſcis ea quæ ſunt patris? An ipſum quidem noſti, cæterum quæ facit ignoras? Luc.10 Ipſe dixiſti,nemo nouit patrem niſi filius. Et ſpiritus quidem omnia ſcrutatur,etiam profunda dei: tu uero ne hoc quidem ſcis? Ablit, Non ut hoc ſuſpicemur,ad iſtũ loquutus eſt modum. Sed ita ſe gerit quaſi neſciat,quò illos reuocet ab intempeſtiua inquiſitione. Timuerunt igitur iterum interrogare, ne audirent, Et uos ſine intellectu eſtis? Longe magis enim illum nunc metuunt, quàm antea. Sed accipietis uirtutem ſpiritus ſancti ſuperuenientis in uos.] Quemadmodum illic non reſpondet ad ea quæ percõtabantur: nam hoc doctoris eſt,docere nõ quæ uult diſcipulus,ſed quæ C diſcere expedit:ſic & hic quæ conceſſit illis ſcire, ideo prædicit,ne turbarentur, nimirum adhuc etiam imbecilles. Vt autem illos confirmaret, erexit illorum animos, ſimulq; texit ea quæ erant au ditu grauia.Nam quum eſſet illos paulo poſt relicturus,hæc colloquens cum illis,nihil dicit moleſtum ſimpliciter, ſed cum ad mixta laude mitigat per hæc quæ nunc facit, illud propemodũ dices, Ne formidetis, capietis enim uirtutem ſuperuenientis in uos ſpiritus,& eritis mihi teſtes,& Hieroſolymis,& in tota Iudæa ac Samaria.Quãdoquidem ante dixerat,In uiam gentiũ non abieritis,& Matth.10 in ciuitates Samaritanorũ ne ingrediamini. Nũc autem uult eos per omnẽ Iudæam ac Samariam prædicare.Et quòd tum reticuerat hic addit, Et uſq; ad extremũ terræ:] eloquutus quod erat omnium maxime formidabile. Deinde ne rurſus ipſum interrogarent, Videntibus illis ſubleuatus eſt,& nubes ſuſcepit eum ab oculis eorũ.] Vides eos prædicaſſe & impleſſe euãgelium? Verè rem magnã illis donauit. Cæterum ubi,inquit,timuiſtis Hieroſolymis,illic primũ prędicate,poſt uſq; ad extremum terræ.Deinde rurſus aſtruitur fides his quæ dixerat, Videntibus illis eleuatus eſt, inquit.Non reſurrexit quidem illis uidentibus, ſed uidentibus illis eleuatus eſt. Quoniam nec hic aſpectus potuit omnia. Et reſurrectionis finẽ quidem uiderant,principium uero non item.Rurſus aſſumptionis initium quidem uiderunt,finẽ uero non item.Siquidem illud abſtulit, uidelicet uti reſurrectionis principiũ uiderent,quũ preſens eſſet

qui

quí hæc loquebatur, quum ipſum monumentum A declarareť ipſum illic non eſſe.Cæterum quod reſtabat, ſermone diſcendum erat. Quoniam oculi non poterant aſſequí celſitudinẽ ut uiderẽt, utrũ in cœlũ aſcenderet, an uelut in cœlum, uide quid fiat.Quòd idem Ieſus eſſet,ſciebant ex his quæ locutus fuerat ad ipſos: q̃ aũt ſuſceptus eſſet in cœlum,ipſi deinde docuerunt angeli. Eminus enim
Senſus quædam tradit fidei non potuiſſent agnoſcere. Vides ſic rerũ ordinẽ eſſe diſpenſatũ, ut non omnia gererentur per ſpiritũ,uerũ etiam nonnulla uiſu. Quamobrẽ autem nubes ſuſcepit eum? Et hoc ſignũ erat illũ in cœlũ aſcẽdere. Non ignis,neq; currus igneus,quemadmodum factum eſt in Helia,ſed nubes eum ſuſcepit,quod erat cœli ſymbolum: quemadmodũ
Pſal.103 dicit propheta, Qui poſuit in nube aſcenſum ſuũ. B Quanq; hoc & de ſpiritu dictum eſt: ideoq; dicit, in nube:declarans,quòd in ipſo ſigno diuinæ potentiæ aſcenderet. Nec enim alia uirtus ulla uidetur in nube. Audi rurſus quid dicat alius prophe-
Eſa.19 ta, Deus ſedet ſuper nubem leuem. Mihi ſanè uidetur hæc,quum adhuc interrogarent, illis uehementer attendentibus iſs quæ dicebãtur,uigilantibus minimeq; dormitãtibus eſſe facta. Quanq; etiam in monte nubes cinxit illum, quum Moſes ingrederetur in caliginem, uerum non illius cauſa adhibita eſt nubes. Ipſe uero non dixit ſimpliciter uado,ne rurſus mœrore afficerentur:ſed addidit,mitto ſpiritũ. Nam quòd abiret in cœlũ; oculis ipſis didicerũt.Papę, quo ſpectaculo dignatus
C eſt illos dominus, Erant,inquit,intendentes oculos in cœlum,eunte illo.Et ecce uiri duo aſtiterunt illis in ueſte candida,qui & dixerũt, Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum?] Hic de monſtrantis eſt ſermo, quo uſi ſunt, quum aiunt,

Hi qui aſſumptus eſt à uobis in cœlum, ſic ueniet quemadmodum uidiſtis illum euntem in cœlum.] Iterum læta rerum facies oſtenditur. Siquidem angeli quidam ſimul coniuncti humanã ſpeciem præ ſe ferentes,aſsiſtunt & aiunt, Viri Galilæi.Supereſt ut digni uideantur, quibus fides habeatur,in his de quibus loquuntur. Itaq; ueluti dignitate præminentes, è loci uocabulo compellãt illos.Quid enim alioqui opus erat,eos audire cuius eſſent patriæ, quum id nequaquã ignorarent? Quin & ipſa ſpecie reddiderunt illos in ſe intentos,uidelicet hoc quoq; modo declarantes,quòd eſſent è cœlo profecti. Quam ob cauſam, nõ ipſe D potius dominus hęc diſcipulis loquitur,quàm angeli? Imò præuenerat dominus, atq; hæc omnia prædixerat ſuis. Proinde per angelos cõmonefacit illos eorum quæ audierãt.Nec dictũ eſt,quem uidiſtis aſſumptum,ſed,euntem in cœlum: nimirum ut intelligas hãc aſſumptionem eſſe reditum ac mortem percontarentur illum, Num reſtituis? Atqui prius illis dixerat, Audietis bella & rumo- Mar.13 res de bellis,ſed nondum finis,neq; Hieroſolyma capietur.Nam tum de regno percontabãtur, non de conſummatione mundi. Quanquam & aliãs, poſteaquã reſurrexerat dominus, nõ miſcet cum ſuis prolixos ſermões. Igitur ſanè uel ut ipſi quoque futuri in precio ſi id eueniret, percontantur. Ipſe uero nõ aperuit,quando reſtitueret regnum. Quid emẽ opus erat illos hoc ſcire? Hoc ergo ueriti,non rurſum ita loquuntur, quod ſignum aduentus tui,& conſummationis ſeculi: ſed hunc in modum interrogant.Num reſtituis regnũ Iſrael? Exiſtimabant enim iam illud adeſſe. Ipſe parabolis docuerat illos, quòd non eſſet in propinquo. Itaq; hoc percontantibus non reſpondit ad percõtationem, uerum alium ſermonem iniecit:Sed accipietis,inquiẽs,uirtutem ſancti ſpiritus ſuperuenientis in uos.Hic illud conſidera, quod dixit, ſuperuenientis, non miſſi:nimirum quò declararet honoris æqualitatem. Vbi es igitur ò tu qui bellans aduerſus ſpiritum, creaturam illum facis?

Eritis mihi teſtes.]Innuit aſſumptionem, quin potius eorũ quæ prius audierant memoriam illis renouat,ut palã faceret, q̃ in cœlũ aſcẽdiſſet. Animaduerte uero q̃ quemadmodum dixit Dauid, Nubes & caligo in circuitu eius,ita nũc ad id allu Pſa.96 dit dicens,Nubes ſuſcepit eũ: his uerbis declarãs illũ eſſe regem cœlorũ.Quemadmodũ currus regalis declarat ipſum regẽ, ſic & ad illum miſſum eſt regale uehiculum,ne quid triſte loquerentur, nec idẽ illis accideret, q̃d accidit Heliæo, qui magiſtro aſſumpto in cœlũ,dilacerauit tunicã ſuam. Quid aũt dicunt angeli? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à uobis in cœlum, ſic ueniet.Et ecce uiri duo

aſtiterunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

astiterunt illis. Congruenter. Siquidē in ore duorum testium stabit omne uerbū, præsertim quum
Deut. 17 Matth. 28 eadē loquantur. Et in ueste, inquit, cādida. Quē admodum ante iam angelus ad monumentum uisus est in uestimentis fulgurantibus, qui & prædixit illis quid in animo uersarent, sic & assumptionis præco exhibetur angelus. Quod si prophetæ nusquam prædixerunt, ne mireris. Superuacaneum enim erat, seperatim eius rei mentionem facere, cuius intellectus cum resurrectionis intelligētia coniunctus est. Cæterum ubicq; apparent angeli, uelut in natiuitate, rursus apud Mariam. Iterum in resurrectione. Itidem apparuerunt & in assumptione. Magis autem & in secundo aduentu apparebuunt angeli præcursores. Quum uero sic essent loquuti, Hic Iesus assumptus est à uobis: ne consternarent illorū animos, subiecerunt, Sic ueniet: Respirarunt aliquantulum quum audissent, eum denuo rediturum: præterea sic rediturum, ut intelligerent illū sic rediturū, ut adiri possit. Rursus hæc particula, A uobis, non simpliciter addita est, sed commendat domini charitatem erga illos, quos è mundo selegerat, docetq; eum nunc deserturum, quos elegerat. Itaq; suę quidem resurrectionis ipse fuit testis, quòd id esset omniū maxime mirandū quæ acciderant post uirginis partum, imò & omnium quæ cōtigerunt ante uirginis partū, uidelicet quòd ipse suscitaret seipsum.
Ioan. 2 Ait enim, Soluite templum hoc, & ego excitabo illud. Cæterum posterioris aduentus angeli fuere testes, dicentes, Sic ueniet. Proinde si quis desiderat uidere Christum, si quis dolet quòd illum non uiderit, hoc angelorū audito sermōe, Sic ueniet: uitam admirandis uirtutibus cōponat, & omino uisurus est quē desiderat, nec frustrabitur suo uoto. Nam maiore cū gloria ueniet, sic tamē ueniet cum nube: sic ueniet cum corpore: sed multo magis admirandum est uidere eum è cœlo descēdentem, quàm è terris in cœlum ascendentem. Venturum igitur dixerunt, in quo uero uenturus sit, nondum addiderunt. Hic sermo confirmat resurrectionis fidem. Etenim si in corpore assumptus est, multo magis cum corpore resurrexit. Vbi sūt qui pertinaciter negant resurrectionē? Qui sunt, dic mihi, Ethnici, an Christiani? Non em satis agnosco. Quin potius optime noui, nimirum Ethnici sunt, qui nec mundum à deo cōditum credunt. Nam eorundem est, non concedere deo potestatem aliquid è nihilo creādi, & negare illum posse suscitare, quæ sepulta sunt. Mox erubescentes q̄ non cognoscant uirtutem dei, ne uocētur in hoc crimen tergiuersantur, dicentes, Non eò hæc dici mus, sed quòd corpore non sit opus. Aptum profecto congruumq; responsum. Fatuus enim, ut dicit Esaias, fatua loquitur. An non pudet detrahere deo potestatē ex nihilo creādi quę uult? Quòd si tantum creat ex his quæ sunt, qua re differt ab hominibus? Sed unde, inquit, mala? At tu quia non intelligis, unde, nō ideo debes aliud inducere malum in cognitione malorum. Hic enim gemina cōmittitur absurditas, altera quidē quòd lic
Esa. 32 Contra Manichæos
audes loqui: Etenim si negas deū ex his quæ non sunt creare quæ sunt, multo magis ignorabis unde sint mala. Altera uero, quòd dū ista dicis, indu cis malitiam increatā. Cogita quàm sit absurdū, dum studes, inuenire fontem malorum, & hūc ignorare, & alterum huic addere. Quære fontē malorū, & ne blasphemias inseras deo. Quomodo, inquit, blasphemias? infero deo? Quid ais? An nō blasphemus es, dum malū inducis increatū, dum illi tribuis potestatem deo parem? Dum uim malorum inducis, æqualis cum deo potentiæ, dū malum facis increatum? Vide quid dicat Paulus, Inuisibilia em illius, ex creatione mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Cæterum ille diabolus utraq; dixit esse hyles, hoc est, primę materiæ, ne deinceps ulla ex re deum cognoscamus. Age dic mihi, utrum difficilius, creare quod natura sit malum, si tamen ullum est (Loquor enim iuxta uestram sententiā. Non enim potest creari natura malum, quod bono sit adiumento) an creare ex nō extantibus? Vtrū facilius? Verbi causa de qualitate loquor, eā quæ non sit inducere, an quę sit in diuersum uertere? Vtrū difficilius? domum quæ non sit extruere, an desertam instaurare? Per spicuum est illud esse difficilius. Nō hoc igitur impossibile. Quemadmodum autē hoc impossibile, ita & illud impossibile. Sic em loquor, ut in cōtrarium colligam disputandi gratia. Quin potius si hoc non est impossibile, nec alterum erit impossibile. Age dic mihi, utrum facilius unguentū conficere, an efficere ut cœnum habeat eandem uim, quam habet unguentum? Vtrum facilius? (quando quidem deum nostris rationibus effingimus, nō nos, absit hoc, sed uos potius) ipsos oculos ut sint creare, an efficere, ut cæcus uideat acutius uidente? & ipsa cęcitate abuti ad acuendum uisum, & surditate abuti ad facultatem audiēdi? Mihi uidetur prius illud difficilius. Quod ergo difficilius est quū tribuas deo, quod facilius est eidem nō tribuis. Sed quid hæc cōmemoro? Etiam animas aiunt ex dei substātia profectas esse. At uide quātæ hoc impietatis, quantæq; dementiæ: dū enim probare nituntur deum e se malorum autorem, aliud magis etiam impium inducunt. Primum enim fingunt mala iuxta temporis spacium æqualia deo, prædicantes hūc nihilo uetustiorem quo libet illorum. Nec uerentur his senectutem, ac lōgæuitatem immensam dare. Deinde malitiam asseuerant immortalem, neq; enim interit quod nō nascitur. Videtis blasphemiam? ita necesse est, ut aut nihil sit à deo: aut si hæc non sunt, ne deū quidem esse. Quod tertio loco proposueram, in hoc ipsi secum pugnant, ac maiorem æterni numinis indignationē in se prouocant. Quartū est, quòd materiæ quæ non subsistit, tantam uim tribuunt. Quintum, quòd aiunt malitiam fuisse causam diuinæ bonitatis, quodq; absq; hac deus, qui bonus est, nō fuerit futurus bonus. Sextum, q̄ uiam nobis precludunt perueniendi ad cognitionem dei. Septimum, quòd deū ad homines deducunt, imò ad plantas & ligna. Etenim si nostra anima pars est

est substantię diuinæ, anima uero demigrat etiam in corpora cucurbitarum, peponum, & ceparum, consequitur ut substantia dei sit in cucurbitis. Iam si dicamus, quòd spiritus sanctus in uirgine construxerit templū Dei, deridēt. Si dixerimus quòd deus habitarit in spirituali templo, rursus irridēt. Ipsos uero non pudet dei substantiam in cucurbitas, pepones, muscas, bruchos, & asinos detrudere, noua idololatriæ specie reperta. At non cepe, inquit, in deo est, sed deus est in cepe. Cur fugis ne uideare is deo tribuere demigrationē in corpora? Turpe est, inquis. An non igitur istud multo turpius? An non hoc turpe est? Quomodo non turpe sit in deum, quod si nobis contingat, reuera turpe futurū sit? Videtis ne secē impietatis? Sed quāobrem tandē nolūt corpora resurgere? Quid hic adferūt? An quòd corpus sit malum? unde igitur nosti deum? unde habes rerum cognitionē? Tum philosophus quo pacto philosophus est, si nihil efficit corpus? Destrue sensus, & discе aliquid eorū quæ scire est opus. Quid aūt insipientius esset anima, si ab initio sensus habuisset corruptos? Etenim si una corporis parte corrupta, nimirum cerebro, lædit uniuersa uis animæ: quid futurū censes, si cæteræ quoq; corporis partes corrumpantur? Vbi fuerit utilis anima? Ostende mihi animam sine corpore. An non audisti medicos aliquādo dicentes, Morbus quum adest, uehementer obscurat animæ uires? Quousq; persistetis? Dic mihi, num corpus est materię? Pulchre. Igitur habendū erat odio? Cur igitur illud alis? quare foues? Quin potius liberanda erat anima ab hoc carcere. Nam alioqui deus nō potest uincere materiam, nisi illi commisceatur. Non enim potest illi precipere, do nec illi mixtus fuerit, ac per uniuersam materiam constiterit. O imbecillitatem. Rex quidem imperando peragit omnia, deus autem malis nō imperat. Imò in totum nisi malitia boni cuiuispiam fuisset particeps, ne subsisteret quidem: talis est enim natura mali, ut non consistat, nisi uirtuti cuipiam admisceatur. Proinde nisi prius fuisset malitia admixta uirtuti, iam olim perierat. Nam hunc in modum sese habent mala. Sit aliquis lasciuus, quiq; se se prorsus nō temperet, num uixerit decem dies? Sit rursus latro quispiā, quem à nullo facinore retrahat conscientia, sic etiam talis erga latrocinij so cios, num uixerit omnino? Sit aliquis fur impudens, qui nō uereatur etiam palàm furari, num uiuet istiusmodi? Mala non habent naturam ut ex sese possint subsistere, nisi paulum aliquid à uirtutibus ceperint: sic ista deus comparauit, ut ex alteris altera sint admixta. Sit ciuitas uirorum improborum, an stabit unquam? sed fac stare malos, utrum stabunt iuncti bonis, an inter sese? At fieri non potest ut soli stent. Verè stulti facti sunt, cum se dicant esse sapientes. Si corpus malum est, omnia simpliciter mala sint oportet, & frustra sunt quæ cōspiciuntur, aqua, terra, sol & aer. Siquidem & aer corpus est, quanquam inuisibile. Tempestuum igitur existimarunt iniqui loqui nugalia. Verum ista ne toleremus, quin potius aduersus illos obthuremus aures. Est enim, est inquā, corporis resurrectio. Hoc declarat sepulchrū quod est Hierosolymis: hoc declarat lignum cui fuit alligatus, qnum flagellis cæderetur. Comedimus enim, inquit, & bibimus cum illo. Credamus itaq; resurrectionem, & hac digna operemur, quo simul & futura bona consequamur in Christo Iesu domino nostro, cui cum patre & spiritu sancto, gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Chryſ. to. 3

TVNC REVERSI SVNT HIEROSOLYMAM à monte qui dicitur Oliueti, qui abest ab Hierosolymis iter sabbati.

Homilia III.

[1] VNC, inquit, reuersi sunt.] Tūc, Quādo? Postquàm audierant. Alioquī nō sustinuissent, nisi alter aduentus ipsis promissus fuisset. Mihi uero uidentur hæc in sabbato gesta fuisse, alioquī non ad istum modum indicasset interualli loci, dicēs, A mōte qui dicitur Oliueti, qui abest ab Hierosolymis iter sabbati.] Etenim certa uiæ lōgitudo præscripta fuerat, quam peragere fas esset die sabbati. Et quum essent ingressi, ascenderunt in cœnaculum, ubi erant permanentes. Itaque posthac Hierosolymis manebant post domini resurrectionē Petrus, Iacobus & Ioannes. Non hic iam solus cum fratre recēsetur, sed & Andreas cum Petro. Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi & Simon Zelotes, ac Iudas Iacobi.] Recte mentionem fecit discipulorum. Postquā enim unus prodidit, alter diffisus est, declarat q̄ uno excepto, reliqui essent incolumes. Hi omnes erāt unanimiter perseuerantes in deprecatione & obsecratione cum mulieribus.] Pulchrē. Magna siquidem armatura in tentationibus est deprecatio, & hoc abunde didicerant prius ab ipso magistro. Quanquā & alioquī presens tentatio ad orandum illos adegit. Atque hac grātia conscendunt etiam cœnaculū. Vehementer enim metuebant Iudæos. Cum mulieribus.] De his loquitur de quibus narrant euangelia, quòd dominum sint sequutæ. Et Maria matre Iesu, & fratribus eius.] Quomodo igitur dictū est, quòd peculiariter in sua receperit eā ille discipulus? Sed rursus ubi congregasset illos, ita demū & illa simul aderat. Et cum fratribus eius.] De his loquitur, qui prius diffisi fuerāt. Et in diebus illis surgens Petrus in medio discipulorū dixit.] Quàm est feruidus? Quàm agnoscit creditum à Christo gregē? Quàm in hoc choro princeps est? & ubiq; primus omniū incipit loqui. Erat autē turba hominum, inquit, simul ferè centum uiginti. Viri fratres oportebat impleri scripturam hanc quam prædixit spiritus sanctus.] Cur non solus à Christo postulauit, ut ipsi daret aliquē substituendum in locum Iudæ? Deinde, quur nō potius per seipsos perficiunt electionem? Iam Petrus erat seipso factus melior. Hoc ad priorem quæstionem responsum esto. Alterius uero, quamobrem non

Universidad de Deusto
Biblioteca

simpliciter, aut uulgari more, sed ex reuelatione po A
stularint suppleri ministerium, duas causas adfere
mus: unam quidem, quòd alijs rebus essent occu
pati: alteram, quòd hoc esset certissimũ argumen
tum, Christum adhuc illis adesse. Quemadmodũ
enim cum præsens esset, elegerat: ita & absens, ele
git. Ea res non mediocre momentum habebat ad
consolandos discipulorũ animos. Iam & illud cõ
sidera quàm Petrus egit omnia ex communi disci
pulorum sententia, nihil auctoritate sua, nihil cũ im
perio. Neq; simpliciter dixit, hunc in locum Iudæ
sufficimus, sed consolans illos super eo quod acci
derat, uide quo pacto dicendi sumit exordiũ. Ne
que enim Iudæ factum mediocriter consternaue
rat illorum animos. Nec id tibi mirũ uideri debet.
Etenim si nunc uulgus hoc factum traducit, quid B
illos tum dixisse cõsentaneum est? Viri, inquit,
fratres.] Si dominus suos discipulos fratres appel
lauit, multo magis conuenit ut Petrus suos condi
scipulos appellaret, quapropter & omnibus præ
sentibus sic locutus est. Ecce dignitas Ecclesiæ, &
Ecclesiæ primæ status
statusangelicus. Nullus erat illic ab alijs diuulsus,
non masculus, non fœmina. Tales optarim & nũc
esse congregationes. Nullus erat solicitus de his
quæ ad corporis uictum pertinẽt, nullum torque
bat cura rei domesticæ. Tantum boni affert tenta
tio. Tantum cõmodorum habet afflictio. Opor
tebat impleri scripturam hanc quam prædixit spi
ritus sanctus.] Semper consolat illos ex eo quòd
ante fore prædictum sit. Itidem & Christus ubiq;
facit. Quem morem seruans & Lucas, ostendit ni C
hil accidisse noui, sed quod iam olim prædictum
erat, fore. Oportet, inquit, impleri scripturam
hanc quam prædixit spiritus sanctus per os Da
uid.] Non ait, Dauid dixit, sed spiritus per eum.
Cõsidera in ipsis statim libri principijs, qua doctri
næ ratione sit usus. Vide quòd aggressus hoc opus
scribere, nõ abs re dicebam, hunc librum arbitrio
sancti spiritus conscriptum esse. Quam prædi
xit, inquit, spiritus sanctus per os Dauid.] Per
pende quomodo prophetam reddit familiarem,
eumq; adducit in medium, sciens & ipsis fratribus
expedire, ut intelligant hoc per Dauid fuisse dic
tum, & nõ per alium prophetam. De Iuda, in
quit, qui dux fuit.] Vide & hic hominis pruden
tem moderationem. Non dicit cõtumeliam, neq; D
insultat, dicens, de scelesto illo, & omnibus scele
ribus inquinato, sed simpliciter quod accidit, indi
cat. Neq; dicit de eo qui prodidit, sed in alios de
torquet crimen, per quos ad hoc deuenit. At ne il
los quidẽ acriter mordet. Qui dux, inquit, fuit
comprehendentibus Iesum.] At priusquam elo
quatur ubi prædixerat hoc Dauid, narrat quod ac
cidit Iudæ, ut ex præsentibus crederent futura, o
stenderetq; Iudã iam dedisse pœnas. Quoniam
connumeratus erat nobiscũ, & sortitus est sortem
ministerij huius. Hic quidẽ igitur possedit agrum
ex mercede iniquitatis.] Moralem reddit sermo
nem, & latenter crimen aperit, quod ita cõducat
ad correptionẽ. Non dicit, Iudæi possederũt: sed,
hic agrum possedit. Etenim quoniam infirmorũ

animi non tam respiciunt ad futurã, quàm ad præ
sentia, de uindicta præsente commemorat. Et
suspensus crepuit medius.] Recte non in pecca
to, sed in ultione sermonem facit acriorem. Et
effusa sunt, inquit, omnia uiscera eius.] Hoc audi
entibus adferebat consolationem. Et innotuit
omnibus habitantibus Hierosolymis, adeò ut uo
caretur ager ille propria ipsorum lingua Aceldа
ma, hoc est, ager sanguinis.] Iudæi quidẽ hoc co
gnomen indidere agro, non ob agrum ipsum, sed
propter Iudam. Nam is agrum adduxit in hoc no
uum cognomen, impietatis suæ cognomen ferẽs
ab hostibus. Id sentire Lucã declarat, tum id quod
ait, nominauerũt: tũ illud quod mox subijcit, pro
pria ipsorum lingua. Deinde post digressionẽ no
minatim prophetæ uerba subijcit, dicens: Scri
ptum est enim in libro psalmorum, Fiat cõmora- Psal. 68
tio ipsorũ deserta, nec sit qui inhabitet in ea.] Hoc Psal. 108
de loco, deq; domo: & episcopatũ eius accipiat al
ter: hoc est principatum, sacerdotiũ. Proinde non
hæc accidunt, inquit, meo consilio, meaq; uolũta
te, sed illius qui hæc prædixit, ne uideret ipse rem
arduam coronari, sed talem cui Christus testẽ ad
hibuerit prophetã. Oportet igitur, inquit, è no
bis cõgregatis in omni tempore.] Quamobrem
cõmunicat hoc negocium cum illis: Ne res uerte
retur in pugnam, ac delaberetur in cõtentionem.
Nam si his ipsis hoc accidit, multo magis accidis
set illis. Semper autem hoc deuitat, quamobrem
exordiẽs dicebat, Viri fratres oportet eligere è
nobis.] Multitudini permittit iudiciũ, simul eos
qui eligebantur, reddens reuerendos, & seipsum
liberans ab inuidia simultateq;, quæ poterat à cæ
teris oboriri. Nam hęc semper ingẽtia gignit ma
la. Quod igitur sic oportuit fieri, docuit adducto
prophetæ testimonio. E quibus autẽ oporteat fie
ri electionem, ipse interpretatur dicens, Et con
gregatis nobis per omne tempus. Etenim si dixis
set, modestos oportet adesse, cæteros affecisset cõ
tumelia. Nunc autem tempori permisit iudicandi
negocium, nõ simpliciter dicens congregatis, sed
addit: In omni tẽpore quo exiuit & intrauit ad
nos dominus Iesus, exorsus à baptismo Ioannis us
que ad diẽ quo assumptus est à nobis: testẽ resurre
ctionis eius nobiscum fieri unum ex his.] Vt fie
ret quid? Ne chorus nõ haberet suum numerum.
Quid? An nõ licebat ipsi eligere? Licebat, & qui
dem maxime. Verum id nõ facit, ne cui uideretur
gratificari. Quanquam alio qui nondum erat par
ticeps spiritus. Et statuerũt, inquit, duos, Ioseph
qui uocabatur Barsabas, cognomento Iustum, ac
Matthiam.] Non ipse eos statuit, sed omnes. Cæ
terum sentẽtiam ipse protulit, sed hanc quoq; de
clarans suã non esse, sed è supernis profectã iuxta
prophetiam. Itaque recitator fuit, non præceptor,

Ioseph qui dicebatur Barsabas, cognomẽto Iu
stus.] Fortassis ob multos cognomines posuit &
agnomen & cognomen, quandoquidem & inter
apostolos complures erãt cognomines, Iacobus
Zebedæi, & Iacobus Alphæi: Simon Petrus, &
Simon Zelotes: Iudas Iacobi, & Iudas Iscariotes.

Quanquam

Quanquam iuxta alium sensum ex uitæ mutatio- A
ne, aut fortassis ex instituto cognomen est additũ.
Statuerunt, inquit, Ioseph, qui uocabatur Barsa
bas, cognomento Iustum, & Matthiam. Et oran
tes dicebãt, Tu domine qui nosti omnium corda,
ostende quem elegeris ex his duobus unum, ut ac
cipiat sortem ministerij huius, & apostolici mune
ris: unde præuaricatus est Iudas, ut abiret in locũ
suum.] Recte cõmemorant illius peccatum, de
clarantes se testem quærere, hõ supplentes nume
rum, sed non sinentes eum imminui. Et dede
runt sortes suas.] Quóniam non erat spiritus, sor
tibus rem peragũt. Et cecidit sors super Matthiã.
& suffragijs additus est undecim apostolis. Tũc
ait, reuersi sunt Hierosolymã à monte qui dicitur
Oliueti, qui abest ab Hierosolymis iter sabbati.] B
Hoc ait, ut declararet illos nõ facere longum iter:
Ne quid terroris accideret, pauẽt adhuc metuũtq;
sibi. Quum essent ingressi, ascenderunt in cœna
culum.] Non enim audebant in ciuitatem compa
rere. Ac recta ascenderunt in cœnaculũ, ne prom
ptum esset ac facile illos cõprehendere. Et erãt,
inquit, unanimiter perseuerantes in deprecatio
ne.] Vides quàm fuerint uigilãtes. Duo quędam
de illis testificatur, alterum quòd in precibus per
seuerarẽt, alterum quòd unanimiter uelut hoc eo
dem animo facientes. Ioseph itaq; forsitã iam erat
uita defunctus, eoq; noluit huius facere mentio
nem. Neq; enim cum fratres credidissent ille erat
incredulus, qui crediderat ante omnes. Quapro
pter non uidetur uulgari more ad hunc attende- C
re, uelut ad hominem, id quod declaratur ex eo q;
Luc. 2 mater dicit, Ego & pater tuus dolentes quærebа
mus te. Ante omnes igitur ille cognouit dominũ.
Ioan. 7 Ad fratres aũt dicebat Christus, Non potest mun
dus uos odisse, me aũt odit. Vide uero Iacobi mo
destiam. Is acceperat Hierosolymis episcopi mu
nus, & tamen hic nihil loquitur. Considera autem
& aliorum discipulorum singularem modestiam,
quo pacto concedunt ei solium, nec amplius am
bigunt disceptantes inter sese. illorum enim eccle
sia talis erat qualis est in cœlis, nihil habẽs rerum
mundanarum, non parietibus, non marmoribus,
sed feruore eorum qui conuenerant, relucens.

Erant, inquit, fermè centum uiginti.] Fortassis
septuaginta quos selegerat, aut alij quoq; probio D
res, qualis est hic Ioseph, Matthias, mulieres quę à
Galilæa sequutæ fuerant illum, & simul & ubiq;
adfuerant. Hæc doctoris prouidentia. Primus hic
doctorem cõstituit: Non dixit, nos ad docendum
sufficimus. Vsque adeò aberat ab omni inanis glo
riæ studio, & ad unum tantum spectabat. Quan
quam autem habebat constituendi ius par omni
bus, tamen hæc congruenter fiebant ob uirtutem
uiri, & ob hoc quòd tum temporis, præfectura nõ
honos erat, sed cura subditorum. Ea res nec patie
batur eos qui eligebantur efferri, quòd ad pericu
la uocabantur, nec eos qui non fuissent electi, ue
luti contẽptus affici mœrore. Tametsi nũc nõ eo
dem fit modo, sed prorsus diuerso. Ecce cẽtum &
uiginti erant, & unũ duntaxat postulat è tota mul

Christo: 3

titudine. Meritò primus omnium autoritatẽ usur
pat in negocio, ut qui omnes habeat in manu. Ad
hũc enim dixit Christus, Et tu aliquando conuer- Luc. 22
sus confirma fratres tuos. Quoniam, inquit, con
numeratus erat nobiscum.] Quapropter oporte
bat alterum proponere, ut illius loco fieret testis.
Iam illud uide, quomodò præceptorem imitatur,
ubiq; loquens è scripturis, neq; quicquam adhuc
loquens de Christo, quoniam id ipse dominus an
tè crebrò iusserat. Neq; hic mentionẽ facit proditionis Iudæ. Velut illud, Os peccatoris & os do- Psal. 108
losi super me apertum est. Verum hoc loco tãtum
ultionis facit mentionem. Id enim ad hoc usq; tem
pus expediebat. Ea res maxime declarat rursum
domini humanitatem. Quoniã, inquit, conuer
satus erat nobiscum, & acceperat sortem minis
terij huius.] Sortem eius ubiq; uocat, declarans to
tum esse gratiæ electionisq; dei, simul commone
faciens illos uetustæ legis, quòd dominus sic eum
sorte asciuisset, quemadmodum asciuerat Ieuitas.
Et immoratur his quæ dicuntur de Iuda, eo quòd
proditionis merces eadem esset præco uindictæ.

Parauit, inquit, agrũ ex mercede iniquitatis.]
Vide quomodo quod factum est, fuerit diuinæ di
spẽsationis. Iniquitatis, inquit. Multæ sunt iniqui
tates, sed hac nihil unquã factum est iniquius. Ita
que iniquitatis erat negocium. Neq; præsentibus
tantum innotuit quod factum est, uerũetiam po
steris omnibus. Inscientes igitur eum sic nomina
uerunt locum, nõ data opera, quemadmodum &
Caiaphas inscius edidit prophetiã. Ita deus com
pulit eos sic edere uocabulum Hebraicũ Aceldа
ma. Hinc enim patefiebãt etiam mala quæ Iudæis
erant superuentura. Hactenus ostendit ex parte
euenisse quod erat prædictũ hisce uerbis, Bonum Mar. 14
erat, si natus non fuisset homo ille. De Iudæis au
tem conuenit eadem dicere. Etenim si punitus est
qui fuit dux, multo magis & isti. Sed horum nihil
adhuc loquitur. Post hæc declarans, quòd de eo
congruenter dici debeat Aceldama, allegat pro
phetã dicentem, Fiat cõmoratio eius deserta.] Psal. 68
Quid enim desertius esse possit sepulchro? Itaq;
meritò debuit hoc nomine uocari ager. Etenim qui
precium numerauit, etiam si fuerunt alij qui eme
rant, tamen is meritò pro domino habebatur ma
gnæ desolationis. Hæc desolatio prooemium est D
Iudaicæ desolationis, si quis diligenter expendat.
Nam & ipsi seipsos occiderũt fame, multosq; per
emerũt, & ciuitas uersa est in sepulchrum hospi
tum ac militum. Nam nec illos patiebantur sepeli
ri: neq; enim sepultura fuerant digni. Oportet
igitur, inquit, ex nobis qui congregati sumus ui
ris.] Vide ut illos uoluit esse spectatores. Quan
quam spiritus erat ad futurus, tamen huius rei ma
gnam curam habebat. Congregatis, inquit, no
bis uiris, in omni tempore quo egressus & ingres
sus est ad nos dominus Iesus.] Significat illos ha
bitasse cum eo, nõ simplicit er ut discipulos adfuis
se. Nimirum iam tum ab initio multi sequebantur
eũ. Vide igitur quomodo id declaret, dicẽs, Erat
unus ex duobus qui audierant à Ioanne, & secuti

u 2 sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt Iesum. In omni, inquit, tẽpore quo ingressus & egressus est apud nos dominus Iesus, incipiens à baptismo Ioānis.] Pulchre. Etenim quæ prius fuerant facta, nemo nouerat edoctus, sed spiritu didicerant. Vsq; ad diem, inquit, quo assumptus est à nobis, ut testis resurrectionis eius nobiscum fiat unus ex his.] Non ait, Ceterorum testis, sed tantum testis resurrectionis. Siquidem illi magis erat habēda fides, qui poterat dicere, Qui edebat, qui bibebat, qui crucifixus est, idē resurrexit. Itaq; nō oportebat esse testem, neq; priorum temporū, neq; prodigiorū quæ post gesta sunt. Nam quod quærebatur id erat, resurrectio. Siquidē illa erant manifesta & in confessis, hæc autem clàm facta est, hisq; solis erat manifesta. Neq; dicūt, angeli retulerūt nobis, sed uidimus nos. Vnde liquet istud? Ex miraculis quę facimus. Ob id potissimū id temporis digni erāt quibus crederetur. Et sta tuerunt, inquit duos.] Quare nō multos? Ne maior fieret animorum perturbatio, néue res in multos distraheretur. Neq; temere non præfert illum, ut delicet ostendens eum frequenter qui apud homines in precio est, apud deum esse inferiorē. Omnes tamen communiter orant dicentes, Tu domine qui nosti corda omnium, ostende.] Tu, inquiunt, non nos. Apte cordium cognitorē appellant. Hinc enim erat electio facienda. Hoc pacto confidebant, quòd oporteret omnes unum fieri. Non dixerunt elige, sed ostende electum: hoc est, quem tu elegisti, scientes quòd omnia prius à deo fuerāt destinata. Ex his duobus ut unus accipiat sortē huius ministerij et apostolici muneris.] Hoc ideo dicūt, quòd esset aliud ministerium. Et dederunt eis sortes.] Nondū iudicarunt sese esse idoneos, ut ipsi ex sese facerent electionem, eoq; cupiūt aliquo signo edoceri. Alioqui si illic ubi nec erat deprecatio, neq; uiri probi, tantū ualuit sors, Ionæ 1 eo quòd recto animo fieret super Iona: multo magis hic expleuit chorum, ac perfecit ordinem, nec alter ille præteritus doluit. Non cælarunt apostoli, si quid habuerūt minus perfectum, qui quidem de ipsis primoribus nō ueriti sunt dicere, quòd alicubi cōmoti fuerunt, idq; nō semel, sed semel atq; Expatiatur iterum ac sæpius. Hos igitur & nos imitemur. Nō iam omnibus loquor, sed his tantum qui principatum affectant. Si credis dei esse electionem, ne indigneris: illi enim indignaris, & aduersus illum irritaris. Illius enim est electio. Quòd si ipse elegit, Gen. 4 tu uero audes huic indignari, idē facis quod Cain. Oportet enim probare quod deo placuit. At ille quoniam prælata est uictima fratris, incensus est, indignatus est, cum oporteret compungi. Ego uero non hoc dico, sed quòd deus nouit utiliter dispensare. Fit enim crebro, ut tu qui moribus es humanioribus, non sis idoneus. Rursus est tibi uita inculpata, mores q; liberales, cæterum in ecclesia nō his tantum opus est. Quin & alioqui alius ad aliud est appositus. Nō uides quot uerba faciat super hac re scriptura diuina? Sed si quando ob aliquā causam res deuenerit ad contentionē, nō tanquam ad principatum aut præfecturam fratrum A accedamus, sed tanquam ad illorum honorem ac refocillationem. Etenim si nouisses quòd Episcopus debet omniū onera gestare, quòd alijs irascentibus datur uenia, ipsi uero nequaquā: quòd alijs peccātibus supersit excusatio, ipsi uero minimè haud quaquam festinasses ad primatum, haud quaquam accurrisses. Hic enim omniū linguis expositus est, omnium iudicijs obiectus, & sapiētium & insipientiū: curis perpetuis obtunditur, tum diurnis tum nocturnis. Multos habet quibus est inuisus, multos habet inuidentes. Nec em̄ mihi loquaris de his qui nihil non faciūt ad gratiam, qui dormire cupiunt, uelut ad quietem accedūt, ad negociū. De his non loquor, sed de his qui uigilant pro animabus uestris, qui subditorū salutem anteponunt suę. Dic mihi, si qui decem habet filios subditos, assidue cum ipso uiuentes, cogitur sine intermissione curam illorum agere: quid non patietur hic qui tot habet, nō domesticos, sed obediētiam habentes in sua ipsorū potestate? Sed habetur, inquiunt, in honore. Quis honos? Pauperes triobolares conuicia iaculantur in illum in foro. Cur igitur illis non occludit os? Admodum sanè. Non enim opus episcopi narras. Rursus nisi semet omnibus præbeat, & his qui uiuūt in ocio, & his qui in negocio, mille undiq; criminationes. Nemo metuit accusare ac traducere. Nam in principibus urget metus, in his uero nequaquam, quando dei timor apud istos ualet nihil. Quis eloqui possit in diecēdo docendoq; solicitudinem? Quis difficultatem in electionibus? Fortassis aut ego sum uehementer infirmus & infelix, nihilq;, aut sic habet res, nihil à naui quæ fluctibus iactatur, differt sacerdotis animus. Vndiq; premit̄ ab amicis & inimicis, à suis & ab alienis. Nónne terrarū orbis imperiū tenet imperator? Hic aūt unius ciuitatis episcopus est. Sed tāto plus curarū habet hic, quantū interest inter aquā fluminis uento agitatam, & intermare intumescens & insaniens. Quamobrem tandem? Quoniam illic complures sunt qui adiuuant, eo quòd legibus ac mādatis omnia peragūtur: hic uero nihil tale. Neq; enim licet ex autoritate præcipere. Verum si uehementer cōmoueatur, D audit crudelis: si parum uehementer, audit frigidus. Sed oportet hæc duo contraria cōcurrere, sic ut neq; contemnatur, neque odio habeatur. Quin & alias ipsa negocia præueniūt occupātq;. Quàm multos cogitur offendere, uolens nolens? Quàm multos obiurgare, uelit nolit? Non temere dico, sed ut affectus sum ac sentio. Nō arbitror inter sacerdotes multos esse qui salui fiant, sed multo plures qui pereant. In causa est, Quoniā res excelsum requirit animum. Multas enim habet causas quæ depellant ipsum à suis moribus, & innumeris oculis illi opus undiq;. Non uides quàm multas res oportet adesse episcopo, ut sit appositus ad docendum, ut tolerās malorum, ut tenax sit ac fidelis in doctrina sermonis? Quantæ hoc difficultatis? & quòd alij peccāt, illi imputatur. Nihil dico preterea, si uel unus tantum decedat, non initiatus, nónne totam ipsius subuertit salutē? Vnius enim animæ

mæ perditio tantam habet iacturam, uti nulla ra- A tio possit æstimare. Etenim si unius animæ salus tanti est, ut ob hanc filius dei fieret homo, tantaq; pateretur, perditio cogita quātam conciliabit pœnam. Quòd si quis ob hominem in hac uita perditum, morte dignus est, quāto magis ille? Ne mihi dixeris igitur, Peccauit presbyter, aut diaconus, omniū horum crimina redūdant in caput eorum qui hos elegerunt. Rursus aliud dico: Euenit ut quis successionem accipiat uirorum improborū, quid consilij capiat, hæret, peccatis prætutus. Vtrinq; præcipitium est. Nec illum oportet amittere, nec alios offendere. Quid? An excutiendus est prior? Verum non adest occasio. An omittēdus? Certè, inquis. Nam eius est culpa qui elegit. Quid igitur? Non oportet eligere quenquā, nec in aliū B reuocare gradū? Verum ita fiet, ut omnes norint illum esse malum. Itaq; rursus alio offendit modo. Ergo ad maiorem gradum promouēdus est? Hoc multo deterius. Proinde si quis ad summum sacerdotium accesserit, uelut ad solicitudinē & curam, nullus illud facile susceperit. Nunc autem non aliter quàm prophanos magistratus, & hanc affectamus dignitatem, nimirum ut glorificemur, & honoremur apud homines, perdimur apud deum. Quid lucri fert hic honos? Quomodo demonstratum est eum esse nihil? Cum concupiscens sacerdotium, ex aduerso pone criminatiōes quas illi perpeti necesse, pone uitam à negocijs liberam, pone supplicij modū. Quoniam si pecces priuatim, nihil tale passurus es: sin in sacerdotio, periisti. Repu C ta quam multa sustinuerit, in quàm multis philosophū præstiterit Moses, quam multa præstiterit bona: sed quoniam peccarat unum peccatum, acerbe punitus est, idq; meritò, quippe cum id aliorum iactura factum sit. Itaq; grauiores pœnas dedit, non solum ob id quod propalàm factū est, sed & quòd esset sacerdotis peccatum. Neq; enim similī pœna plectimur pro commissis manifestis et occultis. Propterea quòd peccatū quidem idem est, iactura non est eadem, imò ne peccatum quidem est idem. Neq; enim idē clàm occulteq; peccare, & in propatulo. Episcopus autem nō potest peccare clàm. Bene enim cū illo agitur, si non peccans liber esse possit à criminationibus, tantū abest, ut peccās id possit. Si uel irascat, si uel rideat, si D uel somnum relaxationis cōcupiuerit: multi sunt qui scommatis incessant, multi qui offendantur, multi qui leges præscribant, multi qui priorū memoriam refricent, & præsentem deiciant, idq; faciunt non ut illos laudent, sed ut hunc mordeant. Dulce aiunt bellum inexpertis. Hoc & nunc conuenit dicere, imò potius hoc dicimus prius quàm ueniamus in certamen. Cæterum posteaquam eò descendimus, sic nos gerimus, ut popularis conditionis hominibus etiam ignoti simus. Non enim est nobis bellum aduersus eos qui potentia opprimunt pauperes, neq; sustinemus propugnare gregē, sed ad exemplū pastorū, quorū meminit Ezechiel, mactamus ac deuoramus. Quis nostrū pręstat tantā solicitudinem pro ouibus Christi, quan Ezech. 34

tam præstitit Iacob erga greges Laban? Quis potest recensere toleratum noctis gelu? Ne uero mihi dixeris perui gilatas noctes, tantamq; curam exhibitam. Totum itaq; contrarium est. Primates ac prefecti non tanto potiuntur honore, quanto qui præest ecclesiæ. Si ingrediatur in aulam regiam, quis prior? Si apud matronas, si in ædibus uersetur magnatum, nullus alius illi præfertur honore. Perierūt omnia corruptaq; sunt. Hæc loquor non ut uobis pudorem iucutiam, sed ut uestram cohibeam cupiditatem. Quem enim cōscium adibis, si procuraris uel per teipsum, uel per alium? Quibus oculis obtueberis illum qui tibi fuit auxilio? Quid habebis quod excuses? Etenim qui nolens & inuitus cōpulsus est, habiturus est aliquam excusationem. Quanquam maxime & hic priuatus est uenia, nisi quòd ad hoc collatus habet aliquid excusatiōis. Cogita quid acciderit Simoni. Quid enim refert si nō das pecuniam, sed pecuniæ loco adularis, subornas, multaq; machinaris? Pecunia Act. 8 tua sit tecum in perditionem, ad illum dictum est. Et his dicetur, Ambitio tua sit tecum in perditionem, quoniam putasti ambitu humano parari donum dei. Verum nullus fortassis est talis, Vtinam non sit. Cupio siquidem nihil horum ad uos pertinere quæ loquor. Sed interim ipse sermonis tenor in harum rerum mentionem me deduxit. Neq; enim quoties loquimur aduersus auaritiam, aduersus uos loquimur. imò nec prorsus aduersus ullū. Vtinam contingat, ut remedia frustra sint à nobis parata. Talia sunt medicorum uota, nihil aliud posse stulantium, nisi ut post multum laboris insumptū prorsus abiiciantur pharmaca. Idem & nos optamus, ut nostra uerba prorsus in aerem dicantur, & uerba tantum sint. Equidem omnia prompte sustinuero, ut non sit opus hæc dicere. Quin si uultis, tacebimus, tantum ut silentium careat periculo. Nec enim arbitror quenquam, quamuis admodum gloriæ sitientem, nisi uocet necessitas, uelle prorsus episcopum designari. Concedemus uobis doctrinam. Nam hæc maior est doctrina, quæ docet ipsis factis. Quando quidem & medici sunt optimi, qui tametsi morbus ægrotantium adfert ipsis mercedē, cuperēt tamē suos amicos uti prospera ualetudine. Et nos cupimus omnes bene ualere. Nō enim cupimus, ut nos probati simus, uos autem reprobi sitis. Optarim si fieri possit, ut ipsis oculis meam erga uos charitatē ualeam ostendere. Id si fiat, nullus posthac mihi culpā ullā impingeret, etiāsi sermo meus fuerit uehementer asper. Etenim quæ ab amicis dicuntur, etiamsi contumeliam habeāt, tolerabilia sunt. Magis enim credendum uulneribus amici, quàm spontaneis inimici osculis. Nihil mihi uobis clarius, ne lux quidē ista: Optarim enim ipse uel millies execrabilis esse, si queam per hoc uestras animas conuertere. Adeò mihi luce dulcior est uestra salus. Quid enim mihi prosunt solis radij, si dolor per uos obortus, multam caliginem offundat oculis? Tunc enim bonū est lumen, quum in gaudio exoritur. Nam animæ mœrenti, etiam molestum uidetur esse. Cæterum

Universidad de Deusto
Biblioteca

non mentiri me quæ loquor, utinam non contingat unquam experimento discere. Verum si quando contigerit uestrũ peccare quempiã, dormienti mihi obuersamini. Emoriar, nisi uideor similis dolore exanimatis, nisi attonitus: & ut uerbis propheticis utar, etiam ipsum lumen oculorum meorum non est mecum. Nam quæ spes nobis, si uos non proficiatis? Rursus quãtum animi solatium, si uos probati fitis? Gestire mihi uideor, quoties boni quippiam audio de uobis. Implete meũ gaudium. Hoc solum adfero ad uotum, quoniam desidero profectum uestrum. Quòd aduersus omnes decerto, hoc est, quoniam diligo, quoniam cõglutinatus sum, quoniam omnia mihi uos estis, & pater & mater & fratres ac liberi. Itaq; ne quid eorũ quę à me dicuntur, arbitremini ab odio uestri proficisci, sed in hoc dici, ut corrigamini. Frater, inquit, qui à fratre adiuuatur, ut ciuitas munita. Ne igitur aspernemini. Neque enim ego cõtemno, si quid dicere uoletis, sed cuperem & à uobis corrigi, cuperem discere. Omnes enim nos fratres sumus, unus autem est noster magister. Quanquam & inter fratres fas est ut unus præscribat, ac cæteri obtemperent. Ne igitur aspernemini, sed omnia faciamus in gloriam dei: Quoniam ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

Psal. 17

Prouer. 18

A

B

ET DVM COMPLERENTVR DIES Pentecostes, erant unanimiter congregati in unum: & factus est repente de cœlo sonitus. Homilia IIII.

C

Cap. II

Væ est hæc Pentecoste? quum falx mittenda esset in messem, quum fructus essent colligẽdi. Vides typum? Vide iam ueritatem. Quum falx sermonis esset adhibenda, quum colligendæ fruges: tũc spiritus ille uelut acuta falx advolauit. Audi enim Christum loquentem, Attolli

Ioan. 4

te oculos uestros, & uidete regiones, quòd iam albæ sunt ad messem. Ac rursum, Messis quidẽ mul-

Luc. 10

ta, operarij uero pauci. Vnde ipse prior falcem misit in messem, propterea quòd ipse segetis primitias subuexit in cœlum, nostra assumpta natura, atque hãc ob causam appellat messem. Dum complerẽtur, inquit, dies Pentecostes:] hoc est, nõ ante Pentecosten, sed circiter, ut ita loquar, Pentecosten. Nam oportebat festi tempore rursus hæc fieri, ut qui cruci adfuerant Christi, ijdem hęc quoq; spectarẽt. Et factus est repẽte de cœlo sonitus.] Quare id non est factum absq; signis sensibus expositis? Quoniã si quum hoc accidisset, dixerunt, musto pleni sunt: quid nõ dixissent, si signum non fuisset additum? Neq; tantũmodo repente factus est sonitus, sed ut magis excitaret illorum animos totam etiam domũ repleuit. Miram spiritus uehementiam expressit. Præterea demonstrat omnes fuisse congregatos, ut simul & qui aderant, crederent, & discipulos eo munere dignos ostenderet. Nec id accidit modo, uerumetiã quod multo cognitu est mirabilius: Et uisæ, inquit, sunt illis dispertitæ linguæ, uelut igneæ.] Recte ubiq; additũ est, uelut, ne quid sensibile de spiritu suspicaremini. Velut igneæ, inquit, & uelut flatus. Nec enim uẽtus erat simpliciter per aerem diffusus. Ac tum quũ Ioanni deberet innotescere spiritus, uelut columbæ specie, in caput Christi uenit: nunc uero quum tota multitudo cõuertenda esset ad fidem, uenit in specie ignis. Et insedit singulis illorũ:] hoc est, mãsit apud illos, & in illis requieuit. Nam sedẽdi uerbum stabilitatem ac mansionem declarat. Quid autem, an in duodecim uenit tantũ, non etiam in cæteros? Nequaquam, sed uenit etiam in illos centum uiginti. Neq; enim temerè Petrus allegauit prophetæ testimoniũ, dicens: Et erit in no-

Ioel. 2

uissimis diebus dicit dominus deus. Effundam de spiritu meo super omnem carnẽ, & prophetabũt filij uestri & filiæ uestræ & iuuenes uestri uisiones uidebunt, & senes uestri somnia somniabunt. Animaduerte quòd ut nõ solum obstupescas, uerumetiã gratia implearis, ideo uenit in spiritu sancto & igni. Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperũt loqui uarijs linguis, prout spiritus dabat illis loqui.] Non accipiunt aliud signum, sed hoc primum: erat enim nouum, nec erat opus alio signo. Insedit, inquit, singulis illorum.] Ergo & illi qui nõ fuerat assumptus, eoq; iam nec dolet se nõ fuisse electum, quemadmodum fuit Matthias.

B

C

Et repleti, inquit, sunt omnes.] Recte sic locutus est, nec enim uulgariter acceperunt gratiã spiritus, sed eousq; ut implerentur, Et cœperũt loqui uarijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Quum & apostoli essent illic prẽsentes, haud quaquã dixisset omnes, nisi cæteri quoq; fuissent participes. Alioqui cũ illos antea seorsum acnominatim sit eloquutus, nunc non coniunxisset illos in eodem negocio, nisi fuisset omniũ commune. Etenim si tum quum loquendum esset, quãdo priuatim aderant, apostolorũ meminit, multo magis hic idem fecisset. Illud autem considera, quum instant deprecationi, quum charitatem inter se habent, tũ aduenit spiritus. Ad hæc quomodo etiã commonefecerit illos alterius uisionis, quum ait, uelut ignis, quando quidem & in rubo uelut ignis apparuerat. Prout spiritus dabat illis loqui.]

D

Hoc pacto loquitur, indicans apophthegmata ac uelut oracula esse, quæ ab illis dicerentur. Erant autem Hierosolymis habitantes uiri ludęi religiosi.] Hoc ipsum habitare, signum erat religionis. Quomodo? Quia quum essent è tam multis profecti nationibus, tamen & patria, & domo, & cognatis relictis habitabant illic. Erant enim, inquit, Hierosolymis habitantes ludæi uiri religiosi ex omni natione quæ sub cœlo est. Quum autem facta esset hęc uox, conuenit multitudo, & confusa est.] Quoniam id quod fiebat, in domo gerebatur, meritò qui foris erant, cõcurrebant. Confusa est multitudo.] Quid est, confusa est? Turbata est, admirati sunt: deinde declarãs qd admirarent, adiungit, Quoniã eorũ singuli audiebãt illos propria cuiusq; lingua loquentes. Et cõuenit multitudo, & inter se dicebãt, Nõne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt?] Hæc dicunt respicientes ad apo-

ad apostolos, & addunt: Quomodo nos audimus illos propria cuiusq; lingua loquẽtes in qua nati sumus? Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui incolunt Mesopotamiam, Iudæam simul & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam pariter & Pamphyliam, Ægyptũ & eius partes Lybiæ, quæ est circa Cyrenẽ: præterea qui hic agunt Romani, partim Iudæi, partim proselyti, Cretenses & Arabes, audimus eos loquẽtes nostrarum linguarum proprietatibus magnifica dei. Stupuerunt autem omnes & hæsitabant inter se dicentes, Quid hoc uult esse? Vides quemadmodum uelut alati terrarum orbem percurrerint. Alij uero subsannabant illos, dicentes, musto repleti sunt. O uesaniã, ò malitiam inauditam. Atqui ne tempus quidem illud habebat mustum. Erat enim Pentecoste. Quodq; mirabilius est, quum omnes confiterentur, & qui erant Romani, & qui erant aduenæ, fortasse & hi qui dominũ in crucem egerant, illi post argumenta tam multa dicunt, musto repleti sunt. Sed rursus ab initio quæ dicta sunt consideremus: Repleuit, inquit, domum flatus, & facta est ueluti piscina plena aquarũ est. Porro ignis arguit gratiæ copiam ac uehemẽtiam. Nequaquã idem accidit in prophetis: sed tum quidẽ sic accidit illis, prophetis autem alio modo. Nam capitulum libri datum

Ezech. 3 Hiere. 1

Ezechieli, edebatq; quę dicturus esset. Eoq; dictũ est, Factum est in ore eius ut mel dulcescens. Rursus manus domini tetigit linguã alterius prophetæ. Cæterũ hic ipse spiritus operatur omnia. Tanta est inter patrem & filium æqualitas. Ac rursus

Ezech. 2

alius alibi, Lamentatio, & canticũ, & uæ. Illis meritò in libris datũ est donũ. Adhuc enim eis opus erat parabolis. Quin potius ob id, quòd illi prophetæ ad unam duntaxat gentem mittebantur, eamq; peculiarem ac propriam, isti uero ad uniuersum terrarum orbem, & ad nationes hactenus incognitas. Helisæus per exuuium ouillum accepit gratiam, Rursus alius per oleum, quemadmodum Dauid. Moses uero per ignem rubi uocatur. Non itidem hic factum est, sed ipse ignis insedit. Et quam ob causam, dixerit aliquis, non apparuit ignis qui repleuit domum? Quoniã exterriti fuissent: Demonstrat tamen quòd hoc factum sit. Tu uero considera, q; nõ solum dixerit, uisę sunt illis dispertitæ linguæ: sed additum est, ignis. Tam magnus ignis immensam syluam potest incendere. Ac recte dixit, dispertitæ. Nam ex eodem fonte uenerant, ut intelligas occultam uim esse à paracleto missam, qui quidẽ ignis, mũdi peccata quasi syluam exussit. Vide uero & illos primum declaratos eo munere dignos, atq; id temporis spiritu donatos fuisse, sicut & in Dauid factum est. Nam quę fecerat quum esset pastor ouium, eadem fecit & post uictoriam ac trophęũ, quo uidelicet ipsius nuda, simplexq; fides declararetur. Rursus considera Mosen, qui & ipse regiam aulam contẽpsit, & Samuelem qui post quadraginta annos quum populi rem administrasset, tamẽ adhuc nutriebatur in templo: specta Helisæum omnia relinquentem, cumq; his Ezechielem. Porrò quòd ad hunc

A

C

D

modum res illis gesta sit, perspicuum est etiam ex his quæ sequuta sunt, quandoquidem & hi facultates suas omnes pro desertis habuerant. Eoq; tũ accipiunt spiritum sanctum, posteaq; suæ uirtutis dedere specimẽ. Didicerant humanam infirmitatem ex his quæ ipsis acciderant: didicerant quòd ea quæ pie fecerant, frustra gesserint. Sic & Saul prius dum adhuc testimonium haberet quòd uir bonus esset, tum accipiebat spiritum. Sed eodem modo quo nunc discipuli, nemo alius. Quin potius ne Moses quidem prophetis maior. Nam ille quũ oporteret alios afflari spiritu, ipse diminutus est. Hic uero nõ eodẽ modo sed quemadmodum ab igni, quotquot uolet aliquis lucernas accẽdit, nec ignis imminuitur: ita & in apostolis tum temporis accidit. Non enim per ignem tantum gratię largitas demonstrabatur, sed unusquisq; spiritus fontem accepit: sicut et ipse fontem aquę salientis

Ioan. 4

in uitam æternam dixit accepturos eos, qui in ipsum crediderint. Idq; ualde cõgruenter. Neq; enim cum Pharaone disceptaturi abierãt, sed cum diabolo luctaturi: quodq; mirabilius est, quũ mitterentur nihil excusarunt, neq; dixerunt se graculi uoce esse linguæq; inexplanatæ. Siquidem Moses illos in hoc erudierat. Non dixerunt se iuniores esse. Nam Hieremias hic illos reddit uerecundos. Atqui multa audierãt terribilia, multoq; plura quàm illi, & tamen ueriti sunt contradicere. Ex quo liquet illos lucis angelos fuisse, & cœlestium negociorum administratores. Attamen istis quidem nullus è cœlo apparuit adhuc in terris agentibus. Sed posteaq; abijt homo superna petens, simul spiritus è supernis delabit. Quasi ferretur, inquit, flatus uehemens.] Per hoc perspicuum facit, neminẽ fore qui possit illis resistere, sed ab eis aduersarios ceu puluerẽ dissipandos. Et repleuit totam domum.] Domus mundi typum gerebat. Et sedit super singulos illorum, & conuenit multitudo & confusa est.] Vides illorum religionem, & quomodo non illico pronunciant, sed hæsitant? Alij uero dementes pronũciant dicentes: musto pleni sunt. Quoniam licebat per legem ter quotannis apparere in templo, ideo inhabitabãt illic ex omnibus nationibus uiri religiosi. Hinc perpẽde quàm non adulatur illis qui hæc scribit.

B

Non enim dixit pronunciarunt, sed quid? Quũ facta esset hæc uox, conuenit multitudo, & confusa est.] Meritò. Existimabãt enim ipsis rem ad extrema peruenisse, ob facinus qd ausi sunt in Christũ. Quin & alioqui conscientia perturbabat illorum animos, eo quòd etiamnum in manibus esset homicidiũ, omnes illos reddẽs attonitos. Nõne ecce, inquit, omnes isti qui loquunt Galilæi sunt?] Pulchrè hoc dixit, quandoquidem hoc se esse profitebãtur. Vsqueadeo sonitus illos reddiderat attonitos, quòd hic maiorẽ orbis partẽ cõprehenderit. Illud uero confirmabat apostolos, q; quid tandem esset Parthice loqui, non nouerant, ab illis tamen id temporis scire putabãtur. Porrò gentium meminit quæ illis erant hostes, Cretensium, Arabum, Ægyptiorum, Persarũ, uidelicet declarans,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd eas omnes essent in ditionem suam redactu
ri. Quippe quũ id temporis ludæi essent in capti-
uitate, conueniebat ut illic multi adessent ex gen-
tibus: siue ꝙ iam ad gentes quoq; fidei dogmata
seminata fuerint, & hanc ob causam cõplures ex
illis aderant, ut memorarent quæ audierant. Cer-
tissimũ utiq; nec ullã recipiens contradictionẽ te
stimonium, à ciuibus, ab hospitibus, ab aduenis.

Audiuimus eos loquentes linguis nostris ma-
gnifica dei.] Neq; enim quid libet garriebant, sed
admiranda quædã loquebantur. Vnde merito hę
sitabãt, nunq; enim tale quicq; acciderat. Vide ho
minũ modestiam. Stupebant & hæsitabant di-
centes, Quid uult hoc esse? Alij uero subsannãtes
dicebant, musto pleni sunt.] O impudẽtiam si ob
hoc irridebant. Et quid mirum? Quandoquidem
ipsum etiã dominũ, qui dæmonia pellebat, dæmo
Ioan.8 nium habere dixerunt. Nã ubicunq; fuerit impro
bitas, unũ hoc duntaxat studet, nẽpe dicere. Quid
tandem? non ut dicat rei cõsentanea, sed tantũ ut
dicat, Musto impleti sunt. Prorsus sanè, quũ homi
nes in tantis constituti periculis, extrema metuen
tes, & in tãta uersantes desperatione, eiusmodi au
dent proloqui. At quum id esset minime uerisimi
le, ut audientibus imponant, persuadeantq; illos
esse temulentos, hebetudini crapulæq; rem totam
asscribũt, dicentes eos esse musto plenos. Stans
aũt Petrus cũ reliquis undecim, extulit uocẽ suã,
ac loquutus est illis.] Vides ne illic curiositatem,
hic animi fortitudinem? Etenim si admirabantur,
si stupebant, nonne & illud æque mirandum erat, C
in tam numerosa multitudine in uerba prorumpe
re, hominẽ illiteratũ & idiotam? Nã si quis inter
familiares dicturus perturbatur, quanto magis
hoc accidere debuit apud hostes & uociferãtes?
Quòd aũt ebrij non essent, protinus ex ipsa uoce
declararũt, ꝙ non essent arrepti furore more uatũ,
quodq; nulla ui cõpellerentur. Quid autẽ est cum
reliquis undecim? Cõmunem, inquit, uocẽ ede-
bant, ac Petrus omniũ erat os, sed astabant illi un
decim testimonio suo cõprobantes ea quę ab illo
dicebantur. Extulit, inquit, uocem suam:] hoc
est, multa cum fiducia loquebatur. Id autem facit,
uti cognoscerent spiritus esse gratiam, quũ is qui
uilis puellæ non tulerat percontationem, nunc in
medio populi, cunctis uociferantibus, tanta cum D
fiducia disserat: ut hoc indubitatum esset resurre-
ctionis argumentum, ridentibus interim homini
bus, taliaq; scommata in eos iacientibus tanta uti
libertate. Quantæ putas hoc esse improbitatis,
quantæ impietatis, quantæ impudentiæ, temulen
tię asscribere linguarũ miraculum? Verũ id apo-
stolis nihil attulit tristitiæ, neq; reddidit illos timi-
diores, quum eo tempore audirent in se iaci scom
mata, quando iam aduentu spiritus fuerant instru
cti, ut essent cunctis rebus corporalibus superio-
res. Quoscunq; autem accesserit spiritus sanctus,
eos pro luteis reddit aureos. Iam mihi Petrũ con-
sidera ac reputa, timidus ille, adeoq; timidus, ut
nec mulierculæ uilis percontationem tulerit, qui
uir factus sit, post accessionem & largam suppedi
tationem spiritus. Quin & illud cõsidera, apostо-
lorum concordiam, qui Petro cesserint cõcionan
di ius. Neq; enim oportebat omnes pariter loqui.
Et sublata uoce sua loquitur, quæ res declarat in-
gentem illam fiduciam, animiq; præsentiam. Ta-
le quiddam est esse uirum spiritualem. Tantũ nos-
ipsos præbeamus dignos cœlesti gratia, & omnia
fuerint facilia. Quemadmodum enim igneus ho-
mo si in medias incidat stipulas, nihil lædetur, sed
magis uim exeret suam: Nec enim ille quicq; pa-
titur mali, sed qui his reluctantur, ipsi seipsos per-
dunt: Ita nunc euenit. Imò potius ac si quis ignem
gestans, lucretur cũ eo qui importat fœnũ. Itidem
uidelicet, & apostoli illos adorti sunt multa cũ fi-
ducia. Quid enim obsecro, læsit illos tanta multi-
tudo? Num illis cum egestate & fame fuit conflі-
ctatio? Num cum ignominia & infamia? Num
impostores esse credebant? Nũ irrisionibus & cõ
uitijs præsentium succubuerunt? Nam utraq; hęc
simul in eos incidebãt, eo quòd alij deridebant il-
los, alij etiam scommatis incessebant. Nonne totę
ciuitates furoribus & insanijs illos impetebant?
Nonne seditionibus & insidijs obiecti sunt? Non
ne igni, ferro & bestijs? Nonne undiq; illos innu-
mera bella uallabant? Nonne perinde fuerunt af-
fecti, quasi in somnis uidissent hæc mala, aut in pi
ctura? Quid igitur? Nonne consumpserunt om-
nium furores? Nonne in ipsos animi anxietatem
retorserunt? Nonne illi furore metuq; omniũ ma
xime tenebantur? Nonne periclitabantur, formi-
dabant, ac tremebant? Audi enim illos dicentes,
Vultis inducere in nos sanguinẽ hominis istius?
Atque illud interim mirabilius, ꝙ apostoli nudo
corpore cõsistebant aduersus armatos, aduersus
principes q̃ publicũ in ipsos ius habebãt: imperi-
ti, elingues ac simplices idiotę, aduersus impосto
res & circumuentores, aduersus sophistarũ, rheto
rum ac philosophorũ turbã, qui in Academia Pla
tonis & Aristotelis deambulationibus exercitati
depugnarant, & in Stoicorum porticibus fuerant
occupati. Hos ita superauit Petrus, quasi cum mu
tis piscibus certamẽ fuisset. Nec enim aliter quàm
piscator mutos pisces, ita hic illos superauit. Ac
Plato quidem ille multa nugari solitus, obticuit:
hic uero loquitur, non tantum apud suos, uerum-
etiã apud Parthos, apud Medos, apud Elamitas,
apud Indos, breuiter, in omni loco, usq; ad orbis
terminos. Vbi nunc Græciæ fastus, ubi nomẽ A-
thenarũ, ubi philosophorũ deliramenta? Ille Ga-
lilæus, ille Bethsaidæ natus, ille rusticanus, uniuer
sos illos deuicit. Agedũ, nõne ad nominatã patriã
illius qui uos deuicit erubescitis? Quòd si nomen
ipsum hominis audieritis, Cephas emi dictus est,
multo magis obtegetis faciẽ. Siquidem hoc uos,
hoc, inquã, perdidit, ꝙ expolitã habere linguã lau
di ducitis, ac huius rei imperitia probrosam existi
matis. Nõ ingressi fuistis quã oportuit, sed regali
omissa uia, quæ facilis est ac leuis, operosam illam
ac præruptã difficilemq; calcastis, eoq; non perue
nistis ad regnũ cœlorũ. Quur igitur, dixerit aliquis,
non in Platone & Pythagora operatus est Chri-
stus?

stus? Quoniam Petri mens multo erat, quàm illo-
rum ad philosophiam accõmodatior. Nam illi re
uera pueri erant, ubiq; supra modum gaudentes
inani gloria. Hic uero uir fuit philosophicus &
gratię capax. Quòd si hęc quũ audis rides, mirum
nõ est, quãdoquidẽ & illius temporis homines ri
debant, eos ꝙ musto plenos esse dicebant: uerum
postea quũ perpessi illa tã acerba, ut omes calami
tates superarent, quũ ciuitatẽ uiderent direptam,
quũ incendiũ in altũ subuolans, quũ mœnia solo
æquata, quũ uarias illas debacchationes, quas ne
mo possit oratione consequi, tum non ridebant.
Similiter & uos tunc nõ ridebitis, quũ iudicij dies
ingruerit, quũ gehennę ignis fuerit incensus. Sed
quid loquor de futuris? Vis ostendã qui uir sit Pe
trus, qui Plato? Iam mores illorum si uidetur ex- B
pendamus, uideamusq; quid ambo gesserint. Hic
omnem uitam consumpsit distorquens sese circa
dogmata inutilia superuacaneaq;. Quid enim pro
dest scire, ꝙ anima philosophi fit musca? Re uera
musca est, non in muscam conuersa est, sed acces-
sit animæ in Platone habitanti. Quid hic non est
stultiloquij? Vnde tales nugari nugas illi uenit in
mentem? Homo plenus erat ironiæ, ac zelotypia
laborabat aduersus cunctos. Itaq; quasi studeret
in hoc, ut nec ex sese, nec ab altero quicquam ad-
ferret utile, sic ab alio mutuatus est animarũ trans
migrationẽ, ex sese uero rẽpublicã cõmentus est,
in qua leges prodidit multa refertas turpitudine.
Vxores, inquit cõmunes sũto, nudæ uirgines sub
oculis amatorũ luctantor. Tum genitores, tum fi- C
lij qui gignũtur communes sunto. Quæ tam insig-
nis dementia est, quã ista nõ superent? Ad hunc
igitur modũ habet illius doctrina. Hic porrò non
natura facit cõmunes parentes, sed Petri philoso-
phia. quandoquidem & illud quod Plato docuit,
sustulit. Nihil enim is aliud effecit, nisi ut si quis
uerè pater est, tantũ non ignoretur, & qui non est
inducat, in ebrietatẽ quãdam & sterquilinium cõ
iecit animum. Omnes, inquit, uxoribus audacter
utuntor. Eoq; non expendo Poetarum dogmata,
ne quis me dicat fabulas expendere: sed alias ad-
fero fabulas, Poeticis multo magis ridiculas. Vbi
Poetæ quicq; tam prodigiosum prodiderer Verũ
ille philosophorum Antesignanus, ut habebatur,
& arma addit mulieribus, & galeas, & ocreas, nec D
quicq; dicit hominũ genus differre à canibus. Po
steaq; enim, inquit, inter canes fœmina & mas cõ
municant in factis, cõmunicent & mulieres, cun-
ctaq; sursum deorsum misceantur. Semper enim
per illos hoc egit diabolus, ut ostẽderet nostrum
genus nihil à brutis differre, quando nonnulli in
opinionem tam peregrinam & absurdã uenerũt,
ut animalia rationis expertia, dixerint rationalia.
Vides uero quàm multipliciter debacchatus est
in illis mentibus, posteaq; qui sunt inter illos pri-
mi, docuerunt animam nostram in muscas, canes,
& animãtia bruta transmigrare. Cæterũ q̃ his suc-
cesserunt hoc ueriti dicere, in aliam absurditatem
delapsi sunt, omnem rationalẽ scientiã brutis cum
homine communẽ facientes, ac demõstrantes ea
quæ per nos facta sunt, meliora esse quàm nosi- A
psos. Non solũ aũt hoc, sed & futurorũ præsensio-
nem & religionem apud illa esse prædicant. Cor-
uus inquit, nouit deũ & cornix, & prophetiæ do-
num habent, futuraq; prædicunt, quin & iustitia
adest illis, & respub. & leges, & apud illa canis ha
bet inuidiam, secundum Platonis sententiã. For-
tasse non creditis quæ dicimus. Nec iniuria, quip-
pe sanis imbuti dogmatibus. Nam si quis hoc ci-
bo sit enutritus, nequaq; credere possit, esse homi
nem qui libenter uescatur humanis excrementis.
Proinde quoties illis dicimus, istæ fabulę sunt de-
mentia plenę, non intellexistis, inquiunt. Vtinam
ne intelligamus unq; uestra tam ridicula. Multo
sanè intellectu, sensuq; profundo opus est, ut per-
discam quid sibi uelit tanta impietas, tantaq; rerũ
cõfusio. Ne coruorum more loquamini ó demen
tes quemadmodũ faciunt pueri. Nam re uera pue
ri estis, quemadmodum illi. Petrus uero nihil tale
docuit sed emisit uocem, quæ tanq; lumen in tene
bris uehemẽter refulgens dispulit orbis terrarum
caliginẽ. Verũ mores illius quàm erant masueti,
quàm humani, ut omni gloria inani erant superio
res, ut suspexit in cœlũ, alienus ab omni fastu, idq;
quũ excitaret mortuos? Quod si cui dementium
illorũ tale quid peractũ fuisset, non uerè, sed falla
ci specie, an non protinus arã poposcisset ac tem-
plum ac deo par haberi postulasset? maxime quũ
semper talia somnient, etiã huiusmodi nihil agen
tes. Quid emi illis uult Minerua, Apollo & Iuno?
Genera sunt apud illos dæmoniorum. Et rex est C
apud illos, ideo non recusans mori, ut dijs æqua-
lis habeatur. Verũ apostoli non item, sed cõtra fe
cerunt. Audi enim illos loquentes de claudi sana-
tione, Viri Israelitæ quid nobis intenditis, quasi
nostra potestate nostraue pietate effecerimus ut
hic ambulet? Rursus alibi, Et nos homines sumus
ijsdẽ obnoxij quibus uos. Illic uero multus est tu-
mor, multa arrogãtia, omnia propter honorẽ hu-
manũ, nihil philosophiæ gratia. Vbi quid enim
gloriæ causa geritur, omnia manent uilia. Quòd si
quis habeat quidẽ omnia, sed hoc non obtineat,
tota excidit philosophia, uiolẽtissimo nimirũ tur
pissimoq; affectui obnoxius. Huius inanis glorię
contemptus sufficit ad docendum quicquid est re
rum bonarum, & ad propellendum ex animo om
nem pernicioſam cupiditatem. Quapropter hor-
tor ut & uos magno studio adnitamini morbum
hunc radicitus ex animis euellere, alioqui non po
testis placere deo, nec illius oculi qui nescit ob-
dormiscere, beneuolentiam uobis cõciliare. Om-
nem igitur curã adhibeamus, ut illius in nos pro-
pensionem promereamur, quò simul & præsenti-
um malorum afflictionem effugiamus, & futuri
seculi bono digni inueniamur, per gratiam & be-
nignitatem domini nostri Iesu Christi, cui cũ pa-
tre & spiritu sancto, gloria, imperium, honor nũc
& semper, & in secula seculorum, Amen.

HACTENVS D. ERASMVS ROTEROD.
reliqua ad græca sunt collata per Sigis-
mundum Gelenium.

VIRI

Universidad de Deusto
Biblioteca

VIRI IVDAEI ET QVI INHABITATIS A
Hierusalem omnes, hoc uobis notum esto,
& auribus accipite uerba nostra.

Homilia V.

QVos superius peregrinos dixit, ad il los sermonem hic conuertit. Et uide tur quidē disputare cum illis, uerum reipsa emendat subsannantes. Ita e nim diuina dispensatione euenit, ut quidam irriderent, & sic initio excusationis daretur occasio, doceretq; Apostolus inter excusandum. Magnum sanè encomium arbitrabantur, etiam Hierosolymas inhabitare. Hoc uobis, inquit, notum esto, & auribus accipite uerba mea.] Attentiores iam illos facit, deinde & satisfactionem profert. Non enim sicut uos existimatis B hi ebrij sunt.] Vides quàm placida sit excusatio quamuis enim bonam populi partem fauentem haberet, magna tamen cum mansuetudine illis loquitur, & ante omnia malam suspicionem tollit, & deinde apologiam proponit. Idcirco etiam nō dixit, Non enim sicut uos subsannatis neq; sicut uos ridetis, sed sicut suspicamini: uolens ostendere illos id non dedita opera fecisse, & magis illos ignorantię uelamento honestat, quàm malitię crimine notat. Non enim sicut uos suspicamini hi ebrij sunt. Est enim hora diei tertia.] Et quare hoc dicit, an non & tertia hora inebriari quidam possunt? possunt utiq;. At in hoc non multum immoratur. neq; enim ita se habebant, quemadmodum irrisores illi dicebant. Igitur hinc discimus, non C multos sermones præter necessitatem insumendos. Et alioquin etiam procedente oratione idem confirmatur. Cæterū sermo iam ad omnes fit communiter. Sed hoc est quod dictū est per prophe-
Ioel. 2 tam Ioel. Et erit in diebus nouissimis, dicit dominus deus.] Minime nunc auditur nomen Christi, neque promissio, illius promissio dicitur, sed patris. Vide sapientiam, non progressus est, & dixit statim, quę per Christum facta, & quod ille promiserit hæc mox post suam crucifixionem: nam sic loquens subuertisset omnia. Et profecto dixerit quispiam, sufficiebant illa ad diuinitatem eius ostendendam. Fateor, si fidem illi habuissent prædicationi. At tum hoc agebatur ut fides sibi haberetur, qua non impetrata periculum erat ne impererentur lapidibus. Effundam de spiritu meo super omnem carnem.] Facit & illis spem bonam, siquidem uelint. Sed non permittebat illorum auaritia, quæ scilicet & inuidiæ parens erat. Quam inuidiam ut minuat, Et prophetabunt, inquit, filij uestri.] Neq; uestra, inquit, est hæc uirtus, neq; laus: pertingit hæc gratia usq; ad filios uestros: illorum filios seipsos uocans, & patres illos. Et iu uenes uestri uisiones uidebunt, & seniores uestri insomnia somniabunt. Et quidem super seruos meos & ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo & prophetabunt.] Nunc ostendit se quidem probatos fuisse utpote spiritum assequutos, illos autem minime, eo quòd crucifixerant. Sic & Christus uolens illorum mulcere furorem, dicebat: Si autem filij uestri, in quo eiciunt dæmo Matth. 12
nia: non dixit, discipuli mei. etenim usum fuisset adulationem sapere. ita & ille, non dixit quòd nō sint ebrij, sed spiritu loquuntur: & non simpliciter, sed ad prophetam confugit, & illius autoritate rem confirmat. Sic per se quidem ipsos ab accusatione liberauit, prophetam autem gratię testem adducit. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Sic dixit, quòd alijs quidem per somnia, alijs uero manifeste effusa est gratia. Nam & per somnia uiderunt prophetæ & reuelationes acceperunt. Deinde progreditur in prophetia, habente terribile quiddam. Dabo, inquit, prodigia in cœlo superne, & signa in terra inferne.] Hæc & de futuro iudicio & de captiuitate Hierusalem di cens insinuat, Sanguinem & ignem, & uaporem fumi.] Vide quomodo captiuitatem descripsit, Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem.] Ab affectione eorum qui patiebantur hoc dixit. Dicuntur sane & multa id genus in cœlo sicut Iosephus testatur facta esse. Interim tamen & illos perstrinxit, tenebras cōmemorans factas, & ad futurorū expectationem inducens, Priusquā ueniat dies domini magnus & manifestus.] Non enim quoniam nunc sine pœna peccatis, inquit, confidatis. Hæc sanè initia sunt magnæ diei cuiusdam, & grauissimæ. Vides quomodo concussit eorum animum, & risum conuertit in desensionem? Si enim hæc sunt initia diei illius, necessia rium est periculum in extremis ualde aggrauari. C Iam, nunquid dicens terribilia in illis perseuerat? minime. Sed quid agit? iterum permittit illis respirare, ac dicit: Et erit, omnis quicunq; inuocauerit nomē domini, saluus erit.] Hoc dictum qui dem est de Christo, sicut Paulus dicit. Iste autem hic non audet manifeste illum reuelare. Videamus igitur iterum quæ dicta sint. Bene quasi contra ridentes ac subsannantes insurgit, dicens:

Notum sit omnibus uobis, & auribus accipite uerba mea.] Incipiens autem dicebat. Viri Iudæi. Iudæos mihi uidetur dicere eos, qui Iudæam inhabitabant. Ad hæc si placet conferamus uerba illa in euangelio, ut discas quis repente factus sit Matth. 26
Petrus. Exijt, inquit, puella, dicens: Et tu eras cum Iesu Nazareno. Ille autem respondit: Nescio hominem. Et iterum interrogatus cœpit se deuouere ac iurare. Hic uero uide libertatem illius in di cendo, magnamq; fiduciam: Non laudauit eos qui dixerant, Audiuimus loquentes illos nostris linguis magnalia dei. Sed & grauitate quadam in sinuat, eaq; grauitate illos studiosiores efficere, & sermonem ab adulatione alienum afferre uult, Est enim hoc ubique obseruādum, quomodo sic eis sermonem attemperet, ut tamen ab omni adulatione & contumelia sit liber, id quod perquam difficile est. Et tertia hora hæc euenisse, nō simpliciter ordinatū est. Tunc non curiosius prandij cura habent homines, tunc clara lux est, tunc omnes sunt in foro. Vides & libertate plenū sermonē? Et auribus accipite uerba mea. Quo dicto, nihil suū addidit, sed apposuit: Hoc est quod dictū est per prophetam

prophetam Ioelem, Et erit in diebus nouissimis. A
Ostendit enim postea consummationem propè affuturam. Ita dicens in nouissimis diebus habet quandam euidentiam. Deinde ne putetur quòd res hæc ad solos filios pertineat, adijcit: Et seniores uestri somnia somniabunt. Vide ordine dicen
Psal. 44 tē, prius filij, sicut & Dauid inquit: Pro patribus
Luc. 1 tuis nati sunt filij tui. Et Malachias iterū: Conuertēs corda patrū ad filios. Et super seruos meos, & super ancillas meas.] Et hoc uirtutis indicium est. Serui enim illius facti, liberi sumus facti à peccato. Multiplex autem & hoc donum, quando etiam in alium sexum transit gratiæ donum, & non in muliere una & altera sola substitit, ut olim in Debbora & Olda. Et nō dixit quid sit spiritus sanctus, neq; interpretatus est ea quę propheta dixit, B
sed solam prophetiam attulit per seipsam certantem. Et nihil de Iuda iam loquitur, quoniam omnibus erat manifestum, qualem dedit pœnam: sed silet, sciens nihil posse fortius ijs propheticis potuisse obijci. Ea enim etiam operibus ipsis ualidio ra sunt. Signa enim facienti Christo sæpius cōtradixerunt. Quando autem Christus prophetā illis
Psal. 109 opposuit dicētem: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: ita siluerunt, ut ne uerbū quidem ultra quisquam ei respondere auderet. Et sæpius scripturarum & ipse meminit, dicens: Si illos deos dixit, ad quos uerbum dei factum est. imò ubiq; hoc quis inuenerit, idcirco & hic dixit: Effundam de spiritu meo super omnē carnem: hoc est, gentes. Cæterum nunquam reuelat, neq; interpre C
tatur, neq; quod mox sequitur ad explanandū cō ferebat, quoniam & hoc obscurum. Dabo prodigia in cœlo superne.] Imò illos terrebat obscuritas. Si autem interpretatus esset, magis illis obstitisset. Postea etiam quasi manifestum præterit, talem uolens dare opinionem. Deniq; post hæc interpretatur illis, quando cum illis de resurrectione disputat, sermonicq; uiā antea fecit. Propter hoc autem sponte præterit, quoniam ad conciliandos illos, bona nō sufficiebant: tametsi hoc nunquam factum, nunc autem quotquot fideles erant, euase
Mat. 24 runt sub Vespasiano. Et hoc est quod dicit, Nisi abbreuiati fuissent dies illi, nō seruata esset omnis D
caro. Quod molestius erat, primum contigit: Initio enim accidit, inhabitatores capi, & ciuitatem subuerti accēdiq;. Deinde insistit metaphoræ, ante auditorum oculos ponens urbis subuersionem ac captiuitatē. Sol cōuertetur in tenebras, & luna in sanguinē.] Videtur mihi per hoc maximam cædem dicere, & ualde anxiū sermonem comple re. Et erit, quicunq; inuocauerit nomen domini seruabit.] Dixit & nōdum reuelat, siue seruus sit inquit, siue liber. Nō em̄ est mas uel fœmina in Iesu Christo, neque seruus neq; liber. Meritò. Hoc em̄ discrimen hic est, ubi omnia umbra sunt. Nam si in regum aulis, nullus nobilis est uel ignobilis, sed sua quenq; opera insignem reddunt, & opus commendat artificem, multo magis in hoc ordine. Quicunq; inuocauerit, inuocauerit, inquam, non simpliciter. Non enim omnis, inquit, dicens mihi, Domine domine, intrabit in regnū: sed qui loquitur cum affectione, cum uita optima, cum fiducia congrua. Iam minus molestum facit sermonem, de fide agens, & minus terret, supplicij grauitatem abscondens. Quomodo? ostendit quòd in inuocatione salus. Quid dicis, refer mihi, salutis post crucem memor es? Attende nūc, multa enim misericordia dei est, & hoc non minus ostendit illum esse deum, quàm resurrectio, & non minus signis est illos inuocare: hoc enim ualde bonū est, hoc deo maxime peculiare, propter hoc & dicit: Nullus bonus nisi unus deus. Luc. 18

MORALE.

Sed ne bonitatem in desidiæ occasionem arripiamus. Etenim etiam punit sicut deus. Illa certe
B ipse, qui dixit, Quicunq; inuocauerit nomen do- Ioel. 2
mini, seruabitur, fecit. De excidio Hierosolymitano loquor, & grauissimo illo supplicio, de quo nūc pauca uobis narrare statui, profutura uobis etiā cōtra Marcionistas & multos alios hæreticos. Quoniam enim dicunt bonum deum Christum, illum autem malum, uideamus quis hæc fecerit. Quis igitur hæc fecit, malus ne illum ulciscēs? minime. Quomodo igitur alienus ab illo? nunquid autem bonus? Cæterum ostenditur & pater & filius fecisse, pater quidē multis in locis, sicut quando dicitur in uineam mittere exercitus suos. Filius uero quando dicit, Inimicos meos adducite & Mat. 28
occidite coram me, eos qui me noluerūt esse ipsorum regem. Et alioquin etiam ipse dicit tribulatio Luc. 19
C nes futuras, quibus nulla unquam crudelior fuit facta. Et ipse illas annunciauit. Vis igitur audire quæ facta? Verubus illos transfixerunt: quid hoc spectaculo grauius? Iam non narrabo ne mulieris illam tragœdiam, quæ omnē aliam calamitatem obscurat: nec ostendā fames ac pestes? & transeo quæ his grauiora. Ignorata apud illos fuit natura, ignorata lex, bestias superarunt feritate. Omnia autem hæc belli uis inuexit, deo uolente ac Christo. Hæc etiam contra Marcionitas congruent, & contra eos qui non credunt esse gehennam. Idonea enim sunt hæc, & sufficientia ad illorum impudentiam confutandam. Nōnne mala hæc gra-
D uiora fuerunt his quæ in Babylone perpessi? nōn ne fames hæc grauior quàm illa? De his & ipse
Mat. 14 prænunciauit Christus, dicēs: Erit tribulatio qualis non fuit, neq; erit. Quomodo igitur dicunt quidam, quòd remisit eis Christus peccatum? Fortasse uidetur uulgaris quæstio. & ipsi potestis soluere. Nullus usquam poterit tale figmentum ostendere, qualis est hæc historia quæ uere accidit. Et si quidem Christianus fuisset, qui eam conscripsit, esset fortassis sermo suspectus. Quia autem Iudæus & æmulator, qui post euangelium floruit, quomodo nō omnibus manifesta sunt quæ facta? Videbis enim illum ubiq; res Iudaicas extollere. Igitur est & gehenna, & bonus est deus. Num horrescitis hæc audientes? Verum hæc quidem quę hic fiunt, nihil sunt ad ea quæ alibi erunt. Iterum cogor uideri iniucūdus, onerosus & grauis. Et quid faciā? In hoc positus sum, sicut pædagogus asper

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad hoc constitutus est, ut odio illum persequatur quos erudit, sic sanè & uos. Quomodo enim non absurdum, quum homines quibus aliquid à regibus præcipitur, etiamsi iniucundum sit continuo imperatũ faceſſant, nos propter ueſtrã reprehenſionem omittere quod deus præcepit? Alius aliud opus habet. Multorũ ex uobis opus est ut miserea mini, humanitatẽ declaretis, suaues ac blandi sitis ijs ꝙbus benefacitis: nos uero quib. debemus esse utiles, ijs & graues & iniucũdi uidemur: nõ enim utiles sumus docendo ea quæ oblectãt, sed ea quę mordent. Talis est & medicus, at ille quidem non ualde iniucundus. Statim enim cum sua arte utilitatẽ adhibet, nos autẽ in futuro. Talis est & iudex inuisus morbidis ac seditiosis, talis & legislator moleſtus his qui legem accipiunt. At nõ item qui uocat ad delicias, neq; qui facit publica festa & cõuentus, neq; qui coronat populũ: tales enim blandi ac amici sunt inuitantes ciuitates ad uaria spectacula & sumptus faciẽtes: unde & illos celebrãt uicissim ij quibus benefaciunt, & tapetis & lampadum multitudine, & coronis, & ramis, & ueste splendida. Si autem medicũ uiderint laborantes, tristes ac mœsti efficiuntur: & si iudicem seditiosi, contrahunt non diffundunt uultum, nec exultant eo quòd & ille ad hoc opus ordinatus est. Videamus igitur quam maxime urbibus prosint, num ij qui publica conuiuia, & festa, & mensas, & delicias exhibent: an ij qui omnibus illis sublatis ferentes sceptrum & fasces, & lictores & milites terribiles, & uocem terrificam præmittentes, & animad uertentes in noxios, & silentium triste facientes, & uirga eos qui in foro sunt submouentes. Videamus igitur, ubi finis lucrosior. nam hi quidem insuaues, illi uero amabiles. Quid igitur ab illis qui oblectant prouenit? uoluptas quædã frigida, usq; ad uesperam manens, & sequenti die diffluens, risus incompositus, uerba iniucunda & dissoluta. Quid aũt ab his qui contristant? timor, modestia, mens humilitata, animæ iustitia, desidiæ interemptio, frenum affectionũ quæ intus sunt, murus aduersus ea quæ foris insultant: per hos unusquisq; facultates suas possidet, per illas autẽ ferias cũ dãno dilapidamus eas, non inuadentib. latronibus, sed latrocinãte uana gloria cum uoluptate. Videt latronem unusquisq; deprædantem omnia, & ob lectat. Nouus latrocinandi modus, persuadet spoliatis bono esse animo, uerum illic nihil tale. Sed ab omnibus separauit deus sicut pater cõmunis, & ab his quæ uidentur, & ab his quæ non uidentur. Cauete enim, inquit, eleemosynam uestrã ne faciatis coram hominibus. Discit anima hinc, iniustitiam fugere. Iniustitia enim est non solum diuitias per auaritiam cõquirere, sed & plus dare uentri quàm illi præscribitur, & lætitiam è suis egredi terminis, inq; insaniam trãsire. Illinc discit temperantiam, hinc intemperantiam. Non enim solum mulieri misceri intemperãtia est, sed etiam incontinentibus oculis aspicere. Illinc humilitatẽ discit, hinc fastum. Omnia enim mihi, inquit, licent, sed non omnia expediunt. Illinc honestatem, hinc turpitudinem. Omitto enim ea quæ in theatris fiunt. Quòd autem neq; uoluptas aliqua sit, sed iniucunditas potius, ostendite mihi post unum diem festi, & eos qui sumptum fecerint, & ad spectacula inuitatos: & uidebis quidem omnes tristitia correptos, maxime autem illum qui sumptũ fecit. Et merito: nam præcedenti die oblectauit quidẽ populũ, & populi quidem spectator iucundus erat, ac delectabatur multum: tũc enim gaudebat splendida ueste, propria autẽ illius quũ non sit, uidens se exui, dolet & cruciatur. Ille autẽ qui sumptus impẽdit, suam felicitatem minorem sumptibus reputat. Idcirco sequenti die reddunt sibi uestes iterum, & maiorem dolorem ludi exhibitor cõcipit. Iam si in externis ea quæ oblectant, & lucrum minuunt, habent tantum tristitiæ, multo magis in spiritualibus. Eapropter nullus succenset legibus, sed omnes ad communem utilitatem pertinere eas censent. Non enim peregrini aliunde aduenientes, uel hostes has leges ciuibus statuere, sed ipsi ciues, ipsi præsides ac curatores, salutisq; ac beneuolentiæ indicium esse putant leges condere, tametsi pœnarum plenæ sint leges, neq; potest inueniri lex absq; pœna. Quomodo igitur non absurdum, illos quidem qui enarrant leges, seruatores & benefactores & præsides appellari, nos autem tetricos quosdam & morosos haberi, si leges dei loquamur? Quando enim de gehenna disserimus, illas leges citamus, & quemadmodum iure cõsulti leges de homicidis & de manticularijs, & de nuptijs, & omnes tales: ita & nos punitiuas, quas non homo condidit, sed ipse unigenitus dei filius. Qui immisericors est, puniatur, inquit. Iniuriarum memor, extremum luat supplicium. Temere irascens, in ignẽ conijciatur. Scommatibus incessens, pendat in gehenna pœnam. Si autem nõ uultis nouas audire leges, ne tumultuemini. Si enim non posturus erat nouas, cur aduenit Christus? Ille enim manifestę uobis sunt, quòd homicidam & adulterum oporteat punire. Si igitur eadem eramus audituri, quæ utilitas erat magistri cœlestis? Propterea non dicit, Adulter puniatur, sed uidens intemperantibus oculis: & ubi & quando pœnam dabit, apponit: & non in statuis, neq; in columnis leges inscripsit, neq; columnas æreas excitauit, & literas insculpsit: sed animas duodecim nobis excitauit, apostolorum inquam, in illorum mentibus per spiritum has literas scripsit, has uobis nos merito prælegimus. Namsi ludeis hoc licebat, ut ne quis illorum ad ignorantiam cõfugeret, multo magis & nobis fas est. Si autem quis dicat. Non audiam, ne iudicer: hoc nomine magis punietur. Si enim nullus esset qui doceret, liceret ad talia confugere: sed quum assit doctor, non item. Vide igitur quomodo ludæos uenia priuet. Nisi uenissem & loquutus essem illis, peccatum non haberent. Et iterum Paulus: Sed dico, an nõ audierunt? Itaque in omnem terram exiuit sonus eorum. Tunc enim uenia est, quando nullus est qui doceat. ubi autem præsidet qui doceat, non ultra est uenia. Imò non uoluit

Matth. 6

1. Cor. 6

Ioan. 15 Rom. 10, & Psal. 18

Christus ad illas columnas solũ nos respicere, sed etiã nos uult esse inscriptas columnas. Quoniam autem indignos nos ipsos exhibuimus hisce scripturis, licet ut uel ad illas spectemus. Quemadmodum enim columnæ alijs minantur, ipsæ autẽ nõ sunt reæ, sicut neq; leges: ita & beati apostoli. Et uide quomodo nõ in uno loco steterit columna illa, sed ubiq; circumferũtur scripturæ, etiamsi ad Indos proficiscaris, audies illas: etiamsi ad Hispanos & ad ipsos terminos terræ, nullus est qui non audit, nisi forte quis propter suam desidiam. Ne autem ægrè feratis, sed attendite quæ dicuntur, ut possitis opera uirtutum apprehendere, ac æterna bona assequi, in Christo Iesu domino nostro, cũ quo patri simul ac spiritui sancto gloria, imperium, & honor, nunc & semper, & in omnia secula seculorum, Amen.

VIRI ISRAELITAE AVDITE HOS sermones meos. Homilia VI.

NON est hoc adulãter dictũ, sed quos acriter pstrinxerat, erga illos remissior esse incipit, tempestiuã Dauidis mentionem faciens. Et ne turbẽtur, nouum procemium exorditur, quia mentionem facturus erat Iesu. Nam superius quidem non erat periculũ ne turbarentur ad mentionẽ prophetę, Iesu uero nomine audito, facile fuissent offensi. Et nõ dixit, persuadeamini: sed, audite, id quod erat minus molestum. Vide etiã quomodo nihil dixit sublime, sed à ualde humilib. incipit. Iesum, inquit, Nazarenum.] Statim patriam dicit, quę sanè uidebatur cuntemptior esse, & nihil iam magnũ de illo dicit, neq; quod de propheta alius quis diceret. Iesum, inquit, Nazarenum uirum demõstratũ à deo erga uos.] Vide q̃ magnum hoc erat, q̃ à deo esse missum dicit. Hoc enim sursum ac deorsum cùm ipse tũ Ioannes ac alij apostoli monstrare studebãt. Audi itaq; Ioannem dicentẽ, Ille mihi dixit, Super quem uideris spiritum descendentẽ ac manentem super illum, hic est. Ipse autẽ Christus frequentius hoc agit, dicens: A memetipso nõ ueni, ille me misit: & ubiq; scripturarum hoc potissimum sollicite tractatur. Idcirco et sanctus ille præcipuus in beato illo choro, amator Christi, ardẽtissimus discipulus, cui clames cœlorum cõcreditę, spirituali reuelatione accepta, compressis timore illis, cum ostẽdisset magna illos esse cõsecutos, feciſſetq; credulos, tunc & de illo disserit. Papæ q̃ audacter in medio eorũ qui occiderant dixit, quòd surrexerit. Et non dixit quòd resurrexerit statim, sed q̃ à deo ad nos uenit. Hoc autem manifestũ est per ea quæ fecit. Nõ iam dicit quòd ipse, sed quòd per illum deus, ut magis modeste loquendo illos sibi cõciliet, eo q̃ & ipsos testes uocat, ac dicit: Virum demonstratum à deo erga uos uirtutibus, ac prodigijs & signis quæ fecit per illum deus in medio uestri, sicut & ipsi scitis.] Deinde ubi incidit in facinus illorum hoc scelestũ, uide quàm attentet liberare illos à crimine. Hunc, inquit, definito consilio & præscientia dei expositum quum accepissetis, per manus iniquorum, crucifixum interemistis.] Quasi illa Ioseph uerba diceret, quæ scilicet ille quoq; ad fratres dicebat, Ne timeatis quòd prodidistis me, non uos, sed deus huc me misit. Deinde ut dixit, Cõsilio dei, ut ne dicant, Igitur bene fecimus, illos quoq; reos facit, per hoc quod addidit: Per manus iniquorum crucifixũ interemistis.] Hic ludam insinuat, interim illis etiam ostẽdit, q̃ non ipsorum potentiæ fuerit, nisi & ipse cõcessisset, & exposuisset illum deus. Hoc enim est quod nunc dicit ὡρισμένῃ expositum, sic totum cõuertit crimen in caput ludæ traditoris. Ille em̃ ipsum tradidit oculo: uel igit̃ de hoc quòd per manus iniquorum, uel militum dicit, manifestans quòd nõ simpliciter interemeritis, sed per iniquos uiros. Et spectа quomodo ubiq; curant ut passionem primum confiteantur. Quod autẽ ad resurrectionẽ attinet, quoniam magnifica erat, nunc adumbrat, & ita quodãmodo in medio constituit: nam crux & mors quidem inter confessa erant, resurrectio autẽ nondum. Idcirco & postea de illa inquit, adijciens, Quem deus suscitauit solutis doloribus mortis, secundũ quod non erat possibile teneri illum ab ea.] Hic magnũ & sublime quiddam insinuauit. Hæc enim uerba, non erat possibile, declarant, & ipsum ultro in potestatẽ mortis uenisse, & q̃ etiam ipsa mors illum detinẽs doluerit, & grauia passa sit: dolorẽ enim mortis scriptura periculum ubiq; solet appellare: & quòd sic resurrexit tanquam non iterum moriturus. Vel dicẽdo: Secundum quod non erat possibile illũ teneri ab ea, hoc manifestat, quòd resurrectio eius non sit communis cum alijs. Deinde priusquam aliquid mens illorũ cogitet, assistit illis Dauidem, qui omnem humanã rationẽ subuertat. Dauid enim, inquit, dicit de eo.] Et uide quomodo iterũ testimoniũ humile. Propter hoc & suprà illud ex humilioribus accepit, ut ostendat quòd mors nõ sit ex his quæ cõtristent. Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quia à dextris meis est, ut ne cõmouear, quia non derelinques animam meam in inferno.] Postea testimonio propheticò addit, Viri fratres.] Quando magnũ quiddam dicturus est, hoc utitur procemio, excitans illos & sic beneuolentiã captans. Licet liberè dicere apud uos de patriarcha Dauid.] Magna est hæc animi modestia, ubi non est dãnosum, cõdescendit. Idcirco & nõ dixit q̃ hæc de Christo dicta sint, non de Dauid, idq; ualde prudenter, obijciens eis q̃ plus satis beato Dauidi tribuerẽt, & licet rem cõfessam audacter se dicere fingens, atq; ita laude admixta eos paulatim deducens de opinatione pristina. Ideo & nõ de Dauid inquit simpliciter, sed de patriarcha Dauid, qd̃ & mortuus sit ac sepultus. Non iam dicit, Et nõ resurrexit, sed aliter idipsum probe confirmat ac dicit: Et sepulchrum illius est apud nos usq; in hodiernum diem.] Deinde ut apparauit quod uolebat, neq; sic uenit ad Christum, sed iterum affert laudes Dauid. Propheta igitur cũ esset, & sciret q̃ iureiurando

Gen. 45.

Dolor mortis quid in scripturis.

Ioan. 1.

Matt. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

rando iurasset illi deus.] Hæc autem dicit, ut ser- A
monem de resurrectione etiam propter illius dig
nitatẽ ac genus recipiant, quasi prophetia uiola-
retur, nisi hoc esset, atq; adeò & ipsorũ honori de-
rogaret. Et sciens, inquit, quod iureiurando iura-
sset sibi deus. Non dixit, promisit simpliciter, sed
quod maius erat, iureiurando iurauit: ex lumbo
eius quoad carnem oriturum Christum, ut sedeat
super solium illius. Vide ut excelsa iterũ insinuet.
nam postq; illos sermonib. placauit, magna fidu-
cia interposuit prophetã, & de resurrectione diss-
erit, q; neq; anima illius detineat in inferno, neq;
enim caro illius sciuit corruptionem. Hoc iterum
admirabile est. Ostendit em quod dissimilis alio-
rum sit resurrectioni resurrectio, nam cõprehen-
dit quidẽ illum, sed non fecit quod suũ tũc mors. B
Et peccatum quidem adumbrãdo dixit, pœnam
autẽ non addidit. Et quòd crucifixerunt quidem
manifestè dixit, deinde uero ad prodigium diuini
tus factum transit. Quando autem demõstratur,
quòd iustus occisus est, & quòd amicus deo, etiã
si tacueris pœnam, is qui peccauit, seipsum magis
quàm tu condemnabit. Omnia igitur in patrẽ re-
fert, ut admittant quæ dicuntur. Deinde quod nõ
possibile fuerit, ex prophetia adducit. Videamus
itaq; denuo quę suprà sunt dicta. Iesum, inquit,
Nazarenũ uirum demõstratum à deo erga uos.]
Hoc est, de quo non est ambiguum, sed operibus
Ioan. 3 demonstratum. Ita & Nicodemus dicebat, Signa
hæc nullus potest facere quæ tu facis. Virtutibus,
inquit, & prodigijs ac signis quæ per illũ fecit de- C
us in medio uestri, atq; ita nõ clãculo, si in medio.
Primũ incipit ab his quæ illis nota erant, & dein
ad minus nota progreditur. Postea dicens, Cõ-
silio dei:] ostendit quòd non ipsi potuerint, & q;
factum est, sapienter quidem à diuina ordinatio-
ne & dispensatione. Et quod ualde molestũ illis
fuisset, transit. Vbiq; illis studium est, ostẽdere q;
mortuus est: licet uos negetis, inquit, illi testaturi
sunt. Qui autem negocium fecit morti, multo ma
gis ijs qui crucifixerunt, poterit. Sed nihil tale di-
cit, q; potuit uos occidere, sed simpliciter solũ in-
sinuauit. Iam autẽ discamus & nos per ea quæ di-
cta sunt, quid sit tenere. Qui enim dolet, nõ tenet
quod tenetur, neq; operatur, sed patitur, & abijce
re cupit. Et benedixit: Dicit enim Dauid de eo: ut
ne ad prophetam quod dictum est, referas. Vides
quomodo interpretatur mox prophetiam, & nu D
dam cõstituit, manifestans quomodo super thro-
num illius sedeat. Regnum enim spirituale in cœ
lis est. Vide quomodo cum resurrectione & reg-
num declarat in resurrectione: ostendit quòd ne-
cessitas fuerit prophetæ dicẽdi. De illo enim erat
prophetia. Quare nõ dixit de regno illius, sed de
resurrectione illius? Magnum hoc erat. Quomo-
do autem super thronum sedit? regnans Iudæis,
quod si Iudæis, multo magis his qui crucifixerũt
ipsum. Non enim caro eius uidit, inquit, corru-
ptionem.] Hoc resurrectione uidetur quidẽ mi-
nus esse, ueruntamen idem est. Illum Iesum su-
scitauit deus.] Vide quomodo non aliter illũ uo-
cat. Cuius omnes nos testes sumus: dextera igi
tur dei exaltatus.] Iterũ ad patrẽ confugit, quam-
uis sufficiebat dicere quod prius, sed scit quantũ
momenti hoc habeat. Hic & de assumptione insi
nuat, & q; in cœlis sit: cæterum neq; istud manife-
stè dicit. Et, promissione spiritus sancti accepta.]
Vide quomodo incipiens dicit, q; non ipsemet il
lum dimisit, sed pater. Postquã autem meminit si-
gnorum illius, & quæ Iudæi fecerant illi, & de re-
surrectiõe disseruit, libere postea & de his sermo-
nem inducit, iterum illos testes per utroq; sensus
adducens. Porrò resurrectionis quidem sepe me-
mor est, sceleris autem illorũ semel, ut ne illos gra
uet. Et accepta, inquit, spiritus sancti promissiõe.
Hoc iterum est magnũ, opinor autem quod nũc
promissionem dicat eam quæ ante passionem fa-
cta. Vide quomodo quod illius, postea facit totũ
suum, magna illa occultè operãs. Nam si ille effu-
dit, de illo propheta loquutus est superius, In no-
uissimis diebus effundã de spiritu meo super ser-
uos meos, & super ancillas meas, & dabo prodi-
gia in cœlo supernè. Vide quanta occultè interse-
rit. Verum quoniam magna erant, iterum illa ob-
umbrat in eo quod à patre accepit. Dixerat bona
quæ facta, signa illa, & q; sit rex, quodq; ad ipsos
uenerit. Dixerat quòd ipse spiritũ det: quæcunq;
enim dicere quis poterit, nisi ad utilitatẽ tendant, Matth. 3
temere dicit: quemadmodũ & Ioannes facit, Hic
nos dicens baptizabit in spiritu sancto. Et osten-
dit, quòd non solũ ipsum non minuerit, sed etiam
clariorẽ effecerit, quando quidem olim quidem
promiserat ei deus, tũc autem dedit. Vel promis-
sionem dicit quã nobis promisit, sicut & prescius
erat futuram, & maiora nobis post crucem largi-
tus est. Et effudit, inquit. Hic dignitatem euiden-
ter tradit, & non simpliciter, sed etiã cum ubertа-
te. Ideo & istuc ipsum manifestum faciens, addu-
cit cætera. Postea enim libere & de assumptiõe in
cœlos loquitur. Et non simpliciter, sed iterũ testẽ
adducẽs, & illius meminit de quo Christus dixit:
Non em Dauid, inquit, ascẽdit in cœlos.] Hic
iam non cum demissione cõcionatur, habens ex
dictis fiduciã. Neq; dicit licet dicere, neq; ulla ta-
lia. Dicit autem manifestè, Dixit dominus do- Psal. 109
mino meo, sede à dextris meis, donec ponam ini-
micos tuos scabellum pedum tuorum.] Iam si do
minus est Dauidis, multo magis illorum. Sede à
dextris meis. Totũ hic posuit. Donec posuero ini
micos tuos, scabellum pedum tuorum. Hic etiam
magnum metum incutit, quemadmodum initio
monstrauit, qualia amicis, qualia etiã inimicis fa-
ciat. Et iterum, potentiam, ut ne minus credatur,
patri acceptam fert. Itaq; quoniam magna loquu
tus, iterum ad humilia sermonem deducit. Cer-
tò igitur sciat, inquit, tota domus Israel:] hoc est,
ne dubitetis, ne ambigatis, postea & apertè defi-
nit, Quia & dominum illum, & Christum deus
fecit.] Hoc à Dauid & à psalmo commemorat,
Oportebat em dicere, Certò igit cognoscat om-
nis domus Israel, quod à dextris sedet id quod
magnum erat: sed eo relicto, aliud adducit multo
humilius

humilius, ubi dixit, fecit: hoc est, constituit, atq; A
adeò nihil hic de substãtia dicitur, sed totũ de hoc
dicit, Hunc Iesum quem uos crucifixistis.] Be-
ne hic definit, cõcutiens illorum mentem. Quo-
niam enim ostendit quantum hoc sit facinus, tũc
tandem & ipsum aperuit, ut sic maius ostendatur,
& metu illos corripiat. Non enim sic homines be
neficijs adducuntur, ut timore castigantur. Verũ
admirabiles illi & magni amici dei neutro horũ
indigent, qualis scilicet Paulus erat. Neq; enim re
gnũ uel gehennã magnifaciebat, & hoc est ama-
re Christum, hoc est, non esse mercenarium, neq;
quæstum, uel negociationem existimare, sed ue-
re esse uirtute præditũ, & omnia facere, eo quòd
grata sint deo.

MORALE.

Quantis igitur lacrymis digni, qui tantam de- B
bentes mensurã, neq; ut negociatores ambimus
regnum cœlorũ? Tanta nobis pollicetur, & neq;
sic audimus. Quid huic inimicitiæ comparari po-
terit, quamuis ij qui insana pecuniarũ cupiditate
laborant, siue seruos, siue hostes, siue inimicissi-
mos inueniant, unũ hoc spectãt, si possint ab illis
pecunias accipere, omnia faciũt, & adulant, & ser
uiunt, & seruituti se addicunt, omnibusq; se putãt
esse honestiores, ut quid ab illis accipiãt. Pecunia
rum enim spes nihil horũ illos sinit cogitare. Re-
gnum autẽ cœlorũ non æque nos mouet ac pecu
nia, sed longè minus, quamuis ille qui id promit-
tit, incomparabiliter etiam ipso regno maior est.
Quando autem, & quod promittitur, regnũ est, C
& deus qui illud promittit, magnũ utiq; fuerit il-
lud à tali accipere. Nũc autem perinde fit, ac si rex
quidem hæredes suos & cohæredes filio uolẽs fa
cere, post innumera etiã alia beneficia cõtemna-
tur. Princeps autem latronum qui innumeris ma-
lis & nos & parentes nostros affecit & impleuit,
cõfundens nostrã cum gloriã tum salutem, unico
dũtaxat obolo mõstrato adoreẽ à nobis. Regnũ
promittit deus & contemnitur, gehennam appa
rat diabolus & honoraf: ille deus est, hic uero dia
bolus: sed uideamus præceptorum discrimen. Si
enim nihil horum esset, & hic non esset diabolus,
ille uero nõ esset deus: & hic non gehennam, nec
ille regnum exhiberet: nónne ipsa mandatorũ na
tura sufficeret ad hoc persuadẽdum? Quid igitur D
uterq; imperat? hic ea quæ cõfundunt, ille ea quæ
gloriosos reddunt. hic ea quæ innumeris inuol-
uunt calamitatibus ac turpitudinibus, ille ea quæ
multũ refrigerij concedunt. Vide enim, ille dicit,
Matth. 11 Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, &
inuenietis requiẽ animab. uestris. Hic inquit, Fe-
rox esto & immansuetus, ac iracundus, & bestia
magis quàm homo. Videamus igit quid utilius?
quid conducibilius? sed non hoc solum, sed cogi
ta quòd ille diabolus est, maxime enim illud mõ-
stratum est. Ad hæc triumphi erunt maiores, non
enim qui facilia imperat, is fautor est, sed qui uti-
lia. Quia & patres molesta imperãt, & domini ser
uis. Sed propter hoc alij quidẽ patres sunt ac do-
mini, alij uero abigei & raptores hominum dam-

noſi, ſuntq; omnia contraria. Verũtamen q; & uo
luptas hic utilitati cõiuncta ſit, hinc manifeſtum.
In quibus putas eſſe iracundum, in quibus tolerã
tem malorum ac manſuetũ? Nónne huius anima
ſolitudini cuipiam habenti multam quietem cõ-
paraẽ, illius uero foro & turbæ in quo multus cla
mor ſequẽtium camelos & mulos ac aſinos, mul-
tum ad accedentes exclamantibus, ne conculcen
tur? Nónne illa quidem mediis ciuitatibus cõpa-
rata, in quibus hinc argẽtifabrorũ, inde ærifabro-
rum magnus auditur ſonitus, & alij quidem inua
dunt, alij autem inuadunt: ſed hęc uertici cuidam
montis eſt ſimilis, in quo leuis flat aura, & purus
ſplẽdor fulget, & perſpicua fontiũ ebulliũt fluen
ta, & multiplex florum producitur gratia, uti ſunt
uerna prata ac horti, florentibus arboribus & flo B
ſculis, & aquis defluentibus. Quòd ſi & ſonus au
ditus fuerit, dulcis eſt, & multã effundit uolupta-
tem: nam uel aues cantillantes ſummis arboribus
inſident, & cicadæ, & philomelæ, & hirũdines cõ
corditer unam quandam perficiunt muſicam: uel
zephyrus blande allidit arborum ramos, in quer-
cubus & pinis ſtridens etiam olores imitatur: uel
pratum roſas producens & lilia inter ſe colliſa &
commota, quaſi pelagus parum undabundũ refe
runt. Imò multas quis inuenerit ſimilitudines: nã
quando quis roſas aſpexerit, iridem putabit uide
re: quando autem uiolas, mare undabundũ: quan
do uero lilia, cœlũ. Neq; ſpectaculo ſolo & aſpe-
ctu oblectaẽ tũc talis, ſed & ipſo corpore. nã & re
frigeratur, & reſpirat, ita ut in cœlo potius q; in C
terra uideatur eſſe. Eſt & alius ſonus quidã, quan-
do aqua à ſumma altitudine p canales ſuo motu
fertur, & blando ſtrepitu ſubiectis ſilicib. obſtre-
pit, ita relaxat membra noſtra uoluptas, ut etiam
oculis ſomnũ membra fouentem immittat. Libẽ
ter audiſtis narrationem, forſan etiam ſolitudinis
facti amatores, ſed hac ſolitudine multo ſuauior
longanimis anima: non enim ut pratum deſcribe
remus, neq; ut ad oſtentationem ſermonem duca
mus, hanc attigimus ſimilitudinẽ, ſed ut per hanc
deſcriptionem uideremus quanta ſit longanimo
rum uoluptas, & q; multo ſuauius ſit uiro manſue
to conuiuere, maioraq; emolumenta ab illo acci-
piantur, q; ſi in talibus uerſeẽ locis. Hos imiteмi-
ni. Quando em neq; ualidus uentus ex tali anima
egreditur, ſed benigni quidam ſermones ac blan-
di, & zephyro placido recte cõparantur, dum ad-
monitiones nihil habent aſperum, ſed aues cantil
lantes imitanẽ, quomodo igitur hoc non meliusꝰ
Non enim corpori accidit ſermonis aura, ſed ani
mas reficit. Nõ ita ſtatim medicus febricitantem
hominem à febribus liberarit ſua cura, ut longani
mus uir & iracundum, & præ ira flagrantẽ appre
henſum refrigerabit per ſpiritũ proptiorũ ſermo-
num. Et quid de medicis dico? Neq; ferrum igni-
tum, & aquæ intinctũ ita ſtatim calorẽ amittit, ſi-
cut ſi incidat in animã longanimẽ homo iracun-
dus. Sicut autem ſi in forũ ingrediantẽ cantillan-
tes aues, nugæ eſſe uidentur, ita etiam noſtra præ
cepta in animas iracũdas immiſſa. Nõne ſuauior

Universidad de Deusto
Biblioteca

mansuetudo quàm ira & temeritas: & non hoc solum, sed etiã hoc quidẽ diabolus, illud uero deus imperauit. Videte quòd non temere dixi, quòd si etiam non esset diabolus, nec deus: illa tamẽ præcepta sufficiãt uos ad abducendum. Nam mãsuetus quidẽ & sibijpsi dulcis & alijs est utilis. Iracundus uero & sibi insuauis, & alijs damnosus. Nihil insuauius homine iracũdo, nihil onerosius, nihil molestius, nihil fœdius: quemadmodũ scilicet, nihil suauius est eo qui nescit irasci. Melius est cohabitare bestiæ, quàm homini tali: nam illa quidem si semel cicuretur, seruat suam legem, illum autẽ quoties placaueris, iterum exasperatur. Sibi enim habitum quendam talem indidit semel. Quemadmodũ enim dies cãdidus ac lucidus, & hyems plena conturbatione inter se multũ distant, ita etiam iracundi ac mansueti animæ. Sed nondũ quæ ab illis ad alios ueniunt incõmoda, sed solum quę sibi ipsis inferunt, audiuimus, quamuis & hoc non paruum damnum, alium damno afficisse. Verum tamen nunc hoc consideremus, quis lictor latera sic confringere poterit, quæ uerua ignita sic transfigunt & explorant corpus, quæ insania sic stupida reddit naturalia præcordia, ut ira et furor? Scio multos ex ira morbos natos, suntq; febres illæ acutissimę. Si autẽ corpora ita offenduntur, cogita animam. Ne enim ratio cineris tecũ q̃ non uides, sed cogita q̃ si ille qui accipit malitiã ita offenditur, id quod parit quãtum suscipit damnum: multi oculos perdiderunt, multi in morbum grauissimum inciderunt: attamen ille quidẽ fortiter fert omnia, & facile, quamuis imperet molesta, & horum mercedem ponat gehennam, & diabolus ac inimicus salutis nostræ sit, & magis illi obtẽperamus quàm Christo, q̃ saluator est ac benefactor, taliaq; dicit, quę et utiliora & suauiora sunt, & nobis & his qui nobiscum uiuunt maxime. Nihil ira deterius profectò, & intempestiuo furore, nõ fert longam moram, acutus morbus est. Sæpe & uerbum quis per furorẽ effudit, & perdit quo ad ministerium totius uitæ opus habet, & facit aliquid quod totã uitam eius subuertit. Molestum enim hoc est, quòd quis in breui tẽpore, & uno opere, & unico uerbo nobis æterna bona aufert, & innumeros labores elargit. Ideo oro uos, ut omnia faciatis, quo frenet hæc bestia. Cæterũ hæc de mansuetudine & ira dicta sint. Si autem & alia quis dicendo assumpserit, ut auaritiam, despectum pecuniarum, intemperantiam, sobrietatẽ, inuidiã, benignitatem, & scrutatus fuerit, etiã aliud quid excellentius sciet. Scitote q̃ per præcepta solũ deus diabolusq; monstrantur. Obtemperemus igitur deo, & ne in barathrũ nos ipsos proijciamus, sed dum adhuc tempus est ab omnibus quæ animam nostram damno afficiunt, nos abluamus, ut æterna bona assequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri ac spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum,

Amen.

AVDITIS AVTEM ILLIS, COMPUNcti sunt corde, & dixerunt ad Petrum ac reliquos apostolos: Quid faciemus uiri fratres? Homilia VII.

VIDES quantum bonum sit mansuetudo. Ipsa pectora nostra magis q̃ uehemẽs austeritas extimulat, & plaga ferit maiore. Quemadmodum enim percutiens obdurata corda, nõ tam facile sentire facit, ut si eadem prius mollia faciat ac tenera: ita & hoc loco prius oportebat mollire, & tunc pũgere: mollit autẽ non furor, neque accusatio uehemens, neq; conuicia, sed mansuetudo. Nam ille quidem iracundus auget morbum, hic autem qui mitis est, imminuit. Atq; ita si uolueris quẽpiam qui iniuste egit, corripere, magna cum mansuetudine illum alloquere. Vide igitur et hoc loco quid faciat. Mansuete in memoriã reduxerat illis sua flagitia, & nihil addidit. Dixit dei donum, adiecit gratiã quæ his quæ facta erãt testimonium dabat, & ulterius sermonem produxit. Reuersi sunt Petri mansuetudinem, quia his qui dominum suum crucifixerant, et contra ipsos clamarant, tanquam pater & magister curam gerens loquebatur. Non simpliciter obedierũt, sed seipsos condemnarunt, senserunt quæ fecerant. Non em̃ permisit illos furore intumescere, & mẽte obtenebrari, sed per modestiam, indignatione quasi nebula turbatis, demonstrabat quod perpetratum erat. Etenim sic usuuenit, ut si quãdo dicimus nos iniuria affectos, illi attentent demonstrare, q̃ non iniuste egerint: quando autem dicimus nos, quod nos iniuria affecti nõ simus, sed iniuste egerimus, magis illi contrariũ faciunt: & ita si uis eum qui iniuste egit, reum facere, ne accuses illũ, sed reum te constitue. Est enim genus hominũ ad contentiones propensum. Hoc Petrus fecit, non accusauit illos seueriter, sed attẽtauit quantũ possibile erat, etiam mãsuete defendere, & idcirco illorum animos perstrinxit. Et unde manifestũ, q̃d cõpuncti fuerunt? Ex uerbis illorum. Quid enim dicunt? Quid faciemus uiri fratres? Quos impostores uocarant, fratres uocant: non in tantum se illis æquabant, quantum ad sui curam ac morem his uerbis attrahere nitebantur. Et aliter, Quoniã illi eos primũ ita appellare dignati fuerunt, dicũt, Quid faciemus? Nõ dixerunt statim, Igitur respiscamus, sed permiserũt sese illis, quemadmodũ in naufragio aliqui constituti uel morbo, conspecto gubernatore uel medico, omnia illi concedunt ac obediunt. Similiter & hi fecerũt: Confessi sunt se esse in extremis malis, & nullã salutis habere spẽ. Et uide, non dixerũt, Quomodo seruabimur, sed quid faciemus? Quid igitur Petrus? Iterum hic interrogatis omnibus, ipse respondet, Respiscite dicens, et baptizetur unusquisq; uestrum in nomine Iesu Christi.] & nondum credite, sed baptizetur unusquisq; uestrum. Hoc enim in baptismate accipiebant, deinde ostendit etiam lucrum. In remissionem peccatorum, & accipietis donũ spiritus sancti.] Si donum accipietis, si remissionẽ habet baptisma, q̃d futuri estis? Deinde probabilio rem sermonẽ faciens, subdidit, Vestra est enim promissio.] Hanc & hic quam superius dixerat.

Et filiorũ uestrorum.] Igitur & hinc maius donum est, quòd bonorum etiam hæredes habeant.

Et omnium, inquit, qui longe sunt.] Multo magis uestri qui prope estis. Quoscunq; uocarit dominus deus noster.] Vide quando dicit eorũ qui procul, tũc quando illos inuenit suos factos, & ipsos condemnasse. Anima quando seipsam condemnarit, nõ ultra poterit inuidere. Alijsq; sermonib. testificabatur ac obsecrabat dicens.] Vide illũ ubiq; submissum, & nec ambitiosum, nec ostentatorem. Testificabatur, inquit, & orabat dicẽs. Absoluta & perfecta est doctrina, quæ & metum incutit, & amorem declarat. Saluemini à generatiõe hac peruersa.] nihil de futuris, sed de præsentibus dicit, quibus maxime aguntur homines: & ostendit quod prędicatio non solum à præsentibus, sed etiam à futuris erípit malis. Itaq; illi libenter accepto sermõe eius, baptizati sunt: & appositi sũt die illo animæ quasi tria milia.] Quomodo putas hoc nõ magis recreasse apostolos q̃ signa? Erant autem perseuerantes in doctrina apostolorũ unanimiter, et cõmunicatione.] Duę uirtutes, & perseuerare, & unanimiter. Hoc autẽ dixit, ut ostendat q̃ longe tẽpore illos docuerint.

Et communicatione, & fractione panis, & oratione.] Omnia communiter, omnia cum perseuerantia faciebant, inquit. Obortus est autẽ omni animæ timor, multaq; ꝑdigia & signa per apostolos gerebantur.] Meritò. Neq; enim ut uulgares homines despiciebãt, neq; personis intenti erant, sed accẽsa erat eorum mens. Quoniam autem superius multiflua erant uerba Petri, & ostenderat promissiones ac futura: meritò correpti sunt metu, & testificabãtur dictis signa. Itaq; quemadmodum & in Christo primum uidere licebat signa, deinde audiebatur doctrina, & deinde ueniebãt miracula, ita & nunc. Omnes autem credentes erãt coniuncti, & habebant omnia cõmunia.] Vide statim quãtum incrementũ. Non enim in precibus solis erat cõmunicatio, neq; in doctrina sola, sed & in administratione. Et possessiones ac substantias uendebant, & partiebantur illa omnibus prout unicuiq; opus erat.] Non simpliciter quemadmodũ apud Græcos philosophi, quorũ alij reliquerunt agros, alij multũ auri in mare proiecerunt, id quod non erat opum cõtemptus, sed stultitia et inlipietia. Vbiq; enim et semper diabolus studuit infamare creaturas dei, q̃ quis bene uti pecunijs nequeat. Quotidie aũt perseuerantes unanimiter in templo.] Hic modũ docet quo doctrina fruebãtur. Et uide quomodo nihil aliud uel paruum uel magnum faciebãt ludæi, sed assidui erant in templo. nam qui inter illos erant feruentiores, etiam loco maiorem exhibebant reuerentiã. neq; enim auellebãt illos apostoli, scilicet ne incõmodent. Frangentesq; per singulas domus panem, simul accipiebãt cibum in exultatione & simplicitate cordis, laudãtes dominũ, & habentes gratiam apud omnem populũ.] Panẽ, dicens, uidetur mihi hoc loco ieiuniũ significare, & austeram uitam: simul enim accipiebãt alimentũ, non delicias. Hinc discito dilecte, quòd non delicijs, sed cibis suauiter fruamur, & q̃ delicati sũt in mœrore, & nõ delicati in gaudio. Vides quòd sermones Petri etiã uitæ afferebant temperantiam? Sic non est exultatio, ubi non est tenuitas. Et quomodo inquit, habebãt gratiam apud omnem populũ? propter ea quæ faciebãt per eleemosynas. Ne enim attendas oro, inquit, q̃ sacerdotes præ liuore & inuidia illis obsistebãt, sed uide quòd gratiam apud omnem populum habebant. Dominus autẽ addebat eos qui salui fierẽt quotidie ecclesiæ. Omnes autem credentes erãt coniuncti.] Sic ubiq; bonũ est cõcordia. Alijsq; sermonibus testificatus est.] Hoc dixit, ostẽdens q̃ non sufficiebant quæ dicta erant. Vel etiam dic, q̃ illa quidem ut ad fidem adducerẽt, hæc aũt ut fideles rederent, dicta sunt. Et non dixit: In cruce, sed in nomine Iesu Christi baptizet unusquisq; uestrũ. neque continuo illis crucis memoriã inculcat, ut ne oppꝓbrare uideat: sed simpliciter resipiscite, inqt, & baptizet unusq;q; in nomine Iesu Christi in remissionẽ peccatorũ. Cæterũ lõge aliter habẽt iudiciorũ quæ hic sunt, leges: nam hic qui peccauit, quãdo confitet, seruat. Vide quõ non pręterijt q̃ maius, sed prædicta gratia illud subdidit, dicens. Accipietis donũ spiritus sancti. Dignus acceptione & fide sermo ille, ex his quæ ipsi iã acceperãt. Iam em̃ rem esse facilẽ dicit, multiplexq; habere donũ, & mox ad uitæ rationem ducit, sciẽs q̃ materia etiam ipsis est studij, iam tãta bona gustasse. Porrò quia auditor desiderabat audire, quod prolixi sermonis caput & quænã summa esset, etiam illud apponit, ostendẽs q̃ donum sancti spiritus. Cæterum illi accepto sermone, laudauerunt quæ dicta sunt, quamuis metu pleni, & post indulgentiam, ad baptisma ueniũt. Cæterum uideamus iterum quæ dicta sunt. Erant, inquit, perseuerãtes in doctrina:] ex hoc manifestum, q̃ non uno uel duob. diebus, sed multis docuerint, utpote in aliam uitam illos transferentes. Et obortus est omni animæ timor.] Si omni, etiam his qui nõ crediderant. uerisimile autem illis hoc accidisse, quia uiderunt tãtam subitam mutationem, fortassis etiam quia uiderant signa. Non dixit autem simul, sed unanimiter: multi enim sępe congreganẽt, qui tamen non sunt unanimes, sed sentẽtijs dissident. Sermonibusq; obsecrabat. Nõ dixit doctrinam, succidẽs. Licebat autẽ discere, q̃ sicut nouos pueros educabãt alimento spirituali, & angeli repente facti sunt. Et diuidebant prout unusquisq; opus habebat.] Viderũt quòd spiritualia communia, & nullus alio plus habebat, et statim peruenerunt ad hoc ut sua omnibus distribuerent. Omnes enim credentes erant coniuncti: nõ loco fuerunt cõiuncti, ut manifestum est his quæ addidit, dicens, Et omnia habebant cõmunia.] Omnes autem, inquit, nõ ille quidẽ habebat, ille uero nõ habebat. Hæc erat angelica respub. nihil dicere si

Universidad de Deusto
Biblioteca

bi proprium esse. Hinc radix malorũ execta est, A
& per ea quæ fecerũt, demõstrarunt quod audierũt. Igitur hoc erat quod dicebat: Seruamini à generatione peuersa ista. Et appositæ sunt die illo animæ quasi tria millia. Postquam tria millia facti sunt, secreuerunt se à uulgo, qui & magna cum fiducia iam agebant, quotidieq; ascẽdebant, & assi dui erãt in templo. Quia & Petrus & Ioãnes paulo post idem fecerunt. nihil enim Iudaicum nouabant, sed honor ille in locum pertingebat usq; ad templi dominum.

MORALE.

Vidisti pietatis incrementũ, diuitias abiiciebãt & gaudebant, & multa erat lætitia. Maiora enim erãt quæ accipiebant bona, nullus opprobrabat, B
nullus inuidebat, nõ erat fastus, non erat contemptus, quasi pueri nuper nati putabant se erudiendos. Quid sicut in obscura dico imagine? Meministis q; quando ciuitatẽ nostrã concussit deus, & omnes erant attoniti, sic afficiebantur: nullus dolosus erat, nullus malignus. Etenim talem faciebat timor, talẽ tribulatio, non erat frigidum illud uerbũ, Meum & Tuum. Et ob hoc exultatio erat in mẽsa, nullus quasi ex propriis ederet afficiebatur, nullus etiã quasi ex alienis, quamuis uideat ænigma esse. Ea em quæ fratrum erant, non arbitrabantur esse aliena: erant enim ut dominorum, neq; propria, sed ut fratrum: neq; pauper confundebatur, neq; dites inflabatur. Hoc est exultare. C
Et ille qui cõmunicabat, quasi beneficiũ accepisset, lætabatur, & illi qui accipiebãt, quasi sic honestati. Et ualde inter se erãt coiuncti.] Quoniam in opum distributionibus, & cõtumelias, & con-
8. Cor. 9 tristatiões, & molestias fieri contingit; ppter hoc dicebat Apostolus, Ne ex tristitia uel ex necessitate. Vide quãtum illis testificetur & tribuat, fidẽ germanã, uitam rectam, perseuerantiam in auditorio, in precib. in frugalitate, in lætitia. Duo erãt quæ poterant illos conturbare, ieiunium & pecuniarũ erogatio, illi autem propter utrunq; gaudebãt. Enimuero quis sic affectos nõ ut patres communes dilexisset: nihil mali pariebant inter se, totum permittebant diuinæ gratiæ, non erat timor, idq; in mediis periculis. Vnde per simplicitatẽ omnem uirtutẽ declarauit, quæ maior est ipso ieiu- D
nio, diuitiarũ erogatiõe, ac perseuerantia in oratione. Sic autẽ & pure laudabãt, imò hoc est laudare deũ. Vide insuper & illos hic statim accipere mercedem. Habere enim gratiam apud populum, est esse ualde dilectos ac amabiles. Quis em nõ obstupescceret, quis non admiraretur hominẽ moribus simplicẽ, uel quis non se iungeret ei qui subdolus nõ est: aut quorum aliorũ est salus: quorum præter hos eximia illa felicitas? Nõne pasto
Prou. 10 ribus initio euangeliũ prædicatum est? nõnne Ioseph simplex homo erat, adeò ut nec p adulterij suspicionẽ perterreret, quo peccato perpetrãdo consentiret? Nõne agrestes fuci experies elegit? Anima enim, inquit, benedicta omnis simplex. & iterum, Qui autem ambulat innocenter, ambulat cum fiducia. Dicat aliquis, Nõne & prudentia opus est? At qd aliud est simplicitas, q̃ prudẽtia? Quando em nihil suspicaris mali, neq; moliri poteris malum: quãdo nihil fers moleste, neq; uindictam meditari poteris. Cõtumelia quis te affecit, non doluisti: calũniatus est, nihil inde affectus es: odio persequit, & sic quoq; nihil affectus es. Via quædam est ad philosophiam simplicitas. Quem admodũ enim in corpore tristis & mœstus & cogitabundus, licet pulcher sit quis, multum tamen pulchritudini detrahit: hilaris autem & subridẽs aspectu, formositatẽ auget: ita profectò etiam anima. Subdolus licet innumera habeat bona opera, disperdit ea, cõtrà agit mente liber ac simplex. Et amicũ talẽ quis cum simplicitate fecerit, & inimicum factum conciliarit. Non item opus habet custodia, & custodiæ custodia, neque uinculis & connexionibus ad hoc, sed multa est illi laxatio, & ijs qui cum eo uiuũt. Quid igitur si in malos incideris uiros talis? Deus qui præcepit esse simplices, porriget manum. Quid simplicius erat Dauide? quid Saule malignius? Vter igitur superauit? Quid Iosephus? nõne simpliciter appellabat heram, illa eum contrà callide? & quid quæso detrimenti inde passus est? Quid Abele fuit apertius? quid Caino maleficentius? idem Iosephus nõne citra fucum agebat cum fratribus? nõne propter hoc probatus fuit, eo quòd ipse quidẽ omnia absq; suspicione loquebatur, illi autẽ maliciose insidiabantur? Somnia sua semel atq; iterum incaute eis prodidit: itidem pari securitate ad illos profectus est cibos allaturus, totum cõmittens deo: illi erga ipsum tãquam hostem affecti erant, ipse uicissim erga illos ut fratres: & poterat deus illum nõ permittere incidere in illos, sed permisit ut ostẽderetur miraculum, quòd licet illi quod poterãt conarentur, ille tamen uicit: & sic quantamuis plagam accipias, non à teipso, sed ab alio accipis. Malicio sus autem seipsum quidem percutit primũ, alium autem nullũ, & sic sibiipsi est hostis. Illius anima plena est mœrore perpetuo, cogitationibus semper complicitis, siue audiendum, siue dicendum quid sit, omnia trahit ad crimẽ, omnia incusat. Procul ab illis amicitia & concordia, proxime autem illis habitãt & inimicitiæ & fœditates, & sibiipsis suspecti sunt tales: his neq; somnus dulcis, neque aliud quippiã. Quòd si & mulieres habent, papè, quàm sunt omnibus hostes ac inimici innumeræ æmulationes, timor perpetuus. πονηρὸς malus autẽ ἀπὸ τοῦ πονεῖν à laborando dictus est: sic scilicet scriptura semper laborem malitiam uocat, sic quando dicit: sub lingua eorũ fatigatio & labor. & alibi iterum. Et quid reliquũ illis? fatigatio & labor. Si autem admiretur quispiam, undenam initio tales facti sint, & hodie non sint tales: discat causam esse afflictionem, doctricem philosophiæ, matrẽ pietatis. Quando pecuniæ in usu non erant, tunc neque labor erat. Etiam, inquit, istuc ipsum enim rogo, nunc autem tanta malicia unde? illic tria millia et quinq; millia statim uirtutẽ arripuerunt, & mox adeò philosophi facti sunt: nunc autem uix unus inuenitur, tunc autem sic conspirabant,

Quid

Quid hoc quod illos tam agiles & excitatos red- A
debat? quid illos repente accẽdit? Quoniam cum multa accedebant deuotione, quoniam honores non erant sicut nunc, quoniam ad futura suã mentem conuerterant, & nihil præsentiũ expectabãt. Hoc est ignitæ animæ, in periculis uersari, hoc putabant illi Christianismum esse, sed non nos: nunc in meris dissolutionibus uiuitur, propter hoc neq; quando oportet hæc assequemur. Quid faciemus interrogabant illi, condemnantes seipsos, nos autem secus agimus. Quid faciemus, dicimus, uendi tantes nos præsentibus, & sublimia de nobis ipsis sentientes. Illi faciebant, quæ sanè facere decebat, nos autem contrarium agimus. Condemnarunt seipsos illi, desperarunt de salute sua, & propter hoc tales facti sunt, agnoscebãt quantum donum
acceperant. Quomodo autem uos eritis tales, per B
omnia diuersum quod illi faciebant operantes?
Illi simul audierunt ac baptizati sunt, non dixerunt hęc frigida uerba, quæ scilicet nos nunc, neq; moras nectebant, quamuis non omnes audierant iustificationes: sed solum, Seruamini à generatione hac praua, eos non segnes effecit, sed acceperunt sermones: & quod acceperant, operibus declarabant, & monstrarunt quales essent. Simul enim ut in certamen ingressi, uestes exuerunt, nos autem insanientes, cũ uestibus certare uolumus: propter hoc antagonista noster laboribus non habet opus, sed impliciti in nobis ipsis sæpe deficimur. Idem enim facimus, quemadmodum si quis athletam, puluere aspersum, nigrum, nudum, & ab arena & à sole multum habentem luti, & oleo, sudore ac luto simul deformatum conspicatus, ipse unguentum olens acceptis sericis & aureis uestibus, & stola usq; ad corigias calcei demissa, & aureo ornatu in capite in arenam descendat. Qui enim talis est non impeditur solum, sed omnẽ curam habet, ne inquinet & disrumpatur uestis, unde & primo aggressu cadet: & id quod timuit, statim patietur, cum plagis & damno accepto. Tempus adest certaminis, tu autẽ sericis indueris: tempus est exercitationis, tempus stadij, tu autẽ quasi ad pompam teipsum ornas, & quomodo uinces? Oro ne spectes ad externa, sed interna. Horũ em curis, quasi uinculis grauibus ubiq; anima colligata est, manum non sinens extollere, neq; extendere contra hostem, molles faciens ac delicatos. D
Optandum, liberatum ab omnibus posse illã immundam superare potestatẽ: propter hoc & Christus quòd non sufficiat solarum diuitiarum abiectio, uide quid dicat, Vende facultates tuas, & da
Mar. 10 pauperibus: & ueni & sequere me. Si autem deposuisse quoq; opibus nondum securitatem consequimur, sed & alia quadam arte ac diligentia nobis opus est: multo magis has adhuc habentes, nihil magni faciemus, sed ridiculi & spectatoribus & ipso maligno hosti erimus. Nam licet diabolus nõ esset, licet nullus qui impugnet appareat: innumeræ tamen uiæ sunt, quæ diuitiarum amatores ad gehennam ducunt. Vbi nunc sunt qui dicunt,
Quare diabolus factus est? Ecce hic diabolus nihil operatur, sed nos totum. Atqui hæc eos qui in montibus sunt dicere oportebat, qui post temperantiam, & diuitiarum cõtemptum, & aliarum rerum despectum, patrem ac domos, & agros, & uxorem, & pueros reliquere ut milites: sed illi maxime hæc non dicunt. Isti autẽ quos nunquam dicere oportebat, dicunt. Illa reuera sunt diaboli certamina, ad hæc aũt neq; descendere dignum. Sed istam, inquit, diuitiarum cupiditatem immittit diabolus. Fuge ô bone, & caue eã ne admiseris. Nunc si quẽ uideres à ianua moliri lutum, & in se fũq; caput id diuertere, non solum nõ misereris, sed etiam indignareris, & diceres illum iuste passum esse: & quid ita insanis, omnes ad illum dicerent. Ipse autem uides quòd diaboli est diuitiarum cupiditas, uides quòd innumera mala affert, uides illum sicuti luti aceruos facere cogitationes fœdas, & nudo capite excipiens immũdiciam illius non intelligis? parum declinare oportebat, & ab affectione liberari, quemadmodum si ille locum declinans liberetur: sic & tu accipe tales rationes, & fugias peccatum, & repellas concupiscentiam. Et quomodo repellam, inquis? Siquidem Ethnicus esses, & præsentia solũ admirareris, fortasse multa esset difficultas, quamuis illi id uirtutis exercuerint. Homo autem cœlum expectans & ea quæ in cœlis: dicis, quomodo repellam? si contrarium dicerem, tunc oportebat hæsitare: si dicerem, concu
C piscere diuitias. Et quomodo cõcupiscam diuitias, diceres talia uidens? dic oro: Si auro proposito & lapidibus pretiosis dicerem, concupiscere plumbũ, num opus erat hęsitatione? dixisses enim, quomodo possum? Atqui cum dico, Ne cõcupiscas, hoc facilius est. Non admiror despicientes, sed eos qui non contemnunt. Ignauissimi animi hoc est, nihilo muscis & culicibus præstationis, humiq; repentis. Quid dicis? Vitam hæreditaturus es æternam, & dicis, quomodo contemnam præ illa præsentem? An non digna res est, ad quam totis uiribus contendas? uestem accepturus regiam: dicis, quomodo contemnam pannosam? In regis ingressurus domum dicis, quomodo despiciam pauperẽ illã casam? Profecto nostra semper culpa est, qui nolimus uel parum excitari. Nam quotquot uoluerunt, uitam in melius mutarunt amplexi uirtutem, fecerunteq; illud strenuè magnaq; cum facili- D
tate. Vtinam & nos præsenti admonitione persua si recte agamus, & imitatores efficiamur eorum qui bene egerunt, Gratia & misericordia unigeniti illius filij, cum quo patri & sancto spiritui, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

SIMVL AUTEM IOANNES ET PETRVS ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Homilia VIII. Cap. III

MIrabiq; duo illi inter se concordiã magnã habere cognoscuntur, huic innuit Petrus, simul ad sepulchrũ ueniũt, de hoc dicit Christo, Hic aũt quid? Et alia qui Ioan. xiii.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem signa non curauit libri huius scriptor: quod autem magnum afferebat stuporem, & omnibus nouum uidebatur, dicit. Et uide iterum, nō prius consilio capto ad hoc uenisse: adeò ab ostentatione & honoris cupiditate erant alieni, & suum imitabantur præceptorem. Cur autem tunc ascenderūt in templum, nunquid adhuc Iudaicè uiuebāt? minime, sed utiliter hoc faciunt. Fit enim signum hoc, alios quidem iterum confirmās, alios autem attrahens, & signum quale nondum fecerant. Naturalis morbus erat, & maior arte medica, imò quadraginta annis claudicans fuerat, sicut in progressu dicit, & nullus illum unquam curauit. Scitis autem quòd curatu difficiliora sunt, quæ à natiuitate insunt. Tam grauis autē erat morbus ille, ut nec sibijpsi cibum operando parare posset, & insignis erat homo, cum à loco, tum à morbo. Et quomodo, audi. Et uir quidam, inquit, claudus ex utero matris suæ gestabatur, quem ponebant quotidie ad portā templi, quæ dicebatur Speciosa, ut peteret eleemosynā ab his qui ingrediebantur in templum.] Eleemosynā utiq; accipere quę rebat, & ignorabat, qui nam essent illi uiri. Qui uisis Petro & Ioanne ingressuris in templum, petebat eleemosynam. Vt autem Petrus inspexit in illum cum Ioanne dixit, Aspice in nos:] Hoc audi. Ille autem ne tum quidem surgit, sed pergit obstrepere: paupertas enim cogit, ut etiā urgeat dare eos qui negant. Pudeat nos, qui resilimus dum orant nos inopes. Vide autem æquitatem, quam ostendit Petrus statim, ut dixit, Vide in nos.] Sic illorum habitus morum facilitatem ostendebat. Ille autem intendebat in eos, expectans aliquid ab ipsis acciperе. dixit autem Petrus, Argentum & aurum non est mihi. Hoc autem quod habeo, tibi do.] Non dixit, Do tibi quod multo argento pretiosius. Sed qd? In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula, & apprehēsa illius manu dextra suscitauit.] Ita & Christus fecit, sæpe curauit uerbo, sæpe & opere, sæpe & manū admouit ubi erant infirmiores in fide, ut ne uideatur fieri natura. Et apprehensa illius dextra manu suscitauit. Hoc fecit manifestam suscitationem. Erat enim resuscitationis imago. Et statim confirmatæ sunt illius plantæ ac tali. Et exiliens stetit & ambulabat.] Tentans forsan seipsum, & maiorem probationem faciebat. Non igitur simpliciter factum est, quod actum. Infirmi pedes illi erāt, non fatigati, non secti: quidam autem dicunt, quòd nescierit ambulare. Et ingressus est cum illis ambulans in templum.] Reuera admiratione dignum: non ipsi illum adducunt, sed ipse sequitur, comitatu benefactores suos testatus. Et per hoc quòd cum exultatione laudabat deum, non illos admiratur, sed deum, qui per illos sibi benefecerat. Sic gratitudinis studiosus uir erat. Sed uideamus iterū quæ dicta sunt. Ascendebant, inquit, ad horam orationis nonam:] Fortassis per tempus illud gestantes claudū ponebant, quando maxime ingrediuntur homines in templum. Vt autē ne putet quis, quòd propter aliud quiddam portabant, & non ut acciperet, uide quomodo hoc manifeste astruat in his quæ dicit. Ponebant illum, ut eleemosynam acciperet ab his qui ingrediebātur in templum. Et propter hoc etiam locorum meminit, argumentum dans eorum quę scribit. Et quomodo illum non adduxerunt Christo? forsan fuerunt infideles qui templo assidebant, qui quidem neq; apostolis illum adduxerunt. Vt uidit autem illos ingredientes & miracula facientes talia, rogabat, inquit, ut eleemosynā acciperet, quoniam illos uiros pios quosdam ex ipso habitu statim cōsiderabat. Et idcirco intendit in illos. Vide autem quomodo & Ioannes ubiq; tacet, Petrus uero etiam pro illo rationem reddit. Argentum, inquit, & aurum non est mihi: non dixit, Non habeo hic, qualia nos dicimus, sed prorsus non habeo. Quid igitur claudus? Et despicis me orantem? Non dixit. Sed ex his quæ habeo accipe. Vides quomō à fastu alienus sit Petrus, & non ostentator, ne erga illum quidē cui benefaciebat. Os igitur & manus totum operabantur. Tales quidem erant & ludæi claudicantes, & opus erat illis petere sanitatem, ipsi autem magis opes petebant humi iacentes, qui & propter hoc templo assidebant, ut ditarentur. Quid igitur Petrus? Non despexit illum, non ditantem aliquem quæsiuit, neq; dixit, Etiamsi non fiat in isto miraculum, nihil magni fuerit: nec honorem aliquem ab illo expectauit, neque præsentibus quibusdam curauit illum: erat enim uir in ingressu, non ibi, sed intus erat multitudo: sed nihil horum quæsiuit Petrus, neque ingressus prædicauit, sed solo suo habitu claudum attraxit ad petendum. Et hoc miraculum, quòd statim credidit. Qui enim liberati sunt à diutinis morbis, uix credunt, etiam cum uiderint. Et qui sanatus est, deinde cum apostolis erat, gratias agens deo. Et ingressus est, inquit, cum illis ambulans in templo, exultans & laudans deum. Vide quomodo non quiescit: præ uoluptate quidem saliebat, laudabat autem deum ut ora illorum obturaret. Mihi autem uidetur, ut ne putetur esse simulatio ipsum saltasse, quod certe ostendebat nihil hic fingi. Qui enim omnino ire non poterat, præsertim quum antea etiam fames cogeret: neq; enim uoluisset in gestantes distribui ea quę in eleemosyna uix sibi sufficiebant: multo magis tunc. Quomodo autem simulasset propter eos qui eleemosynam non dederant? Sed gratias agebat uir etiam post sanitatem. Vtriq; enim fidelis ostenditur, & à gratitudine, & ex eo quod acciderat. Non sanè omnibus notus erat, unde & agnoscebant illum. Et uidit, inquit, illum omnis populus ambulantem ac laudantem deum, agnoscebantq; illum, quòd hic esset, qui ad eleemosynam accipiendam sedebat in Speciosa porta templi.] Et benedixit, Agnoscebant, qui ignotus postea ob miraculum esse cœperat. Hoc enim uerbo utimur in his quos uix agnoscimus. Oportebat igitur credere, nomen Christi remittere peccata. Quum autem sanatus teneret Petrum ac Ioannem, accessit omnis populus ad uestibulum, quod

uocatur

uocatur Salomonis, & obstupescebat, à beneuolentia quæ in illos, & amicitia qua ab illis non separabatur. Fortassis autem & gratias agens illis, & laudans. Vt autem uidit illos Petrus respondit.] Iterum ipse & operator & concionator. Igitur nuper illos ad audiendum excitarat donū linguarum, nunc uero hoc miraculum: & illius quidem concionis exordium factū est à diluendo crimine, huius autē à suspicione tollenda. Videamus autem quid differat hæc ab illa, & quid cū ea commune habeat. Nam illa quidē in domo fiebat, quū illi nondum progressi uel aliquid operati essent: hæc autem admirantibus omnibus, sanato propè assistente, nulloq; dubitante quemadmodū tunc, quando dicebant quòd musto pleni sint. Et tunc apostolis omnibus præsentibus disserebat, nunc autem cū Ioanne solo: unde libere loquitur, & uehementior fit. Tanta enim res uirtus est, ut initio sumpto progrediatur, & nusquam subsistat. Vide autem & qua dispensatione in templo contigit signum fieri, ut & alij fidētiores fiant. Neq; enim in angulo operabātur alicubi, uel etiam occulte: sed neq; intus in templo, ubi magna multitudo erat. Quomodo creditum est? Quòd ipse qui sanatus prædicaret beneficiū. neq; enim mentitus fuisset, neq; si ad alios quosdā uenisset. Igitur ubi amplus erat locus & separatus, ibi faciebant miraculum. Et uide quid factum sit: Ad aliud opus ueniunt, & aliud faciunt. Sic & Cornelius, alia ieiunans precabatur, & alia uidit. Et hactenus ubiq; Christum Nazarenum nominant, In nomine Iesu Nazareni, inquit, surge, & ambula. Iā enim hoc erat quod quærebatur, credi illum.

MORALE.

Ne obsecro ad initium fatigemur narrationis. Sed & licet bonum quoddam opus dixerit, & desinat, iterum resumamus initium, donec habitum consequamur: fortassis ad finem ueniemus, fortassis colophonē imponemus. Industria enim (ut est in prouerbio) gignit industriam, & ignauia ignauiam. Qui parum quiddā dextrè egit, accipit incitamentum, ut ad maius perueniat, imò ut ex illo ulterius procedat. Et sicut ignis ut ligna corripuerit plura, hoc fit uehementior, ita & alacritas. Quo plures enim excitarit cogitationes pias, hoc magis armatur & contra alia. exempli gratia dicā: Stant inter nos sicut spinę, periurium, mendaciū, hypocrisis, dolus, malignitas, conuicia, scommata, risuum excitationes, turpiloquia, sales. Item ex alia parte, auaritia, rapina, iniustitia, calumnia, infidiæ. Item, concupiscentia mala, immunditia, luxuria, scortatio, adulterium. Item, inuidia, æmulatio, ira, furor, uindictæ cupiditas, retaliatio, blasphemia, & innumera talia. Si priora probe egerimus, non solum illa recte facta erunt, sed per illa etiā posteriora. Fortior enim fit cogitatio ad illorum subuersionem. Vt qui multum iurauit, amputet diabolicam consuetudinem hanc, non illud solum ille recte egerit, sed & alia pietas inducta erit. Nullus enim non iurantium facile uolet aliquid mali operari, sed reuerebit? uirtutē quam iam operatus est. Quemadmodum pulchram uestem portās, erubescit semetipsum luto uolutare? Sic & ille. Ab hoc ueniet ad hoc, ut non irascatur, nec percutiat, nec contumelia afficiat. Si enim uel semel parua bene operatus fuerit, totū perfectum est. Contingit autem sæpius contrarium, eos qui semel benè aliquid fecerint, in eadem peccata ex ignauia iterum relabi, ita ut inde quasi impossibile sit reliquum opus cōstituere. ut si posuimus uobis ipsis legem non iurandi, uirtutem exercuimus ad dies, tres, quatuor: post hoc necessitate quadā urgente, collectum lucrum totum dispersimus, ac deinde in tantā peruenimus segniciem ac desperationem, ut non libeat eadem ultra attingere. Et merito. Nam qui sibi aliquid ædificauit, deinde uidens structuram deiectam, ignauior fit ac negligentior, & iam segnis est ad extruēdum amplius. Verum non oportet negligenter agere etiam sic, sed iterum laborem aggredi. Ponamus igitur nobis quotidianas leges, iamq; à facilib. incipiamus. Malam iurandi consuetudinem ab ore nostro auferamus, frenum imponamus linguæ: Nullo hîc sumptu opus, nullus labor exigitur, non indiget magna temporis mora exercitatio: Sufficit uelle, & totum factum est. Res enim hæc à consuetudine pendet. Etiam obsecro & oro, studium tale afferamus. Dic oro mihi, si iussissem erogare pecunias, nónne alacriter omnes pro uiribus contulissetis? Si me in periculis uidissetis extremis, nónne etiam carnis uestræ portionē si possibile esset dedissetis? Iam in magno & maximo periculo sum, nec magis dolerem, etiamsi uel in carcere agerē, uel sexcentas plagas excíperem, uel in metalla cō demnatus essem. Manum igitur porrigite: cogitate enim quantū sit periculum, neq; hoc minimum (minimum autem dico, quantum ad laborem attinet) posse bene agere. Quid dicam, quum arguar: quare tunc non redarguebas, quare non imperabas, quare non legem ponebas, quare non obtemperantes non prohibebas? Non sufficit mihi dixisse, admonui: Sed & acriore opus erat increpatione, inquier. Quoniam & Heli admonebat (sed absit ut uos illius conferam filijs) & ille admonebat, & dicebat, Ne faciatis sic filij, malus rumor est quem de uobis audio. Sed scriptura pergēs dicit, Non admonebat filios suos. Hoc autē dicit, quoniam nō acriter, neq; cū austeritate faciebat. Quomodo igitur nō absurdū, in synagogis quidem ludęorum tam fortes esse leges, & si doctor imperet omnia fieri, hic aūt nos ita cōtemptos esse ac abiectos? Nō mihi mea gloria curę est, Gloria eñ mea est, uestra probata uita, uestra salus. Quotidie clamamus, insonamus in aures uestras. Qui audiat, nullus est, & nihil egregiū opere declaramus. Timeo ne ob intempestiuam illā & multā misericordiam, pœnā in futuro die sustineamus: propterea magna & clara uoce prædico omnibus ac testificor, ut qui sic præuaricantur, quiq; ea quæ à maligno sunt loquunt, hoc est enim iuramentum, ne limina ecclesiastica ascendant. Præstitutus autem uobis sit mēsis præsens, ut sic corrigamini. Ne eñ

1. Reg. 2

mihi

Universidad de Deusto
Biblioteca

mihi dixeris, negotiorũ me urget necessitas, quia fidẽ non inuenio. Interim auser mihi illa iuramenta quę sunt assuetudinis. Scio quòd multi nos risuri sunt. Atqui melius est nos nunc rideri, quàm olim deplorari. Quis enim seruans præceptum ridebitur? quòd si omnino ridebunt, non nos, sed Christum ridebunt. Horruistis quod dictum est. Scio & ego. Nam si ego quidem legem hãc induxissem, & ego deriderer. Si autem alius legislator est, in illum transit irrisio. Et cõputus est aliquando Christus, & in maxillam percussus est, ac alapam tulit. Fert hæc etiam nunc, & nihil dissimile: idcirco gehenna parata est, idcirco uermis immortalis. Ecce iterum dico ac testificor. Rideat qui uoluerit, subsannet qui uoluerit, in hoc positi sumus, ut rideamur scilicet ac subsannemur, ut omnia patiamur, purgamenta mũdi sumus secundum beatum Paulum. Si quis noluerit hoc præceptũ perficere, quemadmodum tuba quadam per uerbum denuncio, abstineat à liminibus ecclesiasticis, siue princeps sit, siue alius cinctus diademate. Aut deponite me ab hoc principatu, aut si me uultis permanere in eo, definite periculis exponere: non fero ut ascendam in hanc sedem magna nõ faciens. Nam si hoc non possibile, satius fuerit infra stare: nihil enim miserius præside, subditis nihil utilitatis afferente. Adhuc oro attenti sitis, nec uagemini animis uestris, obsecro, imò attendite dicẽti, & omnino aliquid lucrabimini. Ieiunate, orate deũ, & nos uobiscum, ut illam pernicios am consuetudinẽ eiiciamus. Nihil maius est quàm fieri doctores orbis, non parum fuerit, ubiq; audiri quòd nullus in hac urbe sit qui iuret. Si hoc fieret, non solũ uestrorum operum accepturi essetis mercedem, sed & nostri pro fratribus studij. nam quod nunc uobis sum, id uos toti orbi futuri estis. Omnino & alij imitabuntur uos, omnino futuri estis lucerna super candelabrum posita. Est hoc, inquit, totum? sed hoc est initium aliorum: qui non iurat, omnino ad pietatem ueniet etiam aliam, siue uelit, siue nolit, uel metu uel uerecundia. At multi sunt qui non ferunt ac resiliunt. Sed melior est unus faciẽs uoluntatem domini, quàm innumeri peccatores. Hinc scilicet omnia subuersa sunt, omnia sursum ac deorsum confusa, quia quemadmodum in spectaculis multitudinem desideramus, non multitudinem probatam. Quid enim turba, dic mihi, poterit prodesse? Vis discere, q̃ turba sancti sunt, nõ multi? educite in bellum centum myriades, & unum sanctum: scimus quis plura operetur. Exijt Iesus Naue in bellum, & solus omnia operatus est strenuè, & ita alij nihil profuerunt. Multitudo, dilecte, quando uoluntatem domini non facit, nihil differt ab his qui non sunt. Optarim sanè, & uel proprio capite libens redemerim, ut multitudine ornetur ecclesia, sed multitudine probata. Si autem hoc fieri nequit, saltem pauci illi probati sint. Non uidetis quòd melius sit habere unum lapidem pretiosum, quàm mille obolos? nónne melius est oculos sanos habere, quàm excæcatis gratuitate carnis onerari? nónne uidetis quòd melius sit habere paucos bonos filios, quàm multos malos? Non uidetis quòd in regno pauci, in gehenna multi? Quid mihi cum multitudine? quæ utilitas? nulla. sed potius alijs damnum. Idem enim est ac si cui liceat decem habere sanos, uel sexcentos infirmos, & adijciat illis decem innumeros illos. Illi sanè plurimi nihil recte agent, nihil aliud nobis afferent, quàm pœnã tunc, & in præsenti tempore ignominiam. nullus enim quòd multi simus dicet, sed cuncti arguent nos tanquam inutiles. Hoc sanè nobis semper dicũt, quãdo dixerimus, quòd multi sumus: subijciunt, sed & mali. Ecce iterum denuncio, & clara uoce clamo: iocum nullus esse putet. Abarcebo, & prohibebo non obtẽperantes, & quandiu in hac sede consedero, nihil illius iustificationibus præferam. Si me quis defecerit, non erit opus me rationem reddere: donec rationi reddendæ sum obnoxius, non possum cõtemnere, non propter meam pœnam, sed propter uestram salutem, quam plurimum cupio, pro illa lacrymor & doleo: sed obtemperate, ut & hîc & in futuro multam accipiatis mercedem, & cõmuniter æternis fruamur bonis: Gratia & misericordia unigeniti illius filij, cum quo patri simul ac spiritui sancto, gloria, imperium, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

1.Cor.4

Præses, quando inutilis

QVO VISO PETRVS RESPONDIT AD populum, Viri Israelitæ, quid admiramini super his, uel quid nos intuemini, quasi nostra uirtute aut pietate effecerimus, ut hic ambularet? Homilia IX.

AIORE sermonis fiducia referta est hæc oratio, quàm superior: nõ quòd in priore sibi timuerit, sed quoniam homines illi irrisores ac subsannatores, & concitatores risus ad tantam orationem non fuissent idonei. Vnde illam quidẽ ordiens, statim in initio attentos facit: Hoc uobis notum sit, dicent, & auribus percipite uerba mea: hic autem nõ habet opus tali præparatione. Non enim segnes erant, quos signum attentos fecerat: unde apud metu ac stupore plenos non opus erat hinc incipere, sed aliunde, unde illos sibi maxime cõciliabat, repulsa illorũ opinione. Nihil enim itaq; dest & adducit auditores: ut si non solũ nihil magnũ de se dicat differens, sed etiam superbiæ suspicionẽ eximat. Sic tamen contempta gloria magis seipsos glorificabant, interim demonstrando non humanũ, sed diuinũ esse quod acciderat: & quod dignum sit, ut ipsi admirentur cum illis, & non ut in admiratione sint. Vides quàm ab ambitiõe purus, gloriam dei promoueat. Sic & ueteres faciebant, quemadmodum & Daniel dicebat: Et ego non in sapientia quæ erat in me. & Ioseph: Nónne à deo manifestatio illorum? Et Dauid, quando ueniebat leo ac ursus, in nomine domini illos discerpebat. Et hic igitur: Quid intenditis in nos quasi propria uirtute aut pietate effecerimus, ut hic ambularet?] Neque hoc nostrum est, inquit: non

Dan. 2
Gen. 40
1. Reg. 17

non enim quasi digni simus, conciliauimus nobis diuinum fauorem. Deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob, deus patrum nostrorum.] Vide quomodo subinde progenitores refert, ne uideat nouum quoddã dogma inducere: & illic patriarchæ Dauid meminit, & hic Abrahæ & Isaac. Glorificauit filium suum Iesum.] Iterum humiliter sicut in procœmio: deinde audaciorfactus, quod acciderat, extollit, non quemadmodũ antea adumbrat: facit autẽ hoc magis illos adducere uolens. Quanto enim magis reos illos monstrabat, tanto magis hoc fiebat. Glorificauit filiũ suum Iesum, quem uos quidem tradidistis, & negastis illum in cõspectu Pilati, qui iudicarat illum absoluẽdum.] Duo crimina, & quòd Pilatus uolebat dimittere, & q̃ illo uolente nolebatis. Vos autem sanctum & iustum negastis, & postulastis ut uirũ homicidam donaret uobis: principem uero uitæ interfecistis, quẽ deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus,] Quasi diceret, pro illo latronem petijstis, & ita ualde illis onerosum reddebat sermonẽ: Et quia illos in manu tenebat, deinde acriter cædit.

Principem uero uitæ, inquit.] Hoc loco fidem resurrectionis apparat. Quẽ deus suscitauit ex mortuis.] Vt nequis dicat, unde hoc manifestũ, non iam ad prophetas confugit, sed ad seipsum, quoniam iam fide dignus erat. Nam tunc quidem quum dixisset, quòd resurrexisset, Dauidem adduxit testem: nunc uero idipsum dicens, chorum apostolicum, Cuius nos sumus, inquit, testes: et in fide nominis illius hunc quẽ uidetis & nostis, consolidauit nomen ipsius: & fides quæ per eum est, dedit illi integritatẽ coram omnibus uobis.] Quærens causam dicere, statim signum addit: In conspectu, inquit, uestri omnium. Quoniam autem ualde illos carperat, & monstrarat resurrexisse crucifixum: iterum sermonem remittit, dans illis facultatem pœnitentiæ dicens: Et nunc fratres scio quòd per ignorantiã fecistis, sicut & principes uestri.] Per ignorantiam fecistis, una est hęc excusatio: altera, sicut & principes uestri. Quemadmodum Ioseph fratribus dicebat: Deus me misit ante uos, imo quod contracte illic dixerat: Definito consilio, & præscientia dei expositũ, quum accepistis per manus iniquorum: hoc hic dilatat. Deus autem quæ prænunciauerat per os omnium prophetarum suorum passurum Christũ, impleuit sic.] Simul ostendit quòd non illorũ sit, si hoc demonstratum antea, & quòd per uoluntatem dei factum sit. dicendo autem: Quæ prænunciauit uerba, ea quæ in cruce opprobrabant, insinuauit, Si uult illum, saluet illum, dicentes: Dixit enim filius dei sum, confidit in illum, descendat nunc de cruce. Nunquid nugæ sunt hæc ô stulti? absit. sed sic oportebat fieri. Et testimonium perhibent prophetæ, atq; ita non descendit, non ob suã infirmitatem, sed ob suam uirtutem. Et ponit hoc in excusationem ludæorum, ut etiam accipiant. Impleuit itaq; sic. Vides quomodo totum illucre ferts? Resipiscite igitur, inquit, & cõuertimini.] Et non dicit à peccatis uestris, sed ut remittantur peccata uestra, istuc ipsum manifestans, Vt cũ uenerint tempora refrigerij à cõspectu domini:] Ostendit hoc loco, miseros illos factos, & multis malis subiectos. Ideo & sic dixit, sciens hunc sermonem patienti, & consolationem quærenti congruere. Et uide qua uia procedit: nam in prima cõcione, paulatim resurrectionẽ, & in cœlos assumptionem insinuauit: hîc autem, & clarum aduentum. Et miserit Iesum Christum, qui antea prædicatus est, quem oportet quidem cœlum accipere.] Id est, necesse est, usq; ad tempora restitutionis omnium. Quare nunc non ueniat, causa manifesta est. Quæ loquutus est deus per os omnium sanctorum suorum à seculo prophetarũ. Moses quidem ad patres dixit: Prophetam suscitabit uobis dominus deus uester de fratrib. uestris mei similem, audietis eum iuxta omnia quæcunq; dixerit uobis.] Illic quidem Dauidis meminit: hic autem Mosæ. Omnium, inquit, quæ loquutus est deus: non dicit quæ loquutus est Christus, adhuc adumbrando magis illos adducens paulatim ad fidem. Deinde confugit ad fide dignum illud, Prophetam uobis suscitabit dominus deus ex fratribus uestris mei similem, illum audietis per omnia. Deinde & pœna magna subditur: Erit autem, inquit, omnis anima quæcunq; non audierit prophetam illũ, exterminabitur de populo: Quin & omnes prophetæ à Samuele ac deinceps quotquot loquuti sunt, & annunciauerunt dies istos.] Hic bene exterminium posuit. Quando enim aliquid magnum dicit, ad priores confugit, & testimonium repetit utraq; complectens: quemadmodum illic dixit, Donec ponam inimicos tuos sub pedes tuos. Admirabile eñ, quòd simul hæc duo, & subiectio & præuaricatio & pœna. Sicut me inquit. Quid igit facitis? Vos estis filij prophetarum, & ut uobis dixi, propter uos omnia facta sunt.] Quoniam enim propter facinus arbitrabantur se alienos esse factos: etenim non erat consentaneum rationi, illum nunc crucifigi, & mox ut suos curare: ostendit quòd & illud iuxta prophetiam: Vos estis, inquit, filij prophetarum & testamenti, quod testatus est deus ergà patres uestros dicens ad Abraham: Et in semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. Vobis primum, inquit, quum suscitasset filium suum misit. Igitur & alijs, sed uobis primum qui crucifixistis illum, benedicentem uobis, ita ut unusquisq; uestrũ conuertat se ab iniquitate.] Videamus autem iterum diligentius quę lecta sunt. Prius instruit quòd ipsi non fecerunt miraculum, dicendo: Quid admiramini? & non sinit discredere dicto, utq; id credibilius faciat, primum illorum iudicium reprehẽdit:

Quid in nos intenditis, quasi propria uirtute aut pietate fecerimus?] Si hoc uos terret ac turbat, discite quis sit qui fecerit, & ne obstupescite. Et uide ubiq;, quod postquam ad deum confugit ac dixit, ab illo omnia facta esse, tunc secure illos perstringit: propterea & superius dicebat: Virum declaratum à deo, & exhibitum erga uos. Et ubiq; memores eos facit facinoris sui, ut & miraculum ostenda-

Gen. 45

Deut. 18

Gen. 22

Psal. 109

Ioan. 19

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostendatur,& resurrectio cõfirmetur. Hîc autem & aliud addidit. Nõ enim iam Nazarenum dicit, sed quid? Deus,inquit,patrum nostrorum glorificauit suum filium Iesum.] Vide ut alienus est à fastu:Non obiecit, neq; mox dixit:Et nunc credite.Ecce homo quadraginta annis quũ claudicans esset, in nomine Iesu Christi surrexit, Non sic dixit.Contentiosiores enim fecisset: sed iam laudat, quòd admirentur factũ. Et iterũ à progenitore appellat.& nõ dicit,Iesus illũ curauit, quamuis certe ille ipsum curasset, sed ut ne dicãt quomodo sunt hæc uerisimilia, num prævaricatorẽ glorificat?id circo illos memores facit iudicij apud Pilatum,ostendens q; si uoluissent animaduertere, non esse prævaricatorem cognouissent: non enim Pilatus illum uoluisset dimittere.Nec dixit quũ uoluisset, sed iudicasset illum dimittendum, manifestans q; eum quidem qui alios occidisset dimittendum petiueritis, occisos autem uiuificantẽ nolueritis. Et ut ne dicant iterum quomodo nunc illum glorificat,qui tunc seipsum non adiuuit, adducunt prophetas testificantes,quòd sic oporteat fieri.Deinde ut ne putent dei dispẽsationem,ipsorum excusationem esse,prius illos perstringit.Negare in cõspectu Pilati,non erat fortuitum, quũ ille uellet dimittere:quia si uoluissetis, ne poterat quidẽ eũ uobis negare:Accusat ergo ille à quo petistis. Sic & hoc mira dispensatione contigit.Hîc impudentiã illorum ostendit, & quòd gentilis quidem qui primum illum tunc solum uiderat, liberasset illum, quamuis certe nihil magnum audisset. Illi autem, qui inter signa enutriti,cõtrarium fecerint. Quòd autem iustè iudicauerit absoluendum,& hoc non in gratiam fecerit,audi illum alicubi dicentẽ:Consuetudo uobis est dimitti unum quendam. Vultis igitur hunc dimittam uobis? Vos autem sanctũ & iustũ negastis.] Non dixit, Exposuistis uel reliquistis:sed omnino, Negastis. Meritò.Sic enim dicebant: Non habemus regem nisi Cæsarem. & non dixit: Non expetijstis irreprehẽsibilem,neq; negastis solum,sed etiam occidistis. Quando excæcati erant, nihil tale dixit:ubi autem persuasum est animabus illorũ,tunc perstrinxit acrius,quando scilicet sentire poterant.Quemadmodũ & nos ebrijs nihil dicimus: quando autẽ sobrij facti fuerint,& ab ebrietate reuersi, tũc eos perstringimus. Sic sanè & Petrus agit, quum possent intelligere quæ dicta,tunc & linguam acuit,criminaq; multa numerat,utpote,quòd eum quem deus glorificauit, ipsi tradiderint, quòd eũ quem Pilatus absoluit, negarint in conspectu illius,quòd præelegerint latronem. Vide iterum quomodo occultè de potentia illius disserit,ostendens quòd seipsum scitauit,quemadmodum in priore oratione dicebat:Secundum quod non erat possibile illum detineri ab illa.Et hoc loco: Principẽ uero,inquit, uitæ occidistis.] Non igitur ab alio habuit uitam, quemadmodum princeps malitiæ. Ipse enim qui malitiã peperit,princeps est malitiæ: & princeps homicidij qui homicidium primus induxit:sic & princeps uitæ,qui à seipso uitam habet.Quẽ deus suscitauit, inquit. Postquam hoc locutus est,subdidit: Et in fide nominis illius,hunc quem spectatis & nostis,consolidauit nomen illius,& fides in illum dedit illi integritatem hanc.] Cæterum si fides in illum,operata est totum, & quòd in illum credidit,quare non dixit:Per nomen, sed in nomine? Quia nondum audebãt dicere, In illum fides. Ne autem sit humilius dictum, adijcit: Et nomen illius cõsolidauit illum.Et ubi hoc prius dixit,deinde subdit:Et fides in illum, dedit illi incolumitatem istam. Vide quomodo declarat,quòd etiam illud se paruitati nostræ accommodans dixerit.

Non enim alio habebat opus ad resurrectionem, cuius nomen claudum à mortuo nihil differentẽ, suscitauit. Considera quomodo ubiq; testimonia illorum adducit: nam superius quidem dicebat, Sicut & ipsi scitis, Et in medio uestri. Et iterum: Quem spectatis ac uidetis in conspectu uestri omnium: quamuis quòd in nomine illius factum esset nescirent,sed hoc sciebant quòd claudicans fuisset.Et illi quoq; qui fecerunt, cõfitebantur,quòd non propria uirtute, sed Christi consolidatus sit. Si autem hoc non fuisset, & reuera credidissent resurrexisse,nõ tam mortui quàm suam gloriã quæsissent.Hæc dicendo,idq; illis se aspicientibus,deinde perculsas illorũ animas statim fraterna consolatione mitigauit dicens,Igitur uiri fratres. Illic quidem nihil de seipsis dixit,sed solũ de Christo: Certò igitur, dicens, cognoscat omnis domus Israel.hîc autem & admonitionem apponit.Illic expectauit ut illi dicerẽt, hîc sciebat quantum factu ri essent, utpote magis nunc familiares. Sanè & quæ supra dicta, non processerant ex ignorantia: nam quod latronem petiuerint, quòd iudicatum absolutione dignum noluerint,& quod occidere uoluerint, quomodo ignorassent? Attamen dat eis potestatẽ negandi & pœnitendi de factis,imò & defensionem pro illis ponit uerisimilem ac dicit: Sciebatis quidem quòd occideritis innocentem:quòd autem principem uitæ,forsan ignorabatis.Et hinc, non illos solos à criminibus liberauit, sed etiam præcipuos malitiæ autores.Nonne contentiosiores illos fecisset, siquidem sermonem ad accusationẽ produxisset? Nam quando quis graue aliquid cõmisit,dum accusatur, attentat se maiore excusatione defendere. Et non dicit ultrà, Crucifixistis,occidistis: sed fecistis,ad ueniã illos admittens.Si illi per ignorantiam egerunt, multo magis hi:si illis remittuntur peccata,multo magis his.Hoc autẽ admirabile est, quòd & supra & hîc quum dixisset,illic quidem definito cõsilio & prescientia dei:hîc autem,quod prænunciauerit omnibus Christũ,nullum adducit testimonium,propterea quòd nullum sit,quod non cum multis criminib. & pœnis contra illos dictũ sit:Et dabo,inquit,impios pro sepultura illius, & diuites ,p mortẽ illius.Et iterũ: Quæ antea prænunciauit per os omniũ prophetarũ quod passurus sit ille,impleuit sic.] Magnum demonstrauit consilium, quandoquidem omnes hoc dicebant, & nõ unus duntaxat.Profectò quoniã per ignorantiã facta sunt, præter

præter uoluntatem dei facta sunt. Vide aũt quanta dei sapientia, quæ aliorum malignitate utitur, prout res postulat.Impleuit, inquit, sic. Vt ne putent postea omissum esse aliquid,hoc addidit,manifestans impleta esse quæcunq; pati oportebat. Cæterum ne putetis quia prophetæ illa dixerint, & per ignorantiam feceritis, quòd hoc uobis ad defensionem sufficiat,non dicit sic, sed latius, Pœniteat igitur uos.Quare? ut deleantur peccata uestra, non dico illa sola quæ in crucifigendo commissa sunt, forsan illa per ignorantiã contigerunt: sed ita,ut & alia uestra peccata deleantur.Deinde adiecit, Si quo pacto ueniant uobis temporare frigerij.] Hîc de resurrectione disserit obscure.

2.Cor.5 Reuera enim illa refrigerij tempora, quæ inquirebat & Paulus dicens: Et nos qui sumus in tabernaculo ingemiscimus grauati. Deinde ostendẽs, quòd ille sit temporũ refrigerij autor. Et miserit, inquit,prænunciatũ uobis Iesum Christum:] Nõ inquit,Expunctum est peccatũ uestrum, sed peccata,etiã illud interim insinuãs, Miserit.] Hoc ut dixit,non dicit postea unde ueniat,sed solũ addit,quem oportet quidẽ cœlos accipere. Adhuc accipere? Et quare non dixit, quem cœlum suscepit? Hoc ut de superioribus temporibus disserens dixit:Sic dispensatum est, inquit, sic constitutum est: de æterna illius existentia nondum dicit, sed adhuc uersatur in ipsius dispensationis modis, & dicit: Moses quidẽ loquutus est patribus, Prophetam uobis excitabit dominus.] Deinde ut superius dixit, usq; ad tempora restitutionis omniũ quæ loquutus est deus, per os omniũ sanctorum illius prophetarum à seculo, tunc tandem ipsum inducit Christum. Si enim multa prædixit, illum autem audire oportet, non absurde quis prophetas hæc dixisse dixerit.Et alioqui uult ostendere, quòd eadem & prophetæ prædixerunt: & si quis diligenter exquirat, inueniet etiam in Veteri obscure quidem prædictum. Dicta autem sunt hæc clarius nuperrimè. Prius annunciatum inquit.] Hîc illos etiam terret, quasi multa adhuc reliqua sint.Quomodo igitur dixit:Impleuit ea quę oportebat illum pati. Impleuit, inquit, non impletum est:ostendens quòd ea quæ pati illum oportebat implerit, quæ autem futura relinquuntur nondum impleta sunt. Prophetam excita

Deut.18 bit uobis dominus deus ex fratribus uestris meis similem.] Quod maxime illos conciliabat dicit. Vides quomodo humilia iuxta sublimia seminat? Humile enim & excelsum est,si ascensurus in cœlos similis sit Mosi,ueruntamen tunc magnum erat. Nunquid & in hoc similis Mosi, quòd quisquis illum non audiet, exterminetur ex populo? Innumera & alia dixit, in quibus euidenter monstratur,quòd ei nõ sit similis Moses,atq; adeò magnum quoddã testimoniũ attigit. Deus illũ suscitabit,inquit,ex fratribus uestris. Itaq; Moses ipse interminatus est his qui non audiunt.Hæc omnia ad persuadendũ apta. Et omnes quoq; prophetæ,inquit,à Samuele.] Noluit singulatim tractare,ut ne prolixum faciat sermonem, sed tempesti-

ue Mosaici testimonij memor,ultra mittit illos:

Vos estis,inquit,filij prophetarũ,& testamẽti, quod testatus est deus:] Testamenti, inquit, filij: hoc est hæredes. Vt enim ne uideantur hæc ex beneficio Petri accipere,ostendit q; olim illis debitũ fuerit,ut magis credant, quòd & deo hoc probet.

Vobis primũ,quum suscitasset, inquit,deus,filium suũ misit.]Non dixit simpliciter, misit filium suum, sed etiã post resurrectionẽ, & quando crucifixus est: ut eñ ne putent quòd ipse quidẽ hæc largitus sit,pater autẽ minimè: ppter hoc addidit, Benedicentẽ uobis. Si enim frater uester ipse etiã benedicet uos, promissio res est:hoc est, tantum abest quòd non uelit uos his cõmunicare,& horũ socios esse, ut uelit etiã alijs uos autores ac duces fieri. Igitur ne tanquam abiecti uel repudiati uos habeatis. In hoc,ut se conuertat unusquisq; ab iniquitatibus.]Sic uos benedicet, & non simpliciter.Et quæ est ista benedictio? Magna. Nonne conuerti ab iniquitatibus,hoc sufficit & alia soluere? si aũt soluisse nõ sufficisset, quomodo benedictionem exhibuisset? Nunquid enim qui iniuste egit,iam & benedicitur,sed liber fit à peccatis? id mihi uidetur,nisi quis iuxta modum legislationis acceperit,minime aliter congruiturum. Illum audietis inquit, & non simpliciter:Sed erit omnis anima, quæcunq; non audierit prophetam illum, exterminabitur de populo. Quando illos indicauit,qui peccarũt,& ueniæ participes fiunt,& promisit iucunda:tunc tandem ostendit,quòd & Moses idem dicit. Et quæ ista cõsequentia dicere,usq; ad tempora restaurationis, & adducere Mosen dicentem, quòd omnia audiẽt, quæ dicet Christus, & non simpliciter, sed cum terribilibus minis: ostendit enim quòd & propter hoc obtẽperare debent illi. Quid est filij prophetarũ & testamenti? hæredes,successores. Si igitur filij, quare ergà res uestras tanquam erga alienas affecti estis? Igitur accusatione quidem digna feceritis, poteritis autẽ simul ueniã assequi. Deinde ubi dixit hæc recte, & alia subdit. Vobis misit deus filiũ suum benedicentem uos: nõ dixit seruantem, sed quod maius est,benedicentem,ostendens quòd crucifixus benedicet illos qui crucifixerunt.

MORALE

Imitemur igitur & nos,ejciamus animã, homicidij & bellorũ auidam. Non enim sufficit non uidisci. Hoc & in uetere lege factũ est, sed omnia faciamus pro his qui iniustitiam fecerunt, quasi pro amicis germanis,quasi pro nobis ipsis. Illius imitatores simus, illius discipuli, q; postq; crucifixus omnia fecit pro his qui crucifixerunt, etiã quum apostolos emitteret, quamuis certe nos sæpe etiã iustè patiamur:ille aũt non solum iniuste, sed etiã ab impijs. Benefactorẽ enim & eum qui nihil iniuste fecit,crucifixerunt. Quare dic oro? propter gloriam? certè ipse illos honestabat. Quõ? Super Matth.23 cathedram Mosi, inquit, sederunt scribæ ac Pharisæi, omnia igitur quæ dicunt uobis ut faciatis, facite:secundum opera autem illorum nõ facite. Et iterum in alio loco: Vade,ostẽde te sacerdoti:

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quum posset illos perdere, seruabat. Huncigitur imitemur, & nullus inimicus cuiuspiam sit, neque hostis, præter quàm solius diaboli. Non paruum ad hoc confert etiam non iurare, & non irasci. Nam ex eo quòd non irascimur, nec inimicum habebimus. Abijce hominis iuramentum, & etiam quæ iræ sunt abieceris, iramq; extinxeris omnem. Est enim sicut uentus ira & iuramẽtum. Sinuamus uela, nulla utilitas ueli, si desit uentus. Si igitur nõ clamamus, neq; iuramus, neruos succidimus iræ. Si autem non creditis, periculum facite rei, & sic se habere cognoscetis. Pone irascẽti legem, ne unquam iuret, & non opus habebis illi de mansuetudine sermonem facere, & sic totum perfectum erit. Et neq; peierabitis, neq; iurabitis omnino. Nescitis in quot fœda hinc uos præcipitetis, necesse enim uinculo uos ipsos constringentes, & omni conatu operã dantes ut ab hoc ineffugibili malo animã uestram eripiatis, deinde si non poteritis, reliquũ ut in dolore agatis & pugnis, & damnum accipiatis ex ira. Sed hæc temere ac frustra fiunt. Igit minare, defini, omnia fac, sed absq; iuramento. Licet retexere etiam quæ dicta sunt, & quæ facta, si uolueris. Sic hodie necesse est uobis mansuetius loqui: quoniam si audieritis, etiam quod uobis reliquum, recte perfectum erit. Age, dic quam ob causam introductũ est iuramentum, & quare concessum? dicamus originem eius, & unde natum sit iterum, & quomodo à quibus narrantes, remunerabimus uos hac oratione pro uestra audiendi facilitate. Eum enim qui iuste facit, necesse est & sapiẽtiæ studiosum esse, & qui non dum talis, neq; dignus est qui audiat sermonem. Fecit olim pacta Abrahã, & immolauit uictimas, & hostias obtulit, & nondum erat iuramentum. Vnde igitur ingressum est iuramentum? quando mala creuerunt, quando omnia simul sursum ac deorsum confusa sunt, quando ad idololatriã inclinarunt: tunc sanè, quando infideles apparuerunt, deum uocabant testem, quasi fideiussorem dantes dictis satisfacturũ. Iuramentũ enim est fideiussio, ubi mores fidem non habent. unde primum taxatur is qui iurat, si ei fides non habeatur absq; fideiussore, & fideiussore maximo: & quia tam parum homines sibi mutuũ credunt, non hominem quærunt fideiussorem, sed deum. Secundo idem crimen est eius qui iuramentũ recipit, si pro contractibus deum ad fideiussionem trahat, & dicat se non crediturum, nisi illum accipiat. O excellentem stuporem, ô contumeliã, uermis ac terra ac cinis existens & fumus, audes talem dominum tuum in fideiussorem rapere, & illum cogis accipere? Dic oro mihi, num si filijs uestris cõtendentibus inter se, & sibi mutuũ non habentibus fidẽ, dixerit conseruus, non credendum, nisi cõmunis dominus fideiussor accedat: nónne illi irrogarentur plagæ multæ, ut discat quòd dño in alijs, non hisce uti oporteat? Quid dico conseruum? nam si magis uenerandum uoluerit uirũ, nónne contumeliam causa haberet? At ego nolo, inquit. Igitur neq; illum coge, quoniã & in hominibus hoc fit.

Iuramentum quid

A Si quis dixerit, hunc aut illum fideiussorem do, tu non recipis. Quid igitur? perdã, inquit, quod dedi? non dixerim hoc, sed deũ contumelia affici ne sustineas. Ideo & qui cogit, ẽt qui iurat magis ineuitabile habet supplicium. Similiter & qui nullo postulante iurat. etiam hoc difficilius, quòd quis iurat pro unico obolo, pro paruo emolumento, pro iniustitia. Et hæc sic periculosa, quãdo nõ fuerint periuria: si aũt periuria cõmittentur, tunc omnia confunduntur, & in causa sunt tam is qui dat, quã is qui accipit iuramentum. Sed sunt aliqua quæ ignorantur, obijciũt. Verum hæc prævidens, nihil temere facias: si aũt quid feceris negligentius, repete à te ipso errati pœnam. Melius sic damno affici, quàm aliter. Dic em̃ mihi, rapis ad iuramentum uirum, quid expectans, num quòd peieret?

B sed hoc extremæ insipientiæ. In tuum enim caput pœna cõuertetur. Melius erat opes perire, quàm illum perire. Quare cum tuo damno hoc facis, & cum contumelia dei? Bestiæ est talis anima & uiri impij. Sed expecto, quòd non peieret. Igitur & absq; iuramento crede. Sed sunt multi, aiunt, qui absq; iuramento audent fraudem facere, qui cum iuramento non item faciunt. Decipis teipsum ô homo. Homo furari qui didicerit, & hominẽ iniuria afficere etiam iuramentum calcauit sæpius. Si autem reuerentiam habet in iurando, multo magis iniuste faciendo. Sed inuitus, ais, hoc patitur. Igitur uenia dignus. Sed quid loquor de iuramentis istis, relictis forensibus? Illic enim nihil tale potes dicere, nam pro decem obolis iuramenta fiunt

C & periuria. Quia enim fulmen superne non descendit, & non omnia subuertuntur, stas obstringens deum. Quam ob rem? ut olera accipias, ut calceos, pro paruo argento in testimonium illum uocas? nunquid quoniã non punimur, putamus nos neq; peccare? Hoc diuinæ misericordiæ est, non nostræ uirtutis. Iura per tuum puerum, iura per teipsum: dic, Sic ne lictor assistat lateribus meis. Sed times. Lateribus igitur uilior est deus? capite tuo contemptior? dic, sic ne excæcer. At Christus nobis sic parcit, ut prohibeat etiam per proprium caput iurare. Nos autẽ sic despicimus gloriam dei, ut ubique ille trahatur. Nescitis quid sit deus, & quali ore inuocari debeat. Porrò quoties de uiro aliquo uirtutibus prædito loquimur,

D dicimus: Laua os tuum, & sic mentionem facito: nunc uero honorabile nomen, quod est nomen *Phil. 2* super omne nomen, quod admirabile in omni ter *Psal. 8* ra, quod dæmones audientes contremiscunt, simpliciter distrahimus. ô consuetudinem, quæ id fecit contemptissimum. Deniq; si imposueris alicui necessitatem iurandi in domo sancta, quàm horrendum iuramentũ, si sic afficeris, iniungis. Nunquid quòd illo quidem simpliciter abutimur, hoc autem minime? Nónne horrere oportebat, quum nominatur deus? At inter ludæos quidẽ hoc nomen tam reuerendum erat, ut in tiaræ lamina scriberetur, & nulli eas diuini nominis literas licebat *Exod 39* gestare quàm soli summo sacerdoti: nunc autem tanq; rem profanam contrectamus nomen illius.

Si simpli-

Si simpliciter nominare deum non omnibus fas A erat, hoc certe quod in testimoniũ uocatur, quantæ audaciæ? dic oro, quantæ insaniæ? Ecce dico, & testificor uobis emendate iuramenta forensia, eos autem qui non obtemperant omnes mihi indicate: eccè præsentibus uobis, impero his qui ad ministeriũ segregati sunt domuũ orationis, & admoneo, & ostendo, nemini temere iurare licere, imò neq; aliter. Ad me igitur ducat, quisquis fuerit, quoniam & hæc oportet corã nobis agi. quasi pueri essetis paruuli. Proh pudor, dedecus enim est, quòd de quibusdam adhuc opus habetis erudiri. Num sacram mensam tangere audes, qui initiatus non es? Sed id adhuc peius, tu qui initiatus es audes sacrã mensam tangere, quã nec omnibus sacerdotibus tãgere licet, & sic iurare? Et tui qui- B dem pueri caput non tangeres egressus, mensam autem contingis, & non horres neq; metuis? Ad me tales adduc, ego iustã pœnã inferã, & utroscp cum gaudio emendabo: quod uolueris facito, te legem pono omnino nõ iurare. Quæ salutis spes, sic uobis omnia cõtemnentibus ac perdentibus? num propterea accepisti literas & symbola, ut perdas animam tuam? Quid tantũ lucraris, quantum perdis? Peierauit? perdidisti & te & illũ. Sed non peierauit? Etiã sic perdidisti, qui coegeris præceptum transgredi. Expellamus hũc morbũ ab ánima, interim à foro illum pellamus, atq; omnibus mercatorum & opificum officinis: maius lucrum nobis erit, ne putetis per transgressiones legũ diuinarum secularia feliciter succedere. At non cre- C dit, inquit: Etenim & ego hoc ab aliquibus audiui, quòd si non iurauero multa iuramenta, nõ credetur mihi. Tu horum causa es, qui tam prompte ac facile iuras: quòd si hoc non esset, sed omnibus esset manifestum, quòd non iures: crede mihi dicenti, quòd uel solo nutui plus crederetur tuo, ẽt ijs qui innumera iuramẽta deierant. Cui enim magis creditis, mihi non iuranti, an iurantibus? Sed tu, inquit, princeps es ac episcopus. Quid igitur si ostendero quòd non hoc sit in causa? Cum uerita te respondete mihi obsecro. Si continuo iurarem ac semper, nunquid priuilegiũ haberet principatus meus? Minime. Vides, quòd nõ propter hoc. Quid igitur lucraris, dic obsecro mihi. Paulus esuriebat, & tu eligas esurire magis quàm transgredi D quædam diuina mãdata. Cur tam infidelis es? An tu quidem omnia eliges & facere, & pati ut ne iures, ipse autem te non remunerabit? sed periuros quidem & multum iurantes, quotidie pascit: te uero tradit famí, quoniam audijsti illum? Omnes sciant quòd his qui in hanc ecclesiam congregãtur, nulli iurare liceat, & de hoc efficiamur certi. & nõ sola fide, sed etiam hoc signo à Græcis & omnibus alijs differamus. Signaculum accipiamus ex cœlestibus, ut tanq; regia armenta ubiq; fulgeamus, ex ore & lingua iam noti efficiamur, sicut barbari, & sicut hi qui Græce loqui sciunt: Lingua enim à barbaris discernimur. Dic enim oro mihi, psitaci unde sunt cognobiles, nónne ex eo ẽ loquuntur sicut homines? & nos quoq; cognobiles fiamus si

loquamur sicut apostoli, & loquamur sicut angeli. Si dixerit enim quis, iura: audiat quòd Christus *Matth. 5* iussit, & non iuro. Hoc sufficit ad omnem uirtutẽ inducendam. Ianua quædã est pietatis, uia ad philosophiam inducens, palæstra quædã est. hæc custodiamus, ut & præsentia & futura bona assequamur, gratia & misericordia dñi nostri Iesu Christi cum quo patri simul cũ sancto spiritu gloria, impe rium, honor, nũc & semper in secula seculorũ, Amẽ.

LOQVENTIBVS AVTEM ILLIS SV- *Cap. iiii*
peruenerunt sacerdotes ac magistra
tus templi. Homilia X

NOndum satis à prioribus respirarant tentationibus, & statim inciderũt in alias. Et uide quomodo res dispensentur: primum omnes simul subsanati sunt, non parua erat hæc tentatio: deinde qui præcipui erant, periculis implicabantur: quæ duæ tentationes non una post aliam aut fortuito eis acciderunt, sed ubi prius concionibus inclaruerunt, & post illas miracula operati sunt: tunc demũ magna cum fiducia, concedente deo, certamina aggrediuntur. Tu autem obsecro considera quomodo quæsierint Iudæi primũ proditorem, qui Christum traderet, quod ut factum est, manus ipsi iniecerint: nunc audaciores & impudentiores facti sunt, etiam post crucem. Peccatum enim quamdiu parturitur, habet confusionem ac pudorem, ubi autem perfectum fuerit, impudentiores facit eos qui ipsum patrarunt. Sanè quare hic & magistratus assistit? Superuenerunt enim illis loquentibus sacerdotes, inquit, & magistratus: hoc est, dux militum templi. Vt iterum ea quæ fiebant, publico crimine infament, & non ut priuatum aliquid ulciscantur, id quod ubiq; ut facerent studebant. Molestè ferentes eo quòd docebant illi populum.] Molestè ferebant, non solum quòd docebant, sed q; non solum dicebant illum resurrexisse, sed etiam nos per illum resurrecturos: eo quòd illi docebant, inquit, populum, & annunciabant sub nomine Iesu resurrectionem mortuorum. Tam fortis ac efficax est illius resurrectio, ut & alijs iste resurrectiõis factus sit autor.

Et iniecerunt eis manus, & posuerũt eos in custodiam usq; in diem posterum, erat enim iam uespera.] O impudentiam. Habebant adhuc priore sanguine plenas manus, & non cessabant, sed iniecerunt illas iterum, ut & alio sanguine impleantur. An fortassis etiam timuerũt, quòd illi iam iuste plebis numerum referrent, & ea propter etiam dux militum illis superuenit. Erat enim, inquit, uespera iam. Illi quidem igit̃ uolentes eos mitigare, hoc faciebãt, & præcauebant: apostolos uero magis audaces reddebat mora temporis. Et uide qui comprehendantur, apostolorum præcipui, alijs in posterum exemplo futuri, ut terreantur alij, & non ultra se mutuum inquirant, neq; communiter agant. Multi uero eorum qui audierãt sermonem, crediderunt, & factus est numerus uirorum circiter quinq; milia.] Quid hoc? nunquid uide-

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt illos honestari? nónne conspexerunt ligari, quomodo igitur crediderunt? Vides manifestam efficaciam? Cæterum eos qui iam crediderant, oportebat infirmiores fieri, sed non sunt infirmiores facti. Sermo enim Petri, semina in altam miserat profunditatem, & mentem illorum attigerat. Alij uero ob hoc succensebant, quòd nihil ipsos illi reuerebantur, quòd præsentia mala nihili faciebant. Si enim crucifixus, dicebant, talia operatur, & claudum suscitauit, neq; nos timeamus illos. Igitur & hoc diuina dispensatione contigit, quòd nunc plures inde crediderunt quàm prius. Quia lictores idcirco Apostolos illis uidentibus ligabant, ut & illos meticulosiores facerent. Factum est secus quàm illi uolebant. Idcirco etiam coram illis istos non examinant, sed priuatim, ut ne libertas qua illi loquebantur audientes lucri- B faceret. Factum est autem postero die, ut congregarentur principes eorum & seniores, & scribæ in Hierusalem, & Annas princeps sacerdotum, & Caiphas, & Ioānes, & Alexander, & quot quot erant de genere pontificio.] Iterum conueniunt simul. Nam legem iam non ultra seruabant, sicut & multa alia mala faciebant. Et iterum iudicij formam negotio huic adhibent, ut iniusto iudicio reos illos faciant. Et quum statuissent eos in medio, interrogabant qua uirtute, aut quo nomine fecistis hoc uos, quamuis nossent. Molestè enim ferentes, inquit, eo quòd annunciabant in Iesu resurrectionem: sane propter hoc uinxerant eos. Cuius igitur gratia interrogant? expectabāt & putabant, quòd propter multitudinem negaturi essent, & propter illam nihil non facturi. Vide sane, & quid dicant: In quo nomine fecistis hoc uos? Tunc Petrus repletus spiritu sancto dixit ad eos:] Oro recorderis nunc sermonū Chri-
Luc. 12 sti, & quomodo euenerit quod dixerat: Quando aūt tradent uos in synagogas, ne soliciti sitis, quomodo uel quid loquamini, spiritus enim patris uestri est qui loquitur in uobis. Itaq; magna spiritus efficacia freti sunt. Audi nūc quid dicat: Principes populi, & seniores Israel.] Vide sapiētiā uiri, & quomodo magna cum libertate nihil cōtumelioſum loquitur, sed cum reuerentia, Principes populi & seniores Israel, si nos hodie examinamur de eo quòd benefecerimus homini infirmo, quomodo ille saluus factus sit, notum sit omni- D bus uobis, & omni populo Israel.] Satis generosè mox in procœmio illos perstringit ac carpit, imò illos commonefacit priorum, quòd de beneficio ipsos iudicent, quasi diceret: Omnino oportebat nos propter talia coronari, & ut benefactores promulgari: nunc autem etiā iudicamur, quia benefecimus homini infirmo, non diuiti, non potenti, non nobili, quamuis quis hoc inuidisset: magna enim grauitate sermo ille refertus est. Ostenditur autem hinc, quòd illi seipsos malis immiscuerint. Quòd in nomine Iesu Nazareni.]
Quod maxime illos contristabat, apponit. Hoc
Matth. 10 erat quod illis Christus dixerat: Quod audiuistis in aure, prædicate super tecta. In nomine Iesu A Nazareni, quem uos crucifixistis, quē deus suscitauit ex mortuis, per hunc ille astat uobis sanus.] Ne puteis, inquit, quòd occultemus patriam uel passionem eius quem uos crucifixistis, quē deus suscitauit ex mortuis, per hunc ille astat corā uobis sanus. En iterum passio, iterum resurrectio.

Iste est lapis reprobatus à uobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli.] In memoriam reducit eis uerbum quod terrere illos sufficiebat. Qui ceciderit enim, inquit, super lapidem hunc, *Matth. 21* confringetur: eum autem super quem ceciderit, dissilire faciet. Nec est in ullo alio salus.] Quas putas ex his uerbis plagas illos accepisse? Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat uos seruari. Hic & sublimia loquitur. Nam quando non est corrigendum aliquid, sed sola libertas declaranda, nō parcit. Non enim timuerat, ne percuteret. Et non dixit simpliciter, per alium: sed, non est in alio ullo salus, manifestans quòd hic uos seruare potest. Simul autem & uolens illos terrere. Videntes autem Petri libertatem & Ioannis, compertóque quòd homines essent illiterati ac idiotæ admirabantur, & agnoscebant eos, quòd cum Iesu fuissent.] Et quomodo, inquit, illiterati rhetoricati sunt contra illos & summos sacerdotes? non ipsi loquebantur, sed per illos gratia spiritus. Hominem autem uidentes stare cum eis qui sanatus fuerat, nihil poterant contradicere.] Magna hominis libertas, & manifestū est uel ex eo quòd & in ipso iudicij loco illos non reliquerit, & ita si dixissent, non sic se habere, ille reprehendisset. Iussis autem illis è concilio secedere, conferebant inter se, dicentes: Quid faciemus hominibus istis?] Vides ut perplexi sint, & iterum humano timore omnia operantur? Itaq; sicut & cum Christo, quod factum erat subuertere & tegere non potuerunt, sed prohibentib. illis res fidei magis crescebāt: sic & nunc fit. Quid faciemus? ô insipientiam, quòd illos propter gustata certamina perculsos fore existimarunt, imò si propter suam dignitatem quam ita libere loquentes non curauerant, sperauerunt facturos aliquid. Quanto igitur magis prohibere uolebant, tanto amplius res crescebāt. Nam conspicuum signum editum esse per eos omnibus habitantibus Hierosolymis manifestum est, nec possumus inficiari, sed ne amplius diuulgetur in populum minaciter interminemur eis, ne posthac loquantur sub hoc nomine ulli hominū. Et accersitis illis præceperunt, ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Iesu.] Vide & horū impudentiam, & apostolorum sapientiam.

At Petrus & Ioannes respondentes: An iustum sit in conspectu dei uos potius audire quàm deum, iudicate. Non enim possumus, quæ uidimus, & audiuimus non loqui. At illi additis minis dimiserunt eos, non inuenientes qua ratione punirent eos propter populum.] Miracula ora eorum concludebant, & post ea non tulerunt eos implere sermonem, sed interrumpentes impediebant magna cum contumelia. Quia omnes glorificabant

rificabant deū super eo quòd acciderat. Annorum em̄ erat amplius quadraginta homo in quo A factum est signum istud sanationis.] Sed iterum uideamus quę dicta sint. Quid faciemus hominibus istis?] Primùm propter gloriam humanam omnia faciebant, nunc etiam propter aliud simulant, ne uideantur esse homicidæ, quod post hoc dicebant: Vultis super nos adducere sanguinem hominis illius? Prohibeamus illis nō loqui in nomine hoc. Vides insipientiam? Persuasi quòd resurrexerat, inde sumpta coniectura quòd deus sit, nihilominus docere in nomine eius quem neque mors potuerat detinere, prohibere conati sunt.
Quid huic insipientiæ par? Et ne mireris, quòd iterum attentant, quæ non perficiunt. Tantū enim malum est malitia, nihil uidet, sed ubiq; tumultuatur, & in seipsam ruit. Quasi decepti ac ludificati i- B ta consulunt, id quod facere solent, qui se irrisos suspicantur: hoc sursum ac deorsum tractant, quod dixissent, deus illum suscitauit, & in nomine Iesu hic sanus assistit, ostendentes quòd resurrexit Iesus. Alioquin etiā ipsi resurrectionem putabant, frigide quidem ac pueriliter, putabāt tamen: nūc autem non credunt, & tumultuantur, cōsulentes quid sibi faciendum. Hoc profecto solum nónne sufficiebat persuadere illis, ne quid faciāt dum illi tam libere loquuntur? Quare non credis, dic Iudæe? Oportebat enim signa facta & sermonē attendere, non quòd tam multi mali sunt. Et quare non tradunt illos Romanis? Iam male audiebant apud eos propter ea quæ in Christū egerant, atq; ita sibijpsis magis incommodarant imminuentes C suam æstimationē, & sanctimoniæ nomen. at non item Christo, quem media nocte raptū statim abduxerunt moræ impatientes ac multum timentes propter multitudinem. De his autem nullam fiduciam habebant, neq; illos ducunt ad Pilatum, timentes & suspicātes propter superiora, ne etiam de illis redarguerentur. Factum est aūt ut congregarentur ipsorum principes in Hierusalem.] Iterum concilium in Hierosolymis, & iterum illic iniqua perpetrantur, & neq; ciuitatis habetur reuerentia. Vidisti illorum malitiam, & quomodo attentantes quæ perficere nequeunt, non absterentur: uide iam oro, & Petri sapientiā, & quid in medium progressus illis loquit: Si nos iudica- D mur de eo quod benefecimus homini infirmo, in quo seruatus est. In quali nomine fecistis hoc?] In quali? quare non dicis sed adumbras? In quali nomine fecistis uos hoc? Atqui iam dixerat, non nos fecimus. Vidisti sapientiam, non dixit statim: In nomine Iesu fecimus. Sed quid? In nomine eius hic assistit coram uobis sanus. Et iterum: Si nos iudicamur, quòd benefecimus homini infirmo: perstringit illos, quasi semper eiuscemodi incrimen uocantes, & reprehendentes quod benefiat hominibus, & priora in memoriam reducit, quòd ipsi ad cædes currant: & non hoc solum, sed etiam ob beneficia arguunt. Vides quod pondus habeant uerba? In his enim exercebantur, & po-

stea imperterriti fuerunt. Et hinc ostendit illis, quæ ipsi magis, tametsi inuiti prædicant Christum, & dijudicando & examinando dogma extollunt.

Quem uos crucifixistis.] O magnam libertatem. Quem deus suscitauit ex mortuis.] Id iterum maiorem sermonis libertatem præ se fert. Igitur quod dicit, hoc est: Ne putetis quòd ignominiosa occultemus, quæ tantum abest ut celemus, ut etiā libere prædicemus. Hæc quasi opprobrās illis dicebat: & non simpliciter, sed etiā moratur in sermone. Hic est lapis reiectus, dicens, à uobis. deinde ostendens hoc in magnam utilitatem cessisse, addit: Qui factus est in caput anguli:] hoc est, qui natura nobilis & precioſus ac probatus, hic reiectus est. Adeo propter signum magna libertate dicendi utebatur. Tu autē obserua quomodo quando oportet docere, multas adducunt prophetias: quādo aūt libere loquendum, solum affirmāt: Neq; em̄ nomē est aliud sub cœlo datū hominibus, in quo oporteat saluos fieri.] Quia omnibus hominibus & non illis solis datū est nomen, proinde & illos adducit testes. Quoniā em̄ dicebant: In quo nomine fecistis? De Christo, inquit, non est aliud nomen. Quomodo igitur interrogatis? Sic ubiq; hoc manifestum est. Neq; enim nomen est aliud sub cœlo, inquit, in quo oporteat saluos fieri. Hæc sunt animæ uerba quæ de hac uita desperauit, id quod magna libertas ostendit.
Hic manifestat, quòd quando etiā humilia loquebantur de Christo, non hoc metu, sed attemperatione morum fiebat. Quoniam autem nunc tempus erat, sic loquit sublimia, quòd illo ipso etiam C auditores omnes perterret. Ecce & aliud signum non minus priore. Agnoscebāt q; illos q; cum Iesu fuissent,] non temere hanc particulam posuit euangelista, sed ut manifestet etiam ubi fuissent, nempe in passione. Illi em̄ soli tūc aderant, quando etiam uiderūt illos humiles, exilesq;. Maxime illos mirari faciebat repentina mutatio: etenim illos uiderant Annas & Caiphas quòd assisterent tunc hi, nunc autem perterruit illos ualde libertas. non enim uerbis solis monstrabant non curare se de quibus iudicent, & quòd extrema intententur pericula, sed etiam habitu, & uoce, & aspectu, & in summa omnibus libertatem apud populum demonstrabāt per ea quæ loquebantur. Admirabantur autem fortassis quòd homines & illiterati, & idiotæ essent: quoniam reperire licet illiteratum, qui tamen non sit idiota, & contra idiotam qui non plane illiteratus: ostendit hic quòd duo illa conuenerint. Cōperto q; inquit. Vnde? ex his quæ dicebāt. Non longos extendit sermones, sed & ab ipsa annunciatione & habitu, libertatem manifestat, ita ut & extrema autoritate mandassent eis, nisi præsens fuisset homo. Agnoscebant q; illos, quòd cum Iesu fuissent,] id quod fecit illos credere, quòd ab illo didicissent hæc, & sicut discipuli eius hæc fecissent. Nō minorem autem uocem q; illorum erat, emittebat & miraculum ac signum: quod sanè illorū ora maxime ob-

Universidad de Deusto
Biblioteca

turabat. Si iustũ est, inquit, coram deo, uos magis audiri quàm deum, iudicate.] Quando timor magis successus est, nam & interminari nihil aliud erat quàm dimitti, tunc mansuetius loquunt: tam longe sacerdotes à temeritate erant, quia notum signũ erat. Non possumus negare: atque adeo negassent, nisi ita fuissent, nisi plurimorũ fuissent testimonia, omnibusq; fuisset manifestum, sed talis bestia est impudentia ac temeritas. Minaciter minabimur. Quid dicitis, minando expectatis cessaturam prædicationem? Sic ubicq; principia ardua ac difficilia. Magistrum interemistis, & non fustu listis prædicationem: & nunc expectatis ut minis uestris absterreamur à proposito. uincula nõ persuaserunt humiliter loqui, & uos persuadebitis scilicet his qui uos licet mineminí, nihili faciunt? B An iustum est corã deo, uos magis audire quàm deũ? Hic deum inquit, pro Christo. Vidisti quomodo nunc eueniat quod dixit illis: Ecce ẽm ego Matth. 10 mitto uos tanquam oues in medium luporum, ne timueritis illos. Deinde iterum stabiliunt resurrectionẽ per ea quæ apponunt, dicentes: Nos nõ possumus nõ loqui quæ uidimus & audiuimus.] unde nos fide digni testes sumus, uos aũt interminando, iterum frustra minamini. Oportebat sane illos mutari, propterea quòd populus glorificabat deum: illi autem mortem minantur, sic contra deum pugnabant. At illi additis minis dimiserunt eos.] Hinc magis clari & illustres facti sunt, imò præter mandatum iam testificabantur. Quid est quod dicunt, nos non possumus non loqui ea C quæ uidimus & audiuimus? Si falsa sunt, inquit, quæ dicimus, reprehende: sin uera, cur prohibes? Tantares est sapientiæ studium. illi in angustia, hi in gaudio: illi multa implentur cõfusione, hi cum summa libertate omnia faciunt: illi timent, hi confidunt. Qui enim erant, dic oro, qui timerent, dicentes, ne diuulgetur amplius in uulgus: uel dicentes, non possumus quæ uidimus & audiuimus non loqui? Erant hi in maiore uoluptate, libertate, ac lætitia quàm omnes: illi uero in tristitia confusione ac metu. Populum enim metuerunt. Quæ uolebant loquebantur hi, illi quæ uolebant nõ faciebant. Qui erant in uinculis ac periculis, nónne MORALE hi maxime? Adhæreamus igit̃ uirtuti, ne absq; uoluptate quæ dicuntur sint, & consolationẽ nul D lam afferant. Non est hoc theatrum dilecte citharœdorum uel tragœdorum, ubi solius uoluptatis fructus est, & cum prætereunte die præterit etiam uoluptas, & utinam esset uoluptas sola & non noceret cum uoluptate: attamen inde domum uadunt singuli, quasi à uico quodam in quo multum mercati referant: & adolescens quidẽ recipit melodias carminis diabolici, & quantum potuit memoria complecti, continuo domi cantat: senior autem utpote honestior, hoc quidem non facit, omnia autem quę illic dicta sunt uerba memorat. Hinc uero nihil habentes abitis, & quomodo nõ dignum confusione? Legem posuimus, imò non nos posuimus. Absit. Nõ enim uocabitis, inquit, A magistrum super terram. Legem posuit Christus, ne quis iuret. Quid factum est, oro, cum hac lege? Matth. 5 Non enim cessabo de illa disserere, ne forte iterum ueniens sicut Apostolus ait, non parcam. 2. Cor. 13 Nunquid soliciti fuistis in opere? Nunquid adhibitum est studium à uobis? num iterum ijdem sermones sunt attingendi? imò siue aliquid feceritis siue non, eosdem repetamus, ut in uobis fortiores sint, & alios cohortemini. Vnde igitur nos incipiemus? uultis à uetere lege? sed id in nostram confusionem, quòd ea quæ in ueteri dicuntur, quæ excellere oportebat, nondum custodimus. Nos enim conueniebat non de his audire: Iudaicæ enim paruitatis fuerint hæc præcepta: sed illa perfecta, abijcee opes, sta uiriliter, animam pro prædicatione impendito, ride terrena omnia, nihil sit tibi cum præsente uita commune, benefac si quis te iniuste afflixerit, siue defraudauerit benedic, siue blasphemarit honora, omnibus esto sublimior. hæc & talia audire congruebat: nunc autem de iuramẽto disserimus, & idem fit, quemadmodum si quis eum qui iam debeat philosophari, ab illis doctoribus suis abstrahat, & syllabas ac elementa legere faciat. Cogita, oro, quanta sit confusio hominem quempiam cui sit grauis pera, & baculus ac pallium, ad Grammaticos cum puerulis proficisci, & eadem quæ illi discere. Nónne magnus oritur risus? sed maior ex uobis: non enim tantum discrimen inter philosophiam & elementa, quantum inter iudaica & nostra, sed C quantum inter angelos & homines. Si quis, dic oro, angelum è cœlo deuocet, ac dicat illi, ut hic stet ac audiat nostros sermones, quasi inde eruiendus sit: nónne ridiculum foret, & confusione dignum? Si autem de his eruiri adhuc ridiculum, illis non attendere, dic oro, quanta condemnatio, quanta confusio? Et quomodo non confusione dignum, Christianum eruiri debere, non iurandum esse? Veruntamen reprimamus affectus, ne magis rideamur. Age igitur de ueteri lege disseramus hodie. Quid autem ista inquit, iuramento ne assuefacias os tuum, neq; cum Eccl. 23 nomine sancti coassuescas. Quare? nam quemadmodum seruus si continuo flagelletur, à cicatrice non purificabitur: sic neq; qui iurat. Vide sapientiam istius sapientis. Non dixit: Iuramẽto ne assuefacias mentem tuam, sed os tuum. Quia sciuit totum oris esse, & quòd facile corrigitur. Con Consuetudo suetudo enim est, quæ postea etiam absq; electione fit: ut sunt multi, qui balnea ingressi simul utfores transierint, signãtur: hoc solet manus etiam propter consuetudinem, etiam nullo iubente. Iterum accensa lucerna sæpe mente aliud quiddam considerante manus signum facit, ita sane & os non cum anima loquitur, sed ex consuetudine, & in lingua totum situm est. Neque cum nomine sancti, inquit, coassuescas. Deinde postquam hoc dixit, apponit: nam sicut seruus qui flagellatur continuo, à cicatrice non purgabitur, ita neque qui iurat. Non periurium hoc loco, sed iuramentum

tum admouendum admonet, apposita illi pœna. A Igitur iurare peccatum est. Talis reuera est anima, talibus plena est uulneribus, talibusq; cicatricibus. An non uides? hoc enim graue est, quamuis certè poteris, si uoles uidere. Dedit enim tibi deus oculos. Talibus oculis uidebat propheta, di Psal. 37 cens: Fœtuerunt & putruerunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Contempsimus deum, odio habuimus nomen bonũ, cõculcauimus Christum, soluimus pudorem. Nullus cum reuerentia memor est nominis dei. Et tu quidem si dilexeris quempiam, & ad nomen illius excitatior efficeris. Deum autem sic cõtinuo uocas, quasi nihil. Voca illum ut benefacias inimico, uoca illum in salutem tuæ animæ, tunc aderit, tunc lætificas illum, nunc autem exacerbas. Voca illum sicut uo B cauit Stephanus. Quid dicens? Domine, ne statuas illis peccatum hoc. Voca illum ut uocauit ux- 1. Reg. 1 or Elcanæ, cum lacrymis, cum lamentis, cum oratione, non prohibeo, sed & ualde exhortor. Voca illum sicut uocauit Moses, & clamabat orans Exod. 2 pro illis qui ipsum in fugam egerant. Et tu quidẽ si alicuius uiri reuerendi memor es sine reuerentia, contumeliam putas: deum autem ore circumferens, non solum sine reuerentia, sed etiam intẽpestiue, nihiline facis rem illam? & quanto supplicio dignus eris? Nõ prohibeo deum perpetuo habere in animo: hoc enim optarim & uelim: sed non præter id quod illi placet, sed si laudas, si collis, magna si hoc concesserit nobis bona sunt: si quando oportet, ac in quibus oportet solum uocemus illum. Quare, dic oro, in apostolorum ore tot uirtutes tantæq; fiebant, in uestro autem nõ? quamuis idem sit deus, idem nomen, sed non est par. Quomodo? quia illi quidem in his quæ dixi, ipsum inuocabant solum, uos autem non in illis, sed in alijs. Si autem ideo iuras, quia nõ credit, dic quidẽ crede. Veruntamen si uis iura per teipsum. Matth. 5 non legislatori cõtrarium assero. Absit. Sit enim, inquit, iermo uester, etiam etiam, non non. Sed in hoc condescendo uobis, ut magis in hoc uos inducam, & à tyrannica consuetudine liberẽ. Quot sunt in alijs admodum probati, & in his rebus totum perdunt? Vultis discere, quare concedebatur priscis iurare? peierare enim neque illis concessum erat. Quoniam per idola iurabant. cõfun- D damini in his legibus manentes, in quibus uersabantur infirmi. Quia & nunc Græcum si accipio, non statim illi hoc impero, sed nunc ut sciat Christus, admoneo. Fidelis autem & qui didicerit illũ, & audierit, si usurus est eadem indulgentia qua Græcus, quæ utilitas, quod lucrum? At ob consuetudinem difficile tibi est, & ad illa ægrè abstraheris. Igitur quoniam tanta consuetudinis est uis, eam in aliam transfer consuetudinem. Et quomodo, inquit, possibile? quod sæpius dixi, hoc etiam nunc dico. Sint animaduersores eorum quæ dicuntur multi, stẽt inquisitores & correctores. Nõ est confusio ab alio corrigi, imò cõfusio est repelere corrigentes, & in damnum propriæ salutis hoc facere. Et tu quidem si uestem induatis intersam, permittis te à puero admoneri, & non cõfunderis ab illis discẽs, quamuis certe in hoc magna confusio. Hic autem in detrimento animæ confusione est, dic mihi, ab alio erudiri? & ornantẽ quidem te uestibus fers seruulum, & calciantem: ornantem autem animam tuam non fers? & quantæ insipientię hæc sunt? Sit & minister horum doctor, sit & puellus, sit & uxor, sit & amicus, & uicinus & cognatus. Quemadmodum enim fera, quæ undequaq; agitatur, non facile euadit: ita fieri nequit, quin is qui tot habet custodes, tot obseruatores, tot increpantes, & undique affligitur, facile effugiat, & non seruetur. Et primo quidẽ die difficile feres hoc & altero, & tertio. Deinde autem facile erit, & iam post quartum molestum ultra non erit: periculum facite, siquidem non creditis. Curam habete oro. non enim uulgare est hoc quod peccatur & corrigitur, sed utrinq; magnũ, & bonum, & malum. Concedatur hoc bonum fieri gratia, & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac sancto spiritui, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DIMISSI AVTEM VENERVNT ad suos, & annunciauerunt illis, quęcunque ad ipsos principes sacerdotũ et seniores dixerunt. Homilia XI

NOn uana gloria extimulante narrãt, quæ aliena ab illis erat, sed gratiæ Christi indicia ostendunt. Idcirco & quæcunq; illi dixerunt narrant, quæ autem per ipsos dicta sunt licet prætereant, attamen & hic magis fidentes fiũt. Et considera quomodo iterum ad uerum auxilium confugerint, ad subsidium orationis inuictũ, iterum unanimiter, & cum studio. Non est enim oratio, quæ simpliciter fit. At illi qui audierant unanimiter sustulerunt uocem ad deum, & dixerunt.] Vide quàm diligenter fiunt illorum preces, quando apostolatu dignum sibi monstrari petiuerũt, sic dicebant: Tu domine omnium cordium cognitor ostende: opus enim erat illic præscięntia. Hic autem quoniam ora aduersariorũ obturari oportebat, de domino disserunt, ideo & sic cœperunt: D Domine deus, qui fecisti cœlum et terrã, ac mare, & omnia quæ in illis sunt, qui per os Dauid pueri tui loquutus es: Quare fremuerunt gẽtes: ac po Psal. 2 puli meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes congregati sunt simul aduersus dominum, & aduersus Christũ eius.] Prophetiam in medium afferunt, tanquam pactum à deo exigentes, & seipsos interim cõsolantes, quòd inuanum hostes meditentur omnia. Hoc autem est, q̃ dicere uolunt: Illa in medium profer, & ostende, quòd uana meditati sint. Congregati enim sunt reuera in ciuitate hac, contra sanctum puerum tuum Iesum, quem unxisti, tam Herodes quàm Pontius Pilatus, cum gentibus & populis

Israel, ut faciant quæcunq; manus tua & consiliũ tuum fieri præfiniuit. & nunc domine uide in minas illorum.] Vides philosophiam, & quomodo his non imprecentur mala. Non posuerũt autem minas speciatim, sed solum dicunt quòd minati sint. Abbreuiat enim conscriptor sermonem. Et uide. Non dixit: Disrumpe illos, deijce illos. Sed quid? Et da seruis tuis libere loqui sermonem tuum.] Sic discamus & nos orare. Quamuis quo non furore impletur qui in uiros incidit, occidere illum tentantes, & id genus comminantes, & quam non hostilitatem admittit? At non ita sancti isti. In hoc ut manus extendat ad sanationes, & ut fiant signa ac prodigia per nomen sancti pueri tui Iesu.] Si in nomine illo fiunt efficacię ac uirtutes, magna erit fiducia, inquit. Rogantibus autem illis, motus est locus in quo erant cõgregati.] Factum est hoc signum, ut audirent illi etiam diuinam uisitationem. Et impleti sunt omnes spiritu sancto.] Quid est, impleti sunt? Reaccensi sunt spiritu sancto. Etenim reaccensum est in ipsis charisma, & loquuti sunt sermonem dei cum libertate. Huius autem multitudinis credentium erat cor unum, & anima una.] Vides quòd cum gratia dei etiam sua afferebant. Vbiq; enim hoc obseruatu dignum est, quod cum gratia dei, & ea quæ ab ipsis erant, declarant. Quemadmodum Petrus dicebat: Argentum & aurum non est mihi. Itaque quod superius dixerat, quòd omnes fuerint in illo ipso, hoc est simul iterum hic idem dicens manifestat, quòd multitudinis credentium fuerit cor & anima una. Vt dixit autem quod audierunt, dicit postea & eorum uirtutem. Ingressurus enim erat narrationem Sapphiræ & Ananiæ: ideo uolens illorũ ostendere scelus, prius de aliorũ uirtute disserit. Dic, oro, mihi, an charitas paupertatem, uel paupertas charitatem pepererit? Mihi uidetur, quòd charitas paupertatẽ, quæ & illam magis astringit. Audi igitur quid dicat. Omnium erat cor unum & anima una. Ecce cor & anima idem sunt. Et nullus aliquid ex his quæ possidebat, proprium esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et uirtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis domini Iesu Christi.] Ostendit hoc, quasi eis cõmissum sit, uel quòd tanquam debitores faciant.

Et gratia magna erat cum omnibus illis, neque indigus quispiam erat inter eos.] Sicut in domo paterna filij, qui eiusdem honoris sunt: ita omnes affecti erant. Sed hoc est mirabile, quòd quasi relictis suis negocijs, ita enutriebant, ut non ultrà quasi ex propriis, sed quasi ex cõmunibus educari uideantur. Quotquot autem possessores prædiorum uel ædium erant, uendentes afferebant precia eorum quæ uendiderant, & ponebãt ad pedes apostolorum. Diuidebatur autem unicuiq;, prout opus habebat.] Magnus honor, quã doquidem non in manus, sed ad pedes apostolorum ponebant. Ioses autem qui agnominatus est Barnabas ab apostolis: quod si interpreteris, est filius consolationis.] Nõ mihi uidetur ille esse qui cum Matthia. Ille enim & Ioses dicebatur & Barsabas: postea autem agnominatus est & Iustus. Hic autem Barnabas, hoc est filius consolationis, ab apostolis est cognominatus. Et uidetur mihi à uirtute assumptum nomen, quasi ad hoc sufficiat & studiosus sit. Leuites Cyprius genere, quum haberet agrum, uendidit & attulit pecuniam, & posuit iuxta pedes apostolorũ.] Hic uelim obserues, quomodo ostendat legem solui. & quomodo inquit, quum esset leuites, Cyprius erat? quia postea etiam quum migrassent, appellabantur leuitæ. Porrò uideamus iterum quæ dicta sunt. Dimissi, inquit, uenerunt ad suos, & annunciauerunt omnia quæ ad ipsos principes sacerdotum & seniores dixerant. Vide apostolorũ philosophiam à fastu alienam. Non circumeũtes inuulgarunt & dixerunt, quomodo sacerdotibus responderint, neq; de annunciatione gloriabant, sed simpliciter ut uenerunt, ea quæ audierant ab illis senioribus annunciabãt. Hoc loco discimus, quod periculis seipsos non iniecerunt, sed potius tentationes quæ intentabantur, strenue tulerunt. Alius autem si quis esset, forte multitudinis fiducia fretus, uel contumelias loquutus esset, uel innumera dixisset inepta: at non hi philosophi, sed omnia mansuete & benigne. Qui autem audierant, inquit, unanimiter sustulerunt uocem addeum.] Clamor factus est ex uoluptate, et magna affectione. Etenim quæ tales, efficaces sunt preces, quæ tanto sapientiæ studio sunt plenæ, quæ de talibus sunt, quæ in talibus tẽporibus, quæ hoc modo, sicut aliæ certæ abominabiles sunt ac immundæ. Vide ut nihil superfluum, sed de uirtute illius solum disserũt, imò quemadmodum Christus dicebat Iudæis, Si autem ego in spiritu dei loquor, ita & illi loquuntur per spiritum sanctum. Quid autem sit quod dicunt, audi: Domine deus, qui per os Dauid pueri tui dixisti, Quare fremuerunt gentes.] Mos est scripturæ etiam de uno tanquã multis loqui. Sensus igitur dictorum est. Non illi ualuerunt, sed tu qui permisisti totum, etiam ad finem perducens, operatus es, qui industrius quid uis operaris: & sapiens es, qui inimicis pro tua uoluntate uteris. Hic enim de mira illius facultate ac sapientia in operando disserunt, manifestantes quòd illi quidem conuenerint, tanquã animo sanguinario, & homicidarum, & aduersarij futuri, fecerint autem quæ tu uolebas: Vt facerent quæcunque manus tua & consilium tuum præfiniuit fieri.] Quid est manus tua? Hic mihi uidetur manum dicere, potentiam ac consilium. Sufficit, inquit, tibi uelle solum. Nullus enim potentia præstinit. Igitur quæcunq; manus tua, hoc est quæcũq; præcepisti. Vel igit hoc dicit, uel quòd manu operatus est distincte. Sicut igitur tũc uana meditati sunt, ita & nũc illos frustra meditari facito. Et da seruis tuis: hoc est, ne compleãtur opere minæ eorum. Hæc autem dicebant illi nõ detrectantes difficile quiddã pati, sed p prædicatione. Nõ em dixerunt

dixerunt: Et eripe nos à periculis. Sed quid? Et da seruis tuis cum fiducia omni loqui sermonem tuum.] Igitur qui illa ad finem deduxisti, & hæc deduc. Quem unxisti, inquit.] Vide quomodo & in illum referunt, & libertatis in loquendo illũ autorem dicunt. Vidisti quomodo omnia propter deum petunt, & nihil ad suam gloriam. Itaque quod suum, promittunt, quòd non perterreãtur: Orant autem ut digni habeãtur, qui miracula operentur, dicentes, ut manum tuam extendas ad sanationem, & ut signa ac prodigia fiãt. Bene, nã absq; illis licet summam præ se tulissent alacritatem, omnia fecissent inuanum. Annuit eorum petitioni, & manifestum hoc fecit eis commoto loco, quòd assit ipsorum precibus: Orantibus enim illis, inquit, motus est locus.] Quod autem propter hoc factum sit, audi prophetã: Qui aspicit terram, & facit illam tremere. Et iterum: A facie domini mota est terra, à facie dei Iacob. Et facit deus hoc propter maiorem terrorem, & ad fiduciam illos inducens post magnas illas minas, & ad libertatem maiorem exercens: quia initium erat, & sensibili signo opus habebant: ut illi persuadeantur. Post hoc autem nunquam hoc fit. Tãtam consolationem allequuti sunt ex precibus. Merito autem & signorum gratiam petunt. Nusquam aliunde enim potuissent ostendere, quòd resurrexisset, quàm ex signis. Et ita non solum suam petebant securitatem, sed etiam ne confunderentur, uerum libere loquantur. Motus est locus, & illos magis consolidauit. Hoc autem aliquando quidem iræ est indicium, aliquando uero uisitationis et prouidentiæ, nunc autem iræ. Porrò in saluatoris passione noue & præter naturam accidit. Etenim tunc omnis terra commota est, & ita ut ubiq; agnoscatur crucifixi uirtus, et quòd deus qui patiebatur, & nõ simpliciter homo. Et aliter: Licet iræ sit indicium, uerum ea contra illos erat, hos autem & spiritu impleuit. Itaque & apostoli post preces spiritu implentur. Et magna, inquit, uirtute reddebant testimonium, eratq; gratia in omnibus illis, neq; enim quispiam indigebat inter illos.] Vides quanta huius rei uirtus, ubi sci licet & illic hac opus erat. Ista est enim bonorum occasio, cuius & secundo meminit, admonens omnes de pecuniarum contemptu. Superius quidem dicens, quòd nullus aliquid eorum quæ possidebat, sibi dicebat proprium esse. Hoc autem loco, quòd non indigẽs aliquis esset inter illos. Nã quod fiebat, non à solis signis esse, sed etiam à uoluntate illorum, manifestat Sapphira et Ananias. Non sermone autem solum, sed & uirtute reddebant testimonium resurrectionis, sicut & Paulus dicit: Et prædicatio mea nõ in persuasibilibus humanæ sapientię sermonibus, sed in demonstratione spiritus & uirtutis. Et non simpliciter uirtute, sed magna uirtute.

Psal. 109

1. Cor. 2

MORALE.

Bene autem dixit, quòd gratia erat in omnibus. Propter hoc enim gratia, quia nullus erat indigus: hoc est, ob magnam dantium alacritatem nullus erat indigus. Non enim partem quidem dederunt, partem autem recondiderunt, neque omnia quidem, sed quasi propria: sic inæqualitatem è medio ejciebant, & in multa abundantia uiuebant, & cum multo honore hoc faciebãt. neque enim in manus audebant dare, neq; cum fastu suppeditabant: sed ad pedes afferebãt, & illos dispensatores permiserunt fieri, & dominos fecerunt ut quasi ex communibus postea insumãtur, & non quasi ex propriis. Hoc etiam conferebat ad hoc, ne uana gloria extollerẽtur. Hoc si & nũc fieret, utiq; maiore cum uoluptate uiueremus, & diuites & pauperes, non maiorem autem pauperibus quam diuitibus hoc uoluptatẽ afferret. Et si placet hoc sermone describamus, & sic uoluptatem assequamur, quandoquidem operibus nõ uultis. maxime autem & ex illis manifestum, quæ tunc facta, quia uendentes non erant indigi, sed & pauperes faciebãt diuites: ueruntamen & hoc nunc sermone describamus, & omnes sua uendant omnia, & in medium afferant. Hoc sermone dico, nullus turbetur neque diues, neq; pauper. Quantum putas aurum congeri posse? ego conjecto (neq; enim hoc satis euidenter dici potest) quòd si cuncti & cunctæ uniuersas pecunias suas euacuarent, & agros, & domus, & possessiones alienarent (seruos enim nõ dixerim: nam & tunc non alienati sunt à suis heris) forsan decies centena milia librarum auri congererentur, imò bis ac ter tanta. Dic enim oro mihi: Ciuitas nostra promiscuorum hominum quantum implet numerum? quantum uultis esse Christianorum? uultis esse centum milia? quantus autem numerus Ethnicorum & Iudæorum? quot pondo auri colligi possent? quantus autem est numerus pauperum? non opinor supra centum milia pauperes. Hos sanè quotidie pasci quanta liberalitas esset, imò cõmuni alimento facto, si simul pascerentur, nõ magno sumptu esset opus. Quid igitur facturi essemus, insumptis omnibus? Putas ne tu posse infirmi omnia aliquando? nónne mille millies dei gratia auctiora fierent? nónne opulẽtè gratia dei effunderetur? quid igitur, nõne cœlum faceremus terram? Si hic tria milia & quinq; milia in tantum fulserunt, ut nullus eorum inopiam quereretur, multo magis in tanta multitudine. Quis igitur etiam externus nõ aliquid adjceret? Vt autem ostendam, quòd hoc in diuersa diuelli, sumptuosum sit, & inopiæ causa: sit domus ubi pueri decem, & uxor, & uir, & illa quidem lanam operet, ille autem externe afferat emolumenta. Dic, num plus insumant unam habentes domum, uel dispersi? manifestum quòd dispersi. Dispersi enim decem pueri, decem domicilijs opus habent, decem mẽsis, decem ministris, & alio huiusmodi emolumento. Cur aũt hic seruorum multitudo nõ est, nónne quia mensam unam omnes habent, ut non opus sit magno sumptu? Nónne diuisio semper minora commoda affert, unanimitas autem & consensus, incrementũ? Sic qui in monasterijs nunc uiuunt, quemadmodum olim fideles. Quis

mortuus

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortuus est fame? quis non liberaliter educatus est? nūc tamen hoc timent homines, magis quàm in immensum & inexhaustum pelagus incidere. Si autē periculo facto aggrederemur rem, quantam putas gratiam fore? Si enim tunc quum nullus esset fidelis, sed solum tria milia & quinq; milia solum, quum omnes qui in mundo, essent hostes, quum nusquam consolationem expectarēt, sic aggressi sunt opus: multo magis nūc nihil defuturum, ubi gratia dei ubicūq; terrarum fideles. Quis enim mansit Ethnicus reliquus? nullum equidem opinor, ita omnes attraximus, & nobis conciliauimus. Veruntamen si hac uia progredimur, credo deo quòd & hoc futurum sit. Obtemperate mihi solum, & per ordinem corrigemus negotia: & si deus uitam dederit, credo quòd statim in hanc nos recepturi simus uitæ rationem. Iā legem illam de iuramento facite & stabilite, & is qui seruarit eam, qui non seruarit manifestum faciat, & reprehendat postea acriter, uehementerq; increpet. Præscriptus enim terminus prope est, et exquiram negotium, & deprehensum segregabo & excludam. Absit autem ne quis talis apud nos inueniatur, sed omnes cum diligentia spirituale hoc seruent symbolum. Quemadmodum enim in bello tam commilitones quàm alieni à signo dignoscuntur, ita etiam nunc fiat (nam & nunc in bello sumus) ut & fratres agnoscamus nostros. quantum bonum erit nobis hoc signaculum, & hic & in aliena terra? quanta sunt hęc arma aduersus diaboli uersutias? Os enim quod nescit iurare, statim etiam deum in precibus inuocans concisiabit, & graui plaga diabolū percutiet. Os q̄d iurare nescit, neq; cōtumelijs afficiendi consuetudinem habebit. Nam quemadmodum ex domo quadam, ita à lingua hunc ignē eijce, & foras trahe. Minime illum respirare sinas, ulcus infirmius fac. Etiam obsecro, ut uobis & aliā quandam doctrinam exponam. Nondum enim hoc correcto, non ausim ad aliud quiddam uenire. Hoc cum diligentia à nobis corrigatur. Huius correctionis sensum prius accipite, & tunc uobis etiam alias allaturus sum leges: imò nō ego, sed Christus. Plantate in anima uestra bonum hoc, & paulo post eritis paradisus ac hortus dei, multo melior illo paradiso: neque enim serpens apud uos, neq; arbor mortifera, neque horum aliud aliquid. Figite in profundo hanc consuetudinem. Si hoc euenerit, non solum præsentibus eritis utiles, sed etiam omnibus qui in mundo: & non his solis, sed & ijs qui olim futuri sint. Consuetudo enim bona semel recepta, & ab omnibus seruata, in longum tempus transit, & nullum tempus extirpare eam ualet. Si ligna quidam sabbato colligens, lapidatus est, q multo grauiora collectione illa operatur, et onus peccatorum collegit (est enim iuramentorū multitudo, onus) quid non sustinebit? quid non portabit? Magnum accepturi estis à deo adiutorium, si hoc uos recte correxeritis. Si dixero: Ne cōtumelia afficias, statim furorem mihi profers in medium. Si dixero: Ne inuideas, aliam causam dices. Hic nihil tale poteris dicere, propterea à facilib. incipio, quando quidem & alij in artibus alijs omnibus idem faciunt, ut quis sic ad maiora ueniat. Scietis quàm sit hoc facile, si corrigētes, etiam alia am accipietis legem. Date mihi libertatē loquendi, etiam quæ Ethnicis & ludæis est, & ante omnia quæ dei est. Etiam oro per charitatem, per dolorem partus, quo uos peperi, filij mei. Quod autem sequitur, non adducam: Quos iterum parturio, nec; dicā, donec figuretur in uobis Christus. Credo em q̄d figuratus est Christus in uobis, sed alia ad uos dicam. Fratres mei dilecti & desiderati, gaudium & corona mea, credite mihi, quòd ex animo dicam. Si quis innumeras gemmatas coronas meo capiti nunc imposuisset, non tam gaudere rem quātum in profectu uestro: imò nec; regem opinor sic gaudere, sicut ego de uobis. Quid dicam? Si omnibus gentibus aduersarijs expugnatis uictor redijsset, & preciosa corona redimitus plures alias preciosiores accepisset coronas, & diademata uictoriæ symbola: non opinor sic illū gauisurum in triumphis, sicut ego in profectu uestro: nam quasi innumeras coronas super caput habens, exultarem, & merito. Si enim diuina gratia hic mos à uobis acceptus fuerit, innumera bella deuicimus, & multo difficiliora quàm ille, contra dæmones malignos, contra arrogantes & certantes, & præliantes, non gladio, sed lingua & uoluntate. Vide enim quāta correxeritis, siquidem correxeritis. Primum, quia consuetudinem difficilem exsecatis. Deinde rationem malam, & unde omnia mala, nempe quod putatis nihil referre, & nihil nocere. Tertio furorem, quarto auaritiam. Omnia enim hæc iuramentum parit. Quin ab hoc & ad alia bona opera magnam accipietis occasionem. Quemadmodum enim qui elementa discunt puerilia, non illa sola discunt, sed etiam per illa eruditiuntur paulo post legere: Ita sanè & uos non ultra decipiet mala ratio, neq; ultra dicetis quòd indifferens hoc sit, non ultra iuxta consuetudinē loquemini, sed in omnibus stabitis uiriliter, ut perfectis per omnia uirtutibus quæ deo placent æterna accipiatis bona, Gratia & misericordia unigeniti illius filij, cum quo patri & sancto spiritui sit gloria, imperiū, honor nūc & semper in secula seculorum, Amen.

IOSEPH AVTEM QVI AGNOMInatus est Barnabas, ab apostolis: quod si interpreteris, est filius cōsolationis, leuites, Cyprius genere, quum haberet prædium uendidit, & portauit, & posuit ad pedes apostolorum. Homilia XII

NArraturus de Anania & Sapphira, & uolens ostendere uirum qui pessimè egerat, prius mētionē facit eius, q bene fecerat. Quia quū tanta esset multitudo, tanta faciens, tantaq; gratia, ac tanta signa, à nullo horum emendatus, sed semel ab auaritia excæcatus, perniciem illam cōciliauit suo capiti, quumq; esset illi prædiū, manifestans

festans quòd illud solū possideret, uendito eo attulit pecuniā, et posuit iuxta pedes apostolorum.

Cap. V Vir autē quidam Ananias cum Sapphira uxore sua, uendiderat possessionē suam, fepofueratq; de precio, conscia uxore, & allatam partem quandam ad pedes apostolorum posuit.] Hoc graue, quod peccatum fiebat, simul illis reponentibus, & nullo alio conscio: unde euenit misero illi hoc facere? Dixit autem Petrus, Anania, quare impleuit satanas cor tuū, ut mētireris tu spiritui sancto, & seponeres de precio prædij?] Vide & nūc magnum signum fieri, & priore multo maius.

Nonne manens tibi mansisset, & uenditum in tua potestate erat?] Hoc est, nunquid necessitas uel uiolentia quædam erat? Nunquid enim inuitos uos trahimus? Quid, quòd ponis in corde B tuo rem hāc, nō mentitus es hominibus, sed deo. Audiens aūt Ananias, cecidit & expirauit.] Vides unde maius signū hoc? Ex eo q̄d sustulit noxium, & q; cognouit arcana mentis, & quæ clam facta fuerant. Factus est aūt metus magnus, super omnes qui audierant hæc. Surgentes autē iuniores, amouerunt, elatumq; sepelierunt. Factum est aūt quasi trium horarum interuallo, etiā uxor illius, nesciens quid factum, intrauit. Respondit autem illi Petrus, Num tanti agrum uēdidistis?] Hanc uolebat seruare. Ille enim dux erat peccati, & propter hoc, huic dat fortasse tempus defensionis, & potestatem pœnitētię. Ideo & dicit: Dic mihi, si tanti prædium uendidistis? Illa autem dixit: Etiam tanti. At Petrus dixit ad illam, Cur con C spiratum est inter uos tentare spiritum sanctum? Ecce pedes eorum qui sepelierūt uirum tuum ad ianuam, & efferent te. Cecidit autem statim iuxta pedes illius, & expirauit. Ingressi autem iuuenes inuenerunt illam mortuam, & elatam sepelierūt iuxta uirum suum. Et factus est timor magnus super totam ecclesiā, & super omnes qui audiebant illa.] Postquam factus est timor, maiora signa fecerunt: & quæ fecerint, audi: Per manus autem apostolorum fiebāt signa & prodigia in populo multa, & erant unanimiter omnes in porticu Solomonis. Aliorum autem nullus audebat illis adhærere, sed magnificabat illos populus.] Merito, etenim Petrus erat iam terribilis, puniens, & quæ in mente erat redarguens, cui & magis adhæserant, tum propter signum, tum propter primam concionem secundamq; ac tertiā. Ipse enim & fe- D cerat signum primū illud nunc, quod mihi etiam duplex, & non simpliciter unum quoddam ac solum esse uidetur. Vnum quidē, ex mēte arguere. Secundum autem, occidere præcepto. Magis autem apponebantur credentes, inquit, multitudo uirorum simul ac mulierum, ita ut in plateas exportarent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabbatis, ut uenientis Petri uel umbra obumbraret aliquem horum.] Hoc in Christo non est factum, proinde uidere licet re ipsa impletum esse Ioan. 14 quod dixerat: Qui credit in me, opera quæ ego facio & ille faciet, & maiora illis faciet. Conueniebat autem & multitudo uicinarum ciuitatum Hierosolymam, afferens ęgros ac uexatos à spiritibus immundis, qui sanabantur omnes.] Tu autem considera quomodo omnis illorum uita, aduersitatibus contexat: mœror primus erat, assumpto Christo: deinde lætitia, demisso spiritu sancto. Iterum mœror, subsannātibus ludęis: & mox lætitia, ex fidelibus & signis. Iterum mœror, quia comprehendebantur, quem excepit excusatiōis lætitia. Iterū etiā hic & mœror et lætitia, nam lętitia quidem erat, quod sic clarescerēt, & quod illis deus reuelatiōes faciebat: mœror aūt, quod suos occidebant. Iterum lætitia, quòd clarescerent: iterum mœror, à principe sacerdotū. & ubiq; considerātes, uidere hoc possunt: quod sanè etiā apud ueteres quis inuenerit. Videamus autem iterum quę dicta sunt. Vendebant, inquit, & afferebāt precia, ac apponebāt iuxta pedes apostolorum.] Vide dilecte, quomodo non permittebant apostolos uendere, sed ipsi uendebant, & illis precia dabant. At non sic Ananias, sed subtrahit aliquid de precio agri quem uendiderat. Ideo & punitur, tanquam non bene in hac re se habens, & deprehensus rerum propriarum fur. Hic sermo etiam nostri temporis sacerdotes plurimū taxat. Quoniam autem facti cōscia erat & illius mulier, ideo & illam examinat. At dixerit fortasse quispiam, quòd ualde acerbe illam tractarit. Dic sodes, quæ est illa seueritas amara? Si enim qui ligna college Num. 15 rat, lapidatur, quanto magis qui sacra diripit, sacrilegus? Etenim pecuniæ illæ iam sunt sacræ. Igitur qui uoluit sua uendere, ac distrahere, iterumq; C accepit de illis, sacrilegus fuerit. Si autem qui de suis accepit, sacrilegus, multo magis qui de alienis. Non enim, quoniam hoc non fit, ut uestigio sequatur supplicium, putetis impunita derelinqui. Vides, quòd hoc crimen imputatur, eo quòd pecunias suas accepit, quas cōfecerat. Nunquid non poteras illis, etiā quum uēdideras, tanquam proprijs uti? Nunquid prohibitus es? Quare accipis, postquam promisisti? Vide quomodo statim ab initio, insidiatus est diabolus, etiam in medijs signis ac prodigijs quæ fiebant, imò quomodo & hic ab illo excæcatus est. Tale quiddam & Iosue 7 in ueteri lege accidit, quando Charmi deprehensus est, anathematis fur: attamen nostri quantam & ille ut facinus admisit, pœnā luit. Sacrilegium enim ualde graue, & magno cōtemptu plenum. Neque uendere coegimus, inquit, neq; pecunias, postq; uendidisti, dare. Tu uero ex tua uoluntate fecisti. Quur igitur furatus es de sacris pecunijs?

Impleuit, inquit, satanas cor tuū.] Et si satanas hoc fecit, quur illi imputat? Reus factus est illius operatiōi parens, & efficacia impletus. At oportebat, inquit, corrigi, sed non correctus est. nam qui talia uiderat, nullumq; lucrū inde fecerat, multo magis nec alia ratione lucrifieri poterat. Non oportebat igitur quod fiebat omnino contemni, sed ut putrefactionem quandā excindi, ut ne postea totū corpus incōmodet: nam nunc quidem, & ille utilitatē accipit, ne ultra pergat in malitia, & cæteri probiores facti sunt. Alioquin cōtrarīū accidisset

Universidad de Deusto
Biblioteca

accidisset:idcirco primũ arguit,& ostendit. Alioquin quòd non latuit illum quid factũ sit, & tunc cõdemnat: Quare, inquit, hoc feciſti? Voluisti habere? Oportebat initio habere, & non promittere. Nunc autem postq̃ consecrasti, maius sacrilegium cõmisisti. Qui enim aliena rapit, forsan alienarum rerum desiderio rapit. Tibi autem licebat tua retinere. Quur igitur sacra feciſti ea, & postea accepisti? Id feciſti ex magno cõtemptu. Facinus ueniam non habet, excusatione caret. Nullus autem offendatur, si quidam etiam nunc sint sacrilegi: si enim tunc fuerunt, multo magis & nunc quãdo multa mala: sed reprehendamus illos in omnibus, ut & cæteri metum habeant. Iudas sacrilegus fuit, sed non offendit hoc alios discipulos. Vides quanta mala, pecuniarum cupiditas facit. Et ortus est, inquit, timor magnus super omnes qui audiebant hæc.] Ille punitus est, & alij lucrifacti sunt. Atq̃ adeò non simpliciter hoc dispensatur, tametsi & alia signa prius facta fuerint, attamẽ nõ erat talis metus. Sic uerum est illud, quod cognoscitur dominus iudicia faciens. Ita & in arca usuenit. Oza enim̃ punitus est, & factus est alijs timor. Sed illic quidem, territus rex amouerat arcam: hic aũt illi attentiores facti sunt. Vidisti quõ non uocauit illam Petrus, sed expectauit donec ingrederetur? Neq; alius quispiam ausus fuit annunciare quid acciderat. Hoc erat, metus magistri, honor discipulorũ, & obedientia. Triũ horarum interuallo.] Et nondum didicerat uxor, neque aliquis eorum qui præsentes fuerant, annunciarat, quamuis ad diuulgandũ sat temporis erat, ueruntamen timebant. Hoc sanè etiam admirans historiæ conscriptor dicit, quòd ignorãs quid factum, ingressa est. Sanè ex hoc poterat discere, quòd sciret ea quæ occulta erãt. Quare enim nullo alio interrogato, uos interrogat? Nõne manifestum, quòd quasi conscius? Sed magna cæcitas non permisit illam crimen deponere: uerum cum pertinacia multa respondit. Putabat enim quòd cum homine loqueretur. Graue hoc, quòd quasi ex uno consilio peccatũ, uel quasi ex pacto quodam. Quur igitur conspiratum est inter uos, inquit, tentare spiritum sanctum? Ecce pedes illorum qui uirum tuum sepelierunt, apud ianuam sunt, & efferent te.] Prius illam docet quid peccarit, & tunc ostendit quòd iustè eadem quæ uirpassura sit, quandoquidem & eadem peccarat. Et quomodo? inquit: Statim cecidit ad pedes illius, & expirauit.] Quia propè astabat. Sic illi in seipsos pœnam accerserunt. Quis nõ timuisset apostolum? Quis non admiratus esset? Et erant simul unanimiter omnes in porticu Solomonis.] Ex hoc manifestum, quòd non in domibus, sed in templo quod occuparant, cõuersabantur. Neque ultra cauebant sibi, ne cõtingerent mortuos, sed nihil curantes, eos attingebant. Et uide quomodo in suos erant austeri, in alios autem potentia non utebantur. Magis autem, inquit, apponebantur credentes domino, multitudo tam uirorum quàm mulierũ, ita ut in plateis ponerent infirmos in lectis ac grabbatis, ut uenięte Petro uel umbra aliquem eorũ obumbraret.] Magna accedentium fides, et maior quàm sub Christo ipso. Vnde autem hoc factum est? Ex eo quod Christus prædixerat: Qui credit in me, opera quæ ego facio faciet, & maiora faciet. Manentibus enim illis illic, & non circũeuntibus, afferebant omnes in lectis & grabbatis quos habebant infirmos. Et undequaq̃ illis constabat miraculum, à credentibus, & ab his qui curabantur, à fiducia quæ erga illos, à uirtute eorum qui non uulgariter crediderant. Neq; enim quod fiebat, tantum erat signorum, licet illi modestè se habentes, his totum imputant, dicentes se in nomine Christi hæc facere, sed etiam uita & uirtus uirorum hoc fecit. Considera autem quomodo numerũ eorum qui crediderunt hoc loco non dicit, relinquens hoc auditori, ut ex seipso coniectet. Sic ad immensam multitudinem ea quæ fidei sunt, se extendebãt. Hinc & resurrectio magis prædicabatur. Nullus aũt audebat se illis cõiungere, sed magnificabat illos populus.] Hoc dicit, quòd non ultra erant contemptibiles, sicut antea, & quòd breui tẽpore ac unico momento tanta facta sint à piscatore & priuato. Cœlum itaq; iam erat terra, tum propter uiuendi rationem, tum ob libertatem dicendi, miraculaq̃ omnia. & quemadmodum angeli, ita admirabiles erant ad nihil se conuertentes, non ad risum, non ad minas, non ad pericula. Non solum autem propter hoc, sed etiam quòd ualde humani, & pro alijs soliciti erant: alios enim pecunia, alios corporali ministerio iuuabant. Quare impleuit satanas cor tuum?] Quasi rationem reddens, Petrus puniturus illum etiam alios erudit, Quoniam enim factum hoc ualde molestum apparaturum erat, propter hoc & in illo, & in uxore eius, terribile iudicium facit. Si autem non condonanda peccantes ambo non talem reportassent pœnam, quantus porro contemptus dei fuisset? Quia autem propter hoc puniti sint, manifestum ex eo quòd non statim ad puniendum progreditur, sed ostẽdit principio peccatum. Vnde nullus ingemuit, nullus eiulauit, sed omnes timuerunt. Merito autem, quia fides illorum crescebat, plura etiam signa fiebãt, & magnus etiam apud suos metus erat, quoniã non sic externa nos turbant, ut domestica. Simus igitur inter nos coniuncti, nullus erit nobis inimicus: quemadmodum si inter nos dissideamus, omnes nobis insidiabuntur. Ex hoc & illi postea fidentiores erant, & cũ magna libertate etiam in forum se conferebant, & in medio inimicorum etiam potentes erant. Et implebatur illud quod dictũ erat, Dominare in medio inimicorum tuorum: id quod & maioris uirtutis initium erat, quia hæc quum comprehenderentur ac ligarentur faciebant. Igitur si hæc patiebantur, qui solum mentiti erant, hi qui peierant, quid non patientur? Adde, quod & mulier simpliciter dicens: Etiam tanti, talem dedit pœnã, & non effugit. Cogitate qua pœna digni sunt qui iurant ac peierant. Tempestiuum fuerit & hodie

Psal. 9
2. Reg. 6
2. Par. 13

Ioan. 14

Psal. 109

MORALE

hodie ex lege ostẽdere periurij grauitatem. Falx, inquit, uolans erat lata cubitis decem. Quòd uolat, manifestat pœnæ celerrimum aduentum, iuramentis affuturæ. Quòd autem cubitorum decem latitudine ac longitudine, uehementiã ac magnitudinem signat malorũ. Quòd autem à cœlo, signum est sententiam in cœlesti ferri iudicio. Porrò quòd in falcis speciem ostenditur, ineffugibilẽ pœnam monstrat. Quemadmodum enim falx in ceruicem immissa seipsam non retrahit, sed manet quodammodo etiam resecto capite: sic & terribilis quædam pœna est, quæ super peierãtes uenit, nec desistit, nisi prius perfecerit opus suum. Si autem iurãtes effugerimus, ne confidamus. In malum enim nostrum hoc fit: quoniam quid censetis, nónne multi eadem quæ Ananias & Sapphira commiserunt, & non eadem passi sunt? Et quomodo, inquit, passi non sunt? Non quia condonatum est illis, sed quia grauiori malo seruanẽ. Atq; ita qui multum peccant, magis timere debent si non puniantur, quàm si puniantur. Crescit enim ipsorum pœna, ex eo quòd deus longanimis non ulciscitur: ne hoc igitur spectemus, quòd non punimur, sed si non peccauerimus. Si autem peccantes non punimur, magis tremere debemus. Dic enim oro, si seruum haberes, cui semper minareris, & quem non percuteres, quando magis terreretur, quando magis fugit, ac fugitiuus fit: nónne quando solum minaris? quando etiam mutuum monemus, non continuò minandum, ut ne sic terrore animam magis concutiamus, atq; ita non magis discerpamus, quàm plagis ipsis. Et aliter: Illic quidem temporaria pœna, hic autem æterna. Ne igitur si nunc nullus pariter ea quæ falx minatur. sed illud cogita, num talia faciat quis. Quoniam multa fiunt nunc, quæ in diluuio, sed diluuiũ non accidit: gehennæ enim pœna nunc inter minas est. Multi peccant qualia hi qui in Sodomis, sed ignis pluuia non descendit: igneum enim flumen paratum est. Multi ea quæ Pharao ausi sunt, sed non eadem passi sunt quæ Pharao, neq; submersi sunt in mari rubro. Expectat enim illos pelagus abyssi. Ibi non absq; sensu pœna, neq; suffocatio est, sed multo magis puniuntur, cruciant̃, strangulantur. Multi quæ Israelitę ausi sunt, sed non deuorarunt illos serpentes: manet enim illos uermis immortalis. Multi ea quæ Giezi ausi sunt, sed non sunt lepra percussi: expectat enim illos pro lepra, quòd dissecentur & ponantur cũ hypocritis. Multi etiam iurarũt ac peierarunt. Si autem & effugerint, ne confidamus, manet enim illos stridor dentium, & fortassis etiam hic patientur & non effugient, etiam si non euestigio, sed in alijs peccatis, ut grauior sit pœna. Quoniam & nos sæpius sumpta occasione à minoribus, etiam pro magnis, totam iram explemus. Et ita quando uideris tibi aliquid cõtigisse, memor esto illius peccati tui. Hoc enim in filijs Iob contigit. Meministis fratrum Ioseph, uendiderant fratrem, occidere attentarant, imò quantum in ipsis erat occiderant: decepe-
rant, contristarantq; senem, nihil patiebantur. Ita-

Gen. 42

que post multos annos extremis periculis laborant, & peccati sui recordantur: & quòd non coniectura sit quod dico, audi illos quid dicãt: Et merito, in peccato enim sumus propter fratrem nostrum. Sic sane & tu facito. Quando aliquid acciderit, dic, Merito, in peccato enim sumus, quia nõ audiuimus Christum, quia iurauimus. Iurandi cõsuetudo & periuria in caput nostrum reciderunt. Itaq; confitere, etenim & illi confessi sunt, ac seruati. Quid enim refert si nõ statim pœna inuadit? quando & Achas propter Nabuthen non statim post peccatum passus est ea, quę passus. Quare autem hoc fit? Dat tibi præscriptum tempus deus, ut abluaris: quòd si perseueraueris, tum demum pœnã inducit. Vidistis quid passi sint ij, qui mentiti? Itaq; & cogitate quid patiantur etiam hi qui peierant. Cogitate & desistite. Non est possibile, quòd is qui iurat, non peieret, siue uolens, siue nolens. Non est etiam possibile, quòd periurus salue tur. Sufficit unum periurium ad hoc perficiendũ, & totam pœnam nobis intentandam. Propterea oro, ut nostri ipsorum curam habeamus, ut & pœnam peccatis debitam effugiamus, & bona æterna consequamur, gratia & miserationibus unigeniti filij illius, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor, nunc, & semper, & in sęcula sęculorum, Amen.

SVRGENS AVTEM PRINCEPS SACERdotum & omnes qui cum illo, quæ est secta Sadducæorũ, impleti sunt æmulatione, & iniecerunt manus suas in apostolos, & posuerunt illos in custodiam. Homilia XIII

Nihil impudentius neq; audacius malitia. Qui experti antea didicerãt, quãta illorum uirilitas ac fortitudo ex his quæ attentarant, attamen denuo attentant, & iterum simul consurgunt. Quid autem est, Surgens autem princeps sacerdotũ, & omnes qui cũ illo.] Motus ex his, inquit, quæ acciderant excitatus est, & iniecerũt manus suas in apostolos, & posuerunt eos in custodia publica. Nunc uehementius illos insectanẽ, nec statim illos iudicarũt, expectantes ut miteſcerent. Et unde manifestũ, q̃ illos aggressi sint duriùs? ex eo quod posuerũt illos in custodiã publicam. Iterum incidunt in pericula, iterũ diuina gratia fruuntur. Et quomodo, audi cætera: Angelus autẽ domini per noctẽ aperuit fores carceris, eductisq; illis dixit, Ite & stãtes in tẽplo loquamini populo omnia uerba uitæ huius.] Hoc etiã in illorum consolationẽ factum est, & horũ utilitatẽ ac doctrinã: & uide etiã hic fieri, quod & de Christo legimus. Miracula enim in quibusdã locis facta non sinit illos uidere, sed præparat aliqua ex quibus hæc discãt: ut in resurrectione sua non permisit uidere, quomodo resurrexit: indigni enim erant hanc uidere, sed ostendit eam per ea quæ fecit: similiter etiã in uino, quod ex aqua factũ nõ uident discũbentes: inebriabantur enim, & alijs iudicium permisit. Nam eos qui educebantur, non uident: coniectu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ram ex qua discere poterant ea quæ facta sunt, uiderunt. Cur enim etiam per noctem emisit illos? quia sic magis quàm aliter eis creditum est. Et aliter dic, quòd licet ad interrogãdum uenissent, uel alia ratione, etiam ipsi nõ credidissent. Sic & apud
Dan.3 ueteres accidit, ut Nabuchodonozori, uidit laudantes deum in camino pueros, & tunc obstupescere cœpit. Oportebat igitur & hos interrogare primum, Quomodo egressi estis? Illi autem quasi nihil factum esset, interrogant, dicentes: Nõne denunciando denunciauimus uobis, ne loquamini?] Et uide quomodo per alios discunt omnia.

Vident enim clausum carcerẽ cum summa securitate, & custodes stantes ante fores. His auditis autem, ingressi sunt sub ipsum diluculũ in templum, & docebant. Adueniens autem princeps sa B
cerdotum, & qui cum illo, conuocauerunt concilium & omnium cœtum seniorum filiorum Israel, & miserunt ad carcerem, ut adducerẽt illos. Cum uenissent autem ministri, non inuenerunt illos in carcere, & reuersi annunciarunt dicentes, Carcerem quidem inuenimus clausum cum omni diligẽtia, & custodes ante fores, ut autem aperuimus, intus neminem inuenimus.] Duplex securitas, sicut & in sepulchro, erat obsignatio & homines. Vide quomodo cum deo pugnabant. Dic oro, erant ne hæc humana, quæ cum illis facta? quis illos eduxit ianuis clausis? quomodo exiuerunt custodibus ante fores stantibus? Verè insanientium & ebriorum erant hæc uerba. Quos non detinuerunt carcer & uincula, fores clausę, hos sperabant C
se posse uincere, more puerorũ insipientium. Ministri sanè illorum propter hoc adsunt, & factum confitentur, ut omnem illis occasionem adimant. Vides signa uaria cum signis alia quidem ab illis, alia autem in illos facta, quæ & clariora erant? Bene, neq; ipsis statim indicatum est, sed prius anxij fecum fuerunt, ut cognoscentes diuinam esse uirtutem, sic discant omnia. Vt autem audierũt sermones illos & princeps sacerdotum & dux militiæ templi, & primarij sacerdotes, ambigebant de illis quidnam futurum esset hoc. Adueniens autem quidam nunciauit eis, Ecce uiri quos posueratis in carcere, sunt in templo stantes ac docen- D
tes populum. Tunc abijt dux militiæ cum ministris, & adduxit illos sine ui. Timebant enim populum ne lapidarentur.] O insipientiam. Timebant, inquit, turbam. Quid enim illis prodesse poterat turba? Oportebat timere deum, qui tãquam uolucres illos semper ex ipsorum manibus eripiebat: sed magis turbam metuebant. Et interrogauit illos princeps sacerdotum, dicens: Nõne etiam atq; etiam præcepimus uobis, ne doceretis in nomine isto, & ecce replestis Hierosolymam doctrina uestra, & uultis inducere super nos sanguinem hominis istius.] Quid igitur apostoli? iterum cum mansuetudine illis loquuntur, quamuis certè dicere poterant, Qui nam estis uos, qui contrarium deo præcipitis? Sed quid? Iterum tanquã admonentes ac consulentes cum mansuetudine respondent: Respondens autem Petrus & apostoli dixerunt, Obedire oportet deo magis quàm hominibus.] Magna cum sapientia ostendunt, quòd illi cum deo pugnent. Deus patrum nostrorum suscitauit Iesum, quẽ uos interemistis suspendentes in ligno. Hunc principem & seruatorem exaltauit dextera sua, ut det pœnitentiam Israeli, remissionemq; peccatorum.] Quem uos interfecistis, inquit, deus suscitauit. Et uide, quomodo patri totum imputauit, ut ne uideatur alienus filius esse à patre. Et exaltauit, inquit, dextera sua.] Non simpliciter hoc solum resurrectionem, sed etiam assumptionem manifestat. Vt pœnitentiam det Israeli. Vide hic utilitatem & doctrinam pro defensione exactè absolutã. Ac nos sumus ei testes eorum quæ dicimus.] Magna libertas. Deinde sermonem faciens fide dignum ac credibilem adiecit: Insuper autẽ & spiritus sanctus, quem dedit deus obedientibus ipsi.] Vides quomodo non solum suo ipsorum, sed & spiritus testimonio usi sunt, Et non dixerunt, quem dedit nobis, sed obedientibus, simul & modestiam seruantes, & magnũ illud docentes, quod & illi possent accipere. Vide quomodo & uerbis & operibus eruditur, & non attendebant, ut iusta illis condemnatio fiat: nam & propter hoc deus sinebat illos in iudicium duci, ut & illi erudirent, siquidem discere uoluissent. Hæc autem cum audissent, dissecabantur, & consultabant, ut interficerent illos.] Vide excellentem maliciam, oportebat ex his quæ audierant, perterreri: illi autẽ dissecabantur, & consultabant ut sine causa occiderent. Sed necessariũ est iterum lecta uidere: Angelus autem domini per noctem aperuit fores carceris, & eductis illis dixit: Ite, & stantes loquamini in templo uerba uitæ huius.] Eductis: nõ ipse educit eos, sed abire permittit, ut & hac ratione appareret q̃ sint imperterriti: quod & ostenderunt, nocte ingressi in templum & docentes. Si autem emissent illos custodes, effugissent. siquidem persuasi exijssent: imò si eos illi emisissent, neutiquã in templo docuissent, sed fugissent. Hoc autem nullus est tam insipiens, ut nõ uideat. Nónne etiam atq; etiam præcepimus uobis? Siquidem illis persuasissetis, bene argueretis. Sed quia & tũc dixerunt, se non obedituros, superfluæ sunt istæ obiurgationes. Vide crimínum contextum, & magnam insipientiam. Voluntates nunc Iudæorum cædis audas ostendere uolunt, quòd non propter ueritatem hæc faciant, sed ut sese ulciscantur. Propter hoc & apostoli illis nõ respondent audacter. Doctores enim fuerunt, quamuis quis est, qui si ciuitatem totam reparasset, tantam habens gratiam, non dixisset ac locutus esset magnum quiddam? At illi non fecerunt, neque enim irascebantur, sed miserabantur illos & lacrymabantur: & considerabant, quomodo illos liberent ab errore & furore. & non iam dicunt illis, Vos iudicate, sed affirmant dicentes: Quem deus suscitauit,] per hoc manifestantes, quòd iuxta mentem ac sententiã dei hęc facta sint. Non dixerunt autem, nónne diximus uobis etiam tunc: Nos non possumus,

quæ

quæ uidimus & audiuimus nõ loqui. Non etiam A
erant ambitiosi ac glorioſi. Sed iterũ eadẽ dicunt, crucem ac resurrectionem. Et non dicunt quare crucifixus est, quòd pro nobis: sed insinuant quidem, nondũ autẽ manifestè, iam illos terrere uolẽtes. Dic oro, qualis est hæc rhetorice hoc loco? Nulla. Sic absq; apparatu euangeliũ uitæ prædicatur. Dicit & ad quid: nempe ut dei pœnitentiã & remissionem peccatorum Israeli. At hæc nũc non uidentur probabilia, dicunt. Quid dicis? & quomodo nõ sunt probabilia, quibus neq; principes, neq; multitudo contradicere potest? sed ora quidem illorum obturantur, hæc autem docentur.

Ac nos, inquit, testes horum uerborũ sumus.] Quorum? quod remissionem ac pœnitentiã promisit. Nam resurrectio quidem erat iam ex confes- B
so. Quòd autem remissionem dat, nos testes sumus, & spiritus sanctus: qui nõ aduenisset, nisi peccatis antè solutis, atq; adeò argumentum hoc dubitatione ac controuersia caret. Remissionẽ peccatorum audis miser, & quod pœnam non exigit, & uis occidere? Quanta est hæc malitia? Quamuis oportuerat falsa docentes redarguere, etiam si non possent persuaderi. Si autem non uoluissent persuaderi, non occidere, quid enim opus erat cæde? At illi præ furore, neq; sciebant quid factum. Vide, quomodo hic ut recordati sunt facinoris de remissione etiam loquuntur: ostendentes facta quidem morte digna, quæ autem dantur, tãquam resipiscẽtibus data. Quomodo aliter quis persuaderet illis? Num quasi bene egissent dicerent? Et C
uide malignitatẽ. Sadducæi illis astant, qui maximè de resurrectione dolebant, sed nihil à malicia lucrifecerunt. At dixerit fortasse quis, Et quis homo assequutus tanta bona, quanta apostoli, non esset magnus? Sed uidere te uelim, quomodo priusquam hanc gratiam consequuti sint, fuerunt simul perseuerantes in oratione, & fisi sunt superno auxilio. Et tu dilecte, speras regnũ cœlorum, nihilq; sustines? Et tu spiritum accepisti, sed non talia pateris, neq; periclitaris. Illi autem priusquã à prioribus respirarent, iterum ad alia ducuntur. Istud autẽ ipsum, non uana gloria inflari, quãtum est bonum? Cum tãta mansuetudine loqui, quantum est lucrum? Non autẽ omnia gratię miraculorum erãt, sed etiam studij illorũ magnæ coniectu- D
ræ. Nam quod in illis, ea quæ gratiæ erant, fulgebant: illorũ diligentiæ erat. Itaq; uide statim ab initio, q̃ solicitus sit Petrus, quàm sobrius & uigilãs: quomodo credentes, pecunias abijciebant, nihil propriũ habebant. In oratione erãt, concordiam præ se ferebant, in ieiunijs uersabant. Hæc quantæ gratiæ, dic oro. Idcirco & per eos facit fieri reprehensionẽ à ministris illorũ, qui etiã sicut apud
Ioan.7 Christum dicebant missi: Nunquam sic homo loquutus est, sicut hic homo. Annunciauerũt reuersi quæ scilicet uiderant. Tu autẽ considera hoc loco & illorũ æquitatem, quomodo cedunt, & principis sacerdotũ fictã mentẽ. Mansuetè enim hinc illis loquitur, utpote timẽs, & prohibere magis uolebat q̃ occidere, quoniã hoc non poterat, atq; ita omnes monet, etiã extremũ illis impendere periculũ. Vultis, inquit, inducere super nos sanguinem hominis illius?] Adhuc homo illis esse uidetur. Sic dixit, ostendens q̃ necessarium illis fuerit præcipere. Sed uide etiã Petrũ quid dixerit: Hũc deus principẽ & seruatorẽ exaltauit dextera sua, ut daret pœnitentiã Israeli, & remissionẽ peccatorum.] Híc non meminit gẽtium, ut ne det ansam.

Et uolebant, inquit, occidere illos.] Vide iterũ illos in angustia & dolore, istos autẽ in lætitia & uoluptate: nõ simpliciter dolebant, sed dissecabant. Hoc est profectò male habere, quemadmodũ & hic uidere licet: In uinculis erant isti, & sistebãtur in iudicio, & qui iudicabant erant anxij, consilijq; expertes. nã sicut qui adamantẽ percutit, ipse sibi Simile
plagã infert, ita & hi. nam uidebãt nõ solum horũ libertatẽ nõ impediri, sed prædicationẽ etiam magis augeri, & imperterritos illos etiã nõ data occasione loqui. Imitemur hos dilecti etiã nos, & MORALE
imperterriti simus in omnibus molestijs. Ei enim qui timet deũ iam nihil graue est, sed sunt grauia his qui nõ timent. Qui enim per uirtutẽ passiones uincit, & res præsentes tanquã umbrã prætercurrit, quomodo ab aliquo patiẽ malum? quẽ timebit? uel quid graue putabit? I taq; cõfugiamus ad petrã illam inconcussam. Si quis nobis ciuitatem construxisset, & murum apposuisset, imò si segregasset nos in terrã, in qua nullus obturbat, & omnem abundantiã suppeditasset, nõ sinẽs nos cum ullo habere negociũ: non constituisset nos in tanta securitate, quanta Christus. Sic igitur, si placet, ciuites ænea, murum undequaq; habens fortẽ ac inexpugnabilem, nullus illi adhæreat hostis, ubertem agrum habeat ac pinguem, assit etiam aliarũ rerum abundantia, sint etiam ciues mansueti ac amabiles, & nullus illic appareat uir malefactor, fur, manticularius, calumniator, forumq; iudicis nullum, sed solum contractus pacifici, & hanc habitemus ciuitatẽ: neq; sic tamen secure uiueretur. Quare? quia necesse foret, & à seruis, & ab uxore & à pueris dissidere, multiq; mœroris esset occasio. Hic autem nihil tale, non enim offenderet etiã quod mœrorem exhibet: sed hoc mirabile, quòd ipsa quæ negocium uidentẽ exhibere, illa potissimũ omnis gaudij & lætitiæ essent causa. Dic oro, quamobrem illi contristandi sunt, uel stomachaturi? Vis afferamus quendã in medium? Stet quis ex principibus, magnas possideat opes, ciuitatem inhabitet regiam, negociũ cum nullo habeat, delicietur solum, & huic rei soli uacet, sedens in uertice honorum, deliciarum, ac diuitiarũ: opponat autem illi quis Petrũ in uinculis, & sexcentis molestijs si placet, & hunc inueniemus multo magis in delicijs. nam quando tanta gaudij abundantia est ut oblectetur in uinculis, cogita quãta sit gaudij magnitudo. Sicut ij qui in magno sunt principatu, quæcunq; illis grauia accidunt, non sentiũt, sed perdurãt in gaudio: sic sanè & hi, propter illa ipsa eñ magis gaudebãt. neq; eñ ratione poterit quis cõprehendere uoluptatẽ, quantã habẽt ij qui propter Christũ graue quiddã patiũtur: nã multo

Universidad de Deusto
Biblioteca

magis gaudent in malis quàm in bonis. Si quis di A ligit Christum, scit quid dicã. Iam quid? fecuritatis ne gratia fugituri sunt mala? Sed quis dic, oro, innumeras pollidens diuitias tãta pericula posset effugere, cũ tãtis gẽtibus cõuersans, solũ propter mutandũ statum publicũ? Hi aũt quasi ex præce pto regio perficiebãt, imò & multo facilius. Non enim sic regum præceptũ, ut illorũ uerba, omnia perfecerunt. Regium enim præceptum necessario cogit, hi autem uoluntarios ac spontaneos, & maximas gratias habentes. Quale præceptum regium, omnes pecunias relinquere, animæ persua serit, ac contemnere domum, patriam, cognatos, & salutẽ suam, sed sunt piscatorũ ac pellionũ uoces tam potentes, atq; ita etiã in uoluptate erãt & potentiores ac fortiores omnibus. Etiam, inquit, B concedo quòd illi, quia signa faciebant. Qui autẽ credebant, dic oro, quæ signa fecerunt, tria milia & quinq; milia, qui & in exultatione magna uersabantur. Merito. nam omnium mœrorum fundamentum, diuitiarum cupiditas exposa erat. Illa enim & bellorum, & contentionum, & tristitiæ ac mœroris, & omnium malorũ causa est, quæ uitam facit molestam & tristiorẽ, illa est. Et inueniet quis plures qui mœrorem habent diuites quàm pauperes. Si autem nõ uideẽ quibusdam sic esse, hoc contingit non quòd ea sit rerum natura, sed quòd talis est eorum opinio. Iam si diuites habẽt aliquid uoluptatis, haud mirũ est: nam & qui scabie pleni sunt, sunt in magna uoluptate. Quod au C tem & diuites ab illis nõ differant, & sit illis eiusmodi anima, manifestum inde: contristãt illos curæ, attamen uolunt in illis detineri propter uoluptatem momentaneam. Qui autem ab his liberi, in sanitate sunt & extra mœrorẽ. Vtrum suauius dic, oro, & utrũ securius? Pro uno, de pane & uestibus esse solicitum, an pro multis: & seruis, & liberis qui pro seipsis non sint anxij? Quemadmodum em̃ hic pro seipso timet, ita & tu pro his qui à tuo capite pendent. Et quare nam fugienda uidetur paupertas, inquit? Quoniã hoc multis etiã de alijs uirtutibus uidetur, quæ sanè per se non sunt fugiendæ, sed propter eum qui ægrè operatur. Igitur & illa non est fugienda: sed ita uidetur D ei qui ægrè amplectitur, atq; adeo si quis illam ferre posset, utiq; nõ esset deprecabilis. Quare enim illam apostoli deprecati non sunt? quare multi etiam eligunt illam? Et nõ solum non deprecanr̃, sed etiam aduolant: nam quod reuera horrẽdum, nequaquam eligibile est, nisi ab insanis. Si autem philosophi qui inter homines sublimiores fuerũt ad hanc uenerunt quasi ad securum prædium & morbis non obnoxium, neq; mirabile si alijs non uideatur. Nam diues quidem nihil aliud mihi esse uidetur, quàm ciuitas absq; muris in agro sita, & undiq; insidiantibus exposita. Paupertas uerò securum præsidium, æreis muris, & expugnatu difficile. At dixerit quis, res contrario se habet modo: hi enim sæpe ad tribunal trahũtur, hi sunt qui sæpe affliguntur, qui malè habent: Non pauperes simpliciter, sed pauperes quidam qui ditari uolunt. Ego autem nõ de illis loquor, sed de ijs quibus studium est in paupertate uersari. Dic enim oro mihi, quare nullus eos qui in montibus habitant, trahit ad iudicem, quamuis si illi qui pauperiores magis trahuntur ad iudicem, hos omnium maximè oportebat? Quare autem mendicantes nullus trahit ad iudicem? Quare nullus cogit, nullus calumniatur? Nónne quia in securiori loco habitant? Quàm multis autẽ infelicissimum uidetur esse pauperem & mendicare? Quid igitur? Est ne bonũ mendicare? Bonum inquã, si esset qui consolaretur & misereretur: si esset suppeditãs, uitam sic ociosam & securã omnes probarent. Ego autẽ non hoc laudo, absit: sed ita, ut quis opes non desideret. Dic oro mihi, utrum dixeris magis beatũ, B eum qui uirtutis studiosus est, an eum qui procul ab ea est? Certe studiosum. Vter igitur studiosus ad cognoscendum aliquid utile aut clarum in philosophia, hic an ille? omnibus manifestum, quòd hic. Si autẽ non credis, disce. Ducatur à foro mendicantium aliquis, & ille quidem sit cæcus, claudus, mancus: alius uero quidam aspectu formosus, corpore robustus, undequaq; delicatus, pecunijs affluens, genere ac potentia clarus: ducamus itaq; hos in philosophiæ scholam, & uideamus uter illorum doctrinæ sit capacior. Sit igitur primũ præceptum, humilis sis & mitis: hoc enim Christus præcepit. Vter horum magis perficiet quod præceptum, hic an ille? Beati qui lugent: uter ma- Mat. 5
gis adhibebit dicto fidẽ? Beati humiles: uter magis audiet? beati mundo corde, beati esurientes ac sitientes iustitiã, beati persecutionẽ passi propter iustitiã: uter facilius hæc amplexabit? & si uis, adaptemus hos reliquis omnibus: nónne ille quidem ardet ac inflat undiq;? Hic autẽ humiliter sapit, & semper, & per omnia demissior est? certum quod ita est, id quod & externus uersiculus testat̃. Seruus quidem Epictetus, corpore incuruus, paupertate lrus, & amicus immortaliũ: & ita quidem habet pauper. Diuitis autem anima omnibus est plena malis, arrogantia, uana gloria, concupiscentijs innumeris, ira & furore, auaritia, iniustitia, & omni alio. Itaq; certũ quod hæc ad philosophiam magis idonea, quàm illa. Omnino quæritis discere, utrum magis suauer? Hoc enim à multis quæri uideo, an sit ista uita suauior, & nec de hoc ambigẽdum: nam qui senior, idem & suauius degit. Vter autẽ dic mihi, ad legem propositam, siquidẽ eam perficere uelimus, magis idoneus? Ipse dico aptiorem pauperem, quàm diuitem. Vter facilius iurabit, qui irascitur filijs, an qui cum plurimis habet negocium? Nónne qui pro uno de pane ac uestibus est solicitus, hic neq; iuramentis opus habet si uoluerit, sed semper in mansuetudine uersatur: imò qui doctus est non iurandum, is etiam facile opes contemnet: & ubiq; illum uidebit quis uirtutem sectantem uias, & omnes quæ ferunt ad mansuetudinem, ad opum despicabilitatem, ad pietatem, ad compositionem ac moderantiam animæ, ad compunctionem. Ne simus ergo negligentes dilecti, sed iterum omnem adhibeamus diligentiam

tiam: & hi quidem qui se correxerint ac bene ege A rint, ut quod correctũ est conseruent, ita ut nõ facile defluant, & retrorsum abeant: qui aũt reliqui adhuc, ut excitenr̃ ac operam dent, ac posthac impleant: & ij quidem qui iam rectè uiuunt, eis qui nondũ potuerunt quasi in pelago natãtibus, manum porrigant in portu, quò non iurent, eosq; suscipiant. Portus em̃ quidã securus est, non iurare. portus in quo à uentis impetuosis quis non submergit̃. Nam licet ira, licet furor, licet insultus efferuescat, licet quidlibet sit, anima in securitate constituit̃, & ita neq; eijciat aliquid eorũ quæ nõ oportet dicta esse. Non enim sibi necessariũ putauit legem esse. Vide quid propter iuramentũ fecit
Mat. 6 Herodes, caput præcursoris amputauit: propter iuramentũ enim, inquit, ac discũbentes nolebat il B
2. Reg. 21 lam repulsam pati. Quid propter iuramentũ passę sunt tribus infestæ tribui Bẽiamin? Quid propter iuramentum passus est Saul? nam ille quidẽ adiurauit, Herodes aũt etiã homicidiũ periurio peius
Ioshe 9 commisit. Ita Iesus propter iuramentũ Gabaonitis factum, qualia passus est nostis. Satanę enim laqueus est iurare. disrumpamus igitur funes, & facile nos in posterum custodiemus, liberemur à laqueo satanę. Timeamus dominicum præceptum, consuetudinẽ optimã nobis uendicemus, ut progredientes in uia uirtutum, & hoc & alia mãdata perficiamus, ac assequamur bona promissa ijs qui diligunt illum, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & spiritui sancto gloria, honor, imperium, nunc & semper, & C in secula seculorum, Amen.

SVRGENS AVTEM QVIDAM IN CONcilio Pharisæus, nomine Gamaliel, legis doctor, in precio habitus apud totum populum, iussit ut paulisper secederent foras apostoli.

Homilia XIIII.

HIc Gamaliel Pauli præceptor fuit, & dignum admiratione, quòd tanto iudicio ualens, ac legis doctor existẽs, nondum crediderit. Non poterat ille per omnia manere incredulus, & manifestum hoc ex uerbis illius, quæ consulendo affert. Iussit enim, inquit, ut apostoli foras secederent.] Vide sapientiam & intelligentiã in con- D
cione, & quomodo illos statim perterruit, ita ut nulla suspicio esset, quòd eadẽ cum illis sentiret, quasi ad eos qui eiusdem sententiæ essent loquit̃, neq; magna uehementia utitur, sed ut cum uiris ebrijs furore ita agit, Viri Israelitæ attendite uobis ipsis in hominibus istis quid facturi sitis.] Ne simpliciter neq; ita temere, ait, feramini. Ante hos enim dies surrexit Theudas, dicens sese esse aliquem, cui adhæsit numerus uirorum circiter quadringentorum, qui occisus est, & omnes qui credebant ei dissipati sunt, & redacti sunt in nihilum.] Exemplis illos castigat, & illum qui plures deficere fecerat, posterius ponit. Itaq; anteq; exẽpla diceret, inquit, Attẽdite uobis. Postquam autem ostendit, affirmat, dicens: Et nunc dico uobis

A absistite ab hominibus istis, & sinite illos. Post hunc surrexit Iudas Galilęus in diebus professionis, & auertit magnũ populum post se, & ipse periit, & omnes quicunq; parũerãt illi dispersi sunt: & nunc dico uobis, abstinete ab hominibus istis, & sinite illos. Quia si fuerit ex hominibus consilium istud, uel opus, dissoluetur: si autem ex deo est, non potestis dissoluere.] Quasi diceret, expectate: nam si & hi ex seipsis surrexerunt, nihil prohibebit etiam eos destrui: ne quo pacto etiã cum deo pugnare inueniamini. Et sic per impossibile & per inutile auertit illos. Non dixit autem à quo interẽpti sint, sed simpliciter quòd occisi sint, fortasse uelut obiter rem commemorãs. Hoc autem agit hac admonitione: q siquidem humanum est B opus, nullis est uobis opus negocijs: si autem diuinum est, quicquid feceritis, nõ poteritis uincere, Sic sane is sermo sapiens uisus est: quòd persuasi sunt ut non occiderent illos, sed solũ flagellarent.

Persuasi sunt autem ab illo, & accersitos apostolos flagellarunt, & præceperunt eis, ne loquantur in nomine Iesu, & dimiserũt illos.] Vide post quãta miracula flagellantur, nihilominus tamen doctrina iterum crescit. Etenim & in domo & in templo docebant. Et illi quidem gaudẽtes ibãt à facie cõcilij, quòd digni habiti essent pro nomine Christi cõtumelia affici. Et quotidie in templo & in singulis domibus nõ cessabant docere, & annunciare Iesum Christum. In diebus illis numero discipulorum crescente, ortum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, quòd despicerentur in ministerio quotidiano uiduę illorum.] Non in illis omnino dicit diebus, sed quia hæc est consuetudo scripturæ etiam aliquanto pòst gesta, quasi deinceps secuta sint narrare, idcirco sic dixit. Hellenistas autẽ hoc est Græcos, opinor dici qui Græcè loquebantur. Hi em̃ Græcè loquebãtur, quam uis Hebræi essent. Ecce noua tentatio, imò & tu si uis considerare, uidebis & intus & foris bella iam ab initio esse. Cæterum duodecim illi cum iussissent adesse multitudinem discipulorum, dixerũt:

Non est placitum relinquere nos uerbum dei, & ministrare mensis.] Bene. Ea enim quæ magis necessaria, minus necessarijs sunt præferenda. Vide autem quomodo statim & horum curam habeant, & prędicationẽ non negligant. Quasi autẽ magis uenerabiles illi essent, ideo & præferuntur.

Circumspicite igitur fratres uiros ex uobis spectatæ probitatis septem, plenos spiritu & sapientia, quos constituemus in hoc ministerio. Nos uerò deprecationi & ministerio uerbi incũbemus. Et placuit sermo corã omni populo, & elegerunt Stephanum uirum plenũ fide ac spiritu sancto.] Vtiq; & illi pleni fide fuerunt, quos elegerunt, ut ne eadem fierent sicut cum Iuda, & cum Anania ac Sapphira. Et Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum proselytum Antiochenum, quos statuerunt coram apostolis: & cum orassent, imposuerunt eis manus, & sermo dei crescebat, ac multiplicabatur numerus discipulorum Hierosolymis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ualde,multaq; turba sacerdotũ obediebat fidei.] A
Sed uideamus iterum quæ dicta sunt: Viri attendite uobis.] Vide oro, hic Gamalielem quomodo cum mansuetudine loquitur,& nõ dicit antiquas historias, quamuis haberet multas,sed recentiores, quæ ad confirmãdam fidem dictorum plurimũ momenti habebant. Ideo & cum occultatione insinuat dicens, Nam ante hos dies.] Quasi manifestans quòd non ante multos dies. Itaq; siquidem statim dixisset, Dimitte uiros.] & ipse uisus esset suspectus, & sermo eius non fuisset tam ualidus, cum exemplis autem suum robur accepit.Propter hoc non unius meminit, sed etiam alterius, quamuis & tertiũ potuisset dicere ex abundantia, & se bene dicere ostendens,& illos abducens a uoluntate sanguinaria. Absistite ab hominibus,] Vide q̃ mansuetis moribus, & neq; longum sermonem,sed breuem facit,neq; illorũ cum furore meminit. Et quotquot parue runt illi,dispersi sunt.] Hoc dicens, nihil in Christum blasphemat,sed quod uult maximè efficit.

Si fuerit, inqt, ex hominibus, dissipabit.] Hic & illos uidetur hortari,ut ratiocinent ac colligãt. Igitur quia non dissipatum est, nõ est humanum. Ne quo pacto & cum deo pugnare inueniamini. Hoc dixit, impossibili & inutili illos compescẽs.

Si autem ex deo est,non poteritis.]Non dixit, Si fuerit Christus deus: opus enim hoc declarabat:neq; asseruit quòd non humanum, nec quòd non diuinum,sed futuro tempori fidem permisit, ita ut persuadeat. At dicet aliquis, Si persuasit, C
quare flagellarunt? Non potuerunt non uidere quàm indubitata iustitia, nihilominus tamen furorem suum impleuerunt.Et alioquin iterum hac ratione territuros se expectarunt.Gamalieli autẽ apostolis absentibus magis mouebat:& sermonũ suauitate ac dictorum æquitate persuasit,tantum non prædicans & ipse euangelium,imò quasi iustam sententiam contra illos proferens: Credite quòd non poteritis dissipare. Quare non credidistis? Tanta uis prædicationis, ut & ab inimicis testimonium habeat. Illic quadringenti surrexerant, & posthac iusta multitudo. Hic duodecim erant primi. Ne igitur uos terreat multitudo quæ D
accessit. Si enim fuerit ex hominibus opus hoc, dissoluetur. Poterat & alium Ægyptium dicere, sed superflua fuisset mentio eius. Vidisti quomodo terrore sermonem concluserit? Ideo & non affirmat simpliciter,ut ne uideatur pro illis dicere, sed ab euentu rei ratiocinatur. Non ausus est autem affirmare, quòd non humanum esset, neque ex deo. Quoniam si dixisset, quòd ex deo,contradixisset utique.Si autem ex hominibus, iam iterum propensi fuissent facti ad insurgendum: ea propter iussit ut illi finem expectarent,dicens: Abstinere.Illi autem minantur iterum, scientes quidem quòd nihil efficiunt, facientes autem quod poterant. Talis enim res est malitia:impossibilia sæpe attẽtat. Post hunc autem surrexit Iudas.] Hæc si Iosephi historias inspexeritis, discetis euidentius; nam ille horum historiam conscribens, diligenter narrat, Vidisti quale ausus est dicere, quòd ex deo: quando postea à rebus fidem accepit? Reuera magna fiducia, & à personarũ respectu plurimũ alienus animus. Persuasi autem sunt ab eo, & accersitos apostolos flagellarunt, ac dimiserũt eos. Reueriti sunt gloriam uiri, ideo & destiterũt ne occiderent apostolos: flagellatos autem solum dimiserunt. Itaq; illi profecti sunt gaudentes à facie concilij, quòd pro nomine Christi digni habiti sint, qui contumeliã paterentur. Quibus signis hoc non magis admirabile est? Nusquam hoc apud ueteres contigit, quia & Hieremias flagellatus est propter uerbum domini, & Heliæ ac alijs minati sunt. Sed hic etiam ab hoc, & non à solis signis uirtutem dei declararunt. Non dixit, quòd B
non dolebant,sed quòd dolentes gaudebant. Vnde manifestum? ex libertate dicendi, quæ post flagella sequebatur. Quocirca id manifestans, In templo,inquit,ac singulis domibus non cessabãt docere ac annunciare Iesum Christum. In diebus aũt illis.] Quibus illis? Quãdo hæc fiebant,quando flagella,quando minæ,quãdo multiplicabantur discipuli. Tunc ortum est murmur.] Hoc fortassis ob multitudinem euenit. Non enim possunt omnia in multitudine tam exactè fieri.

Et magna turba sacerdotum obediuit fidei.] Quia multi ex his credũt, à quibus Christo mors intentata. Ortum est,inquit,murmur,quòd despicerentur in ministerio quotidiano uiduæ ipsorum.] Itaq; quotidie administrabant uiduæ. Et ui de quomodo & hic ministeriũ uocat,& nõ statim C
eleemosynam:ne & hos qui darent,& eos qui acciperent,extolleret. Hoc non erat malitię sed multitudinis forsan ignauia. Propter hoc proposuit etiã istud. Non paruũ enim malũ erat, unde opus ut statim corrigeret. Vides quomodo principio etiam mala erant, nõ foris tantũ,sed etiam intus? Tu autem non solum hoc attendas quod corrigitur,sed etiã q̃ magnum malum fuerit. Circumspicite igitur fratres, uiros ex uobis septem.] Nõ propria sententia faciunt,sed prius rationem reddunt multitudini. Sic & nunc fieri oportebat.

Non est placitũ,inquit,ut relicto uerbo dei miD
nistremus mẽsæ.] Principio absurdũ ponit,ostendens q̃ nõ possit utrunq; fieri accurate: quoniam & quando Matthiã ordinaturi erant, primum rei ostendunt necessitatẽ, eo q̃ unus defecerat,& oportebat fieri duodecim. Etiã hic utilitatẽ ostendunt,sed hoc non fecerunt in principio,sed expectarunt usq; dum oriretur murmur,neq; etiã expectauerunt ut hoc supra modũ fieret. Vide q̃ iudiciũ ipsis permiserunt,& præferunt eos qui omnibus placent,& ab omnibus testimonium habent. Itaq; cum Matthias præferendus esset, Oportet, dicebant,ut ex his uiris qui fuerũt nobiscũ omni tempore. hic aũt nõ sic. Non enim erat tale negociũ. Ideo & hoc non permiserunt sorti, neq; cum possent ipsi spiritu moti eligere,hoc faciũt sed magis statuũt q̃ multorũ testimonijs approbabat. Nã definire numerũ, & ordinare,& in talẽ usum, hoc sibi uẽdicat, Eligere aũt uiros illis permittũt,

ut ne uideantur ipsi in gratiam quorundam age- A
Num.16 re. Quoniã & deus Mosi permittit eligere uiros quos ipse sciebat. Etenim sapiẽtia multa opus est in huiusce modi dispẽsationibus.neq; enim est existimandum,quoniam non committitur eis uerbi prædicatio, ideo non opus esse talibus sapientia. Magna enim indigent. Nos autem,inquit,orationi, & ministerio uerbi incũbemus.] Et incipiendo,& finiendo rationẽ reddunt. Incumbemus,inquit.] Sic enim oportebat nõ simpliciter, neq; leui opera,sed cum perseuerantia incumbere. Et placuit,inquit, sermo coram omni populo.]Et hoc illorum sapientiæ cõgruebat. Omnes dictum laudabant, & sic sapientia declarabatur.

Elegerunt,inquit,]Iterũ illi eligunt. Stepha num uirum plenum fide ac spiritu sancto, & Phi- B
lippum,& Prochorum,& Nicanorem, & Timonem,& Parmenam, & Nicolaum proselytũ Antiochenum,quos statuerunt coram apostolis, & quum orassent,imposuerũt illis manus.] Ex hoc manifestum,quòd segregauerunt illos à multitudine.Et illi trahunt,nõ apostoli ducũt, Vide quomodo conscriptor non est superfluus. Non enim dicit, quomodo: sed simpliciter q̃ ordinati sunt per preces. Hoc enim est χειροτονία, id est ordinatio. Manus uiro superponitur, totũ autẽ deus operatur:& illius est manus, quæ eius qui ordinatur, caput contingit,si quẽadmodum oportet,ordinatur. Et sermo, inquit, dei creuit, & multiplicatus est numerus discipulorũ.] Nõ simpliciter hoc dixit,sed ut ostendat, quãta sit uis eleemosynæ ac C
ordinis bene instituti. Et quoniam narraturus est postea de Stephano,ideo & causas illorum præmittit. Et multi, inquit, sacerdotes obediebant fidei.] Quoniã enim uidebant principẽ ac doctorem hæc affirmasse, ex operibus iam periculũ faciebant. Et admiratione dignũ est, q̃ populus nõ scindebatur in electione uirorũ, quomodo apostoli ab illis nõ reprobati sunt. Quantã autẽ dignitatẽ habuerunt hi,& qualem acceperunt ordinationem, necessariũ erit discere. Nunquid eã quæ est diaconorũ? Atqui hoc in ecclesiis nõ est, sed presbyterorũ est hæc dispensatio, tametsi nullus adhuc esset episcopus, sed apostoli soli: unde neq; diaconorũ, neq; presbyterorũ nomen extare opinor clarum ac manifestum:sed tunc in hoc fuerũt D
ordinati. Et nõ frigide ac simpliciter potestas eis cõcredita,sed apprecabantur,ut fieret illis hęc potestas. Vide autem oro,si septem uiris in hoc opus erat: tantæ fortassis affluebant opes, totq; uiduarum erat multitudo. Itaq; non simpliciter preces fiebant,sed cum multa attentione:& hoc fiebat,sicut prædicatio: plura enim illis perficiebãt, Sic ad spiritualia ista adnumerabant, sic & ad profectiones mittebantur, sic & hi sermonẽ in manus acceperũt. Et nihil dicit ad extollendũ illos, sed quòd non placitũ,opus datũ relinquere. Ita erant à Mose eruditi,ne omnia tractent. Propter hoc & Paulus inquit, Tantũ ut memores pauperũ essemus.
Gal.2 Disce autem quomodo præerant: Ieiunabant,intenti erãt precibus. Hoc etiã nũc fieri oportebat.

Non aũt simpliciter spirituales, sed spiritu & philosophia plenos dixit, ostendẽs quòd magna mã suetudine ferebant accusationem uiduarũ. Quæ enim utilitas,quando non per furtum, sed nihilominus cuncta pereunt, si dispensator uel temerarius sit uel exacerbet? Etenim hoc nomine etiam Philippus admirabilis erat. De illo enim dicit, Et ingressi in domũ Philippi euãgelistæ, qui unus erat ex septem, mansimus apud illum. Vides nihil humano more dispensari. Et crescebat numerus discipulorum in Hierusalem.] In Hierosolymis crescebat multitudo. Mirabile, ibi occisus est Christus, & illic creuit prædicatio, & non solum nõ sunt offensi quidã ex discipulis,uidentes apostolos quidem flagellari, alios autem fugari, alios spiritũ tentare, alios obmurmurare, sed & sic credentium numerus augebatur, ita emendabantur ex eo quod Ananiæ acciderat, & maior timor illis fiebat. Vide autẽ oro, quomodo creuerit multitudo: post tentationes demum creuit, non antea. Considera autem, quanta & benignitas dei, ex illis enim principibus sacerdotum, qui ad cædem turbã exasperarant, qui talia clamarãt, & dixerant, Alios saluos fecit, seipsum saluum facere Matth.27
nequit: ex his multi,inquit, obediebant fidei.

MORALE

Illius igitur & nos fiamus imitatores. Suscepit illos,& emisit. Ita & nos, inimicos qui innumera nobis mala fecerunt, beneficijs afficiamus: siquidem habere uolumus bona, illis exhibeamus, ne benefaciendo prætereamus. Si enim malis ferendis explendus est illorum furor, multo magis beneficentia. Hoc enim illo non est minus. Non est enim idem benefacere inimico,& maiora uoluisse pati,uel uelle: ab hoc etiam ad illa ueniemus. Hæc dignitas est discipulorũ Christi, Crucifixerant illum,qui ad benefaciendũ illis uenerat, discipulos illius flagellarãt,& postea in eundẽ cũ discipulis honorẽ ducit,& similiter sua illis cõmunicauit. Imitatores fiamus oro Christi. In hoc decet imitari illũ. Hoc æqualẽ facit deo. Hoc plus est q̃ humanum. Vacemus eleemosynæ. Hæc pædagoga & magistra illius philosophiæ est. Qui didicit misereri calamitosi, discet etiã non reminisci malorum sibi irrogatorum, ac inimicis benefacere poterit. Discamus proximorũ malis flecti,& compati,& discemus etiam illorum mala ferre. Ipsum interrogemus,qui nos affecit iniurijs,an non condemnet seipsum,an non uelit resipiscere, an non totum esse dicat iræ uel pusillanimitatis uel miseriæ,an non malit cõtumeliam ferre silentio, quàm per furorem inferre alijs,an non admiretur tuam patientiam. Ne putes, quòd hoc contemptibiles facit. Contumelia afficere non tam uenerabiles facit, atq; contumelias ferre. Ille enim est contumelioſus, hic uero philosophus: & ille quidem homine peior, hic uero angelis par. Licet enim cesserit ei qui cõtumeliam fecit: attamen si uoluisset, potuisset ulcisci. Et alioquin ab omnibus misericordiam consequetur hic, ille uero exosus erit. Quid igitur? Nonne hinc etiam ille multò melior erit?

Universidad de Deusto
Biblioteca

illum enim ut insanientem, hunc uero ut prudentem obseruabũt omnes. Quando igitur cogeris, ut aliquẽ crimineris, dic: Non possum illi male dicere. Timeo em̃, ne fortè non sit talis: maximè qui dem in mẽte ne dicas, sed neq; alteri, ne in hoc cũ deo pugnes. Si uideris uituperari quendam, adiua. Dic passionis non uiri uerba sunt, dic iræ non amici, insaniæ nõ animæ. Hæc cogitemus de uno quoq; peccato. Ne expectes accẽdi ignem, sed antea cõprime, ne exacerbes bestiam, sed neq; exacerbari sinas: non enim poteris illum, cõpescere si flamma accẽdatur. Quid enim dixit, Insipiens & stulte? Vtri igitur uere imputatur dicẽti? ne an audienti? nam ille quidem licet ualde sapiẽs, in stulti existimatione erit, hic etiam licet insipiens, sapiẽs ac philosophus habebitur. Vter insipiẽs dic oro, is ne qui alteri dicit ea quæ nõ sunt, an is qui neq; sic mouetur: nam si sapientiæ est, etiam si mouearis non moueri, magnæ utiq; insipientiæ est, si nõ mouearis plagis affici. nõ dico, quis locus pœnæ repositus sit his, qui talia opprobrant & maledicunt. Sed curi ignobilem & ex ignobilibus, & uilem ac ex uilibus dixit? Iterum in seipsum conuertit opprobrium. nam ille quidem uenerabilis apparet ac reuerendus: hic uero uilis. Talia enim tanquam opprobrium proferre, generis uilitatem inquam, animi est reuera pusilli. Qui autem magnus & admirabilis erit, utpote qui nihil tale sentit, hic afficitur quasi audiuisset, quòd haberet aliquid aliud præcellens. At adulteriũ ac alia dicet? Hic & ridere oportebat. Quando enim lacessitur qui non est conscius, non habet locũ ira. Cogitantes aũt & quæ in medium producat uerba, nec sic oportet dolere: id quod postea unusquisq; discere poterit, hoc iam reuelauit. Deinde omnibus se fide indignũ exhibuit, utpote nesciens proximorũ mala tegere, & seipsum magis confudit q̃ alium, & omnem portũ sibiipsi obstruxit, pœnasq; graues asciuit futuri iudicij. Non enim hunc auertantur omnes, ut illum qui tegenda reuelat. Tu autem ne dixeris ea quæ nosti, sed sile, si uis bonum nomen habere. nõ solum enim subuertes quæ dicta sunt, ac teges, sed etiã aliud facies bonũ. Non enim iam facies contra teipsum ferri sententiam. Iam quispiam tibi maledicit? dic tu, Si omnia nosset, non hæc sola dixisset. Admirati estis cum stupore quod dixi, atq; imitari oportet. Ideo enim omnia hęc quæ ab exteris dicta sunt diximus, nõ quòd nõ habeamus innumera talia in scripturis, sed quòd magis hi possunt confundere: quoniam & scriptura nouit ad cõfusionẽ loqui, sicut quando dicit, Nónne & Ethnici hoc faciunt? Prophe-
Mat. 5
Hiere. 35
ta autem Hieremias filios Rechab in medium adduxit, paternum mandatum præuaricari nequaquam uolentes. Maledicebat Maria Mosen, & ab
Num. 12
illa statim experijt pœnã, neq; cõcessit tanto tempore quanto disci poterat iniustum esse. At nos non sic, sed hoc maximè uolumus omnes discere, quòd non absq; pœna abijt. Quandiu terrena sapiemus? non potest ex una solum parte constare bellum. Lacesse insanientes ex utraq; parte, exacerbabis: siue à dextra aut sinistra, extinxisti furorem. Qui uerberat, siquidẽ habuerit eum qui non patitur, magis extollitur. Si autem patientem, magis destruitur, & in ipsum plaga conuertitur. Non enim sic subuertit antagonistæ uim homo certaminũ peritus, sicut homo qui iniuria afficitur, & non uicissim contumelias infert: Confusus enim ille deinde abit & condemnatus, primum à conscientia, deinde ab omnibus qui uidẽt. Et prouerbium quoddam est. Qui honorat, seipsum honorat: ita etiam qui contumelia afficit, seipsum contumelia afficit. Nullus nos poterit iniuria afficere, iterum dico, nisi nosmetipsos: neq; pauperem me quis faciet, nisi ego meipsum. Age consideremus: Sit mihi animus pauper, & omnes in me pecunias erogent, quid inde? donec ille non mutetur, omnia in uanum sunt. Sit mihi animus magnus, & cuncti accipiant pecunias meas, quid inde? donec illum feceris pauperem, nullum certe damnum. Sit mihi uita impura, & omnes contraria dicant de me: quid tum? licet dicant, sed nõ etiam in mente suffragijs confirmant. Iterum sit mihi uita munda, & omnes cõtraria dicant, quid inde? Num in conscientia sua condemnant? Non enim persuasi dicunt. Nam quemadmodum non oportet celebritati credere, ita neq; accusationi. Et quid dico hæc? nullus nobis insidiari unquam poterit, neq; accusatione ulla circumdare si uoluerimus. Consideremus autem & sic, Trahat quis ad forum ac calumnietur, si uis etiam animam auferat. Et quid hoc si paulisper præter dignitatem hæc feras? hoccine illud malum est, quòd præter meritũ pateris? an tu malles pro merito? Dicã aliquid iterum. Philosophus quidam externus ubi audiuit quòd quidam mortuus est, & quidam discipulorum dixit illi, Væ mihi quia iniustè: ille cõ uersus, sed quid dicebat, Iustè ne uoluisses? Quid Ioannes, nónne iniustè mortuus est? Cui igitur magis misereris, ei ne qui iustè mortuus, an ei qui iustè? nónne hunc quidem miserum dicis, illum autem & admiraris? Quî igit iniuria affectus est homo, quum ab illa morte non solum magnũ lucrum faciat, sed & nihil lædatur: nam siquidem ex immortali fecisset mortalem, fortassis detrimentum esset. Si autẽ mortalem & in hac natura paulopost moriturum, accelerat, ut cum gloria mortem amplectat, quid damni? Sit nobis anima bene composita, & nullum forinsecus erit damnum. Sed non es in gloria? quid tum? nã quod est in pecunijs, hoc etiã est in gloria. Si enim fuero magnificus, nihilo opus erit. Si aũt uanę gloriæ cupidus, quò plus continget, hoc plus desiderabo: tunc autem maximè clarus ero, & maiore gloria fruar, si contempsero gloriam. Hæc igitur scientes & gratiam habeamus Christo deo, qui talem uitam nobis largitus est, & ambiamus illum in gloriam illius: Quia ipsum decet gloria cum
patre & sancto illius spiritu,
in secula seculorum,
Amen.

STEPHANVS AVTEM PLENVS FIDE & uirtute, faciebat prodigia & signa magna in populo. Homilia XV.

Vide, quomodo etiam in illis septem unus cæteris præferebatur, & prima tum habebat. Nam quamuis cõmunis omnium ordinatio, attamen ille maiorem sibi conciliarat gratiã. Ante illud tẽpus nullum fecerat signum, sed ubi manifestatus est, ut ostendat non sufficere solam gratiam, sed opus etiam ordinatione, ut spiritus sancti augmentum fiat. Quòd si & ante pleni spiritu, at id à lauacro. Surrexerunt autem quidam ex synagoga.] Iterum uocat surrectionem, illorum exacerbationem & iram. Vide & hoc in loco magnam multitudinem, imò aliam accusationis figuram. Nam postquã Gamaliel illos prohibuerat, ne quid cõtra illos attentent, aliam accusationem inducunt. Surrexerunt autem quidam eorum ex synagoga quæ dicebatur Libertinorum, & Cyrenæorum, & Alexandrinorum, & eorum qui à Cilicia & Asia, disputantes cum Stephano, & nõ potuerunt resistere sapientiæ & spiritui quo loquebatur: tunc subornarũt uiros, dicentes: audiuimus illum loquentẽ blasphema uerba cõtra Mosen ac deum. Vt accusationem instituant, contra deum inquit, & cõtra Mosen loquitur. Idcirco & disputabãt, ut cogerẽt illum dicere aliquid. At ille post ea apertius loquutus est. Et forsan solum dicebat quiescere legem, uel non dicebat quidem, sed insinuabat: quoniam si dixisset manifestè non opus fuisset uiris subornatis, nec etiam falsis testibus, Variæ autẽ synagogæ erant, Libertinorũ, & Cyrenensium. Sed Cyrenẽses quidem ultra Alexandrinos siti sunt, qui & illic pro consuetudine quæ tunc erat, habebant synagogas: fortassis autem & illic manserunt, ne cogerentur continuò migrare.

Libertini unde dicti

Libertini autẽ, qui à Romanis libertate donati erant, sic appellabantur. Porrò quemadmodũ illic morabãtur hospites multi, ita & synagogas habebant multas, in quibus oportebat & legẽ legi, & preces fieri. Tu autem considera uelim quomodo & hic, dum cogitur, docere attentat, & illi iterum per signa in inuidiam non solum mouentur, sed quoniam & legis cognitione superior erat, illiscq; intolerabilis, falsos quoq; testes constituunt. Non uolunt enim simpliciter occidere, sed & cum suffragio, ut & gloriam ipsorum infament, & illis relictis sic ad alios ueniant, hac ratione perterrentes etiam illos. Qui etiam non dixerunt, quòd loquaã, sed q̃ non cessat loqui, aucta sic quoq; accusatione. Commouerunt q̃ presbyteros & scribas, atq; inuadentes corripuerunt eum, & adduxerunt in concilium, statuerunt q̃ falsos testes, dicentes: Homo iste non cessat loqui uerba blasphema contra locum sanctum hunc & legem.] Non cessat, inquiunt, quasi ille in hoc solum operam collocet. Audiuimus enim eum dicentẽ, Iesus Nazarenus iste demolietur locũ hũc, & mutabit mores quos tradidit nobis Moses.] Iesus, inquit, Nazarenus magno eũ contemptu, demolieꝰ locũ hũc, & mutabit mores. Hoc etiã Christũ accusantes dicebant: Qui destruis tẽplum dei. Multa em̃ illis erat reuerentia erga tẽplum, utpote & iuxta illud habitare uolentibus, & erga nomen Mosis. Et uide quomodo duplex accusatio. Demolieꝰ, inquit, locum, & mutabit mores. Non solum autẽ duplex, sed & amara, & plena periculis, Et intuentes illum omnes qui erant in concilio, uiderunt faciem illius, quasi faciem angeli.] Sic possunt & qui in minore gradu sunt claresc̃ere. Nam quid, oro, hic minus habebat apostolis? nónne signa operatus est? nónne magnam dicendi libertatem prę se tulit? Viderũt faciem illius, quasi faciẽ angeli, inquit. Hoc igitur erat gratia, hoc & Mosis gloria erat. Videtur autem mihi deus concionaturo illi addidisse tantam gratiã ut statim aspectu terruerit illos. Possunt em̃ facies & spirituali gratia plenę esse, & desiderãtibus desiderabiles, & odio habẽtibus reuerẽdę ac terribiles. Vel hoc dixit ut causam, propter quam passi sunt illum cõcionari. Dixit autem princeps sacerdotũ: Num hæc ita se habent?] Vides quomodo cum mansuetudine rogat, atq; sine molestia. Ea propter & ille benignis uerbis incipit: Viri fratres & patres, audite, Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahę, cũ esset in Mesopotamia, priusquã moraretur in Charran.] Statim ab initio opinionẽ illorum tollit, & per ea quæ dicit, absq; suspicione, instruit nihil esse quod ammodo templũ illud & institutа, nec oppressuros illos prædicationẽ, deũq; semper omnia facere, nullo egentẽ instrumento. Vide itaq; in his pulchrè contexi concionem, & demõstrari, quòd qui fruantur magna misericordia, diuersis deum retalient, & alioqui impossibilia attentent. Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ, & dixit ad illum: Egredere de terra tua, & ueni in terram quam monstrauero tibi. Et templum nondum erat, & sacrificium nondum erat, & dei cõspectum assequutus fuit Abraham, licet etiã progenitores haberet Persas, & in aliena terra esset.] Et quare in principio uocat deũ, gloriæ deũ? Quoniam ignobiles glorioso fecit, & ut doceat, q̃ si illos glorificauit, multò magis ipsos. Vides quõ illos à corporalibus abducit, & à loco primum, quoniã de loco sermo erat. Si gloriæ deus, manifestum quod non opus habet nostra gloria, neq; ea quæ est per templũ. Ipse enim est fons gloriæ: ne igitur putetis hac ratione ipsum glorificari. & quomodo, inquit, scriptura hoc non dicit de patre Abrahami? Quia non est multiloqua in his quæ non multum necessaria. Hoc solum nos docuit, quòd uidẽs abire filium, ierit cum eo: Quod autẽ amplius non enarrauit, eo quòd mortuus est nõ multo posteaq; habitauit in Charris. Exi à cognatione tua. Hic ostendit quòd non sunt ipsi filij Abrahæ. Quomodo? quia ille credulus erat: ipsi aũt increduli. Idq; magis discimus ex his quę faciebat, quòd ille quidẽ labores sustinuerit, ipsi uero fructus metant, & quòd omnes progenitores fuerint in uariorum malorum tolerantia. Et egressus ex terra Chaldæorum habitauit in Charran

Mat. 27

Cap. VII

Gen. 12

Universidad de Deusto
Biblioteca

ran,& illic postquam mortuus est pater suus,fecit habitare illum in terra hac,in qua uos nunc habitatis.Et non dedit illi hæreditatē in illa, neq; uestigium pedis.] Vide quomodo illos à terra abducit.Non enim dixit,Dabit:sed,non dedit, manifestans quòd omnia ab illo, & nihil ab ipsis. Venit enim relicta cognatione ac patria. Quare igitur non dedit? quia figura erat alterius terræ, & promisit se eam daturum illi. Vides quòd non simpliciter iterum sermonē resumit. Non dedit, inquit, illi,& promisit etiā semini illius post eum, quum non esset illi filius.Iterum potentia dei hinc ostenditur,& quòd absq; omni adminiculo omnia facere queat.Eum enim qui in Perside erat, ac tantum aberat, dixit se Palæstinæ dominum facturū. Sed iterum uideamus quæ dicta: Et intuentes eum omnes,inquit,uidebāt faciem illius quasi faciem angeli.] Vnde in Stephano gratia illa florebat? nunquid à fide? manifestum quòd supra testimonium accepit,quia fide plenus erat.Fieri autē potest,ut fidem quis habeat absq; sanationū gratia. Nam alij quidem data est gratia sanationum: alij uero sermo sapientiæ. Hic aut mihi uidetur insinuare illum fuisse facie amabilem,dicendo:uiderunt faciē illius quasi faciē angeli,quod & de Barnaba testificant. Vnde scimus simplices & innocentes in admiratione esse, maxime si tam gratioso uultu sint. Tūc subornarūt uiros dicētes,Audiuimus illū dicentē uerba blasphema.] De apostolis quidē dicebant,q̄ resurrectionē annunciarint,& quòd multa turba affluat. Hic autē, quòd & sanabantur.O insipientiam, pro quibus oportebat gratias agere,pro his redarguebantur,& ijs qui re ipsa prēualebant, prēualituros se uerbis cōfidebant. Id quod & Christo faciebant,& semper ad sermones illos se conuertebant. Erubescebant enim ita simpliciter illos rapere, nihil habentes quod obijcerent.Et uide quomodo neq; illi testificantur, qui iudicabant:reprehensi enim fuissent, sed simpliciter alios conducunt, ut ne uideantur ui agere.Id quod etiam Christo fecisse eos quis uiderit. Vidisti prædicatōis uim,& quomodo dum flagellantur,& lapidantur prēualet, atq; etiā dum ad tribunal ducuntur, & undiq; fugantur? Hinc & falsis testibus non solum prævalent,sed neq; hi obsistere ualebant, quāuis ualde impudentes: sic illos uiolenter capit,idq; cum multa non persuasibilia & inconuenientia sicut & contra Christum afferrent,nihil omittentes quod ad mortem illius faciebat, ut omnibus manifestum fieret non esse humanū bellum,sed dei cum hominibus. Considera aūt & quid dicant hi qui statuebant falsos testes,hi qui sanguinaria mente illum in concilium rapuerant. Audiuimus illum dicentem uerba blasphema contra Mosen ac deum.] O impudentes, opera facitis blasphema contra deum,& non curatis,& Mosis curā uobis esse simulatis? Idcirco obijciunt Mosen,quia deum non ualde curāt, semper autem Mosi meminerunt: Moses dicentes ille qui eduxit nos, mobile uulgus irritantes: Iam quomodo homo blasphemus uinceret? quomodo autem & sic blasphemus signa faceret talia in populo? At tanta res est inuidia,stultos efficiēs captos,ut neq; contueantur quæ uident. Audiuimus illum, inquit, loquentem uerba blasphema contra Mosen ac deum.& iterum,Hic homo non cessat loqui contra locum sanctum & legem, adijcientes: Quæ tradidit nobis Moses. Non iam dicūt deus. Vides quomodo illum ob euersam rem publicam impietatis accusant? Quòd autem non potuerit ille talia loqui, neq; fuerit tam audax,omnibus est manifestum:tam mitis erat,atq; adeo in facie cernebatur. Igitur ubi quidem non calumniabantur, nihil tale inquit scriptura. Quoniam autem totum hoc loco calumnia est,meritò illam corrigit deus,atq; ideo ipso aspectu.Itaq; apostoli non patiebantur calumniam, sed prohibebantur: hic autem & calumniam fert, propter hoc & ante omnia facies ipsa defendit ac excusat. Fortassis hoc & pōtificem terruerat. Vt autem dixit, quòd promiserat,ostendit promissionem ante locum factam, ante circumcisionem,ante sacrificium,ante templum, & quòd hi ut par fuisset, non acceperant, neque circūcisionem,neq; legem:sed terra,obedientiæ solius merces erat, sed neq; circuncisione data promissio impletur.Et quòd figura fuerit, etiam patriam relinquere ac cognationem,deo iubente.Illa enim patria quoquo duxerit deus,& hæreditatem hic non accepit.Et quòd si quis diligēter inquirat, Persæ sunt Iudæi. Et hīc dīce,quòd absq; signis obedire oportet deo,licet grauia quædam contingant.Quoniam & patriarcha etiam relicto sepulchro paterno,ac omnibus obtemperauit deo.Si autem illius pater nō fuit ei socius profectionis in Palæstinam, eò quòd infidelis erat, multo magis pueri non erunt soci ac participes,licet magnam partem uiæ eant, si patris uirtutē non fuerint imitati. Et promisit ut illam daret illi ac semini eius, inquit, post illū.] Magna etiam hic dei misericordia ostenditur, ac Abrahæ fides,quòd obedit quum non esset illi filius.Hoc ostendit obedientiam ac fidem. Quāuis ea quæ facta diuersum monstrabāt, utputa, quòd postquam uenissent,non habuit uestigium pedis: id sane fidei contrarium erat.

Gen. 12. 15

MORALE

Hæc cōsiderantes etiā nos,quæ scilicet promiserit deus, recipiamus etiam si aduersa fuerint ea quę fiunt.quāuis nobis nō sunt aduersa, sed ualde cōgrua.Nam ibi quidē,cū fierēt promissiones, & cōtraria eueniunt,reuera sunt aduersa: apud nos aūt secus est:nam hic quidē afflictionē dixit, illic uero refrigeriū. Quur confundimus tēpora, quur quæ sursum sunt,infrà facimus? Tribularis dico,quia in paupertate agis,& turbaris propterea? ne turberis,turbatiōe em dignū foret,si illic tribulandus esses.Hæc enim tribulatio refrigerij causa est.Infirmitas ista,inquit,non est ad mortē.Illa tribulatio pœna,hic disciplina & correctio. Certamē est in præsenti tēpore,unde & opus est pugillatione,bellū est ac prælīū.nullus in prælio quęrat delicias, nullus pro diuitijs solicitus sit,pro uxore nullus

Ioan. 11

nullus curam gerat,sed unus unum solum uideat, ut inimicos uincat.Hoc & nos faciamus, & si uicerimus & rederimus cum triumpho,omnia nobis dabit deus.Hoc solum nobis curæ sit, quomodo uincamus diabolū,imò non nostri studij opus est,sed diuinæ gratiæ totum est. Vnū nobis curæ sit,quomodo conciliemus nobis illius gratiam,ut

Rom. 8 trahamur ad nos fauorem illum. Si deus pro nobis,quis cōtra nos? inquit.unum solum nobis curæ sit,quomodo hic nobis nō efficiatur inimicus, ut nos non auersetur. Non tribulari malum, sed peccare malum est:id fuerit graue,etiam si in delicijs fueris,non dico in futuro,sed etiam in præsenti.Quomodo em̄ putas conscientias nostras moderi? An hoc non quouis tormento fuerit peius? Vellem diligenter interrogare eos qui in malis uiuūt,nunquā ne si in mentē ueniant illis sua peccata, tremant, formident, doleant, & beatos dicant ieiunantes in montibus, & philosophiæ deditos. uis refrigerium inuenire illic? fer hic tribulationē propter Christum,nihil huic refrigerio par, gaudebant apostoli dum flagellarentur. Paulus hoc

Philip. 4 admonet dicens: Gaudete in domino & quomodo potest quis gaudere,ubi uincula, ubi tormenta,ubi tribunalia? Maximè in hoc gauderi potest. Quomodo autem,disce.Qui nihil sibi ipsi cōscius est,plurimū lætabitur.Ita ut quò maiorem dixeris tribulationem, hoc maiorem dicas uoluptatem. Dic obsecro mihi,miles qui plurimis uulneribus impetitur,& resistit:nónne cum magna redit uoluptate,uulnera ut testimonium libertatis habēs, fulgoris & claritudinis? Et si possis erumpere in

Gal. 6 uocem illam, quam Paulus protulit:Stigmata Iesu porto:poteris magnus fieri,& clarus,ac probatus.sed non est persequutio.Sta contra gloriā: & si dixerit quis contrarium aliquid, ne timeas dici malus propter Christum. Sta contra tyrannidem superbiæ,sta cōtra iræ pugnam, sta contra concupiscentiæ tormentum.Et hæc stigmata sunt actorum. Quid maius illis tormentis? nunquid si anima dolet ac uritur? nam illic quidem est & corpus

Passiones animæ particeps,hic autem totū illius est.Circa illam dolor quādo irascitur uel inuidet,uel aliud quiddam facit,imò patitur:non enim est facere,sed pati,irasci,uel inuidere. Vnde & passiones animæ dicuntur,& uulnera,& cicatrices.Reuera passio est, & passiōe difficilius. Cogitate,qui irascimini, quod patiendo hoc facitis.Itaq; non patitur,qui nō irascitur. Vides q̄ qui contumelia afficitur,non patitur: sed is qui contumelia afficit, id quod & iam dixi.Quod enim patitur,manifestum est ex eo, q̄ à passione sic uocetur.Passiones enim ab ira nascuntur,hebetatio uisus,stupor, & innumera alia mala.Sed puerum contumelia affecit, inquit, sed ministrum.ne putes esse infirmitatem,quod nō & ipse hoc possis facere:dic enim mihi, Bene factū ne est? non opinor quòd dicas. Igitur ne feceris quod non bene factum.Scio quòd in talibus iræ nascuntur.Quid igitur inquit,si contemnat, si iterum dicat? argue,increpa,obsecra, mansuetudine ira soluitur, ut accesseris, accusa.nam in his quidem quæ erga nos,neque hoc faciendum,sed pro alijs & necessitate.Ne propriam cōtumeliam putes,quòd filius contumelia afficiatur: & si doleas pro illo,ne tanquā ipse contumelia affectus.Non enim quoniam puer malè habet,tu contumelia affectus es,sed is qui malefecit.Restringe iram, acutus gladius in uagina condatur.Si habuerimus illum nudum,sępe etiam ubi non est opus,illo utemur,ab ipso tracti.Si autem fuerit occultatus, etiam si opus fuerit,extinguetur ira.Pro illis nō ulciscitur Christus:audi enim quid dicat ad Petrū: Conuerte gladium in uaginam: & tu pro puero irasceris? Doce etiam puerum philosophiam, dic illi passiones domini, imitare meum magistrum. Quando ignominia aspergendi erant, non dixit, ulciscar.sed quid? Si me persequuti sunt, & uos persequentur.Igitur ferte fortiter, non enim estis meliores me.& tu ad puerum & seruum dic:Non es domino tuo melior.Sed uiduæ,uerba philosophica ista uidentur.Heu mihi, quòd sermone non licet hoc persequi, ut rem ipsam experiamini.& ut discas:In medio duorum simul certantiū stans, sis à parte eorum, qui iniuriam patiuntur,& non iniuria afficiunt,si non apud teipsum triumphos uideas,si non claras accipias coronas. Vide quomodo cōtumelia afficitur deus,& quam mansuetē respondet: Vbi est, inquit, Abel,frater tuus? Et quid ille? Num custos ego sum fratris mei? Quid hoc contumacius,licet hoc à filio audijsset quis? nam si à fratre, nónne quis dixerit esse iniuriam? At deus iterum mansuete respondet: Vox sanguinis fratris tui, inquit, clamat ad me. At deus, inquit aliquis, iræ non est obnoxius.Sed propter hoc descēdit filius dei,ut te deum faciat, iuxta humanas uires.Sed non possum, inquit, quum homo sim, Itaq; homines tibi adducamus: Et ne putes me tibi dicere Petrū ac Paulum,sed quosdam illis multo inferiores,puer Heli Annam contumelia afficerat dicens: Digere uinum tuum. Quid hoc contumelioſius? Quid igitur illa? Mulier in amaro die ego sum.Nihil reuera afflictioni par, philosophiæ mater est.Ista etiam æmulam habens, nō affecit illam contumelia.Sed quid? ad deum confugit,& orans illius nec meminit, neq; dicit:quoniā opprobrijs affecit me quædam, ultor meus esto: adeo philosophiæ assueta erat mulier. Confundamur uiri, quāuis scitis quod zelo nihil par sit. Publicanus cōtumelia affectus à Pharisæo,non retulit contumelias,quamuis potuisset,siquidem uoluisset.Sed animo philosophico tulit,dicēs: Propitius esto mihi peccatori. Mēphibosceth à seruo accusatus,& calumniam passus,neq; dixit,neq; fecit illi aliquid mali,neque de rege ipso. Vis & scorti audire philosophiam? audi Christum dicentem, quādo capillis pedes illius terſit:publicani & meretrices præcedūt uos in regno. Vidisti illam stantem ac lacrymantem,& sua crimina abluentē. Vide quomodo & contra Pharisæum non irata fuit, quum cōfunderetur.Si sciret,inquit,quòd peccatrix est mulier ista, nō permisisset illā. Et nō dixit ad illū:Cur nam,dic? Tu ne à peccatis mūdus es?

Sed

1. Reg. 1

Mat. 26

Ioan. 1

Gen. 4

Luc. 18

Mat. 21

Luc. 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed magis patiebatur, magis plorabat, plus calidarum lacrymarum emittebat. Si autem mulieres, & publicani & meretrices philosophantur, id ꝙ ante gratiam: qua erimus nos uenia digni post tantam gratiam, magis ꝙ si bestiæ expugnarentur, lacrymantes, & recalcitrates? Nihil fœdius furore, nihil usitius, nihil grauius, nihil insuauius, nihil nocentius. Hæc dico nō solum ut cum uiris imus mansueti, sed etiam si mulier loquax sit, ut feras. Sit tibi palæstra ac gymnasiū mulier. Quomodo enim non absurdum, gymnasia ferre nihil lucri afferentia ubi affligimus corpus: gymnasia autem non facere domi, quæ nobis coronas etiā ante agones suppeditant? Contumelia afficit mulier, ne fias tu mulier. Muliebre enim est contumelia afficere. Infirmitas est animę, imminutio est, ne putes indignum te esse, quando mulier contumelia te afficit: indignum, quando tu quidem contumelia afficeris, illa uero philosophatur: tunc turpiter te geris, tunc contumelia afficis. Si autem contumelia affectus feras, erit roboris tui magnū indicium. Non hæc loquor ut mulieres inducam ad contumelias, absit, sed quando satana impugnante contingat ut feratis. Fortium uirorum est terre infirmos. licet minister cōtradicat, philosophare tu: non quod meretur audire dicas uel facias, sed quod oportet te etiam facere ac dicere. Nunquā puellam contumelia afficiens, uerum turpe efferas, nunquā famulū, scelestum dicas. Non ille contumelia affectus est, sed tu. In seipso eū qui irascitur, non est possibile manere purum, quemadmodum neque pelagus quod fluctibus mouetur, uel fontem, luto in illo alicubi illapso: sic omnia permiscentur, sic omnia sursum ac deorsum mouentur. Licet percusseris, licet diruperis uestem, tu maius damnum sustinueris. Nam illi quidem circa corpus & circa uestes plaga, tibi circa animā: illam dissecuisti, illam uulnerasti: aurigā equis subiecisti, supinum trahi fecisti. Et idem fit, sicut si auriga alteri succensens, patiatur se trahi. Quamuis uerberes, quāuis moneas, & quicquid facias, absque ira & furore. Si enim uerberans medicus est peccātis, quomodo poterit curare alium, seipsum prius affligens? Si quis, dic oro, medicus iturus ut curet alium, prius manum suam sauciarit, prius oculos excæcarit, nunquid illum curabit? Minime. Sic & tu, licet uerberes, licet admoneas, pure uideāt oculi tui, ne turbes mentē, alioquí quomodo medicina erit? Non est possibile in eadem trāquillitate esse, qui non irascitur, & qui irascitē. Cur igitur doctore à se deturbato, ita loqueris humiliatus? Non uides iudices, qui iudicaturi cōsident in sede ac habitu decente? Ita & tu fac: orna animam uestitu iudiciario, nimirum mansuetudine, & tunc in sede iudex sedeto. Sed non terrebitur, inquit. imò terrebitur: alioquin etiā si iusta dicas, furori imputabit famulus: si autem cum mansuetudine, seipsum condemnabit. Proficientē autem te suscipiet deus, ut sic possis ęterna bona assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac sancto spiritui &c.

Ioan. 8

A LOQVVTVS AVTEM EST SIC DEVS quòd erit semē illius peregrinum in terra aliena, & in seruitutē redigent illud, & affligent quadringentis annis: & gentem cui seruiet, ego iudicabo, dixit deus: & post hoc egredient, & seruient mihi in loco isto. Homilia XVI.

Vide ante quot annos promissio, & promissionis modum, & nusquam sacrificium, nusquam circumcisio. Hic ostendit deum permisisse illos grauiter affligi, & non reliquisse afflictos impunitos. Gentem autem cui seruiet, iudicabo ego, dixit deus. Vides? qui promisit, qui dedit terram, prius mala permittit: sic & nūc, licet regnum promiserit, tentationib. exerceri sinit. Si hic post quadringentos annos libertas, quid mirū si idem in regno fiat? Nihilominus quod deus promiserat præstitit, nec potuit sermonē illius ut falsum, redarguere tempus, tametsi non uulgarem tulissent seruitutem. Cæterum non est contentus punire illos, sed & bona his promittit. Mihi autē uidetur, quòd uelit illis etiam beneficia quæ accepe rant in memoriam reducere. Et dedit illi testamentum circumcisionis, & sic genuit Isaac.] Hic postea contexit, & circūcidit illum die octauo. Et Isaac Iacob, & Iacob duodecim patriarchas, & patriarchæ qui æmulabantur, Ioseph uendiderūt in Ægyptum.] Hoc & in Christo factū est. Etenim illius figura erat Ioseph. Ideo insinuans historiam per totum enarrat: quū enim nihil haberēt quod illi obijcerent, uenientem ut cibū illis afferret, male tractarunt: & uide etiam hoc loco iterum promissionem magnam, attamen completur. Et erat deus cum illo.] hoc & pro illis. Et eripuit illum ex omnibus tribulationibus suis.] Hoc loco ostendit, quòd nescientes cooperati sunt, ut impleatur prophetia: & quòd ipsi autores fuerūt, & mala in ipsos reciderūt. Et dedit illi gratiam ac sapientiam coram Pharaone rege Ægypti.] Gratiam dedit, idę apud barbarum uirum, seruo captiuo, quem fratres quidem uendiderant, ille autem emerat. Facta est autem fames in omni terra Ægypti, & Chanaan, & tribulatio magna, nec inueniebant cibos patres nostri: Cum audisset autem Iacob frumenta esse in Ægypto, misit patres nostros primum: & cum iterum misisset eos, agnitus est Ioseph à fratribus suis.] Descenderunt empturi, & illius opera uti coacti sunt. Quid igitur ille? non solum misericordiam declarauit, sed etiā Pharaoni notos fecit, & illos deduxit. Et innotuit Pharaoni genus Ioseph. Misso autem nuncio Ioseph, accersiuit patrem suum Iacob, & omnem cognationē suam in animabus septuagintaquinque. Et descendit Iacob in Ægyptū, defunctusq; est ipse & patres nostri, & translati sunt in Sichē, & positi sunt in monumento quod emerat Abraham à filijs Emor filij Sichem. Cum autem appropinquaret tempus promissionis, de qua iurauerat deus Abrahæ, creuit populus, & multiplicatus est in Ægypto, donec surgeret rex alius, qui nesciebat Ioseph.] Iterū alia desperatio, prima quidem

dem fames: secunda autem incidisse in manus fratris: tertia, pronunciari sententiam à rege ut interficiant, attamen in his omnibus seruati sunt. Deinde omnipotentiam dei ostendens, inquit: In quo tēpore natus est Moses, & erat gratus deo.] Et illud miraculum quòd à fratribus uenūdatus: sed hoc magis mirū, quòd rex educauit eum qui perditurus erat illum, qui regno deiecturus erat. Vide ubiq; mortuorū resurrectionē quodammodo præfigurari, quamuis non sit idem deū facere aliquid, & humano arbitrio quid fieri. Hæc sanè nō humana dispositione fiebant. Hoc dixit, & illum seruatorē, & hos erga benefactorē ingratos ostendēs. Igitur quemadmodum tūc à Ioseph qui male afflictus, seruati sunt: ita & nūc ab eo qui male tractatus erat, Moseń dico, seruati fuerūt. Quid enim, quòd non occiderunt re ipsa? Sermone certè occiderant sicut illi. Et illi quidem è sua in alienam & ignotā terram uendiderāt: hi uero ex aliena in alienam fugarūt. Et illi quidem afferentē cibum: hi autem, consulentem ea per quæ deo placentia facerent. Ita uerū apparet etiam ex his quæ nunc dispēsantur illud quod à Gamaliele dictum fuerat: quòd si fuerit ex deo, nō potestis illud dissipare. Tu aūt discēs eos qui insidiantur, autores salutis fieri insidiantibus, obstupesce dei omnipotētiam ac sapientiam: nam si illi non fuissent insidiati, hi non fuissent seruati. Fames erat, & non consumpsit illos. Et non solū non perdidit, sed & per illam seruati fuerunt, ab eo quod expectabant, perituros se. Præceptū regium nō perdidit illos, sed magis auxit multitudinem, quando ille mortuus est qui cognoscebat eos. Seruatorem suum uolebant occidere, & neq; sic potuerunt. Vides quòd per quæ diabolus attentat impedire promissionē dei, per ea creuerit? Hoc & illos tunc decebat dicere, quòd omnia deo facilia sunt, & nos poterit hinc reducere. Hoc enim diuinæ potētiæ erat, in tanta regis indignatione gentē crescere, quæ seruiebat, affligebatur, trucidabatur, hæc magnitudo promissionis erat. Si emī in terra sua creuissent, non tam mirabile fuisset, & non paruo tempore in aliena terra fuerunt, sed quadringentis annis. Hinc discimus, quòd magnā philosophiā præ se tulerint. Et emī nō sicut seruis domini illis utebantur, sed ut hostes ac tyranni. Ideo & prædixit, quòd in libertate magna futuri sint. Hoc enim est: Seruient mihi, & quod inde regrediūtur, & non sine ultione. Et uide, quomodo uidetur quidē aliquid circumcisioni cōcedere: nihil autem tribuit, quando quidem promissio illam quidē præcessit, ipsa autem sequuta est. Et patriarchæ, inquit, qui æmulabantur. Hic non incōmodat illos, sed gratificatur: patriarchas autem uocat progenitores, quoniā & de illis gloriabātur. Et aliter: Ostēdit quod sancti nō fuerint tribulationum expertes, & quū essent in medijs illis tribulationibus, auxilium cō secuti sunt, & illæ non solum non perdebant, sed etiam cooperabantur, quum deberent magis impedire. Itaq; quemadmodum Ioseph clarior ē redditus est uendentes, ita rex Moseń, quum iussisset occidi filios: Nam si non iussisset, non fuisset hoc factum. Et uide prouidentiam dei. Ille fugat Moseń, deus autem non prohibet, quod futurum erat dispensans, ut ille deum aspicere dignus fieret: sic & seruum uenditum illic facit regem, ubi putabatur seruus esse. Quemadmodū autē hic illic regnat, ubi eum emerāt, ita & Christus in morte uirtutem declarauit. Hoc nō solum honoris erat, sed ut etiam sua uirtute fidat. Sed uideamus iterum quæ dicta: Et constituit eum præfectū super Ægyptum, & totam domum suam.] Vide per famem qualia efficit, in septuaginta & quinque animabus descendit, inquit, Iacob in Ægyptum. Defunctusq; est ille & patres nostri, & translati sunt in Sichem, et positi in monumento quod emerat Abraham precio pecuniæ à filijs Emmor filij Sichem.] Ostendit quòd neq; sepulturæ domini fuerint. Vt autem appropiauit tēpus promissionis, quam iurauit deus Abrahæ, creuit populus, & multiplicatus est in Ægypto donec surrexit rex alius, qui nesciebat Ioseph.] Vide quod neq; in tot annis auxit, sed quādo appropiaturus erat finis, quamuis iam quadringenti anni præteriti erant ac plures in Ægypto. Itaq; mirabile hoc est. Hic circumueniens genus nostrū, afflixit patres nostros ut exponerēt infantes suos, ne essent fœtus eorum uitales.] Circunueniēs, inquit, insinuando clandestinā cædem: ideo & subdidit hoc dicens, Vt exponerēt infantes suos. Quo tēpore natus est Moses, & gratus erat deo.] Hoc mirabile, quod futurus præfectus, neq; post, neq; antè, sed in ipso medio furore nascitur, & educatur mē sibus tribus in domo patris. quando igitur humana spem omnem negabant, & iam abiecerant illum, tūc diuina dispensatio clarè fulsit. Expositum aūt illum sustulit filia Pharaonis, & eum nutriuit sibi pro filio.] Nusquam templū, nusquam sacrificiū, quū tantæ dispensationes factæ sunt. Et enutritus est in domo barbarica, & institutus est Moses in omni sapientia Ægyptiorū: erat autem potens in uerbis ac operibus.] Mihi uidetur quòd incipiebat esse admirabilis. Quomodo quadraginta annis fuit illic, & non deprehēsus est ex circuncisione? imò quomodo securè agentes sua despiciūt & hic & Ioseph, ut & alios seruēt? Vt autem impletum est illi quadraginta annorū tempus, ascendit in cor eius, ut inuisseret fratres suos filios Israel: & quum uidisset quendā iniustè affligi ultus est, & fecit uindictam pro eo qui affligebatur, percussō Ægyptio: putabat autem intelligere fratres suos, quod deus per manum suā det illis salutem: illi autem non intellexerunt.] Vide quomodo adhuc nō uidet esse molestus, sed tanta concionatur, & adhuc audire illum patiuntur: ita illos gratia uultus trahebat. Putabat, inquit, intelligere fratres suos, & quum re ipsa declararet se esse præfectum illorum, attamen neq; sic intellexerunt. Vides quomodo cum māsuetudine loquitur, & quomodo demonstrata in illum ira, ostendit in hoc mansuetudinē. Et sequenti die uisus est illis litigantibus, & redigebat eos in con-

Exod. 2

Exod. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

cordiam, dicens: Viri fratres estis, cur uos inuicē A
lædítis? Cæterū is qui iniuriā faciebat proximo,
repulit eum dicens: Quis te constituit principem
ac iudicē super nos? Nunquid interficere me uis,
sicut interfeciſti heri Ægyptiū?] Eadem mente
Ioan.16 & contra Christum uidentur dicere: Non habe-
mus regem, nisi Cæsarem. Hic mos semper fuit lu
dæis, quum beneficia acciperent. Vidisti insipien
tiam, saluatorē suum accusant, dum dicunt: Quo-
Exod.3 modo occidisti heri Ægyptiū? Et fugit Moses
ad dictum hoc, & factus est aduena in terra Ma-
dian, ubi genuit duos filios.] Fugit, & neq; fuga
dispēsationem fistit, quemadmodum neq; mors.

Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in
deserto mōtis Sina, angelus domini in flammeo
incēdio rubi.] Vides quomodo neq; tempore si- B
stitur dispensatio? quum exul esset ac peregrinus,
multumq; temporis in terra aliena fecisset, ita ut
etiam duos filios generasset, quum non expecta-
ret ultra reditum, tunc angelus ipsi apparet. Filiū
dei angelum uocat, sicut & hominem. Et ubi
apparet? in deserto, non in templo. Vides quanta
fiunt miracula, & nusquam templum, nusquā sa-
crificium. Et neq; hoc loco in deserto simpliciter,
sed in rubo. Moses autē ut conspexit, admira-
tus est uisum. Porrò quū accederet ut attenderet,
facta est ad eum uox domini: Ego sum deus pa-
trum tuorū, deus Abraham, deus Isaac, & deus Ia
cob.] Non solum hic ostendit, quod apparēs illi
angelus, fuerit magni cōsilij angelus, sed ostendit
etiā quantā misericordiam deus per apparitionē C
fecerit. Tremefactus autē Moses non audebat
attēdere: dixit aūt illi dominus, Solue calceamen
tum pedum tuorū: locus ēm in quo stas, terra san-
cta est.] Nusquam templum, & locus sanctus est:
apparitione & efficacia Christi, multo admirabi-
lius hoc, quàm locus in sanctis sanctorū. Illic ēm
nunquam apparuit sic deus, nunquam treme fa-
ctus est sic Moses. Vidisti misericordiam? Vi-
dens uidi afflictionem populi mei, inquit, in Æ-
gypto, & gemitum illorum audiui, & descendi ut
eripiam eos. Et nunc ueni, & mittam te in Ægy-
ptum.] Vide quomodo ostendit, quòd per bene
ficia, & per pœnas, & per miracula adduxit illos.
Illi autem semper ijdem manserunt. Sic hinc disci
mus, quod ubiq; præsens est deus. D

MORALE.

Hæc audientes & nos, in afflictionibus ad illū
confugiamus. Nam & gemitū illorū, inquit, audi
ui. Non simpliciter dixit, audiui, sed propter cala
mitates. Si aūt qs diceret, & cuius gratia illos per
misit affligi sic, audiat, q omnibus maxime iustis
afflictiones mercedum causæ fiunt: nónne & pro
pter hoc illos permisit affligi, ut suam uirtutem &
hinc ostendat clarescere, & illos ea per quæ affli-
guntur, per omnia philosophari erudiant? Vide igit
quando erant in solitudine, incrassati sunt, impin
guati, dilatati, sed & dereliquerunt deum. Vbiq;
Gen.3 ēm remissio malū est dilecti. Idcirco et initio Adę
dicebat: In sudore uultus tui uescēris pane tuo. ut
igitur ne quū ex afflictiōe multa in remissionem
uenerint, contumelia afficiāt, permittit illos affli-
gi. Magnū enim bonū est afflictio, et quòd bonū,
audi Dauidem dicentē: Bonū mihi, quia humilia Psal.118
sti me. Si aūt magni & admirabiles uiri sunt in ma
gna tribulatione, multo magis nos. Si uolueritis
autē ipsam per se examinabimus afflictionē. Stet
quis gaudens multū, & lætabundus ac risus effu-
sioris, q̄d turpius, quid insipiētius illo? Stet quis,
dolēs & mœrens, quid illo magis philosophicū? Eccl.7
Idcirco & sapiens admonet, dicens: Melius est in
domū luctus ingredi, q̄ in domum risus. forsan &
irridetis quæ dicunt. ueruntamē uideamus qua-
lis fuerit Adā in paradiso, & qualis postea: qualis
erat Cain antè, & qualis postea. Nō stat in sua se-
de animus, sed quemadmodū à quodā spiritu tol
litur à uoluptate et alleuiatur, nihil habens firmū. B
Enimuero & ad ,pmissiones est facilis, & ad pol-
licendum pronus, & magna est turbatio rationū.
Hinc intēpestiuus risus. Hilaritas non habens ra-
tionē uerborū magna & superflua nugacitas. Et
quid dico alios sanctorū, unum in manus accipia
mus, & uideamus quis quidē in uoluptate uixe-
rit, quis aūt & in mœrore. Vultis igitur Dauidem
uideamus? quādo igit hic in uoluptate erat ac in
gaudio, propter multos triūphos, uictorias, coro
nas, delicias, ac fiduciā, uide qualia & dixit, & o-
peratus est. Ego aūt dixi in abundantia mea, non Psal.29
mouebor in ęternū. postq̄ autē affligi cœpit, audi
q̄d dicat: Et si dixerit mihi, Noluí te, ecce ego, fa-
ciat mecū q̄d placitū coram ipso. Quid his uerbis
magis philosophicū? quicquid deo magis fuerit
gratū, ita fiat. Et iterū Sauli dicebat: Si autē domi-
nus cōmouerit te contra me, odoratū sit sacrificiū
tuū. Et tunc quidem quū esset in tribulatione, etiā
parcebat amicis. Ante delicias, nihil iniustè, nihil
inhumaniter agebat. Item Iacob quū in afflictio- Gen.28
ne esset, dicebat: Si dederit mihi dominus panem
ad comedendum, & uestem ad amiciendum. Et
filius Noe ante hoc nihil tale fecerat, ubi aūt de sa
lute fidētior factus est, audis q̄ factus sit cōtume-
liosus. Et Ezechias quū esset in tribulatione, uide
qualia faciebat pro salute. Saccū ēm induit, & in 4.Reg.19
terra sedit. Vbi autē in delicijs esse cœpit, cecidit
præ altitudine cordis sui. Idcirco & Moses admo
net, dicens: Comedens & bibens & impletus me Deut.6
mor sis domini dei tui. Præceps ēm est locus deli-
ciarū, & obliuionē dei affert. Quando tribulabā-
tur Israelitæ multo plures fiebant: quando autem
illos dimisit, tunc omnes peribāt. Et quid dico ue
terū exempla? Videamus de nostris si placet. Ex
nostris multi, qui inflati sunt in felicitate agentes,
omnibus fiunt hostes, ac iracundi: ubi autem præ
sens facultas fuerit ablata, mansueti, humiles, mí-
tes, ueniūt in cogitationē suæ naturæ. Et quod sic
habet, ostendit etiā Dauid, dicēs: Tenuit illos su- Psal.72
perbia in finem, egredietur tanq̄ ex adipe iniusti
tia eorū. Hæc sane ante dicta sunt, ut ne omnibus
modis gaudium queramus. Et quomodo Paulus
dicit: Gaudete semper? Nō simpliciter dixit, Gau- Philip.4
dete. Sed appositū est, in domino. Istud maximū
gaudium est, tali & apostoli gaudebāt, gaudium

lucrum

lucrum afferēs, quod à uinculis, quod à flagellis, A
quod à persequutionibus, q̄d ab obloquutioni-
bus, quod à mœstis omnibus habet principium,
& radicem, & occasionem. Vnde & in bonum fi-
nem occurrunt. Quod autē à mundo, secus se ha-
bet: nam incipit quidem à suauibus, desinit aūt in
tristitiā. Neq; ego prohibuerim gaudere iuxta do
minum, sed & ualde admonuerim. Flagellabātur
apostoli, & gaudebāt: uinciebant, & gratias age-
bant: lapidabantur, & prædicabant. Hoc & ego
uelim gaudium, quod à nullo corporali habet ini
tium, sed à spiritualibus rebus. Non est possibile
quòd hi qui secundum mundū gaudent, simul &
iuxta deum gaudeāt. Omnis enim qui iuxta mun
dum gaudet, in diuitijs gaudet, in delicijs, in uana
gloria, in potentia, in arrogantia. Qui autē secun- B
dum deum gaudet, in ignominia quæ propter il-
lum, in paupertate, in opum carentia, in ieiunio,
in humilitate. Vides quòd contraria argumenta.
Quotquot extra gaudium sunt hic, & mœroris
sunt expertes: & quotquot extra mœrorem hic,
etiam extra uoluptatē. Et reuera hæc sunt quæ fa-
ciunt uerum gaudiū, quoniā illa solum habēt no-
men gaudij, totū autem in mœrore situ est. Quan
tum mœroris superbus habet, quomodo dum in
solēter alios irridet, in suo facto impeditur: parat
autem innumeras sibijpsi contumelias, magnum
odium, magnas inimicitias, magnam inuidiā, ma
gnam obtrectationem. nam licet à maioribus cō
tumelia afficiaṫ, dolet: & si non contra omnes sur
gat, mordetur. Humilis autem, in multa est uolu- C
ptate, à nullo expectans honorē. Itaq; si quidē ho
noratus fuerit, gaudet: si autem non honoratur,
non dolet, sed boni consulit quòd nō honoratus
est. Itaq; in eo quod non quærit honorē, & hono-
ratur, magna uoluptas est. Illic autē contrario mo
do sit, & quærit honorem, & nō honoratur. Non
similiter autem gaudet honore qui quærit, & qui
non quærit. Hic quantūcunq; acceperit, nihil se
accepisse putat: ille aūt ut minimū dederis, cōten
tus est, quasi uniuersum acceperit. Iterū qui in de-
licijs est, innumeras habet difficultates: etiā si faci
le & quasi ex fontibus ipsi cōmoda affluant, attra-
men formidat mala quæ ex delicijs ueniunt, ac fu
turi incertitudinē. Hic autem semper securus est
ac in uoluptate, qui assuescit seipsum in tenuitate
uictus. Non enim ideo seipsum censet miserum, D
quòd non particeps est mēsæ lautioris. Quàm de-
licate agit, non formidans incertitudinem futuro
rum. Quæ aūt ex delicijs sint grauia, nullus igno-
rat: necessariū autem & nunc dicere: Duplex bel-
lum est, corporis, inquā, & animæ: duplex tempe
stas: duplices morbi. Et non hoc solum, sed etiam
quòd insanabiles & magnas afferunt hæc calami
tates. At non habet id mali frugalitas, sed duplex
sanitas est, duplicia bona. Somnus sanitatis, inqt,
in mediocri statetate. Semper enim quod media-
critatem custodit, amabile est: quod uero modū
non seruat, iniucundum. Vide enim: Scintillę par
uæ magnam lignorum congeriem impone, & nō
iam ignis erit fulgidus, sed fumum uidebis ualde
insuauem. Viro ualde forti & magno impone sar
cinam uires eius excedentē, & uidebis cum sarci-
na humi iacere. Magnū onus injice in nauim, et
graue facies naufragium. Tale autem quiddam
est & uoluptas. Sicut enim in nauibus supra mo-
dum oneratis, magna turbatio est nautarum, gu-
bernatoris, proretæ, eorum qui ascēdunt malum,
qui superiora quidem proijciunt in mare, quæ au
tem inferiora perdunt. Sic sanè & hoc loco: alia
superne euomunt, alia inferne, & seipsos corrum
pentes liberantur. Quod sane turpissimū est, quia
ipsum os usum recipit posticarum partium, & sit
illis ignominiosius. Si autem in ore tanta turpitu
do, cogita in anima quid? Etenim illic omnia pro
cellæ, omnia tenebræ, multa rationum confusio,
quæ apprehendunt, quæ affligunt, lingua ipsa in- B
iuriam clamante. Hinc & ipsa uentris mancipia
se inuicem arguunt, ægrè ferunt, studeant ut inter-
num stercus abijciant, attamen & postquam abie
cerint, neque sic turbatio quiescit. Sed & febres
hinc & morbi. Etiam, inquis, morbosi sunt & tur-
pes. Frustra hæc pertractas, & morbos nobis enu
meras. Infirmus enim sum ego, & laceror ego, &
deformis sum ego, qui nō habeo quod edā. Hos
autem in delicijs agētes est uidere bene affectos,
lasciuos, gaudentes, gestari in equis. Væ mihi, la-
mentis enim digna sunt uerba hæc. Eos enim qui
podagra laborant, & in bigis feruntur, & alliga-
tos, unde uidemus, dic oro? Et si non rem putarēt
contumeliosam, & cum contumelia hæc dici pu-
tarentur, iam & nominatim percēserem illos. At C
sunt quidam aiunt, qui & bene habent. Quoni-
am non solum in delicijs sunt, sed etiam in labori
bus: alioqui da mihi hominem qui pinguescit, &
laboribus caret, ac iacet, nihilq; laborat, sanum:
sed non inuenies. nam licet sexcentorum medico
rum turba aduenīat, à morbis illum nequaquam
liberare poterūt: neq; enim hoc natura sinit. Porrò
ego & medicorū sermonem asseram: nō quic-
quid in uentrem mittitur, fit alimētum: quoniam
neq; in alimenti natura est, ut totum alere queat,
sed partem diuidit in secessum, partem in alimen
tum. Itaque da congrua, conficientur, & suam ac-
cipiēt regionem, & quod sanum ac utile in suum
regredietur locum: quod autē superfluum & inu-
tile, excernetur & abscedet. Si autem multitudo
ciborum sumatur, etiam quod in illis ad alendum
utile, fiet damnosum: pro exemplo dicam, ut ma-
nifestius quod dico uobis fiat: Frumentum aliud
est similago, aliud farina, aliud furfur. Itaq; si mo-
la accipiat, quæ potest pinsere, hæc omnia discer
nit. Si autem plura immiseris, omnia confundun-
tur. Iterum unum, si congruam cōcoctionem ha
beat, ac temporum temperiem, prius quidem to-
tum simul fit: post hæc autem pars in fecem desī-
det, pars in spumam recurrit: eo autem quod ma-
net, frui possumus. Et hoc est utile, & nunquam
facile hoc uertetur: prius autem neq; uinū est, ne-
que fex, dum omnia mixta sunt. Hoc & in mari
uiderit quis, quando magna tempestas oritur, pi-
sces uidemus mortuos fluitātes, & præ frigore in

Universidad de Deusto
Biblioteca

profundum descendere non ualentes. Ita & apud nos fit. Quando enim sæpe refluit uoracitatis pluuia, quæ omnia commouet, mortuas innare facit cogitatiões, quæ iam sanæ sunt, & in nobis quiescunt. Itaq; quoniam tãtis exemplis ostensum est magnum damnum, cessemus beatos dicere eos, quos dici míseros oportebat: néue deploremus uicẽ nostram, quibus gratulandum erat potius: & ante omnia frugalitatẽ diligamus. An non auditis & medícos dicentes: Indigentia, mater est sanitatis? ego aũt non corporalis sanitatis matrem indigentiam dixerim, sed animæ potius. Hæc & 1.Tim.6 Paulus clamat uerè medicus. Habentes, inquit, alimenta, & tegumenta, his cõtenti simus. Obtemperemus ígitur illi, ut sani existẽtes faciamus quę B oportet facere: In Christo Iesu domino nostro, cũ quo patrí & spíritui sancto simul, gloria, imperiũ, honor, nunc & semper, & in secula Amen.

HVNC MOSEN QVEM NEGARVNT hi qui dixerũt, Quis te cõstituit princípẽ & iudícem super nos? Hunc deus principem ac redemptorem mísit cũ manu angeli, qui apparuit illi in rubo. Hom. XVII.

ARgumento proposito multum conGruit quod dicit, Hũc Mosen. Qua- Exod.2
lem hunc? eum qui plurimum periclitabatur, qui ab illis contemptus
erat, quem negauerant qui dixerãt: C
Quis te cõstituit princípem? quemadmodum & Ioan.19
Christo dicebant: Non habemus regem, nisi Cæsarem. Hunc deus príncipem ac redemptorẽ mísit cũ manu angeli, qui dixerat illi: Ego sum deus Abrahę. Hic & míracula quæ facta sunt, per Christum facta esse ostendit. Hic, id est Moses. Hoc loco uide quo pacto clarum ostendunt eum quæ sequuntur. Eduxit illos factis signis ac prodigíjs, in terra Ægypti, & in mari rubro, & in eremo annis quadraginta. Hic est Moses, qui dixit filijs Israel: Deut.18
Prophetam excitabit uobis dominus deus ex fratribus uestris, sicut me: hoc est, cõemptum, & insidijs appetitũ. Etenim uolebat & hunc tollere Herodes, & in Ægypto seruatus est, quẽadmodum & ille quum esset puellus insidijs expositus fuit. D

Hic est qui fuit in congregatione in solitudine cum angelo, qui loquutus est illi in mõte Sina, & cum patribus nostris, qui accepit eloquia uiua, ut daret uobis.] Iterum nusquam templum, nusquã sacrificium: Cum angelo, inquit, accepit, ut daret uobis eloquia uiua. Hic ostendit, quòd non fecit signa solum, sed etiã legem dedit sicut Christus. Itaq; quemadmodum hic primum signa facit, & deinde legem ponit, sic etiam Christus. At nõ audiuerũt illum, qui semper soliti fuerũt inobedientes esse: etiam post hæc signa, post míracula, post quadraginta annos. Et non hoc solum, sed cõtrarium fecerũt, quod & manifestans adiecit: Cui noluerunt obedientes esse patres nostri, sed repulerunt, & auersi sunt corde suo in Ægyptum, di- Exod.32
centes ad Aaron: Fac nobis deos qui præcedant nos. Mosi enim illi, qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus quid acciderit. Et uitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt sacrificia idolo, & lætati sunt in operibus manuum suarum. Conuertit se autem deus, & tradidit illos ut seruirẽt militiæ cœli, sicut scriptum est in libro prophetarũ: Num uictimas & sacrificia obtulistis mihi annis quadraginta in deserto domus Israel? Et accepistis tabernaculũ Moloch, & sydus dei uestri Remphã, figuras quas fecistis ut adoretis eas, et transferam uos ultra Babylonẽm.] Tradidit, hoc loco, idem est quod permisit. Tabernaculum testimonij erat patribus nostris in deserto, sicut ordinauerat illis loquens ad Mosen, ut faceret illud secundum formam quam uiderat. Et quũ tabernaculum esset, sacrificia non erant. Quod autem nõ fuerint propheta manifestum facit dicens. Num uictimas & sacrificia obtulistis mihi? Tabernaculum testimonij erat, & nihil proderat, sed cõsumebantur, neq; ante hoc illis signa, neq; post hæc profuerunt aliquid. Quod & induxerunt qui successerũt patres nostri. Vides qđ illic locus sanctus est, ubi deus fuerit. propter hoc enim & in deserto dixit, ut locũ loco cõparet. Deinde beneficiũ. Et induxerunt inquit, patres nostri, qui successerunt cũ Iesu in possessionem gentium earũ quas expulit deus a facie patrũ nostrorum, usq; ad dies Dauid, qui inuenit gratiam coram deo, & petijt ut inueniret tabernaculum deo Iacob.] Petiuit ædificare Dauid, sed nõ concessum est illi magno & mirabili, sed ædificat abiectus ille Solomon. Propter hoc dicit, Solomon autem ædificauit illi domum, at non altissimus in manu factis templis habitat.] Mõstratum quidem hoc etiam per ea quæ iam dicta, monstrat autem & per uocem propheticam. Sicut & propheta dicit, Cœlum mihi sedes, & Esa.66
terra scabellum pedum meorum. Et qualem domum ædificabitis mihi dicit dominus, uel quis locus quietis meæ? Nonne manus mea fecit hæc omnia?] Ne admiremini, inquit, si ijs qui illius detrectant regnum Christus benefacit, quando quidem & in Mose hoc factũ est. Et nõ simpliciter illos eruit, sed etiam in deserto agẽtes. Vides quòd propter illos & illa signa? Itaq; qui cũ deo loquutus est, qui mire seruatus, qui tanta fecit ac potuit, ostendit q̃ omnino impleri oporteat prophetiã, & non est sibijpsi contrarius. Sed uideamus iterũ quæ dicta sunt. Hic est inquit Moses qui dixit, Prophetam uobis suscitabit dominus sicut me ipsum.] Huc opinor Christum respexisse, quum diceret, Ex Iudæis salus est, seipsum insinuans. Hic Ioan.4
est qui factus est in deserto, cũ angelo qui sibi loquebatur. Ecce iterum illi ostẽdit legem dedisse, quandoquidem cum illo erat in cõgregatione in deserto. Hic aũt & magni miraculi, quod in monte cõtigit, memor est. Qui accepit eloquia uiua ut daret uobis.] Vbiq; mirabilis Moses, maximè autẽ quando lex ferenda erat. Quid sunt eloquia uiua? uel prophetias dicit, uel ea quorũ fines persermones monstrabantur. Deinde crimen est in patriarchis, post signa & miracula, post accepta eloquia uiua ei noluerunt, inquit, obediẽtes esse.

Bene

Bene autem eloquia uiua dicit, ostendens etiam A eloquia esse non uiua, de quibus & Ezechiel dicit, Ezech.22
sicut quãdo dicit, Et dedi uobis præcepta non bona. Ad talia ígitur respiciẽs dicit eloquia uiua. Sed repulerunt & conuersi sunt corde suo in Ægyptum, illuc ingemiscebãt, illuc clamabãt, unde deũ inuocabãt. Et dixerunt ad Aaron, fac nobis deos qui antecedãt nos.] O insipiẽtiam. Fac, inquit, ut præcedant nos. Quo? In Ægyptum. Vides quomodo à moribus Ægyptiorum auelli nõ poterant. Quid dicis? Nõ expectas eum qui eduxit, sed negas beneficiũ, & benefactorem fugas? Et uide quomodo cõtumelioſi sunt. Mosi enim illi, inquit, qui eduxit nos è terra Ægypti. Nusquã Exod.11
dei nomen, sed omnia Mosi adscribũt. Et ubi qui dem illos gratos esse oportebat, Mosen in mediũ B adducunt: ubi autem legi obediendum erat, non iam Mosen. Insuper dixit, quòd ascẽdit ut legem acciperet: illi autem non expectauerunt quadraginta diebus. Fac nobis deos. Sic insanierũt, non dixerunt deum, sed deos, quia nesciunt quæ dicunt. Et fecerunt uitulũ in diebus illis, & obtulerunt sacrificia idolo.] Vidisti magnam insipientiam? Vbi apparuit deus Mosi, illi uitulum faciunt & sacrificant: Et lætabantur, inquit, in operibus manuum suarum. Propter quę oportebat se abscondere, in illis lætabantur. Et quid mirũ uos ignorare Christum, quando & Mosen & deũ tot signis mõstratum ignoratis? Illi autem nõ solum ignorarunt, sed etiam conuitijs & contumelijs affecerunt, dum idolum faciunt. Conuertit autem C deus, & tradidit illos, ut seruiãt militię cœli. Hinc postea & mores reliqui, hinc sacrificia. Isti primũ fecerunt sacrificia idolis. Hoc & Dauid assignãs Exod.33
dicit, Et fecerunt uitulum in Choreb, & adorarũt sculptile. Quoniã ante hoc nusquam sacrificij nomẽ, sed præcepta uiua, & eloquia uiua: nusquam sacrificia, sed míracula & signorum ostensiones. Sicut scriptum est in libro prophetarũ: hoc testimonium nõ simpliciter adduxit, sed ut ostendat, Amos 5
non opus esse sacrificijs. Et uide quid. Num uictimas et sacrificia obtulistis mihi in deserto quadraginta annis, & accepistis tabernaculum Moloch, & sydus dei uestri Remphan, figuras quas fecistis, ut adoraretis eas? Cum emphasi usus est uerbo. Quod autem dicit hunc sensum habet, Non potestis dicere, quòd ex eo quod mihi sacrificastis etiã illis sacrificastis, idq; in solitudine, ubi ma- D
xime illis præsidebat. Et assumpsistis tabernaculum Moloch. Causa sacrificiorum ista fuit: Et transferam uos ultra Babylonem.] Sic & captiui tas accusatio malitiæ est. Et quomodo tabernaculum, inquit, testimonij? Sed propter hoc erat, ut testem deum habeãt. Igitur ad hoc solum erat. Secundum figuram enim, inquit, monstratũ in monte, & ita in mõte diagraphe facta est. Istud autem in solitudine circungestabatur, & in loco non erat situm. Testimonij autem tabernaculum, non aliam ob causam quam propter míracula & præcepta. Porro & istud & illi nõ habebant templũ, sed figuram illam angelus ille dedit. Vsq; ad dies, inquit, Dauid. Vsque. Tunc igitur non erat templum, quamuis etiam gentes expulsæ essent. De quibus dicit: Quas expulit deus à facie patrũ nostrorum. Hoc autem dicens ostendit, quòd tunc non erat templum. Quid dico, tanta miracula, & nusquam templum? Sic & primum tabernaculũ, & nusquam templum. Et petijt ut inueniret gratiam coram deo. Petijt & non extruxit. Sic nõ erat magnum quid, templum: quamuis putauerũt quidam Sõlomonem magnum esse, quia extruxit templum, qui propter hoc & patri suo illum prætulerunt. Quòd autẽ non melior fuerit patre, sed neq; par, solum autem iuxta quorundam opinionem, manifestauit id adijciens: Sed neq; qui excelsus est, habitat in templis manufactis, sicut propheta dicit: Cœlum mihi sedes: terra autẽ sca- Esa.66
bellum pedum meorum. Neque enim hæc digna deo, quandoquidem factuę sunt, & manus illius opera. Vide quomodo illos paulatim abducit, ostendens per prophetam, quod indignum sit hæc de deo dicere. Et cuius gratia hic uehementi usus est sermone? Magna dicendi libertas erat in mortuo. Etenim opinor, illud etiam ex reuelatione cognouisse: Dura ceruice & incircuncisis labijs ac auribus.] Etiam hoc propheticum est, neq; illius proprium. Vos semper spiritui sancto restitistis, sicut patres uestri, et uos.] Quando nolebat esse sacrificia, uos sacrificabatis: quando uolebat, iterum non sacrificabatis: quãdo noluit uobis dare præcepta, requirebatis: quando accepistis, neglexistis. Item quando stabat templum, idolis seruiebatis: quando uult abscẽ templo sibi seruiri, itẽrum contrarium facitis. Non dixit, deo resistitis, sed spiritui. Sic nullum scit in personis discrimen. Et quod maius, Sicut patres uestri, inquit, & uos. Ita & Christus opprobrauit, quoniã semper magna crepabant de prophetis: Quem propheta rum non sunt persequuti patres uestri? Et occiderunt eos qui prædixerunt de aduentu iusti.] Adhuc iusti dicit, uolens illos comprimere. Cuius nunc uos proditores & occisores fuistis.] Duo illis improperat & quòd ignorarunt, & quod occiderunt. Qui scilicet accepistis legem per dispositiones angelorum, nec seruastis.] Quid est hoc? Quidam putant eum dicere illam quæ ordinata fuit ab angelis. Non est autem sic, ubi enim angeli apparuerunt, ordinantes legem? Sed dispositam legem dicit eam, quæ illi tradita fuit per angelum qui illi apparuit in rubo. Nonne homo erat? Nihil igitur mirabile eos qui illa fecerant, & hæc facere. Si eos qui denũciarant occidistis, multo magis illum. Hic & deo, & angelis, & spiritui, & prophetis, & omnibus ostendit inobedientes. Sicut & alio in loco, inquit scriptura, Domine, 2.Reg.19
prophetas tuos occiderunt, & altaria tua subuerterunt. Igitur illi uerbis simulantes se obseruantes legis dixerunt, In Mosen blasphemauit. Ille autem ostendit, quòd ipsi potius non eum blasphemant solum, sed etiam deum, & quòd illi antea similia fecerint, & dissipariut instituta, & quòd nõ opus illis amplius, & quòd improperantes & di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

centes se Mosi contrarium, ipsi spiritui sancto cõ A
trarij fuerunt: & non simpliciter, sed etiã cum cæ-
de, & quòd iam inde à maiorum ætate exercue-
runt has inimicitias. Vides quòd & Mosi & omi-
bus ostendit illos esse contrarios, legemq; nõ ser-
Deut. 18 uare. Quamuis sanè Moses dixisset, Prophetã uo
bis suscitabit dominus, & alij hunc uenturũ præ-
Esa. 66 dixerunt. Et propheta dicens, Qualem mihi do-
mum ædificabitis: Et iterum: Num uictimas & sa
crificia obtulistis mihi annis quadraginta? Hæc
erat libertas uiri in dicendo, qui cruce ferebat.

MORALE.

Psal. 118 Imitemur igitur & nos illã, tametsi non sit tem
pus belli. Loquebar enim, inquit, de testimonijs
tuis in conspectu regum, & non confundebar. Si
igitur commisceamur cum gentibus, sic illorum B
obthuremus ora absq; ira & absq; asperitate. Nã
siquidem cum furore hoc fecerimus, non iam fi-
ducia, sed affectio esse uidetur. Si autem mansue-
te, tunc est uera loquendi libertas. Non enim pos
sibile est simul idem secũdum seipsum & bonum
opus esse, & delictum. Dicendi libertas bonũ o-
pus est. Furor, delictum. Igitur nos libere dictu-
ros mundos à furore esse oportet, ut ne illi imputentur uerba: licet iusta cum furore dicas, totum perdideris, etiam si libere loquaris, etiam si mone as, etiam si quiduis operatus fueris. Vide mirũ illum non cum furore loqui. Neq; enim contumelia affecit, sed illos prophetici sermõis admonuit. Nam quòd ex furore non fuerit loquutus, ostendebat quãdo in cruciatibus pro illis orabat, & di C
cebat: Ne statuas illis peccatũ hoc.] Adeo nõ irascebatur illis, sed dolebat pro illis, & mordeba tur hæc dicens, quoniam & de facie illius ideo di cebat, Viderunt faciem illius quasi angeli.] ut illos attrahat. Puri igitur ab ira simus. Non habitat spiritus sanctus, ubi furor. Maledictus furibundus. Nihil sani potest ingredi, ubi egreditur furor. Nam sicut in tempestate maris magnus est tumultus, magnus clamor, & nec ad tempus potest quis philosophari: sic neq; in ira. Sed si quid philosophicum uel dicendum, uel faciendum: oportet prius in portu esse. Non uides quomodo quando uoluerimus de aliquibus necessarijs loqui, locos à turbatione remotos obseruamus, ubi tranquillitas, ubi silentium, ut ne interpellemur? D
Si aũt qui foris est tumultus impedit, multo magis interna turbatio. Et si orat quis, frustra orat cũ ira hoc faciẽs: & si tacet, iterũ simile est: etsi comedat, etiã sic damnũ habet: etsi bibat, etsi nõ bibat, etsi eat, etsi surgat, etsi dormiat: nam & in somnijs talia imaginantur. Quid em̃ in iracũdo nõ turpe? oculi insuaues, os distortũ, mẽbra tremula, lingua infrenis, nullicq; parcens, mens stupida, figura indecens, multa insuauitas. Vide oro dæmoniacorum oculos & ebriorũ, & insanientiũ, quid differunt inter se? nonne nihil est ꝑ insania? Quid em̃ si ad tempus hoc fit, nam & insaniens ad tempus detinetur, Hoc autem quid peius? & non confundũtur in defensione? Nesciebã, inquit, quid dixi. Et quare nesciebas hoc, homo rationalis, rationẽ habens? Quare ea quæ brutorũ sunt facis, sicut equus ferox ab ira & furore raptus? Profecto defensio hæc nõ uacat crimine. Vtinam scisses quæ dixisses. Iræ uerba sunt, inqt, nõ mea. Quõ illius? Etem̃ ira nõ habet robur, nisi à te accipiat. Quasi quis dixerit: manus sunt, nõ mea uulnera. Cui putas maxime opus esse ira, nonne bello & præliõ? Sed & illic si quid cũ ira fit, totum perit ac corrũpitur. Maxime certantes conuenit non irasci, maxime eos qui contumelia afficiuntur cõuenit nõ irasci. Et quomodo certandum est, inquit? ratione ac mansuetudine. Certamen enim est ex aduersos stare. An non uides & hæc bella legibus & ordinationibus, et temporibus definita? Ira enim nihil est quàm irrationalis impetus. Nihil autem ꝺd rationem requirit, per id quod ratione caret geri potest. Quoniam & hic talia loquebatur. Et non irascebatur. Et Helias dicebat: Quousq; claudica 3.Reg. 18
tis in utrasq; coxas? & nõ irascebatur. Et Phinees occidebat, & non irascebatur. Ira enim non permittit uidere, sed quasi in nocturna pugna omnia ligat, & oculos, & aures, & trahit quoquò uoluerit. Liberemur igitur ab hoc dæmone, incipientẽ illum compescamus. Sigillum tanquam frenum impone pectori. Canis impudẽs est ira, sed discat audire legem. Nõne si canis ita in caula ferox sit, ut non obediat imperanti pastori, neq; illius uocem agnoscat, omnia pereunt ac corrumpuntur? Cum ipsis ouibus pascitur, sed si illas depascitur, inutilis est & occiditur. Si didicerit te audire, alecanem, utilis est contra lupos, contra fures, contra latronum principem latrans, non cõtra oues, neq; contra familiares. Si non audiet, omnia corrumpit. Si didicerit contemnere, omnia perdit. Quod igitur in te est mansuetum, ne cõsumat, sed custodiat ira & pingue faciat: custodiet autem, & in magna securitate seruire faciet, si malas & pollutas cogitationes cõficiat, si diabolum persequatur undequaq;. Sed mansuetudo seruatur, quando nunquam imputamus malum quiddam proximo. Sic uenerabiles efficimur, quando non solemus esse impudentes. Nihil enim ita impudentem facit, sicut mala conscientia. Quare scorta impudentia sunt? quare uirgines pudibundæ? nonne illa propter peccatum, hæ propter continentiam? Nihil enim sic impudentem facit, atq; peccatũ. At dicet aliquis. Imò mala pudefaciunt. Ita est, sed eũ qui damnat suã malicią: nã perfrictæ frontis hominem etiã audaciorẽ faciũt. Qui em̃ de se desperat, audax fit. Impius em̃, inqt, si in profundum malorũ ingressus fuerit, contemnit. Qui autẽ impudẽs et truboris expers fuerit, sic audax & pertinax efficitur. Vis discere, ut mansuetudo cõsummaꝛ? Quãdo malę cogitationes illam perdomuerint, quamuis & hoc contingat, quia nõ stat canis multũ latrans. Neq; sic desperandũ. Est em̃ & nobis funda ac lapis. Scitis quid dicam, Est nobis & lancea, & pera, & sica, qua custodiamus cogitationes illæsas. Si canis aduletur quidem ouibus, ferociat aũt cõtra externos & uigilet, uirtus est canis: & licet esuriat, nõ tãgat oues: & licet satur sit, non

non parcat lupis. Talis & ira sit, licet irritẽ, mansuetudinem non admittat: licet quieta sit, contra malas cogitationes insurgat. Suum dominũ etiã percutiẽtem nõ relinquat, sed agnoscat, alienum autem etiã adulantẽ impetat. Adulatur diabolus sæpe sicut canis, sed sciant omnes alienũ esse. Sic sanè & nos uirtuti etiamsi onerosa sit applaudamus, & malitiã etiã si exhilaret, auersemur. Ne simus deteriores canibus, qui flagellati & constricti non desciscũt. Si illos autem & pascat alienus, magis irritauerit. Est aliquãdo utilis ira, sed quando latrat cõtra alienos. Quid est, Qui irascitur fratri suo temerè? Hoc est, ne ulciscere teipsum, neq; uindictã exige: si alium uideris peccantem, porrige manum: non ultra id tunc erit ira, quando à tua
1.Reg. 26 passione liber fueris. Accepit Dauid Saulem, & B
iratus fuit: neq; infixit lanceam suscepto inimico,
Exod. 2 sed ultus est diabolum. Moses quando alienũ in-
Num. 12 iuste agere uidit, etiam occidit: quando autem cognatum, non item, sed fratres conciliauit, ab illis autem & repulsus est: tametsi mitissimũ illum scriptura testetur, acer tamen erat nihilominus. Nos autem non sic, sed ubi mansuetudinem declarare oportebat, omnibus bestijs sumus ferociores: ubi autẽ seueros esse, omnibus segniores. Igitur quoniam his quæ in nobis sunt non utimur ut oportet, propter hoc etiam uita nusquã ut oportet instituitur. Sicut & in uasis si alio aliter utatur quis, quàm oportet, omnia perdit: ut si quis accepto gladio non utatur, ut oportet, sed manu hoc faciat, nihil amplius operabitur, & si ubi manu utendum, C
gladium adhibeat, omnia perdiderit. Sic certè & medicus, non incidens ubi oportet, & ubi non oportet incidens, omnia corrumpit. Ideo oro ut re hac tempestiuè utamur. Iræ autem tempus nunquam, quando nosipsos iuuamus: si aũt alij corrigendi sunt, tunc ea utendum maximè, ut alios eripiamus. Ita & deo æquales erimus per omnia soliciti, ne iræ simus obnoxij, & futura bona consequemur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac spiritui sancto gloria, honor, imperium nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HIS AVTEM AVDITIS DISSECABAN
tur in cordibus suis, & stridebant dentibus D
in illum Homilia XVIII.

ADmiratu dignum est, quomodo ex dictis illis non acceperunt occasionem occidendi illum, sed adhuc insaniunt, & quærunt causam. Ita semper male habent ij, qui iniuste agũt. Itaq; quemadmodũ summi sacerdotes secum perplexi dicebant: Quid faciemus hominibus istis? ita sanè & isti dissecantur. Et profectò ille erat qui succensere debebat, qui nihil quidem iniuste egerat, passus aũt est calumniã ac uim ab iniuste agentibus. Cæterum calumniatores magis arguuntur etiam hac ratione. Si uerum est id quod semper dicebam. Malè agere est uerè male pati, quamuis ille nihil perperam fecerit, sed uirtutem suam demonstrarit. Ita quãdo contumelia afficimur, dum non sumus malè conscij, nihil patimur. Iraq; uolebant quidem occidere, sed hoc non faciunt, eo ꝙ causam honestam suo facinori prætexere cupiebãt. Quid igitur? an non magna qua redarguebat contumelia? Non ille erat autor contumeliæ, sed sic accusabat propheta. Nonne spõte etiam remorabantur, ne uideantur propterea illum occidere, quemadmodũ scilicet & Christũ, sed propter impietatem? Hoc aũt quod Stephanus loquebatur, pietatis erat uerbũ. Igitur attentantes etiã illius famam perdere cum morte, dissecabant. Timebant em̃ ne iterũ noui quippiã circa illũ fieret. Deinde quod cũ Christo fecerunt, id & cum Stephano. Et
sicut illic positq; dixit: Videbitis à dextris uirtutis Matth. 26
filiũ hominis sedentẽ: blasphemiã esse dicebãt, & testes turbas faciebant: ita etiã hoc loco illic disturbare estimẽta, hic aures continebant. Cum aũt esset plenus spiritu sancto, intentis in cœlum oculis, uidit gloriã dei, & Iesum stantem à dextris dei, & ait: Ecce uideo cœlos apertos, & filiũ hominis stantẽ à dextris dei. Exclamantes aũt uoce magna, cõtinuerũt aures suas, & impetũ fecerũt una nimiter in eũ, & eiectũ eũ è ciuitate lapidabant.] Profectò si mentitus esset, ut insaniẽs, relinquendus erat: ille autem sic loquens, uolebat illos docere. Et postquam dixit de morte solum, & de resurrectione nondum dixit, etiam hoc postea opportunè addidit dogma. Ita autem dicit sibi apparuisse, sicut alicubi tractat, ut sic accipiant sermonem: qui quoniam dixerat illum sedere, molestum illis erat, nunc istum de resurrectione sermonem mouet, & inquit illũ stare. Ab hoc tempore coniecto & faciem illius glorificatã. Deus enim cũ sit misericors, per quæ insidiabant illi, ijsdẽ uolebat prouocare, siquidẽ nihil amplius factũ esset. Et eiectum extra ciuitatẽ lapidabãt.] Iterũ extra ciuitatem mors, quẽadmodũ de Christo. Et in ipsa mor
te confessio, & prædicatio diuulgabat. Ac testes deposuerũt uestimenta ad pedes adolescẽtis, qui uocabat Saulus, & lapidabant Stephanum inuocantem ac dicentẽ: Domine Iesu Christe suscipe spiritũ meũ.] Hoc ostendit simul ac docet illos, ꝙ nõ perit. Et positis genibus clamauit uoce magna: Domine, ne statuas illis peccatũ hoc.] Quẽ- D
admodum defendens, quòd nec priora ex ira dixerit, inquit: Domine: uolens hac quoq; ratione conciliare illis: nam remittere iram ac furorem cedere, puramq; ab affectione seruare animã ualde
Cap. VIII acceptũ facit sermonem. Saulus autem consentiebat in necem eius. Facta est autẽ in illa die persequutio magna aduersus ecclesiam quæ erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ præter apostolos.] Non temerè cõtigit hęc persecutio, sed singulari dispẽsatione. Vides quomodo iterũ tẽtationes ꝓmittit deus fieri? Sed uide oro, hinc etiã quõ dispensanturres. In admiratione fuerũt propter signa, flagellati nihil passi sunt, uersati sunt in regionibus, creuit sermo, postea permittit prohibitionẽ fieri magnam, & sit persecutio nõ uulgaris, ut ita simul & hos fugent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Timebant enim audaciores illos factos, ut omnibus manifestum existeret, quòd homines fuerunt qui timerent ac fugerent. Vt enim ne tu post hæc dicas, quòd per gratiam solum bene egerint, licet persecutione pateretur, permissi sunt etiam ipsi fieri timidiores, ac illi audaciores. Et oēs dispersi sunt præter apostolos, inquit. Itaq; non frustra dixi, dispensatione quadam factam persecutionē. Si enim non facta esset, neq; discipuli dispersi sunt.

Curauerunt autem una Stephanum uiri religiosi, & fecerunt planctū magnū super illo.] Vel nondum erāt perfecti, uel quòd tanta gratia præditus erat, ideo & plangunt illum. Simul autē hic ostendit illos homines fuisse, non solū metus, sed etiā luctus & planctus. Quis enim non plorasset uidens illum mansuetum agnum lapidari, & iacere mortuū? Iustum illi epitaphiū statuit euangelista, Et positis genibus quum dixisset clamasset q; uoce magna. Et, Fecerunt planctum magnum super illo. Sed uideamus iterū quę dicta sunt: Cū esset autem plenus spiritu sancto, intentis in cœlum oculis, uidit gloriā dei, & Iesum stantē à dextris dei, ac dixit: Ecce uideo cœlos apertos: & continebant aures suas, & impetū fecerunt unanimiter in illum.] Quamuis aliâs accusatione hæc digna sint, nihilominus cogita quomodo eū qui talia signa fecerat, qui omnes sermone uicerat, qui talia dixerat, susc ipientes, sicut uolebant, furorem suum implerunt. At testes posuerant uestimenta sua ad pedes adolescentis, qui dicebat Saulus. Vide q; diligenter ea quæ ad Paulū pertinēt narrantur, ut tibi monstret opus dei, quòd postea factum est cum illo: nunc aūt ille non solū non credit, sed & plurimis illum manibus homicidarū ferit. Ideo & hoc manifestans dicebat, Saulus uerò consenserat in necē eius. Non simpliciter autē orat beatus hic, sed cum attentione. Positis enim, inquit, genibus. Vnde diuina illius & mors facta est. Nā huc usq; permissum erat animabus in inferno esse.

Omnes autē dispersi sunt per regiones Iudææ ac Samariæ. Absq; metu ac liberè postea Samariæ se cōmittunt, tametsi audierant, In uiam gentium ne abieritis. Veruntamē de apostolis nō dicit, ostendens quòd & hac ratione adduci uolētes Iudæos, ciuitatē non reliquerunt, uelut & alijs fierēt audaciæ autores. Saulus uero deuastabat ecclesiam per singulas domus, trahens q; uiros ac mulieres, tradebat in custodiā.] Magna insania, & q; ille solus erat, & quòd in domus ingrediebatur, ita animam suam pro lege dabat. Rapiens, inquit, uiros ac mulieres. Vide & licentiā, & contumeliam, & insaniā. Omnes quos assequebat plurimis malis afficiebat, utpote à cæde factus audacior. Illi igitur dispersi peragrabant annunciantes sermonē. Philippus autē ut descendit in ciuitatē Samariæ, prædicauit illis Christum. Intendebant autē turbæ unanimiter his quæ à Philippo dicebātur, audientes & uidentes signa quæ faciebat. Spiritus enim immundi è multis qui ab illis tenebātur exibant, clamantes uoce magna. Multi autem paralytici ac claudi sanati sunt: & factum est gaudium magnum in illa ciuitate. Vir autem quidam nomine Simon, qui ante in ea ciuitate artem exercuerat magicam, ac gentem demētarat Samariæ, dicens se esse quempiam magnum, cui auscultabant omnes à minimo usq; ad maximum, dicentes: Hic est uirtus dei, quæ uocatur magna.] Vide oro & aliam tentationem quæ est à Simone. Auscultabant autem ei, inquit, turbæ, eo quòd multo tempore magicis artibus demētasset eos: cum uerò credidissent Philippo euangelizanti de regno dei, deq; nomine Iesu Christi, baptizabantur uiri simul ac mulieres: tūc Simon & ipse credidit. Et quum baptizatus esset, adhærebat Philippo, uidens q; signa & uirtutes uiri, stupens admirabatur. Cum autem audissent apostoli qui erant Hierosolymis, quòd recepisset Samaria uerbum dei, miserunt ad illos Petrum & Ioannem, qui quum descendissent orauerunt pro ipsis, ut acciperent spiritum sanctum. nondum enim in quenquam illorum illapsus fuerat, sed baptizati tantum erant sub nomine Christi Iesu. Tunc imponebant manus super illos, accipiebant q; spiritum sanctum. Cum uidisset autem Simon, quòd per impositionem manuum apostolorum daretur spiritus sanctus obtulit eis pecunias, dicens: Date & mihi potestatem, cuicunq; imposuero manus, accipiat spiritum sanctum.] Quomodo, inquit, spiritum sanctum illi non acceperant? Spiritum acceperāt remissionis, spiritum autem signorum non receperant. Et quòd hoc sit quòd spiritum signorum non acceperint, uide quomodo hoc cernens Simon, accessit & petijt. Quamuis autem tunc maximè flagrabat persecutio, attamen deus iterum illos eripuerat, signa illis ut murum præponens. Porrò mors Stephani illorum furorem non restinxerat, sed magis auxerat: ideo & disperguntur discipuli, ut doctrina amplius propagetur. Et uide iterum etiam bona illos accipere & in gaudio esse. Magnum enim, inquit, gaudium factum est in ciuitate, quamuis & luctus magnus factus esset. Ita semper facere solet deus, & tristibus læta miscere, ut in maiori admiratione sint. Multa autem iam tempore morbo obnoxius erat Simon, unde neq; sic ab illo liberatur. Quomodo autem illum & baptizauit? quemadmodum Christus & Iudā elegerat. Hic uidens signa quæ fiebant, obstupescit quidem, non audet tamen gratiam signorum petere, quandoquidem uidebat etiam alios non accepisse. Igitur quomodo illum non occiderunt, sicut Ananiam & Sapphiram? quia etiam olim is qui in sabbato ligna collegerat, occisus est: ut alij erudirentur, neque postea alius idem passus est. Sic & nunc Petrus facit, & punitis illis, hunc non punit, sed dicit ad eum: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donū dei putasti pecunijs parari.] Et quare non acceperunt spiritum sanctum ij qui baptizarentur? Vel forsan quia Philippus in hoc apostolos breui uenturos honorabat, uel quòd hoc donum non habebat. Erat enim ex septem illis, id quod magis uidetur dicendum. Vnde mea sententia, hic Philippus unus

Matth. 10

unus ex septem erat secūdus à Stephano. Ideo baptizans spiritum sanctum non dabat, neque enim facultatem habebat. Hoc enim donum solorum apostolorum erat. Considera autem quòd illi non egressi erant: dispensatum autem est ut ij egrederentur, qui & gratia posteriores erāt, propter hoc quòd nondum acceperant spiritū sanctum. Nam uirtutem quidem acceperant faciendi signa, non autem dandi alijs spiritum sanctum. Igitur hoc erat in apostolis singulare. Vnde & præcipuos, & non alios uidemus hoc facere. Vt autem uidit, inquit, Simon, quòd per impositionem manuum à apostolorum daretur spiritus sanctus.] Non sic dixisset, nisi & sensibile quiddam factum esset. Hoc & Paulus fecit, quando linguis loquebantur. Vidisti scelus Simonis? pecunias attulit, quamuis non uidisset pecuniarum gratia illum hoc facere: unde non ignorantiæ opus erat, sed tentantis, & uolentis accusationem quærere. Propter hoc & audit: Non est tibi pars, neq; hæreditas in uerbo hoc. Cor enim tuum non est rectum coram deo.] Iterum quæ occulta in animo erant, affert in medium, quoniam ille occultum esse putauit. Resipisce igitur à malitia tanta, & ora dominum, si forte remittatur tibi cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & colligatione iniustitiæ uideo te esse. Respondens autem Simon dixit: Orate uos pro me ad dominum, ut nihil eorum quæ dixistis eueniat in me.] Oportebat illum toto corde pœnitentiam agere, oportebat plorare. Ille autem obiter hoc faciebat. Si forte remittatur tibi, hoc dixit, non quòd non dimissum esset illi si plorasset, sed mos etiam prophetis est solū denegare, & non dicere, Si autem hoc feceris, condonabitur tibi, sed quòd omnino erit pœna futura. Tu autem hoc admirare, quomodo in tempore calamitatis nihil negligūt, sed prædicationi incumbunt. Et quodammodo, sicut sub Mose per comparationem fiunt miracula, ita etiam hoc loco. Magia erat, attamen manifesta hæc signa erāt, quamuis nullum oportebat esse illic dæmoniacū, quandoquidem multo tempore demētarat illos: quoniam autem multi dæmoniaci, multi paralytici, illa non erant uera. Philippus autem non signis solum, sed & uerbis illos adducebat, de regno & Christo loquens. At Simon, inquit, baptizatus Philippo, non fidei gratia, sed ut & ipse talis fieret adhærebat. Vt autem illi descenderūt, orauerunt pro illis, ut accipiāt spiritum sanctum. Nondum enim erat illapsus cuiquam: tunc imposuerunt manus super illos, & acceperunt spiritum sanctum.] Vides quòd nō simpliciter hoc fit, sed multa opus est uirtute, ut detur spiritus sanctus? non enim idem est assequi remissionem peccatorum, & accipere uirtutem illam. Vt autem uidit Simon, quòd per impositionem manuū apostolorū daret spiritus sanctus, obtulit illis pecunias.] Nunquid alios uidit hoc facere? nūquid non putauit illos esse eius cuius oportebat esse mentis? Ideo bene Petrus & rem donum uocat, dicens:

Pecunia tua tecū sit in perditionem, quoniam existimasti donū dei pecunijs possideri.] Vides ubiq; puros à pecunijs. Non est tibi pars neq; hæreditas in sermone hoc, cor enim tuum non est rectum coram deo.] Atq; ita per malitiam omnia fecit, at simplicem esse oportebat. Resipisce igitur, nam in felle amaritudinis & colligatione iniustitiæ uideo te esse.] Magnæ iræ uerba sunt, nō punit autem illum, ut ne postea necessitatis sit fides, ut ne res crudelis esse uideatur, ut pœnitentiam introducat: uel etiā quod sufficiebat ad correctionem, arguisse & dixisse ea quæ in corde erāt, illumq; confessum q; deprehensus sit. nā in eo q; dicit, Orate uos pro me:] simul confitetur ac se profert. Vide quomodo quamuis scelestus ille esset, redargutus tamē credidit, quemadmodū & humilis factus, quando iterū redargutus est. Videns signa quæ fiebant, obstupuit, ostendēs mendacium fuisse quicquid ipse faciebat. Non accessit, dixit, sed obstupuit. Et cur nam illud statim nō facit? Putauit posse latere, putabat artē esse quod fiebat. Vbi autem non potuit latere apostolos, accessit. Spiritus enim immundi è multis qui ab illis tenebantur exibant, clamātes uoce magna.] Hoc egrediendi signum manifestum erat, signa uerò magorum contrario modo se habebant.

Multi autē paralytici & claudi sanati sunt.] Non erat hoc loco deceptio, sed ambulabant, & agiles erant, ut oportebat. Auscultabant autem illi omnes, dicentes: Hic est uirtus dei.] Hoc loco impletur quòd à Christo dictum: Multi uenient pseudochristi, & pseudoprophetæ in nomine meo. Mar. 13

Quare non statim illum redarguerunt? contenti erant quòd seipsum condemnabat. etenim & hoc doctrinæ erat. Quoniam autem resistere non poterat, simulat, quemadmodum & Magi quando dicebāt: Hoc digitus est dei. Vt autem ne iterum in obliuionem ueniat, & obscurus sit, ideo & adhæret Philippo, & non separatur. Tu autem uelim consideres quanta dispensentur per mortem Stephani. Disperguntur per regiones Iudææ ac Samariæ, euangelizant uerbum, prædicant Christum. Signa perficiūt, paulo post accipiunt hi donum. Hoc duplex signū erat. Tunc enim illis dari, & huic non dari, maximum signū erat. Et illi quidem testificati & locuti sermonem dei, regressi sunt in Hierusalem, & multis oppidis Samaritanorum euangelizabant.] Bene sic dixit, Testificati. Testificātur enim fortasse propter illum, ne decipiātur, ut postea securiores fiant, ne propter inexperientiam sæpe simul rapiantur. Regressi sunt in Hierusalem.] Quare iterum abeunt illuc? Ibi tyrannis, ibi principium malorum, ibi qui maximè clamabant. Sicut in bellis duces faciunt, & non relinquunt laborantem belli partem, idem et illi faciunt. Vide non data opera discipulos profici Samariam, sed occasione persequutionis, sicut & Christi tempore: apostolos uerò tū demum eò mitti, postquam Samaritani crediderunt.

Exod. 8

Auditis autem illis, inquit, apostoli miserunt ad illos Petrum & Ioannem.] Quare nam mittuntur, ut liberent illos à magia, & ita illis doctrinam quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam primum à Christo acceperant, in memoriã reducerent. Oportebat igitur aduersarium petere, ut accipiat spiritum sanctum: at ille quoniam hoc ei non erat curæ, ut det alijs petit, quamuis illi non acceperint hũc, ut ita dent. Sed uolebat hic Philippo esse clarior, qui inter discipulos erat.

Argentum tuum sit tecum in perditionem.] Non imprecantis, sed erudientis sunt hæc uerba. Quoniam enim illo non est usus ut oportebat: Tibi, inquit, sit qui talis es, quasi diceret quis, Cum uoluntate hac tua simul pereat, quòd tam parum sentis de dono dei, quod speraſti omnino humanum esse negocium: non est hoc. Itaque siquidem accessisset sicut oportebat accedere, & si acceptus esset, & si pernicioſus fuisset, non latuisset. Vides quòd parua de magnis sentiens duplicia peccat? Duo igitur illi præcipit, Resipisce & ora, si forte remittatur tibi cogitatio cordis tui.] Ita erat cogitans malum quiddam: propter hoc & dixit, Si forte remittatur tibi, quia sciebat incorrigibilem esse. At ille iterum timuit multitudinẽ, & metuit negare. At si non turbatus fuisset, dixisset se nesciuisse & imprudenter egisse, sed obstupefactus fuit: primũ quidem quòd captus erat signis, secundò quòd manifestabatur cor eius. Propterea procul postea abijt, nempe Romam, eo quòd apostoli illuc non præuenerant. Et multis oppidis Samaritanorum euangelizabant.] Vide quomodo & itinera illis negocium afferebant, at non temerè proficiscebantur. Tales etiam nos oportebat profectiones facere. Et quid dico profectiones? multi oppida habent ac prædia, & non est illis curæ: sed quomodo balnea fiant, & ut precia crescant, & ut aulæ ac domicilia extruantur, multum solliciti sunt: quomodo autem animæ colantur, non item. Et tu quidem si sentes iuxta sulcum uideris, secas, uris, perdis: & sic terram liberas à suo incommodo. Videns autem illos agros plenos spinis, non desecas? Non times & horres dic oro, quòd de hoc rationem redditurus sis? An non opus est, ut unusquisq; fidelium ædificet ecclesiam? ut doctorem asciscat? An non ante omnia hoc considerandum, ut omnes sint Christiani? Quomodo dic mihi, Christianus erit agricola, uidens te sic suam negligere salutem? Non potes facere signa, & persuadere ijs quibus illi persuaserunt misericordia utere, cura, mansuetudine, affabilitate, alijsq; omnibus. Ac fora quidem ac balnea faciunt multi, ecclesias autem non item, & omnia magis quã has. Ideo oro ac supplico, & gratiam peto, imo & legem pono, ut nullus qui habet uillam, appareat carere ecclesia. Ne mihi dixeris, propè est, in uicinia est, magnus est sumptus, non magnum commodum: si quid habes insumendũ in pauperes, illuc insume, melius illuc quàm ibi, ale magistrum, ale diaconum & sacerdotalem ordinem. Quasi ducta uxore uel sponsa, uel elocata filia, sic erga ecclesiam affectus sis, dotem affer be illi, ita tibi benedictione prædium replebitur. Quid enim non erit illic bonorum? Parúmne est oro torcular benedici, parúmne est deum ex omnibus frugibus ac decimis prius partẽ ac decimas accipere? Ad pacem agricolarum hoc utile. Venerabilis erit & presbyter postea, & ad securitatẽ agri conducet. Preces illic perpetuæ propter te, laudes & synaxes propter te, oblatio per singulos dies dominicos. Vtrum magis mirandum, quòd alij extruunt clara sepulchra, ut posteri audiant quòd ille construxit, an quòd tu ecclesias excitas? Cogita quòd usq; ad Christi aduẽtum mercedem habiturus sis, qui altare dei excitaturus es. Dic enim oro, si rex tibi præcepisset domum extruere, ut illic habitaret, nónne omnia fecisses? Nunc igitur regia est Christi ecclesiæ constructio, ne sumptum spectes, sed fructum computa. Illi colũt terram; tu cole illorum animas: illi tibi ferũt fructus, tu illos infer in cœlos. Qui initium dedit, hic & omnium aliorum causa est. Igitur & te autore illic erudientur initiandi, ij qui agro tuo uicini, cũ balnea quidem molliores reddant agricolas, instituoriæ officinæ delicatiores, attamen facitis hæc propter gloriam. Forum & prætoria publica faciunt impudentes. Hic autem omnia secus fiunt. Quale enim fuerit uidere senem ad exemplum Abrahæ incedentem, canum accinctum, & fodientem, & ipsum operantem? quid illo agro desiderabilius? Hic maior est uirtus. Non est lasciuia illic, sed abacta est: nõ est ebrietas, ac uoluptas, sed eliminata est: non est uana gloria, sed extincta est, plus illic fulget beneuolentiæ propter simplicitatẽ. Quanta res est abire & ingredi in domum dei, & uidere quòd ipse illam extruxerit, & quiescere in uilla se curum, & habere deambulationem seruientẽ cor pori, & matutinis uespertinisq; hymnis esse præsentem, ac simul prandentem sacerdotem, simul conuersantem, benedictione frui, & alios uidere illuc uenientes? Hoc fuerit in murum ac securitatem agri? Hic est ager de quo dicit: Odor agri pleni cui benedixit dominus: quamuis & præter hoc bona sit uilla, propter quietem, propter abundantiam ocij: quòd si templũ accesserit, quid illi comparabitur? Villa enim habens ecclesiam, paradiso dei comparatur, non est illic clamor, non est turbatio, non uarij inimici, neq; sectæ, omnes licet uidere amicos, & participes eorundem dogmatum. Ducit te in philosophiam, ab hac philosophia accipiens te presbyter curabit facile: nam hic quæcunq; dixerimus, forum excutit: illic autem quæcunq; audieris, fixa habebis in mente. Alius in agro eris per illum: & illis præsidebit ac erit custos, & ut affint, & ut componant seipsos. Vnde autem est & sumptus, dic mihi? Faciam paruã domũ pro templo, qui sequet̃ te faciet porticum, qui post illum aliã adijciet, & sic tibi imputabit̃ totũ. Tu das parum, & totius accipis mercedem. Igitur initium facito, fundamentũ iacito, imò mutuũ adhortemini, ut certetis in hac re. Nunc autem domus in quibus paleam & frumentũ, & omnia talia reponi oportet, facile extruunt: ubi aũt colligere oportet animarũ fructus, minimè curãt: sed cogunt multis stadijs ire, & magnas profectiones facere, ut in ecclesiam abeant. Quantũ autem est bonum cum multa

MORALE

Gen. 27

multa quisete in ecclesiam sacerdotẽ uenire, ut accedat deũ, & pro ea quotidie oret ad dominum? Parum est dic oro, in sanctis oblationibus nomen tuum semper referri, & quotidie pro uilla preces ad deũ fieri? Quantũ tibi & ad alia hoc conducit? Contingit quosdam in uicinia habitare, & habere curatores. Ad te igitur pauperem non dignabitur ullus horum uenire: at presbyterum fortassis uocabit, & mensæ participem faciet. Vides quanta inde erunt bona? Erit tunc uilla ab omni suspicione libera, nullus homicidij, nullus furti accusabit, neq; aliquid suspicabitur. Habent & aliam consolationem, siue morbus, siue mors accidat. Nõ simpliciter neq; fortuitò etiam amicitiæ fiunt eorum qui illuc eunt, & congregationes erunt multo alijs cœtibus suauiores: non solum autem congregationes, sed & illi qui prætiunt per presbyterum sunt magis reuerendi. Omnino audis quòd Hierusalem olim alijs ciuitatibus honoratior fuerit: sed non simpliciter, uerum propter pietatem, quę tũc præualuerat. Propterea ubi colitur deus, nihil est mali: sicut contrà ubi non colitur, nihil est boni.

Multa securitas erit & apud deum, & apud homines. Etiam oro, ne obiter, sed alacriter opus in manus susciпiatis. Ei enim qui educit preciosum à uili quasi os dei erit, qui tot animabus tam præsentibus quàm futuris, usq; ad aduentum Christi prodest, quantam gratiam apud deum habebit? Prædium extrue contra diabolum. Hoc est enim ecclesia. Illinc impetum faciant manus ad laborem, prius extendantur in precibus, & tunc abeant ad opus: inde erit corporis robur, ita erit multa agricolatio, ita omnia mala erunt foris: non poteſt uoluptas uerbi tradi, quandiu opere nondum fuerit susceпta. Ne hoc species, quòd nullam habeat accessionem ac cõmodum: nam si hoc feceris, nihil facies, si non putas tibi utilitatem prædio maiorẽ accedere, si non sic affectus es, non operaberis, si non opus hoc cogitas tuis omnibus præferendũ. Quid hac utilitate maius, animas in aream quę est in cœlo inducere? Hei mihi, quòd nescitis quantum sit lucrifacere animas. Audi quid dicat ad Petrum Christus: Si diligis me, pasce oues meas. Si oues regias uidẽs, uel equorum armentum, apud stabulũ nõ habere quæ proponant̃, accipies ipse, & extrues stabulum & equile, uel præficies pasto rem, quãtis te remuneraturus est rex? nunc ouile Christi congregas, & pastorẽ præficis, & non putas magnũ quiddam te facere? Quid dico? Si qui scandalizarit uel unicũ, tantas pœnarũ minas audit, qui tot seruat non seruabit̃? nam quale postea habebit peccatũ? etiam si habuerit, non delebit illud? A pœna eius qui scandalũ dederit, discе præmiũ eius q̃ seruat. Si non curæ esset deo etiã unius animæ salus, non tam iratus esset̃ ob illius perditionem. Hæc igitur scientes, curam habeamus operis spiritualis, & me unusquisq; uocet, & nos pro uiribus simul operabimur. Et si quidem tres fuerint domini, in cõmune conferant: si autem unus & alijs uicinis suadeat: tantũ ut hoc corrigat̃ solliciti sitis, ut ubiq; bene placentes deo æterna bona consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri & spiritui sancto gloria, honor, imperium nunc & semper, &c.

ANGELVS AVTEM DOMINI LOCVtus est ad Philippum, dicens: Surge, & uade meridiem uersus, ad uiam quæ descendit à Hierusalem in Gazam, hæc est deserta: & surgens abijt. Homilia XIX.

VIDENTVR mihi hæc conscripta de eo qui à Samaria, non qui à Hierosolymis uadit. A Hierosolymis enim non itur ad meridiem, sed ad septentrionem. A Samaria autem ad meridiem est iter. Ista est solitudo. Hoc dicit, ut non terreatur ludæorum seditione. Et non interrogauit, quare? sed surgens abijt. Et ecce, inquit, uir Æthiops Eunuchus potens Candaces reginæ Æthiopum, qui erat præfectus omni thesauro eius, & uenerat adoraturus in Hierusalem. Reuertebatur autem, & sedebat in curru suo, legebatq; prophetam Esaiam.] Magnis laudibus prædicat ille, quando quidem & ille in Æthiopia manens, & tantis occupatus negocijs, & quum non esset festus dies, agereteq; in superstitiosa ciuitate, uenit adoraturus Hierusalem. Magnaq; diligentia erat, quia etiam in curru sedens legebat. Dixit autem spiritus Philippo: Accede, & adhære curru huic. Vt autem accurrit Philippus, audiuit illum legentem Esaiam prophetam, & dixit, Nunquid intelligis quæ legis? At ille dixit: Quomodo possem, nisi quis uiam ostenderit?] Vide iterum aliam pietatem, nesciens legebat, & post quã legerat, inquirebat. Rogauitq; Philippum ut ascenderet, sederetq; secum. Continentia autem scripturæ quam legebat, hæc erat: Tanquam ouis ad occisionem ductus, & sicut agnus coram tondente mutus, sic non aperuit os suum. In humilitate ipsius iudicium eius sublatum est. Generationem autem eius quis enarrabit? quoniam tollitur de terra uita eius. Respondens autem Eunuchus Philippo dixit: Obsecro te, de quo propheta dicit hoc, de se, an de alio quopiam? Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à scriptura ista, prædicauit illi Iesum.] Vide quomodo res cum illo gerantur: primum legit ac ignorat, deinde legit illud potissimũ capitulum, in quo & passio & resurrectio ac donum docebantur. Et dum irent per uiam, uenerunt ad quãdam aquam. Et ait Eunuchus: Ecce aqua, quid prohibet me baptizari?] Vidisti alacritatem? uidisti diligentiam? Iussitq; stare currum, & descenderunt in aquam ambo, Philippus & Eunuchus, & baptizauit illum: ubi autem ascenderunt ab aqua, spiritus domini rapuit Philippum, & non uidit illum ultra Eunuchus: ibat enim per uiam suam gaudens.] Quare inquit, tulit illum spiritus domini? eo quòd & per alias ciuitates transiturus erat, ac annunciaturus. Factumq; est hoc, ut postea in admiratione sit, & ita ne humanum aliquid de illo, sed diuinum existimes. Philippus autem inuentus

Esa. 53

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuentus est in Azoto, & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec ueniret Cæsaream.] Et ex hoc manifestum, quòd hic unus ex septem fuerit. Etenim & postea illic inuenitur in Cęsarea. Vtiliter igitur rapuit illum spiritus, alioquí rogasset Eunuchus, ut simul cum illo proficiscatur, quem ille cum nondum tempus esset, renuens ac negans contristasset. Vidisti angelos cooperãtes prædicationi, & ipsos quidem non prædicantes, hos autem uocantes? Hoc autem mirabile etiam hinc ostenditur: nam quod olim rarum erat & uix fiebat, id hic perquam liberaliter fit. Et alioquí prædictũ erat illos dominaturos alienigenis: nam quòd fideles sint fide digni, sufficit obedientiæ assuetos etiam ipsos in similem zelum excitari: propter hoc sanè & gaudẽs ibat, atq; adeò si nesciuisset, non esset gaudens. Quid autem prohibuisset, inquit, omnia illum diligẽter discere, & in curru existentẽ, maximè in deserto? quia res hæc non agebatur ad ostẽtationem. Sed uideamus iterum quæ lecta sunt. Et ecce uir Æthiops Eunuchus, inquit, præfectus Candaces reginæ Æthiopum.] Ex hoc manifestum, quòd ab ea terra uenerat. Nã olim & mulieres imperabant, ueteri quadam lege. Sic nesciebat Philippus quare uenisset in solitudinem, quia & non iam angelus, sed spiritus illũ rapit. Nihil autem horum Eunuchus adhuc imperfectus uidet, uel quòd hæc non corporis, sed spiritualibus oculis spectanda sint: neq; etiam quę Philippus edocebatur, discit. Et quare non ipsi apparet angelus, & ipsum ducit ad Philippum? Quia fortassis non obedijsset, sed solum perterritus fuisset. Vide Philippi philosophiam. Non calumniatus est, non dixit, Ignoras, ego te docebo: non dixit, Ego hæc accuratè scio: nec adulatus est, dicẽs: Beatus es hæc legens, ita à temeritate ac adulatione uerbum alienum erat, sed curam se gerere & misericordem esse declarabat: oportebat enim illum interrogare, oportebat illum desiderare. Est autẽ hoc manifestè insinuãtis, se scire hoc quod ille nesciebat, dum dicit: Nunquid intelligis ea quæ legis? & simul ostendit magnũ in his latere sensum. Et Eunuchus excusat, Quomodo eñ, inquit, possem, si quis mihi uiam non indicet? Non respexit ad suum currum, non dixit: Tu quis es, non redarguit, non insolenter locutus est, non dixit se scire, sed fatetur ignorantiã, ideo & discit, monstrat uulnus medico. Simul agnoscebat quòd & ille sciebat, & docere uolebat. Vidit alienum à fastu, neq; enim claro habitu uestitus erat. Ita erat audiẽdi auidus, & sermonibus attendebat. Quia & in ipso implebatur, Qui quærit inuenit. Obsecrauit autẽ, inquit, Philippum, ut ascẽderet & sederet cum ipso. Vidisti diligentiam? uidisti desiderium? orat ut ascendat, ac secum sedeat. Sic nesciebat quid esset illi dicturus, sed simpliciter putabat se prophetiã quandam auditurum. Maior autẽ honor est, quòd non simpliciter ascendere facit, sed etiam orat. Vt autem accurrisset Philippus, audiuit illum legentem: & cursus, signum est uolentis aliquid discere, & lectio, studij. In eo enim legebat tempore, quo

A solis calor feruẽtior. Continentia autem ista erat: Sicut ouis ad occisionem ductus est. Et hoc illius in discendo cupiditatis indicium erat, quòd prophetam alijs sublimiorem in manibus habebat. Ideo non cum seueritate illi enarrat, sed mansuetè, imò neq; sic loquit prius, donec interrogatus est, donec ille obsecrauit. Quemadmodum istud iterum faciens, inquit: Oro te de quo propheta dicit hoc? Mihi uidetur, quòd nesciebat quòd de alijs dicunt prophetæ, uel si non hoc, nesciebat q̃ de alijs ut de seipsis loquanť. Confundantur & pauperes & opulenti per illum quæstorem. Deinde uenerunt ad aquam, & inquit: Ecce aqua. Id erat animæ ualde flagrantis. Quid prohibet me baptizari? Vides illius concupiscentiam. Non dicit, Baptiza me, neq; silet: sed medium quiddam inter desiderium & accipiendi pronitatem loquitur, dicens: Quid prohibet me baptizari. Vide quomodo absoluta dogmata habuit. Etenim propheta omnia continebat, incarnationem, passionem, resurrectionem, assumptionem, iudicium futurum. Quæ sanè magnum illi desiderium ingenerabant. Confundamini quotquot nondum illuminati estis. Et iussit, inquit, stare currum.] Simul dixit & imperauit. Vt autem ascenderunt ab aqua, spiritus domini rapuit Philippum:] Bene, ut diuinum ostendatur quod factum, & ut ne putetur homo uulgaris. Et iuit, inquit, uiam suam gaudens. Hoc dixit ostendens, quòd contristatus esset, si cognouisset. Itaq; præ multo gaudio, quamuis spiritum consequutus, neq; uidebat præsentia. Et inuentus est, inquit, in Azoto. Multum hinc & Philippus lucratus est. Nam id quod audiuit de prophetis, de Abacuc, de Ezechiele, ac alijs, uidit in se quoq; fieri, qui in minimo tempore expertus sit multum itineris se confecisse, quando quidem in Azoto inuentus est, & illic postea stat, ubi etiam illum euangelizare oportebat. Saulus autem adhuc spirans minas ac cædem aduersus discipulos domini, accessit ad principem sacerdotum, & petijt ab eo epistolas, quas referret Damascum ad synagogas, ut si quos inuenisset eius uiæ seu uiros, seu mulieres, uinctos duceret Hierusalem.] Opportunè de zelo Pauli hic disserit, ut ostendat quòd tum maximè zelo rapiebatur, nondum satiatus cæde Stephani, neq; persequutione ecclesię impletus ac dispersione, accedit ad principem sacerdotum, ubi impletur quod à Christo ad discipulos dictum, Quia uenit hora, quòd omnis qui occidit uos, arbitratur se obsequium deo offerre. Hic igitur sic faciebat, non ut Iudæi. absit. nam quod zelo faciebat, manifestum ex eo quòd in exteras ciuitates proficiscebatur. Illi autem tantum ea quæ in Hierosolymis erant curabant, solum ut gloriam obtinerent. Quare autem in Damascum ibat? magna ciuitas erat ac regia: timebat igitur, ne & illa ciuitas præoccuparetur. Et uidere licet desiderium ac ardorem, quomodo legitimè operatus est: nam accedit ad principem, petit epistolas ab illo, ut quotquot inueniret esse in uia. Viam eos qui credebant uocat, qui apud omnes

Esa. 53

Cap. IX

Ioan. 16

Matth. 7

nes sic tunc nominabantur, fortassis ob hoc quòd A
uiam secabant ferentem in cœlum. Quare autem nõ accepit potestatẽ illic puniẽdi illos, sed in Hierusalem ducit? Vt ita cũ maiore potestate ibi pœnam de illis sumat. Et uide quali periculo seipsum committebat, attamen sic timet ne quid mali patiatur. Sanè propter hoc & illos secum accipit, ut fidentius quot quot uiros ac mulieres inueniret, uinctos adduceret in Hierusalem. Et alioquin etiam per uiam ostẽdere spiritus uoluit omnibus, suum totum esse, ita illi non operabantur hoc. Et uide illum etiam in carceres conijcientem. Igitur illi qui dem infirmi erãt, hic autem pro alacritate sua erat potens. Et quum iter faceret, contigit ut appropiaret Damasco, & subitò circumfulgurauit eum lux de cœlo, collapsusq; in terram, audiuit uocem dicentem sibi, Saul Saul, quid me persequeris?] B
Quare hoc non est factum in Hierosolymis? quare non est factũ in Damasco? Vt nõ possent istud alij aliter narrare, sed ille fide dignus ut narret qui propter hoc abierat. Hoc sanè dicit & Agrippæ tionem reddẽs: laborat autem & uisu, eo quòd excellens lumen grauare solet. Habent eñ suas meduras oculi. Dicitur autem excellens sonus surdos facere ac attonitos, sed hunc solum excæcauit, & terrore suo furorem extinxit, ita ut audiret ille ea quæ dicebantur, Saul Saul, quid me persequeris? Nõ dicit illi, crede, neq; aliud tale quippiã, sed crimẽ obijcit. Quid mali, quid aut magnum, aut parum tibi feci, quòd hæc facis? Dixit autẽ: Quis es domine?] Iam confessus est se esse seruum.

Dominus autem dixit, Ego sum Iesus, quem tu persequeris.] Quasi dicat, Ne putes tibi cum hominibus solis esse certamen. Qui autem cum illo erant, uocem quidem Pauli audierunt, nullum autem uidebant cui responderet.] Meritò, nam illos minorum fecit auditores. Nam si uocem illam audissent, nec sic credidissent, & Paulum uidentes respondere admirati sunt. Sed surge, & ingredere in ciuitatẽ, & dicetur tibi quid debeas facere.] Vide quomodo non statim omnia illi reuelat, sed solum illius mentem præmitigat: & dum præcipit quid ei faciẽdum, statim bonã illi spem dat, quòd iterum uisurus sit. Viri autem illi qui erant ei comites itineris, stabãt attoniti, audientes quidẽ uocem, neminem tamen uidentes. Surrexit aũt Saulus è terra, apertisq; oculis neminem uidebat, sed manu ducentes illum, introduxerunt Damascũ.] D
Spolium diaboli, uasa eius quasi capta ciuitate ac metropoli quadam introducunt. Et quid hoc mirum? Illi hostes & inimici introducũt illum omnibus uidentibus. Et erat tribus diebus nõ uidẽs, ac non comedit, neq; bibit.] Quid huic comparabimus? Consolatio ista adducto Paulo compensabat mœrorem, quem è morte Stephani conceperant. Et erat etiam inde gratum, quòd ille sic abierat. Sic & Samaritanorum ciuitates adductę, inde multum recreatæ sunt. Et quare, dicat aliquis, hoc non factum est ab initio, sed postea? Vt ostendatur, quòd uere surrexerit Christus. Qui enim persequebatur illum, & non credebat illius mortem

A ac resurrectionem, etiam discipulos illius persequẽs: hic qua nam ratione credidisset, nisi magna fuisset crucifixi uirtus? Esto, illi obtemperẽt, quid diceres ad hunc? Et aliter: Propterea post resurrectionem accessit, & nõ statim, ut manifestius illius uideatur hostilitas. Qui enim sic insanit ut & sanguinem effundat, & in carcerem conijciat, statim credit. Non sufficerat quod non fuerat cum Christo, sed oportebat & uehementer oppugnari ab illo fideles, neq; ullam insanię excellentiam omittebat. Omnibus hic acrior erat: ubi autem excæcatus est, tunc dominationis & misericordiæ illius coniecturas agnoscit. Vel etiã ne quis dicat, quòd simularit: quomodo enim de eo qui sanguinarius, & qui sacerdotes accesserat, qui periculis se exposuerat, & etiam exteros afflixerat ac punierat, hoc
B sentiendum? Hic igitur post hæc omnia dominationem confitetur. Quare autem nõ in ipsa ciuitate circũfulgurauit illum lux, sed ante illam? Quia multi non credidissent, sed irrisissent potius, quando quidem & suprà quum audissent uocem, dicebant, Tonitru est. Hic autem fide dignus erat, refe- Ioan. 12
rens quæ sibi acciderant. Et ligatus introductus est, non circumpositis illi uinculis, & trahebant illum qui sperabat se alios tracturum. Quare autẽ nõ comedit, neq; bibit? Compungebat se propter ea quæ fecerat, confitebatur, precabatur, orabat deum. Si autem dixerit quis, hanc rem fuisse coactam, interrogabimus, num & Elymas non istud ipsum passus fuerit. Etiam, sed mansit ut habebat: quomodo igitur nõ coactus est? & quid magis cogere poterat terræ motu, qui fuerat in resurrectio
C ne, & militibus hoc & multa alia signa nunciantibus, resurrectionemq; conspecta? At non sunt illa compulsiua, sed docentia. Iudæi quare non crediderunt hæc audientes? quòd uera dixit, manifestum erat. Nũquid cõuersus esset hoc non facto? atq; ita omnes credere oportebat. Nõ minor erat his qui resurrectionem prædicarant, imò fide dignior erat, quum repentè cõuerteretur: non apud aliquem fidelem, sed in Damasco conuertebatur, imò ante Damascũ hoc passus est. Rogo Iudęum, unde dic oro, mutatus est Paulus? tanta signa uidit, & mutatus non est? Quis persuasit illi? imò quis repente illi immisit tantam alacritatem, ut & anathema optarit fieri pro Christo? manifesta est
D rerum ueritas, sed ut dixi, cõfundamur iam quòd eunuchus illuminatur & legit.

MORALE.

Videtis quomodo erat in magistratu, inq; diuitijs, & neq; in uia quieuit. Qualis igitur erat ille cũ esset domi, quum sic in itinere otium non admitteret? Qualis eratin nocte? Quotquot estis in dignitatibus audite, & imitemini humilitatem ac pietatem. Quamuis reuerteretur domum, non dixit intra se: Redeo in patriam, illic accipio lauacrum. ut sunt multorum friuola uerba. Non opus habebat signis ac prodigijs, per solum prophetã credulus factus est. Propter hoc plangit seipsum Paulus, dicens: At propter hoc misericordiam consequutus 1. Tim. 1
sum, quia ignorãs feci in incredulitate, & ut in me

Universidad de Deusto
Biblioteca

primo monstraret Iesus Christus omnem longanimitatem. Dignum profectò mirari eunuchum illum, non uiderat Iesum Christum, non uiderat signũ. præterea uidebat quis status Hierosolymis, & credidit Philippo. Vnde igitur talis factus est? Solicita erat anima illius, attendit scripturis, uacauit lectionibus: cum & latro uiderit signa, & magi uiderint stellam: hic autẽ nihil tale uiderat, & credidit. Tãta res est, ac tam utilis scripturarũ lectio. Quid igitur Paulus? An nõ legem meditabatur? sed mihi uidẽ de industria dilatus, propter ea quę prius dixi, omnimodis uolenti Iudæos conciliare Christo: nam si mentem habuissent, nihil ita profuisset ei atq; hoc. Nam hoc plus momenti habebat ad cõciliandos eos, quàm signa & omnia alia: quemadmodũ contrà nihil æque solet offendere crassiores. Vides igit̃ dispersis apostolis deũ operari signa? Criminabantur Iudæi apostolos, conjiciebant in custodiam, reliquũ erat ut deus miracula faceret, Et quomodo, uide. Educere è carcere illius signum erat: ducere Philippum, illius signum erat: Paulum adduci, illius signum erat: monstrare se Stephano, illius signum erat. Et considera quomodo Paulus honoratur, & quomodo eunuchus. Huic & Christus apparet forsan propter duritiã, & quod non aliter persuasus esset. In his miraculis & nos conuersati, dignos exhibeamus nosipsos. Multi nunc etiam ecclesiam ingressi, ignorãt quę dicuntur. Eunuchus autem & in foro, & in curru uectus, lectioni scripturarum attendebat. Sed uos non hoc agitis: nullus enim uestrum in manib. habet librum, sed omnia potius quàm librum. Quare autem nõ uidet illum, ante quam egressus è Hierosolymis, sed postea? Non oportebat illum uidere exigi apostolos, eo q; infirmus esset adhuc: neque autea sic erat facile, sicut quando propheta illum erudiuit. Ita & nunc si quis uestrum uoluerit attendere prophetis, non opus habebit signis. Et si placet ipsam prophetiam uideamus quid dicat.

Esa. 53 Sicut ouis ad occisionem ductus est, & in humiliatione illius iudicium eius sublatum est. Hinc didicit q; crucifixus est, quòd sublata à terra est uita illius, quòd peccatum nõ fecit, quòd potuit & alios seruare, quòd generatio eius inenarrabilis, quòd petræ ruptæ sint, quòd uelũ scissum est, quòd mortui è sepulchris suscitati sunt. Imò hęc omnia dixit illi Philippus, solum à propheta sumpta occasione. Magna res profectò est scripturarũ lectio. Sic

Deut. 6 illud impletur quod à Mose prædictũ est, Sedens & in lecto cubans, & exurgens ac ambulans memor esto domini dei tui. Maxime enim uiæ quando solitariæ fuerint, cogitationibus nostris dãt locum nullo obturbante. Et hic in uia credit, & Paulus in uia. Sed hunc nullus trahit, præter Christũ. Majus hoc erat q; quod apostoli agebant. Hoc autem maius, quoniam cum apostoli essent in Hierosolymis, & nullus esset ex his in Damasco, ascendit illinc persuasus: & Damasceni sciebant, q; non à Hierosolymis uenerat persuasus: epistolas enim ferebat, ad hoc ut credẽtes ligaret. Sicut medicus optimus, febre adhuc furente auxilium illi attulit Christus. Oportebat enim illum inter insanientes comprehendi: tunc potissimũ cõcidit, & seipsum condemnauit, q; grauia attentarit. Iam iterum ope præcium fuerit sermonẽ qui uestri gratia assumptus resumi. Quis amabo, scripturarum usus est? quantũ enim ad uos attinet, omnino sublatę sunt. Quis ecclesiarum? Defodi libros, forsan non tale crimen, non talis pœna. Si quis defoderit illos in stercore, & non audierit eos, non tam contumelia afficit ut nunc fit. Quid enim illic cõtumeliosum? q; illos defodit. Quid autem hic? quòd non audimus illos. Dic oro, uter nam maiori cõtumelia afficit, qui silenti an qui loquenti non respondet? at que ita maior nunc est contumelia, quando etiam loquentem non audis, maior est contemptus. Iudæi dicebant prophetis: Ne loquamini nobis uetera. Vos autem peius facitis. Ne loquamini, nõ facimus. Nam illi auersabantur eos, ne quandã quasi speciem pietatis ex uoce eorum percíperẽt: uos autem præ multo contemptu, nec hoc facitis. Credite si manibus iniectis ora nostra obturaretis, nõ esset tanta cõtumelia quanta nunc. Dic enim oro, qui audit ac non obedit, plus cõtemnit, an qui nõ audit? Age causam illam de contumelia exquiramus. Si quis illum qui cõtumelia afficit, cõtineat, & os obturet tanq; ęgrè ferens contumelias, alius autem non curet neq; afficiatur, uter magis contemnit, an non hic? Nam ille quidẽ declarat palàm, q; plagam accipit: hic autem quasi os obturat dei. Horretis dictum, sed audi quomodo etiã hoc fit. Os per quod deus loquitur, os est dei. Nam sicut hoc os animæ nostræ est, quamuis anima non habeat, ita & os propheratũ est os dei. Audite & horrescite. Stat minister, cõmunis minister, alta uoce clamat, ac dicit, Attendamus, & sæpius illam uocem clamat, hæc communis ecclesiæ est quam ille emittit, & nullus attẽdit. Post illam incipit lector prophetiam Esaiæ, & neq; sic attẽdit quis, tametsi prophetia nihil humanum habeat. Deinde auditori pronunciat dicẽs, Hæc dicit dominus, & neq; sic attendit quis. Quid dico? Horrenda quædam & terribilia pertractat, & neq; sic est qui attendat. Verum quid dicũt pleriq;? Semper, aiunt, eadem leguntur. Hoc uos maxime perdit. Ita q; siquidem sciuissetis illa, neq; sic oportebat ab illis recedere, quoniã & in theatris semper eadem fiunt, attamẽ non satiamini. Quæ eadem audes dicere, qui neq; prophetarum nomina scis? & non confunderis dicendo, ideo non audienda, quoniam eadem legũtur? Etenim tu confessus es, q; eadẽ dicuntur. Ego si hoc protulissem, te sic accusassem. te igitur oportebat ad aliam defensionẽ confugere, nõ ad hanc tuam accusationem. Dic oro, tu non admones filium tuum? Si igitur ille dicat, q; semper eadem in culcas: nónne contumeliam esse putares? tunc nõ oportebat eadẽ dicere, quãdo illa & sciuissemus, & operibus declararemus: imò neq; tũc superflua lectio. Quid Timotheo simile? Attamẽ & illi Paulus scribens dicebat, Attende lectioni & adhortationi: non enim fieri potest ut mẽtem scripturarũ quis exhauriat. Fons enim est immẽsus. An dices,

deceptus

deceptus sum, & tunc recessi à te? Vultis ostendam quòd non sunt hæc eadẽ? Quot putatis dixisse in euangelia, attamen hi omnes nouè dixerunt. Quo magis enim quis uersat̃ in illis, hoc clarius cernit, tãto q; puriore fruitur luce. Ecce quanta dico. Quid est prophetia? dicite quid sunt historię? quid est parabola? quid est allegoria? quid est typus? quid est symbolum? quid sunt euangelia? Hoc unum dicite mihi, quare dicta sunt euangelia? atqui sæpe audistis quòd euangelia nihil durũ habere debeant, hæc autem multa austeritate plena sunt. Ignis illorum non extinguetur, inquit, & uermis non morietur. Tunc dissecabit illum, & ponet portionem eius cum hypocritis. tũc dicet, Ne scio uos, discedite à me qui operamini iniquitatẽ. Igitur ne decipiamus nosipsos, putãtes hæc nobis more gentilium dici. Nihil ne hæc ad uos? uos autem surdi facti estis, & uultum deijcitis quasi attoniti essetis. Euangelia nihil habere debẽt quod operandum, sed solum bona consulere: hæc autem innumera habent, quæ facienda, qualia sanè sunt & id genus. Si quis non odio habet patrem suum ac matrem, non est me dignus. Et non ueni mittere pacem super terram, sed gladium. Et afflictionem habebitis in mundo, bona sunt hæc scilicet. hæccine sunt euangelia? Euangelium enim est dicere, Hæc tibi erunt bona, quemadmodum & homines inter se dicere solent, ut tale quiddam, Pater tuus ueniet uel mater tua. non dicunt: Hoc fac. Iterum dic mihi, quid differunt hęc à prophetiis, quare non & illa dicuntur euangelia? Etenim & illa eadem dicunt: exempli gratia, Saliet ut ceruus

Psal. 67 claudus. Dominus dabit uerbum euangelizantibus. Dabo uobis cœlum nouũ & terram nouam.

Esa. 65 Quare non & hęc dicuntur euangelia? Quare nõ & illa dicuntur prophetia? Si autem neq; scientes quid sint euangelia despicitis scripturarum lectionem, quid uobis dicam? Dicã quid & aliud. Quare non decem? quare non uiginti? quare non multi aggressi sunt conscribere euangelia? quare non unus? quare discipuli? quare hi qui non discipuli? quare etiam omnino scripturæ? quamuis contrarium dicit uetus: Dabo uobis testamentũ nouum.

Hebr. 8 Vbi sunt qui dicunt semper eadem? Si sciuissetis quòd licet homo plurimis annis uiuat, nõ sunt eadem, non dixissetis hæc. credite mihi nihil horum uobis dicerẽ, nec priuatim, nec publice: sed siquidem inuenerit quis, annuam: si aũt non, sinam. Sic enim uos fecerim inutiles semper omnia promptè dicens, & quando oportet, non reuuens. Ecce habetis quæstiones sufficientes. Considerate, dicite causam. Quare euangelia, quare non prophetiæ, quare facienda in euangelijs & si hic exitum quæstionis non inueniat, alius quærat. Etiam conferte inter uos ea quæ ipsi excogitatis, nos autem posthac silebimus. Nã si dicta uobis nihil profuerint, multo magis neq; si alia apposuerimus. Profectò in uas perforatum ingerimus. Hinc etiam uobis maior pœna. Igitur propter hoc silebimus? Id quidem in uobis situm est. Si enim uiderimus uestrũ studium, fortassis iterum loquemur, ut & uos amplius probati sitis, & nos in uobis exhilaremur, in omnibus glorificãtes deum ac patrem domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imp. &c.

ERAT AVTEM DISCIPVLVS QVIDAM in Damasco, Ananias nomine, & dixit ad illũ dominus in uisione: Ananía. At ille dixit: Ecce domine. Dominus autem ad illum dixit: Surge, uade in uicum qui dicitur Rectus, & quære in domo Iudę Saulum nomine Tarsensem. Ecce enim orat, & uidit in uisione uirum Ananiam nomine introeuntem, & imponentem sibi manus ut uideat. Homilia XX.

Mar. 9

Matth. 7

Mar. 10

QVARE nam per nullũ ex præcipuis apostolis, hũc uocauit, neq; misit ad illius institutionem aliquem ex his? quoniam nõ oportebat illum per homines, sed per Christũ erudiri. Quoniam & hic docuit quidem illum nihil, baptizauit autem solum. Simul autem cum baptizaretur, accepit magnam spiritus gratiã ob zelum & alacritatem plurimam. Quòd autem & Ananías ualde insignis fuerit, manifestum fit ex his quæ ad illum dicit, & quæ ille respondet, dum dicit, Domine audiui ex multis de homine hoc, quãta mala fecerit sanctis tuis in Hierusalem.] Si igitur cõtra dominum loquutus est, multo magis si angelus missus esset. Et propter hoc ante hunc neq; Philippus audit quid futurum, sed solum uidet angelum, & tum demum spiritus iubet accedere, & adhærere curruí. Iam autem hoc loco metum illius minuit, tantum non dicens, Ecce orat: Cæcus est, & tu metuis? Ita & Moses timet. Vnde magis uerba sunt timentis, quàm non credentis. Et audi uerba ipsa:

Domine audiui à multis de uiro hoc.] Quid dicis? Deus iubet, & tu dubitas? Sic nondum sciuerunt potentiam Christi. Et hic habet potestatẽ à summis sacerdotibus, ut uinciat omnes qui inuocant nomen tuum.] Vnde hoc manifestum? Verisimile erat illos qui in timore erant, curiosiores fuisse. Non igitur hoc dicit, quasi nesciat Christus: sed dubitat quomodo hæc fiãt: quum illa ita se habeant. Ita & alibi discipuli dicunt, Quis potest saluari? Et uide quot res gerãtur, ut credat uenturo. In somnio uidit, prædixit illi. Orat, inquit, igitur ne time. Et quare nõ dicit illi, quid factum sit? Erudit nos, ne prædicemus opera nostra. Imò & timentem uidens, neq; sic dixit, Ne sis infidelis: Sed quid? Surge, uade. Vidit enim in uisione uirum qui imposuit illi manus.] Ideo, in uisione: quia cæcus erat. Et neque miraculi excellentia rapuit discipulum: ita metuit. Attamen per illum, Paulum cum esset cæcus, uidere deus fecit. Dixit autem dominus ad illum, Vade, quia uas electionis mihi est hic, ut portet nomen meum corã gentibus & regibus filiorum Israel. Ego enim monstrabo illi, quãta oporteat eum pro nomine meo pati.] Non solũ fidelis erit, inquit, sed & doctor, & magna dicendi libertate utetur. Coram gentibus ac regibus.] Ita crescet doctrina, inquit, ut & populos & reges omnes uincat. Abijt autem Ananias, & in

Universidad de Deusto
Biblioteca

gressus est in domum, & positis super illum manibus, dixit, Saul frater, dominus misit me, Iesus qui apparuit tibi in uia qua ibas, ut respicias, & implearis spiritu sancto.] Statim illum familiarē facit nomine: Iesus, inquit, qui apparuit tibi in uia. Porrò hoc non dixerat illi Iesus, sed à spiritu sancto didicerat. Et statim deciderunt ab oculis illius tanquam squamæ, uiditq; statim, & surgens baptizatus est, & cibo sumpto conualuit.] Solum illi manus imposuit, & statim squamæ ab oculis illius deciderunt. Has quidam dicūt cæcitatis illius fuisse causam. Et quare nō excęcauit illius oculos? Hoc admirabilius erat. Nam & apertis oculis non uidebat id quod patiebatur à lege, donec nomen appositū est Iesu. Et statim, inquit, baptizatus est, & sumpto cibo conualuit.] Igitur infirmus factus erat, & exitinere, & ex metu, & ex ieiunio, & ex tristitia. Volens igitur illius augeri tristitiā, cęcum manere permisit, donec uenit Ananias: & ut ne quis putet, cæcitatem phātasiam esse, propter hoc erant squamæ. Igitur nō opus habebat alia doctrina: sed quod acciderat, doctrina erat. Fuit autē Saul cum his qui Damasci erant discipulis diebus tribus, & statim prædicabat Christum, q̄ hic est filius dei.] Vide statim doctor factus est in synagogis. non erubescebat mutationem, neq; formidabat destruere ea in quibus antea clarescebat. Non simpliciter erat doctor, sed etiam in synagogis. Ita ab initijs homo erat & occidens, & ad cædes compositus. Vides ut manifestum signū in illo factū. Hoc ipso & omes obstupefacere faciebat. Ideo & hoc manifestans addit, ac dicit: Attoniti autem sunt omnes qui audierant, dicebantq;: Nonne hic est qui expugnabat in Hierusalem inuocantes in nomine hoc? Et huc ideo peruenit, ut ligatos ducat ad summos sacerdotes. Saulus autē magis confortabatur, & confudit ludæos qui habitabant in Damasco, conuincens quòd hic est Christus.] Vt pote in lege edoctus obturabat illos, & non sinebat loqui. Liberatia Stephano, putarunt se liberatos ab huius rei disputatione, & nunc alium inuenerunt Stephano potentiorem. Sed uideamus iterum ea quæ de Ananía. Non dixit ad illū, Loquere, ac doce illum. Nam si quum dixisset, orat, & uidisset uirum impositis illi manibus, non credidit: multo magis si hoc dixisset. Vidit, inquit, in uisione. Et ita ne de hac re dubites, Ne igit timeas, sed uade. Sic neq; Philippus tūc totum statim audijt. Quia uas electionis mihi est hic. Ita agit qui timorem omnem excutit, & fidere persuadet, quando quidem de illo sensurus erat melius, quia & passurus erat. Vt autem dixit, uas: ostēdit quod non sit naturalis illius malitia. Electionis addidit, quo ostendat & probatū esse: nam quod probatum est, eligimus. Ne igitur quis hæc audiens, putet quòd non credens his quæ dicebantur, hæc dicat Ananías, uel putet delusum Christū. Absit. Sed timens ac tremens neq; attendebat dictis, audito nomine Pauli: ita corripuerat metus illius animam, uel solo nomine audito. Quamuis quum audisset quòd excæcasset illum, oportebat fidere. Et huc ob istue ipsum, inquit, uenit, ut omnes inuocantes nomen hoc ligaret. Quasi diceret, Timeo ne fortasse me in Hierusalē ducat. Quid me proijcis in os leonis? Quur me huic prodis? Timens hæc dicit, ut discamus undiq; uirtutem uiri. Nam hoc à ludæis dici, haud mirum fuerit: at quòd ab hoc & tam territo, maximum esse indicium uirtutis diuinæ ostenditur. Saul frater, hic & timor factus est magnus, & obedientia maior post timorem. Deinde postquā uas electionis dictus est, ut ne dicas totum esse dei, abducens te ab hoc, apponit quod sequitur, dicens: Vt portet nomen meum coram gentibus & regibus, filijsq; Israel. Audiuit quod ualde desiderauit Ananías, qd & ludæis oppositurus se esset. Ideoq; non solum gaudio, sed & fiducia impletur. Ego enim ostēdam illi quę oporteat illū, p nomine meo pati. Hæc prædicens, simul inhortatur. Nam si ille tanta passurus est, qui adeò insanijt, tu illū ne baptizare quidē uis, ut uideat? Bene habet, inquit, sine illum cæcum esse: propter hoc nunc mansuetus est, quia cæcus est: quid me iubes illius aperire oculos, ut iterum liget? At ne timeas. Apertione enim non contra nos, sed pro nobis utetur. Ad illud ut respiciat, insuper & hæc adijciantur: Ne timeas. Nihil faciet uobis graue, sed etiam patietur multa. Et hoc sanè admirabile, q̄a prius patiet, & tunc incidet in pericula. Saul frater, dominus Iesus qui apparuit tibi in uia, misit me. Nō dixit, qui excęcauit: sed qui apparuit. Ita solebat modeste & nihil insolentius loqui. Igitur sicut Petrus curato cęco dicebat, Quid in nos intenditis, quasi nostra uirtute uel pietate fecerimus illum ambulare? Ita & hic, Iesus qui apparuit tibi, qui tū imponeret manus hæc loquebatur, & duplex cæcitas soluebat. Vbi autem dixit, quod sumpto cibo conualuit, declarauit quòd infirmatus fuerit nimio mœrore, cęcitate, timore & fame. Neq; antea cibum sibi dari permittebat, donec baptizatus magnorum donorum particeps factus est. Et non dixit Iesus crucifixus ille, filius ille dei qui signa facit. Sed quid? Ille qui apparuit tibi, ,,pter ea quæ illi nota erāt: quoniam & Christus ipse nihil amplius apposuit, neq; dixit, Ego sum crucifixus ille qui surrexi: sed, quē tu persequeris. Non dixit, quem persecutus es, ut ne putetur ei quasi insultare ac illudere. Qui apparuit tibi, inquit, in uia. Verūtamen non apparuit, sed per opera uisus est. & uolens sermonis molestiam mitigare, statim addidit, ut uideas & implearis spiritu sancto. Nūquid quod factū erat improperabat? Nō. Sed daturum se gratiam, inquit. Mihi uidetur & hunc & Cornelium statim quum dicerentur hæc ad illos, spiritus sancti gratiæ factos esse participes: tametsi hic is qui dedit, non fuerit unus ex duodecim. Ita nihil uel humanum ex omnibus quę in illo, uel per hominem factum est: sed deus aderat, qui hoc faciebat. Interim autem & illum erudit, ut modeste se gerat, nō ducens illū ad eximios apostolos. Et ostendit quòd nihil hoc loco humanum, neq; tunc assequutus est spiritū qui faciebat signa, ut & sic fides illius ostendat: non enim miracula fecit. Et statim, inquit, in synagogis prædi-

prædicabat Christum, quòd hic est filius dei. Non quòd surrexit, prædicauit: neque quòd uiuat. Sed quid? Valde euidenter exponebat hoc dogma, q̄ hic est filius dei. Qui autem hæc audiebant, adhuc in incredulitate persistebant. Oportebat aūt non credere solū, sed etiam obstupescere. Et quare nā non simpliciter quòd persequutor fuerit, dicunt: sed quòd expugnet inuocantes nomen hoc? Val de furibundum per hoc declarabant: & non dicebant Iesum, præinuidia, neq; nomen audire sustinentes, ita erant exasperati. Et huc propterea uenit. Non possumus dicere, inquit, quòd prius cum apostolis fuerit. Vide quomodo per multa testificatio fit, ipsum Paulum esse ex numero hostiū. At ille non solū non confundebatur propter hoc, sed & gloriabatur. Saulus autem magis corrobora batur, & confundebat ludæos.] Hoc est, ora eorum obturabat. Confirmans quòd hic est Christus.] Docebat, inquit: doctor enim statim erat.

Vt autem impleti sunt dies, sat multi cōspirauerunt ludæi ut occidei ēt illum.] Iudæi ad ualidum syllogismum redeunt. Non enim iam sycophātas & accusatores & falsos testes inquirūt. Neq; enim ultra illos ferunt. Postea illi per seipsos hoc faciūt. Nam quoniam uidebant rem augeri, neq; iudiciū adhibent. Innotuerunt autem Saulo insidiæ illorum, obseruātes portas dies ac noctes, ut occidāt illum.] Quare? quia signum hoc iam factum præ omnibus intolerabile erat, etiā eo quòd quinq; & tria millia crediderāt, & in summa, omnibus. Et ui de illum iam nō gratia seruari, sed humana sapientia, ut discas uirtutē uiri, etiam absq; miraculis clarescentis. Discipuli autem acceperunt illum noctu, & dimiserunt per murū submittentes in sporta.] Meritò ut res suspicione careat. Quid igitur? Postquam graue periculum effugit, nunquid cessat? Minime: sed uadens hinc, magis illos accēdit. Nam quòd uere crediderat, multi adhuc non credebant. Propter hoc post dies sat multos hoc fit. Quid ita? Verisimile illum nondum uoluisse inde proficisci, multis forsan admonētibus. Vbi autem hæc didicit, tūc permisit discipulis suis. Etenim ita tim habebat discipulos. Hoc insinuans dicebat, præfectus Arcæ regis custodiebat ciuitatem apprehendere me uolens. Et uide Euangelistam nihil superbe dicentem, neq; claritudinem Pauli indicantem, sed solū q̄ instigarunt regem. Illum igitur solum emiserunt, & nullum cum illo, idq; perquàm utiliter, ut ipse apostolis in Hierusalem se ostendat: imò illi quidem emiserūt, ut deinde ipse sibi adesset, & se seruaret. Ipse uero contrarium faciens, ad insanientes statim transiit. Hoc est accensum esse, hoc est magis feruere. Et considera quomodo sequitur. A primo statim die seruat præceptum quod audierāt apostoli, Nisi quis tulerit crucem suam, & sequatur me. Igitur qui post alios uenerat, magis quàm alij feruebat, & opere implebat illud: Cui dimittit multū, magis diliget. Vnde quo posterius uenit, hoc magis dilexit. Et propter hoc etiam priorem uitam suam fugillans, sæpe ipsum notabat, nihil satis esse putans ad priora occultanda. Confirmans, inquit, hoc est, cum mansuetudine docens. Et uide quòd nō dicunt illi, Tu es qui expugnas, quare mutatus es? cōfundebantur enim, sed inter seipsos dicebāt. Dixisset enim, & multo iustius: Hoc uos maxime docere oportebat, quoniā & apud Agrippam sic rationē reddit.

MORALE.

Hunc imitemur oro & nos, & contra omnia pericula simus parati. Et quomodo, inquit, ille fugit? Non erat opus timoris, sed seruabat seipsum uerbo. Si timidus fuisset, non uenisset in Hierusalem, neq; statim suscepisset doctrinam, remisisset alacritatem. At qui non erat timidus, sed prudens, & temporis obseruator, edoctus passione Stephani. Proinde non putabat magnum mori pro prædicatiōe, nisi cū magno lucro hoc fiat: homo neq; Christum uidere uolens, quem maxime omnium uidere cupiebat, quoniā nondum suū erga homines ministeriū impletum erat. Talem oportet esse Christiani animā. Statim ab initio & ianua ostēdebatur Pauli effigies, imò & antea per ea quæ nō secundum scientiā faciebat, sed humanā ratione motus. Nam quum post tantum tempus noluit dissolui, multo magis in initio negociationis nuper è portu egressus. Non eripit autem illum periculo Christus, sed permittit, quoniam uult etiam humana industria pleraque fieri. Et aliter. Permittit ut discamus quòd & illi homines fuerint, & quòd non ubique gratia operabatur: alioquī si hoc non fuisset, simpliciter habiti essent stipites, propter hoc & illi in multis dispensabant & operabantur. Hoc & nos faciamus & ita fratrum salutem optemus. Hoc non minus fuerit martyrio, nihil deprecari pati propter multorum salutē. Nihil adeo lætificat deum. Iterum dicam, quod sæpe dixi, quoniam ualde istud uelim, quoniam & Christus faciebat, de remissione admonens, ac dicens, Quando orueritis uos, remittite si quid cōtra aliquē habetis. Iterum Petro loquens, inquit, Nō dico tibi, quòd remittas solum septies, sed usq; septuagies septies. Et operibus remisit, quæ in illum delicta sunt. Sic sanè & nos, quoniam scimus scopū Christianissimi esse, semper de illo loquimur. Nihil frigidius Christiano, alios nō seruante. Non potes hic paupertatem dicere. Quæ enim duo minuta dederat accusabit. Et Petrus dicebat, Argentum & aurum non habeo. Et Paulus ita erat pauper, quòd & sæpe esurierit, & necessario alimento habuerit opus. Non potes ignobilitatem dicere, etenim etiam illi ignobiles fuerunt & ex ignobilibus. Non potes prætexere, quòd idiota sis, nam & illi enim illiterati. Licet seruus sis, licet fugitiuus, poteris quod tuum est implere: quando quidem & Onesimus talis erat: sed uide quòd illū uocet, & in quan tam dignitatem prouehat. Vt cōmunicet mihi, inquit, in uinculis. Non potes infirmitatem dicere, quoniam & Timotheus talis erat, frequentes habēs infirmitates. Quòd autem infirmus fuerit, audi, Vino modico utere propter stomachū tuum, & frequentes infirmitates tuas. Potest unusquisq; proximo suo prodesse, si uoluerit quod suum est

Matth. 10

Matth. 6

ad Phil. 1

1. Tim. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

implere. Non uidetis arbores steriles quòd sint ua A
lidæ, quomodo pulchræ, proceræ, leues ac sublimes? At si hortū haberemus, uellemus malagranata & oliuas habere frugiferas, & multo magis ꝙ illas. Illæ etenim ad uoluptatem magis sunt, ꝙ ad utilitatem. Et utilitas autem parua quędam est. Tales sunt qui solum considerant ea quę sua sunt, imò neq; tales: nam hi ad incendium parati sunt, alioquí illæ etiam ad ædificium & ad rerum securitatem. Tales fuerūt etiam uirgines, castæ quidem & ornatæ ac modestæ: at nulli utiles, ideo & exuruntur. Tales sunt qui nō pauerunt Christum. Vide enim horū nulli improperari sua peccata, nō ꝙ scortati sint, nō quòd peierarint, nihil omnino, sed quòd alteri non fuerint utiles. Talis erat qui talen
tum defoderat, irreprehensibilē quidem exhibēs B
uitam. Qui autem alij non est utilis, dic mihi quomodo erit Christianus? Si fermentum commixtum farinæ, non commutauerit totum in alium habitum: nunquid fermentum tale est? Quid etiam si unguentum non implerit odore accedentes, unguētum' ne dicemus? Ne dicas impossibile est mihi adducere alios: nam si fueris Christianus, impossibile est ut hoc non fiat. Nam sicut ea quæ in natura contradictionē non habent, ita etiam hęc. Etenim in natura Christiani situm est hoc, ne afficias contumelia deum. Si dixeris quòd sol non potest lucere, contumelia illum affeceris. Si dixeris quod Christianus non potest prodesse, contumelia affeciſti deum, & mēdacem dixeris. Facilius enim est quòd sol non calefaciat, neq; luceat, quàm Christianum non lucere. Facilius est lucem esse tenebras, quàm hoc fieri. Ne igit' dicas quòd sit impossibile. Impossibile enim cōtrarium est. Ne igitur contumelia afficias deum, si quod nostrum est recte perfecerimus, omnino erunt illa, & quasi naturale quoddam opus sequetur. Nō potest latere lux Christiani, nō potest occultari lampas tam clara. Itaq; ne simus negligentes. Etenim sicut à uirtute lucrum ad nos, & ad eos qui utilitatem capiunt, transit: ita & à malitia duplex damnum, & in nos, & in eos qui offenduntur, uenit. Sit quispiā, si uis, idiota, innumera à quodam passus, & nō illum ulciscatur, sed & benefaciat. Qua doctrina hoc non fuerit ualidius, quibus sermonibus, quibus admonitionibus? quem furorem extinguere & suffoca D
re nō ualeret? Itaq; hoc scientes, possideamus uirtutem, eo quòd non possumus aliter seruari, quàm cum his bonis operibus hanc uitam perficientes, & ut futura bona assequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cū quo patrí simul sanctoq; spiritui gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

VT AVTEM SAVLVS VENIT HIERV salem, tentauit adhęrere discipulis, & omnes timebant illum, non credentes ꝙ esset discipulus. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad apostolos, & narrauit illis quomodo in uia uiderit dominum. Homilia XXI.

RECTE hoc loco dubitatur, quomodo in epistola quidem ad Galatas di Gal. 1
cit, Non abij Hierusalem, sed in Arabiam & Damascū, & quòd post tres annos ascēderit, ut uideret Petrum. Hic uero contrarium dicit, quòd Barnabas duxerit illum ad apostolos. Vel igitur hoc dicit, Nō abij ut moram facerē. Dicit enim illic, non acquieui carni & sanguini, neq; abij ab eos qui ante me erant apostoli. Vel si non hoc, quia insidiæ erant in Damasco, postquam ille uenit ab Arabía factū est, inquit. Deinde iterum ascendit postquam inde uenisset. Sanè ipse non abijt ad apostolos, sed discipulis adhærere tentabat, utputa non doctor, sed discipulus existens. Igitur non propter hoc ascendit, ut abiret ad eos qui ante se: neq; enim abillis quícquam didicit. Vel hunc ascensum non dicit, sed relinquit, ut sic accipiamus: abijt in Arabiam, deinde uenit in Damascum, postea in Hierusalem, postea in Syriam. Vel si nō hoc, iterum sic ascēdit in Hierusalem, dein in Damascum, emissus deinde in Syriā, postea in Damascū iterum, mox in Cæsaream, & tunc post quatuordecim annos, fortè quando fratres adijt cum Barnaba. Vel si nō hoc, aliud dicit tēpus: historiographus enim multa succidit, & multa tempora congerit. Vide quomodo non est ambitiosus, neq; narrat uisionem illam, sed præterit. Iterum autem sic incipit, ac dicit:

Cum uenisset autem in Hierusalē, tentauit adhærere discipulis qui timebant illum.] Et ex hoc iterum feruorem Pauli ostendit, non ab Anania, neq; ab his qui illic admirabantur eum, sed ab his qui Hierosolymis erāt: neq; enim hoc humanę expectationis erat. Et uide illum nō ad apostolos euntem propter modestiā, sed ad discipulos, utpote discipulum existentem, nondum enim fide dignus putabatur. Barnabas autem assumens illū duxit ad apostolos, & narrauit illis quomodo in uia uidisset dominum.] Barnabas ille mitis quidam & mansuetus homo erat. Filium autem consolationis interpretari quis posset ex nomine, unde & amicus Paulo factus est. Quòd autem ualde commodus erat & facilis, hoc ex his quæ in manibus, & quæ cum Ioanne aguntur, manifestū est: & propterea hic non metuit, sed narrat quomodo in uia uiderit dominū, & quòd locutus sit illi, & quomodo in Damasco libere egerit in nomine domini Iesu. Verisimile enim quòd ille etiam in Damasco audierit de illo: ideo & hæc tanquam præparatoria facit, operibus confirmans ea quę dicta erāt.

Et cum illis uersabatur Hierosolymis, libere loquens in nomine Iesu. Et loquebatur & disputabat cum Græcis.] Quoniam discipuli metuebant illum, apostoli uero non credebant illi, propterea metum illorum tollit. Loquebaturq; & disputabat cum Græcis. ἑλληνιστὰς Græcos dicit, qui græce loquebantur: idq; ualde sapiēter. Neq; enim uidere illum uoluerunt Iudæi: quidā uero etiam conabantur eum occidere. Magnæ alacritatis uictoriæq; potētis hoc indicium erat, etiam illos ualde mœstos factos ob id quod acciderat. Vt autem cognouerunt fratres, deducū illum Cæsaream.] A
Propter timorem hoc faciunt. Metuentes enim, ne postea idē cum illo fiat, quod cum Stephano deduxerunt illum Cæsaream & emiserunt Tarsum. Licet propter metum, attamen emittunt, simul & prædicaturum, & lecuriorem futurum in sua patria. Vide autem oro, quomodo nō omnia gratia fiūt, sed permittit illos deus etiam propria sapientia multa moderari ac facere, humano more. Si enim ab ipso factū est hoc, multo magis ab illis. Permittit hoc ut ignauorum prætextum auferat. Itaq; ecclesiæ per totam Iudæam & Samariam habentes pacem ædificabantur, & ambulabant in timore domini, & consolatione spiritus sancti implebantur.] Vt igitur ne quis ex timore hoc factum putet, prius, ut habuerint ecclesiæ, B
narrat, ostendens quòd persequutionis tempore Hierosolymis erat: ubi autem res ecclesiæ ubiq; in pace, tūc postea & Hierusalem relinquit: adeò feruens & alacer erat. Non enim quoniam pax erat, putabat nihil opus suo aduentu. Et propter quid, inquit, hoc facit, & uenit quum esset pax, & postquam Paulus abijt? Quia istos reuerebantur maximē, utpote sæpius cōmendatos, & multitudini admirabiles, illum autem contemnebant, & magis in eum duri erant. Vidisti quomodo pax bellum sequuta? imò uidisti quid fecerit bellum istud? Dispersit pacem facientes per Samariam, cōfusus est Simon in Iudæa, Sapphira punita est. Igitur non quia pax erat, remissiora erant negocia, sed talis erat pax, ut & consolatione haberet C
opus. Factum est quum Petrus transiret per omnes, descendit etiam ad sanctos qui habitabāt in Lydda.] Quemadmodum dux in exercitu obambulans considerabat, quæ pars sit coadunata, quæ ornata, quę suo aduentu egeat. Vide ubique illum circumcursare, & primum inueniri. Quando eligendus apostolus, hic primus: quando loquendum Iudæis, non apostolos esse ebrios: quādo curandus claudus, quando concionandū, hic præ aliis est: quando agendum contra principes, quādo contra Ananiam, quando ab umbra sanationes fiebant, hic erat. Et ubi quidem erat periculum, hic: & ubi moderatio. ubi autem tranquillitate res erant plenæ, communiter omnes. Sic non exigit honorem maiorem. Iterum quādo fieri mi- D
racula opus erat, ipse prosilit. Et hic iterum ipse per se laborat, ac iter facit. Inuenit autem illic hominem quendam Æneam nomine ab octo annis decumbentem in lecto, qui erat paralyticus, & dixit illi Petrus. Ænea, sanat te Christus: surge & sterne tibijpsi. Et statim surrexit.] Et quare nō expectauit fidem uiri, neq; interrogauit, uis sanus fieri? Maxime igitur ad multorum cōsolationem factum est hoc miraculum. Itaq; audí quantum lucrum. Subdit enim dicens, Et uiderunt omnes qui habitabant Lyddam & Assaronem, quot quot conuersi erant ad dominum.] Bene sic dixit. Insignis enim uir erat, unde argumentum dat signi, ut tollat lectum. Etenim non solum ab infirmitatibus liberabāt, sed etiam cum sanitate uires conferebant. Et aliter: Et tunc nondum indicia suæ uirtutis exhibuerant: & ita merito non exigebatur à uiro fides. Itaq; quemadmodum Christus incipiens à signis nō exigebat fidem, sic neq; illi. Nam in Hierosolymis quidem, merito fides illorum prius exigebatur, unde & propter fidē, quot quot morbis obnoxij erant, in uiam exponebantur, nempe ut uenientis Petri uel umbra quempiam illorum obumbraret: multa enim facta erant illic signa. Hic autem hoc primum contigit. Nam signa quædam fiebant, ut allicerētur alij, quędam uero pro credentium cōsolatione. In Ioppe autem erat discipula quædā nomine Tabetha, quæ si interpretetur quis, dicitur Dorcas. hæc erat plena operibus bonis & eleemosynis quas faciebat. Factum est autem in diebus illis, quod quū ægrotasset illa, mortua est. Lotam autem illam posuerunt in cœnaculo. Quia autem prope erat Lydda Ioppe, audientes discipuli quòd Petrus esset in illa, miserunt duos uiros obsectātes, ne differat uenire usq; adse.] Quare expectauit ut moreretur? quare nō & ante hoc Petrus rogatus? Indignum censebant, pro talibus discipulos solicitos esse, & à prædicatiōe auellere. Quoniam & propter hoc dicit, quòd propè erat: et ita mōstrat, quod ut rem superuacaneam hoc petijssent. Discipula enim erat. Surgens autem Petrus uenit cum illis, quē, ut uenit, adduxerunt in cœnaculum.] Nō orant, sed illi permittunt, ut à seipso uitam illi concedat. Ita hīc impletur, quòd eleemosyna liberat à morte. Et steterunt circa illum omnes uiduæ ploran C
tes, & monstrantes tunicas & uestes, quas fecerat Dorcas quum esset cum ipsis.] Ducunt Petrum eò ubi sita erat mortua, fortasse putantes aliquid illi ad doctrinam dari. Vidisti quantum argumentum factum? Non simpliciter autem additum est nomen mulieris, sed ut discamus quòd habuerit nomē ex re, ita uigilans ac sobria ut Dorcas. Multa em̄ nomina singulari dispēsatione indita sunt, ut sępe uobis dixi. Plena erat, inquit, operibus bonis & eleemosynis quas faciebat, Magnum mulieris encomium, quandoquidem utraq; sic faciebat, ut utrisq; plena esset: manifestum autē ꝙ primum illorū, ac tum demum huius curā gerebat. Quas fecerat, inquit, Dorcas quū adhuc esset cū ipsis. Multa humilitas: non em̄ sicut nos agebant, sed cōmuniter omnes erāt, magnam eleemosynę habentes rationē. Ejectis autē foras omnibus, Petrus posuit genua ac orauit, & cōuersus ad corpus dixit, Thabeta surge. Illa autē aperuit oculos suos, & uiso Petro resedit.] Curnā omnes ejcit? planè ne lacrymis eorum conturbeī ac cōfundatur. Et positis genib. orauit.] Hoc indiciū erat attentæ & ordinatæ orationis. Et apprehēsa, inquit. manu.] Hīc ostendit per partes, primo uitā, deinde uirtutē quæ inducebat: illā per uerbū, hāc per manū. Data aūt illi manu excitauit illā, & uocatis sanctis ac uiduis cōmendauit illam uiuentē. Alijs quidem ad cōsolationem, quòd accepissent sororē, & quòd uidissent miraculū: alijs autem ut præesset. Notum autem factum est per totam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioppen, & multi crediderunt in dominũ. Factum est autem, quum mansisset ille sat multis diebus in Ioppe apud Simonẽ quendam coriarium.] Vide humilitatem ac mansuetudinem Petri, q̃d non apud hanc manet, neq; apud alium quendam insignẽ, sed apud coriariũ: per omnia nos in humilitatem inducẽs, & neq; uiliores cõfundi permittẽs, qui & propter hoc censuit transeundũ, quoniam illius doctrina opus habebãt credentes, Videamus iterũ quæ supra dicta. Tentabat, inquit, adhęrere discipulis. Non impudenter accessit, sed submisse. Discipulos aũt uocat etiam eos, qui nõ erãt in choro duodecim, eo q̃ omnes tum propter exi A
miam uirtutem discipuli uocabantur. Erat ẽm manifesta illorũ imago. Et omnes timebant illum, inquit. Vide quomodo metuebãt discipuli, quomo B
do adhuc metus uigebat. Barnabas aũt apprehẽsum illũ duxit ad apostolos, & narrauit illis. Mihi uidetur Barnabas antea illi fuisse amicus. Ideo & omnia narrat, quæ illi cõtigerant. Nihil aũt horũ ille dicit: opinor aũt q̃ & ad alios hoc non protulisset postea, nisi quædam fuisset necessitas. Et uersabatur cum illis in Hierusalem, libere loquẽs in nomine domini Iesu. Hoc et alijs dabat fiduciam. Vides & illic & ibi alios parantes & urgentes ut ille abiret, & nusquã eum seruari diuinitus. Itaq; illius ostẽditur alacritas: & non uidetur mihi terrestre iter facere, sed iam nauigare: & id quoq; singulari dispẽsatione fit, ut ipse & illic prędicet. Vnde & insidiæ Iudæorũ, & ipsius aduentus in Hierusalem, similiter singulari dispensatione non caC
ruit, ut credibilia magis fierent, quæ ei acciderãt. Loquebaturq; & disputabat cum Græcis. Et habentes, inquit, pacem ecclesiæ ædificabanť, et ambulabant in timore domini: hoc est, creuerunt, & etiam inter seipsas ueram habebant pacem. Meritò: nam multum afflixerat eos externum bellum. Et consolatione spiritus sancti implebantur. Cõsolabatur illos spiritus & per miracula & per opera, & absq; illis unumquenq; per se. Factũ est autẽ quum Petrus transisset, ut descenderet in Lyddã, inuenit illic hominem decumbẽtem, ac dixit illi, Ænea sanet te Iesus Christus. Non hoc ostentantis, sed fidentis uerbũ est, q̃ futurũ esset. Mihi autẽ uidetur, q̃ huic uerbo credidit infirmus, & factus est sanus. Quod aũt absq; fastu factum sit, manifestum etiam ex sequentibus. Alioqui non dixisset, D
In nomine Iesu. nunc ut signum magis istud narrat. Viderunt autem qui habitabant Lyddam, & conuersi sunt ad dominum. Itaq; non frustra dixi, ut persuaderentur, & consolationem acciperent, facta esse miracula. In Ioppe autem erat discipula quædam, inquit, nomine Tabetha. Factum est autem in diebus illis, quòd illa infirma facta mortua est. Vides ubiq; signa fieri? nõ simpliciter mortua est, sed quum diu infirma fuisset. Ideo & Petrũ nõ uocant, donec defuncta est. Vbi uero audierũt discipuli, miserunt obsecrantes ne differret transire usque ad ipsos. Vide, per alios mittunt ac uocant. Ille autem obtemperat ac uenit: neq; pro indignitate habet uocatum esse. Tam magnum bonũ est afflictio. Hoc coniungit animas nostras. Nusquã planctus illic, nusquam lamentum. Lotam illam, inquit, posuerũt in cœnaculo. Hoc est, omnia curarunt,, quæ solent apud mortuũ fieri. Surgẽs aũt Petrus, uenit cũ illis, & ascendens in cœnaculum positis genibus orauit, conuersus q̃ ad corpus dixit, Tabetha, surge. Non omnia permittit deus ea dem facilitate fieri: Hoc autẽ illis prodest. Non enim solum curabat salutem aliorum, sed etiam illorum. Enimuero qui tot curarat umbra, nũc tanta facit ad excitãdam illam. Interdum etiam fides accedentium cooperatur. Hãc igitur primã mortuã excitat, uocans nomine. Quæ & quasi ex somno expergefacta, primum aperuit oculos: deinde statim conspecto Petro resedit, & tandem contaB
ctu manus firmatur. Tu autem oro, uide lucrum, quomodo iterum fructus sit, & nõ ad ostentationem. Sanè propter hoc & omnes foras eiecit, magistrum etiam in hoc imitãs. Vbi enim lacrymæ, tale mysterium perfici nõ debet, imò ubi miracula, ibi abesse decet lacrymas.

MORALE.

Audite oro, quamuis non tale quiddam sit, tamen & in his qui nunc moriuntur magnũ perficitur sacramentum. Dic aũt oro, si sedẽtibus nobis mittat rex aliquem, uocans in regna: plorandúm ne erit ac lacrymandum? Angeli è cœlo ueniunt illinc missi, ab ipso rege, ut cõlerum suũ uocent, & tu plorας? Nõ uides quale sacramẽtũ est quod fit? quam terribile ac horrendum, & uere hymnis ac gaudio dignum. Vis discere, ut scias q̃ non sit lacrymarum tempus? Hoc diuinæ sapientiæ maximum est mysteriũ. Nam quemadmodũ domo sua relicta pergit anima ad suũ festinans maritum ac dominũ, tu autẽ luges? Itaq; & nato puero hoc facere oportebat. Etem hic partus illo melior. Vadit enim ad aliam lucem, soluitur quasi à uinculo quodam, & quasi à certamine egreditur. Etiã, inquit, de probatissimis recte hæc dicis. Et quid ad te homor? Tu enim hoc neq; apud probatissimos agis. Dic oro mihi, quî de puello potes desperare, cuius gratia luges eũ? cur illũ nuper natũ? Etenim sicut ille, ita & iste se habet. Quare igit luges illũ? Nescis q̃ sicut sol mundus ascendit, ita & anima relinquens corpus cũ pura conscientia fulget clare? Non cũ tanto silẽtio uideri potest rex ascẽdens in ciuitatem, ut anima quæ reliquit corpus, & cũ angelis abit. Intellige quę sit anima, in quanto tunc stupore sit, in quãta admiratione & uoluptate. Quid luges dic oro? Non enim in peccatoribus hoc solũ facis. Vtinã hoc esset, & nõ prohiberẽ luctus. Vtinã talis mẽs esset. Hic luctus apostolicus est, hic luctus & dominicus. Plorauit eũ & Iesus Hierusalẽ. Vellẽ hac lege discerni luctus. Quando autẽ defuncti nomẽ ciens cõmemoras consuetudinẽ & curã: non propter hoc luges, sed simulas. Luge, plora peccatorẽ, & ego deducã lacrymas, & ego magis q̃ tu, quanto & maiori supplicio obnoxius ille, & ego plorabo tali animo. Nõ te autẽ solum oportet plorare, sed & ciuitatẽ totam, & omnes occurrentes, tanquã eos qui ad mortem

mortem ducuntur. Vere enim mors illa, mala est, A
mors peccatorum, & omnia confudit. Hic luctus sapientiæ est, multam q̃ habet doctrinam: ille autem pusillanimitatis. Si sic luxissemus omnes uiuentes, illos emendassemus. Quemadmodum igitur si remedijs potuisses mortẽ illam corporalem arcere, fecisses: ita et nunc, siquidem hanc lugeres mortem, uetuisses certe & super te & super illo luctum talem fieri. Nũc autem ænigma est quod fit, quũ sint multi qui possent prohibere hãc ne fiat, malũt factam lugere. Vere lacrymis digni, quando assistent tribunali Christi, qualia audient uerba? quantas res patientur? Frustra uixerũt hi, imò non frustra, sed etiam in malum. Et de illis tempe
stiue diceretur, Vtile erat illis si non fuissent nati. B
Quæ enim utilitas dic oro, tantum insumere tempus in malum tui ipsius capitis? Nam si frustra solum insumptũ esset, nõne satis fuisset damni? Dic oro, si quis mercenarius factus, uiginti annos perdat frustra, non plorabit & lacrymabitur, & uidebitur omnium miserrimus? Et hic quantum uitæ frustra insumpsit, neq; unũ diem uixit sibi, sed uoluptati, luxuriæ, auaritiæ, peccato, diabolo. Hoc igitur non plorabimus, dic oro? non tentabimus nos ab his periculis eripere? Est enim, si uoluerimus, illi leue facere supplicũ. Itaq; si preces pro illo faciamus continuas, si eleemosynam demus, & si ille indignus sit, nobis deus placatior erit. Si propter Paulum alios seruauit, & propter alios a- C
lijs parcit: quomodo non & propter nos istuc ipsum faciet? Ex illius opibus, ex tuis unde uolueris, iuua: instilla oleum, imò aquã: non potest suas eleemosynas ostentare, potest cognatorum. Nõ habet eas quæ factę sunt à se, sed habet factas pro se. Ita cum fiducia illum deprecabitur tunc uxor, pretium redemptionis pro illo deponẽs: quò pluribus peccatis fuit obnoxius, hoc magis opus est illi eleemosyna. Non propter hoc autẽ solum, sed quod neq; æqualẽ habet uim nunc, sed multo minorem. Non est enim par, quod quis ipse facit, & quod per alium facit. Itaq; quum minor sit, multitudine faciamus illam maximam, non circa monumenta, nõ circa sepulchra occupati simus. Assiste uiduas. Hæc erit sepulchralis cura maxima. D
Dic nomen, omnes iube pro illo facere supplicationes & preces. Placabit hoc deum, etiamsi non ab ipso factum sit, sed propter illũ alius autor sit eleemosynæ. Et hoc dogma est diuinæ misericordiæ. Viduæ circunstantes & lacrymantes, nõ solum à præsenti, sed etiam à futura possunt eripere morte. Multi utilitatem acceperunt ex eleemosynis & ab alijs pro se factis: nã licet nõ perfectam, attamen consolationem quandam inuenerunt. Quoniam si hoc non est, quomodo pueri seruantur? quamuis certe illi nihil afferunt, sed parentes totũ, & mulieribus donati sunt sæpius pueri. Multas nobis deus salutis dedit uias, modo ne negligamus. Quid igitur si quis pauper fuerit? inquit. Iterum dicam: multitudo eleemosynæ non ex his quæ dantur, iudicatur solum, sed etiam ex uoluntate: modo ne des minus quàm facultas tua potest, & totũ exquisieris. Quid igitur si solitarius fuerit, & peregrinus, & nullum habeat? Quare enim nullum habet, dic oro? Hoc ipso dat pœnã, quòd nullum ita amicum, ita uirtute prędituм habet. Itaq; hoc fit, ut licet ipsi nõ simus uirtute prædi
ti, curemus socios & amicos uirtute prædítos habere, & mulierẽ & filium quasi fructum, quendam etiam per illos habentes, paruum quidẽ fructum habentes, attamen aliquẽ: si curaueris, non diuitem, sed frugalem uxorem ducere, hac consolatione frueris. Similiter si operam dederis, ne diuitem filium relinquas, sed pium, ac filiam honestam, & si hac frueris consolatione. si hæc curaueris, & ipse talis eris. Et hæc pars uirtutis est, quòd tales elegeris & amicos, et uxorem, ac filios. Non frustra oblationes pro defunctis fiunt, nõ frustra preces, non frustra eleemosynæ. Hæc omnia spiritus disposuit, uolens ut nos mutuum iuuemus. Vide enim: utilitatẽ accipiet ille per te, & tu per illum. contemptis opibus inductus es ad faciendũ aliquid generosum: & tu illi salutis, & ipse tibi eleemosynæ factus est autor. Ne dubita, quia crit aliquis fructus suauis. Non temere diaconus clamat: pro his qui defuncti sunt in Christo, & pro his qui illorum memoriam faciunt. Nõ diaconus est qui talem illam uocem emittit, sed spiritus: nõ sanctus inquam, sed donum. Quid dicis? In manibus est hostia, & omnia proposita sunt bene ordi
nata, adsunt angeli, adsunt archangeli, adest filius dei, cum tanto horrore astant omnes, astat illi clamantes omnibus silentibus, & putas temere hæc fieri? Igitur & alia temere, & quæ pro ecclesia, & quæ pro sacerdotibus offeruntur, & quæ pro plenitudine ac uniuersitate? Absit. Sed omnia cum fide fiunt. Quid tibi uidetur quòd pro martyribus offertur, quod inuocantur in illa hora. licet martyres sint, etiã pro martyribus offertur. magnus honor nominari domino præsente, dũ mors illa celebratur, & horrendum sacrificium, & ineffabilia sacramenta. Sicut enim sedente rege quæcunque quis uoluerit, perficit: ubi autem surrexerit, quæcunq; dicit, frustra dicit: Ita & tunc quamdiu proposita fuerint mysteria, omnib. honor maximus in memoria haberi. Vide enim: Annunciatur tũc sacramentum horrendum, quod pro mundo dedit seipsum deus, cum illo miraculo tempestiue memor est ille eorum qui peccarunt. Sicut enim quando regum trophæa statuũtur, tunc celebrantur quidem & quicunque uictoriæ socij fuerunt: dimittuntur autem qui sunt in uinculis per illud tempus. Vbi autẽ transierit hoc tempus, qui nihil assequutus est, nihil obtinet. Ita sanè & hic. Trophæorũ & celebrãdæ uictoriæ tempus est. Quoties enim, inquit, manducatis panem hunc, mor- 1. Cor. 11
tem domini annunciate. Itaq; ne simpliciter accedamus, neq; fortuitò hæc fieri putemus. Et aliter: Martyrum memores sumus, in fidem quòd non mortuus adhuc est dominus: idq; quia deuicit & occidit mortem, & hoc signum est illam esse mortuam. Hæc scientes consideremus, quantas consolationes possemus mortuis, pro lacrymis, pro

lamentis

Universidad de Deusto
Biblioteca

lamentis,pro monumentis, præstare:nempe elee A
mosynas, preces, orationes, ut & illi & nos assequamur promissa bona,gratia & misericordia unigeniti filij, cũ quo patri simul sanctoq; spiritui gloria,imperium,in secula seculorum,Amen.

Cap.X VIR AVTEM QVIDAM IN CAESAREA, nomine Cornelius,centurio,ex cohorte quæ appellatur Italica, pius ac timens deum, cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas populo,& orans deum semper.

Homilia XXI

HIC nõ erat Iudæus,neq; iuxta legem uiuebat,sed tamen iam tũ nostro more uitã agebat. Et uide duos iam credere,nempe Eunuchum à Gaza,& B
hunc, quum ambo sint in dignitatibus,magnamq; pro illis curam habitam. Verũ ne putes,quòd electi sint propter has dignitates. Minime:sed propter pietatẽ. Sane propter hoc dignitates sunt,ut maior pietas ostendatur. Mirabilius etenim,quando quis in diuitijs & potentia agens talis fuerit.Iam magna illius laus, qui tãtam peregrinationem susceperat, & neq; per illud tẽpus lectionem intermittebat, & Philippum quũ in curru ueheretur orabat, & multa alia. Magna autẽ & huius laus est, quòd facit eleemosynas ac preces, & pius est in tali principatu. Vnde & ab dignitate hac uirum notum reddit.Et merito, ne quis dicat,scripturarũ historiam fallere. Ex cohorte,inquit,quę uocabatur Italica.] Cohors est, C
quæ nunc uocatur Numerus. Pius ac timens deum,cum omni domo sua.] Hæc dicit,ne putes quòd propter dignitatẽ illius talia facta sint. Itaq; quando Paulũ adduci oportebat, minime angelus,sed ipse dominus apparet:neq; mittit illum ad aliquem duodecim apostolorũ,sed ad Ananiam. Hic autem secus fit.Præcipuum adducit, sicut & Philippum,attemperans se illorum infirmitati,& docẽs quomodo talibus uti oporteat. Quoniam & Christus ipse qui abijt,apparet sæpe ijs qui graiter patiuntur, & per seipsos accedere non possunt. Vide autem oro,hic iterum aliud eleemosynæ encomiũ,sicut illic in Tabetha. Vit, inquit, pius & timens deũ cum omni domo sua.] Audiamus nos quotquot domesticos negligimus. Hic autem & militum curam gerebat,& faciebat eleemosynam omni populo.Sic & dogmata & uita il D
lius recta fuerũt. Vidit in uisione manifestè, circiter horam nonam diei, angelum dei ingressum ad se,& dicentem sibi,Corneli.] Quare uidet angelum? Etiam hoc faciebat ad instructionem Petri,imò non illius,sed aliorum infirmorum.Nona autem hora,quãdo curis solutus, & quietus erat, quando in precibus erat & compunctione. Vt autẽ intuitus illum, timore correptus est, dixit.] Vide angelum non statim dicere ad quæ dicẽda uenerat,sed prius soluere metum, & mentẽ illius in sublime attollere.Etenim aspectu territus erat, sed metu moderato,duntaxat qui attentiorẽ redderet.Mox uerba metum soluũt, imò laus in illis dicta quæ formidinis asperitatem mitigabat. Au di autem & qualia uerba: Preces tuę ac eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam coram deo. Itaq; nunc mitte in Ioppen,et uoca Simonem qui agnominatur Petrus.] Ne ad alium ueniant, non à solo cognomine, sed etiam à loco manifestat uirum. Et ille est qui hospitat apud Simonẽ quẽdam coriarium,cui est domus apud mare.] Vidisti quomodo quia diligebant solitudines ac silentium, in secretiores urbium partes ingressi sunt? Quid igitur si cõtigisset & alium Simonem esse, eundemq; coriarium? Vnde & aliud signum habebat,quòd apud mare habitabat. Vix autẽ possibile erat tria illa uni competere. Et non dixit quare ne cõtristet illum:sed relinquit illum, ita ut desiderium habeat audiẽdi illum. Vbi uero abijt angelus,qui locutus est Cornelio,quum uocasset duos seruos suos,& militem pium, ex his qui manebant apud illum, & narrasset illis omnia, misit eos in Ioppen.] Vides quòd non simpliciter hæc dicit,sed ut ostendat, quòd etiam familiares eius tales essent? Et quum narrasset illis omnia,dixit.] Vide quàm alienus est à fastu. Nõ dixit, Vocate mihi Petrum: sed ita ut persuaderet,narrauit omnia.Idq; singulari ratione faciebat. Non enim uolebat id sola autoritate præcipere & accersere: idcirco nunc narrat, tam moderatus erat uir: tametsi nihil magnũ cogitari poterat de uiro qui apud coriarium diuerterat. Sequenti autem die quum illi in uia essent ac ciuitati appropiarent, ascendit Petrus in superiorem partẽ domus,ut oraret circa horam sextã.] Vide quomodo spiritus cõnectit tempora,et neq; citius neq; tardius facit hoc.Ascendit,inquit,Petrus in superiorem partẽ domus,ut oraret circa horã sextam, hoc est, seorsim,& in quiete,quasi in cœnaculo. Et quũ esuriret ac uellet sumere cibũ, parantibus illis irruit super eum mentis excessus,& uidit cœlum apertum.] Quid est ecstasis? Spiritualis, inquit, contẽplatio facta est in illo:quasi diceret quis, anima excessit è corpore. Et uidit cœlum apertum, & descendens ad se uas quoddam, uelut linteũ magnũ,quatuor initijs alligatũ submitti è cœlo in terram,in quo erant omnia quadrupedia terræ, bestiæq; & reptilia ac uolatilia cœli.Et facta est uox ad illũ,Surge Petre,macta & uescere. Ait autẽ Petrus, Nequaq; dñe,quia nũq; edi quicq; cõmune uel immundum. Et uox iterum secundo ad eum, Quæ deus purificauit, tu communia ne dixeris. Hoc autẽ factũ est tertio.Et rursum receptũ est uas in cœlum.] Quidnam hoc est? Symbolum totius orbis fit.Homo ille præputium habebat, & nihil cõmune cum Iudæis. Quoniam igitur accusaturi erant omnes Petrum, tanquam præuaricatorem, & hoc ualde illis frequens erat,necessario & tempestiue inquit,Nunquam comedi. Nunquid ipse timuerat? Absit.Sed spiritus ita moderabatur eũ, ut defensionem habeat contra eos qui reprehẽduri erant,quòd & contradixerit: nam magna cura illam legem seruabant.Ad gentes mittebatur, ut igitur & hi illum non accusent,sicut iam dixi,hęc

singulari

singulari dispensatione contigerunt,uel etiam ne A
uideatur spectrum quoddã esse,dixit: Nequaquam domine,quia nũquam edi cõmune uel immundum.Facta est autẽ uox ad illum, Quæ deus purificauit,tu ne communia dicas.] Hoc uidetur quidem ad illum dici, totum autẽ Iudæis dicitur: nam si magister increpatur,multo magis hi. Itaq; linteum hoc est terra:bestiæ autem in illo,gẽtiles. Macta uero & comede, significat quòd etiã illos accedere oportet. Tertio autẽ fieri, baptisma significat. Minime domine,nunquam comedi cõmune uel impurum.] Et quare,inquit, contradixit? Ne quis dicat, quòd tentauerit illum deus sicut Abraham,quando iussit ut filium hostiam offerret,sicut & Philippum quando rogauit, Quot Gen.22 Ioan.6
habetis panes? nõ ut discat,sed tentans illũ. Quin B
& in lege Moses distincte præceperat de mundis Deut.12
ac immũdis,tam in terra,q; in mari. Attamẽ neq; sic sciebat:adeò apud seipsum hæsitat Petrus,quę nam esset uisio illa quam uidisset. Ecce uiri qui missi erãt à Cornelio percontati de domo Simonis astiterunt ad ianuam. Et uocantes interrogabant,an Simon qui cognominaretur Petrus illic haberet hospitium.] Quoniã admiraretur ac dubitaret Petrus,ueniunt uiri tempestiue dubitationem soluentes.Quoniam & Iosephum prius permisit turbari,& tunc archangelũ mittit.Facile em anima solutionẽ accipit,quę prius dubitauit. Itaque nõ diutius permittit hæsitare,neq; antea,sed cõmodissimo tempore. Petro uero cogitãte de uisione,dixit spiritus ei,Ecce uiri quærunt te: Sur C
ge itaq; & descende,ac uade cũ eis nihil hæsitans. propterea quòd ego misi illos.] Est hic & alia defensio Petri ad discipulos,ut discant,q; & hæsitarit didicerit,q; non hæsitandum.Quia ego,inquit, illos misi. Vide quanta spiritus facultas.Quod autem facit deus,hoc spiritus dicitur facere. Verum angelus non sic.Sed primũ dicens, Preces tuæ ac eleemosynæ tuæ:tum inquit,mitte:ut ostendat q; illinc missus sit.Spiritus autẽ,quoniam dominus, Ego illos misi. Descendens autem Petrus ad uiros,dixit,Ecce ego sum quem quæritis, ob quam causam adestis? Qui dixerunt,Cornelius,Centurio,uir iustus,ac timens deum,& testimonium habens ab uniuersa gente Iudęorum,oraculo admo D
nitus est ab angelo sancto, ut accerseret te in domum suam,& audiret uerba abs te.] Dicunt laudes,ut persuadeant,quòd & angelus apparuit illi.Intro uocatos igit eos excepit hospitio. Vides unde initium fit gentiũ. A uiro pio,qui operibus dignus est habitus. Nam si offendũtur Iudæi quũ talis fuerit:si non fuisset talis, quid non dixissent? Introductos,inquit,illos hospitio excepit. Vide quãta securitas.Intus uocat, ne quid graue eis accidat,& fidenter uictitat cum illis. Sequenti uero die Petrus profectus est cum illis, & quidã ex fratribus Ioppensibus comitati sunt eum. Postridie uero introierũt Cæsaream.] Nobilis erat uir, & in præclara degebat ciuitate.ideo circa illũ omnia simul pulchre dispensantur: à Iudæa res accipit initium,uisio non dormienti, sed uigilanti interdiu se offert,circiter horam nonam.Ita caute se gerebat.Sed uideamus iterum quæ suprà dicta:

Et dixit angelus,Preces tuæ ac eleemosynæ tuę ascenderunt in memoriam coram deo.] Hinc manifestum,q; per uocem uocauit angelus,& ita uidit illum:q; si nõ uocasset,neq; uidisset.Ita quibus uacabat erat intentus. Et accersi Simonẽ qui Petrus cognominatur.Iam quòd ad utilia illum uocet manifestauit:qualia autem utilia hæc,non addidit.Sic neq; Petrus dicit totũ.Sed ubiq; sunt succisæ narrationes,ut audientes excitent: sic & Philippum solum uocat in solitudinem. Ascendit autem Petrus in superiorem partem domus, ut oraret circiter horã sextam,& cecidit super illũ mentis excessus,& uidet uas quoddam quasi linteum. Vide q; neq; fames cogit illũ accurrere ad linteũ. B
Vt autem non diu hæsitet, audit uocem dicentẽ, Surge Petre, macta & ede. Forsan positis genib. orabat ac uidebat uisionẽ. Mihi uidetur propter prædicationem hanc uisam esse. Quod autem diuinũ fuerit quod uidebat,manifestũ quia supernè id quod uidebat descendebat, & quia in excessu erat:q; autem uox inde afferebatur, & terfiebat, & cœlum aperiebatur,& quòd illinc ueniebat,& illuc rapiebatur,maximum indicium erat diuinitus id fieri.Quare autem hoc fit? Propter eos quibus erat narraturus.Quia ipse iam audierat.In ui- Matth.10
am gẽtium ne abieritis.Et ne mireris.Si enim circũcisione & sacrificio Paulus habebat opus,multo magis tunc in principio prædicationis,quũ essent adhuc infirmiores,illis egebant. Et ecce uiri, C
inquit,missi à Cornelio astabant ad ianuã, et uocantes,rogabant an Simon,qui cognominat Petrus,illic habeat hospitiũ? eo q uilis domus erat infrà rogabant,nõ uicinos. Petro autem cogitante,dixit ei spiritus:Surge,descende,& uade, nihil hæsitans,eo q ego misi illos. Vide,non dixit,Propter hoc em uisio apparuit tibi:sed ego misi illos: ostendens parendum, etiamsi rationem mandati nesciat.Sufficit enim illi pro omni ratione audire ab illo,Fac hoc,loquere hoc:et nihil amplius quę rere.Descendens autẽ Petrus dixit,Ecce ego sum quem quæritis. Cutnam non statim illos suscipit, sed quærit? Vidit milites esse qui astabãt. Ideo nõ simpliciter rogat,sed prius confessus esse se quem quærebant,quærit causam aduentus, ut ne putetur propter hoc quærere, quasi uelit seipsum occultare. Et rogat, ut siquidẽ opus, statim festinet & simul eat.Si autem minus,ut hospitio excipiat. Quare autem illi dicũt, Accersit te in domũ suã? quia hoc illis præcepit.Fortassis autẽ & quasi rationem pro illo dantes dicunt:Boni consule,non quasi contemnens misit, sed sic iussus est facere. Cornelius autẽ expectabat illos, cõuocatis cognatis suis & necessarijs amicis. Meritò:non em iustũ fuisset etiã cognatos & amicos nõ simul adduci.Et alioquin illi præsentes melius erãt auditurí.

MORALE.

Vidistis quãta eleemosynæ uirtus,& in priore, & in presenti sermõe.Illic tẽporali morte liberat, hìc ab æterna, & ianuas cœli aperit. Vide etiam

quanti

Universidad de Deusto
Biblioteca

quanti fiat quòd credat Cornelius, ut & angelus A
missus, & spiritus operatus, & princeps apostolo
rum accersitus, uisionemq; talẽ uidit, & nihil om-
nino intermissum est. Quot fuerunt Centuriones
& tribuni & reges, & nullus horũ assequutus est
quæ ille. Audite omnes qui in militia estis, qui re-
gibus assistitis. Pius erat, inquit, ac timẽs deũ.]
Et quod maius, Talis erat cũ omni domo sua.]
Ita erat huic rei intentus ac affectus, ut non solum
sua bene constitueret, sed etiam in ministris suis i-
stuc ipsum faceret. Nõ enim sicut nos qui omnia
facimus, ut nobis reuerentes sint famuli, at ut pij
non ita. Hic uero nõ sic, sed cum omni domo sua
deum timebat: nõ solum quasi cõmunis pater eo
rum qui cum ipso erant, sed etiam militum qui ei B
suberant. Audi autem & quid aliud dicunt. Ne-
cessario enim appositum est quòd testimoniũ ha-
bebat ab omni populo, ne quis dicat: Quid tum,
quando præputium habet? Et illi, inquit, testimo
nium ei dant. Igitur nihil eleemosynæ par est. Imò
tam magna rei uirtus est, quãdo ex penuarijs pu-
ris profunditur, ut ea quæ ex iniustis promuntur
comparentur luto, immisso in fontem: quę autem
ex iusto lucro, flumini quod pellucidũ & purum
in horto, dulce quidem aspectu, dulce etiam con-
tactu, releuans ac refrigerans in meridie. Iuxta
hunc fontem, non pini & quercus, neq; cypariſſi:
sed plantæ illis multo proceriores, amor dei, laus
hominum, gloria quæ in deo, beneuolẽtia ab om C
nibus, peccatorum abolitio, multa fiducia, opum
contemptus: Eleemosyna autem per quam chari
tatis planta nutritur. Nihil enim ita charitatem fo
uere solet, ac dum quis se misericordem exhibet.
Hic ramos in sublime erigi facit. Hic melior fons
eo qui est in paradiso, non in quatuor diuisus ini-
tia, sed in cœlum ipsum surgit. Hic parit flumen il
lud quod salit in uitam æternam, in hunc si mors
inciderít, tanquam flamma à fonte consumitur:
sicubi irrorarit, magna operatur bona. Hic ignis
flumẽ extinguit, ut scintillam. Hic uermem ita e-
necat, ut nihil fiat. Qui illũ habet non stridet den-
tibus. Ab aqua ista si irrorat in uincula, soluit ea:
si in camínos inciderit, totas extinguit. Itaq; quẽ-
admodum in horto fons non nunc quidem pro- D
fundit flumina, nunc uero aresci t, alio qui nõ esset
iam fons, sed semper scaturit: ita & noster, semper
largius profundit flumen in eos qui maxime indi
gent misericordia, ut maneat fons. Hoc hilarẽ fa-
cit eum qui accipit. Hoc eleemosyna est, non so-
lum emittere flumẽ rapidum, sed etiam limpidũ.
Si uis quasi ex fontibus tibi implui dei oleum, &
tu fontem habe. Nihil illi par. Si tu huius fontis a-
peueris ora, fontis dei talia erũt ora, ut omnium
abyssum uincant. Occasionem solam quærit à uo
bis accipere deus, & profundit ex penuarijs suis
bona. Quando impendit, quando sumptus facit,
tunc ditescit, tunc abundat, magnum illius fontis
os, purum eius flumen ac limpidum: si hunc non
obturbaueris, neq; illum. Nulla sterilis stet apud
illum arbor, ut ne humorem illius absumat. Ha-
bes possessiones, ne planta illuc salices. talis est e-
nim uoluptas, multa insumit, & nullum in se ostẽ
dit fructum, sed perdit. ne plantes populum, ne ti
liam, neq; aliam talem quandam, quæ sumptum
quidem postulãt, fructũ uero negant. Tales sunt
uestium deliciæ, pulchræ aspectu: cæterum inuti-
les. Imple arbustis fructiferis omnia, plãta in pau
perum manibus, quascunq; uolueris: nihil hac ter
ra pinguius, quamuis parua sit capacitas manus:
attamen ad ipsum pertingit cœlũ arbor quæ plan
tatur, & perstat firmiter. Hoc nimirum est planta-
re: nam quod plantatur in terra, licet non modo,
attamẽ post centum annos interit. Quid plantas
arbores, quibus non frueris? Priusquam fruaris,
præripit te mors. Hæc arbor quãdo mortuus fue-
ris, fructũ tibi afferet. Si plantas, ne in gastrimar-
giæ plãtes uentre, ut ne in secessum fructus exeat:
sed planta in utero afflicti & ieiunãtis, ut saliat in
cœlum fructus. Refocilla pauperis animam quæ
in angustijs est, ut ne spatiosam tuam arctes. Non
uides quòd arbores quæ sine fine ac modo rigan
tur, à radice corrumpuntur: quæ autem cum mo-
do, crescunt. Sic sanè & tu, ne tuũ ipsius uentrem
supra modum riges, ne corrumpatur radix arbo-
ris. Pota sitientem, ut fructum feras. Quæ in tem-
pore rigantur, non corrumpit sol: quæ autẽ absq;
modo, corrũpit. Talis enim solis est natura. Vbi-
que malũ, ubi nõ est mediocritas. Ideo demamus
aliquid cupiditati, ut & nos assequamur quę cupi
mus. In summis locis, fontes dicuntur nasci. Igi-
tur simus & nos anima sublimes, & statim miseri
cordia diffluet. Non potest enim fieri summam a-
nimam nõ etiam misericordem esse, & misericor-
dem non esse summam. Itaq; cõtemnens diuitias,
radice malorum superior est. Fontes in solitudini
bus sunt magna ex parte. Et nos animam à turbu-
lentia educamus, & scaturiet apud nos eleemosy
na. Fontes quo magis hauriuntur, eo abundantio
res fiunt. Sic sanè & nos, quo magis insumemus,
tanto magis bona scaturient. Qui fontem habet,
non timet. Si igitur & nos habuerimus eleemosy
nam fontem, non timebimus. Etenim ad potum,
ad rigationem, ad ædificium, ad omnia nobis uti-
lis est hic fons. Nihil fonte hoc melius, non solet
illi ebrietatẽ inducere. Melius talem habere fon-
tem, quàm auri fontes. Omnibus auararijs metal
lis melior est quæ hoc fert aurũ anime. Non enim
in hæc regna, sed in ea quæ sursum sunt, aurum si-
mul cõcidit, ornatusq; fit ecclesiæ dei. Ex hoc au
ro gladius efficitur spiritus, gladius per quem dra
co obtruncatur. Ex hoc fonte lapides promanãt
pretiosi, qui ad caput assumuntur regis. Ne igitur
negligamus tãtas diuitias, sed inferamus eleemo-
synam cum largitate, ut consequamur misericor-
diam dei, Gratia & miserationibus unigeniti il
lius filij, cui etiam gloria, honor, & impe-
rium, cum sancto spiritu in secula
seculorum, Amen.

SEQVEN-

SEQVENTI VERO DIE SVRGENS PE- A
trus, profectus est cũ illis. Quidam autem fratres
Ioppẽses comitati illum, simul ingressi sunt in Cę
saream: Cornelius uerò expectabat illum, uoca-
tis cognatis & necessarijs amicis suis.

Homilia XXIII.

POstquam hospitaliter tractauit uí-
ros: profectus est cũ illis. Bene prius
comiter eos excipit, utpote ex itine
re fatigatos, et familiares sibi reddit,
ac tum demum proficiscitur. Se-
quenti uero die, inquit, surgens Petrus, profectus
est cum illis. Quidam autem fratres Ioppẽses.]
Non solus, sed & alij ueniunt cum eo, id quod sin
gulari ordinatione cõtigit, ut essent postea testes, B
quando Petro opus defensione. Cornelius ue-
rò expectabat illum uocatis cognatis & necessa-
rijs amicis suis.] Hoc amici officiũ, hoc pij, in ta-
libus bonis necessarios amicos facere socios. Me
rito hos conuocat quibus fidebat, & cum quibus
de talibus semper egerat, quę frustra cum alijs tra
ctasset. Mihi autem uidentur amici & cognati ab
ipso fuisse instituti. Vbi uerò aduenit Petrus oc
currens Cornelius illi, & cadens ad pedes, adora-
uit. Petrus autem erexit illum, dicens: Surge, nam
& ego homo sum.] Hoc faciens humilitatẽ suam
ostendit, & alios docet, deoq; gratias agit, ac de-
clarat quòd licet iussus sit, tamẽ & per se multam
habeat promptitudinẽ. Quid igitur Petrus? Sur- C
ge, nã & ego homo sum. Vides quomodo in pri-
mis illos docet, nihil de se magnũ sentire. Et col
loquẽs cũ illo, intrauit: & inuenit multos q simul
aderant, dixitq; ad illos: Vos scitis quòd non est
fas hominẽ Iudæum accedere ad alienigenam.]
Vide ut statim de diuina misericordia disserit,
mõstrãs qđ magna illis bona deus cõcesserit. Nõ
solum autem hoc admirabile hic est, q talia disse-
rit: sed quòd aliquo modo simul & sublimia loq-
tur, & modestiæ rationem habet. Nõ enim dixit,
Non dignamur accedere aliquos homines, & ue
nimus ad te. Sed quid? Vos scitis quòd deus hoc
iussit, inquit, iniustum esse accedere alienigenã.
Deinde ut ne in illo gratiam statuat, subdit: Sed
mihi deus ostendit nullum cõmunem uel immun D
dum dicendum hominem.] Hoc cpponit, ne ui-
deatur adulari homini. Ideo & absq; contradi-
ctione ueni accersitus.] Ne quis putaret q; quã-
uis in hoc legem præuaricaretur, tamen ob digni
tatem uiri ueniat, totum deo imputat. Nõ solum
nõ adhærere, sed neq; accedere licet, inquit. Inter
rogo ergo, quam ob causam accersistis me? Non
ignorãs interrogat Petrus: sciebat enim totum ex
uisione, & ex militibus audierat: sed primum uult
illos cõfiteri, & mancipari fidei. Quid igitur Cor
nelius? non enim dixit: Nónne dixerunt tibi mili
tes? sed uide q; mansuete ac humiliter. A quar-
to die usq; in hanc horam eram ieiunans, & nona
hora orans in domo mea. Et ecce uir stetit coram
me in uestitu splendido. Et inquit, Corneli, exau-
dita est oratio tua, & eleemosynæ tuæ ascenderũt
in memoriam coram deo.] Et nona hora, inquit,
orans. Quid est hoc? Mihi uideť, & tempora uitæ A
accuratioris sibi cõstituisse, idq; certis diebus: p-
pter hoc enim dixit, A quarto die. Vide quãta sit
oratio: quãdo se pietati dedidit, tũc apparet illi an
gelus. Ille unus dies erat, & quando abierunt mis-
si, iterum unus: et quando uenerunt, iterum unus:
& quarto die apparuit, ita ut sit secũdus dies post
quem orauerat. Et ecce uir stetit cotã me in uesti-
tu splendido. Nõ dicit angelũ, adeò alienus erat à
fastu. Et inqt: Corneli, exaudita est oratio tua, &
eleemosynæ tuæ in memoria habitę sũt cotã deo.
Mitte igitur Ioppen, & accerse Simonẽ q cogno
minatur Petrus, hic agit hospitẽ in domo Simõis
coriarij iuxta mare, q ubi aduenerit, loquet tibi.
Ex hac igitur hora misi ad te. Tu autẽ benefecisti B
qui aduenerís. Nunc ergo omnes nos coram deo
assumus, ut audiamus omnia quæcũq; tibi præce
pta sunt à deo.] Idcirco dixit, qua ratione accersi-
stis me, ut hæc sic dicat uerba. Aperiens aũt Pe
trus os, dixit, In ueritate comperio q; non est per-
sonarum acceptor deus, sed in omni gente qui ti-
met illũ, & operat iustitiã, acceptus illi est.] Hoc
est, siue præputiatus sit, siue circumcisus. Hoc &
Paulus manifestãs, Non em est psonarũ acceptio Rom. 2
apud deum, dicit. Nunc igitur assumus omnes, in
qt, corã deo. Vide quãta fides, quãta pietas. Scie-
bat Petrum nihil humani dicturum, cum dixisset,
Deus monstrauit mihi. Ideo & assumus ut audia-
mus omnia quæ præcepta tibi sunt à deo, dicit. C
Quid igit? Nunqd acceptus illi est is q in Perside
agit? Si fuerit dignus, hac ratione acceptus erit ut
assequatur fidem. Hinc etiã eunuchũ ex Æthio-
pia non despexit. Et qđ (dicet q;s) dicis, de his qui
deũ colũt, & despecti sunt? Abiit. Nullus qui deũ
colit, despicit. Nõ enim possibile est, ut quis ulla
in gente despiciat unq;. In omni enim, inquit, gẽ-
te qui timet deum, & operatur iustitiam. Iustitiam
uocat omnem uirtutẽ. Vides ut deprimat illius ar
rogantiam, ne sublime de se sentiat, dicẽdo in om
ni gente qui timet deum, acceptus illi est. Quasi
dicat, nullum repellit, omnes admittit credentes.
Deinde ut ne putẽtur esse inter abiectos, adijcit:

Sermonem quem misit filijs Israel, euangelizã
tem pacem per Iesum Christum, hic est omniũ do
minus.] Hæc dicit, ppter præsentes, ut & illis per
suadeat. Idcirco facit & Corneliũ loqui. Sermo
nem, inquit. quem misit filijs Israel.] Vide, dat his
priuilegium, mox & illos testes adhibet, dicens,

Vos scitis uerbum quod factum per totam Iu-
dæã, quod incepit à Galilæa post baptisma quod
prædicauit Ioannes.] Quòd sic habeat ex sequen
tibus, firmat: Iesum Nazarenũ quomodo unxe
rit illum deus in spiritu sancto & uirtute.] Nõ di-
xit, Scitis Iesum. Nesciebant enim, sed quę ab illo
facta erant, pertractat. Qui ambulauit benefa-
ciendo & sanando omnes oppressos à diabolo.]
Hinc ostendit multas cæcitates diabolicas & cor
ruptiões corporis ab illo factas. Quia deus erat
cum illo.] Iterum humilia loquitur, non simpliciter opinor, sed propter humanitatem. Et nos te
stes omniũ quę fecit tam in regione Iudęorum, cẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Hierusalem. Quem & interemerunt suspẽsum A in ligno.] Hic passionem prædicat. Hunc deus suscitauit tertio die, & posuit illum ut manifestus fieret, sed testibus his qui præordinati erãt à deo, nobis scilicet qui comedimus & bibimus cũ illo post resurrectionẽ à mortuis.] Hoc maximum resurrectionis argumẽtum est. Et præcepit nobis prædicare populo & testificari, q̃ ipse est qui definitus est à deo iudex uiuorum ac mortuorũ.] Magnum etiam hoc, ut demõstret se fide dignos. At ille etiam testimonium adhibet, dicens, Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, quòd remissionem peccatorum accepturus sit per nomẽ illius, oñis qui credit in illũ.] His, quid post hæc futurũ, prædicebatur: quod ut corroboraret, prophetas tẽpestiue testes adhibet. Sed uideamus ite B rum ea quæ de Cornelio dicta. Misit, inq̃t, in Ioppen, ut accerserent Petrum. Omnino uenturũ credidit, & propterea mittit. Et colloquens cũ illo, dicit, intrauit. Quidnam colloquens? hæc opinor loquens, quæ scilicet antea dicta sunt: & quum ceciderit ad pedes, adorauit. Vide sermonẽ ab adulatione alienum, & per omnia humilitate plenũ. Hinc dignus monstratur & ille eunuchus. Iussit enim, inquit, Philippum ut ascendat & sedeat in curru, quamuis nesciret quis esset. Vides mores sine fastu? Tu autem oro considera quomodo Petrus diuinam suam loquendi audaciam ostendit, dicendo, Vos scitis quòd non licet. Et quare non dixit statim de linteo? quia erat ualde alienus à una gloria. nã dicit quidẽ quòd missus erat à deo, C quomodo autem nõ item, sed quãdo oportebat, tunc dixit, Vos scitis quòd non licet Iudæo adhærere, uel accedere ad alienigenam. Ita erat expers uanæ gloriæ. Vos scitis, hoc dicẽs, etiam illorum sententiam admittit. Quid igitur Cornelius? Assumus, inquit, coram deo, ut audiamus omnia hæc quæ tibi præcepta à deo. nõ dixit, coram homine, sed corã deo, ostendens sic oportere accedere seruos dei. Vidistis mẽtem excitatam & uigilem? uidistis illis omnibus dignũ? Aperiens autem, inquit, os, dixit: In ueritate cõperio quòd non est acceptor personarum deus.] Hoc & ad Iudæos præsentes defendẽdi gratia dicebat. Habiturus enim ad illos sermonem, hoc tanquã defensionem præmittit. Quid igitur? num antea personarum acceptor erat? Ablit, quia & antea sic erat. Oñis enim qui timet deum, & operatur iustitiã, inquit, acceptus illi erit. Hoc & Paulus scribẽs dicit, Quãdo Rom. 2 enim gentes legem non habentes, natura quæ legis sunt, faciunt. Et dogma adhibet, & institutionem. Nam si magos & eunuchum non despexit, neq; latronẽ, neq; meretricem: multo magis eos qui faciebant iustitiam & uolebant, omnino non despiciet. Quid igitur, quòd sunt humani & faciles homines, & credere nolũt? Ecce causam dixisti, quòd nolunt. Et aliter: Iustum hic dicit nõ simpliciter benignum et humanũ, sed eum qui operatur iustitiã, hoc est, eum qui in omnib. uirtute præditus est. Quis igitur talis est, ut habeat timorẽ ut oportet, solus deus nouit. Vide q̃modo erat hic acceptus. Mox ut audiuit, etiã obediuit. At dicet quis, Etiam nunc nemo est qui nõ obediret adueniente angelo. At nunc multo maiora sunt signa quàm hæc fuerunt, & nihilominus increduli multi. Deinde doctrinã incipit, & Iudæis nobilitatem seruat. Sermonẽ, inquit, quem misit filijs Israel, euãgelizantem pacem, hic est dominus omniũ.] Primum de dominatione illius disserit, multumq̃ sublimiter: quia ad hominẽ loquebatur eximium iam factum, & alacriter suscipientem omnia quæ à se afferebant. Deinde præparãs sermonem quo modo dominus omniũ addit ac dicit, Quem misit euangelizantẽ, hoc est, ad bona uocãtem, non iudicium intentantem. Hinc ostendit, quòd hic à deo Iudæis primum missus est: deinde ab his quæ per totã Iudæam facta sunt, hoc simul ostendit & dicit, Vos scitis, uerbũ quod factum per totam Iudæam. Etiam hoc mirabile, quum incepit à Galilæa post baptisma quod prædicauit Ioãnes. Prius dixit ipsius opus, & tunc fidẽter loquitur de eius patria, dicendo, Iesum à Nazareth. Sciebat enim quòd patria offendebat. Quomodo unxerit eum deus spiritu sancto & uirtute. Iterum præparat, ut ne quis dicat, unde hoc manifestum, addit dicens, Qui ambulauit benefaciendo & sanãdo omnes oppressos à diabolo. Postea cũ bonis quæ fecerat, ostendit etiã potentiam quòd plurima esset ac magna. Et causa, Quia deus erat cũ illo, in- Ioan. 3 quit. Propter hoc & Iudæi sic dicebant, Scimus q̃ à deo uenisti, magister: nullus enim hæc signa potest facere, nisi deus sit cũ illo. Deinde ubi ostẽdit quòd à deo missus, tunc dicit quòd occisus est, ne quid absurdum imagineris. Vides illos nusquam occultare crucem, sed cum alijs & modum ponere. Quem & occiderunt, inquit, suspẽsum in ligno.] Et posuit illum ut manifestus fieret, non omni populo, sed testib. qui præordinati à deo, nobis. Quamuis ipse illos elegerat, attamẽ & hoc refert in deũ. His qui præordinati, inquit. Vides unde resurrectionẽ stabilit, à comedendo. Quare autem nõ resurgens fecit signum, sed comedit, ac bibit? Quia & resurrectio ipsa per se magnũ signũ erat. Nihil aũt ad ostendẽdam illam maius, q̃ comedere ac bibere. Testificari inquit. Hinc etiam cum terrore dixit, ne possent ad ignorantiam cõfugere: & nõ dixit, Hic est filius dei, sed quod maxime illos terrebat: Hic est prefinitus à deo iudex D uiuorum ac mortuorum. Deinde ualida est argumentatio à prophetis, illi emi in magna existimatione habebantur. Huic oñes prophetæ testimonium dant. Postquam timore concussit, tũc & addit ueniam, nõ ab ipso, sed à prophetis dictam. Et hoc quod terrebat, ab illo dictum: quod aũt blandius erat, à prophetis sumptum.

MORALE.

Quotquot hanc remissionem assecuti estis, qui cunq̃ fidem hanc adepti, scitote doni magnitudinem: obsecro, date operam ne benefactorem cõtumelia afficiatis. Obtinuimus enim remissionẽ, non ut deteriores efficiamur, sed multo meliores ac præstantiores. Nullus igitur dicat, deus nobis autor

autor malorum est, dum non punit nec uindicat. A Dic enim oro, si princeps apprehensum homicidam, liberum dimittat: nunquid iudicatur esse autor sequentium homicidiorum? Minime. Et quo modo audemus hoc impijs linguis permittere ut blasphemẽt? nõ reueremur, nec horremus? Quid enim non dicent? quid non loquent? Ipse illis permisit, aiunt. Eos enim qui pœna digni erant, non oportebat aut honorare, aut coronare, aut prima tu euehere, sed punire ac ulcisci. At ille nihil horũ illis faciens, sed pro his etiam honorãs, tales illos efficit. Oro & obsecro, ne sic loquamini, nullus hanc uocem de uobis emittat. Satius fuerit sexcẽties defodi, quàm deũ audire talia per nos. Dicebant ad illum & Iudæi, Qui destruis templum, & in tribus diebus illud excitas, salua teipsum. & ite B rum: Si filius dei es, descende de cruce. At hæ blasphemiæ illis multo grauiores. Absit igitur, ne dicatur à nobis deus malitiæ doctor, ne sic blasphemando ipsi rei efficiamur & digni supplicijs. Propter uos, inquit, nomen meum blasphematur in gẽtibus. Demus operam ut alia de nobis dicantur, uiuentes ut decet illũ qui nos uocauit, & eos qui adoptionis filiorum baptisma acceperunt. Profecto magna est baptismatis uirtus, participes doni alios ex alijs facit. Non sinit esse homines, homines. Fac ut credat paganus, quia magna est spiritus potentia ut transformet, mores q̃ compositos reddat. Cur expectas extremam respirationem, si cut fugitiuus, sicut malefactor, sicut non debens C deo uiuere? Quare sic afficeris quasi inhumanũ & crudelem quendam dominũ sortitus sis? Quid frigidius, quid miserius, his qui illuminationẽ nõ accipiunt? Amicum te fecit deus, et omnibus dignatus est bonis, ut & ipse facias ea quę amici sunt. Dic oro mihi, si multis quempiam contumelijs et innumeris probris proscideris, & in illius incideris manus, ille autẽ pro his omnibus te honoret, & omnia sua communicet, et inter amicos, quum cõtumelia affectus sit, nihilominus te coronet, & dicat quòd te habeat ut germanum fratrũ, deinde statim moriatur, nónne damnum putares? nónne diceres, Vellem illum uiuere, ut possem uicem referre, ut rependã, ut ne ingratus uidear erga bene factorem. Iam si hoc homini facimus: factus deo debitor, uis abire ac mori, ne benefactori pro tot donis referas gratias? Quin potius tunc te illi adiunge, quando potes paria rependere. Cur fugis? D cur tremis? cur metuis? Etiã, inquit. Sed non possum me continere à uitijs. Ergo impossibilia præcepit tibi deus? Hinc omnia cõfusa sunt: propter hoc mundus corruptus est, q̃ nullius scopus est uiuere iuxta deũ. Siquidẽ catechumeni hoc professi, nullum studium collocant in emendanda uita. Qui uero iam illuminati sunt, quoniam alij quidem quum paruuli essent, baptisma susceperunt: alij uero cum infirmi, carent alacritate uiuendi iuxta deum, ne ipsi quidẽ uirtuti dediti. Qui autem & sani baptizati sunt, etiam ipsi paruam diligentiam præ se ferunt, & principio quidem ualde feruidi, postea & ipsi ignem illum extinguunt. Nun

quid nõ potes agere tu a negotiatore? nũquid ab uxore te secludo? interdico tibi fornicationẽ. nũquid uberis patrimonium dissipare? abijce auaritiã & rapinam. nunquid cogeris ut omnia eroges? pauca quædam ex his quæ tibi abundant, petũtur indigis. Abundantia nostra, inquit, illorum inopiæ 1. Cor. 8 subueniat. Et ne hoc quidem persuademus. Non cogimus ieiunare, sed, phibemus inebriari, & uetri indulgere. Ista amputemus quę fœditatem tibi afferunt, quæ etiam ante gehennam esse fugiẽda & odio digna, etiam ipse fateris. An nõ oblectari et gaudere decet? sed nõ fœdè, nec indigne. Quid times? gd terreris? quid tremis? Vbi nuptiæ, ubi opũ possessio, ubi conuenientes cibi, quæ nã potest esse peccati occasio? Sanè externi magistri diuersa imperant, & obedientes inueniunt. Non enim ex his quæ suppetunt, exigunt, sed dicũt, Tãtum dare oportebit, etiã si prætexas paupertatẽ, neq; sic desistunt: Christus autem nõ sic, sed iubet ex his dare quæ habes, & si pareas, in primo te ordine constituit. Iterum illi, Si uis, aiunt, clarescere, relinquito patrem, matrem, cognatos, & sedulus assis in aula regia, in laboribus, in miserijs, in seruitute, in uarijs occupationibus, & innumera ferẽs mala: Christus autem nõ sic, sed sis in domo cum uxore, cum pueris, & illos ipsos institue, & bonis moribus instrue, ut quietã & sine periculis uitam agas. Etiam, inquit, sed ille opes pollicetur. At qui hic noster regnum, imò & cũ hoc opes. Quærite Matth. 6 enim, inquit, regnum cœlorũ, & hæc omnia adijcientur uobis. Et ille quidem neque hæc ut aucta rium, hic autem ut caput concedit. Iunior fui, in- Psal. 36 quit, etenim senui, & nõ uidi iustum derelictum, neq; semen eius quærẽs panes. Incipiamus igitur uirtutem, ponamus initium, apprehendamus illã duntaxat, & uidebis qualia bona. Nunquid enim absq; labore illa operaris, quod dum hæc aggredi oportet, mollior & ignauior es? Etiã, inquit, illa absq; labore, hęc uero cum labore. Absit, minime ita est: sed si uerum dicere oportet, illa cũ labore, & hęc absq; labore multo si uellemus, perficiunt. Oro igitur ne abhorreamus a sacris mysterijs. Ne hoc spectes quòd aliquis illuminatus & baptizatus improbus factus est, & spe sua excidit, neq; te ipso fias segnior. Quoniam & inter milites uidemus quosdam militia non ut oportet fungi, quosdam uero insignes ac præstantes esse, & nõ attendimus ignauos, sed imitamur strenuos. Ad hæc cõsidera: q̃ post baptisma angeli reddũtur ex hominibus. Time, quoniam incerti sumus quid post ea futurũ, si nunc fuerimus negligentes. Sicut fur in nocte, ita ueniet mors. Neque simpliciter sicut fur, sed dormientibus nobis insidiatur, desidesq; apprehẽsos abducit. Idcirco incertũ uoluit deus esse quãto tempore duraturi simus, ut expectatione incerta uirtutẽ amplexemur semper. At misericors est, inquit. Quandiu frigidum hoc et ridiculum uerbum dicimus? Ego non, quòd misericors sit deus dico solum, & ibi sermonẽ sisto, sed quòd nihil sit misericordius illo, & quòd utiliter omnia quæ nobiscum sunt, dispensat. Quot uides per o-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mnem ætatem elephantiasi laborare, quot item à prima ætate oculis orbos usq; in senectã, & alios postea excæcatos, alios egestate premi, alios in uinculis, alios in metalli fodinis simul cõtumulari, alios in bello interimi? Nũ sunt hæc misericordiæ opera, dic oro? non posset hæc si uellet prohibere? sed sinit. Etiam inquit. tu autem dic oro, qua re qui à prima ætate cæci? Non dicam, donec pol licearis mihi quòd illumineris, quòd illuminatus uiuas recte, non licet mihi talia inuulgare. Neque enim uoluptatis gratia sermo est: nam licet hanc soluã, alia tamen succedet quæstio. Abyssus enim quæstionum scriptura est. Vnde non solum assue scite quærere quarundam solutionem, sed etiam non quærere: quoniam quæstionum nullus erit finis. Ecce enim si hanc soluero, mille aceruos ostẽ dam quæstionum. adeoq; discimus magis quærere quam quæsita soluere. Neq; eñ si soluerimus, omnino soluimus, sed iuxta humanam rationem, propria horum solutio fides est, scire quòd omnia iuste & misericorditer deus ac utiliter facit: quia possibile non est ut ratio illa capiat. Vna hæc solutio est, & hac non est alia melior. Quod enim, dic mihi, solutiõis opus? omnino ne ultra quæras q̃d solutũ est. Et si hoc tibijpsi persuaseris, quòd prouidentia dei omnia dispensentur, alia quidem permittente ob causam sibi cognitã, alia uero operãte, liberaberis à quæstionibus, & solutionis lucrũ acceperis. Redeamus autem ad institutum. Igitur quoniam uides tot in supplicijs, hæc autem omia permittit Christus, utere sanitate corporis in sanitatem animę. Sed dices, Quid mihi opus laborib. & ęrũnis? licet absq; labore omnia perficere. Hoc sane incertum est. contingit enim non solum absque labore non absolui, sed & mori omnia habẽtẽ. sed fac esse certum, ne sic quidẽ tuus sermo tolerabilis est. In certamen tractus es, arma proposita sunt aurea, opus est ut illa in manus accipias. Si autem uis sine gloria seruari, & nihil boni operari, dic oro: Si bellum insurgat, & rex adsit, & alios quidem uideas in medias turmas hostiũ irruere, & multa uulnera recipere, uariaq; facere: alios autẽ in singulare certamẽ descẽdere & pugnare, alios in equos se recipere, & laudari à rege, cũ admiratiõe ac plausu & coronis: alios uero cõtentos, si nihil patiantur mali, in extremo ordine sedere & quiescere: deinde finito bello, illos quidẽ uocari ut recipiãt donaria magna, et celebrentur: horum autem ne mentionem quidem fieri, sed salutem illis pro retributione bonorum esse: ex quorum numero esse uelles? nã si lapideus esses, si & insensatis & inanimatis ignauior, nónne ex illorũ numero multis nominib. magis esse uelles? Ita fac oro & supplico. nam si etiam pugnãtes cadere oporteat, nónne dignum ut hoc cum alacritate eligãt? Nónne uides eos qui in bellis istis cadunt, q̃s sint clari & nobiles, etiamsi moriantur, & ultra à rege suo nõ possint honorari? Longe autem aliter euenit in hoc bello: assiste cicatrices habens, quas cõcedatur nobis omnib. ostendere, etiã absq; persecutionibus: in Christo Iesu dño nostro, &c.

ADHVC LOQVENTE PETRO VERBA hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant sermonem, & obstupuerũt qui ex circuncisione erant fideles, quotquot uenerant cum Petro, q̃ etiam super gẽtes donũ spiritus sancti effusum esset: audiebant enim illos loquẽtes linguis, & magnificantes deum. Homilia XXIIII

VIDE dispensationem dei, non permisit absolui sermonem, neq; ex præcepto Petri fieri baptismum, sed ubi exhibuerũt se mente admirabili, quamuis doctrinæ principium esset, & crediderunt omnino baptisma esse remissionem peccatorum, tũc aduenit spiritus. Hoc autem fiebat, deo magnam defensionem Petro hac dispensatione afferente. Non simpliciter autem spiritum accipiũt, sed linguis loquebãtur, id quod & obstupefecit eos qui simul uenerant. Iam cur nam res hæc sic constituta? propter Iudæos. Etenim illis hoc ualde molestum erat. Ideo hoc totum deus agit, & Petrus ferè simpliciter adest, ut discat q̃ oporteat posthac illos accedere ad gẽtes. Et q̃ propter hæc oportebat illud fieri, ne mireris. Vbi enim post tanta etiã in Cæsarea & in Hierosolymis cõtrouersia fit, q̃d non factum esset, nisi hæc simul accidissent? Idcir co hæc cum excellentia quadam fiebant. Vide autem quomodo Petrus accepta occasiõe excusat: Quòd autem post occasionẽ respondet, audi euãgelistam narrantem ac dicentem. Tunc respondit Petrus, Nunquid aquã prohibere poterit quis ut baptizentur hi, qui scilicet spiritũ sanctum acceperunt, sicut & nos?] Vidisti quò causam retulit? & quomodo laborauit ut hoc enũciaret, hanc dudum sibi mentem fuisse? Nunquid aquam, inquit, prohibere quis poterit? Sũt enim hæc uerba propemodum insultantis prohibentibus & dicẽtibus quòd non oportet hoc fieri. Totum factum est, inquit. Quod magis necessariũ fuit baptisma, iam factum est, quo & nos baptizati sumus. Imperauit illos baptizari in nomine Iesu Christi. Postquam pro se rationem reddidit, tunc præcepit baptizari, docẽs illos re ipsa. Adeò molestũ erat Iudæis, & propter hoc prius se defendit, quãuis res ipsæ clamarent, & tũc præcepit. Tunc rogauerũt illũ ut maneret per dies aliquot. Hinc postea meritò etiam bona fiducia illic permanet. Audierunt aũt apostoli & fratres qui erant per Iudæam, quòd & gẽtes accepissent uerbum dei. Et quãdo ascendit Petrus in Hierusalem, disceptabant cum illo hi qui ex circuncisione erant, dicentes, Ad homines præputium habentes ingressus es, et comedisti cum illis.] Post tãta gesta disceptabãt hi qui ex circuncisione erant, non apostoli. Quid est disceptabant? Offendebãtur, inquit, non parum, & uide quid prætexãt: non dicũt, Quare annunciasti, sed quare simul edisti. At Petrus non in hoc frigido dicto moratur: reuera enim frigidũ erat: sed in magno illo dicens, Si spiritus participes fuerũt & illi, quomodo hoc nõ erat cõmunicãdũ? Quomodo igitur in Samaritanis hoc non factũ est, sed contrarium

contrarium? Etenim non solum ante baptisma factum nõ est, sed ne post baptisma quidem, & non indignati sunt, sed magis re audita miserunt aliq̃t in hoc opus. Verum non istud obijciunt: sciebant eñ quod diuinæ gratiæ esset, sed quare simul edisti, dicunt. Et aliter, Magnum & fere infinitum discrimen erat inter Samaritanos & gẽtes. Vel etiã singulari dispensatione accidit illum reprehendi, ut hi discant. nõ enim rem obiter Petrus narrauit. Vide autem q̃s alienus sit a fastu & uana gloria. Incipiẽs enim Petrus, inquit, exposuit illis per ordinem, dicẽs: Ego eram in ciuitate Ioppe orans.] Et non dicit quare, uel qua occasione. Et uidebam in raptu mentis uisionẽ, descẽdere uas quod dam, sicut linteum magnũ quatuor initijs demissum è cœlo, & uenit usque ad me. In quod intẽtis oculis cõsideraui, & uidi quadrupedia terrę, et bestias, & reptilia, & uolatilia cœli. Audiui autẽ uocem dicentẽ mihi, Surge Petre, macta et occide.] Quid per hæc dicere uult? Sufficiebat, inquit, uel hoc persuasisse, spectatum esse linteum, ueruntamen & uox adhibita est. Dicebam aũt, Minime domine, quia cõmune uel immundum nunq̃ intrauit in os meũ.] Vides? Feci, inquit, quod meũ: dicebam q̃ nunquam comedi. Hoc ad id quod dicebant illi, Ingressus es, & simul edisti cum illis, respondit, non aũt ad Cornelium, neq; enim necesse erat. Respondit aũt mihi secundò uox de cœlo, Quę deus mundauit, tu ne communia dixeris. Hoc aũt factum est tertiò. Et iterum rapta sunt omnia sursum in cœlũ, & ecce mox tres uiri astiterunt ad domũ in qua erã, missi à Cæsaria ad me.] Narrat ea quæ necessaria erant, alia uero obticet, imò per hæc & illa probat: & uide q̃modo rationem reddit, et nõ uult doctoris autoritate uti: sciebat eñ q̃d quo modestius loqueretur, hoc magis eis prodesset. Nunquã ingressum est, inquit, in os meum cõmune uel immundum. Et sic totũ ad defensionem dispẽsatum fuerat. Et ecce mox tres uiri astabãt ad domum in qua eram. Dixit autem mihi spiritus, ut irem cum illis nihil hæsitans.] Vides quod spiritus est legislatio? Venerunt autẽ mecum & sex illi fratres.] Quid humilius Petro, qui ad hoc etiam fratrum adhibet testimonium? Venerũt aũt mecum sex fratres, & ingressi sumus in domum uiri, & annũciauit nobis quomodo uiderit angelum in domum suã missum, & dicentẽ sibi: Mitte in Ioppen uiros, & accerse Simonem qui cognominatur Petrus, qui loquet uerba ad te, per quæ saluus eris tu & omis domus tua.] Et non dixit ea quæ ab angelo dicta erant Cornelio, Orationes tuæ & eleemosynæ tuę ascenderũt in memoriale coram deo. Ne scilicet illis tribuat, utpote nihil magnum habentibus. Loquetur uerba ad te, per quę saluus eris tu et omis domus tua. Vides quomodo festinat propter id q̃d dixi, Et nihil de humanitate uiri dicit. Igitur quũ spiritus miserit, deus iusserit, angelus euocauerit, ptruserit, rerum discrimẽ sustulerit, quid faciendũ erat? At nihil horum dicit, sed à posteriore cõfirmat, q̃ illud testimonium omni controuersia careat. Dicas, Et quare nõ hoc factum est solum? Ex superabundanti deo demonstrante, initium non esse factum ab apostolo. Si autem sua spõte motus illuc profectus esset, nihilq̃ horũ accidisset, plurimum perculsi ac attoniti facti fuissent. Et sic iterum illorum mentem capit, dicens ad illos, qui scilicet spiritum sanctum acceperũt sicut et nos. Et iterum:

Cumq̃ inciperem ego loqui, delapsus est spiritus sanctus super illos, sicut & sup nos in initio.] Et nõ est hoc cõtentus, sed & uerbi dominici mẽtionem facit. Recordatus autẽ sum uerbi domini quod dixit, Ioãnes quidẽ baptizauit aqua, uos autem baptizabimini spiritu sancto.] Atq; ita nihil nouí accidit, sed id qđ antea prædixit. Sed nõ oportebat, dixerit aliqs, baptizari eos, quia iã uenerat in eos spiritus sanctus. Propter hoc non dicit, iussi illos baptizari. Sed qđ? Nunquid aquã, p hibere quis potest ut nõ baptizentur? Ex hoc demonstrat sese nihil fecisse. Igitur id quod habebamus nos, acceperunt illi. Itaq; si par donum, inquit, dedit illis deus sicut et nobis qui credidimus in dominũ Iesum, ego quis eram qui possem prohibere deum?] Vt ex abundanti illorum obturet ora, propter hoc adiecit, par donũ. Vides quomodo eos qui semel crediderunt, non sinit minus habere. Par donũ dedit illis deus, sicut & nobis qui credidimus in dominum Iesum. Et ita ipse purgat illos, et non dicit uobis, sed nobis, mitigãs etiam hac ratione sermonẽ. Quid igitur indignum passi estis, quãdo nos illos socios dicimus? Auditis autem illis, quieuerũt & glorificauerunt deum dicentes: Igitur & gentibus deus pœnitẽtiam dedit ad uitam æternam.] Vides quomodo ex concione Petri bene omnia narrantis totum fuit? Ideo et glorificarunt deum, q̃ pœnitẽtiam etiam illis dedit. Ita & humiliati sũt ab his sermonib. hinc post ea apertum est ostium ueniendi ad gentes. Videamus aũt, si placet, quæ dicta sunt. Non dixit quòd disceptarit Petrus, sed hi qui ex circũcisione, quoniã ipse sciebat quod parabatur. Etenim illud oportebat admirari, quomodo & illi credidissent. Itaq; ubi audierũt, ut creduli facti sunt, nihil sunt commoti: uerum quãdo deus largitus est spiritũ, quando Petrus exposuit suam uisionem, dicens, Deus ostẽdit mihi, nullum cõmunem uel immundum dicere hominem. Propterea & pro gẽtibus sermonem instruit, q̃ posthac habita fide neq; gẽtes futuræ sint. Igitur non est mirum, si ante baptisma acceperunt spiritũ. Et in nobis hoc factũ est. Hic ostendit Petrus quòd neq; sicut reliqui baptizati fuerint, sed multo melius. Propter hoc autẽ sic ex abundãtia res geruntur, ut nihil dicere possint, sed ut sibi pares habeant. Et rogauerunt, inquit, illum, ut maneret.] Vides quomodo nõ uult gariter erga illum affecti fuerunt? uidisti zelum quem habebant pro lege? nõ dignitatem Petri reueriti sunt, non facta signa, nõ opus illud magnũ, susceptum esse uerbum, sed propter parua illa expostulabant. Si enim nihil horum fuisset, non suffecisset bonum opus? At non sic ratione reddit Petrus. Intelligens enim ac prudẽs erat, imò non

Universidad de Deusto
Biblioteca

erant prudentiæ illa, sed spiritus uerba. Et ostendit in apologia sua se nequaquam autorē, sed omnino deum, & tantum nō illos sic affatur. Ipse mefecit in raptu mentis constituí, ego enim simpliciter orabam: ipse uas ostendit, ego cōtradicebam. rursum eadem iubenti ne sic quidem obediui. spiritus iussit abire, & abiēs nō accurrí dicens quòd deus me miserit. & post hæc neque sic baptizaui, sed iterum deus totum fecit. Igitur deus illos baptizauit, non ego. Et non dixit, his omnibus factis nōne oportebat posthac adhiberí aquā, sed quasi nihil esset reliquum, Ego quis erā, inquit, ut prohiberē deum? Papę, qualis defensio. Nō enim dixit, Hæc igiť scientes tacete & quiescite, sed qđ? Fert illorum impetum, & improperantibus rationem reddit. Quis eram qui deo possem obsistere? Valde grauiter hac admonitione defendit se. Nō poteram prohibere. Vnde postea territi tacuerūt & glorificarunt deum.

MORALE.

Sic & nos oportet in bonis proximorū gloriſicare deum, & non insultare, sicut faciunt quidam ex his qui nuper illuminati sunt, quando alios uidēt baptizari, & mox ex hac uita migrare. Glorificare oportet deum. Etiam quòd manere nō concedit. Et ita etiā tu, si uolueris, maius acceperis donum. non loquor secūdum quod illuminatus es: hoc enim tuū & illius donum par est: sed q̄ accepisti priuilegiū nobilitatis. Ille indutus est stola, & non est ei permissum cum illa in turba esse spectabilem. Tibi magnā potestatē dedit deus, nempe uti armis ut oportet, adeoq̄ illa probare quantum ualeāt. Ille migrat solum fidei habens meredem. Tu stas in stadio operum, & potes accipere multas retributiones, & intantū illo apparere clarior, quantum sol stellis minimis, quantū dux belli postremo milite, imò quātum ipse rex. Igitur teipsum explora, imò nō explora, sed rē gere gnauiter. Nō enim sufficit seipsum accusare, opus est ut & certes: calumniā passus es, grauia passus es, surge, repara teipsū. Adhuc in stadio stas, adhuc theatrum solutum nō est. Non uides quot certando defatigati postea iterum certarunt? tantum ne uolūtarius succumbas. Beatū dicis eum qui mortuus est, multo magis beatū teipsum dicas. Solutus est ille à peccatis, sed si tu uolueris, nō solū luuabere à peccatis, sed etiā bona opera habiturus es, id quod illi non est possibile. Cōcessum est nobis ut reparemus nosipsos. Magna pœnitētiæ remedia sunt. Nullus seipsum condemnet. Ille reuera desperatiōe dignus, qui de seipso desperat, ille nullam salutis spem habet. Non graue est uenisse in profundū malorum, sed manere ibi postq̄ ueneris. Non impium est uenisse in profundum malorum, sed cōtemnere postquam eò veneris. Propter qđ debebas solicitus esse, dic oro, magis cōtemnis? uulnera tāta habens cecidisti? Nullū animę uulnus insanabile, sicut in corpore multa sunt talia. Et pro illis quidē quæ in corpore, nullum laborem detrectamus, pro his autem quæ in anima curandis desides sumus. Nō uides latronē quàm breui tempore correctus est? Nō uides martyres quàm breui tēpore opus totum absoluerūt? Sed nuncnō est martyrij tempus. Atqui certaminum tēpus est, quod sæpius dixi, si uellemus. Qui enim pię uiuere uolunt in Iesu Christo, persecutionem patienť: & si non ab hominibus, certè à dæmonibus: semper persecutionem patiuntur qui pię uiuunt. Sanè & grauior est persequutio. Et primum ab ipsis maxime delicijs hanc ferunt, qui non sobrij sunt. Num paruam putas esse persequutionē in delicijs? hæc omniū difficillima est, hæc & persequutione grauior. Nam quasi flumen ingruens animam deliciæ resoluunt. Et sicut se habēt æstas ac hyems, ita persequutio & deliciæ. Vt autē plenius cognoscas ita rem habere, considera sic: Somnum immittit uoluptas animæ, ignauiā & oscitantiā mox ingenerat, undiq; affectiones excitat, fastum armat, armat uoluptatem, armat iram, inuidiam, uanæ gloriæ studium, æmulationem. At in persecutione nihil horū interturbare ualet, sed timor ingressus, quasi flagello quodā percusso cane, omnes affectiōes ne gry quidem sonare sinit. Quis in persecutione uanę gloriæ uacare potest? quis uoluptatibus deditus esse? nemo, sed tremor magnus ac timor magnā tranquillitatem afferūt, & placidum portum efficiunt, animam piam reddunt. Audiui aliquādo patres nostros dicere (nobis autem non contingat: non enim iubemur petere tentationem) in persecutione priscorum licebat uidere Christianos ueros. Nullus enim curabat opes, nullus mulierē, nullus pueros, nullus domum, nullus patriā, unum omnibus erat studium suam seruare animam. Alij quidē in sepulchris & monumētis, alij uero in solitudinib. latebant, non solum autem uiri, sed mulieres teneræ ac delicatę tunc occultabantur cum perpetua fame pugnantes. Considera, num desideriū aliquod sumptuū uel deliciarum ueniret in mētem mulieri in fouea latenti & expectanti ministram, ut cœnulam afferat, timentiq; ne deprehendatur, & quasi in camino quodam iacenti: nunquid cogitaret quid delicię, quid totus mundus? Vides nūc maiorem esse persecutionem, inuadētibus nos undiq; affectionibus tanquam bestijs? Nūc est grauis persequutio, uel ob hoc quod non putatur esse persecutio. Etenim etiam hāc difficultatem habet bellum, q̄ pax putatur, ut ne cōtra illud arma sumamus, uel insurgamus. nemo formidat, nemo tremit. Si aūt nō creditis, rogate gentiles qui persequunť, quādo res Christianorum clariores, quando Christiani probatiores. Parua horum erat tunc multitudo, magnæ autem uirtutum diuitiæ cernebantur. Quæ enim utilitas, dic oro, multum esse fœnum, quum liceat esse lapides preciosos? Non numero magno, sed probata uirtute multitudo censenda est. Helias unus erat, sed mundus hic erat indignus illo: atqui mundus innumera millia sunt, imò non sunt innumera millia, quādo neque uel uni tot adæquantur. Melior unus faciens uoluntatem domini, quàm innumeri præuaricatores. Hoc & sapiens quidā insinuās, alicubi sic inquit:

Ne desi-

Ne desideres multitudinem filiorum inutilium. Hi etiam blasphemiam magis inurunt deo, quàm si nunquam fuissent Christiani. Quid mihi opus multitudine? Alimentum amplius igni. Hoc & ex corporibus cognoueris, quod melior cōgruus cibus cum sanitate, quàm cum molestia deliciæ. Hoc alimentum illo amplius, hoc alimentum illud morbus. Hoc & in bello uiderit quis, melius esse decem peritos belli, & decem uiros, quàm innumeros imperitos. Hi enim præter hoc quod nihil operantur, etiam alios qui operantur, morantur. Hoc & in naui inuenerit quis, utiliores esse duos nautas nauigare sciētes, quàm magnam imperitorum multitudinem. Hi enim & nauigium submergunt. Hæc dico, non quòd molesta sit multitudo uestra, sed quòd uellem omēs esse probos, & non cōsidere multitudinis numero. Multo plures ingrediuntur gehennam, sed maius illa est regnum, etiamsi paucos habeat. Sicut arena maris erat multitudo populi, sed unus seruabat illos. Vnus erat Moses, & plus ualebat quàm omnes. Vnus erat Iesus, & plus poterat sexcentis milibus. Non hoc curemus solum, ut multi fiant, sed magis ut prædari & probi. Vbi hoc effectum fuerit, tūc & illud. Nullus domum spaciosam primum uult facere, sed primū ualidam & idoneam, & tunc spaciosam. Nullus mittit fundamenta, ut derideatur. Primum hoc quæramus, & tunc illud. Hoc si est, facile & illud erit: si illud autem nō est, hoc etiam si sit, nulla utilitas. Nā si fuerint qui in ecclesia clari, statim erit etiam multitudo: hi autem si nō sint, nunquam erit in ecclesia honesta multitudo.

Quot putatis esse in ciuitate nostra qui seruētur? Molestum quidem est quod dicturus sum, dicam tamen. Non est in tot milibus centesimum inuenire qui seruetur, sed etiam de illis dubito. Dic enim oro, quanta malitia in adolescentibus, quanta desidia in senioribus? Nullus quam oportet diligentiam adhibet in educandis suis, nullus habet zelum, ut seniorem quem uidet imitetur. Exemplaria disparuerunt, idcirco nulli adolescentes fiunt admirabiles. Ne mihi hoc dicas, in magno numero sumus. Hoc frigidorum hominum est, & de hominibus quidem meritò hoc dicitur. De deo autem, qui non opus habet nobis, non item. Quòd autem & quantum ad nos attinet, frigidum sit uerbum audi: Qui multos habet ministros, si improbi fuerint, quanta feret mala? Et ei quidē qui nullum habet, hoc uidetur graue, quod ministerium illi negatum est. Is autem qui malos, seipsum unà cum illis perdit, & grauius incōmodatur. Multo sanè difficilius est pugnare cum alijs & bellū suscipere, quàm sibijpsi seruire. Hęc dico, ne quis ecclesiam admiretur propter multitudinem, sed ut curemus illam probam efficere, ut quisq; curam habeat, non solum amicorū & cognatorum, id quod semper dico, & uicinorum, sed & ita ut exteros, si possibile sit, attrahat, orandum. Iacēt omnes adolescentes frigidi ac senes, purgamenta magis quā adolescentes, rident, subsannant, cauillantur, et enim & hoc fieri audiui, & mutuum se incessunt scommatis geniculantes. Tu autem si assistis iuuenis uel senex & stupenda uides, increpa acriter: si non fert, uoca diaconum, abige, quæ tua sunt facito: & si quid ausus fuerit contra te, utiq; multos habiturus es adiuturos. Quis enim ita ratione destitutus, qui si te uiderit propter talia obiurgantem, & illos obiurgari, non malit esse à parte tua? Vade sumpturus mercedem ab oratione in æde dominica. Hos diligētiores inter seruos iudicamus, qui nullum uas inordinatum iacere sinūt. Dic obsecro, si uideres in domo argēteum uas foras proiici, etiam si non esses ad hoc deputatus, nónne acciperes hoc & inferres in domum? Si uestem uideres temerè proiectam, etiamsi non habeas hāc curam, etiamsi inimicus sis eius qui ad seruandam illam deputatus est, tamen propter beneuolentiam in dominum, nónne bene componeres? Ita & nunc. Vasa illi sunt, si uideris iacere absq; ordine, componito. Accede ad me, non detrecto: dic mihi, fac me certiorem, uidere omnia non possum. Ignoscite. Videtis, quanta malitia orbem terrarum detinet? nunquid simpliciter dicebam, quòd multitudo simus fœni, mare incompositum? Non dico, quòd illi talia faciunt, sed quòd tanta oscitantia laborant intrantes, ut neque hæc corrigant.

Iterum alios uideo stare & nugari dum preces fiunt: & quidam ex illis, adhuc meliores scilicet, idem faciunt, non solum dum fiunt preces, sed etiam dum sacerdos benedicit. O audaciam. Quando erit salus, quomodo poterimus deum placare? Si transires in ludum, uideres omnes compositè saltantes, & nihil inordinatum. Itaq; sicut in lyra maxime consona, & uario modo facta, una quædam bene sonora symphonia fit ex singulorum quæ simul sita, bono ordine. Sic sanè & hic. Vnam ex omnibus consonam harmoniam fieri conuenit. Vna enim facti sumus ecclesia, unius capitis membra p compages decenter cōmissa sumus, unum omnes constituimus corpus: si quid forte neglectum fuerit, totum neglectum erit ac corruptum. Ita multorum bonam ordinationem unius deordinatio incommodat. Et hoc profecto terribile, quòd non uenis huc ut saltes in ludo & chorea, & stes sine ordine. Nescis quòd cum angelis stas, cum illis cantas, cum illis hymnos dicis, & stas ridens? & non esset mirum si fulmen demitteretur, non solum in illos, sed etiam in nos. digna enim fulmine sunt hæc. Adest rex, inspectat exercitus, & tu in illorum conspectu stas ac rides, uel ridentem negligis? Verum quandiu ob iurgamus? quandiu reprehendimus? Nónne ut damnosos, ut fures, ut corruptos & pernicioſos tales & innumeris malis plenos, ab ecclesia exigi oportebat? Quando hi qui horrenda hora rident, abstinebunt à risu, quando abstinebunt à nugis, qui in tempore benedictionis garriunt? non reuerentur præsentes, nec deum timent.

Non sufficit nobis quòd ipsa mente sumus ignaui, neque quòd orantes aliò euaganur, sed etiam risum & cachinnos multos afferimus. Nunquid theatrica sunt hęc quæ hic geruntur? opinor

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem quòd id theatris debeamus. Inobedientes enim multos nobis constituunt, & ineptos: quæ enim hic extruuntur, illic subuertuntur: & nō hoc solum, sed & alias immundicias necesse est theatri studiosis adhærere. Et perinde fit ac si quis campū uelit purgare, in quem fons luto fluens influat: quantum enim purgaris, tantum influit. Hoc & hic fit. quando enim purgamus à theatro huc uenientes, & immundiciam afferentes, dum illuc iterum abeunt, maiorem cōtrahunt immundiciam, quasi dedita opera sic uiuant, ut nobis negocium faciant: & iterum ueniunt multo luto sordidati, in moribus, in gestibus, in uerbis, in risu, in desidia. Deinde iterum nos fodimus, quasi dedita opera in hoc fodientes, ut puros illos dimissos iterum uideamus luto ac cœno inquinari. Ea propter commendo uos deo: unde iam & testificor uobis qui sani estis, quòd iudicium uobis erit ac condemnatio, si quis uidens inordinate uiuentem, maxime in illo tempore, non admonuerit nec corripuerit. Hoc plus est quàm orasse. Dimitte preces & illum corripe, ita & illi proderis, & tu lucrum habebis, ita etiā omnes seruari poterimus, & regnum cœlorum assequi, quo contingat nos omnes frui, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri una cum spiritu sancto, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

ITAQVE HI QVI DISPERSI ERANT EX persequutione mota ob Stephanum, transierunt usq; ad Phœnicen & Cyprum ac Antiochiam, nulli loquentes uerbum, nisi solis Iudæis. Homilia XXV.

IAVD parū ad uerbi profectum facie bat persequutio: Diligentibus enim deum omnia cooperātur in bonum. Nūquid si dedita opera conati essent instituere ecclesiam, aliud quàm hoc fecissent? De dispersione loquor discipulorum. Et uide quorsum se extēderit prædicatio. Transierunt, inquit, usq; ad Phœnicen & Cyprū & Antiochiam, nulli loquentes uerbū nisi solis Iudęis.] Vides quòd ea quæ apud Cornelium acta, omnia singulari dispensatione gesta sunt. Hoc autem & ad defensionem Christi, & ad accusationē Iudęorū pertinet. Itaq; quando Stephanus interemptus est, quando Paulus bis periclitatus, quando apostoli flagellati sunt quando sæpius latuerunt, tunc Gentes receptę sunt, tunc & Samaritani, quod & Paulus clamat dicens, Vobis erat necessarium primum dici sermonem dei: quoniam autem repulistis illum, & non dignos iudicastis uos ipsos, ecce conuertimur ad gentes. Accesserunt itaq; & gentes allocuturi, Erant autem quidam ex illis uiri Cyprij & Cyrenæi, qui cū uenissent Antiochiam, alloquuti sunt Græce loquentes euangelizando dominum Iesum. Et erat manus domini cum illis, magnusq; numerus qui credidit, conuersus est ad dominum Iesum.] Vide, Græcis euangelium annunciant. Verisimile est enim illos scisse Græce, et in Antiochia tales multos fuisse. Et erat manus domini in quit cum illis.] Hoc est, signa operabantur. Vides quare etiam nunc signorum necessitas fuit? ut credant. Auditus autem est sermo in auribus ecclesiæ, quæ est in Hierosolymis, de illis, & emiserunt Barnabam ut transiret usq; in Antiochiam.] Quare nam tanta ciuitate suscipiente uerbum non uenerunt ipsi, sed miserunt Barnabam? propter Iudæos. Veruntamen non paruum quiddam geritur, etiā quòd Paulus huc aduenit, neq; simpliciter, sed & ualde magna cum dispensatione illum auersantur, ut ne includatur in Hierosolymis uox prædicationis, tubaq; cœlorum. Vidisti quomodo ubiq; malitijs illorum ut opus erat, & quemadmodū uolebat, usus est Christus, etiam odio quo persequebantur Paulum in ædificationem ecclesiæ ex gentibus cōgregandæ. Qui ut uenit & uidit gratiam dei lętatus est, & inhortabatur omnes ut in proposito cordis maneant in domino. Erat enim uir bonus, & plenus spiritu sancto, ac fide, & apposita est turba multa domino. Exijt autē in Tarsum Barnabas ut requireret Paulum, & inuentum illum adduxit in Antiochiam.] Valde utilis erat uir ille, etiam frugi ac Paulo familiaris. Ideo & uenit ad athletam, ad ducem bellię, ad certantem singulari duello, ad leonem: nec habeo quo nomine digne uocem illum, uenit ad canem uenaticum, leones occidentem, ad taurum fortem, ad facem claram, ad os orbi sufficiens. Reuera in Antiochia appellati sunt nostri propter hoc uocabulo Christianorum, quia Paulus in ea tanto tempore perseuerauit. Factum est autem quòd illi anno integro congregarentur in ecclesia, & docerent multum populum, ut primum appellati sint discipuli in Antiochia Christiani.] Nō parua aūt hæc ciuitatis laus erat. Hoc contra omnes adduci potest, quòd prima omniū, tanto tempore, illo ore frui cœpit, unde & principio hoc nomen assequuti sunt. Vides in quantū fastigiū ciuitatē extulit, & clariorē reddidit hoc Pauli opus? Alibi tria milia, & quinq; milia crediderūt, hic tanta multitudo. Nihil tale factū ibi, sed adhuc tantū de uia illa esse dicebātur, hic aūt Christiani appellati sunt. In istis aūt diebus descenderunt a Hierosolymis prophetæ in Antiochiā.] Quoniā etiā in illis locis fructū eleemosynę plātari oportebat, utili dispensatione accidit prophetas descendere. Tu aūt cōsidera & obserua, quomodo nullus clarus his doctor aduenit. Cyprios enim habebāt doctores, ac Cyrenæos & Paulum, quamuis ille antecelleret istos. Sicut Paulus Barnabā & Ananiā, sed nihil ex hoc minor fuit. Habebat tamē & Christum. Surgens aūt quidam ex illis Agabus nomine, significauit famem magnam futuram in toto orbe, quę accidit sub Claudio Cæsare.] Necessario hic famem magnam futuram significat, quæ sanè sicut prædicta est, cōtigit. Vt enim ne putent quidam propter hoc factam famem quòd Christianismus ingressus est, uel quòd dæmones deiecti fuerint, prædicit spiritus sanctus quod euentu rum, sicut & Christus prędixit multa & euenerūt.

Non

Non igitur propter hoc, quoniā oportebat ab initio hoc fieri, sed propter mala quæ in apostolos facta: quæ quū & fierēt, longanimiter ferebat deus: quū aūt in peccatis perseuerarēt, fames magna facta est, significans Iudæis euentura mala. Dicis: Si propter illos erat, propter alios, quū esset, oportebat cessare. Quid enim iniuste egerant Græci, ut propter illos malorū fierent participes, qui nihil mali fecerant? Si aūt non propter Iudæos, & probari illos magis oportebat, eo q̄ Iudæi faciebant pro sua uirili, occidebant, puniebant, mulctabāt, ubiq; persequebātur. Et uide quomodo fit fames, quando & Ethnici iam susceperant. At dicis: Si propter mala hæc fiebant, oportebat illos ab alijs separari. Quare dic mihi? Nonne prius dixit eis Christus: In mundo tribulationem habebitis? Tu autē hæc dicens, forsan & hæc dices, q̄ oportebat neq; flagellari. Sed uide ut illis etiam fames salutis fiat causa, & eleemosynæ occasio, multa cōcilians bona: atq; ita etiā uobis factū esset si quidē uoluissetis, sed noluistis. Prædicitur aūt, ut posthac magis præparati sint ad eleemosynam, quia grauiter affligebanē ij qui in Hierosolymis. Ante hoc non erant in fame, & mittitur Barnabas ac Paulus qui ministrarunt. Discipuli aūt, prout quisq; abundabant.] Vidisti simul credere, & simul fructū afferre, non his solū qui prope erant, sed etiā his qui à longe. Hoc aūt mihi uidetur hic dicere, id quod alicubi Paulus inquit q̄ dexteras dederūt mihi & Barnabæ cōmunionis, tantū ut pauperū memores simus. Intantū profuit fames. Et uide illos neq; ex tribulatione in lamenta & lacrymas erupisse, sed operi magno & bono sese exposuisse. Cū maiore enim ubertate prædicabant sermonē. Et non dixerunt, Nos quū simus Cyprij & Cyrenæi tam nobili & claræ ciuitati hoc imponemus: sed credētes gratiæ dei, etiam illi aggressi sunt doctrinā, & hi non dedignati sunt ab illis discere. Vide per paucos omnia hęc fieri, prædicationē crescere, curam omniū qui Hierosolymis geri, quasi unā domum orbem haberi. Audierant q̄ Samaria receperat uerbū, & miserunt Petrū ac Ioannē. Magnū enim discrimen erat, & non oportebat apostolos illinc pridem separari, ne putentur esse fugitiui, & suos fugisse: tunc aūt necessario separantur, quando nulla ratione res Iudaicæ curari poterāt, quando bello incrudescente perituri erant, quādo sententia pronunciata. Quoniā quandiu Paulus Romam nō peruenit, illic erant. Egrediuntur autem, non bellum formidantes. qui enim formidarent quum ad impugnaturos se abirent? Et bellū illud factum est mortuis apostolis, & quod de illis dictum finē accepit: Peruenit super illos ira in finē. Apostoli autē quo ignobiliores erant, hoc magis fulgebat gratia, per paruos efficiens magna. Sed uideamus iterū quæ dicta sunt: Inhortabatur omnes, inquit, ut perseuerarent in domino, quia erat uir bonus.] Mihi uidetur bonū nunc frugi appellare, & simplicem sine fuco, ualde cupidum salutis proximorū. Nō solum aūt erat uir bonus, sed etiam plenus spiritu sancto ac fide. Ideo & propositō cordis omnes inhortabatur. Inhortabat, hoc est cum præconio & laudibus. Et considera quomodo ciuitas illa quemadmodū terra pinguis sermonem accipit. Quare aūt Paulum à Tarso abduxit, & in illam ciuitatem inducit? Non absq; causa: nam hic & amplior ciuitas, & amplior spes, hominumq; frequentior copia. Vidisti gratiam omnia operari nō Paulū, & quomodo à paruis res initiū cepit: ubi aūt inclaruit, tunc Barnabā mittunt? Et quare non ante hoc miserunt illūc multā suorū habebant curā, & nolebāt improperare sibi Iudæos q̄ suscepissent gentes, quamuis absq; uitatione illis se admiscentibus, quoniam futura erat controuersia apud illos, ea quæ apud Cornelium acta præcesserunt: & tunc sanè etiam dicunt, ut nos in gentes, illi aūt in circumcisionē. Et considera quomodo tempestiue necessitas famis inducit cōmunionem illam, quam gentes ad eos qui in Hierusalem miserunt. Accipiebāt ēm ab illis, & non sicut nos, in luctibus calamitates ferebāt, sed minore pauore uiuebant, quū procul fierent ab eis qui prohibe rent, & essent inter homines qui non timebant Iudæos, quod & ipsum non parū conducebat: quin & in Cyprū abeūt ubi minor metus ac solicitudo. Nulli aūt sermonē, inquit, loquebantur, nisi solis Iudæis.] Non propter hominū metū, quē nihili faciebant, sed legē retinentes, & illos adhuc toleran tes. Erant autē quidam in Antiochia Cyprij & Cyrenæi, hi maxime non curabant Iudęos, qui sci licet loquebantur ad Græce loquentes, & euangelizabant dominū Iesum.] Fortassis quod nesciebant Hebraicē, uocabāt illos Græcos. Vt autem aduenit, inquit, Barnabas, & uidit gratiā dei, non diligentiam hominū. Inhortabatur illos ut perseuerent in dño.] Forsan in eo q̄ laudabant turbā & approbabāt hoc plures cōuertit. Et quare non Paulo scribunt, sed Barnabā mittunt? Nondū uiri sciebant uirtutē, ideo solū constitutū est, ut Barnabas proficisceretur. Quoniam autē & multitudo erat, & nemo prohibebat: meritò germinauit fides, & maxime q̄ nullam illic sustinebant tentationem, & q̄ Paulus prædicabat sine fugiendi necessitate. Bene autem non illi de fame dicunt, sed prophetæ, ne onerosi quidam uideantur. & admiratione dignum, quomodo non indignati fuerūt ut despecti Antiocheni, sed contenti sunt his magistris, ita omnes feruebant ad sermonem. Qui etiam non expectarunt donec fieret fames, sed ante illam miserunt prout abundabat quisq;. Et uide quòd apud apostolos alij quidā hanc potestatem accipiunt, hic autem Paulus & Barnabas, idq; nō sine causa cōstitutum est. Et aliter: Et principium erat, & iam non oportebat scandalizari.

MORALE.

Verū iam nullus hoc facit, tametsi fames sit illa grauior. Non enim par est cōmunē ferre calamitatem, & quū abundantia fruunt alij, pauperiores quosdam fame laborare. Tunc solū fames erat, & qui dabant pauperes. Sicut ēm, inquit, unusquisq; abundabat: nūc aūt duplex fames, sicut & duplex abundantia, fames grauis, fames non audiendi

uerbum

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerbum domini, sed educandi per eleemosynam. Tunc & eleemosyna ij qui in ludæa erant pauperes, potiti sunt: & qui in Antiochia, pecunias contribuebant, & hi magis quàm illi. Nunc autem & nos & pauperes in fame: nam illi quidem necessario alimento egent, nos uero diuina misericordia: quo alimento nullum magis necessarium: non infert saturitatis mala, superuacaneum nihil inde in secessum egerit. Nihil pulchrius, nihil suauius anima quæ sic pascitur, omni superior est morbo, omni fame, omni intemperie & ægritudine, nullus illam poterit rapere: sed sicut adamantinũ corpus, nec ferrũ cædere ualet, nec aliud quiddã, ita & animam ob eleemosynam cõfirmatã nihil tollere potest. Quid enim dic oro, hanc rapere unq; posset? Paupertas? minime, habitat em in regalibus prõptuarijs. Nũ latro & fur? sed illos parietes nullus perfodere ualet: num uermis? sed etiam hoc incõmodo superiorẽ habet thesaurũ. Num inuidia & odium? sed neq; ab illis capitur. num calumniæ & insidiæ? neq; illæ. Indeprædabilis enim thesaurus est. Sed indecorum fuerit, si hęc sola demonstraro quæ eleemosynæ accidunt, & non contraria. Nõ enim ab inuidẽtia solum liberata est, sed etiã multa benedictione fruitur, etiam ab his quibus non est benefactum. Nam quemadmodũ crudeles ac inhumani non eos duntaxat habent aduersarios, quos afflixerunt, sed etiam eos qui nihil passi illis condolent: nam & isti accusant & uituperant: Sic qui multa bona fecerunt, nõ solum eos quibus benefecerunt, sed etiã eos quibus nullum beneficiũ impenderunt, inueniunt laudatores. Quid dicam liberos ab inuidia & insidiatoribus, & latronibus, & parietum effractoribus? Nõ hoc solum bonum habet, sed adhuc cum eo q̃ nõ imminuuntur, crescunt etiam opes, & multiplicantur. Quid Nabuchodonozore turpius? quid deformius? quid iniquius? Impius homo erat, plurima signa & iudicia uidit, & noluit resipiscere, sed seruos dei in caminũ iniecit, & postea adorauit. Quid igitur prophe
Dan. 4 ta? Rex, ait, consiliũ meũ placeat tibi, peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperũ. forsan erit uenia delictis tuis. Hoc sic dixit, nõ ambigens, ualde enim persuasum erat prophetæ, sed uolens illum amplius terrere & cogere ut hoc faciat. Si enim affirmando dixisset, ne gligentior factus esset ille. Ita & nos tunc maxime D quosdã urgemus quando dicimus, obsecra illum, & nõ adiicimus omnino auditurũ, sed forte auditurũ. Metus enim à dubitatione profectus, magis impellit, & propter hoc certũ & manifestum istud nõ fecit. Quid dicis? tãtis ne impietatibus erit uenia? Etiam, non est peccatũ, quod non possit purgare eleemosyna, quodue non possit extinguere. Omne peccatũ infra illã stat. Remediũ est ad omne uulnus utile. Quid publicano deterius? omnis iniustitiæ fomes est auaritia, sed hanc omnẽ abluit Zachæus. Vide quomodo & Christus hoc monstrat, dum curauit & marsupium habere, & porta
Gal. 2 re ea quæ immittebantur. Paulus autẽ dicit: Tantum ut memores pauperũ essemus. Et per omnẽ ubiq; scripturã super hac re sermo est. Præcipuum animæ uiri, inquit, diuitiæ pro priæ. Et Christus: Si uis perfectus esse, uende tuas facultates, & da pau- Prou. 13 peribus, & ueni sequere me. Hęc meritò perfectio Matth. 19 est. Eleemosyna autem nõ in solis fit pecuniis, sed etiam in operibus: ut exempli gratia dicam, est patrocinari, & uiduæ manum porrigere. Huiusmodi enim patrocinium sæpe plures seruauit, quàm pecuniarũ largitio. Igitur in præsenti tempore omnia misericordiarum genera exerceamus. Ne sis segnis, potes patrocinari, ne dicas, quoniam pecuniæ mihi non sunt. Hoc nihil est dicere, nam & illud magnum quiddam erit, quemadmodum si aurum dedisses, ita affectus esto. Potes ministrare, etiam hoc facito, utputa medicus es arte, diligenter cura infirmos, est etiam hoc magnũ. Vales etiam consilio, hoc omnib. maius est, melius & amplius, B quanto & maius habet lucrũ. Non enim famẽ solùm, sed difficilem mortẽ. Hoc etiã apostoli abundantes pleni erant. Propterea pecuniarum distributionem alijs concrediderunt, ipsi prædicationi bus uacarunt. An putas paruam esse eleemosynã, animam cõsilio destitutam, & extreme periclitantem, atq; febrium incendio detentam, morbo posse liberare? Vides amicum ab auaritia detineri, miserere hominis: suffocatur, extingue illius ignem. Quid igitur si nõ obtemperet? Tu quod tuum est facito, & ne sis ignauus. Vidisti illum in uinculis detineri, uincula enim reuera sunt pecuniæ, abi ad illum, uisita illum, consolare, tenta illum à uinculis eripere. Si audire non uult, ipse feret pœnam. Vidisti nudum & peregrinum, nudus enim reuera & peregrinus est cœlorum, qui uitam bonã negligit: recipe eum in diuersorium tuum, & uesti illum uestimentis uirtutum, fac eum ciuem in cœlis. Quid igit si ipse nudus sim? inquis. & teipsum primũ uesti. si scis quòd nudus es, omnino etiam scis quòd debes te induere. Si huius nuditatis modum solũ nosti, potes facile scire etiam animæ uestitum. Quot mulieres serica uestimenta ferunt? nudæ autem reuera sunt à uirtutum uestibus. Illis eas uiri uestiant. Sed has uestes nolunt, aliasq; petunt. Hoc primũ fiat, ut illas principio desiderent ac concupiscant: ostende quòd nudæ sint. Differe de iudicio futuro, dic alibi non his, sed alijs opus fore. Quòd si toleratis me dicẽtem, etiam ego nuditatem ostendam. Nudus in frigore stat, frigore contremiscit, ac stupescit brachijs seipsum amplexans. In æstate non fit idem. Si igitur ostendam opulentos & opulentas, hoc magis nudos, quo magis uestiti sunt. Ne sitis difficiles. Quid igitur, dic oro, quando sermones de gehenna mouerimus, & de tormentis illis: nónne magis quàm nudi illi tremiscunt ac stupent? nónne amarè gemunt, & condemnant seipsos? Quid igitur quando ad aliquem accedunt, & dicunt: Ora pro me? nónne hæc uerba illis dicunt? at nunc quidem licet multa dixerimus, nondum manifesta est nuditas, erit autem illic manifestum. Quomodo? quando sericis illis uestibus amissis à solis uirtutum & malitiæ uestibus singuli agnoscentur, quando pauperes

peres quidem magna gloria uestiti erunt, diuites A autem nudi ac deformes ad tormenta rapientur. Quid delicatius ac luxuriosius diuite illo purpura uestito, quid cõtrà Lazaro pauperius? Vter igitur mendicorum proferebat uerba? uter abundãs factus est? Dic oro: Si quis domũ multis tapetib. ornet, ipse autẽ intus sedeat nudus, quæ utilitas? ita & mulieribus accidit. nam domum animæ, corpus inquam, multis amiciunt, materfamilias autẽ intus sedet nuda. Afferte mihi animę oculos, & ostendam uobis animæ nuditatẽ. Quid enim est uestimentum animæ? uirtus. Quæ nuditas? peccatũ. Sicut igitur si quis spoliauerit quempiam liberũ, erubescit & humiliatur ac fugit: ita sanè & anima, si uoluerimus in illã respicere, quæ non habet has uestes, erubescit. Quot putas nunc confundi, & in B illud profundum descendere, & quasi uelamentũ quoddã requirere, ut hos non audiant sermones? Quæ autem sibi non sunt male conscię, oblectantur, gaudent, & gloriantur in his quæ dicũtur. Audi de beata Thecla, illa ut Paulum uideret, aurum suum dedit. Tu autem ut Christũ uideas, neq; obulum das. Et admiraris quidem quod illa fecit, non imitaris autem. Nõ audis quomodo misericordes
Matth. 5 beatos dicit sermo? Beati misericordes, inquit, quoniam misericordiam consequentur. Quod lucrum à preciosis uestibus? Quandiu hanc stolam admiramur? induamur gloria Christi, circumdemur illa pulchritudine, ut & hic laudemur, & alibi æterna bona consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri simul C ac spiritui sancto gloria, imperium, & honor nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Cap. XII PER ILLVD AVTEM TEMPVS IMMISIT Herodes rex manus ut affligeret quosdam ex ecclesia, occidit autem Iacobũ fratrem Ioannis gladio, & uidens quòd rem gratã fecisset ludæis, adiecit ut apprehẽderet etiam Petrum. Erant autem dies azymorum. Homilia XXVI.

QVALE nam tempus dicit? omnino quod mox sequebatur. Et hic quidẽ sic intelligere conuenit, alibi autem aliter. Quando enim Matthæus dicit, In diebus illis, adest Ioannes prædicans: non mox sequẽtes dies intelligit, sed illos, D in quibus futura mox erãt ea quæ narrabat. Mos enim scripturę est hoc tropo uti, & aliquãdo quid exponere per ordinem iuxta quem eueniunt, aliquando autem quę posterius contingunt enarrare, quasi mox fierent. Bene autem dicit, Herodes rex: hic non erat, sub quo Christus passus est. Ecce alia tẽtatio, & uide id quod initio dixi, quomodo per relaxationẽ & afflictionem contexantur in apostolorum successibus omnia. Non iam Iudæi, neq; cõsilium, sed rex immittit manus ut affligat. Maior potestas, difficilius certamẽ, & hoc magis, quo gratificari Iudæis magis studebat. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio.] Simpliciter & quasi fortuitò. Si autem quis rogarit, quare deus permiserit? dicemus, q̃ pro illis ipsis. primum quidem persuadebat illis, q̃ præualeant, licet occidãtur, id quod & de Stephano actum est, secundo dabat Iudæis posteà impleſſent furorem, ut reducantur ab insania, & tertio ostendebat q̃ hæc permissione fierent. Videns aũt, q̃ rem gratã faceret Iudæis, adiecit ut apprehenderet etiam Petrum.] O miram inhumanitatem. Qua in re gratificat illis? sine causa & simpliciter cędes faciens.

Erat autem dies azymorũ.] Iterũ superflua Iudæorũ curiositas. Occidere quidem non prohibebant, in tempore aũt tam sacro talia cõmittebant. Quem etiam apprehensum posuit in uincula, tradens quatuor militũ quaternionibus. Erat hoc & furoris, & timoris. Occidit, inquit, Iacobum fratrem Ioannis gladio.] Vidisti illorũ fortitudinẽ? B Nam ne quis dicat, q̃ sine periculo & metu contemnere audeant mortem, utpote eripiente illos deo, idcirco occidi permittit etiam principes, docens sic eos qui occidebãt, q̃ neq; ista illos abstterrent & prohibent. Itaq; Petrus seruabatur in custodia, oratio autem fiebat cõtinua pro illo ab ecclesia apud deum.] Erat enim grauissimum certamen, meticulososq; illos faciebat, & q̃ ille in carcere coniectus erat, & quòd iste interfectus esset.

Quãdo autẽ producturus erat illum Herodes, nocte illa Petrus erat dormiens inter duos milites ligatus catenis duabus. Et custodes ante fores obseruabant custodiam. Et ecce angelus domini astitit, & lux fulsit in habitaculo. Percusso autem latere Petri excitauit illum, dicens: Surge uelociter, & deciderunt catenæ illius à manibus.] Vide per illam noctem illum eripuit: & lux fulsit in habitaculo, ne putet spectrum esse. Et lucem nemo uidit præter illum. Nam licet etiam hoc factum sit, & nihilominus putabat esse phantasiã, eo quòd sic inexpectatum erat, si hoc non fuisset factum, multo magis suspicatus fuisset se illudi. Ita ordinarat aciem cõtra mortem. Faciebat hoc q̃ multis diebus illic manserat, & non seruatus erat. Et quare, dicit quis, nõ permisit illum deus, ne caderet in manus Herodis, & mox tunc eripuit? Quia illud quidem attonitos eos fecisset, hoc autẽ pro illis factũ est. Nunquid habiti fuissent homines, si omnia diuino more fecisset? Circa Stephanũ quid omissum est? Nónne ut angeli, faciem illius ostendit? Quare autẽ omnino omissum est hic quoq;? Dixitq; angelus ad illum: Præcingere, & subliga sandalia tua.] Iterum hoc loco ostendit, quòd non dolis euasit. Nullus enim festinans & euadere effodiendo uolens, tantam diligentiã adhibet, ita ut etiam sandalia accipiat, & se præcingat. Fecit autem sic, & dicit illi: Circumda te uestimento tuo, & sequere me. Et egressus sequutus est illum, & nescie bat uerum esse quod fiebat ab angelo. Videbatur autem sibi uisionem uidere. Transeuntes autem primã custodiam & secundam, uenerunt ad portam ferreã quæ ferebat in ciuitatẽ, quæ ultrò aperta est eis.] Ecce secundũ signũ. Quãdo recessit angelus, tũc cogitauit Petrus. Et egressi processerũt uicum unũ, & continuò discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus dixit: Nunc scio quia uerè

emisit

Universidad de Deusto
Biblioteca

emisit dominus angelum suum, & liberauit me de A manu Herodis, & omni expectatione populi Iudæorum.] Nunc cognoui, inquit, non tunc. Quare autem fit hoc, & nõ sentit Petrus ea quæ fiebãt, quamuis iam talem expertus liberationem, quando cũ reliquis apostolis dimissus fuerat? Vult eũ perfecta prius liberatione, tum demum sensum eius percipere. Quòd autem catenæ è manibus eciderant, magnum argumentũ est cp non fugerit.

Recp perpensa uenit ad domũ Mariæ, quæ erat mater Ioannis qui cognominabatur Marcus, ubi erant multi cõgregati & orantes. Pulsante autem Petro ianuam uestibuli processit ancilla ut subauscultaret, nomine Rhode, & agnita uoce Petri præ gaudio non aperuit uestibulum.] Vide Petrum non statim recedere, sed prius annunciare lætum nuncium suis. Ingressa autem annunciauit Pe- B trum stare ante uestibulum. Illi autẽ ad eam dicebant: Insanis. Porrò hæc confirmabat sic se habere.] Vide & ancillas pietate plenas, præ gaudio non aperuit uestibulum. Illi uero etiam hoc facto renuerunt. nam hæc quidem cõfirmabat sic se habere, at illi dicebant: Angelus illius est. Petrus autem permanebat pulsans. Vt aũt aperuerunt, agnouerũt illũ, & obstupuerunt. Quũ innuissẽt aũt eis manu, ut tacerent, narrauit illis quomodo dñs ipsum eduxit è custodia. Dixit aũt: Nunciate Iacobo & fratribus hæc. Et egressus iuit in aliũ locũ.] Itacp iterum uideamus contextũ eorũ quæ dicta:

Per illud tempus, inquit, iniecit manus rex Herodes, ut affligeret quosdam de ecclesia. sicuti bestia absq; omni ratione omnes inuadit. Hoc est cd C
Mat. 10 dicebat Christus: Poculũ quod bibiturus sum, bibetis: & baptismo quo ego baptizor baptizabimini. Occidit aũt, inquit, Iacobũ fratrẽ Ioannis gladio. Et quomodo, inquit, Petrũ nõ mox occidit? dixit causam scriptor. Dies enim, inquit, erãt azymorũ: & magis uolebat euulgari trucidationem eius. Itacp illi quidem propter admonitionẽ Gamalielis continebant se in posterũ à cædibus, & alioqui necp causas inueniebãt, & sic adumbrabãt per alios sua. Quoniã aũt & alius Iacobus erat frater dñi, propter hoc assignauit dicens fratrẽ Ioannis. Vides cp hi tres summi erant, maxime autẽ Petrus & Iacobus. Hæc maxima condemnatio illorum erat. Nõ enim iam humana prædicatio ostendebatur, & reuera illud adimplebatur, Reputati D
Psal. 43 sumus sicut oues occisionis. Videns aũt cp gratificaretur Iudæis, adiecit ut cõprehenderet etiã Petrum. Grata res Iudæis cædes, atcp iniusta cædes. Magna demẽtia Herodis, illicitis illorũ desideriis ministrabat. Debebat diuersum agere, & illorum impetũ morari: ille aũt indulget sicut carnifex quidam ægrotantium, sed non medicus, quamuis innumera exempla habens & aui & patris Herodis: & quomodo ille quidem propter cædem paruulorũ innumera passus est mala, hic aũt Ioanne occiso graue bellum suscitauit. Quem & apprehensum, inquit, posuit in uincula. Metuebat ne Petrus propter timorem, quẽ ex morte Iacobi concepisset, secederet: & uolens illũ secure detinere, conie-

cit in uincula, tanto maiori diligẽtia custoditum, quò mirabilior foret ostentatio. Hoc aũt erat pro Petro, qui hinc probatior factus, & fortitudinem suam declarauit. Oratio aũt, inquit, cõtinua fiebat.] Magni amoris indicĩũ oratio. Patrẽ omnes quærebãt, patrẽ mansuetũ. Continua, inquit, oratio fiebat pro illo. Audite quomodo affecti erant erga præceptores: non cõminantur, non tumultuati sunt, sed ad preces conuersi, præsidium reuera inexpugnabile, ad illud confugiebant. Non dicebant, humilis ego & nihili homo pro illo orarẽ? Quoniã dilectio erat, nihil tale cogitabãt. Vis scire quanta fecerint ludęi, etiam non uoluntarij? illos clariores reddiderunt, hos diligentiores fecerunt. Et uide in die festo tentationes intentari, ut clariores appareant hi. Quando aũt producere illum uoluit Herodes, nocte illa, inquit, Petrus dormiebat. Vide Petrũ dormientẽ, & nequacp in mẽtis agone constitutũ. Illa ipsa nocte qua productus erat eum dormiebat, causam totã proiecerat in deũ: nõ simpliciter aũt dormiuit, sed inter duos milites, & catenis uinctus. Inter duos, inquit, milites dormiebat uinctus catenis duabus. Vides cp diligens custodia. Et ecce angelus dñi astitit, inquit dicens: Surge uelociter. Simul dormientes erant custodes, ideo quid fieret nõ sentiebant. Lux aũt fulgebat, ita ut etiã uidere posset Petrus, ne putet esse phantasiam: & ne sit deses, percutitur latus eius. Et non simpliciter audit, surge: sed, uelociter: cũ additamento, ita grauiter dormiebat. Videbat aũt sibi uisionẽ uidere, inquit. Transiuit aũt primã & secundam custodiam. Vbi nunc sunt hæretici, quomodo transierit dicant nunc, sed nõ poterũt, quamuis propter hoc illum accingi iubeat & calciari, & hac ratione persuadet ei, cp non sit phantasma, & ut excutiatur somnus, & sciat cp uerũ sit. Idcirco statim etiam catenæ eius de manibus eius eciderunt, & audit, Surge uelociter: non turbati est & trepidantis, sed urgentis ne moram trahat. Et nesciebat, inquit, quòd uerum esset, quod fiebat per angelum: uidebatur autem sibi uisionem uidere. meritò, maximæ enim res fiebant. Vides quantum signum? quomodo uidentẽ terret, quomodo non sinit credibile esse. Si enim Petro uidebatur, tantopere quòd uideret uisionem, quanuis cinctus & calciatus, quid alius non passus esset? Transeuntes autem, inquit, primam custodiam & secundam, uenerunt ad portam ferream, & egressi processerunt uicum unum, & statim recessit angelus ab illo. Ea sanè quæ intus gesta erant magis mirabilia erant, hoc autem iam humanius: recedit enim angelus quum nihil prohiberet. Non enim per tot obstacula transisset Petrus, reuera enim stupor erat. Nunc cognoui, inquit, quòd uere misit dominus angelum suum, & liberauit me de manu Herodis, & omnis expectationis populi Iudæorum. Nunc, non tunc quãdo in carcere eram. Et re perpensa uenit ad domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominabatur Marcus. Quid est, re perpensa? hoc est reputãs ubi esset. Vel igitur hoc perpenso, uel quòd nõ simpliciter abire oportet,

sed

sed remunerare benefactorem, uenit ad domum A Mariæ. Quis est hic Ioannes? forsan ille qui semper cum eis erat: nam propter hoc etiam cognomen eius ponit. Vide quantum bonum est persecutio, quantum precantes in nocte perficiũt, quo modo alacres & excitatos illos efficit. Vidisti quã tum lucrum cædis Stephani? uidisti uinculi huius quanta utilitas? Deus enim dum non iniurias suis illatas ulciscendo, magnum ostẽdit & efficax euangelium, sed dum in medio persequentium seruat eos incolumes, facit non apparere tribulationes per se magnas, ne liberationem omnino quæramus, aut ultionem. Vide autem quomodo ancillæ cũ illis iam in pari honore sint. Præ gaudio, inquit, non aperuit. Bene etiam hoc factum est, ut ne etiam illi statim uidentes nimium obstupescãt & minus credant, sed ut exerceatur illorum mens: B & qui nobis mos est ut faciamus, dedit operam & ipsa ut læti nuncij ferret præmium: erat enim reuera lætum nuncium. Alij autem dicebant ad illam: Insanis. At hæc confirmabat sic se habere. Porro illi dicebant, Angelus illius est. Et hoc uerum est, quòd unusquisq; angelum habet. Et unde uenit illis in mentem tunc angelum esse? A tempore illud coniectabant. Vt autẽ ille permansit pulsans, inquit, aperientes uiderunt illum, & obstupuerũt. At ille cum innuisset manu, silentium magnum fecit, ut audirent quæ illi obuenerant. Desideratior multò posthac fuit discipulis, non solum quòd seruatus est, sed etiam quòd astitit, & statim accessit. Discunt postea & familiares omnia manifestẽ, & extranei didicissent, si uoluissent credere. Hoc & C in Christo euenit. Annunciate, inquit, Iacobo & fratribus hæc. Vide quomodo non est uanè gloriosus, Non eñ dixit: Vbicp manifesta facite hæc, sed fratribus. Et abscessit in alium locum. Non enim tentabat deum, necp in tentationes immittebat seipsum. Quia quando etiam hoc iussi fuerãt, fecerunt. Ingressi enim inquit in templum loquamini populo. audierunt, & statim obedierunt. Hoc autem non dixit angelus, sed silenter abducendo, & noctu educendo, dedit copiam seceden di. Hoc autem factum est, ut ediscerent quomodo multa etiam humano modo dispensentur ac fiãt, ne iterum periclitaretur. Ne enim dicãt, quòd angelus eius sit, postquam abiret, prius hoc dicũt: D & tunc illum uident, subuertentem opinionem illam. Angelus si esset, non pulsasset fores, non secessisset in alium locum. Confirmat etiam illos, quòd non in die factum est. Illi autem effusi erant in preces, & is ligatus somno. Num putasset uerum esse quod fiebat, si territus esset, si non meminisset? Nunc autem quasi insomnium esset inturbatus fuit. Venerunt, inquit, ad portam ferream. Vide etiam quàm fortis fuerit. Transeũtes autem, inquit, primam custodiam & secundam, uenerũt ad portam ferream. Quare non illos per seipsos, dicet quis, sic liberat? Quare? Etiam hac re honorat illos deus, per angelos eripiens. Cur igitur in Paulo non similiter actum est? Illic merito, quoniam custodẽ carceris credere oportebat: hic autem liberari duntaxat apostolum. Et alio qui uarijs modis deus omnia dispẽsat. Illiccp Paulus hymnos dicit, hic autem Petrus dormit. Ne igitur occultemus miracula dei, sed & in nostram utilitatẽ, demus operam ut inuulgemus ea, & in aliorum ædificationem. Sicut enim mirabilis est qui uult ligari, ita etiam mirabilior, qui non antea recedit, quàm suis enarret omnia. Et dixit, inquit, Dicite Iacobo & fratribus. cur nam iubet dicere? ut gaudeant, ne solliciti sint, ut per hos illi discant, non ipsi per illos. Adeo curam gerebat partis quæ humilior erat.

MORALE.

Nihil igitur cõgrua afflictione melius. Qualẽ putas illorum fuisse animã? quanta uoluptate plenam? Vbi nunc mulieres quæ tota nocte dormiunt, ubi uiri qui ne uertunt quidem se in lecto? Vides sobriam animam? Cum uxoribus & pueris, & puellis deum laudabant puriores cœlo afflictione facti: nunc autem paruo periculo uiso concidimus. Nihil ecclesia illa clarius fuit. Imitemur illos, æmulemur, non ideo facta est nox, ut per totã dormiamus, & ociosi simus. Testãtur hoc & opifices, nautæ, negociatores. Ecclesia dei medijs surgit noctibus, surge & tu, & uide astrorum choream, profundum silentium, magnam quietem, obstupesce dei tui miram dispensationem. Purior tunc est anima, leuior subtiliorcp tũc est, sublimia uidet ac expedita est. Tenebræ ipsæ, silentiũcp multũ in compunctionem inducere sufficiunt. Si autem & cœlum uideris, quasi innumeris interpunctum oculis, omni uoluptate frueris statim concepta opificis sapientia. Si consideraris eos qui interdiu clamant, rident, lasciuiunt, saltant, iniustè agunt, auaritiæ intenti sunt, minantur, innumera mala inferunt, ibi tunc à mortuis nihil distare, condemnabis omnem humanam infirmitatem. Somnus accedit, & naturam redarguit, imago est mortis, imago est consummationis. Si prospexeris in plateã, nullam uocem audies: si introspexeris domum, uidebis omnes quasi in sepulchris iacentes. Hæc omnia sufficiunt excitare & inducere animã ad cogitandã mundi cõsummationẽ. Hic sanè mihi & ad uiros & ad mulieres sermo est: flecte genua, in gemisce, ora dominũ, ut tibi misericors sit, magis flectitur nocturnis precibus, si quando tu quietis tempus, facias lamentorum tempus. Memor esto D regis, qualia uerba dicebat: Laborauí in gemitu Psal. 6 meo, lauabo per singulas noctes lectũ meum, lacrymis meis stratũ meũ rigabo. Quantumuis delicatus fueris, nõ es illo delicatior: quantũuis diues, nõ es ditior Dauide. Et iterum idem dicit: Media ibid. 118 nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustitiæ tuæ. Tunc non interturbat uana gloria, omnibus scilicet dormiẽtibus, & non uidentibus: tunc non ignauia & oscitantia insidiantur, quandoquidẽ animã tot ac tanta excitant, & alacrem reddunt. Post tales uigilias dulces somni, & uisiones mirabiles. Hoc fac & tu uir, non sola mulier. Sit ecclesia domus ex uiris mulieribusq; cõsti tuta. Nunquid eñ quia tu solus es uir, aut quia ista

Universidad de Deusto
Biblioteca

sola est mulier, putabis impedimentum esse? Vbi
sunt duo in meo nomine, inquit, congregati, illic
Matth. 18 sum in medio illorum. Vbi Christus medius, magna multitudo est: ubi Christus est, necesse est & angelos esse, necesse & archangelos, & alias uirtutes. Non igitur soli estis, omniũ uobiscũ habentes dominũ. Et iterũ audi prophetã dicentẽ: Melior est unus faciẽs uoluntatẽ domini, ꝙ innumeri præuaricatores. Nihil infirmius multis præuaricatoribus, nihil fortius uno iuxta legẽ dei uiuente. Si tibi etiã filij sunt, excita & filios, & fiat modis omnibus domus nostra ecclesia. Si autẽ teneri sunt, & uigiliam ferre nequeunt, unam & alteram orationẽ faciant, & iterum sinito quiescere. Tantum surge, tantũ in cõsuetudine cõserua teipsum:
nihil hoc promptuario melius quod tales suscipit B
[Psal. 62 preces. Audi prophetã dicentem: Si memor eram tui super stratum meum, in diluculis meditabar in te. At dicis: Laboraui per diem multũ, & non possum. Cauillum est & excusatio: nam quantumuis laboraueris, non laboraueris quantũ faber ferrarius, qui graues folles trahit usq; ad flammã, & fumũ toto corpore recipit: attamen ille bonã noctis partẽ sæpe negocijs insumit. Scitis etiã mulieres, si qua uos necessitas fecit ire in agrum, uel ad perui-
gilium progredi, quomodo per totam noctem illic uigilat. Et tibi igitur officina sit spiritualis, non ut ollas ac lebetes, sed ut animã tuam pares, quæ ærario fabro & aurifabro melior: ueterẽ illam factam impone in conflatorium cõfessionis, folles à sum-
mo deduc, hoc est uerba condemnantia, accende C
ignem spiritus, multò maiorem artem habes. Nõ aureũ uas formas, sed omni auro precio siorẽ animã, sicut ærarius faber uas: non em̃ corporale uas cõponis, sed animã liberas ab omni seculari phantasia & solicitudine. Assit tibi lucerna nõ illa quæ flagrat, sed quam propheta habuit dicens: Lucerna em̃ pedibus meis uerbũ tuũ. Accẽde orationibus animã tuam. Si uideris satis habere, educ, accende ad id quod uoles: crede mihi, non sic ignis sordes purgare solet, ut oratio nocturna sordes peccatorũ nostrorum. Si nihil aliud, erubescamus quòd nocturni uigiles ac custodes propter homi
num leges obambulant in frigore multũ clamantes, & in uicis euntes sæpe compluuntur, rigentq; propter te ac tuã salutẽ, pecuniarũq; tuarũ custo- D
diam. Illi pro tuis pecunijs tantã habent curam, tu autem neq; pro animã tua. Sanè ego nõ cogo ambulare sub dio sicut illi, neq; clamore disrũpi, sed in ipso promptuario conclauiq; tuo flecte genua, ora dominũ. Quare ipse Christus pernoctauit in monte? nónne ut typus nobis fieret? Tunc respirant plantæ, in nocte dico: tũc & animæ maximè & magis q̃ illæ rorẽ suscipiunt. Quæ enim in die sol adussit, eadẽ nox refrigerat. Nocturnæ lacrymæ, quouis rore magis cõtra cõcupiscẽtias & ardores omnes demittũtur, nec sinunt grauiora pati. Si autẽ rore illo nõ frueris, per diem exureris: sed absit ut aliqs uestrũ, ignis illius fiat materia. Verũ refrigeremur, & misericordia dei fruamur, ut oẽs nos liberemur ab onere peccatorũ, gratia, &c.

A FACTO AVTEM DIE ERAT TVRBA-
tio non parua inter milites, quidnam de Petro actum esset. Herodes autem quum requisisset illum, & eo non inuento, examinauit custodes, & iussit abduci, & descendens à Iudæa in Cæsarea cõmoratus est. Hom. XXVII

VLti dubitant quomodo desperexerit tunc deus illos seruos, qui propter Petrũ occidebãtur, quum potuisset illos cum Petro liberare: at si cum Petro angelus etiam milites eduxisset, res illa habita fuisset fuga. Cur igitur non aliter dispensauit, inquit? Et quid damni nunc accidit? Si consideremus quòd qui iniuste aliquid mali patiuntur, nihil læduntur, à talibus quæstionibus abstinebimus. Aut cur non quæris etiam de Iacobo, quare illum non eripuit? Et alioquin nondum erat iudicij tempus, ut unicuiq; redderetur pro merito. Neq; Petrus iniecit illos in manus Herodis, uerũ ille potius dolebat se delusum esse sicut auũ sunum à Magis, & disrumpebatur quòd factus esset ridiculus. Bonum autem est scriptoris audire uerba: Facta, inquit, die, erat turbatio non par- Matth. 2
ua inter milites, quidnã de Petro actum esset. Herodes autem requisiuit eum, & non inuento illo, examinauit custodes, & iussit duci.] Quãuis audiuisset ab illis, examinauerat enim, & quòd uincula soluta, & quòd sandalia accepit, & quòd usq; ad noctem illam cum eis fuerit. Sed quid? simul ne occultati fuerunt? quare non ergo & ipsi effugerunt? Certè illum oportebat admirari, oportebat obstupescere: atqui postea manifestũ est omnibus per mortem illorum & dei miraculum, & illius malitia. Et uide quomodo hic ea non occultat, sed & meminit historiæ ita ut doceat nos.

Et descendens à Iudæa in Cæsaream, ibi cõmoratus est. Erat autem Herodes iratus Tyrijs ac Si
donijs, & unanimiter aderant apud illum, & persuaso Blasto qui præerat cubiculo regis, petiuerunt pacem, eo quòd illorum regio à regia alereC. XIII
tur. Statuto autem die Herodes induto uestitu regio, & sedens super tribunali cõcionabatur ad illos. Populus autem acclamabat: Vox dei. Statim aũt illum percussit angelus domini, eo quòd non dedit deo gloriã, & erosus est à uermibus, ac expirauit. Verbum aũt domini crescebat ac multiplicabatur.] Statim ultio inuasit illum, quamuis non propter Petrum, sed propter ipsius magniloquentiã. Dicet quis: Si illi clamarũt quid ad hunc? quia accepit uocẽ, quia dignũ se putauit esse adulatione. Per hũc maximè erudiunt qui temerè adulantur. Vide igitur iterũ utrosq; meruisse pœnã, hunc autem puniri. Non est enim nunc tempus iudicij. Verũ illum qui maximè reus erat punit, dimissis illis ut sic lucrũ accipiat. Et uerbũ dei crescebat, inquit, ac multiplicabat.] Hoc est, hoc facto. Vidisti dispensationem dei? Barnabas aũt & Paulus iterũ reuersi sunt in Hierusalem, implero ministerio, simul accipientes Ioannẽ qui cognominabatur Marcus. Erãt aũt quidam in ecclesia quæ erat Antiochiæ prophetæ ac doctores, Barnabasq;

basq; & Simeon qui uocabatur Niger, & Lucius A
Cyrenæus, & Manahen Herodis tetrarchæ collactaneus, & Saulus.] Adhuc Barnabæ prius memi
nit, nondum Saulus clarus erat, nondum signum aliquod fecerat. Ministrantibus aũt illis domino, & ieiunãtibus dixit spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabã & Saulũ in opus in quod uocaui eos. Tunc ieiunantes & orantes, & impositis manibus illis dimiserunt.] Quid est, ministrantibus? prædicãtibus. Segregate, inquit, mihi Barnabam & Saulum. Quid est, segregate mihi in opus? in apostolatum. Vide iterum à quibus ordinantur. A Lucio Cyrenæo & Manahe, imò à spiritu. Quãto em̃ personæ humiliores erãt, tanto purior dei apparet gratia. Ordinatur iam in apostolatũ, ut iam
eum potestate prædicet. Quomodo igitur ille di- Gal. 1
cit, Non ab hominibus neque per homines? dicit B
non ab hominibus, ut manifestet, quòd non homo illum uocauit, neq; adduxit. Dicit nec per hominem, quòd non ab aliquo missus est, sed à spiritu. Idcirco & sic subdidit: Igitur illi quidem missi à spiritu, descenderunt in Seleuciam, & illinc abnauigauerunt in Cyprum. Videamus autem iterum ea quæ dicta sunt: Facto autẽ die, inquit, erat turbatio non parua propter Petrum. Et examinatos custodes iussit abduci.] Adeo insensatus est, ꝙ etiam iniustè punire attentat. Ecce sermonem pro illis suscipio. Vincula erãt, custodes intus, carcer clausus, nusquam perfossus paries, omnes eadem dicebant, uir rapi non potuit, quare illos condemnas? Si uoluissent soluere, antea hoc fecissent, C
uel simul exissent. Num pecunias acceperũt? Vnde? Qui neque pauperibus quod daret habebat, his dabat? Neq; enim detritæ sunt catenæ, neque solutæ. Oportebat uidere esse rem diuinã non humanam. Deinde quoniam historiam postea inserturus erat, propter hoc etiã nomina ponit, ut comprobetur omnia uerissimè tradere. Et persuadentes Blasto, inquit, qui præerat cubiculo regis, petebant pacem. Hoc faciunt, quoniam fames erat. Isto autem die quum sedisset Herodes in tribunali, concionabatur, inquit, statim autem percussit illum angelus domini, & erosus à uermibus expirauit. Hoc & Iosephus dicit, quòd longo morbo implicitus fuerit. multi itaq; hoc nescierunt, scriptor autẽ hoc ponit. Quin & ignorantia hæc pro
fuit, dum totũ morti Iacobi & cædi custodum im- D
putant. Vide quãdo Apostolum occidit, nihil tale faciebat: quando autem hos, nõ habebat quod diceret: unde præ pudore descẽdit à Iudæa in Cæsaream. Mihi uidetur & hos adducere uoluisse ad facti sui defensionem. Irascebatur enim illis, dum his gratificaretur. Vide ut uanæ gloriæ cupidus homo erat. Daturus illis beneficium concionabatur. Iosephus dicit quòd amictus fuerit uestè splẽdida: uide & quàm adulantes illi fuerint, & apostolorum prudentiam. Quem enim gens tota colebat, hunc hi cõtemnebant. Iterũ autem illi multum respirant, & multa bona ex illius ultione. Si autem hic quum diceretur, uox dei & non hominis, quamuis ipse nõ diceret, talia passus est: mul-

Chryst. 3

to magis si Christus non fuisset deus ipse, semper
dicẽs: Verba mea non sunt mea: &, Ministri mei Ioan. 14
utiq; decertarent pro me: & alia id genus. Ille autem fœdè ac miserabiliter uitam finiuit, & nihil ex eo reliquum. Vide autem illum quomodo à Blasto iterum mitigatur, utpote homo facile irascẽs, & iterum conciliabilis, & ubiq; seruus uulgi, nihilq; liberum habens. Considera autem & autoritatem sancti spiritus. Ministrantibus autem illis, inquit, domino, & ieiunantibus dixit spiritus sanctus: Segregate mihi in opus Barnabam & Paulum. Quis nõ tantæ autoritatis existens, ausus esset hæc dicere? hoc autem factum est, ne promiscue inter cæteros degerẽt. Vidit illos habere maiorem uirtutẽ, & quòd multis ualerent sufficere. Quomodo autem illis dixit? per prophetas forsan, idcirco præoccupans dixit: Et prophetæ erãt ieiunabantq; & ministrabant, ut discas magna sobrietate opus esse. In Antiochia ordinat, ibi prædicat. Quare nõ dixit, Domino segregate, sed mihi? Ostendit unam esse potestatem ac uirtutem.

MORALE.

Vides quanta res sit ieiunium? ostendit quòd spiritus omnia faciebat. Magnum quoddam bonum est ieiunium, non termino cir cunscribebatur. Quando ordinatio erat, tunc ieiunant, & ieiunantibus illis dixit spiritus sanctus. Ieiunium, non hoc solum est, sed etiã abstinere à delicijs ieiunij species est, eatenus imperarim ego solum: Ne ieiunate, sed absistite à delicijs. Alimenta quæramus, non corruptionem: alimenta quæramus, non morborum fomites, morborum & spiritualium, & corporalium: alimentum quæramus quod uoluptatem habet nõ delicias insuauitate plenas. Illud est in delicijs, hoc damnum affert: illud est uoluptas, hoc uero labor: illud iuxta naturã, hoc præter naturam. Dic enim mihi, si quis dedisset tibi aconitum bibere, nónne præter naturam esset? Si quis ligna & lapides, nónne auersareris meritò? utpote præter naturam. Ita se habent etiam deliciæ. Quemadmodũ enim in ciuitate dum obsidetur, multa fit turbatio ac tumultus, hostibus oppugnationem aggredientibus: ita in anima fit uino & uoluptate ingrediente. Cui uæ? cui turbationes? cui insuauitates & nugæ? cui iudiciũ? nónne his qui immorantur uino? cuius sanguinolenti oculi? Verum quicquid dixerimus, non auocabimus eos D
qui uoluptati sunt dediti, si non contra aliam passionem restiterimus. Et primum quidem contra mulieres nobis sit sermo. Nihil fœdius muliere quæ in delicijs agit, nihil turpius ea quæ ebria est, obscuratur illi flos uisus, turbatur serenitas & puritas oculorum, quasi nube quadam radijs solaribus succedente. Opus illiberale ac seruile, & omni ignobilitate plenum. Quàm insuauis est mulier unum spirans, quod olet ac corruptum est, dum eructat carnium corruptarum humorem, grauata & excitari non ualens, plus rubicunda quàm opus, plena oscitatione & magna nebula. Nunquid quæ à uoluptate abstinet talis est? nõ, sed honesta, casta, & formosa: nam & animæ status, cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pori suum decorem adiicit. Ne putes à corporalibus lineamentis hoc solũ fieri. Da formosam puellam, turbulentam, loquacem, conuiciatricem, ebriam ac sumptuosam: nonne quauis fœda & turpi deformior est? At si erubescat, sileat, modestè loquatur, ieiunijs uacet, duplex pulchritudo, amplior formositas, gratior uultus continentiæ ornatu plenus. Vis iam & de uitijs loquamur? quid ebrio turpius? ridiculus est famulis, ridiculus est inimicis, miserabilis apud amicos, omnium detestatione dignus. Bestia est magis quã homo: Etenim multis pasci, pardi, leonis, ac ursi est. Meritò. Rationalem enim animam illa non habent. Quin & illa plus q̃ opus habent, & mensura naturæ illorũ poscit ac præscribit pasta, corrumpunt totũ corpus. Quanto magis nos? idcirco nobis deus angustum uentrem dedit, ut erudiat animæ curam gerere diligentiorem. Consideremus nostrã constitutionem, & uidebimus unã particulam in nobis hanc habere operationem. Os enim nostrum & lingua ad hymnos deputata sunt, faux ad uocem. Vnde & naturæ necessitas nos intus ligauit, ut neq; inuoluntarij in multam difficultatem incidamus. Quod si quidem uoluptas labores, morbos, & ægritudines non haberet, horrendum foret. Nunc autem terminos tibi præscribit natura, ut neq; uolens transgrediaris. Nunquid uoluptatem quæris amice? hanc à frugalitate parabis.

Num sanitatem? etiam hanc inde. num securitatem & sollicitudinis immunitatem? etiam hanc. num libertatem? num ualetudinem ac robur corporis? num bonam constitutionem? num animæ sobrietatem? num alacritatem? Ista bona omnia hîc. In crapula autem contraria, insuauitas, mala ualetudo, infirmitas, illiberalitas, sumptus. Vnde igitur ad illam currimus omnes, inquit? Ab infirmitate. Die enim mihi, quare nociuum ægrotans inquirit? nonne & istuc ipsum signum est ægritudinis? Quare claudus non recte incedit? Istuc ipsum autem nónne ab ignauia, & quòd non uult accedere ad medicum? Rerum enim aliæ temporariam uoluptatem habent, & perpetuum supplicium: aliæ contrà, temporarium laborem, & perpetuam fruitionem. Qui igitur sic dissolutus & ignauus, ita ut præsentes delicias præ futuris non
Gen.25 contemnat, statim capitur. Die mihi Esau unde captus est, unde præsenti uoluptati futuram gloriam non pretulit? à mollicie & dissolutione. Istuc ipsum autem inquit unde? A nobis ipsis. Et manifestum illinc. Quando enim uoluerimus excitamus nos ipsos, & robusti laborisq; patientes efficimur. Si igitur aduenerit necessitas, sæpe etiam cõtendendo duntaxat, quid utile sit intelligimus. Quando igit delicijs uacaturus es, considera temporariam uoluptatem, damnum esse (damnum enim reuera est, cum tuo damno tantas opes insumere, morbosq; contrahere & infirmitates quæ inde oriuntur) & contemnes uoluptatem. Quotuis tibi enumerẽ læsos à uoluptate? Noe inebriatus est ac nudatus. Et uide quanta hinc mala. Esau primogenita per gulam amisit, & ad fratris cædem festinauit: Populus Israel sedit ut manducaret ac biberet, & surrexerunt ad ludendum. Propter hoc dicit, Comedens ac bibens memor esto Deut.6 domini dei tui. In præcipitium enim inciderunt, qui in uoluptatem inciderunt. Vidua, inquit, quæ 1.Tim.5 in delicijs agit, uiuens mortua est. Et iterum: Incrassatus est, impinguatus est, & recalcitrauit dilectus. Et Apostolus: Carnis curam ne feceritis in Rom.13 concupiscentijs. Non ut legem præcipio ieiunium. Neq; enim est qui audit, sed tollo luxum, morror delicias, propter utilitatẽ uestram. Nam quasi torrens, ita omnia subuertit uoluptas. Nihil est quod illã prohibet. Regno eijcit. Quid amplius? Vis deliciari? Da pauperibus, uoca Christum, ut & post mensam tollere possis delicias. Nam nunc quidem non potes. Meritò: Non enim consistunt præsentia, tunc autem poteris. Vis esse in delicijs? ale animam, cõmunica ei cibos quibus assueuit, ne occidas illam fame. Tempus belli, tempus certaminis est, tu autem sedes in delicijs? Non uides etiam reges qui sceptra ferunt in externis militijs frugaliter uiuere? Non est uobis certamen contra Eph.6 carnem & sanguinem. Tu autem impinguas teipsum certaturus. Stat aduersarius stridens dentibus suis in te, tu autem effusus es, & mensæ addictus es. Scio quod hæc frustra dico, sed non omnibus. Qui habet aures audiendi, audiat. Christus præ fame tabescit, tu autem præ gula teipsum discrumpis. Duo sunt sine mensura. Quid enim mali nõ facit uoluptas? sibijpsi aduersaria est, unde nescio quomodo etiam hoc nomen illi obuenit. Sed quemadmodum gloria, quũ sit ignominia, & diuitiæ, ubi paupertas est: ita & hic nomen inuenis uoluptatis ubi insuauitas est. Nunquid em̃ sacrificandi sumus quod impinguamus nos ipsos? Quid suppeditas uermibus tam splendidam mensam? quid amplius facis quã saniem? cur fontes sudorum & fœtulentias in te deponis? cur teipsum ad omnia inutilem præstas? Vis fieri fortem oculum? corpus fac bene constitutũ. Etenim in chordis, crassa quidem & impuriora ac incorrecta, inutilis ad omnes modos est. Quæ autem undiq; depurata, & tracta satis, bene sonora est. Cur defodis animã? cur crassum parietẽ crassiorem facis? Cur magnũ fumum & nebulam? quandoquidem
D uapores quasi nebula quædam undiq; euaporãt. Si nemo alius, certe athletæ doceant te, quod gracilius corpus, idem & robustius. Igitur & anima frugalitati dedita, firmior est: comparatur em̃ aurigæ & equo. Et licet uidere, quẽadmodum in hominibus uoluptarijs & corpulentis, ita & equos obesiores & plus habẽtes carnis minus agiles esse, & sæpe aurigæ rem turbare. Sanè qui obsequẽtem & firmum equum habet, brabium occupare potest. Quando autem cogitur auriga trahere illum, & dum cadit, sexcenties pungere, neq; sic surgentẽ, etiamsi ualde ille peritus sit, uictoria priuabitur. Obsecro ne despiciamus animã nostrã, quæ per corpus irritatur, sed & illam perspicaciorẽ efficiamus, alas eius leues reddamus & laxiora uincula, sermonib. illam pascamus, frugalitate ac parsimo

simonia: ita ut sanũ sit corpus & ualidũ, gaudeatq; & nõ doleat, ut sic nobiscũ bene affecti possimus summã apprehendere uirtutẽ, & æterna bona assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac sancto spiritui sit gloria, imperiũ, & honor in secula, Amen.

ITAQVE HI QVIDEM EMISSI A SPIritu sancto, descenderunt in Seleuciam, & illinc abnauigarunt in Cyprum, & ut uenerunt in Salaminem, annunciauerunt uerbum dei in synagogis Iudæorum. Habebãt autem & Ioannem ministrum. Hom. XXVIII

Simul abierunt ordinati, & in Cyprũ nauigauerunt, eo quod illic non esset persequutio, & uerbo dei iam sparso: in Antiochia enim sat multi B erant, & Phœnicea prope Palæstinam erat, Cyprus autem non item. Vltra ne quæras quare, quando spiritu mouentur. Non em̃ solum ordinati sunt à spiritu, sed etiam emissi. Et ut uenerunt Salaminẽ, annunciauerunt uerbum dei in synagogis Iudeorũ.] Vides illos omnem diligentiam facere, ut illis primùm annuncient uerbum, ut ne contentiosiores efficiantur: & illi non loquebantur nisi Iudæis solis, & hi in synagogas abierunt. Transeuntes autem insulam totam usq; in Paphum, inuenerunt uirum quendam magum, falsum prophetã, Iudæum, cui nomẽ Bar Iesus, qui erat cum Proconsule Sergio Paulo, uiro prudente: qui uocatis Barnaba & Saulo, inquisiC uit ut audiret uerbum dei. Restitit autem illis Elymas magus. Sic enim sonat si interpreteris nomẽ eius, quærens auertere Proconsulem à fide.] Iterum magus Iudæus sicut Simon, & uide hunc, quando alijs quidem prædicabant non ualde indignantem, quando autem accesserunt Proconsulem, tunc indignatus est. Miraculum autem est in Proconsule, quòd præoccupatus illius magia uoluit audire apostolos. Ita & Samaritani fecerãt, & à comparatione uictoria apparet dum magia uincitur. Vbiq; uana gloria & amor principatus causæ sunt malorum. Paulus autem qui & Saulus plenus spiritu sancto, intentis in cœlum oculis, dixit: O plene omni dolo, & omni uersutia, fili
D diaboli, inimice omnis iustitiæ, non cessas peruertere uias domini rectas. Et nunc manus domini super te, & eris cæcus, non uidens solem usque ad tempus.] Hic nomen illius mutatur cum ordinatione, id quod & Petro accidit. Et uide, non hic contumelijs locus est, sed stupori. Impudentes enim & erubescere nescientes sic appellare conuenit. O plene omni dolo, inquit, & omni uersutia fili diaboli, hostis omnis iustitiæ. Hic reuelat quæ in mẽte eius erant, prætextu salutis perdente Proconsuleñ. Non cessas, inquit, peruertens uias domini? & credibiliter. Non nos, inquit, impugnas, sed uias domini subuertis rectas, & cũ laude hoc dicit. Et iam nunc ecce manus domini super te, & eris cæcus. Quo ipse adductus est signo, hoc & hunc uoluit adducere. Vsq; ad tempus, non puni entis erat uerbum, sed admonentis. Si enim puA entis fuisset uerbum, omnino illum fecisset cæcum. Nunc autem non hoc agit, sed ad tempus, ut Proconsulem lucrifaciat. Mox autem irruit super illum caligo & tenebræ, & obambulans quærebat qui se manu duceret. Tunc uidens Proconsul quod factum, credidit obstupescens ad doctri nam domini. Meritò, eum enim qui præoccupatus erat magia, hac pœna edoceri conueniebat: ita & in Ægypto magi à muscis instituebantur. Vide autem illos non diu moram trahentes, utpote Proconsule iã credulo facto, neq; emollitos adulatione & honore, sed statim operi incumbentes, & in diuersam regionem festinantes. Cum autem soluissent à Cypro qui cum Paulo erãt, uenerunt in Pergen Pamphyliæ: Ioannes uero recedens ab eis, reuersus est in Hierusalem. Illi autem transeuntes à Perge, uenerunt Antiochiam Pisidiæ, & ingressi in synagogam die sabbatorum, sederunt.] Iterum in synagogas in persona Iudæorum ingressi sunt, ut ne impugnarentur nec fugarentur, ita totum perficiebant. Post lectionem autẽ legis & prophetarum, miserũt principes synagogæ, dicentes ad illos: Viri fratres, num est in uobis uerbũ exhortationis ad populum? dicite.] Iam hinc quę cũ Paulo acta discemus, non pauca em̃ de Petro in antea dictis didicimus. Sed iterum uideamus quæ dicta sunt: Et ut uenerunt in Salaminem, annunciauerũt uerbum dei.] in metropolim Cypri. Manserunt ad annum in Antiochia, oportebat & illinc abire, & non semper ibi sedere: opus erat illis maioribus doctoribus. Vide quomodo & in Seleucia nõ perseuerãt, scientes quòd à uicina ciuitate fructum habituri essent ij qui illic: uerum ad ea quæ magis proderant, festinãt & illic. Nam ut uenerunt ad metropolim insulæ, accelerarunt ut Proconsulem corrigerẽt. Quod autem non adulanter conuenerint Proconsulem sapientem uirum, à reipsa discе, quòd non opus habuerit multis sermonibus, & quòd uoluerit illos audire. Et nomina enumerat ciuitatum, ostendẽs quòd quoniam nuper sermonem susceperant, opus fuerit confirmari illos, ut permaneant in fide, unde & subinde illas accedunt. Vide quòd nihil ad magum dixit, quoad ille occasionem dedit, sed sermonem domini solum annunciarunt. Quoniã enim alios ille uidebat attendentes, ad unum hoc perspectabat, ne principi persuadeatur. Et quare non aliud signum fecit? Quia non fuisset huic æquale, quod inimicum raperet. Et uide, prius obiurgat, & tunc punit, ut ostendat fuste illum passum, dicendo, O plene omni dolo: hoc est, nihil habens sanum, inquit. Et bene dixit, omnis doli. Simulabat enim. Fili diaboli, Opus enim illius faciebat. Inimice omnis iustitiæ, Nam omnis iustitia illa erat. Mihi uidetur & uitam redarguere illius hæc dicens. & ut ostendat quòd non erant furoris uerba, propter hoc præmisit dicens, Plenus sancto spiritu: hoc est, efficacia. Et ecce nunc manus domini super te. Minime ultio erat, sed sanatio. Etenim tantum non dicebat, Non ego facio:

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed dei manus. Vide ut alienus est à fastu. Eris cæ- A cus, non uidens solem usq; ad tempus. Hoc dicit, ut det illi pœnitentiam. Nunquam enim uolebāt supra modum difficiles uideri: quamuis hæc erga inimicos fiant. Et erga familiares ac domesticos, merito: sed nō erga extraneos, ne à necessitate ac timore proficisci res putetur. Indicium autem est cæcitatis quærere ductores. Deinde uide credulitatem Proconsulis. Et statim credit, & non simpliciter, sed obstupescens. Vidit quòd nec dolis nec fallacijs agerent apostoli. Vide quātum amorem doctrinæ habuit ab initio: nō dixit ad illum, Non cessas peruertere Proconsulem: sed, uias domini: quod plus erat, ut ne uideatur adulari. Quid autem quòd Ioānes recessit ab eis, reuertitq; in Hierusalem: utpote in prolixiorem uiam mittētibus, B quamuis ille esset minister. Ipsi autē periclitabantur. Iterum uenientes in Pergen transeunt ad alias ciuitates. Ad metropolim enim festinant Antiochiam. Et uide quomodo scriptor succidit. Sedērūt in synagoga, inquit, & die sabbatorum. Et ita uiam parant sermonibus, sed non priores loquuntur, sed admoniti, & tanquam hospites prouocati. Nisi autem expectassent, nō habitus fuisset sermo. Hic primū prædicat Paulus, & uide illius sapientiam: nam ubi quidem sermo erat dispersus, transcurrit: ubi uero nullus fuerat, diutius hæret ac uersatur: quemadmodum & ipse scribēs dicit:

Rom. 15 Ita autem adnitens euangelizare, ubi nōdum nominatus erat Christus. Hoc autem magnæ fortitudinis erat. Reuera ab initio admirabilis uir ille. C Crucifixus, in aciem positus sciebat quanta potiretur gratia, æquale adiecit studium. Non succensuit Ioanni. Non enim huius erat, sed opera opus habuerat, non formidauit, non timuit in media multitudine minis abactus. Vide quomodo singulari dispensatione contingit Paulum non prædicare in Hierosolymis. Sufficiebat etiam hoc solum audire, quod credidit. Non permisissent propter odium, & procul digreditur, ubi notus non erat. Prius redarguit Magum qualis esset: & quia talis erat, signum ostēdit, usq; ad tempus patitur, ita ut pœnitentiam agat. Bene autem in sabbato ingressi sunt in synagogam, quando omnes fuerunt congregati. Et post lectionem legis ac prophetarum, inquit, miserunt principes sacerdotum D dicentes, Viri fratres: Num est uerbum in uobis consolationis? ad populum dicite. Vide illos copiose tunc hoc facere: post hoc autem nō item. Si hoc uoluissetis, magis oportebat exhortari.

MORALE.

Sed ô ambitionē, ô uanam gloriā, q; subuertit ac perdit omnia, contra donū, contra mutuam salutem stare efficit. Ita cæcitate percutit, ut etiā ductores quærant. Vtinā hoc facerent, utinā ductores quærerent, sed hoc iam non ferūt, sibijpsis autem totum permittunt: nullum sinit uidere, sicut caligo imponit & nebula, non permittens trāsluere. Qualem ab affectione habebimus defensionem, propter timorē domini, affectioni non imperantes? Valde intēperantes ac auari existentes propter pecuniarum parsimoniā refrenarunt uoluptatem: alij contrà, propter uoluptatem contēpserunt pecunias. Iterum qui uanæ gloriæ dediti sunt, utrisq; imperant, opes insumētes largiter, & sobrij sine causa. Alij iterum uanæ gloriæ cupidi quum sint, despexerūt passionem, multa fœda sustinens & propter amores & propter pecunias. Alij iterum, ut iræ suæ satisfaciant, uoluerunt innumeris damnis exponi, neq; illis ullius horū curæ fuit, ut solum uoluntatem suam perficiāt: & id quod potest affectio, non potest apud nos dei timor? Et quid dico, passio: id quod pudor hominū ualet, non potest dei timor? multa etiam facimus & peccamus homines timentes, deum autem nō timemus? Quot propter confusionem perdiderunt opes? Quot in malis gratificati sunt amicis, idq; absq; fructu, sed magno cum studio? Quot in amicorū gratiam grauiter sæpe deliquerūt? Si igitur & affectio & pudor hominum possunt nos in grauia & opera & peccata intrudere: temere dicimus, quòd non possumus. Possumus enim, si uoluerimus. Velle autem omnes conuenit. Dic autem mihi, Quare non potes gloriā uincere, quum alij eius generis animam, corpus, & figuram sortiti, & eandem uitam uiuētes possint? Cogita deum, cogita supernam gloriam, oppone illi præsentia, & statim ab hac relilies. Omnino si gloriā quæris: ueram gloriam quære ac concupisce. Qualis gloria, quando fœditates operaris? Qualis gloria est, quando cogeris ab his, qui te inferiores sunt? C Honorem cōcupiscis, & illo opus habes? Honor est frui gloria à maioribus. Si omnino gloriam amas: magis ama eam, quæ à deo est. Si amaueris illam, hāc despicies, uidebis hanc ignobilē. Quandiu illam non uideris, tamdiu nec hanc uidere potes, q; sit fœda, quamq; ridicula. Quippe sicut ij, qui malæ cuiusdam mulieris amore capti sunt, si demonstretur etiam turpis, quādiu amant illam, non possunt turpitudinem uidere. Affectio enim est, quæ obtenebrat iudiciū. Ita sanè & hic, quandiu detinemur ab affectione, nō possumus simul uidere quale malum sit. Quomodo igitur liberabimur ab illa? Cogita, quòd plurimos sumptus sine utilitate facis, cogita mortuos qui hāc gloriam adepti erant, ut nusquā illa stabilis sit, sed perijt ac dissipata est. Cogita esse solū nomē absq; re. Quoniā quid est gloria, dic oro? da definitionē aliquā. Admirari, inquit, ab omnibus. Iustē ne uel iniustè? Nam si quidē iniustè, non erit iam admiratio, sed accusatio & adulatio, & calumniatio. Si autē iustè, hoc non est possibile. Vulgus enim iudicio recto caret. At qui ministrant cōcupiscentijs illius, in admiratione sunt. Et si uolueritis scire, attendite eos qui donant sua scortis, aurigis, saltatoribus. Iam non hos, inquit, sed etiam iustos dicimus & rectos, & eos qui magna bona operari possunt. Vtinā uoluissent, & statim fecissent bona. Nunc autem nihil horum faciunt. Quis, dic mihi, laudat iustum & rectum nunc? Contrarium uidere licet. Quid autem frigidius iusto, si rem talem faciens concupiscit à multis gloriam? Hoc eñ facit, quod & pi-

& pictor optimus existens, & regiam imaginem A larum.] Et multum intercessit tempus, nempe
pingens, si imperitorum laudes expectet. Et alio qui statim homo ad humanam gloriam spectans, à bonis operibus deficiet. Si enim ad laudes illas respiciet, quæ certè illi uolunt, faciet, non quæ ipse uellet. Quid igitur uobis, ut posthac faciatis, consuluerim? Attendere deum: cōtentos esse laudibus, quæ ab illo: omnia quæ illi placent, operari, & bona facere: non admirari humanas res: quandoquidem hoc & ieiunium, orationes, & eleemosynam destruit, & omnia uestra bona euacuat. Quod ne patiamur, fugiamus hanc affectionem. Atunum solum spectemus: Laudem, inquam, quæ à deo est, & illius approbationem, communisq; omnium domini commēdationem, ut cum uirtutibus præsenti uita transacta, promissa bona cum diligentibus illum assequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac spiritui sancto sit gloria, imperiū, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

SVRGENS AVTEM PAVLVS ET INnuens manu, dixit: uiri Israelitæ, & inter uos timentes deum, audite: Deus populi huius elegit patres nostros, & populum exaltauit in peregrinatione eius in Aegypto, & cū brachio excelso eduxit illos inde.

Homilia XXIX.

VIDE Barnabam ubique cedentem Paulo, sicut & Ioannes ubique Petro. Ille abduxit eum à Damasco, quamuis uenerabilior esset, sed ad communem utilitatem spectabant. C
Et surgens, inquit ac innuens manu.] Mos hic Iudæis erat. Ideo & ipse iuxta illum eis loquitur. Vide quomodo sermoni uiam parat, prius illos laudibus extollit, & monstrat magnam dei erga illos curam, per hoc quod dicit, Timentes deum. Sic incipit sermonem, & non dixit, aduenæ: id quod erat calamitatis nomen. Deus populi huius elegit patres uestros, & populum.] Vide quomodo deum illis ut proprium tribuit, qui omnium communis est deus: Et ostendit olim maxima ab illo beneficia populo concessa, sicut & Stephanus. Hæc autem faciunt, ut doceant illos, quod nunc quoque eodem modo filium suum misit. Sicut & Christus dixit de uinea, ita & ille dicit: Exaltauit in peregrinatione in terra Ægypti, & cum brachio excelso eduxit illos ex ea.] Sanè contrarium euenit, priusquam in multitudinem creuissent, sed miracula propter illos facta sunt, & prophetæ memores sunt ubiq; eorum quæ in Ægypto acciderunt. Et uide, ut tempora calamitatum præterit, & nusquam crimina in medium affert, sed magnam dei misericordiam, relinquens illa ipsis cogitanda. Et circiter quadraginta annorum tempus, mores illorum sustinuit in solitudine.] Deinde inhabitationem terræ dicit, Et deletis gentibus septem in terra Chanaan, sorte diuisit eis terram il-

& pictor optimus existens, & regiam imaginem pingens, si imperitorum laudes expectet. Et alio qui statim homo ad humanam gloriam spectans, à bonis operibus deficiet. Si enim ad laudes illas respiciet, quæ certè illi uolunt, faciet, non quæ ipse uellet. Quid igitur uobis, ut posthac faciatis, consuluerim? Attendere deum: cōtentos esse laudibus, quæ ab illo: omnia quæ illi placent, operari, & bona facere: non admirari humanas res: quandoquidem hoc & ieiunium, orationes, & eleemosynam destruit, & omnia uestra bona euacuat. Quod ne patiamur, fugiamus hanc affectionem. Atunum solum spectemus: Laudem, inquam, quæ à deo est, & illius approbationem, communisq; omnium domini commēdationem, ut cum uirtutibus præsenti uita transacta, promissa bona cum diligentibus illum assequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac spiritui sancto sit gloria, imperiū, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

SVRGENS AVTEM PAVLVS ET INnuens manu, dixit: uiri Israelitæ, & inter uos timentes deum, audite: Deus populi huius elegit patres nostros, & populum exaltauit in peregrinatione eius in Aegypto, & cū brachio excelso eduxit illos inde.

Homilia XXIX.

VIDE Barnabam ubique cedentem Paulo, sicut & Ioannes ubique Petro. Ille abduxit eum à Damasco, quamuis uenerabilior esset, sed ad communem utilitatem spectabant. C
Et surgens, inquit ac innuens manu.] Mos hic Iudæis erat. Ideo & ipse iuxta illum eis loquitur. Vide quomodo sermoni uiam parat, prius illos laudibus extollit, & monstrat magnam dei erga illos curam, per hoc quod dicit, Timentes deum. Sic incipit sermonem, & non dixit, aduenæ: id quod erat calamitatis nomen. Deus populi huius elegit patres uestros, & populum.] Vide quomodo deum illis ut proprium tribuit, qui omnium communis est deus: Et ostendit olim maxima ab illo beneficia populo concessa, sicut & Stephanus. Hæc autem faciunt, ut doceant illos, quod nunc quoque eodem modo filium suum misit. Sicut & Christus dixit de uinea, ita & ille dicit: Exaltauit in peregrinatione in terra Ægypti, & cum brachio excelso eduxit illos ex ea.] Sanè contrarium euenit, priusquam in multitudinem creuissent, sed miracula propter illos facta sunt, & prophetæ memores sunt ubiq; eorum quæ in Ægypto acciderunt. Et uide, ut tempora calamitatum præterit, & nusquam crimina in medium affert, sed magnam dei misericordiam, relinquens illa ipsis cogitanda. Et circiter quadraginta annorum tempus, mores illorum sustinuit in solitudine.] Deinde inhabitationem terræ dicit, Et deletis gentibus septem in terra Chanaan, sorte diuisit eis terram il-

larum.] Et multum intercessit tempus, nempe anni quadringenti quinquaginta. Et post circiter annis quadringentis & quinquaginta dedit illis iudices usque ad Samuelem prophetā.] Hic quia uarie dispensat res illorum, manifestauit.

Et exinde petiuerunt regem.] Et non dicit ingratitudinem illorum, sed ubiq;, dei misericordiā.

Et dedit illis Saulem, filium Cis, uirum ex tribu Beniamin, annis quadraginta: & destituto eo, excitauit eis Dauidem in regem: cui & dixit testimonium perhibens, Inueni Dauid filium Iesse, uirum iuxta cor meum, qui faciet omnes uoluntates meas.] Non paruum hoc, quod ex Dauid esset Christus. Deinde etiam Ioannes inducit testificantem, dicens: Huius è semine deus, ita ut B promiserat, adduxit Israeli seruatorē Iesuah: quū antea prædicasset Ioannes ante faciem introitus eius baptismum pœnitentiæ Israeli. Quum autem impleret Ioannes cursum, dicebat: Quem me putatis esse, non sum ego. Sed ecce uenit post me, cuius non sum dignus calceamentum pedum soluere.] Et Ioannes quoque testificatur, non simpliciter, sed gloriam à se repellens, quamuis illi eam omnes tribuerent. Non est autem idem repellere talem honorem nullo tribuente, & omnibus illi tribuentibus: idq; non simpliciter, sed post talem legationem. Viri fratres, filij generis Abrahæ, & timentes in uobis deum. Vobis sermo salutis huius emissus est. Nam habitantes Hierusalem, & principes illorum hunc ignorauerunt, & uoces prophetarum quæ per omne sabbatum legun C tur, iudicantes, impleuerunt. Et ne una quidē mortis causa inuenta petiuerunt Pilatum, ut interficeretur ille.] Vbique hoc conantur ostēdere, quòd illorum sit hoc bonum proprium, ne tanquam alieno attendentes, fugiant, eo quòd crucifixerant illum. Hunc, inquit, quum ignorarint, atq; adeo erat ignorantiæ peccatum. Vide quomodo etiam pro illis leuiter rationem reddit. Et non hoc solū, sed quòd hoc oportebat fieri, apponit. Et ne quis dicat, Vnde manifestum quod surrexit? dicit etiā testes illius esse: & postea iterum à scripturis confirmat. Vbi autē perfecerunt omnia quæ de eo erant scripta, depositum de ligno posuerūt in sepulchro. Deus aūt illum excitauit ex mortuis, qui D uisus est ad dies plures, his qui simul ascenderunt cum illo à Galilæa in Hierusalem, qui scilicet sunt testes illius ad populū. Et nos uobis bonum hoc nuncium annūciamus de promissione ad patres nostros facta, quia illam implenit deus filijs illorū nobis suscitato Iesu, sicut & in Psal. secundo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod aūt resurrexit ex mortuis, non ultra in corruptionē cōuertendus, ita dixit, Dabo uobis sanEsa. 55
cta Dauid fidelia. Ideo & in alio dicit, Non dabis Psal. 15
sanctum tuū uidere corruptionem. Nam Dauid quidē sua generatione seruiēs uoluntati dei, dormiuit, & appositus est ad patres suos, & uidit corruptionē. Quem aūt deus excitauit, nō uidit corruptionē.] Vide hunc uehementius differentē. Hoc nunquam Petrus dixit. Itaq; notū sit uobis, uiri

Universidad de Deusto
Biblioteca

fratres, quòd per hũc uobis remissio peccatorum annunciatur: & ab omnibus à quibus non ualuistis in lege Mosi iustificari, in quo omnis qui credit, iustificatur.] Deinde etiam hoc terribile est.

Videte igitur, ne ascendat super uos quod dictum est in prophetis: Videte contemptores, & aspicite, & admiremini, & euanescite: quia opus quod ego operor in diebus uestris, quod non creditis, si quis annunciauerit uobis.] Vide quomodo nectit sermonem ex præsentibus, ex prophetis, ex semine promisso. Verum iterum uideamus ea quæ dicta sunt: Viri fratres filij generis Abrahæ.] Et à patre suo illos uocat. Vobis sermo salutis huius annunciatus est.] Hic dicẽs, Vobis: non seperatim Iudæis dicit, sed dat illis potestatem auellendi se ab his qui cædem patrarant: id quod ex sequentibus manifestum. Habitantes enim Hierusalem, quum hunc ignorarent, & uoces prophetarum quę per omne sabbatũ legũtur, iudicantes implerunt.] Magna accusatio, si perpetuo audientes non attenderunt. Verum mirum non est, dicta enim illa quæ in Ægypto ac eremo acciderunt, sufficiunt monstrare illorum ingratitudinem. Et quomodo ignorarunt, inquit, quum Ioannes eis dixerit? Quid mirum ignorare eos, licet prophetæ perpetuo clament? Deinde & alia accusatio: Et nec̃ una causa mortis inuenta.] Id quod non erat ignorantiæ. Ponamus enim quòd non habuerint eum pro Christo, cur etiam occiderunt? Et petiuerunt, inquit, Pilatum, ut occideret illum. Vt autem omnia perfecerunt quæ de illo scripta, depositum eum de ligno posuerunt in sepulchrum.] Vide quanta illi cum sedulitate hoc fecerint: modum dixit mortis, & Pilatum in medium affert, partim quidem ut manifesta passio fiat à tribunali, partim autem ut illi grauius accusentur, qui tradiderunt illum uiro alienigenæ. Et non dixit, obtinuerunt: sed, petiuerunt: etiam ne una quidem mortis causa in illo inuenta occidi: ita ut sit manifestum, quòd gratiam acceperant, illo non uolente: id quod manifeste Petrus dicit, Iudicante illo absoluendum. Valde amabat illos Paulus, & quòd nõ moratur in ingratitudine patrum, sed ipsis immittit metum. Sanè Stephanus quidem merito hoc facit, utpote occidendus, & non docens, & ostendens quòd iam lex destruebatur. Hic autem non item, sed minatur, & terret solum. Deus autem excitauit illum ex mortuis: qui apparuit, inquit, ad dies multos, ijs qui cum eo ascenderant à Galilæa in Hierusalem.] Vide & hunc utpote ab eodem motum spiritu, plurimum prædicare passionem ac sepulturam. Et nos uobis bonum nuncium annunciamus de promissione ad patres facta.] Hoc est, patres quidem acceperunt promissionem, uos autem rem ipsam. Deinde testem Ioãnem quum adduxisset qui dicebat, Luc.3 Ab huius semine propter promissionem adduxit Israeli seruatorem: quum prius prædicasset Ioannes ante faciem introitus eius baptisma pœnitentiæ Israeli: deinde iterum inducit illum, dicens: Quem me putatis, non sum. Mox addit etiam apostolos testes resurrectionis, dicẽs: Qui scilicet sunt testes illius ad populum. Deinde etiam Dauidem idipsum testificantem, dicendo: Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Nec̃ uetera per seipsa tam firma esse uidebantur, nec̃ hæc sine illis: & ita sermonem per utrac̃ credibiliorem facit. Quoniam enim metu tenebantur, quòd occidissent illum, & conscientia alienabat eos, non utad Christicidas differuit, nec̃ ut alienum bonum, sed proprium bonum illis commendauit. Valde gratum illis erat nomen Dauidis, unde & hoc ponit, ut uel sic illum suscipiãt, quasi diceret, à puero illius regnabimini: igitur illius frenum ne abieceritis. Quid est, Dabo uobis sancta Esa.55 Dauid fidelia? Firma, inquit, quæ nunquam pereunt. Et non immoratur his, utpote uerbo iam credito. Sed minatur pœnam, & transit quod eis gratum, ostendens legem abrogari, & hæret in eo quod conducibile, quòd magna bona obedientibus, & grandia mala præuaricantibus futura sint. Postea de Dauid iterum dicit, non sine lau 3.Reg.2 dibus: Nam Dauid quidem, inquit, suo seculo, ut seruiuit uoluntati dei, appositus est ad patres suos.] Sicut & Petrus eius memor dicebat, Licet dicere cum fiducia de patriarcha Dauide. Et non dicit, quòd mortuus est: sed, appositus ad patres suos: id quod clarius erat. Et uide, quòd nusquam illorum ponit correctiones, sed ea quæ habent accusationem. Nam quòd petiuerunt & acceperunt, maxima accusatio illorum. Mox beneficia Dei enumerat: Elegit, dicens, exaltauit, mores tulit. Hæ autem non illorum erant laudes, sed Dei. Dauidem autem solum commendat, quoniam ex illo Christus. Introitum autem, Ioannes uocat, dicens, Ante faciem introitus illius, incarnationem Christi, & eius cum carne apparitionem. Ita & Ioannes euangelium scribens, ad illum continuo confugit. Nomen enim erat illi magnum in toto orbe. Et uide, Non dicit illud ex seipso, sed illius affert testimonium. Vidisti quanto studio ostendat, rem singulari dispensatione geri? Videamus autem quid apostoli dicentes persuaserint: Crucifixus est.] Quid hoc impersuasibilius? Sepultus ab illis est, quorum promisit salutem fore. Sepultus remittit peccata, & magis quàm lex. Ideo etiam nõ dixit, à quibus non uoluistis: sed à quibus non potuistis in lege iustificari: in hoc enim omnis credẽs iustificatur: infirmitatem legis ostendens. Bene autem apposuit etiam, omnis: ut indicet quicunque fuerit is qui credit. Nulla enim illorum utilitas, si quis nõ bene egerit, Idcirco posterius ponit remissionẽ, hinc quod maius est colligens ac ostendens: & quod impossibile sit legi facere, hoc fecisse per mortem patiẽdo apparet. Itac̃ bene dicebat, Qui scilicet testes illius sunt ad populum: illum qui occidit, inquit, neutiquam futuri testes, nisi diuina uirtute confirmarentur. non enim apud homines sanguinarios talia testificati essent, non apud illos qui interemerant. Quod autem dixit, Ego hodie

hodiè genui te: dixit quasi sciens quòd etiam alia sequantur. Et quare nõ addidit testimonium per quod erant persuadendi remissionẽ peccatorum per illum fieri? Quia magno studio iam inter eos quærebatur quòd à mortuis resurrexit. Hoc autẽ in confesso, illud indubitatũ fuit, etiam ab illo remissionem peccatorum fieri. Et alioqui nolebat illos in desiderium tantæ rei inducere. Igitur non derelictio erat mors illius, sed ,pphetiæ impletio. Meminit historiarũ, quas ignorantes plurima patiebant mala. Et hoc insinuat per finem dicens,

Videte cõtemptores, & aspicite.] Et uide quomodo istud asperum quod succincte dicit, Ne adueniat, inquit, super uos quod alijs dictum, Opus ego operor quod nõ creditis, si quis narauerit uobis.] Ne admiremini, quòd fidem uidetur excedere, etiam hoc olim prædictum est.

MORALE.

Hoc & ad nos merito diceretur: Videte contemptores, dum resurrectionem non credimus. Sanè res ecclesiæ pessime habent, quãuis putentur esse pacificæ. Hoc enim graue est, quòd quum male habeamus, idipsũ ignoremus, Quid dicis? Ecclesias retinemus, possessiones, alia cõmia, conuentus fiunt, quotidie adest populus, & contemptores sumus? At non inde quis ecclesiam probarit. Sed unde? Si pietas est, si cum lucro domũ redimus quotidie, si fructum aliquem uel magnum uel paruum capimus. Vter melior est factus, qui toto mense semel congregatur, uel qui quotidie? Hoc est quod quæritur, quoniã & istuc ipsum est, quod ad felicitatem attinet. Infelicitas aũt fuerit, si dum illa fiunt, nihil præterea accidit. & utinam nihil præterea, nunc autem multo deteriores abeunt. Quæ utilitas uobis à communionibus? quos siquidem ullum fructum caperetis, iam olim sobriæ & cõtinentis uitæ specimen ostendere oportuerat, quum sepe eadem hebdomata tot prophetæ, tot apostoli, tot euangelistæ uobis loquantur: & omnes salutaria dogmata proponant, & uobis commẽdent quæcunc̃ ad componendos mores sufficiunt. Miles in tyrocinio fit exercitatior in rebus bellicis. Athleta frequẽtans palæstram, luctæ fit peritior. Medicus ad doctorem uentitans, diligentior euadit, & plura nouit, & plura discit. Tu quid lucri habes? non dico de his qui ad annum, sed de his qui à principio ætatis nobiscum cõgregari sunt soliti. Num hoc putatis pietatẽ esse, continuo cõmunioni adesse? Hoc nihil est nisi quid lucri faciamus, nisi quid colligamus. Melius manere domi. Etenim progenitores nostri ecclesias ædificarunt, non ut è domibus congregatos, uos mutuum ostendant: hoc enim & in foro & in balneis & in pompa fieret: sed ut discipulos simul & doctores congregantes, meliores hos per illos faciant. Nihil iam sunt res nostræ nisi lex quædam & consuetudo, & religionis quædam species. Venit pascha, magnus strepitus, magna turba, nõ enim dixerim multi homines. nec̃ enim est hominum turba. Abijt festiuitas. Turba minor fit, silentium autem iterum sine utilitate. Vigiliæ multæ & sacræ cantilenæ. Et quid inde lucri? imò detrimentum etiam. Multi propter uanam gloriam hoc faciunt. Quantum putatis cruciantur uiscera mea, quasi cribrum perforatum omnia procedere uidentis? Sed omnino dicetis mihi, Scripturas scimus. quid tum? si per opera hoc declararetis, id esset lucrum, et utilitas. Ecclesia tinctoris officina est: si semper discederitis nullam accipiẽtes tinctionem, quæ utilitas perpetuo huc uentitare? imò damnum potius. Quid accessit ad leges acceptas à patribus? ut uerbi gratia aliquis ex consuetudine habet memoriam matris uel uxoris uel liberorum: hoc facit siue audiat siue non audiat à nobis, tractus à consuetudine & conscientia. Propter hoc igitur indignaris? inquit. Absit: quin potius ualde gaudeo. Vellem autem illum aliquid & à nostra concione utilitatis habere, & id quod consuetudo facit, hoc & à nobis fieri, & aliam induci consuetudinem: alioqui quid frustra laboro & nugor, si semper ijdem manseritis, si communiones nihil in uobis operantur bonum? Etiam, inquit, precamur. Et quid hoc si absc̃ operibus? Audi Christum dicentem, Non omnis qui dicit Matth.7 mihi domine domine intrabit in regnum cœlorum, sed faciens uoluntatem patris mei, qui est in cœlis. Sæpenumero silere decreui, uidens nihil lucri accedere uobis ex nostris sermonibus: uel forassis est aliquid lucri, mihi autẽ insatiabili, & multum hoc desideranti idem accidit, quod nimium auaris: sicut enim illi pro nihilo habent quicquid eis supperit, ita & ipse quoniam ualde cupidus sum salutis uestræ, donec uidero uos profecisse, nihil egisse me opinor, eo quòd uellẽ uos perfectos fieri. Vellẽ ita esse, & id à me dici, nõ obuestram ignauiam, sed meam affectionẽ. Timeo autem, ne forsan bene coniectem. Debetis enim scire quòd si tanto tempore aliquid profecissetis, oportuisset utique nos ab his quæ dico cessare uerbis superuacaneis. Nam ita satis dicta sunt, ut & alios possitis moderari, siquidem absentium uobis ulla esset cura. Quòd autem nobis necesse perpetuo eundem habere sermonem, non est alterius cuiuspiam iudicium, quàm quòd res uestræ non satis bene se habẽt. Quid igitur faciendum? non enim obiurgandum dũtaxat. Obsecro & oro, ne hoc solum spectetis, quomodo in ecclesiã ueniatis, uerum etiã quomodo aliquid inde portantes domum reuertamini cum pharmaco uestrarum affectionum, etiamsi non à nobis, sed à scripturis habeatis congrua remedia: quale sit, est quis iracundus, attendat scripturarũ lectionibus & omnino pro se aliquid inueniet, uel in historia, uel in admonitione. In admonitione quidẽ, Momẽtum furoris illius, ruina ipsi. Et, Vir iracundus non honesta est forma, & quæ similia. Et iterum, Vir linguax non dormiet. Et Christus iterum. Qui irascitur fratri suo temere. Et iterum prophe Matth.5 ta, Irascimini, & ne peccetis. Et, Maledictus furor Psal.4 illorũ, quia pertinax. In historijs aũt utpote quan Gen.48 do audis Pharaonẽ multa ira impletum, & Assyrium, & propter hoc peccasse. Itẽ est quem uincunt

Vnde probandæ ecclesiæ

pecuniæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

pecuniæ, audiat qđ auaro nihil est iniustius. Hic enim & animam suam uenalem facit. Et Christũ dicentem, Non potestis deo seruire & mammonæ. Et apostolum, Radix omnium malorum est auaritia. Et prophetam, Diuitiæ si affluant, ne apponite cor. Et multa alia talia. Et ex historijs, Giezi, Iudam, principes scribarum. Et quòd dona excæcant oculos sapientium. Alius est superbus, audiat quòd superbis resistit deus. Et principium superbiæ peccatum. Et omnis sublimis corde immũdus est apud dominum. Et in historijs, diabolum, & alios omnes: et quia omnino impossibile est enumerare omnia, suorum quisq; uulnerum remedia ex diuinis scripturis eligat: & si nõ totum, partem saltem hodie, partem cras, deinde totum abluite. Quin & de pœnitentia, et de confessione, et de eleemosyna, & de iustitia, & de continentia, & de omnibus inuenire licet multa exempla. Hæc enim omnia scripta sunt ad nostram admonitionem, inquit. Si igitur ad nostram admonitionem de omnibus disserit, attendamus sicut cõuenit attendere. Quid frustra nos ipsos decipimus? Timeo ne & de nobis dicat qs: Defecerũt in uanitate dies nostri, & anni nostri cũ acceleratiõe. Quis audiens cedit a theatris? quis desistit ab auaritia? quis alacrior fit ad eleemosynã? Vellẽ scire, nõ uana gloriæ causa, sed ut fiam alacrior, uidens egregium fructum laborũ. Nunc aũt quomodo attingam labores, tantos quidem imbres doctrinæ uidens decidere, noualia uerò uestra nihil proficere, & nihilo excellẽtiores fructus producere. Cæterum areæ tempus appetit, & is qui habet uentilabrũ. Timeo ne totũ fœnum fiat, timeo ne in caminum abijciamur omnes. præterijt æstas, uenit hyems, sedemus quum iuuenes tũ senes nostris affectionib. alligati. Ne mihi dicas: Non scortor. Quæ enim utilitas si nõ scortaris quidem, sed aurus es? Passer licet nõ ex omni parte, à pede tamẽ detineẽ solum, & ita perit hærẽs in laqueo, nec ei prosunt alæ capto pede: ita & tu, nõ per fornicationem sed auaritia captus es: captus certè es. nõ hoc quæritur quomodo captus sis, sed quòd captus es. Ne dicat adolescens: non sum auarus. sed forsan scortaris, & quæ iterum utilitas? Nõ enim possibile est, quòd per unam ætatem omnes affectiones nos infestent, sed discretæ sunt, & hoc, propter dei misericordiam, ne simul ingruentes euincantur difficilius, & grauius certamen exhibeãt. Quantæ erit ignauiæ etiam separatis non imperare affectionibus, sed per singulas ætates uinci, & sublime sapere ex his quæ non sunt à nostro studio, sed ab ætate afferuntur. Non uidetis aurigas, quanta diligentia & exercitatione, quantoq; labore & cibis alijsq; utuntur, ne deiecti à curribus distrahantur? Vide quãta sit ars. nam uir quidem fortis, ne unum quidem equum magistrat: adolescentulus autem arte sæpe duos coniungit, agit, & moderatur facile. Et in India magna illa belua & terribilis elephantus puero quindecim annorum cum magna alacritate cedit. Quare aũt hæc à me dicta sunt? Quia si elephantes & equos ferocès studijs cõstringimus, multo magis possemus affectiones, quæ in nobis, à quibus trahimur per totam uitam. Nunquam artem illam curauimus, nunquam uel per ocium, cum non dum esset certamẽ de his locuti sumus nobisipsis, quidnam utile sit. Tunc nos inexercitatos super currum stare uiderit quis, quando certamen adest. Quare igitur ridiculi sumus? Nonne dixi sæpe, exerceamur apud domesticos ante tentationẽ? Sed apud pueros domi sæpe exasperamur. Vincamus illic animi impetum, ut dextrè illo apud amicos utentes appareamus. Et in alijs omnibus si exerceremur, non fieremus ridiculi. Nunc autẽ sunt arma, exercitia, studia, in alijs artibus & certaminibus: in uirtutibus minime. Nõ audet agricola uineam tãgere, nõ antea bene in re rustica exercitus, neq; gubernator amplustre trahit, non prius edoctus bene. Nos aũt absq; exercitatione omni primam palmã habere uolumus. oportebat silere, oportebat nulli admisceri, uel uerbo, uel negocio, donec possemus bestiã quæ in nobis cõpescere. An non quis grauius cõtra nos militãt, & furor, & cõcupiscentia? Ne uadas cũ his bestijs in forũ, donec bene imponas eis frenũ, donec ipsas mansuefacias, & manum tuam sequantur. Nõ uides hos qui mã suetos leones circumducunt, quantum lucri faciant, & quanta sint in admiratione, quia in feroci bestia talem mansuetudinem operati sint? si autẽ subitò ferociat ille, omnis turba quæ in foro submouetur, & periclitatur postea homo qui circumducit illum, & perditionis aliorum factus est autor. Et tu igitur leonem mansuefacias prius, et tũc circumducito, nõ ut pecuniam accipias, sed ut lucrum cui nullũ par est lucrifacias. Nihil enim par est iustitiæ, quæ & possidentibus & utẽtibus ualde utilis est. Hãc igitur sectemur, ut possimus uirtutis uitam diligenter ambulantes eterna bona assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac sancto spiritui sit gloria, imperium, & honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Matth. 6
1. Tim. 6
Psal. 61
Eccl. 9
Rom. 15
Psal. 77

EGRESSIS AVTEM ILLIS ORABANT ut loquerẽtur eis interim usq; ad sabbatum uerba hæc. Homilia XXX.

VIdisti Pauli sapientiam? Non tunc solum in admiratione fuit, sed etiã desiderium immisit illis, ut secundò audire cuperent, cum dixisset semina quædam, & nondum absoluisset ac consummasset sermonem, ita ut illos sibi cõciliaret, ac familiares redderet, & non congerendo simul omnia in illorum animos, minus idoneos faceret. Dixerat quòd remissio peccatorũ per hunc uobis annunciatur: quomodo autem, non manifestarat. Post hæc sui ipsius primum facit mentionem. Vides quanta alacritas? Sequebantur illos, inquit. Quare illos non baptizauit statim? Non erat tẽpus. Persuadere oportebat, ut sic firmi maneãt. Soluta aũt congregatione sequuti sunt multi Iudæi & religiosi proselyti Paulũ & Barnabã, qui

qui alloquuti eos persuaserunt ut maneant in gratia dei. Et sequente sabbato quasi tota ciuitas congregata est, ut audiat sermonem dei. Videntes autem Iudæi turbas, impleti sunt zelo: & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur, contradicentes ac blasphemantes.] Vide malitiam ut uerberatur dum alios uerberat. Hoc magis faciebãt claros, quòd contradicebant illis. Atque primum ultrò eos inuitauerant. Contradicentes, inquit, ac blasphemantes. O impudentiam. Contradicunt in his propter quæ illos commendare oportebat.

Cum fiducia autẽ loquentes Barnabas ac Paulus, dicebant: Vobis oportebat primum dici sermonem dei: quoniam autem repellitis illum, & non dignos iudicatis uos æterna uita, ecce cõuertimur ad gentes.] Vides quomodo contentione facta magis propagarũt prædicationem, & ratione reddita se contulerunt ad gentes? Et non dixit, Indigni estis: sed iudicastis uos ipsos indignos: minus inuidiose loquens. Ecce conuertimur ad gẽtes: Ita enim præcepit nobis dominus, Posui te in lucem gentium, ut sis tu in salutem usque ad finem terræ.] Nam ut gentes non contristentur, quasi per propriam diligentiam bona nõ assequantur, addit prophetiam, dicens: Posui te in lucem gentium, hoc est ut sis in salutem: usque ad extremum terræ. Audientes autem gentes.] Hoc & illos alacriores reddebat, quia quibus auditis hi debebant frui, his illi fruuntur. Et istos magis mordebat. Audientes autem gentes, inquit, gaudebant, & glorificabãt sermonem domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad uitam æternam:] Id est præfiniti à deo. Vide quomodo ostendit utilitatis acceleratiõnem.

Differebatur autem sermo ille per totã regionem:] Hoc est, in diuersa ferebatur, & diuulgabatur. Non contenti erant zelo, sed etiam opera adiecerunt: Vide iterum, quomodo persecutionem passi alia efficiunt magna per æmulationem. Effecerunt enim, ut & hi liberius loquerentur, & ad gentes uenirent. Et audi quomodo: fideuter autẽ loquentes Paulus & Barnabas dicebant: Vobis, inquit, oportebat primũ dici sermonem dei: quoniam autem repulistis illum, ecce conuertimur ad gentes.] Igitur egressuri erant postea ad gentes. Sed uide etiam in hac dicẽdi libertate seruatum modum. Et meritò. Nam si Petrus rationem reddebat, multo magis et his defensione opus erat, quum nemo illos illuc uocasset. Dicens autem primùm, ostendit quòd & illis oportebat: dicensq; fuisse necessarium ac oportuisse, ostendit quòd & illis necessarium. Quoniam autem auersamini, non dixit, Væ uobis: nec dixit, Puniemini: sed, Conuertimur ad gentes. Vides quantam habet mansuetudinem iunctam sermonis libertas? Iudæi autem extimulantes mulieres pias & honestas, & principes ciuitatis, & excitarunt seditionem apud Paulum & Barnabam, & eijciunt illos è finibus suis.] Vides quantum perfecerint qui aduersabantur prædicationi, in quantam turpitudinem illas induxerint? At illi excusso puluere è pedibus suis super illos, uenerunt Iconiũ.] Hic terribile hoc faciebãt, quod præceperat Christus, dicens: Et si quis uos non acceperit, egressi excutite puluerẽ à pedibus uestris. Illi aũt non simpliciter hoc fecerũt, sed postquã abacti sunt ab eis. Veruntamẽ neq; hoc discipulis nocuit, sed multo magis perseuerarunt in uerbo, id quod manifestat, addẽs: Discipuli aũt implebãtur gaudio & spiritu sancto.] Passio enim præceptoris fiduciam illorũ non minuebat, sed alacriores reddebat discipulos. Factum est autem Iconij, quum introijssent illi in synagogam Iudæorũ, & loquerentur, sic ut crederet Iudæorum & Græcorum magna multitudo.] Iterum in synagogas ingrediuntur. Vide quàm non fuerint meticulosi facti. Quum dixissent, Conuertimur ad gentes: ex abundantia tamen suam defensionem tollũt, Ita ut crederet Iudæorum Græcorumq; magna multitudo. Verisimile enim, illos & cum Græcis disseruisse. Qui uerò increduli erãt Iudæi, concitarunt, & corruperunt animos gentium erga fratres.] Simul iam etiam gentes concitabant, quasi non satis esset quòd ipsi obsisterent. Cur igitur illinc non exierunt? Non expellebantur, sed impugnabantur solum. Multo igitur tempore demorati sunt cum fiducia loquentes per dominum, qui testimonium dabat sermoni gratiæ suæ, & dabat signa ac prodigia fieri in populo.] Hoc faciebat fiduciam, imò fiduciam faciebat illorum alacritas: nam propter hoc aliquandiu nusquam signa faciebant. Quòd autem credebant audientes, ex signis habebant. Itaque conducebat aliquid & dicendi libertas. Scissa est autem multitudo ciuitatis, & alij quidem erant cum Iudæis, alij autem cum apostolis.] Non parum facit ad accusationem etiam istud scindi. Hoc erat quod dicebat Christus: Non ueni mittere pacem, sed gladium. Quum autem factus esset impetus gentium pariter ac Iudæorum cum principibus illorum, ut uim afferrent, & lapidarẽt eos, re comperta confugerunt in eas, quæ in circuitu ciuitates Lycaoniæ, Lystran & Derben, & finitimam regionem, & illic erant euangelizantes.] Iterum quasi dedita opera propagare uolentes prædicationem, postquam creuissent, illos iterum expellunt. Vide ubique persequutiones magna bona facere, & persequentes uinci: eos autem qui persequutionem ferunt, clariores apparere. Nam ut uenit in Lystra, facit magnum miraculum etiã claudo sanato, idq; magna uoce. Et quomodo, audi: Et uir quidam, inquit, in Lystris sedebat infirmis pedibus, qui nunquam ambularat: hic audiuit Paulum loquentem. qui intuitus illum, & uidens quòd fidem haberet, & fore ut saluus fieret, dixit magna uoce: Surge in pedes tuos rectus. Et exilijt, & ambulauit.] Quare magna uoce? Vt turbæ credant. Vide autem, attendebat diligenter his quæ à Paulo dicebantur. Hoc enim est quod dicit, audiuit. Vidisti sapientiæ studium. nihil impediebat claudicatio, qui diligenter audiret uerbum. Qui intuitus illum, & uidens q fidem

Matth. 10
Mar. 6
Cap. XIIII
Matth. 10

Universidad de Deusto
Biblioteca

fidem haberet fore,ut saluus fieret.] Iam præelectione assumptus familiariter erat, quamuis in aliis contrarium factum fuerit. Prius enim curarũt corpora,et tunc curarunt animas. Hîc autem non sic. Mihi uidetur Paulus ad animã illius respexisse. Et exilijt,inquit,& ambulauit.] Saltatio perfectæ sanitatis indicium. Turbæ uerò cum uidissent quod fecerat Paulus,sustulerũt uocem suam Lycaonicè,dicentes: Dij in specie hominum descenderunt ad nos.& uocabant Barnabam Iouem,Paulum uerò Mercurium, quòd is esset dux sermonis. At sacerdos Iouis quum esset ante illorum ciuitatẽ, tauros & coronas ad uestibula afferens cũ turbis uolebat sacrificare.] Sed hoc non dũ erat manifestũ: sua enim lingua loquebant, φ dij in specie hominum descenderunt ad nos. Idcirco nihil illis dicebant. Vbi autem uiderunt coronas,tunc egressi diruperũt uestes suas. Cum audissent aũt apostoli, Paulus & Barnabas disruptis uestibus suis,insilierunt in turbam clamando ac dicendo: Viri, cur hoc facitis? Et nos similiter ut uos passibiles sumus homines.] Vide illos ubique à gloriæ studio mundos,quam non solũ non desiderabant, sed & quum daretur, repellebant. Sicut & Petrus dicebat, Quid in nos respicitis, quasi propria uirtute uel pietate fecerimus ambu-
Gen.40 lare illum? Et illi idem dicunt. Ioseph autem dicebat de somnijs, Nõne à deo manifestatio somnio-
Dan.2 rum? Et Daniel similiter: Et mihi non in sapiẽtia,
2.Cor.3 quæ est in me,reuelatum est. Et Paulus ubique hoc dicit,ut quando dicit: Et ad hæc quis sufficit? Et iterum: Non sufficimus à nobisipsis cogitare,quasi ex nobisipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Videamus autem iterum quæ supradicta: Non simpliciter illis appositæ sunt turbæ, sed quomodo? Rogabant utipsis eadem iterum loquerentur,& operibus studium declarabant. Vide ubique obsecrantes,non recipientes simpliciter, nec adulantes. Idcirco dicebat, Qui colloquentes cum illis suaserunt,ut perseuerarent in gratia dei. Quare ante hoc non contradicebant? quia tunc nõ in creduli tacebãt. Vides quòd ubique affectionibus mouebantur. Et non contradicebant solum, sed & blasphemabant. Etenim malitia nunquam si- D
stit,sed uide dicendi libertatem. Vobis erat, inqt, necessarium primùm dici sermonem dei, quoniam autem repulistis illum.Nihil contumeliose dictum. Quod sanè & prophetis faciebant. Ne loquamini nobis,inquit,loquutione. Quoniam autem repulistis illum, inquit, non nos. Non enim ad nos attinet hæc contumelia. Ne enim quis reuerenter dictum putet illud, Indignos iudicastis uos ipsos,ideo primum dixit,Repulistis illum: & mox,Conuertimur ad gentes. Verbum hoc mansuetudine plenum est. Non dixit, derelinquimus uos: ostẽdens quòd possibile sit se iterum huc cõuerti. Et hoc non ad uestram contumeliam facimus. Sic enim præceptum est nobis. Itaque oportet adire gentes, ueruntamen hoc non nostrum, sed
Esa.49 uestrum factum est,quod iam antè factum oportebat. Sic enim præcepit nobis dominus: Posui te in lucem gentium, ut tu sis in salutem: hoc est, in cognitionem quæ est in salutem,& non simpliciter gentium,sed omnium. Hoc sanè manifestat dicendo, Quotquot ordinati sunt in uitam æternã. Et hoc indicium est, quòd illi iuxta uoluntatem dei assumantur. Ordinati autem, inquit,ut ostendat,quòd non per necessitatem. Quos enim præcognouit,inquit,& præfiniuit. Non iam in ciuitate dispersi sunt,sed etiam in regione. Nam quum audissent ij qui ex gentibus, etiam ipsi paulo pòst accesserunt. Iudæi autem concitabant religiosas mulieres,& excitarunt persequutionem. Vide etiam quòd mulieribus illis autores sui furoris fiunt. Et eiecerunt illos,inquit,à finibus suis: Non
B à sola ciuitate, sed ab omni regione. Deinde hoc terribilius. Discipuli autem, inquit, implebantur gaudio & spiritu sancto. Persequutionem patiebantur magistri,& illi gaudebant. Vidisti quantã uirtutem natura euangelij habet? Corruperunt, inquit,animos gentium contra fratres: hoc est, calumniati sunt apostolos, & innumera mala contra illos dixerũt: homines minimè fucatos malefice tractauerunt. Et uide quomodo semper deo totum adscribit: Multo tempore,inquit,morati sunt,cum fiducia loquentes per dominum, qui testimoniũ dabat sermoni gratiæ suæ.] Num hoc imminutionis esse putas? quando enim dicebãt: Qui testimonium dedit, inquit, sub Pontio Pila-
C to,tunc loquendi libertas ostendebatur. Hîc autẽ de populo dicit: Non expectabant igitur, sed uidebant impetum, & confugerunt in ciuitates Lycaoniæ,Lystram & Derben, & finitimam regionem.] Hîc minimè feruorem illorum extinguere licebat. Et ita etiam in regionibus, & nõ solum in ciuitatibus rem aggressi sunt. Vide etiam gentium simplicitatem, & Iudæorum malitiam. operibus declarabant se dignos qui audirent, & ita ob sola signa illos honorabant. Illi quidem ut deos colebant, hi uerò ut sceleſtos persequebãt. Et illi non solum non offendebantur prædicatione,sed etiam dicebant: Dij in specie hominum descenderunt ad nos. Iudæi autem offendebantur. Vocabant autem,inquit,Barnabam quidem Iouem,Paulum autem Mercurium.] Mihi uidetur etiam aspectu uenerabilis fuisse Barnabas. Etiam hæc tentatio non parua, ab immodica obseruandi nimietate prodijt,uerum & hinc apostolorum uirtus ostenditur. Et uide quomodo ubique omnia tribuunt deo.

MORALE.

Hos & nos imitemur. Nihil nostrum esse putemus,quandoquidem & ipsa fides nõ est nostrum opus. Quod autem nõ sit nostrum,sed magis dei, audi Paulum dicentem: Etiam hoc non sit ex Ephe.2
nobis, dei donum. Ne igitur sublime sapiamus, ne inflemur,quum simus homines, terra ac cinis, fumus & umbra. Dic enim oro, quare superbis? Eleemosynas dedisti, & pecunias expendisti. Et quid hoc? Cogita si non uoluisset deus te facere diuitem. Cogita eos qui inopia premuntur. Imò cogita,quot etiam corpora impenderũt: & postquam

quam plurima erogarunt, seipsos miseros dixe-
A runt. Tu autem propter teipsum dedisti: Christus non te opus habet. Vide quàm incerta futura, & ne superbi, sed time ne uirtutem arrogantia pessundet. Vis re ipsa bonum aliquod opus facere? Nunquam præsumas tanquam de magnis operi-
Matth.25 bus. Num uirgo es? Sed & illæ quum uirgines essent, nullum à uirginitate propter inhumanitatẽ ac crudelitatem fructum reportarunt. Nihil conferendum humilitatis uirtuti. Ipsa enim mater est ac radix, & altrix, & fulcimentum, & uinculum bonorum. Sine illa abominabiles & sceleſti & immundi sumus. Esto enim quis mortuos suscitet, ac claudos sanet, leprosos purget, cum superbia: nihil eo contaminatius, nihil magis impium, ni-
B hil sceleſtius. Nihil tui ipsius esse puta. Industriales, & docẽdi gratia: ne propterea putes, quòd plus alijs habeas. Idcirco maximè humiliari, ac modestia uti debes: quia plura assequutus es dona. Cui enim plus remissum est, plus diliget. Igitur & modestia opus est, quòd alijs præteritis te respexit dominus. Time ob hanc rem. Sæpe enim tibi & perditionis causa fit, nisi sobrius sis. Cur superbis? quòd doces sermonibus? Perquàm facile est philosophari uerbis. Doce me uita tua. Hæc doctrina optima est. Dicis quòd opus est modestia: & tu procul ab hoc sermone recedis, & rhetoricaris, nullo prohibente, uerbis diffluens. Sed
C melior ille,inquit,qui operibus docet. Non enim sic insident animæ uerba ac opera. Quoniã si non habueris opus bonum, non solum non proderis loquendo,sed etiam plus nocebis, utilius q fuerit tacere. Quare? Quia opus mihi proponis,ac si impossibile foret. Cogito enim mecum, Si tu qui tãta loqueris non facis, multo magis ego uenia dignus sum, nihil tale dicens. Idcirco, inquit propheta, Peccatori inquit deus, ut quid tu enarras
Psal.49 iustificationes meas? Maius enim hoc damnum, quando bene quis docet uerbis, & operibus doctrinam impugnat. Hoc multorũ in ecclesia malorum causa est. Eapropter & ueniam date, oro, quòd prolixior sum in hac causa. Multi ut in medium procedant, multa faciunt: & ut longum sermonem facere possint: & si applaudentem multi-
D tudinem habeant, quasi regnum adepti sint, gaudent: si autem cum silentio claudatur sermo, tristitia maior illis è silentio, quàm ex gehenna. Hoc subuertit ecclesias, quòd & uos non quæritis audire sermonem, qui compungere possit, sed qui oblectet tinnulo strepitu & uerborum compositione, quasi citharœdos & cantores audientes: & nos frigidè ac miserè facimus, nostras affectiones sequentes, quas eijcere oportebat. Et idem fit ac si pater uidens puerum, quem supra modum tenerè amat, ægrotum, illi frigida & quæcunq oblectant porrigat, quæ autem utilia, minimè curet. Deinde quando obiurgatur à medicis, rationem reddat, dicens: Quid faciam? uidens flentem puerum, ferre nequeo. Miser & erumnose, ac proditor, neq enim talem patrem dixerim. Et quanto satius fuerit paruo tempore tristitia affectum, per

fectæ sanitati restitui, quàm temporariã illam gratiam perpetuæ tristitiæ causam fieri? Hoc etiã nobis accidit. Floſculos uerborum et compositionẽ et harmoniã curiosius sectamur, ut canamus, non ut prosimus: ut simus in admiratione, non ut doceamus: ut oblectemus, nõ ut compungamus: ut plausu & laudibus obtentis abeamus, non ut mores componamus. Credite mihi, nõ dicerem alioquin, quoniam quando inter dicendum plausum excito, per illud quidem tempus, humanũ quiddam mihi accidit (cur enim uerum quis non dicat?) & distrahor & diffundor: ubi autem domũ redeo,& intelligo plaudentes sine fructu abijsse, & si fructum accipere poterant, à plausu & laudibus perijsse, ploro,& gemo,& lacrymor, & quasi frustra omnia dixerim sic afficior, mihiq ipsi dico: Quæ sudorum meorum utilitas, si auditores è uerbis meis nullum fructum accipere uolunt? Et sæpius cogitaui ponere legem plausus prohibentem,& suadentem,ut cum silentio & conueniẽti decentia audiatis. Sed sustinete oro, & credite mihi,& si placet hanc nũc legem firmabimus, ne quis auditor plaudat quandiu nos loquimur. At si uoluerit admirari, admiretur silẽs, nemo est qui prohibet. Omne autem studium & alacritas in id collocetur,ut quæ dicuntur, accipiantur. Quare applausistis? De hoc legem pono. Vos autẽ nec audire potestis. Multorum bonorum causa erit philosophiæq schola. Disserebãt & exteri philosophi, nec tamen plausu excipiebantur unquam. Et apostoli concionabantur, & nũquam hoc accidit, quòd auditores dicẽtem plausibus interturbarint. Magna ex ea lege nobis utilitas, sed stabilimus illam, cum silẽtio omnes omnia audiamus & dicamus. Nam siquidem post plausus abierimus habentes ea quæ audiuimus, maximè profectò neque sic laus erit utilis. Verum non inuestigarim accuratius, ne me quis rusticitatis accuset. Quoniam autem nihil ultra reliquum, nisi damnum, soluamus impedimentum, tollamus plausus incompositos, eijciamus uincula animæ, & nemo quicquam dicat, donec finiatur sermo. Christus concionatus est in monte, & nullus quicquã dixit, donec sermonem finiuisset. Nihil damni afero his qui uellent plaudere, sed magis admirari faciam. Multo melius est cum silentio audiẽtem, propter memoriam omni tempore plaudere, & in domo,& in foro, quàm amissis omnibus redire uacuos domũ, et nescire plausus causam. Quomodo auditor ille non ridiculus? Quomodo nõ adulator & irrisor putabitur magis? dum asserit quidem, doctorem bene dixisse, nescire autem se quid dixerit. Hoc adulationis est. Ei qui citharœdos & tragœdos audit merito id accidit, utpote similem orationem dicere nesciẽti. Hic autem nec modulationis, nec uocis ostentatio est, sed sensuum ac philosophiæ potentia, quæ cuique dicere ac annunciare non difficile. Quomodo non dignus uituperatione, qui non potest dicere causam propter quam laudauit dicentem? Nihil ita decet ecclesiam, ut silentium, ut morum cõpositio. Stre

Universidad de Deusto
Biblioteca

pitus ad theatra pertinent, & balnea, & pompas, A & fora. Hîc autem de talibus dogmatis doctrina, tranquillitas & silentium, & boni mores, & portus magnus esse debet. Hæc oro & supplico, ut omnes sciant. Conor enim etiam ego omnigenos modos inquirere, quibus uestris animabus prodesse queam. Est autem & ille non minimus. Non uobis solis proderit, sed etiam nobis. Non sinet excidere, neq; laudes & gloriam dilígere, neque oblectantia loqui, sed utilia: neque in compositionem & ornatum uerborum, sed in sensuum uirtutem omne temporis momentum collocare. Ingredere in pictoris officinam, et uidebis multum illíc silentium. Igitur & hîc sit. Etenim etiam hîc regias pingimus imagines, & nullam priuati hominis, idq; uirtutis coloribus. Quid hoc, iterũ plaudi B tis? Non facilis res uidetur, idq; non natura, sed cõsuetudine multa, nondum didicistis istud facere. Stylus igitur est nobis lingua: artifex autẽ, spiritus sanctus. Dic oro, num quæ in sacramentis tu multuatio uel strepitus? Quando baptizamus, quando alia omnia facimus, nónne silentium & quies alia omnia detinet? Hæc in cœlo pulchritudo dispersa est. Hanc ob rem & apud gentes male audimus, quasi ad ostentationem omnia facientes, & ad gloriæ studium. Sed si hoc prohibeatur, etiam primarum sedium amor extinguetur. Sufficit si quis laudes amat, quòd eas postquam audi tus est assequitur, quando fructus colligit. Valde oro, firmemus hanc legẽ, ut omnia facientes prout domino placet, illius misericordiã mereamur, C gratia & miserationibus unigeniti illius, dominiq; nostri Iesu Christi, cui cum patre simul & sancto spiritu gloria, honor, imperium nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

AVDITIS HIS APOSTOLI BARNABAS & Paulus disruptis uestibus suis exilierunt in turbam, clamantes ac dicentes: Viri, cur hæc facitis? Nos similiter uobis passibiles sumus homines, euangelizantes uobis, ut ab his uanis conuertamini ad deum uiuentem, qui fecit cœlum ac terrã & mare, & omnia quæ in illis.

Homilia XXXI.

VIDE ut apostoli omnia magna cum uehementia faciunt: diruperunt uestimenta, insilierunt, clamarũt, omD nia ex affectione animæ procedunt: auersantur ea quæ facta, & luctus signa faciunt. Luctus enim erat uerè luctus, non admittens consolationem. Siquidem pro diis haberi uoluissent, introduxissent idolatríam quam destruxerant, quæ diaboli opus. At illi non tacent. Et quid dicunt? Etiam nos uobis similiter passibiles homines sumus. Statim ab initio subuerterunt uitiũ. Non dixerunt simpliciter homines, sed sicut uos. Deinde ne uideantur deos honorare, audi quid adiiciunt: Euangelizantes uobis, ut ab his uanis conuertamini ad deum uiuentem, qui Psal.145 fecit cœlum ac terram, & mare, & omnia quæ in eis.] Vide quòd hîc nunquam prophetarum sunt memores, neque dicunt, cuius gratia is qui omnium est conditor, gentes reliquit propria lege frui.

Qui in præteritis generationibus permisit omnes gentes in uijs suis.] Dicit quidem quòd permisit. Quare autem permisit, non iam addit, interim ad urgentiora festinans, nec usquã Christi nomen ponens. Quanquam non expertem testimonij seipsum esse sinebat, beneficia de cœlo conferens uobis, dans pluuias ac tempora fructifera, implens cíbo ac lætitia corda uestra.] Vide non uult accusationem eorum exaggerare, sed magis docet eos, ut totum in deum referant. Didicerant enim non tantam habendam dicendi curam, ut dignum aliquid de deo, quantam ut auditoribus utilia dicantur. Vide quàm latenter accusationem B ponit, quamuis etsi palàm taxasset, probè egisset. Oportebat enim puniri illos qui tantis bonis fruebantur, & nutritorem suum non agnoscebant. Non dicit autem manifestè, sed insinuat: Cœlitus nobis pluuias, inquit, dans. Ita & Dauid dicebat: A fructu frumenti, & uini, & olei sui multiplicati sunt. Et sæpe de conditione disserens, hæc in mediũ affert. Quin & Hieremias de primo opificio, & deinde de pluuijs narrans, prouidentiam dei commendat. Atque ille inde edoctus, inquit: Implens alimento & lætitia. Cum largitate alimentum, & nõ solum ad frugalitatem ac usum. Et hæc dicentes uix compescuerunt turbas ne sibi immolarent. Et hoc maximè admirati sunt. Vides quòd hoc contenti sunt, quòd turbam ab hac insania liC berarunt? Superuenerunt autem ab Antiochia & Iconio Iudei quidam, qui cum persuasissent turbis ac lapidassent Paulum, traxerũt eum foras portam, putantes illum mortuũ esse.] Reuera diaboli filij. Non in ciuitatibus suis solum, sed etiam extra illas hæc faciebant, tantoq; studio anhelabant tollere prædicationem, quanto apostoli erigere moliebantur. Et cum persuasissent, inquit, turbis, & lapidassent Paulũ, traxerunt foras portam. Hic impletur, Sufficit tibi gratia mea. Virtus eñ mea 2.Cor.12 in infirmitate perficitur. Maius hoc erat, & claudum sanare. Gentiles quidem ut deos putabant, hi autem traxerunt persuadentes turbis. Nõ enim uerisimile erat admirari illos. Et uide, In ciuitate illa, in qua tum admirabiles fuere, in eadem grauia patiebãtur. Id quoq; uidentibus proderat. Quòd autem etiam propter hoc permittebantur pati, audi istuc ipsum manifestantem ac dicentem: Ne 2.Cor.12 quis me putet esse supra id quod uidet me, uel audit aliquid ex me. Vbi autem discipuli circumderunt eum, surgens ingressus est ciuitatem.] Vides alacritatem? Vides desiderium feruens & succensum? Iterum in illam ipsam ciuitatem ingressus est, ut monstretur quòd si alicunde & secesserit, uelle per hoc seminari uerbum, & nõ extinguendum propterea esse illorum desiderium. Hæc non minus claros reddebant, quàm signa, magisq; gaudere faciebant. Nusquam autem dicit quòd reuersi sunt ubi signa fecerãt: sed ubi merunt pro nomine illius ignominiosi haberi.

Nam

Luc.10 Nam etiam hoc à Christo didicerant dicente: Ne A gaudete, quòd dæmonia uobis subijciuntur. Etenim uerum gaudium & purũ est, pati aliquid propter Christum. Deinde in ciuitates omnes redierunt, in quibus periclitati fuerunt. Et postero die exijt cum Barnaba in Derben, cumq; euangelizassent ciuitati illi, ac docuissent multos, reuersi sunt in Lystram, & Iconium, & Antiochiam, confirmantes animas discipulorũ, obsecrantes ut maneãt in fide, & quòd per multas afflictiones oporteat intrare in regnum dei.] Hoc dicebant, hoc monstrabant. Confirmantes, inquit, animas discipulorum, atq; ita confirmati fuerunt, imò appositi sunt. Prædicebant igitur ne offendantur. Atque tam discipuli quàm apostoli operam dant, ut discant statim ab initio prædicationis uirtutem, & B q; etiam ipsos oporteat talia pati, & ut generose stent nõ solum signa stupentes, sed multo magis tentationes. Idcirco & ipse dicebat: Eundem agonem habentes sicut uidistis in me & audijstis. Vbiq; prælia, pugnæ, lapidationes. Qualis adhortatio, statim ab initio afflictiones proponere. Sequitur & alia consolatio: Cum autem suffragijs delegissent illis seniores per ecclesias, orassentq; cũ ieiunijs, commendauerũt illos domino in quem crediderant.] Vidisti feruorem Pauli, cum orasset, inquit, cum ieiunijs, commendauerunt illos domino. Vide cũ ieiunijs fiunt ordinationes. Iterum ieiunium, purgatio est animarum nostrarũ.

Et cum pertransissent Pisidiã, uenerũt in Pamphyliam, et cum loquuti essent sermonem Pergę, C descenderunt in Attaliam.] Iracundis quidem illis cedit, mitigatos autẽ accedit. Vides quòd non omnia per miraculorũ gratiã, sed etiam propria diligentia multa dispensabant. Et illinc soluerunt in Antiochiam, unde erant traditi gratiæ dei in opus quod impleuerunt.] Quare iterũ ueniũt Antiochiã: ut annuncient quæ illic facta, & alioqui etiam hoc loco magna res agitur. Oportebat enim cũ fiducia iam prædicare gentibus: ueniunt igitur ut hæc annuncient, & scire possint. Et agebatur hoc tunc, ut hi qui prohibuerant conuertiri cũ gentibus, magna nunc sumpta fiducia à Hierusalem abeãt. Vel etiam aliter: Ostendit illorum mores caruisse arrogantia. Veniũt igitur magnã præ se ferentes fiduciã, quòd etiam absq; illis gen D tibus prædicassent, & obedíetiam quòd illis hæc referunt. non enim arroganter gloriabantur talia se fecisse. Vnde erant traditi, inquit, gratiæ dei. atqui spiritus iusserat: sed quæ sunt spiritus, sciebat esse filij. Vna enim potestas, sicut una natura & filij & spiritus. Vbi autem aduenerũt, & congregauerunt ecclesiam, annunciarunt quæcunq; fecit deus cum illis, & quòd aperuit gentibus ostiũ fidei. Commorati autem sunt illic tempore non paruo cum discipulis.] Merito, magna enim erat ciuitas, & doctoribus egebat. Videamus iterum quæ sunt dicta. Isto spectaculo terruerunt eos disruptis uestibus. Hoc & Iesus Naue fecerat in populi strage. Ne igitur putes indignum illis esse, & ipsorum moribus. Etenim non aliter compressis-

sent illorum impetum, nec aliter incendiũ extinxissent. Quãdo igit opus fieri talia, & nos quoq; ne detrectemus. Si igitur & post hęc uix persuaserunt, nisi hoc fecissent quid factum fuisset? Nam nisi sic egissent, putati fuissent superbi esse, & talẽ honorẽ concupiscere. Et uide sermonẽ in medio stupore, & moderatus fuerit, miraculoq; plenus & stupore. Hoc maxime illos prohibuit quod dicunt, Et nos sumus similiter ut uos passibiles homines, euangelizantes uobis ut à uanis illis conuertamini ad deum uiuentẽ. Quasi dicerent, Homines quidem sumus, his autem maiores. hæc enim mortua. Vide illos non confutare solum, sed etiam docere, & nihil de inuisibilibus loqui. Qui Psal.145 fecit, inquit, cœlum ac terram, & mare, & omnia quæ in illis. Testes ipsos dicit annos. O insaniam Iudaicam. Ausi sunt ingredi ad populũ qui tantũ honorẽ apostolis dederat, & lapidare Paulũ. Extra aũt portam traxerũt, forsan timentes illũ. Cũq; orassent, inquit, cum ieiunijs, cõmendarunt illos domino. Et ieiunandum docuerunt in tentationibus. Non dixerunt, Quæcunq; ipsi fecerant, sed quæcunq; deus fecerat cum ipsis. Mihi uidentẽ tẽtationes dicere. Non simpliciter uenerunt illuc, neq; quiescendi gratia, sed miro spiritus sancti ductu, ita ut prædicatio gentiũ confirmetur. Et quare, inquit, in Cypro non fecerunt presbyteros, neque in Antiochia? Quia hæc quidem erat apostolis propinqua, illa aũt Antiochiæ. Et uerbũ inualescebat. Hîc aũt multa opus erat cõsolatione, maC xime eũ qui ex Gentib. erant, multũ doceri debebant. Venerũt docẽtes, unde merito ordinati fuerunt à spiritu. Et uide feruorẽ Pauli. Nõ rogat an oporteat loqui Gentibus, sed statim loquit, idcir co dicit: Non acquieui carni & sanguini. Magnũ Gal.1 bonũ est persequutio, & magnæ ac generosæ animæ opus. Quot post hoc crediderunt, & nullus sic fulsit: ita nobis ubiq; alacritate opus est, et multo feruore, anima ad mortẽ parata, neq; aliter regnum acquiritur, nisi per crucem.

MORALE.

Ne decipiamus nosipsos. Si eñ in bello seruari impossibile est, delicate agẽtem, & lucri cupidiorem, negociantẽq; & ignauum, quanto magis in hoc prælio? An nõ putatis nunc esse bellum, diffi Ephe.6 cillimum omniũ? Non est nobis, inquit, certamẽ contra carnem & sanguinem. Et prandentibus, & ambulantibus, & lauantibus adest inimicus. Nescit enim quietis tẽpus nisi somni, imò & tunc sæpius oppugnat, & cogitatiões immittit immũdas, & à somnijs intẽperãtiores reddit. Nos autẽ quasi parua res sit propter quam ille prælíat, non sumus sobrij, neq; excitamur, neq; consideramus multitudinem aduersariarum nobis protestatum, non cogitamus quòd istuc ipsum maximæ infelicitatis est: sed tot bellis circunuenti, in delicijs agimus ac si pax esset. Credite mihi grauiora nunc possunt accidere, & q; ea quę Paulus ipse passus est. Miserunt tunc lapides in Paulum, at nunc faciũt uerba grauiora lapidibus. Quid igitur oportet facere? Id quod ille fecit. Eos qui lapidarunt, odio

Universidad de Deusto
Biblioteca

non habuit,sed quum extraxissent ipsum, iterum A ingressus est in ciuitatẽ, benefacturus his qui iniuria affecerant. Sic feras & tu asperũ conuitiatorẽ, & iniustitia te opprimentẽ, lapideriscq. Ne aũt dicas, nihil iniuste feci. Quid enim iniuste egit Paulus? regnum annunciauit, ab errore depulit, deo adduxit. Hæc coronis, hæc prædicatione, hæc innumeris bonis digna, nõ lapidibus, attamẽ contraria passus est. Ista enim clara uictoria est. Et traxerunt illũ, inquit, Et te sæpius trahunt, sed ne iracaris, sed prædica sermonẽ in mansuetudine. Cõtumelia te affecit, tace & benedic, si potes, & sic prædicasti etiã tu sermonẽ, docuisti iustitiã, docuisti mansuetudinẽ. Scio pleroscq non ita uulneribus, ut uerborũ plaga sauciari: nam illud quidem uulnus corpus suscipit, hoc aũt anima: sed ne do- B leamus, imò dolorem perferamus. Non uidetis athletas saucio capite, admorso labro strenue ferre dolores? hic aũt nõ opus fremitu & morsu dentium. Memor esto domini tui, hoc pharmacũ statim impositi memoriæ. Memor esto Pauli. Cogita quòd qui cæderis uincis, ille aũt qui cædit uincitur, & totũ per hoc curabis. Momentũ est, caue abripiaris, & totum statim effecisti: caue moueaberis, & totũ extinxisti. Magna cõsolatio est aliquid propter Christum pati. Non prædicas sermonem fidei, sed prædicas sermonẽ philosophiæ. At quã to me mansuetiorem uidet, tanto magis infestat. Igitur propterea doles, quòd magis tibi merces crescet? Sed inutilis erit mansuetudo, inquit. Hoc tuæ pusillanimitatis excusatio est, alias inutilius C fit, si ulciscaris. Ignorabat ne deus iustis inutile, si non sumatur ultio? Si sciuisset, non præcepisset. Verum dixit, Ne ulciscaris teipsum. Sciebat utiq quòd hoc magis conducit. Ne pone deo legem contrariam, obtempera illi, non es tu melior eo qui fecit nos. Dixit, cõtumelia affectus fer. Tu dicis, retaliabo, ut non fiam inutilis. Tu igitur tui curam maiorem habes quàm ille. Affectionis & asperitatis & arrogantiæ uerba hæc sunt, & ponentis leges contrarias deilegibus. Nam licet damno afficeremur, an nõ obedire oportebat? Quando deus aliquid præcepit, ne ponamus nos legẽ contrariã. Responsio, inquit, submissa auertit irã. Itaq hoc facit submissa nõ aduersaria. Si tibi prodest, & illi proderit: si aũt tibi nocet, qui correctu
Luc. 4 rus es illum? Medice cura teipsum. Dixit male, lauda tu: conuicia dixit, dic tu præconia: insidiatus est, benefac tu, diuersis illi retalia, siquidem omnino illius salus curæ tibi est. Et ne uelis ob tuas affectiones ulcisci. At dicis: Sæpius longanimitatem expertus, deterior factus est. Hoc nõ apud te sed apud ipsum. Vis discere quanta passus est de-
3. Reg. 19 us? Altaria illius subuerterant, prophetas occiderant, & omnia ferebat. Nõ poterat fulmen superne demittere? Sed quando prophetas misit, & occiderunt illos, tunc lesum misit: quando maxime impie agebant, tunc plurimum benefecit. Et tu si uideris exasperari, tunc magis cede: maiore enim consolatione furor ille indiget, quãto molestioribus cõtumelijs insequitur, tanto maiore mansuetudine illi opus est. Et sicut incendiũ quando maxime flat, tũc magis opus, ut cedatur: ita & ira fl. „ grantem bestiam, quando maxime efferata est, omnes effugimus, ita & irascẽtem. Nec putes hoc esse honorẽ, alioqui & bestiam honoraremus, & furibundos honoraremus, si deuitaremus. Ignominia est & contumelia, imò non ignominia & cõtumelia, sed & misericordia & humanitas. Nõ uides nautas quando uehementer flat uentus detrahere uela, ne subuertatur nauis? Auriga quando se equi simul rapiunt, laxat, & nõ retinet frenũ ne frustra uires exhauriat. Hoc & tu fac. Ignis est furor, flamma acris est indiga materiæ, ne suggeras igni materiã, & statim malũ extinxeris. Nõ habet a seipsa robur ira, nisi alius sit qui illã alat. Nullam excusationem habes, ille detinetur furore, & nescit quid facit. Tu cõsiderans illũ, quando in eadem incidis, & neq illius exemplo sapientior efficeris, qualis uenia? Si in conuiuio sedens uideret in uestibulo aliquem inebriari & turpiter agere, deinde ipse ijsdem uitijs irretiretur, nõne post illum hic multo minus uenia dignus fuerit? Sic & hic, ne putemus nos defensionẽ dicere: Ego non cœpi. Hoc contra nos est, quia neq illius turpitudine uisa tẽperatiores facti sumus. Quẽadmodũ si dicat quis, ego non primus occidi. Eapropter pœna dignus es, q neq exemplo uiso melior factus teipsum continuisti. Si uideris ebrium uomere, dilacerare, disrumpere, oculis toruis aspicere, immunditia mensam implere, omnes illũ fugere: deinde in illam ipsam incidas ebrietatem, nõnne magis eris odibilis? Talis est etiã qui irascit, plus quam uomens, inflat uenas, incendit oculos, disrumpit uiscera, uomit uerba, illa immunditia magis impura, omnia non cõmanducata, sed cruda loquitur, nihilq perfectũ. Non enim sinit ira. Sed sicut illic sæpe humorũ nimietas stomachum perturbat, omniaq euacuat: Ita & hic caloris nimietas perturbat animã, nec sinit latere quæ sileri deceret, sed dicenda ac nõ dicenda effutit, non audientes, sed seipsum cõfundens. Sicut igitur uomentes fugimus, ita & irascentes. Quid faciẽdo? Pulueremsuper uomitũ illorum ponamus, tacendo canes uocemus, ut & illa euomita deuorent. Scio quòd hæc audientibus uobis nauseam cient. Verum tunc sic uos affici uelim, quando illa fieri uidetis, & tunc non oblectari. Conuiciator em immũdior est cane, qui ad uomitũ suum reuertitur. Ille em ut semel euomuerit cessat, nec est sicut ille: & si iterum eadem uomit, manifestũ, q eadem edit. Quid igit illo abominabilius? quid immundius illo ore, quod eosdem cibos uomitos mãducat? quamuis hoc naturæ opus: illud aũt minime, imò & hoc & illud præter naturã est. Quõ? Non enim secundum naturã est, sine causa conuiciari, sed præter naturam. Igitur nihil quidem ut homo loquitur, sed alia ut bestia, alia uero ut furibũdus. Itaq sicut corporũ morbus præter naturam est, ita & hoc: & quia præter naturam est, si in illo moretur, paulatim perit. Mallem ad mensam assidere homini cœno uescenti, quàm talia loquenti,

Non

Non uides porcos stercora deuorare, & suauiter A glutire? ita & illi. Quid em fœdius q uerba quæ contumelioſi conuiciatores loquuntur? Nullum aũt illis studium est, uel sanum, uel mundum aliquid dicere, sed quicquid fœdum, quicquid turpe, hoc & facere, & loqui solent: Hoc sanè grauius, q dum seipsos magis confundunt, alios confundere putant, idq manifestum est inde (ne em mihi dixeris illos mendacia dicere) Sit quædam insignis meretrix, uel alius quispiam è fornice, & faciat cum illo rixam, postea ille huic hæc loquatur, & hic iterum illi similiter, uter magis contumelia affectus erit? nam ille quidem, ea quorum reus est, audit: hic autem, ea quorum non est reus: & ita illi quidem nihil accessit ad confusionẽ ser- B monis, huic aũt plurimum. Iam sint quædam iterum per opera facta, & solus ille qui contumelia afficit, ea sciat: & q antea siluerit, per cõuicia nũc diuulget: etiam hic propter hoc magis conuicio sese inflamabit. Quomodo? præco malitiæ factus, in suspicionem uenit, quòd male conscius & fide indignus loquatur, uidebitq omnes statim se obsurgare, & talia ubiq dicere: Si homicidij cõscius erat, omnino antea enunciare oportebat. & hũc quidem quasi non sit homo auersantur, odere, bestiamq esse dicunt efferam & crudelem: huic autem magis quàm illi ignoscunt. Eos enim qui uulnera habent, horremus, si tegere cogantur & mõstrent: ita & hic contumelia afficit, non illum, sed C etiam seipsum, & audiẽtes, & communem hominum naturam, uerberauitq auditorẽ & nihil boni fecit. Idcirco Paulus inquit: Si quis bonus sermo ad ædificationem, ut det gratiam audiẽtibus. Paremus nobis linguam honesta loquentem, ut simus desiderabiles ac amabiles. Verum eo usq malitiæ peruenerunt omnia, ut quæ potissimum uelare oportebat, in his pleriq glorientur. Multi enim in hunc modum minantur: Non potest lingua mea ferre uerba uxoris uetulæ, ebriæ ac fœde agentis, & eorum qui in foro exibilant, & traducunt. Nihil his uerbis deformius, nihil minus uiri le. Nihil muliebrius est, quàm robur in lingua habere, & in cõuicijs superbire, sicut qui in pompis, sicut mimi, & parasiti, & adulatores. Porci magis D sunt quàm homines, quotquot in hoc gloriãtur: oportebat teipsum occultare, oportebat si qs alius hæc de te testaretur, fugere testimonium quasi hostile & non uitrile. Tu autem conuiciorum præco efficeris. At nihil ei qui male audit, nocere poteris. Ideo obsecro, ut considerantes quanta malitia sit, quòd & gloriantur quidam, resipiscamus, emendemus eos qui sic insaniunt, tollamus hos è ciuitate consessus, ornemus linguam nostram, liberemus eam ab omni accusatione, ut purificati à peccatis, supernam beneuolentiam nobis conciliare & dei misericordiam mereri possimus, Gratia & miserationibus unigeniti illius, cum quo patri simul ac spiritui sancto gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Chryſ.to. 3

HOMILIA XXXII.

VIDE ubiq transitum ad gentes, necessarium initium à Iudæis haberẽ. Ante hoc qui obiurgabat, rationẽ reddebat, & ad defensionem omnia loquebatur, id quod sermonem magis gratũ reddebat, quòd Iudæis auersantibus uenit ad gentes. Hic iterum uidens alium excessum oriri, legem statuit. Quoniam enim utpote à deo docti apostoli, sine discrimine omnibus loquebantur, & hi qui ex Iudæis erant, ad zelum prouocabant, nec docebãt simpliciter circũcisionẽ, sed sine illa saluari neminẽ posse: huius contrariũ tẽpe stiue nunc dicit: Si circũcidimini, nõ potestis seruari. Vides continuas tentationes intus & foris? Pulchra aũt dispẽsatione hoc agit, Paulo præsente ut cõtradicat. Et nõ dixit Paulus: Quid? nõ mẽ rebor fidem à tãtis signis? sed differt, ppter illos. Et uide ut iam oẽs discunt, quæ contigerant inter gentes, etiã Samaritani & gaudẽt. Itaq facta seditiõe, & disputatione nõ parua Pauli & Barnabæ cõtra illos, statuerũt ut ascenderent Paulus & Barnabas, & quidã alij ex illis ad apostolos & seniores in Hierusalem super hac quæstione. Illi ergo deducti ab ecclesia pertrãsibant Phœnicen & Samariã, annunciantes cõuersionẽ gentiũ, & faciebãt gaudiũ magnũ fratrib. oẽibus. Vt aũt uenerũt in Hierusalẽ susceptisunt ab ecclesia, & apostolis & presbyteris, annũciantes quæcũq deus fecit cũ illis.] Vide quãta ordinatione singula facta sunt. Surrexerũt aũt quidã ex secta Phariſæorũ, qui crediderãt, dicẽtes, q oportet circunci dere illos, & præcipere eis ut seruẽt legem Mosi. Cõgregati sunt aũt apostoli & seniores, ut dispicerẽt de sermone hoc. Multa aũt disceptatione facta, surgens Petrus dixit ad illos: Viri fratres, uos scitis q à dieb. antiqs deus in uobis elegit per os meũ, ut audiãt gentes sermonẽ euangelij, & credant.] Vide Petrũ hactenus separatũ à negotio, & Iudaizantẽ: Vos scitis, inquit. Aderant forsan ex his qui uocauerũt illũ ad Corneliũ olim, & ingressi cũ illo, et ,pterea adducit illos testes. A diebus antiquis in uobis elegit deus. Quid est, In uobis? Hoc est: In Palæstina, inquit, uel præsentibus uobis. Per os meũ. Vide ut ostẽdit deũ per illũ loqui, & nihil esse humanũ. Et cordiũ cognitor deus testimoniũ dedit illis.] Ad spiritus testimoniũ ducit illos. Dans illis spiritũ sanctũ, sicut & nobis.] Vide quõ ubiq æquat gentes, & nihil diiudicat inter hos & illos. Fide purificatis cordibus illorũ. A sola fide, inquit, illa assequuti sunt, & nõ operibus uel circũcisione. Etem hæc nõ dicũt solum pro gẽtibus rationẽ reddentes, sed etiã illos à lege abducere cupientes. Verũ hoc nondum discunt. Itaq nũc quid tentatis deũ, ut imponatis iugum super ceruicẽ discipulorũ, quod neq patres nostri, neq nos potuimus portare, sed per gratiã

Universidad de Deusto
Biblioteca

domini nostri Iesu Christi credimus seruari quem admodũ & illi.] Quid est, tẽtatis deũ? Cur incredu-
li estis, inquit, deo? quid tentatis illũ quasi non possit seruare fidem? Itaq; infidelitatis est legẽ inferre. Postea ostẽdit etiã illis nõ fuisse utilẽ, & totũ in legẽ, nõ illos reiecit, et accusationẽ sistit ac morat. Quod nõ potuimus nos & patres nostri portare, sed per gratiã dñi nostri Iesu Christi credimus seruari quẽadmodũ & illi. Quãta uirtute plena sunt uerba hæc? quæ sanè Paulus multis in epist. ad
Rom.4 Rom. dixit, hæc & hîc dicunt. Si em Abrahã, inquit, ex operib. iustificatus est, habet gloriationẽ, sed nõ apud deũ. Vides q̃ magis hæc docet, q̃ gẽtes defendit? At siquidem absq; occasione hæc dixisset, forsan suspectus fuisset. Initio autẽ sumpto hinc, deinde intrepide loquit. Et uide ubiq;, q̃ omnia quæ inimici mouerũt, illis prosint. Nã si illi nõ mouissent, hæc nequaq̃ dicta fuissent, neq; etiam ea quæ postea. Hinc discunt, q̃ si gentes adducere noluissent, nõ tamẽ despicere debuerint. Videamus autẽ iterũ quæ dicta sunt. In nobis, inquit, elegit deus, & à diebus antiquis. Hoc dixit, ostendens q̃ olim non nunc. Non parũ autẽ est, q̃ etiam ludæi credentes hoc auerſant. Duobus qd̃ dicit confirmat, tẽpore & loco. Et illud elegit, bene, sicut in ipsis. Non dixit, uoluit: sed elegit. Vnde hoc manifestũ? A spiritu inquit. Deinde ostendit non gratiæ simpliciter, sed uirtutis testimoniũ hoc fieri, & nihil minus illis exhibitũ. Nihil enim dijudicauit inter nos & illos. Igit corda omnino oportet inquirere. Et opportune dixit: Cordiũ cognitor deus testificatus est illis, sicut etiã illic: Tu domine cordiũ cognitor omniũ ostende. Nam q̃ hoc uoluerit, uide quid dicat: Nihil discreuit inter nos & illos. Quãdo dixit illorum testimoniũ, tunc magnũ hoc loquutus est, id quod Paulus in-
1.Cor.7 quit: Neq; circuncisio aliquid operatur, neq; præputium. Et ut duos condat in seipso. Omnium horũ semina in cõcione Petri sita sunt. Et non dixit: Inter circũcisos, sed inter nos, hoc est, apostolos. Deinde ne uideat contumelia, qd̃ dixerat Nihil, addit, Fide purificatis cordibus illorũ. Et per hoc suspicionẽ aufert. Expurgauit priorẽ sermonẽ, & tũc ostẽdit nõ malã legẽ, sed illos infirmos. Vide q̃ terribilis finis, nihil ex pphetis narrat illis, sed ex rebus præsentibus, quarũ ipsi testes erant. Merito & illi posthac testificãt, & sermonẽ roborãt his iã factis. Et uide, in ecclesia permittit primũ in quisitionẽ & disputationẽ fieri, & tunc ipse uerba facit. Igitur q̃m non loquit de circũcisis, sed de gentibus: hoc em paulatim inductũ, fiebat cõfirmatius, alterũ aũt tentantis erat, num possit etiam legẽ seruare: uide qd facit, ostẽdit illos esse in periculo, quando quidẽ id quod nõ poterat lex, potuit fides: qd̃ si ab hac exciderint, necesse est illos interire. Et nõ dixit incredituli estis, id quod fuisset molestius, præsertim causa posita. Itaq; in Hierosolymis nulli quidẽ erãt ex gẽtibus, sed uerisimile est fuisse Antiochiæ. Qua ꝓpter ueniũt, & cõmorant illic nõ paruo tẽpore. Surrexerũt autẽ quidã Pharisæorũ, adhuc ambitionis morbo laborãtes, uolentes sibi ascisce re eos qui ex gentibus. Non patiebat aũt hoc Paulus. Postquã aũt illuc uenit, dogma euidentius factum est. Si em hi qui in Hierosolymis sunt, nihil tale imperant, multo magis hi. Videsne quotquot ambitione non tenent, gaudent in fide. Itaq; non narrabant ea quę ad ambitionem, uel ad ostentationem pertinebãt, sed reddebat ratio prædicationis erga gentes. Ideo etiã nihil dicunt eorũ quæ euenerant ludæis. Magna pertinacia Pharisæorũ, etiam post fidẽ, adhuc legem tuent, & non credunt apostolis. Sed uide q̃ mansuete, & nõ cũ autoritate loquunt. Nam quæ talia amabilia, & magis animo figunt. Vides nusquam sermonũ, sed operũ & spiritus ostentationem. Attamen etiã tantis muniti rationib. adhuc mansuete loquunt. Et uide non ueniunt accusaturi eos qui Antiochiæ, sed illinc iterũ sumunt occasionẽ. Sic meditabant quidam prędicare alijs, qui & apostolis nescientibus reprehensi sunt. Attamẽ nihil horum isti protulerunt: at ubi satis id patuit, tunc uehementius scribunt.

MORALE.

Etem æquitas magnũ ubiq; bonũ: Æquitas dico, nõ frigiditas, æquitas nõ adulatio. Multũ em hæc inter se distant. Nihil exasperabat Paulum, nihil Petrum. Quãdo habes certa testimonia, qd irasceris? num ut etiã illa infirma reddas? Impossibile est, ut ira cundo persuadeas. Etiam heri de ira disseruimus, nihil aũt, ꝓhibet, quin & hodie: proficit enim plurimũ cõtinuatio. Etenim pharmacũ quod uim habet mederi uulneri, nisi cõtinuo imponat, totũ perit. Ne oro putetis q̃ desperẽ de uobis, quia subinde de ijsdem rebus dissero: nam si desperaremus, plane nihil loqueremur: nunc aũt quia spes est, q̃ multum lucri faciatis, hæc loquimur. Vtinã perpetuo de ijsdem loquamur, utinã non sit alia quędã occasio uel cura, sed ut affectionibus nostris imperemus. Quõ enim non absurdum, regibus quidẽ in delicijs uiuentibus, ac tanto honore, nullũ alium esse sermonẽ, uel in mẽsa, uel in aliquo alio tẽpore, q̃ quõ hostibus queant prævalere, & propter hoc quotidie cõuentus fieri, & duces atq; milites deligi, ac tributa peti q̃ in administranda repub. hæ duæ rationes in primis sint necessariæ, ut & hostibus imperẽt, & suos in pace contineant: nos autem ne per somnium quidem tractare uelle talia. Sed ut seruos quidem emamus ac agros, & ut facultates ampliemus, quotidie loquendo nõ satiamur. De rebus autem nostris, & uere nostris, neque ipsi loqui uolumus, neque alios loquentes sustinemus. De quo igitur, dic mihi, loqui uis? De prandio? sed hæc coquorum sunt uerba. De pecunijs? sed hæc mercatorũ & institorum sunt. De structuris? sed hæc architectorum sunt & ædificantium. De terra? sed hæc agricolarum. Nostrum autem nullum est opus, quam ut opes animæ acquiramus. Non igitur super illis nobis perpetuo sermo esse debet? Quare nullus accusat medicos semp de re medica disserentes, neq; alios opifices de sua arte loquentes? Quòd si sic nostras affectiones moderaremur, ne admo-

admonitiõe esset opus, merito quis nobis obijceret ostentationẽ & ambitionẽ: imò ne tum quidẽ. nam etiãsi emendatæ essent, etiã sic colloquendũ, ne succũbamus: quoniã & medici non ægrotis solum, sed & medicis loquunt, & sunt eis libri super ea re, ut & morbos curent & à morbis præseruẽt. ita licet sani simus, neq; sic desistendũ, ut etiã conseruemus sanitatẽ. Quando aũt & ægrotamus, duplex sermonũ necessitas: una quidẽ ut liberemur à morbo, alia aũt ne liberati recidamus. Itaq; curatiuam methodum proponamus infirma curaturi. Quomodo igit huic affectioni malæ quis medebitur, quõ acutam hanc cõprimet febrẽ? Videamus unde nata est, & causam tollamus. Vnde nasci consueuit? Ex arrogantia & magna superbia. Causam igit hãc tollamus, & simul auferet etiam morbus. Quid aũt superbia? unde nascit? fortasse
B iterum ad aliud initiũ ire conandũ. Igitur quã sermo dabit eam uiã ibimus, ut radicitus malũ euellatur. Vnde igit arrogantia? Ex eo quòd non spectamus quæ nostra sunt, sed de natura quidẽ terræ, quamuis non simus agricolæ, curiose inquirimus, & de natura arborũ: & de natura auri, quamuis non simus negotiatores, & de uestibus, & de domibus: de nobis aũt & de nostra natura nunq̃ sustinemus hoc fieri. Et quis ignorat, inquit, suam naturã? Multi, & fortassis omnes, paucissimis exceptis. Et si uultis hinc faciemus argumentũ: Dic oro mihi: quidnam est homo, si quis roget, quare differt ab irrationabilibus? quõ cognatus est his qui in cœlis sunt? qd̃ potest ex homine fieri? num
C poteris recte respondere? Equidem non opinor: quẽadmodũ enim licet loqui de materia quadã, ita & de homine. Materia quidem est homo: fieri autẽ potest & angelus, & bestia. Num igit nouus uidetur esse hic sermo? quamuis & sæpe illum in scripturis audistis, Nam de quibusdã hominibus
Mala.2 dictũ est: Angelus domini est, & ex labijs eius re-
Matth.12 quirũt iudiciũ. Et iterũ: Emittam angelum meum ante faciẽ tuã. De quibusdẽ autẽ, serpentes, progenies uiperarũ. Iam sanè apud eos qui totum depingunt, potest fieri etiam homo deus. Quid di-
Psal.81 co angelus? & dei filius: Ego enim dixi, inquit, dij estis, & filij sublimis omnes. At hoc certe maius,
Ioan.1 quia ut fiat & deus, & angelus, & dei filius, potestatẽ ipse accepit, & est homo angeli cõditor. Forsan uos turbauit uerbũ, sed audite Christũ dicen-
D Luc.20 tem: In resurrectione neq; nubẽt, neq; nuptui tra-
Matth.19 dentur, sed sunt sicut angeli. & iterum. Qui potest capere, capiat. Ergo si uirtus angelos facit, utique angelos possumus facere: etsi non natura, certè proposito & electione: Nam hoc quidem absente, nulla utilitas est angeli esse naturã, id quod diabolus indicat, qui antea angelus erat. Hoc autem præsente, nullũ damnũ est esse hominẽ natura, ut in Ioane & Helia perspicuũ est, qui in cœlũ ascendit, & omnes abituri sunt illuc. Nam hi quidem licet corporei, non prohibiti sunt inhabitare cœlũ: illi aũt quum incorporei essent, non potuerũt manere in cœlo. Nullus igit doleat, nullus indigneturde naturã quasi impediat, sed de sua electione ac uolũtate. Leo ille factus est ex incorporeo. Ec-
1.Pet.5 ce em, inquit, inimicus uester sicut leo rugiẽs obambulat, quærens quẽ deuoret. Nos angelia corporibus. Quẽadmodũ si quis inuẽta pretiosa materia, quum non sit artifex, cõtẽpta illa, magnum damnũ accipiat, utpote margarito uel conchilijs, uel alio tali quopiã reperto & neglecto: Sic & nos si ignorauerimus nostrã naturã, ipsam ualde contemnemus: si autẽ sciuerimus, multum abhibebimus studiũ, & maxima lucra faciemus. Ex hac regiũ fit indumentũ, ex hac domus fit regia, ex hac mẽbra fiunt regia, omnia regia. Ne abutamur in damnũ nostrũ natura nostra. Parumper ab angelis minores fecit nos, morte inquam, sed & hanc accepimus breuissimã. Nihil igitur prohibet nos angelos fieri statim, si uoluerimus. Velimus igitur uelimus, & si disposuerimus nosipsos, gloriam referamus deo patri, & filio, & spiritui sancto, nunc & semper, in secula seculorum, Amen.

POSTQVAM ILLI SILVERVNT, RESpondit Iacobus dicẽs: Viri fratres, audite me: Simeon narrauit, quomodo primũ deus uisitauit, ut sumeret ex gentib. populũ in nomine suo, & huic cõsonãt sermones prophetarũ. Ho. XXXIII

Ille erat episcopus ecclesiæ Hierosolymitanæ. Et impleẽ nunc quòd in ore
Deut.17 duũm uel trium testium cõsistat oẽ uerbum. Vide autẽ & huius sapientiam, ex prophetis nouis ueteribusq; consummãtis sermonẽ. Non enim poterat ostendere aliquid, sicut Petrus uel Paulus. Et bene constitutum est, ut per illos hæc facta sint, qui non habitaturi in Hierosolymis: hic autem doceat, ne esset reus, néue sententia eius confutetur. Et quid inquit? Viri fratres, audite me, Simeon narrauit. Quidam hunc esse dicunt illum à Luca dictũ, alij autem alium eiusdem nominis: siue aũt hic, siue alius est, non opus est sermone exquisitiore, sed solum quòd susceptu necessaria, quæ narrauit. Viri, inquit, fratres. Magna æquitas uiri, & perfectior ista concio, ubi scilicet & finẽ imponit operibus:

Quemadmodũ primum uisitauerit deus, ut assumat ex gentibus populũ nomine illius. Et huic consonant omnes sermones prophetarum. Quoniam ille ob tempus quidẽ notus erat, sed nõ tam
D insignitæ fidei, eo quod non erat antiquus: addit etiam ueterem prophetiam dicens, Sicut scriptũ Amos 9
est: Post hæc conuertã, & reædificabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & diruta illius reædificabo, & corrigam illud: ut hi qui ex hominibus relicti requirãt dominũ, & omnes gentes super quas inuocatũ est nomen meum, dicit dominus, qui facit hæc omnia.] Quid igitur? suscitata est Hierusalem, an non magis diruta est? Sed non de hac ab illo dicta sunt hęc. Et quã dicit suscitationẽ? Eam quæ est post Babylonẽ. Nota à seculo sunt deo omnia opera eius.] Postea ponitur quam dignus fide sermo. quia nihil nouum, sed ab antiquo hæc præfigurata fuerũt. Et iterũ sententia: Propter quod ego iudico non esse obturbandum illis, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex gentibus cõuertuntur ad dominũ, sed scribendum illis, ut abstineant ab inquinamentis simulachrorũ, & fornicatione, & suffocato, & sanguine. Moses enim ab ætatibus antiquis in singulis ciuitatibus habet qui ipsum prædicet in synagogis, ubi per omne sabbatũ legitur.] Quoniã non audierant legem, merito hæc imperat de lege, ne uideatur abrogare illam. Et uide quomodo nõ abducit illos à lege, hæc audiendo: Censeo, inquit, non abauditu legis. Postea cõmune dogma fit. Tunc uisum est apostolis & presbyteris cum tota ecclesia, electos uiros ex ipsis mittere Antiochiã cum Paulo & Barnaba, ludam qui agnominabat Barsabas, & Silam, uiros primarios inter fratres, quũ scripsissent per manũ eorũ in hunc modũ.] Vide illos nõ simpliciter legem ferre, sed ita ut dogma fiat fide dignũ, mittunt hos à se. Et nẽ Paulus ultra suspectus esset. Et uide cẽ grauiter accusantes illos, scribant: Apostoli, & presbyteri, & fratres, his qui Antiochiæ, & in Syria, & in Cilicia fratribus, qui ex gentibus, Salutẽ. Quoniã audiuimus quòd nonnulli ex nostris turbarunt uos sermonibus labefactantes animas uestras, dicentes, ut circuncidamini, & seruetis legem, quibus nõ præcepimus.] Sufficiens erat accusatio temeritatis illorum, & digna apostolis nihil magis ultrà dicentibus: Visum est nobis congregatis unanimiter, electos uiros mittere ab uos, cum dilectis nostris Barnaba & Paulo, hominibus qui & tradiderunt animas suas pro nomine domini nostri Iesu Christi.] Atq; ita ostenditur, quòd non uiolenter agat, quia omnibus hæc placent: nam cũ consideratione hæc scribũt, Electos, inquit, uiros ex nobis, ne uideantur esse ex subornatione Pauli & Barnabę missi. Vides laudes illorũ. Hominibus, inquit, qui & tradiderũt animas suas pro nomine domini nostri Iesu Christi. Misimus igitur Silam & Iudam, et illos qui per sermonem hæc annunciabãt. Visum est enim spiritui sancto & nobis. Igitur non humanum, si spiritui sancto hæc placent. Vt nihil amplius oneris imponeremus uobis.] Iterũ onus legẽ uocat. Deinde etiã de illis rationẽ reddit. Nisi necessaria hæc, abstinere ab idolothytis & suffocatis, & fornicatione, & sanguine à quibus si conseruaueritis uosipsos, bene facietis.] Hæc noua lex nõ præcipit. Nusquã enim de his disserit Christus, sed à lege hæc sumunt. Et suffocato inqt. Hîc cædem cohibet. Itaq; dimissi uenerunt Antiochiam, & cõgregata multitudine, reddiderũt epistolam. Qui quũ legissent, gauisi sunt super cõsolatione.] Postea manifestãs, quòd & illi eos hortati sunt, addit: Et Iudas & Silas etiã ipsi prophetæ cum essent, sermone copioso hortati sunt fratres, & cõfirmarũt: cõmorantesq; illic ad tẽpus, dimissi sunt cũ pace à fratrib. ad apostolos.] Nõ iam seditiones & pugnæ: ideo & cõfirmatis illis abierũt cum pace. Contentiosius aũt erga Paulũ erant affecti. Vltra & Paulus docet, ita nullus fastus erat in ecclesia, sed bene cõpositа omnia. Et uide post Petrũ Paulus loquit, & nullus os eius obturat. Iacobus fert, & nõ reclilit, cui erat principatus cõcreditus. Nihil Ioannes hîc, nihil alij apostoli loquũtur, sed silent, & non indignantur: adeò puræ à una gloria erant illorũ animæ. Sed uideamus iterũ quæ dicta sunt: Postq; autẽ siluerunt illi, inquit, respondit Iacobus dicens: Simeon narrauit quẽadmodũ primum uisitauerit deus. Ab initio uehementius quidẽ Petrus loquebat, hic autẽ mitius. Ita semper faciendũ est his qui in magna potestate sunt, ut onerosa illa alijs permittãt: ipsi aũt mansuetius agant. Bene dixit: Simeon narrauit, quasi & ille aliorũ dicat sententiã: uide ut hoc ostendit esse antiquũ. Vt assumat ex gentibus populũ, inquit, nomini illius. Nõ simpliciter electus est, sed nomini illius: hoc est, gloriæ illius. Non confundi tur nomen illius, dum assumptionem gentiũ, gloriam uocat. Hæc enim maior gloria. Hic aliquid etiam magnũ insinuatur. Quale hoc? quia dicit, ante omnes hi. Post hæc conuertam, & reædificabo, inquit, tabernaculum Dauid quod cecidit. Si quis diligenter considerarit, nunc regnum Dauidis stare inueniet, regnante illo qui ex eo progna tus. Vbiq; stat hoc. Quid opus domicilijs & urbe, quum non sint obedientes? Quale damnũ ex destructiõe ciuitatis, quũ omnes etiam animas suas impendere uelint? Et ita non solum stat, sed etiam clarissimum omnium factum est. Vbiq; enim nũc hæc canũtur, illud euenisse: igitur etiam hoc euenire oportet. Postquã autem dixit: Et reædificabo, addit causam, dicens, Vt requirant qui reliqui sunt homines dominũ. Si igitur propter hoc erecta est ciuitas, propter illum qui ex ipsis: manifestum quòd ædificatæ ciuitatis fuit causa gentium uocatio. Qui sunt reliqui? qui tunc relinquebant. Sed uide illum etiam ordinem custodire, & secundos inducere. Dicit dominus, qui facit omnia hæc. Non dicit solum, sed etiã facit. Igitur dei opus est gẽtium uocatio. Aliud erat quod quærebatur, id quod & manifestius Petrus dicebat: Nõ oportet illos circuncidi. Quid igitur hæc concionaris? Sanè quia non hoc dicebant, q̃ non assumendi sint credentes, sed quòd post legem, etiam hoc Petrus bene concionatus est. Sed quoniam turbabat hoc omnium maximè auditores, etiam hoc iterum curat. Et uide: Id quod oportebat lege caueri, nõ seruandam legem, Petrus adducit. Quod autem nostrum est, id & olim susceptũ, hoc hîc dicit, & uersatur in eo de quo nihil scriptum erat, ut curata illorum mẽte, cõcedendo tẽpestiuè inducat etiam illud: Ideo ego iudico non obturbãdum esse illis, qui ex gentibus cõuertuntur ad dominũ: hoc est, non auocandos esse. Si enim deus uocauit, ille autem traditiones subuertũt, pugnamus cũ deo. Et bene dixit: His qui ex gẽtibus conuertũtur, manifestans supernam dei erga illos curam, & obedientiam ac credulitatem illorũ in uocatione. Quid est iudico ego: id est, cum potestate dico esse scribendum illis. Vt abstineant, inquit, ab immolatis idolorum, & fornicatione, & suffocato, & sanguine. Hæc enim licet corporalia, sed obseruatu necessaria, quoniam magna procurant mala. Et ne quis obijciat: Quare nõ & Iudęis eadẽ scribimus,

addit

addit: Moses ab ætatibus antiquis per singulas ciuitates habet eos qui ipsum prædicant. Hoc est, Moses illis cõtinuò loquitur. Hoc est enim quod per omne sabbatũ legitur. Vide quantũ se attemperat. Vbi nihil nocuit, instituit illis doctorẽ, & concessit beneficiũ nihil obstans, admonitis ludęis ut audiant illum per omnia, & abductis his qui ex gentibus. Et per quæ uoluit illum honorare & cõmendare eis, per ea ab illo gentes abduxit. Quare igitur non ab illo discunt? propter suam incredulitatem. Hinc ostendit, quòd & hos nihil amplius oportet seruare. Quòd autem non scribimus, non quòd illi nõ debeant aliquid amplius præter hæc seruare, sed quòd habent docentem. Et non dixit: Ne offendamus illos, néue subuertamus, id quod
Gal. 1. 5 dicit Paulus Galatis: Sed, non obturbandum: id quod nullum ostendit esse opus, sed solam obturbationem, quæ totum negocium perderet. Et uidetur quidem etiã legem seruare, eo quod hæc ex illa sumpta sint: soluit autem illam, hæc sola accipiendo: quamuis iam sæpe eis de illis disseruerat. Et ut uideatur etiam legẽ honorare, idq; nõ quasi à Mose dicens, sed quasi ab apostolis, utq; multa faciat mandata, unum discerpsit. Hoc maxime illos quietos fecit. Mira aũt dispensatione facta est contradictio, ut post contradictionem firmius sit dogma. Tunc uisum est apostolis, inqt, uiros primarios inter fratres mitti. Nõ fortuito assumptos, sed primarios electos mittunt. His qui Antiochię erant, & in Syria ac in Cilicia. Ibi morbus natus erat. Vide ut nihil molestum contra illos dicũt, sed ad unum solum spectantes, ut extirpetur quod natum. Hoc enim & eos qui illic seditiosi erant, conteri faciebat. Non dixerunt: Impostores illi & pestilentes, & alia id genus conuicia, quamuis alioqui licuisset, & Paulus quoties opus est sic faciat, sicut quando dicit: O plene omni dolo. Hic autem errore correcto, non erat opus. Et uide: Non ponunt quòd quidam ex uobis iusserunt uos legem seruare, sed turbauerunt uos sermonibus labefactantes. Nulla magis propria dictio erat, nullus ita dixit. Animas quæ iam firmatæ erant, inquit, labefactantes, sicut in ædificatione qui mutant ab alijs facta. Quibus, inquit, nõ præcepimus. Visum igitur nobis, congregatis unanimiter cum dilectis. Si dilecti non contemnant illos: si enim tradiderunt animas suas, & ipsi sunt fide digni. Misimus igitur, inquit, Iudam & Silã, & illos sermone annũciantes eadem. Oportebat enim non epistolã adesse solum, ne dicant, q̃ dolo extorserint, quòd alia pro alijs dixerint. Laus illa Pauli erat, obstruebat illorũ ora. Propter hoc enim, neq; Paulus uenit solus, neq; Barnabas, sed etiam alij ab ecclesia, ne suspectus sit, quoniã ipse susceperat dogma, neq; soli hi qui à Hierosolymis. Ostendit quõ fide digni sint, nõ exæquant seipsos, inquit, nõ ita insaniunt. Eapropter etiã apposuit: Hominibus qui tradiderũt animas suas pro nomine domini nostri Iesu Christi. Et quare addidit: Visum est spiritui sancto & nobis, quum sufficisset dicere, spiritui sancto? ne putent humanũ aliquid esse. Quod aũt addit: Nobis, ut doceant etiã sibi hoc placere, tametsi in circuncisione sint. Nihil oneris amplius imponendũ uobis. Hæc dicunt, quoniã ad infirmos homines sermo erat, & qui timuerant. Idcirco & hoc adictum est. Cæterũ ostendit non esse sermonem ad gratificandũ compositum, neq; ad parcendũ illis quasi infirmis, sed cõtrariũ. Magnus enim & doctorum pudor fuisset, superfluũq; fuisset onus. Vide breuem epistolã nihil abundans habere, neq; epicheremata, neq; syllogismos, sed imperiũ. Erat enim legislatio spiritus. Iterum atq; iterũ uocant onus. Et rursum: Cõgregata multitudine reddiderunt epistolã. Post epistolam etiã ipsi sermonibus exhortanter. Nam & hac re opus erat, ut & ita omni suspicione liberent. Et ipsi, inquit, quũ essent prophetæ, sermonibus multis exhortabantur fratres. Ostendit hic fidelitatẽ illorũ. Potuisset enim & Paulus, sed hos decebat. Cõmorati autem ad aliquantum tempus, dimissi sunt cum pace. Non iam sedi tio, nec auerlio. Hic mihi uidet, quòd ipsi dexteras acceperint, sicut ipse inquit: Dexteras dede- Gal. 2
runt mihi & Barnabæ communionis. Postea dicit, quòd nihil mihi contulerunt. Sententiam enim illius confirmarunt, laudarunt illam, & admirati sunt. Ostendit quòd etiam humanis rationibus liceat hoc conspicere, & non solum à spiritu quia peccarãt peccatum correctu difficile. Huiusmodi enim non egent spiritu. Ostendit quòd alia nõ necessaria, sed superflua, siquidẽ hæc necessaria. Ab his si conseruaueritis uosipsos, bene facietis, inquit. Ostendit quòd nihil illis desit, sed hoc sufficiat. Potuissent certe & absq; literis, sed epistolam mittunt, ita ut sit lex scripta. Iubent eos parere legi, & illi hoc faciunt, ac cum pace.

MORALE.

Porrò ne offendamur propter hæreticos: uide enim in principio prædicationis quanta offendicula, nõ dico ea quæ ab his quæ foris: hæc enim nihil erant: sed quæ intus utpote primũ Ananias, deinde murmur, postea Simon magus, mox illi qui accusabant Petrum propter Cornelĩũ. Accessit illis fames. Super hæc omnia istuc ipsum ut caput malorũ. Impossibile enim est bonũ aliquid fieri, quin simul etiã pullulet malum. Itaq; ne turbemur, si quidam offendunt, sed & p his gratias agamus deo, quia clariores nos efficit. Etenim non solæ afflictiones, sed etiam tentationes clariores nos reddunt. Si enim nullus esset deceptor ueritatem inuadens, non foret uehemens & seruidus ueritatis amator. At illi quũ multi abstrahãt, ualde clarescit. Quid igitur? propter hoc fiunt offendicula? non dico, q̃ deo hoc faciente. Absit, sed q̃ ille etiã per illorum malitiã benefaciat nobis, alioqui nunquã fieri uoluisset. Da illis, inquit, ut unum sint. Postquam autem fiunt scandala, nihil nocet illis, sed Ioan. 17
etiam prodest. Sicut etiam hi qui ad martyrium trahunt, uel nolentes martyribus prosunt. Non certe à deo ad hoc impelluntur: sic uticq; & hoc loco. Ne moueamur, quòd offendãtur plerique. Hoc enim indicium est, dogma esse eximium, si multi simulent ac imitẽtur; non enim nisi bonum esset,

simu

Universidad de Deusto
Biblioteca

simularent: & hoc iám faciam uobis manifestum. A
Vnguenta quæ fragrantia sunt, habẽt multos qui
ea adulterẽt: ita nullus simulatione exprimere co-
nabitur eum qui improbe agit, sed eum qui singu
lari uita clarus est. Quid ergo respondebimus gẽ-
tibus? Venit enim gentilis ac dicit: Vellem fieri
Christianus, sed nescio cui adhæream, multæ in-
ter uos sunt pugnæ, seditiões ac tumultus, nescio
quod dogma eligam, quod præferam: singuli di-
cunt, Ego uerũ dico. Cui credam nescio, quum e-
go scripturarum sim ignarus, & illi utrinq; idem
prætexunt. Sanè hoc multum pro nobis: nam si-
quidem diceremus nos rationibus credere, meri-
to turbareris: sed quũ scripturas accipimus, & illę
simplices sunt ac ueræ, facile tibi fuerit iudicare.
Si quis illis consentit, Christianus est: si quis con-
tra illas pugnat, procul est ab hoc canone. Quid B
igiẽ si ueniens ille dicat, Hoc habere scripturã: tu
aũt aliud dicas, aliter scilicet enarrãdo scripturas
mentem illarum pro te trahens? Tu igitur dic mi-
hi mẽtem ne habes & iudiciũ? Et quomodo pos-
sem, inquit, nesciens iudicare uestra? Discipulus
fieri uellem: tu autẽ me doctorem facis. Si hæc di-
cat, quid respondendũ, inquit, quomodo illi per-
suadẽdum? Interrogabimus, an hoc illi cauillum
sit? item num condemnet gentiles? Certe dicet.
Non enim suis non cõdemnatis, ad nos diuertet.
Rogabimus quã ob causam sua condemnet. non
enim temere condemnat. manifestum quòd di-
cet, eo quòd creaturæ sunt, & nõ incõditus deus.
Igitur hoc quidem inuenies apud alias hæreses:
contrarium autem apud nos. Quam ob causam? C
Omnes fatemur Christum deum, sed uideamus
utri hoc oppugnent. Nos dicentes deum, digna
deo etiam loquimur, quòd potestatem habeat, q
non sit seruus, quòd liber sit, & à se omnia facit. Il-
li aũt contrariũ. Iterũ rogo: Si medicinam discere
uelles, num obiter, & ut euenit quæ dicũtur, suscepturus esses, tametsi multa apud illos sint dogmata? Certè nõ est uiri accipere simpliciter omnia quę audit: at si iudiciũ habueris ac mentẽ, omnino qd bonũ est, scies. Filiũ dicimus nos, & uerè dicimus. Illi autem dicunt quidem, sed non fatentur. Vt autem manifestius dicam: Illi habent quosdam à quibus appellantur, prout enim hęresiarchæ nomen ita & secta uocatur. Nobis autem nullus uir nomen dedit, sed fides ipsa. Porrò cauillũ est ac prætextus. Quare enim dic oro si quidem emptur us uestem, quamuis artis textoriæ imperitus sis, hæc uerba non dicis: Nescio emere, illudunt mihi, sed facis omnia ita ut discas. Etiam si quid aliud emere uis, omnia facis, & curiose inquiris: hîc autem hæc dicis, sic fiet ut hac ratione nihil susceptur us sis. Sit autem quis, nulli omnino dogmati addictus, si etiam ille dicat, id quod tu de Christianis dicis: Tanta multitudo hominum est, & uaria habent dogmata: nam ille quidẽ Ethnicus est, alius autem Iudæus, & iterũ alius Christianus, nullum dogma amplecti oportebit, quia inter se pugnãt. Ego discipulus sum & iudex esse nolo, nullum q dogma condẽnare potero. Nõ iam ille prætextus D

locum habet: nam quemadmodum adulterinum refutare, ita poteris etiam huc ueniens, quodnam utile sit probare: nam ille quidem nullo dogmate condemnato facile hoc dicet, qui autem condemnarit, etiamsi nõ ualde eximius sit, si pergat, poterit uidere, quanam re opus sit. Itaque ne cauillemur, ne prætextus quæramus. Hæc enim facilia sunt. Vis tibi ostẽdam, quòd hæc prætextus sint? Scis quæ facienda, & quæ non faciẽda? quare igitur facienda non facis, sed ea quæ non facienda? Fac illa & recta ratione quærẽ à deo, & ille tibi omnino reuelabit. Non est personarũ acceptor, inquit, deus, sed in omi gẽte, qui timet illum, & operatur iustitiam, acceptus illi est. Non est possibile, quòd is qui absq; acceptione personarum audit, non persuadeatur. Nam sicut si regula esset, secundum quam omnes dirigi oportebat, nõ multo opus prætextu, sed male metiẽtem facile deprehenderemus, ita & nunc. Quomodo igitur non uident? Multa facit etiam imaginatio humanæq; causæ. Hoc etiam de nobis, inquit, illi dicunt. Quomodo? Nunquid scindimur ab ecclesia? num hæresiarchas habemus? num ab hominibus cognomẽ habemus? nunquid nobis dux quidam est, sicut illi Marcion, & illi Manichæus: huic Arius, alteri uero alius hæreseos dux? Quòd si & nos agnomi nationem cuiusdam sortimur, sed non ut ab hæresium principibus, sed ut ab his qui præsunt nobis, & gubernant ecclesiam. Non habemus doctores super terrã, absit, unum habemus in cœlis. Et illi, inquit, eadem prætexunt. Sed assistit nomẽ accusans illos, & obturans ora. Varij fuerunt gentiles, & nullus hæc rogauit. Et apud philosophos erant hæc: & nullus prohibitus est eorum qui hæresim rectam habent. Quare non dixerũt, quando hæc mouebant, quia & hi & illi Iudæi: cui oportet nos credere? sed crediderũt sicut oportebat. Igitur & nos credamus diuinis legibus, & omia faciamus, prout illi placet, ut cum uirtute præsente uita trãsacta, bona quæ diligentibus illum promissa assequi ualeamus. Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac spiritui sancto sit gloria, imperium, & honor nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

PAVLVS AVTEM ET BARNABAS VERsabantur Antiochiæ, docentes & euangelizantes cum alijs multis sermonem domini. Post aliquot autem dies dixit Paulus ad Barnabam: Age conuertamur, & uisitemus fratres per singulas ciuitates in quibus annunciauimus sermonẽ domini, quomodo habeant. Hom. XXXIIII



Ide iterum, quanta humilitate cum alijs sermonem cõmunicant. Et iam quidem reliquorum apostolorũ consuetudinem descripsit Lucas, ostendens quòd unus quidem tenerior, & ad condonandum propensior: alter autẽ exactior & austerior. Varia enim sunt dona. Quòd autẽ & hoc donũ sit, liquet: sed illud quidẽ alijs hominũ moribus congruit, hoc aũt alijs: & si cõmutentur, inuti-

inutilia futura sunt. Et uidetur quidẽ esse exaspe- A
ratio: omnia autem singulari dispensatione cõin
gunt, ita ut unusquisq; congruũ locum sortiatur,
quod & factũ est. Et alio qui etiam oportebat non
omnes in æquali honore esse, sed aliũ quidẽ præ-
esse, aliũ uero subditum esse, & hoc suam dispen-
sationem habet. Nam Cyprij nequaq; se tales ex-
hibuerant, sicut Antiocheni & reliqui. Et alij ma-
gis opus habebant teneritudine, alij uero seueritа
te. Barnabas aũt uolebat simul assumere & Io-
annẽ qui uocabat Marcus: Paulus uero uolebat,
ut is qui ab illis defecerat à Pamphylia, & non ie-
rat simul ad opus, ne simul assumeretur. Facta est
igiẽ exacerbatio, ita ut separarent alter ab altero.
Et tunc Barnabas assumpto Marco nauigaret in
Cyprum, Paulus uerò allecto Sila egressus est, & B
traditus gratiæ dei à fratribus.] Sic & in prophe-
tis inuenimus uarias sententias, & uarios mores.
Erat Helias austerus, Moses uero mitis. Et hîc
quoq; asperior est Paulus: sed uide etiã hoc loco il
lius mansuetudinẽ. Volebat, inquit, ut is qui defe-
cerat ab illis à Pamphylia, ne simul assumeret. Sic
dux quidẽ belli non uellet baiulũ semper esse sor-
didum, & inter lixas: ita neq; apostolus. Hoc etiã
alios docuit, & illũ emendauit. Dicet igitur quis:
Male igitur fecit Barnabas? Minime. Quoniam
& ualde absurdum putare hoc esset. Et quomodo
non absurdum, ob rem paruam dicere illum ma-
lum? Sed uide, quia primum quidem malum nul-
lum fuit, si contenti saluis gentibus, auulsi sunt al-
ter ab altero, sed etiã magnum bonũ, quoniam ni- C
si hoc fuisset, haud facile relicturus fuisset alter al-
terum. Tu autem admirare hunc, q neq; hoc cela-
rit. Sed dicis, quamuis illos separari oportuerit,
id tamen sine exacerbatione fieri debebat. Itaque
maxime hic ostenduntur humana: nam quum in
Christo hoc oportebat fieri, multo magis hîc. Et
aliter: Exacerbatio non fuerit mala, quando pro
talibus unusquisq; contendit, idq; iusta cũ ratio-
ne. Itaq; si quis illorum exacerbatus, quod suũ, &
quòd in suam gloriam quæsiuisset, bene: si autem
uterq; uolebat docere & instituere, & hic quidem
hanc, ille autẽ aliam uiam ingressus est: quale hoc
fuerit crimẽ? Multa etiam humana ratione facie-
bant. Non enim fuerunt lapides uel ligna. Et uide
Paulum etiam accusantem, & causam dicentem. D
Reuerebatur enim Barnabam præ magna mode
stia, utpote quia in talibus sibi communicarat, &
cum ipso fuerat, sed nõ sic reuerebatur, ut propte-
rea quod oportebat curare, negligeret. Vter igi-
tur melius consuluerit, non est nostrum pronun-
ciare, sed quòd magna fuerit dei ordinatio, quan-
doquidem hi quidem secũdam uisitationem asse-
quuti sunt, illi autem nullam. Non simpliciter cõ-
morati sunt in Antiochia, sed docebant. Quẽ do-
cebant, cui nam euangelizabant? partim quidem
fidelibus, partim uero nondum credentibus: nam
pluriма oriebantur offendicula, propter quæ o-
pus erat ipsorũ præsentia. Hic considerandũ, non
quòd diuersi fuerint in sententijs, sed q alter alte-
ri morẽ gessit; unde ex discessione maius bonum

fuit, & res hinc occasionem sumpsit. Quid igitur? Inimici ne inter se discesserunt? absit. Vides enim quòd Barnabas postea multum à Paulo in epistо Gal. 2
lis celebratur. Exacerbatio, inquit, facta est, non inimicitiæ, neq; contentio. Tanta aũt fuit exacerbatio, ut separarentur. Et merito: quod enim singulis uidebatur esse ere discipulorum, hoc neuter propter societatẽ alterius omisit. Mihi uidetur etiam diserte separatio illa facta, & quòd inter se dixerint: Quoniam ego non uolo, nec tu uis, ne pugnemus, distribuamus prouincias: & ita sibi nuicem multum cedentes hoc fecerunt. Volebat eñ Barnabas non deijci quod à Paulo erectum: idcirco & secessit: uolebat similiter & Paulus nõ infirmare quod illi uisum: eapropter & ipse idem fa cit ac secedit. Vtinam & nos tales secessiones faceremus, & sic ad prædicandum abiremus. Paulus uero electo Sila egressus est, traditus gratiæ dei à fratribus.] Admirabilis est hic uir, & ualde magnus, plurimũq; profuit Marco hæc contẽtio. Seueritas enim Pauli conuertit illum, benignitas uero Barnabæ fecit, ne porrò relinqueretur. Et ita certant quidem, ad unum autem finem tendebat utilitas. Etenim uidens Paulum uelle diuelli, ualde territus est, & cõdemnauit seipsum. Et iterum uidens Barnabã sic sibi opitulantẽ, ualde illum dilexit, corrigebaturq; discipulus preceptorũ cõtentione: tantũ abfuit ut offenderet. Etem si hoc propter honorẽ suij ipsorum feciſſent, merito offensus fuisset: quũ aũt propter alterius salutẽ, & propter unũ cõtendũt, ita ut declararet eum, qui illũ honorarit, bene cõsuluisse: quid absurdũ? Vide sapientiã Pauli, non prius trãsit ad alias ciuitates, quam eas quæ acceperant uerbũ, uisitasset. Perambu Cap. XVI
labat aũt Syriam ac Ciliciã confirmans ecclesias. Peruenit autem & Derben ac Lystram.] Etenim insipientiæ est temere currere. Hoc & nos faciamus: Primos primùm instruamus, ne illi sint impedimẽto posterioribus. Visitemus, inquit, fratres, quomodo habeant. Et hoc ignorabat merito, ut ueniẽs fratres inuisat. Vide illum semper alacrem & solicitum esse, non desidem sedere, tametsi plurima ferret pericula. Vides non formidinis fuisse, quòd Antiochiam uenerit? Etenim ut medicus ad ægrotantes uadit. Etiam necessitatem uisitationis manifestauit, dicens. In quibus annũciauimus uerbũ. Recessit Barnabas, & nõ ultra simul profectus est. Assumpto, inquit, Sila, & traditus gratiæ dei. Quid hoc est? Orauerunt, inquit, rogauerunt deum. Vide ubiq; orationẽ fratrum magna posse, & nunc pedes ambulabat, & in itinere uidere uolentibus proderat. Merito: nam quãdo festinabãt nauigabant: nunc autem nõ item. Et ecce discipulus quidam erat illic nomine Timotheus, filius mulieris Iudææ fidelis, patris autẽ Græci, qui testimonium habebat à fratribus in Lystris & Iconio: hunc iussit Paulus secum egredi, & assumptũ circuncidit illum propter Iudæos qui erant in locis illis. Sciebant eñ omnes quòd pater eius Græcus erat.] Dignũ est ut obstupescamus Pauli sapientiã, qui tãto pere pugnauit propter circunciſionẽ, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui omnia mouerat,& nō prius destitit,quàm cor rexisset cōfirmatum dogma. Circuncidit discipulum, nō solum alios non prohibet, sed etiam ipse hoc facit, & ita oīno ad utilitatem spectabat, & nihil cum animi præcipitatione agebat. Hunc uoluit,inquit,secum egredi.] Mirabile hoc quòd & illum assumit,propter Iudæos,inquit,qui erant in locis illis. Hæc est causa circuncidendi: Non enim ferebant audire uerbum ab incircunciso. Et cur? Vide opus: Circuncidit ut circuncisionē tollat. Dogmata enim prædicabat apostolorum. Vides pugnam,& per pugnam, ædificationem: non per alia impugnant, sed etiam ipsi contraria faciunt: ita ecclesiam ædificabant, dogma afferebant non circuncidendi,& circuncidit. Et crescebāt numero quotidie. Vidisti utilitatem circuncisionis? Deinde non diutius moratur in illis locis. Visitandi enim gratia aderat. Sed quid? Vltra procedit. Cum autem transirent per ciuitates, tradebant eis seruāda decreta, quæ erant constituta ab apostolis & presbyteris, qui erant in Hierusalem. Itaq; ecclesiæ confirmabantur fide, & abundabāt numero quotidie. Quum pertransissent aūt Phrygiam & Galaticam regionē, prohibiti sunt à spiritu sancto, ne loquerent sermonem in Asia.] Relicta Phrygia & Galatia in mediterraneam festinant. Vt autē uenerunt per Mysiam, tentarunt in Bithyniam proficisci,& non permisit illos spiritus.] Quare igitur prohibiti fuerunt? Non dicit: quòd aūt prohibiti fuerint dicit, docens nos quærere solum,& non inquirere causas, & ostendens quòd multa etiam humano more faciebāt. Vt aūt transierunt in Mysiam, descenderūt in Troadem,& uisio per noctem apparuit Paulo. Vir quidam erat Macedo,stans,& obsecrans illum ac dicens, Transiens in Macedoniā,iuua nos.] Quare uisio, & non spiritus sanctus qui prohibuerat? Voluit illos etiam sic attrahere, quando quidē & sanctis non est rarum uidere uisiones. Et ab initio ipse uisionem uiderat, Virum ingressum & imponentem sibi manus. præterea propter hoc quoq; illum trahit illuc, ut diffundat prædicationem. Etiam propter hoc prohibetur morari in alijs ciuitatibus, Christo ipsum urgente. Nam hi quidem fruituri erant Ioanne multis tēporibus, & forsan non multum habebant opus. Illum autem abire oportebat, & in diuersum postea transiens proficiscitur. Vt autem uisionem uidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniā, certi facti, quòd aduocarit nos dominus ad euāgelizandum illis. Vt autem soluimus à Troade, recto cursu uenimus in Samothracen, & sequenti die Neapolim, & inde Philippos, quæ scilicet est prima Macedoniæ ciuitas colonia. Eramus autem in illa ciuitate cōuersantes diebus aliquot.] Hic illi etiam Christus apparet, dicens, oportet te assisti Cæsari. Deinde dicit etiam locos, utpote historiam narrans, & ostendens ubi moram traxerit, indicatq; quòd diutius in maioribus ciuitatibus, alias autem præterierit citius. Dignitas ciuitatis est esse coloniā.

Sed iterum uideamus quæ dicta sunt: Necessitatem Barnabę iniungit, dicēs, Visitemus ciuitates in quibus annunciauimus sermonem, quum non oportuerit rogare illum, quem postea accusaturus erat. Hoc autem & de deo ac de Mose legimus: hic quidem rogat, ille autē irascitur, ut quando dicit, Num pater eius spuit in faciem eius? Et iterum, Dimitte me,& iratus delebo populū hūc. Et Samuel quando luget Saulem. Per utrunq; enim magna bona fiunt. Ita sanè & hic ille quidem irascitur, sed non iste. Hoc etiā apud nos fit. Et exacerbatio.] Merito ut ille instruatur,& ne uideatur fabula esse quod agitur. Non enim qui ubiq; cedit, hic non cessisset,& qui sic Paulum dilexit, ut etiam antea quæsierit illum in Tarso,& adduxerit illum ad apostolos,& cōmunem fecerit eleemosynam,& quod ad dogma attinet, cōmuniter susceperit. Itaq; non propter hanc rem iratus fuisset, sed separātur alter ab altero, ut sic erudiāt, & perfectiores reddant per suam separationē eos qui doctrina ipsorum habebant opus. Quemadmodum & alibi facit dicens, Vos autem ne defatigemini bonum facientes. Et increpat quidem alios, iubet autem benefacere erga omnes. Hoc etiam consuetudo habet. Hic mihi uidentur etiam alij simul indignati esse Paulo. Et postea seorsim etiam illis acceptis omnia facit, & admonens, & exhortans. Multum potest concordia, multū charitas, etiamsi pro re magna roges, etiāsi indignus sis, propter propositū audieris ne time. Perambulabat itaq; ciuitates,& ecce erat discipulus, nomine Timotheus, qui testimonium habebat à fratribus in Lystris ac Iconio. Magna fides Timothei, quia ab omnibus testimonium habet. Quando discedit Barnabas, alium illi conferendum inuenit. De hoc, inquit, Memor lacrymarum tuarum, & fidei tuæ nequaquam simulatæ, quæ sanè fuit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice. Et assumptum illum, inquit, circuncidit. Quare autem, ipse addidit dicens, Propter Iudæos qui erāt in locis illis, propterea illū circūcidit, uel etiā propter patrem. Gentilis igitur quū esset, manfit. Igitur non ex circuncisione. Vide iam legem solui.

Quibusdam autem uidetur post prædicationem illum natum esse. Sed forsan hoc non est. Ab infantia enim, inquit, sacras literas nosti. Igitur illud est dicendum, uel si non hoc, quia futurus episcopus,& non decebat incircuncisum esse. Iam gentibus nihil tale seruandum. Neq; hoc paruum erat, ubi scilicet post tantū tempus hoc illos offendebat. Initiū destructionis erat, quòd gentes hæc non seruabant,& nihil incommodabantur, neq; minuebantur in fide: uoluntariè enim posthac desistebant. Igitur prædicaturus, ne dupliciter uerberet Iudæos, circuncidit illum, quamuis ex dimidio esset: natus enim est ex patre gentili, matreq; fideli. Attamē quia magnum erat opus hoc quod inter gentes, non curabat illud. Sermonem enim oportebat dispergi, propter hoc & ipse illū circūcidit. Vide etiam hoc loco magnum quiddam fieri, dum sibi contraria uidetur facere, & quòd factum bonum. Et crescebāt numero, inquit. Vide quòd

quòd non solum nihil nocuit circūcisio, sed etiam plurimum profuit. Vt autem uisionē uidit, statim, inquit, quæsiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti, quòd aduocarit nos deus. Vide quòd iam nō per angelum monetur, sicut Philippus & Cornelius: Sed quomodo? Per uisionē apparet illi aliquanto humanius, & non iam diuinius. Nam ibi quidem facilius creditur, & humanius apparet, illic autem uiolētius ac diuinius. Nam ubi quidem solum ut prædicaret festinauit, ad hoc somniū apparet ei: ubi uero nō permittitur prædicare, ibi spiritus reuelat. Sic & illic Petro, Surge, descende. Non enim facilia operatur spiritus, sed sufficit illi somnium. Quin & Iosepho facile credēti somniū apparet, alijs uero uisio. Ita & Cornelio, & illijs. Et ecce, inquit, uir Macedo stans, obsecrans, ac dicens. Non dixit imperans, sed obsecrans: hoc est, pro illis qui indigebant hac cura. Quid est συμβιβάζοντες: hoc est, coniectantes. Nam quia Paulus & nullus alius uidit, & quòd prohibitus est à spiritu, & quòd apud terminos erant, ex his omnibus collegerunt quid faciēdum. Et aliās etiam nauigatio hoc declarat. non enim erat multum temporis, unde in ipsam radicem Macedoniæ ueniunt. Et ita exacerbatio illa inter eos utiliter facta esse cōprobatur. Alioqui spiritus sanctus non sic operatus fuisset, nec Macedonia sermonem suscepisset, tantus autem profectus signum est quòd non humanum quiddam factum: quamuis etiam'non dixit, quòd Barnabas exacerbatus sit, sed inter eos fuit exacerbatio. Si hic non exacerbatus est, nec ille.

MORALE.

Hæc sciētes oro, ne simpliciter hæc eloquamur, sed discamus & doceamus: non enim temere scripta sunt. Magnū malum est ignorare scripturas, si à quibus utilitatē capere oportebat, ab his incommodamur. Ita & remedia sæpe naturam habentia curatiuam, nescientibus his qui utuntur bene uti illis, corrumpunt ac pessundant. Et ab armis quibus se quis posset tutari, si nullus sit qui recte circumponat, damnum accipi potest. Causa autē est, quia omnia magis quærimus quàm animæ utilitatem, & aliena magis cōsideramus quàm nostram utilitatem. Et domus quidem ut cōsistat sæpe quærimus, & non ferremus uidere illam uetustate uel tēpestate subuersam uel collapsam. De anima autem nulla est cura, sed licet fundamenta eius uideamus putrefieri, & structuram ipsam, & ædificium: nullam tamen eius rei habemus rationem. Itidem armenta habentes, quid illis profit, quærimus, & equis suos pastores ac medicos, & omia bene prospicimus, & domus eorum curatoribus: quos offi cij subinde admonemus, ne temere abigāt, aut onus imponāt, néue intempesta nocte educāt, néue alimenta uendant: & apud nos sunt multæ leges de brutis curandis, animæ autem nulla habetur ratio. & quid dico de bestijs quæ nobis utiles? Sunt multi qui passeres nullam utilitatem habentes pascāt, sed solum delicias, & multæ etiam de illis leges, nihilq; omittitur uel negligitur. Et omia magis curamus quā nosipsos. Sic omnibus sumus ignobiliores. Et si quis per cōtumeliam nos dicat canes, dolemus: nos autem quando nosipsos contumelia afficimus, non uerbo, sed opere, haud tam adhibemus diligentiam animæ, quātam canibus,& nihil graue nos ferre putamus. Videtis quātis cuncta tenebris plena sunt? Quot sunt qui curant canes, ne plus quàm par est impleantur,& ita ut efferi præ fame & esurie uenentur, seipsos autem non curant: & ita docent non deliciari, ut & bestiæ philosophiam discant: seipsos autem permittunt in ferinam seuitiem degenerare. Ænigma dixisse uideor. Nā ubi sunt animalia philosopha? An nō uidetur tibi esse magnæ philosophię, quando canis mordet præ fame, postquam in uenatione arripit & uenatē, à præsenti esca abstinet, & mensam uidens propositam, etiam fame urgente expectat dominum? Pudeat uos uestri, docete uentres uestros ut sint philosophi. Nulla uobis defensio est. qui potest indere naturæ brutæ, quæ neque loquitur, neq; rationem habet, tantam philosophiam, multo magis potest sibijpsi. hoc enim diligentiæ humanæ est, & non naturæ, alioqui oporteret omnes canes hoc habere. Fiatis saltem sicut canes. Vos me cogitis inde similitudines afferre. Oportebat enim à cœlestibus. Quoniam autem si dixero tale quid, dicitis quòd illa magna sunt, propterea nihil dico cœleste. Si dixero Paulum, dicetis quòd ille apostolus fuerit: si dixero hominem, dicetis quòd ille potuit: Propter hoc neque hominem dico, sed bestiam. Et bestiam quę hoc non habet à natura, ne dicatis quòd natura, & nō electio ne hoc fecit. Et hoc profectò mirabile, quòd non sua electione, sed tua diligentia: non quòd fatigata, non quòd cursu dilacerata, non quòd suis laboribus apprehendit, considerat, sed omnibus illis omissis, domini præceptum seruat, & uentre fit superior. Etiam, inquit, expectat enim laudari, expectat maiore frui mensa. Dic igitur & tibijpsi, quòd canis spe futuræ uoluptatis præsentem cōtemnit, tu autem nō uis spe futurorum bonorum præsentia despicere. Sed ille quidē scit: quòd si intempestiue & secus quàm domino placet alimentum degustat, etiam illo priuatur, & neq; constitutos cibos accipit, sed plagas pro alimēto. Tu autem neque hoc potes uidere, & id quod à cōsuetudine dicit ille, hoc tu per rationem tuam non corrigis. Imitemur canes. Hoc dicuntur facere & aquilę & accipitres. Et sicut se gerunt canes in feras & capreas: ita illæ in uolucres, & idipsum ab humana institutione. Hæc nos condemnare possunt, hæc nos trahere. Dicā & aliud, Equos agrestes & indomitos apprehēsos, licet calcitrent ac mordeāt, in tam breui tempore eius rei periti eruditūt, ut eques ex cōposito incessu insidēs oblectetur. Animam autem cum absque ordine graditur, nullus curat, sed & saltat & calcitrat & humi trahit sicut puellum, & multa fœde agit, & nullus illi adhibet psalides & retinacula pedum, & frenos, neq; insidet peritus eques, Christū dico, Propter hoc omnia confusa sunt. Nam quia etiam canes doces imperare uentri, & furorem in leone domas, & fero-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciam in equo, doces etiam loqui aues: quomodo A non absurdū brutis naturis rationalia indere opera: in rationalem autem brutorum ingenia & affectiones introducere? Nulla nobis est uenia. Omnes qui bene agūt, nos accusant, tam fideles quàm infideles. Nam & infideles bene agunt, & bestiæ, & canes, & non soli homines. sed & nosipsos accusabimus, quandoquidem quoties uolumus, bene agimus: quoties autem ignauiæ nos dedimus, supplantamur. Etenim etiā qui excellenter mali sunt, multi sæpe quia uoluerunt, mutati sunt. Causa autem hæc quam dixi, quia obambulamus quærentes quæ aliis, non quæ nobis profutura sint. Si domum extruxeris magnificam, domus utilitatem, nō tuam respexisti: si equum bonum curaueris, similiter: nullus sollicitus est, ut sit anima bona, quā B uis ubi hęc bona fuerit, non est illis opus: si autem nō, neq; ex illis utilitas est. Sicut & de sponsa dicitur, licet thalami sint ex uelaminib. aureis, etsi assint chori mulierum pulcherrimarum, etsi rosæ ac corollæ, etsi sponsus pulcher sit, etsi ministræ, etsi amicæ, etsi omnes decentes sint, illa autem deformitate plena, nulla utilitas: sicut neq; damnum, si illa pulchra sit, ex illis. Quin & cōtrarium est: nam si deformis est, ac illis deformior apparet, ab istis autem pulchrior fieret. Ita certè etiam anima habet, quando pulchra est, non solum non opus habet illis, sed etiam obumbrat pulchritudo illius. Philosophum enim non sic uidemus in diuitijs ut in paupertate fulgentem. nam illic quidem multi C opibus ascribunt uirtutē, & quia non indiget pecunijs. quando autem in paupertate agit, & per omnia claresci t, & nihil turpe admittit, iā nulla corona afferri potest eiuscemodi. Hanc igitur ornemus, siquidē uoluerimus ditari. Quæ utilitas, quā do mulæ quidem albæ sunt, & pingues ac obesæ: tu autē insidens, macer, scabiosus es ac deformis? Quæ etiam utilitas, si lecti quidem molles, & uarie ornati: anima autem pannosa, nuda ac deformis? Quod lucrum, quando equus quidem composite ambulat, & saltāti quàm gradienti similior est, & cum saltatione ornatus mūdo nuptiali: insidens autē magis claudicat claudis, & ebrijs, & insanientibus, distortisq; est pedib. ac manibus? Dic sanè mihi, si quis daret tibi equum bonum, & corpus uulneraret, quæ utilitas? Nunc animā distor- D tam habes, & non est tibi curę. Curemus nosipsos aliquādo obsecro, oro, néue cuiuis rei plus honoris quàm nobisipsis impendamus, & quidē si quis uerbis conuicia in nos iactet, mordemur ac dolemus: re autem ipsa nosipsos cōtumelia afficimus, & non conuertimur. Resipiscamus uel tandem, ut possimus etiam animę magnam curam facientes, & uirtutē amplexantes, æterna bona assequi, Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul ac spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DIE AVTEM SABBATORVM EGRESsi sumus ciuitatem ad flumen ubi putabatur oratio esse, & sedentes loquebamur mulieribus quæ cōuenerant. Et mulier quædā nomine Lydia, purpurarum uēditrix, ex ciuitate Thyatiris, cuius cor dominus aperuit, ut attenderet his quæ dicebantur à Paulo. Homilia

XXXV.

VIDE iterum Paulū iudaizantē, temporisq; ac loci rationē habentē. Vbi solebat, inquit, oratio fieri. Nō em̄ solum ubi synagoga erat, sed etiā foris precabantur, ita ut locū segregarent, quoniā crassiores erant Iudęi. Die autem sabbatorum, quando uerisimile erat & turbam cōcursurā.

Et sedentes loquebamur mulieribus quæ cōuenerāt. Et mulier quędā, nomine Lydia, purpurarū uenditrix, ex ciuitate Thyatiris, colens deum audijt, cuius dominus aperuit cor ut attenderet his quæ dicebantur à Paulo.] Vide iterum ut est alienus à fastu. Mulier & humilis ista. Et manifestū ab arte, sed uide quātæ sapientię fuerit. Principio quidem datur ei hoc testimoniū, quòd coluerit deū. Deinde quòd ipsa uocarit apostolos. Vt autem baptizata est illa & domus illius, obsecrauit, dicens: Domini mei, si iudicatis me fidelem deo esse, ingressi in domū meā manete, & coegit nos.] Vt autē baptizata est, inquit, illa, & domus illius. Consydera quomodo omnibus persuasit. Deinde uide sapientiam quomodo blande loquatur apostolis, quāta humilitate plena sint uerba. Si iudicatis me fidelem domino. Nihil cōtemptibile in his. Quem non mollirēt hæc uerba? non rogauit simpliciter, non permisit eis arbitrium, sed & coegit ualde. Hoc enim est, coegit nos, id est, his uerbis. Vide quomodo statim fructum facit, & magnum lucrum putat, uocationem. Quòd autem fidelem iudicaueritis, manifestum ex eo quòd concredidistis mihi talia sacramenta, quæ nequaquam tradidissetis, si me iudicassetis indignam. Et non ausa fuit antea uocare, quàm baptizata fuit, manifestū faciens quòd nō aliter persuasisset. Quare autem Paulus & sui primum nō assensserunt, ita ut etiam cogerētur? uel quòd illam prouocabant ad maiorem alacritatem, uel quoniam dixit Christus, In quamcunq; ciuitatem ingressi fueritis, quis sit dignus interrogate, & illic manete. Atq; ita omia singulari dispensatione fiunt. Factū est autem eum tibus nobis ad orationem, ut puella quædam habens spiritū pythonis, occurreret nobis, quę quęstum magnum prestabat dominis suis diuinando. Hæc subsecuta Paulum ac nos, clamabat dicens, Isti homines serui dei altissimi sunt, qui annūciant nobis uiam salutis.] Quid ita & dæmon ita loquebatur, & Paulus ,phibuit? Et ille malignè agebat, & hic prudenter. Voluit enim hunc non esse dignū fide. Si enim admisisset illius testimoniū Paulus, multos etiam fideles decepisset, utpote ab illo approbatus. Propterea contra se loquitur, ut confirmet quæ pro se faciūt, & ipse condescendēs ob perditionem hominū. Igitur primum quidem admisit

misit Paulus contemptim, & nolens temere signa A facere. Vbi aūt persseuerauit hoc dicere dieb. multis, & opus Apostoli prodebat: Hi homines, inquiens, serui dei altissimi sunt, quia sanè annūciāt nobis uiam salutis: tunc præcepit illi ut exiret.

Sed molestę ferens Paulus & conuersus, spiritui dixit, Precipio tibi per nomē Iesu Christi ut exeas ab ea, & exijt in illa hora. Videntes autem domini eius quòd actū esset de spe quæstus sui, apprehensum Paulum ac Silam traxerunt in forum ad principes, & offerētes eos magistratibus, dixerunt: Hi homines turbarunt ciuitatem nostram, quum sint Iudæi, & annunciarunt mores quos non licet nobis suscipere, neq; seruare quum simus Romani.] Vbiq; malorum causa pecuniæ. O Paganorū inhumanitatem, ut augeant pecuniā, puellam à dæmonijs uexari uolunt. Arrepto Paulo & Sila dixe B runt, inquit: Hi homines turbarunt ciuitatem nostram. Quidnam fecerunt? Quare igitur antehac non attraxistis? Iudæi, inquit, cum sint. Ita nomen cauillabantur. Et annunciant nobis mores quos non licet nobis suscipere, neq; facere cum Romani simus. Maiestatis læsæ crimen dicunt. Et simul insurrexit turba cōtra illos. O inconsiderantiam, non exquisierunt, neq; cōmunicarunt sermone, quamuis tāto miraculo facto adorare oportebat, ut seruatores ac benefactores habere: nam si pecunias uolebatis, quare his diuitijs inuentis non accurristis? Posse dęmones abigere clariores reddit, quàm ipsis credere. Ecce & hic signa, sed pecunia rum cupiditas plus ualuit. Et magistratus scissis uestib. eorum, iusserunt eos uirgis cędi, cūq; mul- C tas plagas eis imposuissent, coniecerūt eos in carcerem, precipientes custodi carceris ut diligenter custodiret eos.] Itaq; Paulus quidem totum fecit & miracula & doctrinam, periculorum autem & Silas particeps fuit. Quid est, molestè ferens Paulus? Malitia, inquit, dæmonis uisa: sicut ipse alibi
2.Cor.2 dicit, Nō enim illius uersutias ignoramus. Quare nō dixerunt, quòd dæmonem eiecerunt, quòd in deum impiè egerunt, sed maiestatis læsæ crimē faciunt? Victos se declarant. Ita & de Christo dice-
Ioan.19 bant: Non habemus regem, nisi Cæsarem. Omnis qui seipsum regem facit, cōtradicit Cæsari. Et coniecerunt illos, inquit, in carcerem. Magnus furor.

Qui quum tale præceptum accepisset, coniecit D illos in interiorem carcerē, & pedes illorum strinxit ligno.] Vide, & ille iterum in interiorem carcerē illos coniecit. Et hoc singulari dispensatione cōtigit. Quoniam enim magnum miraculum erat futurum, idoneus locus ad auditorium ille qui extra ciuitatem iudicatur, liber à tētationibus ac periculis. Vide ut historiæ scriptor illorū studia enumerare non erubescit: utpote quū esset ocium, magis auscultabant his quæ dicebantur, & neq; ciuitas ista Philipporum magna erat. Hæc sanè scientes & nos, ob neminem erubescamus. Apud coriarium manet Petrus, apud purpurariam Paulus. Vbi fastus? Igitur Deum oremus ut aperiat cor. Deus autem aperit corda quæ uolunt, est enim & excæcata corda uidere. Sed uideamus iterum quę

dicta sunt: Mulier, inquit, purpurarum uenditrix, cuius dominus aperuit cor, ut attenderet his quæ dicebantur à Paulo.] Itaq; aperire dei est, attendere autem illius, & ita erat diuinum ac humanum. Vt autem baptizata est, inquit, obsecrauit dicens: Si iudicastis me. Vide, & baptizat, & accipit apostolos cū tanta supplicatione, multo maiore quā Abraham. Et nō dixit ullam aliam coniecturam, sed illud per quod seruata fuit. Non dixit, si magnam mulierē, si piam iudicastis me. Sed quid? fidelem domino. Si domino, multo magis uobis, nisi dubitetis. Et nō dixit apud me, sed in domo mea manete, ita ut ostendat hoc cum magna faciendū alacritate. Reuera fidelis mulier. Die oro mihi, qs hic est dæmon? Deus inquit Python. A loco sic dicitur. Vides quoòd & Apollo dæmon est? Et quo niam uolebat in tētationes illos inijcere, irritandi causa fecit eam hæc dicere, O sceleste & sceleſtissime. Si igitur scis quòd uiam salutis annunciāt, cur nō egrederis cedēs? sed id quod Simon uolebat, dicens: Date mihi ut cui imposuero manus, accipiat spiritum sanctum: hoc & ille faciebat. Quoniam uidit eos claresc ere, etiam hoc loco simulat. Hac ratione expectabat se relinqui in corpore, q hæc prædicaret. Si autem de homine dictū, quòd nō est pulchra laus in ore peccatorum, multo magis de dæmone. Si ab hominibus testimoniū non accepit Christus, neque à Ioanne, multo minus ab dæmone. Hoc enim prędicare non hominum, sed spiritus sancti est. Quoniam igitur arrogantius faciebant clamantes, clamore obstupefieri eos putarunt, dicentes: Hi homines turbant nostram ciuitatem. Quid dicis? credis dæmoni? quare non & hic? Ille dicit, Filij dei excelsi: tu dicis quòd turbāt nostram ciuitatem, ille dicit, quòd annunciant uobis uiam salutis: tu dicis, tradūt nobis mores quos nō licet suscipere. Vide illos neq; dæmoni auscultantes, sed unam auaritiā spectantes. Traxerunt q illos, inquit, in forum ad principes, & simul insurrexit turba contra illos. Vide illos non respondere, neq; defensionem dare ut maiore digni miracu lo fiant. Quando em̄, inquit, infirmor, tunc potēs 2.Cor.12 sum. Sufficit tibi gratia mea, potentia mea in infirmitate perficitur. Ita etiam ob mansuetudinem ad mirabiles erant. Quando diligētior custodia fuit, tanto miraculū clarius. Forsan seditionem illi uoluerunt sedare, quoniam uidebant turbam assistē D tem: & flagris quidem furorem interim sistere uolebant: quia autem in carcerem conjciunt, & præcipiunt diligenter seruandum, uolebāt causam audire. Et astrinxit in ligno, quasi dicat q̄s, in neruo.

MORALE.

Quantis lacrymis prosequi oportet præsentis seculi statum? Illi quidem passi sunt, quæcunq; scilicet passi sunt, nos autem in delicijs, nos in spectaculis. Vnde & perimus, & submergimur, remissionem & oblectamenta ubiq; sectantes, & neq; patimur, uel probro, uel sermone aliquo propter Christum contristari. Horum exemplorū oro cōtinuam habeamus memoriam, quanta passi sint, quanta sustinuerint, quomodo non turbati sint,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quomodo non offensi sint. Dei opus faciebant, et hæc patiebantur. Non dicebant, Quur hoc prædicamus, & non affert nobis præsidiū deus? Verum & per hoc illis proderat, & absq; præsidio constantiores ac fortiores reddebat. Tribulatio, inquit, sustinentiam operatur. Obsecro igitur ne fluxam & remissam quæramus uitam: nam quemadmodum hic duplex bonum, quod & fortes fiunt & magna sunt præmia: ita illic duplex malum, & quòd molliores efficiūtur, & quòd in nullo bono, sed in malo uersantur. Nihil enim inutilius fuerit homine, qui omne tempus in delicijs & remissione consumit. Vir enim, inquit, non probatus, etiam reprobus. Reprobus nō solum in his certaminibus, sed in alijs omnibus. Desidia res inutilis est, & in ipsis delicijs nihil ita fructu carēs, ut delicate agere. Habet enim suam satietatem, neq; tāta alimentorum, neq; remissionis uoluptas est, sed omnia friuola fiunt ac diffluunt. Agè, ne inquiramus hāc. Si enim considerare uoluerimus uter suauius agat, qui laborat, & in ærumnis uiuit, an qui in delicijs uersatur, illum magis inuenietis: nam primò, corpus quidem eius qui talis est, enerue & ineptū est: deinde & sensus corporis nō sunt tam synceri ac sani, sed molles ac languidi: ubi autem illi non sunt, neq; sanitatis uoluptas apparet. Vter equus utilis est, is qui in delicijs, an qui exercetur? Vtra nauis, ea'ne quæ nauigat, an quæ in litore manet? Vtra aqua, ea'ne quæ fluit, an quæ stat? Vtrum ferrum, quod mouetur, an quo nemo utitur? nónne illud quidem splendet, ac argento simile est: hoc autem rubigine consumitur, & ubiq; inutile est, ac etiam aliquid suæ materiæ amittens? Tale quiddam fit etiam in ociosa anima. Rubigo enim quædam apprehendit illam, & consumit splendorē ac alia omnia. Itaq; qua nam re detergetur rubigo illa? Cotribulationum. Illæ utilem facient animam, & ad omnia accōmodam. Quomodo enim poterit affectiōes scindere acie hebetata, & quasi plumbea esset, flexilis? Quomodo diabolum sauciabit? Cui autem non est onerosus homo, aqualiculum pinguissimum parans, & quasi belua marina trahendus? Non loquor de his qui natura sunt tales, sed de his qui ex delicata uita corpora sua effecerūt talia. Oritur sol, & claros ubiq; diffundit radios, excitat singulos ad opera. Agricola arrepto ligone egreditur, faber ferrarius suos folles apprehendit, & singuli opifices quod sibi congruit, & inuenies unumquemq; sua instrumenta in manus sumere. Mulier fusum uel telam. Ille autem quasi porci statim à matutinis horis ad pascendū uentrem egreditur, quærens ut mensam sumptuosam instruat, tametsi hoc solum sit brutorum, primo mane pasci, quoniam ad nihil utilia sunt quàm ad mactandum. Illa aūt quæ dorso gestant, & operibus apta, etiam ipsa noctu ad opus egrediuntur. Hic autem à lecto surgit, sole iam totū implente forum, & omnibus labore satiatis. Surgit autē sese distēdens, sicut porcus qui saginatur, optima diei parte in tenebris cōsumpta. Deinde sedet longo tempore in lecto, præ hesterna crapula inuenire uestes & alia non ualens, & cōsumpta magna parte in illis tum seipsum comit ac ornat, & procedit turpitudinis spectaculū, nihil habens hominis, sed omnia quæ sunt bestiæ in humana forma apparent, oculi lippiūt, uinum os olet, misera anima quasi in lectum coniecta, ob uarietatem ciborum sine modo infusorum, pondus carniū circunferens sicut elephas: tandem ueniens sedet in locis, dicit, facitq; talia, ut melius esset illum adhuc dormire quàm uigilem esse. Si tristia nunciantur, quauis puella trepidior fit: sin læta, puello quouis laxior ac mollior. Vultus eius oscitationibus plenus est, omnibus adhæret qui uolunt male agere, & si non ipsis hominibus, certè illorum affectionibus. Et ira talem facile excitat, & concupiscentia, & inuidia, & omnia. Omnes adulantur, omnes ministrant, molliorem quàm est facientes animam, & quotidie prodit cū insigni quadam noui morbi accessione. Vbi in rem inciderit difficultatē, cinis & puluis fit, & nihil ei fericæ uestes prosunt. Hæc à nobis non sine causa dicta sunt, ne qs dissolute & inutiliter uiuat. Otium enim & uoluptas ad operationes inutiles, ad gloriam solum, & ad delicias respiciunt. Quomodo non omnes talem cōdemnabunt, & domestici, & amici, & cognati? Quis autem non iustè dicet, Onus hic est terræ, frustra aduenit in mūdum talis, imò non frustra, sed in malum sui capitis, in damnum proprium, in detrimētum aliorū. Quid igitur uidetur dulcius? hoc enim nunc quæritur, otiúmne & feriatio? Et quid iniucundius homine qui non habet quod operetur, quid ærumnosius, quid miseriusne nonne hoc plurimis uinculis deterius, toto die in foro quotidie oscitare & spectare homines prætereūtes? Animæ enim natura est, ut semper moueat & quiescere nequeat. Deus hoc animal condidit operationibus deditum, & ex natura eius est operari, & præter naturam eius esse otiosum. non ab ęgrotantibus causam probemus. sed à re ipsa experimentum capiamus. Nihil uacatione molestius, nihil otio. Ideo necessitatem operandi indidit nobis deus. Omnia enim ab otio damnum accipiunt. Etenim & oculus & os & uenter, & unumquodq; membrorum nisi quod suum est operetur, in extremum incidit morbum. Hoc autem maxime in anima est: nam sicut otium mala res est, ita & operatio quæ non congruit. Sicut enim si quis non comedit, dentibus nocet: ita qui comedit quę non accommoda, stupere illos facit: Ita sanè & hoc loco, si uel non operatur, uel operatur quæ non cōuenit. Igitur utrunq; fugere studeamus, & otium, & opus otio deterius. Et quod est illud? auaritia, ira, inuidia, & reliquę affectiones: ab his uacemus, ut æterna nobis bona promissa consequamur, Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cū patre simul & spiritu sancto sit gloria, imperium, honor, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

MEDIA

MEDIA AVTEM NOCTE PAVLVS AC Silas orantes laudabant deum, & audiebant illos uincti. Repente autem terræmotus factus est magnus, ita ut moucrentur fundamenta carceris. Apertæ sunt autem statim ianuæ, & omniū uincula soluta sunt. Homilia XXXVI.

QVID illis animabus conferendum? Multis plagis acceptis flagellati sūt, contumelijs affecti sunt, extreme periclitati sunt, in neruum cōiecti sunt, inq; carcere m interiorem, & neq; sic dormire poterāt, sed tota nocte uigilant. Videtis quantum bonum sit afflictio? nos autem in mollibus lectis secure totas noctes dormimus. fortassis propter sacrum peruigilium cui tum operabātur, non somni tyrānis illos cepit, non dolor inflexit, non metus consternatos reddidit, imò hæc illos excitabant, alacresq; faciebāt, & magna uoluptate implebant. Media autem nocte, inquit, orantes laudabant deum, audiebāt autem illos uincti. Nouum enim uidebatur esse ac admirabile. Repente autem terræmotus factus est magnus, ita ut commouerentur fundamenta carceris, apertæ autem sunt statim omnes ianuæ, & omnium uincula soluta sunt.] Terræmotus factus est, ita ut custos è somno excitaretur, & ianuæ apertæ sunt, ut factum fieret mirabile. Hæc uincti non uidebant, alioquin fugissent omnes. Experrectus autem custos carceris, uidens apertas ianuas carceris, arrepto gladio seipsum interempturus erat, putans effugisse uinctos: clamauit autē uoce magna Paulus, dicens, Nihil mali tibijpsi feceris, omnes enim hic sumus.] Admiratus magis est humanitatem Pauli, obstupuit fortitudinem, quia & fugere cum posset, non fugit, & se à cæde prohibuit.

Petito autē lumine, irrupit ac tremefactus procidit ante Paulū & Silam, & dixit, Domini, quid me oportet facere, ut saluus fiam? Vidisti quanta illum cepit admiratio? Illi autem dixerūt, Crede in dominum Iesum Christum, & seruaberis tu ac omnis domus tua. & locuti sunt illi sermonem domini, & omnibus qui in domo eius erāt.] Quia statim loquuti sunt ei, declararunt misericordiam erga illum. Et assumptis illis in eadē hora noctis, lauit à plagis, & baptizatus est ipse & omnes qui illius erant continuo. Et quum perduxisset illos in domum, apposuit mēsam, & exultauit cum tota domo, credēs deo.] Abluit eos redditurus illis gratiam, & honorans eos propter ea quæ fecerant. Die autem facto, miserunt militum principes lictores, dicētes, Dimitte homines illos.] Cognouerant fortasse factum, & nō audebant per seipsos dimittere. Annunciauit autem custos carceris sermones Paulo, dicens, Miserunt militum principes ut dimittamini, nūc igitur egressi, ite in pace. Paulus uero dixit ad illos, Cæsos nos publice, indicta causa, homines Romanos coniecerūt in carcerem, & nūc clàm nos eijciunt? Non profecto, sed ueniant ipsi, & educant nos. Annunciauerunt aūt militum principibus lictores uerba hæc, & timuerunt, quum audissent Romanos esse. Et egressi orauerūt illos, & eductos rogabāt ut egrederentur è ciuitate. Egressi autem è carcere, intrauerūt ad Lydiam, uisisq; fratribus, exhortati sunt eos, & profecti sunt.] Etiam principibus denunciantibus Paulus nō exit, forsan propter Lydiam & alios fratres: uel etiam terret illos, ne putentur digni esse qui perirent: & ut etiam alios confidentiores facerent. Triplex delicti crimen erat, quòd Romanos, & nō audita causa, & publice coniecerant in carcerem. Vides quòd etiam multa humano more agebant. Examinemus ad illam noctem collatas noctes nostras. Ibi cōuiuia & ebrietates, & libidines. Ibi somnus nihil à morte differens, ibi uigiliæ somno molestiores: nam alij quidem dormiunt ita ut nihil sentiant: alij autem uigilant misērabiliter ac misērè, seruos percutiendo, pro pecunijs curas gerendo, cogitando ut ulciscantur eos qui se læserant, inimicitias meditando, uerba contumelioſa per diem obiecta enumerando. ita ignē iræ succendunt, intolerabilemq; faciunt. Considera quomodo Paulus dormiuit, mirè & singulari dispensatione hoc factum fuit. Angelus enim aderat, & nullū oportebat uidere quod factum erat. Iam autem & hoc bene factum, quòd prohibetur custos carceris seipsum occidere. Et quare non aliud miraculum factum? quia hoc sufficiebat ad illiciendum illum: quod nisi euenisset, etiam ipse in periculum uenisset. Non enim ita trahunt miracula ulla, ut ea quæ ad salutem nostram attinent. Et ne uideatur terræmotus naturæ sponte factus, sequutum est hoc testimonium quod illud confirmet. Et in nocte apparet. Nihil enim ad ostentationem, sed omnia ad salutem aliorum faciebāt. Non erat malus carceris custos. Coniecerat illos in interiorem carcerem, mandato sic accepto, & non à seipso. Et quare non antea clamauit Paulus? Tumultu ac turbatione plenus erat homo, & non susceperat uerba. Idcirco ubi uidit illū sibijpsi mortem uelle consciscere, præoccupat ac clamat, dicens, Omnes sumus hic. Eapropter & petito lumine irrupit, & procidit ante Paulum ac Silam. Ad pedes uincti cadit custos, & emittit illos foras, ac dicit: Quid mihi faciendū est ut seruer? Quidnam dixerunt? Vide illum nō ob hoc diligere, quia seruatus erat, sed quia uirtutem obstupescebat. Vidisti, quid illic factum, & quid hic? illic puella liberata est à spiritu, & in carcerem coniecerunt illos, quòd liberauerunt illam à dæmonio. Hic solum monstrarūt portas carceris apertas, & aperuit portas cordis illius: soluit uincula duplicia: accēdit illic lumen. nam & in corde illius lux fulsit. Et irrupit ac procidit. Nec interrogauit, Quomodo hoc factum est? Sed statim dicit, Quid mihi faciēdum est, ut seruer? Quid igitur Paulus? Crede in dominum nostrum Iesum Christum, & seruaberis, inquit, tu & domus tua. Maxime hoc homines conciliat, quòd etiam sua domus liberanda sit. Et loquuti sunt ei sermonem, & omnibus qui in domo illius. Lauit illos, & ablutus est. Illos quidem à plagis abluit, ipse autem à peccatis lotus est. Aluit &

Universidad de Deusto
Biblioteca

pastus est. Exultauit, inquit, quãuis nihil erat, sed A uerba solum & bona spes. Hoc signum erat quòd ipse credidit se ab omnibus liberatum. Quid carceris custode peius? quid crudelius? quid ferocius? attamen cum multo illos honore suscepit, & lætatus est, nõ quia saluatus est, sed quia credidit deo. Crede, inquit, in dominum. Idcirco dixit, Qui credidit deo. Et ne uideatur quasi reus ac peccator dimitti, propterea dicunt, Cæsos nos publice, & indicta causa conicerunt in carcerem: ut non solum gratiæ, sed etiam ipsorum sit opus. Vide uariã dispẽsantem gratiã: quomodo ille egressus est, quomodo hic: tametsi uterq; apostolus. Timuerũt, inquit, quòd Romani essent, non quòd iniuste coniecissent in carcerem. Et rogauerunt illos ut exirent ex ciuitate. Hanc gratiam petiuerunt. Illi autem ut uenerunt ad Lydiam, & confirmauerunt il B lam, sic tãdem profecti sunt. Non enim hospitem illam dimittere oportebat in anxietate & solicitudine. Egressi autem sunt non illis obtemperãtes, sed ad prædicationem festinãtes, utilitate per hoc miraculum sufficiente ciuitati data. Non enim ultra oportebat ibi manere. Etenim miraculum magis clarescit, ubi abierint illi q̃ ipsum operati sunt. Et fides custodis carceris, p uoce erat. Quid huic par? ligatur & soluit. Ligatus soluit duplici uinculo, eum qui ligauit, soluit per hoc qd ligatus est. Reuera hæc gratię opera sunt: Nũc igitur, inquit, egressi ite in pace, hoc est, cum securitate, nihil timẽtes. Et alioquin & hunc extra periculũ uoluntfieri, ne post hæc accusetur. Et non dicunt, Cæsos nos coniecerunt in carcerem, quia miracula operati sumus. Neq; enim illa attendissent, sed quod maxime illorum mentes concutere potuit: Indicta causa, inquit, & quum Romani simus.

MORALE.

Semper memores simus huius custodis carceris, & nõ miraculi. Quid dicent gentiles, quõ cum esset uinctus, persuasit uincienti? Et quem, inquit, persuadendũ habebat, nõne sceleste hominẽ et miserum, & non habentẽ mentem, innumeris malis plenum, & facile adducibilem? Addũt & hæc, Quis ille uel coriarius, uel purpurarum uẽditrix, eunuchus, custos carceris? Serui & mulieres credi derunt. Quid igit̃ dicere poterunt, quando & eos qui in dignitatibus cõstituti sunt, adducemus, centurionem, procõsulem, eos qui ex illo usq; in hũc D diem, ipsosq; imperatores ac reges? Ego autem aliud dico, quod hoc maius est: ipsos cõtemptiores uideamus. Et ubi, inquit, hoc miraculum? Profectò miraculũ est. Nam siquidem crederet quis de rebus uulgaribus, non esset miraculum: quando autem de resurrectione, de regno cœlorum, de uita philosophica, plebeijs loquitur quis & persuadet, mirabilior erit quàm si sapientibus persuaderet. Quando enim nõ est periculum & persuadet quis, bene insipientiam exprobrant. Quando autem dixerit quis seruo sicut tu uis, Si crederis mihi, periclitabere, omnes hostes tui erunt, oportebit te mori, & innumera mala ferre, & deinde ceperit animã illius, neutiquam hoc erit insipientię: nam si hæc dogmata uoluptatẽ habuissent, meritò quis hoc dixisset. Si autem id quod non didicerunt philosophi, seruus discit, utiq; magnũ est miraculum. Et si placet coriarium illum in mediũ afferamus, & uideamus quid illi narrarit Petrus: uel si uis, ipsum hunc carceris custodem. Quid igitur illi dixit Paulus? Christus resurrexit, inquit. Est resurrectio mortuorum, est regnum, & persuasit facile credulo. Quid igitur, de uita nihil dixit? dixit utiq; quòd temperate uiuendũ, quòd pecunijs imperandũ, quòd cauenda crudelitas, quòd propria danda alijs: nunquid & de his persuaderi erat par uæ sapientiæ, & non magnæ animæ? Esto autem quòd illi dogmata per insipientiam receperint, uitam ita philosophicam agere nũquid insipientiæ fuerit? Atq; ita quanto insipientior est cui persuadẽtur ea quę neq; philosophi philosophis persuadere potuerunt, tanto maius fit miraculum, maxime autem quando & mulieres ac serui persuadentur, & operibus declarant ea quæ Platones & omnes illi persuadere nequiuerũt. Et quid dico, quòd nemini persuaserint, quũ neq; sibijpsis? Quod enim Plato non persuasum habuit contemnendas pecunias, hinc habes, quòd tantas facultates, aureosq; annulos ac phialas possedit. Item uanã gloriam non esse expetendam, Socrates qui omnia faciebat ad gloriam spectans, neutiquam ostendit. Et siquidem illius sermones noti essent uobis, longum super ea re mouerem sermonem, & ostenderem multam apud illum esse ironiam, siquidẽ credendum est his quæ discipulus eius de eo dicit, & C quomodo à uana gloria omnes eius literæ argumentum habent. At illis relictis, nobisipsis loquamur. Nam cum his quę dicta sunt, etiam hoc est dicendum, quia & cum periculis hæc persuadebantur. Ne igitur impudẽs sis, sed cogita illam noctẽ, neruos, hymnos. Et hoc studeamus etiam nos facere, & aperiemus nobis non carcerem, sed cœlum. Si orauerimus, & cœlum aperire poterimus: Elias etiam clausit ac aperuit cœlum oratione. Est etiam in cœlo carcer. Quæcunq; ligaueritis in terra, erũt ligata in cœlo. Oremus per noctem, & soluemus hæc uincula. Nã quòd preces peccata soluant, persuadeat nobis uidua, persuadeat nobis ille amicus qui intempesta nocte perseuerat ac pulsat: persuadeat nobis Cornelius, Orationes tuæ, in quit, & eleemosynæ tuæ ascenderũt corã deo. Per 1.Tim.5 suadeat nobis Paulus, dicens, Quæ autem uera uidua est & solitaria, sperauit in deũ, & adhæret precibus die ac nocte. Si de uidua ille hęc dicit, de infirma muliere, multo magis de uiris. Etiam dixi, et nunc dico, Excitemur nocte, etiamsi non multas preces facias, unã fac cum sobrietate & sufficit, nihil amplius pete, etiamsi nõ sit media nox, saltem sub ipsum diluculum. Ostende q̃ non corporis solum est nox, sed etiam animæ. Ne sinas illam otiose transire, sed da domino hoc donum, imò & ipsum ad te redeat. Dic enim oro, quoties in graues incidimus difficultates, quem non rogamus? & petitionis compotes facti, respiramus. Quis tibi daret, ut paratus sit is qui rogatur ad habendum tibi

tibi gratiã, quòd rogas? Quis tibi daret, ne obam A bules & quęras quem nam roges: sed inuenias paratũ, nec alijs opus habeas per quos roges, ut per illos preceris. Quid hoc maius? Hic enim tũc maNota xime facit, quando non alios rogamus, sicut amicus germanus: & nos tũc maxime obiurgat quasi non fidamus illius amicitia, quãdo alios oramus qui pro nobis ad illum intercedant. Ita etiam nos facimus, quando aliqui nos rogant, tunc potissimum illis largimur, quando per seipsos & nõ per alios nos accesserint. Quid igitur, inquit, si offenderim? Cessa offendere & lacrymas funde, & ita accede, & statim in primis inuenies illum propitium. Dic solũ, offendi, dic ex animo & pura mente, & soluta sunt omnia. Non adeò cupis dimitti peccata tua, sicut ille cupit peccata tua dimitti. B Quod enim non concupiscis tu, cogita, quia neq; uigilias suscipis, neq; pecunias effundis: ipse autẽ ut dimittat peccata nostra, unigenito suo non pepercit, germano eiusdem solij ac potestatis filio. Vides quòd ipse magis cõcupiscit dimittere peccata tua? ne segnes simus, ne moras nectamus. Misericors est ac bonus, solum occasionẽ illi demus, idq; ne nos inutiles fiamus ac otiosi, quamuis & absq; illa absolueret, sed sicut nos multa in ministris nostris formamus & cõponimus, ita & ipse multa in nostrã facit salutẽ. Præoccupemus faciẽ eius in cõfessione, quoniã bonus est ac suauis & misericors. Si autem non inuocaueris ex ueritate, neq; uoueris ex corde loqui, Dimitte, sed ex ore, quid ille faciet? Quid est in ueritate inuocare? Cũ electione uolũtatis, cum alacritate, cum mente syncera: sicut de unguentis dicunt, uerum esse, si nihil habet adulterinum, ita & illic reuera illũ inuocat: & qui reuera illum inuocat, tam diu assidet, nec desistit, donec assequatur. Qui autem obiter defungitur, & sic legem implet, non inuocat in ueritate. Quisquis ergo fueris, ne dic, Peccator sum solum, sed etiam da operam, ut ab hac existimatione te liberes: nec dic solum, sed & dole: si doles, operam adhibes: si non doles, operam non adhibes: si nõ doles, subsannas. Quis dicẽs, ægrotus sum, non facit etiam omnia ut liberetur à morLuc.11 bo? Magna arma sunt preces. Si uos, inquit, scitis bona dona dare, multo magis pater uester. Quare nõ uis accedere, amat te: plus omnibus potest. D Et uult & potest. Quid prohibet? nihil. Igitur accedamus cum fide, accedamus dona afferentes quæ uult, ultionis obliuionem, benignitatẽ, mansuetudinẽ. Et si peccator fueris, cũ fiducia ab illo petes peccatorũ remissionẽ, qui potest ostendere tibijpsi, q̃ hoc tibi cõcessum sit. Sin iustus fueris, & nõ habes ut ab ultione desistas, nihil profuerit. Nõ est possibile ut homo qui dimiserit proximo non plenam remissionem assequatur. Incomparabiliter magis misericors est deus q̃ nos, hoc omnibus manifestũ est. Quid dicis? Si dixeris, iniuria affectus fui, irã domini, furoris uim pertuli propter tuum præceptum, non dimittet etiam ille: omnino utiq; dimittet. Et ita si purificauerimus animam ab ultiõis cupiditate, sufficiet nobis ad hoc ut audiamur, & cum sobrietate & multa sedulitate oremus, ut obtẽta ab eo copiosa misericordia, bona promissa consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, &c.

TRANSIERVNT AVTEM PER AMPHI- Cap.XVII polim & Apolloniam, & uenerunt in Thessalonicam, ubi erat synagoga Iudæorum. Pro more autẽ suo Paulus intrauit ad illos, & per sabbata tria loquebatur illis de scripturis, aperiens & allegãs quod Christũ oportebat pati, & resurgere ex mortuis, & quod hic est Christus Iesus, quem ego annuncio uobis.

Homilia XXXVII.

ITerum paruas ciuitates transeũt, & ad maiores festinant, unde quasi ex fontibus quibusdã, in uicinas diuulgandus sermo. Pro more aũt suo intrauit Paulus in synagogã Iudæorũ, quamuis dixerat, Conuertimur ad gentes: nõ relinquebat illos, magno enim amore prosequebatur eos. Audi enim illum dicentem, Fratres, expe Rom.9 ctatio quidem cordis mei, & oratio ad deum pro Israel est, ut seruet, & orauí anathema esse à Christo pro fratribus meis. Faciebat autem hoc propter promissionẽ dei ac gloriã. Et ne offendiculũ esset gentibus. Et sabbata tria loquebatur illis de scripturis, aperiẽs & allegans, quod Christum oportebat pati, & resurgere ex mortuis. Et q̃ hic est Iesus ille Christus, quem ego annũcio uobis.] C Vides quod ante omnia passionem prædicat. Sic de illa non confundebantur, sed prædicabant ut salutarem. Et quidam ex illis crediderũt, & adiũcti sunt Paulo ac Silæ. Et religiosorum Græcorum multitudo magna, mulieresq; primariæ non paucæ.] Summam dixit sermonũ, alienus ab omni superfluitate, non ubiq; conciones totas dicendo. Zelo autẽ cõmoti Iudæi increduli, & assumptis quibusdã forensibus uiris malis, & turba coacta concitauerunt ciuitatem. Et urgẽtes domum Iasonis, quærebant illos ut ducerent ad plebem. Non inuentis autem illis, traxerunt Iasonẽ & fratres quosdam ad principes ciuitatis, clamãtes: Hi qui orbẽ terrarũ concitarunt, huc quoq; uenerũt, quos hospitio excepit clã Iason. Et hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicẽtes esse Iesum.] O accusationem. Iterũ accusant uiolatæ maiestatis, & reipublicæ. Dicentes, inquit, regem alium esse Iesum. Concitauerunt autẽ turbam & principes ciuitatis audientes hæc, & acceptа satisfactione à Iasone & à cæteris, dimiserunt illos.] Admirabilis erat uir ille, dimisit illos, & periculo se exposuit. Fratres autem statim per nocte emiserunt simul Paulũ & Silã in Berrhœã. Qui quum aduenissent, intrauerũt in synagogam Iudæorũ. Hi autem qui erant generosissimi Thessalonicensium, qui receperãt uerbum cum omni alacritate quotidie dijudicantes scripturas, num hæc ita se habeant.] Generosissimi, inquit, erant, hoc est, humanissimi. Et uide non simpliciter, sed cũ diligentia scrutabantur scripturas. Hoc em est

Universidad de Deusto
Biblioteca

dijudicãtes:uolebãt enim & à seipsis certissimam A sonem. O tyrannidem ab ædibus sine causa illos
persuasionẽ habere de passione. Iam enim crediderant.Itaq; multi ex illis crediderunt, etiã Græcæ mulieres honestæ,& non pauci uiri. Vbi autem cognouerunt Thessalonicenses Iudæi,quòd & in Berrhœa à Paulo annunciatũ esset uerbum dei,uenerunt & illic concitauerunt turbas:statim autem tunc Paulum emiserunt fratres, ut iret uelut ad mare: manserũt Silas & Timotheus illic.] Vide illum & cedentẽ & urgentem,& multa humano consilio facientem. Porrò qui prosequebantur Paulum duxerunt illum usq; ad Athenas, & accepto mandato ad Silam & Timotheum ut quàm celerrime ad illum ueniant profecti sunt.] Videamus autem iterũ quæ dicta sunt: Per sab B
bata tria, inquit, loquebatur illis, aperiens ex scripturis. Bene, quando uacabant, hoc & Christus faciebat,multũ de scripturis disserens, & nõ semper signa faciens. Quoniam enim illi aduersabantur,& eum ut impostorẽ & incantatorem calumniabantur,ideo & ipse de scripturis disserit. Qui enim solis signis attẽtat persuadere,meritò suspectus est. Qui autem ex scripturis persuadet, non uenit in eam suspicionẽ. Et ubiq; inuenimus illũ doctrinis persuadere.Sed & quum in Antiochia doceret, congregata est ad ipsum ciuitas. Ita magnum quoddam etiam hoc est, & non paruum signum,sed uere ualde magnum.Et ne putent q ipsi possent totum,permittit illos deus expelli. Duo C
enim inde proueniebãt , nempe q quasi depositi non superbiebant,& iterũ quod neq; ut rei terrebantur,ita etiam singulari ordinatione uocabantur.Religiosorum Græcorũ,inquit, magna multitudo,& Græcarum mulierum crediderũt,etiam uiri non pauci.Illi autẽ contrà faciebant.Quomodo autem dicens, Vt nos ad gentes,ipsi autem ad circumcisionem,loquitur Iudæis? Hoc ex superabundantia faciebat.Quoniã si Iudæis loqui non oportebat,quomodo dicebat iterũ, Qui enim co
Gal.2 operabatur illi in circumcisiõe, cooperatus est & in me gentibus.Quemadmodum enim & illi gẽtibus loquuti sunt,quamuis ad circumcisionẽ segregati: ita & hic.Et quamuis amplius hos curabat,non tamen illos negligebat, ne uideantur di- D
uisi esse.Et quomodo, dicet quis, prius ad synagogas ingreditur? Græcis persuadebat per Iudæos dum Iudæis loquitur.Sciebat enim quòd hoc ad gentes conciliandas multum ualebat.Idcirco di-
1.Tim.2 cebat, Quoniam ego gentium sum apostolus. Et epistolæ illius omnes contra Iudæos pugnant. Quòd Christũ, inquit, oportebat pati. Si pati oportebat, omnino et resurgere, multo magis mirabile hoc quàm illud. Si enim illũ qui nihil iniuste egit morti exposuit,multo magis suscitauit illum.Iudæi autem incredduli, assumptis forensibus quibusdam,turbarũt ciuitatem,inquit. Ita quum plures essent Græci, assumebant quosdam.Quoniam non putabãt Iudæi,se sufficere ad seditionẽ mouendam,nec iustam causam habebant, tumultu semper talia perficiunt,idq; assumptis uiris malis.Non inuentis autem illis,inquit , traxerunt la-

extrahunt. Hi omnes contraria decreto Cæsaris faciunt,regem,inquit,dicentes esse Iesum. Quoniam nihil contrariũ dicebant decretis, neq; commouebant ciuitatem,in aliud crimen illos ducũt, & læsæ maiestatis ac reipub.accusant. Et quid timetis,siquidẽ mortuus est? Vide persequutiones semper prædicationem promouere? Itaq; hi erãt, inquit,generosissimi Thessalonicẽsium , hoc est, nihil mali facientes. Alij quidem crediderunt , hi autem contrarium faciunt turbantes illos. Igitur multi quidem crediderunt ex illis , etiam Græcæ mulieres.Iterum hic credunt Græci. Tu aũt uide qua dispensatione fugerunt metuentes.Nonne si
B cessassent prædicare, etiã amplius exacerbassent? Nunc autem duo fiebant:& illorum furor extinguebatur,& prædicatio crescebat. Meritò aũt & illorũ malos mores ponit. Venerunt & illuc cõcitantes turbas:irrefrenabilem insaniam illorũ insinuat.Statim aũt emiserũt Paulum fratres , ut iret, inquit, quasi ad mare. Hic iam Paulum solum mittunt.Metuebãt ne quid ipsi mali accideret,qui caput illorũ omniũ erat. Sic non ubiq; gratia operabatur,sed sinit illos etiam humano cõsilio agere, excitans illos,& in solicitudinẽ immittẽs. Vide ut Philippis seruarit solũ, hic non itẽ. Et accepto mandato, inquit,ad Silam & Timotheũ,ut q̃ celerrime ueniant ad ipsum, ꝓfecti sunt.Et hoc meritò.Nam licet Paulus erat,attamen illis opus habebat.Igitur bene in Macedoniam à deo impellebantur.Clara enim tũ erat Græcia, alioqui & alia
præter necessitatẽ faciebat:Christus præcipiebat ex euãgelio uiuere, hic aũt hoc nõ faciebat. Christus non misit illũ baptizare, hic autẽ baptizabat. Vide quõ cõferendus omnibus erat:Petrus in circumcisionẽ, hic ad gentes , & in maiorẽ partẽ.Et accepta satisfactione à Iasone dimiserũt illos. Vide quõ satisfaciens Iason emisit Paulũ, & ita animam suam pro Paulo exposuit. Hi, inquit , erant generosissimi Thessalonicenses, hoc est, uirtutib. et fide erga deũ prediti. Qui scilicet susceperũt ser- 1.Thes.1
monẽ cũ omni alacritate, inquit, quotidie dijudicantes scripturas, si hæc sic habeant. Non simpliciter impetu, neq; zelo. Et qa maior ciuitas erat, forenses homines erãt in illa. Mirabile aũt nõ est, si in maiore ciuitate deteriores sint. Imò maxime uerisimile est,in maiore esse peiores, ubi multę tumultuum occasiones.nam sicut in corpore, quando difficilior morbus fuerit , plus habet materiæ & alimẽti,Ita certe hoc loco, id q̃d & in Iconio factũ est:& egreditur Paulus , ut & perditionis aliorum pœnam dent.Idcirco & Paulus dicit prohibentibus nos loqui gentibus.Et quare nõ mansерũt, inquit, ibi? quare nõ signa fecerũt? Si emi illic ubi lapidatus est, mansit multo tẽpore, multo magis ibi. Quare? Deus non semper uoluit illos facere signa. Nõ em̃ minus signũ est, uincere absq; signo eos qui persequũt, quàm signa facere: atq; ita sicut nunc absq; signis prævalet, ita & tunc ubiq; uolebat potẽs esse.Itaq; nec apostoli ubiq; ad signa confugiunt. Quemadmodum igitur & ipse dicit

cit:nos aũt prędicamus Christum crucifixũ signa A
quærẽtibus & sapientiã,hæc damus quæ neq; signis persuaderi possunt,& tamẽ persuademus. adeò magnũ hoc signum erat. Igitur uide ubi extenta prædicatio , q̃modo statim ad signa accurrunt. oportebat enim postea propter eos qui crediderant maiora esse signa, quàm quę aljs fiebãt,ideo & fiunt,sed recedẽdo & accedendo ea faciebant. Emiserunt illum quasi ad mare: Quare? ut nõ possit facile deprehendi.Ita enim illum eripere uoluerunt,quasi per hoc magni quippiam perfecissent.

MORALE.

Vide quãto studio,& reliq discipuli erga præcipuos apostolos usi sunt, & nõ quemadmodum nunc separati sumus. Separamur enim inter nos parui & magni,Alij quidẽ extollimur, alij autem B
inuidemus:propter hoc & illi inuident, quia nos inflamur & non pariter cum illis æqualiter salutari.Idcirco in corpore est moderatio qualitatum & harmonia,quia non est inflatio : non est autem inflatio, quia membra ita constituta sunt, ut seipsis inuicem utantur necessariò,& caput pedibus eget, & pedes capite. Et nobis hoc fecit deus, & neq; sic sustinemus:quamuis etiã si hoc non esset, oportebat charitatem ac pacem habere. An non auditis illos qui foris calumniantur nos, quando dicunt, Vtilitas amicitia. Laici nobis opus habẽt, & nos iterũ propter illos sumus. Ita & doctor & princeps non esset,nisi etiã discipuli essent ac subditi,neq; facerẽt quæ sua sunt:sicut terra opus habet agricolis,& agricolę terra:ita et hic.Quam e- C
nim habet mercedem doctor,non habẽs quos ostendat à se edoctos ? quam etiã hi qui docẽtur,si non optima fruantur doctrina? Et ita iterum similiter alter altero opus habet , & principes his qui reguntur,& duces subditis.Principes enim multorũ gratia sunt. Nullus enim sufficit per seipsum aliquid operari, siue suffragia dare oportet, siue consilia & sententias.honestiores fiunt à congregatiõe & multitudine. Exempli gratia, pauperes dantibus egent,dantes accipientibus.Iterum cõsiderantes,inquit, mutuum, ad incitationem dilectionis ac bonorum operũ.Propterea maiora potest cõmunitas ecclesiæ. Quæ per seipsum nullus potest,cum aljs potest.Propterea maxime necessariæ fiũt preces hoc loco pro uniuerso orbe, pro
1.Cor.10 ecclesia quæ in finibus , pro pace, pro his q in calamitatibus.Et hoc Paulus manifestat,dicens: Vt D
quod in nos beneficiũ,in multa persona , per multos gratiæ dicant pro nobis:hoc est, ut multis cõcedatur.Et sæpe preces illorum petit. Vide etiam
Ionæ ult. de Niniuitis quid dicit deus : Ego autem non parcerem ciuitati,in qua habitant plures quàm duo-
Matth.18 decim myriades? Vbi duo uel tres sunt congregati, inquit, in meo nomine , illic sum in medio illorum. Si autem duo magna possunt , multo magis plures:quamuis unus sis,multum ualeas,sed non similiter.Quare autẽ & unus es,& non facis multos? quare non es autor charitatis? quare nõ concilias amicitiam? Maximum uirtutis encomium scis.Sicut enim deum magis exacerbat, per con-

spirationem esse malos , ita magis illũ lætificat in concordia esse bonos.Non eris, inquit, cum multis in malum. Omnes declinauerũt, inutiles facti Psal.13
sunt , & facti sunt quasi fœtentes in malicijs suis, Fac tibi amicos præ domesticis , præq; omnib.aljs.Si quis pacificus est,idẽ filius est dei,utiq; multo magis & is q amicos parat. Si is qui recõciliat, filius dei dicitur , quo nomine appellãdus est qui eos qui reconciliantur amicos facit? Hanc negociationẽ exerceamus. Amicos faciamus inter se qui inimici erãt:& eos qui non inimici , nec tamẽ sunt amici, cõciliemus & hos,& ante omnes nos ipsos. Sicut enim qui in domo inimicitias habet, & cum uxore sua dissidet, nõ est uerisimile quòd alios conciliet,sed audiet, Medice cura teipsum. Ita profecto & hic dicetur. Quæ igit̃ sunt nostrę inimicitiæ?anima dissidet cũ corpore,malitia pugnat contra uirtutem.Has soluamus, hoc bellum componamus,& tũc cum pace etiam aljs loquemur,cumq; multa fiducia,nõ reprehendente nos cõscientia nostra.Pugnat ira cum mansuetudine, pugnat auaritia cum cõtemptu diuitiarum,pugnat inuidia cũ benignitate. Dissoluamus hoc bellum,hos inimicos deijciamus, hos statuamus triumphos.In ciuitate nostra præparemus pacẽ.Ciuitas enim nobis est,& administratio,& ciues, & peregrini multi,sed peregrinorum electionem faciamus,ita ut neq; domesticos corrumpamus, neque alienum & adulterinũ dogma introducatur, neq; carnalis sensus.Nõ uidemus quòd si quis hostium in ciuitate aliqua capitur,quasi explorator iudicatur.Igitur peregrinorum electionem faciamus,imò non solum peregrinorum,sed etiam hostium,si quẽ uiderimus,tradamus principi , menti inquam cogitationem illam, quæ barbara quidem est,sed ciuili uestę induta. Multæ apud uos cogitationes tales sunt, natura quidem inimicæ, amictę autem ouillo uellere.Sicut Persę tiara sublata,& bracis peculiaribus quas anaxyrides, uocant, & calciamẽtis barbaricis dimissis, alieno in habitu regionem nostram ingrediũtur, & rasi ad cutem et familiari lingua loquentes habitu bellũ occultant. Si autem tormenta statim adhibueris, eum qui latet deprehendes.Ita & hic,examina sæpius talem cogitationem,et statim uidebis barbaricum sensum. Vt autem in exemplo tales exploratores ostendam,quos præmittit diabolus, ut uideant quomodo res nostræ habeant:age unũ despoliemus, & pro tribunali diligenter examinemus.Et si placet quosdam ex his quos Paulus deprehẽderat,adducamus.Qualia sunt,inquit, quæ Colos.2
rationẽ quidem habent sapientiæ per superstitionem & humilitatem animi,& abstinẽtiam corporis,nõ per honorem aliquem ad satietatẽ carnis. Exempli gratia:Iudaismum inducere uult diabolus,itaq; si inde adduceret, nihil persuaderet. Vide igitur quomodo illum efficiat? Oportet inquit,abstinentiam habere corpus , hoc ad philosophiam et bonam uitam pertinet,ne admittas cibum,sed ut caueas. Humilis ille sensus est. Rursum hæreticorum aliquis uolẽs uos ad creaturam

abduce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

abducere, uide quomodo præparauit dolũ. Si dixisset, Creaturam adora, captus esset. cur itaq; responderetur enim, Deus conditor est. Porrò exerceamus iuxta sententiam dijudicantium scripturarum apostolicarũ mentem, illuc eum ducamus, ipsi agnoscẽt & prædicationem, & loquacitatem. Multi lucra magna lucrifaciunt, ut habeãt quod dent pauperibus. Iniusta lucra, & hæc cogitatio molesta, sed exoneremus eam, & exploremus, re darguamus, ne capiamur, sed effugientes omnes uersutias diaboli, cum diligẽtia sana dogmata retinere ualeamus, secureq; præsentem uitam transigere, æternaq; bona assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cũ patre ac sancto spiritu simul sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

PAVLO AVTEM EXPECTANTE ILLOS Athenis exacerbabatʒ spiritus illius in ipso, quũ uideret idololatriæ deditam esse ciuitatẽ. Disputabat igitur in synagoga cum Iudæis & religiosis, & in foro quotidie cum his qui ipsum forte adissent. Homilia XXXVIII.

VIDE quòd maiores tentationes habet apud Iudæos quam apud gẽtes. Athenis enim nihil tale patiẽ, nihil enim præter risum passus est. Apud Iudæos autem multæ difficultates, adeò erant irritati. Ideo & dicit: Paulo autẽ expectante illos Athenis, exacerbabatur spiritus illius in ipso, quum spectaret ciuitatẽ idolis obnoxiam.] Meritò. Vix enim alibi tot uidebãtur idola. Disputabat igiʒ in synagoga, & in foro quotidie cum his qui forte ipsum adissent.] Vide iterũ dissert a apud Iudæos, undiq; obstruens ora eorum, qui dicebãt q̃ Iudæos reliquisset, propterea q̃ ad gẽtes se conuertisset. Mirũ est, q̃ philosophi sic illo loquente non statim deriserunt eum, cum contumelijs, neq; à prædicatione resilierũt, dicentes: Procul à philosophia abest, quia nihil fastus habebat. Et aliter: quia neq; cogitabãt, neq; intelligebant ea quæ dicebantur. Qui enim poterant, quũ alij ex eis corpus dicerent deum, alij uero uoluptatem felicitatem? Quidam autem Epicurei ac Stoici philosophi conflictabantur cum eo, & quidam dicebant: Quid uult uerbisator ille dicere? Alij uero: Nouorum dæmoniorum annuntiator esse uidetur, quia Iesum, & resurrectionẽ euãgelizabat.] Etenim Anastasin deam quandam esse putabant, quia & fœminas deas colebãt. Apprehensum autẽ illum ad Areopagum duxerunt, dicentes: Possumus ne scire, quæ nã noua ista quę à te docetur doctrina? noua enim quædam ingeris auribus nostris. Volumus igitur scire quidnã uelint hæc esse.] Duxerũt illum ad Areopagum, non ut discerent, sed ut punirent. Ibi erant iudicia sanguinis. Vide igitur quomodo, etiã sub spe discendi, ubiq; nouam doctrinam obijciũt. Loquacium ciuiras, ciuitas illa erat. Athenienses autem omnes, & hospites qui illic uersabantur, ad nihil aliud uacabant, quàm ut dicãt & audiant aliquid noui. Stans autem Paulus in medio Areopagi, dicebat: Viri Athenienses per omnia ferè superstitiosiores uos uideo. Transiens enim & cõtemplans culturas uestras, inueni & aram in qua scriptum erat, Ignoto deo.] Quid est hoc? Athenienses, quia per multa tempora acceperant deos etiã extraneos, ut delubrum Mineruæ, & Panem, & alios aliunde, timẽtes ne forsan & alius quispiam esset, quem ignorarent, ipsis quidem nondum cognitus, qui tamen alibi colatur, propter maiorem igitur securitatẽ etiam illi altare erexerũt: & quoniam non erat manifestus deus, inscriptum est, Ignoto deo. Hunc igitur Christum Iesum esse Paulus dicit: Quem igitur ignorantes bene colitis, hunc ego annũcio uobis.] Vide quomodo ostendit, quod ipsum præoccuparint. Nihil extraneũ inquit, nihil nouum affero. Multum illi obijciebant: Quæ est ista quæ dicitur à te doctrina? Noua enim quædam ingeris auribus nostris. Statim igitur suspicionem illorũ aufert, ac dicit: Deus qui fecit cœlum & omnia quæ in illo, hic cœli ac terræ dominus existens.] Deinde ne putent unũ ex multis esse, corrigens deinceps subdit: Non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, aliquo indigẽs.] Vides quomodo paulatim philosophiam inducit, quomodo derideret errorem gentilium? Dans uitam & spiritũ, & omnia, fecitq; ex uno sanguine omne genus hominum, quod habitat super omnẽ faciem terræ.] Hoc dei proprium. Vide igitur num hæc & de filio dici possint. Præfinijtq; præstituta tempora, præfixitq; terminos habitationis eorum, ut quærerent deũ, si fortassis palpent ac inueniant eum, tametsi non longe absit ab unoquoq; nostrum. In ipso enim uiuimus & mouemur, et sumus, sicut et quidam ex Poetis uestris dixerunt. Nam huius & progenies sumus.] Hoc Aratus Poeta dixerat. *Aratus poeta*
Vide probationes adhibet etiã ab his quæ apud illos fiebant ac dicebãtur. Progenies igitur quũ simus dei, non debemus putare auro uel argento, uel lapide arte sculpto, & inuento humano deum esse similem.] Et certe propter hoc, inquit aliqs, debemus. Minime. Quandoquidem neq; nos illis similes, neq; animæ nostræ. Cur autem non recta iuxta philosophiam ingreditur, dicens: Deus natura incorporeus est, inuisibilis, & infigurabilis? Quia superfluum uidebatur iam hæc dicere ad homines quidem nondum edoctus unum esse deum. Propter hoc illa dicere omisit, sed in quæstione consistit, ac dicit: Et tempora quidẽ huius ignorantiæ quũ dissimularit deus, nũc annuncíat hominibus omnibus ubiq; ut resipiscant, eo q̃ statuit diem in quo iudicaturus est orbem in iustitia, in uiro cui decreuit, fide præstita omnibus, resuscitando illũ ex mortuis.] Vide, cõcussa mente illorum dicendo, Statuit diẽ, & territa, tũc opportune adijcit hoc, Resuscitando illum ex mortuis. Sed uideamus iterum quæ dicta sunt: Paulo autem expectante illos Athenis, exacerbabatur, inquit, spiritus illius in ipso. Nõ ira hoc loco, neq;

neq; indignatio est exacerbatio uel incandescentia, sed excitationem ac zelum significat. Sicut etiã alibi: Facta est, inquit, exacerbatio inter illos. Et uide, singulari ordinatione euenit, q̃ illic expectans illos inuitus mãserit. Quid igitur est exacerbabatur? pro eo quod dicimus, excitabatur. Procul enim est ab ira & indignatione donũ spiritus. Nõ ferebat, sed mordebatur. Itaq; disputabat qui dẽ in synagoga cum Iudæis, inquit, ac religiosis. Vides, ut ille iterum cũ Iudæis disputat? Religiosos autem, proselytos dicit. Dispersi enim sunt Iudæi ubiq; ab aduentu Christi: nam simul & lex ab illo tempore soluebatur, & docebãt homines pietatem, etiam si ipsi nullam acciperent utilitatem, quàm quòd habebant suarum calamitatum testimonia. Quidam autẽ Epicurei & Stoici philosophi conflictabantur cũ illo. Non iam legibus suis utebantur Athenienses, utpote Romanis iam subiecti. Et unde uoluerunt hi conflictari? quoniam uidebant & alios conferentes, & hominem existimationis cuiusdam. Et uide statim cum contumelia aggrediuntur. Animalis enim homo nõ capit ea quæ sunt spiritus. Nouorum dæmoniorum uidetur, inqt, annũciator esse. Dæmonia deos suos appellabãt. Erant eñ ciuitates illæ idolis plenæ. Apprehensum enim illum ad Arium pagum duxerunt, dicentes. Quare in Arium pagum illũ traxerũt? ut perterreretur. Ibi enim capitales causas iudicabant, & homicidia. Possumus ne scire, quæ noua illa quæ à te dicitur doctrina? Noua enim quædam ingeris auribus nostris. Athenienses autem omnes, & peregrini qui illic uersabanʒ ad nihil aliud uacabant, quàm ut dicerent uel audirent quippiam noui. Hic illud assignatur, quòd quãuis semper occuparentur in eo quòd audirent uel dicerent aliquid noui: attamen illa noua putabãt, utpote quæ nunquam audierant. Stans autem Paulus in medio Arij pagi, dixit: Viri Athenienses p omnia ferè superstitiosiores uos uideo. Trãsiens enim & considerans culturas uestras.] Non dixit dæmones simpliciter, sed uiam parat sermoni, propter hoc dixit: Superstitiosiores uos uideo, propter altare. Deus, inquit, qui fecit mundum, et omnia quæ in illo: Locutus est uocem unam, per quam omnia quæ philosophi tradebant, subuertit. Epicurei enim prouidentiam dei negãtes, omnia per se ferri dicebant, & ex atomis constituta esse, Stoici autem corpus & feruorem. Ille uero dicit, opus dei esse mundum, & omnia quæ in illo. Vides quàm succinctus sit, & quàm dilucidæ breuitatis. Et uide quæ erant quæ auribus illorum ingerebat, nempe quòd deus mũdum fecerit. Quæ etiam plebei nunc sciunt, hæc ignorabant Athenienses, et Atheniensium sapientes. Si enim fecit, manifestum quòd et dominus. Vide quę dicit dei tatis esse indicia, nempe esse conditorem, id quod & filius habet. Et enim prophetę ubiq; hoc dicũt, dei esse creare mundum. Non sicut illi alium quidem esse factorem, sed non dominum, ponentes materiam ingenitã. Ibi nũc latenter dogma suum asserit, & illorum dogmata refutat. Non in manufactis, inquit, tẽplis habitat: nam habitat quidem in templis, sed non in talibus, sed in anima humana. Vide, corporalem sustulit cultũ. Quid igitur? nõ habitabat in templo, quod in Hierosolymis? Minime, sed operabatur. Quomodo igitur colebatur manibus humanis apud Iudæos? non manibus, sed mentibus. Quia illa non quærebat, quasi opus illis habeat. Nunquid enim, inquit, comedã adipes taurorum, uel sanguinem hircorum potabo? Deinde postquam dixit, neq; manibus hominum colitur: cum neq; hoc suffecisset, quòd nullo indigeat, id quod affirmabat: nam diuinum quidem & hoc, sed oportebat etiam aliud accedere: adijcit, Ipse dãs omnibus uitam & spiritum, & omnia. Duas cõiecturas deitatis ostendit. Et quòd ipse nullo egeat, & quòd omnia cunctis suppeditet. Confer cum his quicquid de deo Plato philosophatus est, quicquid Epicurus, & nugæ apparebunt. Dans, inquit, uitam & spiritum. Ecce etiam animæ opificem illum facit, nõ genitorem. Vide iterum quomodo destruit sermonem de materia. Fecitq; ex uno sanguine omne genus hominum, ut habitet super omne faciem terræ. Hæc meliora sunt quàm quæ illi tradunt, & confundunt atomos ac hylen. Hic etiam ostẽdit, quòd nõ est portio, neq; anima hominis deus, quod etiam illi dicunt. Non esset enim hoc esse cõditorem. Dicens autem, nõ humanis manibus coli deum, insinuat quòd mente ac corde ei seruitur. Hic, inquit, cœli ac terræ dominus. Igitur non sunt dæmones Mercurij ac prouinciales, quorum partes ac prouinciæ quædã propriæ in quibus domini sunt. Deus qui fecit mundum & omnia quæ in illo. Ostenso quomodo cœlum factum, ostendit quòd non in manufactis habitat: quasi diceret, Si deus, omnia scilicet fecit: si autem non fecit, neq; deus est. Dij qui cœlum & terrã non fecerunt, pereant. Multo maiora quàm illi dogmata inducit, tametsi nondum adhuc magna dixisset. Nõdum enim tempus, sed tanquam pueris loquitur de cõditione mundi, & dominatiõe dei cui nulla re opus est. Vbi autem dixit, quòd omne genus hominum ex uno sanguine fecit: manifestauit omniũ bonorum autorem. Quid huic sublimitati par? Nã mirabile est, quòd ex uno fecit tot: quòd autem omnibus ille simul imperat, adhuc mirabilius. Dãs, inquit, omnibus spiritum ac uitam. Quid est, quum præfinierit tẽpora præstituta, præfixeritq; terminos habitationis illorum, ut quærant deum, si forsan palpent illum ac inueniant? Quia non coactus est quis, inquit, obambulare & quærere deum. Vel si non hoc, quia decreuit ut quæratur deus. Sed non sem per hoc finiuit, sed præstitutis temporibus. Hoc autem dicit ostendens, quòd neq; nunc qui quæsierunt inuenerint, quamuis ita manifeste inueniri queat, quemadmodum si quid in medio positum palpemus. Neq; ibi quidem cœlum est, alibi non, & in hoc tempore fuit, in alio non. Et ita omni tempore, & in omnibus præfixis terminis habitationis nostræ possibile est quòd inueniamus illum. Ita eñ pulchra dispensatione inquisitionem ordinauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ordinauit,ut neq; loco, neq; tẽpore phibeamur. A Certe & iſtuc ipſum maxime illis cõducibile fuiſſet,ſiquidẽ uoluiſſent,q; ubiq; ſit cœlum, et ſtet in omni tẽpore.Idcirco & ſic dixit: Quãuis nõ longe ſit ab unoquoq; noſtrũ,ſed propè ſit omnibus. Quod aũt dicit,hoc eſt: Nõ ſolũ dedit uitã ac ſpiritũ & omnia,ſed etiã quod eſt ſumma omniũ, duxit ad ſui notitiã,dando hæc per quæ poſſemus illũ inuenire ac cõprehendere: ſed noluimus quærere, quãuis ante pedes eſſet. Nõ longe,inquit,ab unoquoq; noſtrũ quum ſit. Papè, omnibus propè eſſe dicit, qui in toto orbe ſunt. Quid hoc maius? Vide quomodo Mericos dæmões refutat. Quid dico procul? Tam prope eſt,ut abſq; illo nõ uiuamus. In illo enim uiuimus, mouemur, ac ſumus. B Hoc dicit quaſi corporali exẽplo. Sicut impoſſibile eſt ignorare aerem ubiq; diffuſum, & nõ longe ab unoquoq; noſtrũ exiſtẽtem,imò etiã in nobis exiſtentẽ,ita profecto & omniũ opificẽ. Vide quomodo omnia illius dicit eſſe,prouidentiam illius eſſe dicit,ac cõſeruationẽ eſſe ab illo, operandi uim,actum habere & non perire. Et non dixit per illum,ſed quod propius fuerit,in illo. Nihil tale dixerat Poeta ille, dicens: Huius enim & genus ſumus. Sed ille quidem de loue dixerat, hic uero de omnium opifice aſſumit, & non illũ hoc dicto intelligẽs (abſit) ſed quæ propriè de uero deo dicta ei adſcribens. Quoniã & altare huius dixerat, non illius quẽ colebant. Dicta enim ſunt quædã, C & fiunt huic, & neſciunt Græci q; fiant ei, ſed ea ipſi de alio intellexerũt. Dic enim, de quo dicitur propriè: Ignoto deo? De conditore omniũ, an de dæmone? dubio procul de cõditore, quamuis illum ignorarint, hũc uero ſcierint. Similiter etiam quòd omnia fecit, cõgruerit de deo dictum eſſe, nõ de loue ſceleſto quodam homine & abominabili ac magno. Ita etiam Paulus nõ ſimiliter ſicut ille dixit: Huius enim & genus ſumus. Abſit,ſed alia mẽte. Genus enim dei nos eſſe dixit,hoc eſt, familiares,proximos, & quaſi quis dicat, Proximè habitantes ac uicinos. Vt enim non iterum dicant, noua eum auribus ipſorũ ingerere: nihil enim hominibus æque contrariũ: ducit Poetam in medium. Et non dixit, Non debetis putare auro D uel argẽto deum eſſe ſimilem, ò ſceleſti, ac impij: Sed humilius, Hoc non debemus putare, inquit. Sed ſuper hoc. Quidnã eſt, Super hoc? deus, ſed neq; hoc. Eſt enim efficaciæ nomẽ: uerũ iam hoc, niſi q; nõ dicimus huic deũ eſſe ſimilẽ. Quis enim diceret? Vide quõ incorporeũ introducit. Mens enim quando ſuſpicatur corpus, etiam diſtãtiam imaginatur. Genus igitur exiſtentes dei, nõ debemus, inquit, auro uel argẽto, uel lapidi ſculpto arte & figmẽto hominis, deum eſſe ſimilem putare. Iam dixerit quis: Non hoc putamus, quare igitur hæc dicit? Sed ad multos loquebatur ille, unde & bene dixit. Nam ſi nos ſumus illis ſimiles iuxta animam, multo magis deus. Tũc abducit illos à ſuſpicione. Non ſolũ aũt ſculpturæ artis deus nõ eſt ſimilis, ſed neq; alteri cuipiã humanæ cogitationi ſubijcitur. Nam uel ars, uel mens inuenit. Idcirco ſic dixit: Itaq; ſi id quod ars humana uel mens inuenit, hoc deus, & in lapide ſubſtãtia dei, quomodo in illo uiuimus, & nõ inuenimus illũ? Duplex obiectio. Et q; illum nõ inuenerunt, & q; tales inuenerunt. Minimè per ſeipſam fide digna ſententia. At ubi concuſſa illorũ anima oſtendit eos eſſe inexcuſabiles, uide quid ſubdit: Tẽpora quidem ignorantiæ diſſimulans, nunc annunciat hominibus omnibus ubiq; ut pœnitentiam agant. Quid igitur? Nullus horũ punitur? Nullus qui pœnitẽtiam uult agere. de his dicit, non de his qui defuncti ſunt, ſed quibus annunciat. Nõ exigit à uobis rationem, inquit. Non dixit, ille deſpexit: non dixit, permiſit: ſed uos ignoraſtis. Diſſimulauit: hoc eſt, non exigit pœnã, quaſi digni ſitis pœna. Ignoraſtis, & nõ dixit, ſponte male egiſtis, ſed hoc per ſuperiora monſtrauit, ut ubiq; pœnitentiã agant, dicens: Hic totũ orbem inſinuat. Vide quomodo illos abducit à Mericis, hoc eſt; prouincialib. dijs. Merici
Quapropter ſtatuit diem, in quo iudicaturus eſt orbem in iuſtitia. Vide iterum orbem dixit, ſic homines uocans. In uiro cui decreuit ſuſcitando illũ ex mortuis. Vide quomodo iterum paſſionẽ manifeſtauit, mẽtione facta reſurrectionis. Quòd autem uerũ ſit iudicium, manifeſtum ex reſurrectione. Simul enim præparata ſunt. Et quòd omnia uera ſunt, inquit, manifeſtum ex eo quòd reſurrexit. Et reſurrexiſſe illum ex mortuis omnibus hanc fidem adhibet, idq; iam manifeſtum.

MORALE.

Hæc quidem dicta ſunt ad Athenienſes, tẽpeſtiuum autem etiam uobis dici, omnibus ubiq; agendam eſſe pœnitentiam, quia præfiniuit diem in quo iudicaturus eſt orbem. Vide quomodo & iudicem illum inducit, & cum prouidentia gubernantem mundum, & miſericordem, & cõdonantem ueniam, & potentem ac ſapientem, & omnia ſimpliciter quæ ſunt conditoris habentem. Confirmationem dictorum ponit, quoniam ille reſurrexit ex mortuis. Pœnitentiam igitur agamus. Omnino enim iudicari oportet: ſi non ſurrexit Chriſtus, non iudicamur: ſi autem ſurrexit, omnino iudicamur. In hoc enim & mortuus eſt, ut & mortuorum ac uiuorum dominus ſit, inquit. Et Rom. 14
iterum: Omnes enim aſſiſtemus tribunali Chriſti, ut unuſquiſq; portet ſecundum ea quæ operatus eſt. Ne autem putes hæc eſſe ſolum uerba, ecce & de reſurrectione omnium introduxit ſermonem. Neq; enim aliter iudicatur orbis. Etiam hoc quòd ſuſcitauit illum à mortuis, de corpore eſt dictum: hoc enim & mortuum erat, hoc & cecidit. Apud gentes, ſicut creatio, ita & iudicium reprobatur. Hæc autem puerorum cõmenta ſunt, & ebriorum hominum. At nos qui de his melius inſtructi ſumus, faciamus utile aliquid, & ſtudeamus familiariſſimi eſſe Chriſto. Hactenus inimici eius fuimus, hactenus minus ſuauiter erga illũ affecti fuimus. Abſit dicet quiſpiã, cur hæc dicis? Non uellem hęc dicere, niſi ea feciſſetis uos. Nũc autem quæ utilitas, ſi ſermones taceantur, & res cum omni claritate ſic clament? Itaq; quomodo illum

illum dilígemus? Dixi quidem ſexcenties, dicam A tamen & nunc: modum unum inueniſſe mihi uideor maximum & mirabilem, nempe ut cum eo quòd recogitamus innumerabilia & maxima beneficia, quæ cõmuniter cũ alijs à deo accepimus, & pro quibus gratias habemus: recogitemus etiã ſinguli, quid ſibi peculiariter datum ſit, recogitemus autem id quotidie. Igitur quòd magnam hęc habeant uim, unuſquiſq; noſtrũ apud ſeipſum recogitet, et diligenter ſcrutetur, num aliquando in periculum prolapſus, hoſtium manus effugerit, & beneficia dei quæ conſcribi præ multitudine nequeunt, tanquam in libro habeat: utpote ſi forte ante lucem egreſſus in uiam, periculum euaſit: ſi forte incidens in malos homines, eos uicit: ſi B forte morbo correptus, deſperantibus omnibus iterum conualuit. Multum enim & hoc ualet ad conciliandum nos deo. Sanè ſi Mardochæus ille ita habuit ſubſidiaria bona opera quæ ab ipſo facta, quum ueniſſent in memoriam regis, ut ad illã glorię claritudinem peruenìret, multo magis noſ ſi memores fuerimus. Et duorum iſtorum operũ diligens faciamus examen, quid nos quidem peccauerimus in deum, & quid boni ille nobis fecerit. Ita & grati erimus, & omnia effundemus. At nullus hæc recogitat, ſed quemadmodum de peccatis loquimur, eſſe nos peccatores, peccata non in ſpecie memorãtes & exquirentes: ita & de beneficijs dei, quòd benefecerit nobis deus dicen- C tes, non ſpeciatim illa examinamus, non dicimus ubi, & quãta, & in quo tempore: ſed in poſterum magnam faciamus diligentiam. Nam ſi quis etiã uetera repetere poteſt, omnia diligenter conſideret, grandem inuenturus eſt theſaurum. Hoc etiã nobis utile eſt, ut non deſperemus. Nam quando uiderimus, quòd ſæpe nobis præſidio fuerit, non deſperabimus, neq; putabimus nos abijci: ſed ingẽs illius pignus accipiemus, ſuam erga nos prouidentiam ac curam cogitantes, quòd peccantes non punimur, ſed etiam præſidio fruimur. Dicam autem quiddam & ego, quod à quopiam audiui: Erat puer quidam quem cum matre cõtigit, quũ nondum decimum & quintum ageret annum, in agro, aere perquàm corrupto, febribus laborare. D Erat autẽ poſt autumnum. Et mater quidem feſti nauit ingredi in ciuitatem: puer uero illic iubentibus medicis & manſit, & quũ flagraret febris, cœpit gargarizare, inde abſtinentiam meditãs, imò ignem extinguí putans. Niſi autem mox quod optabat acciperet, utputa puer exiſtens ob intempeſtiuam contentionem, poſtea non accipiebat. Vbi autem uenit in ciuitatem, p propoſita ſunt ea quæ illius linguæ erant ac ſermonis, & ualde diu fuit non loquens, & nihil articulatum pronuncians, ſed diſcebat quidem lectiones, & præceptores multo tempore uiſitabat, omnino tamen indiſertus erat, & abiecta fuit de eo ſpes omnis: eratq; mater dolore plena, & plurima adinuenerant me dici, multa etiam alij, ſed nihil horum proderat: donec miſericors deus linguæ uinculum ſanauit, & tunc conualuit, & priſtinam loquendi facilitatem ac claritatem accepit. Narrauit autem illius mater, quòd etiam quum paruus eſſet puer in naribus habuerit morbum, quem polypum uocant, & iterum medici deſperauerunt, orauitq; mater ut moreretur, & pater illi maledicebat. Adhuc enim uiuebat, et iterum omnia facta ſunt difficilia. Et ille ſtatim unguibus fricans à foramine nariũ, malum illud impetu ſpiritus à naribus eraſit, & omnes difficultates ſolutæ ſunt. Hoc autem ſedato, fluxus per oculos acutus & uiſoſus continenter fluebat, magnasq; & craſſas lemas efficiebat, ita ut pupilla oculi obduceretur pellicula ſe inter ponente: & grauem cæcitatẽ afferebat, omnesq; dicebant actum eſſe, ſed etiam ab hoc morbo ſtatim per gratiam dei liberatus eſt. Et hæc quidem ſunt quæ audiui, quæ autem ipſe ſcio, narrabo uobis. Mota eſt olim me adhuc adoleſcentulo, magna tyrannorum hoſtilitas, militibus etiam foris extra ciuitatem ad inſidias poſitis, forte fortuito libellos quærebant incantatorios & magicos. Et qui ſcripſerat librum, nondum perfectum in flumen abiecerat, & captus, quum poſtularetur ab eo, reddere non poterat, ſed ducebatur per totam ciuitatem uinctus. Et ita quum accuſaretur dedit pœnam: tunc ego in martyris ædem proficiſci uolens, tranſibam per hortos iuxta flumen cum alio quodam: ille autẽ uiſo libro, qui in ſuperficie fluitabat, primum quidem putabat linteum eſſe: prior autem factus, agnouit eſſe librum, & deſcendens recepit. Ego autẽ contendebam ut de communi inuento, & ridens: uideamus, inquit, quidnam hoc ſit. reuoluit partẽ paginæ, & inuenit ſcripta magica. Accidit autem eodem tempore militem tranſire, qui hoc animaduertẽs abijt, & timere nos fecit. Quis enim credidiſſet, quòd è flumine ſumptum ſuſtuliſſemus? quum omnes tunc etiã qui non ſuſpecti detinerentur: & abijcere non audebamus, ne uideremur. Idem etiam periculũ erat, ſi dilaceraremus. Conceſſit igitur deus, & abiecimus, & poſtea à periculis ſumus liberati. Et in numera dicere poſſem, ſi omnia enumerare uellem. Et hęc propter uos dixi, ut etiam ſi non talia, ſed alia quædam habetis, in perpetua memoria ſint: ut ſi lapis quidam illatus in te tortus ſuper te non uenit. Hoc ſemper habe in memoria. Magnã hæc nobis cum deo amicitiã faciunt: ſi enim memores beneficiorum ab hominibus acceptorũ, multum dolemus, quòd non poſſumus illis aliquid rependere: multo magis hoc faciendum in his quæ à deo accepimus. Si igitur uolumus non cõtriſtari, dicamus oro: Si bona ſuſcepimus à domino, mala non ſuſtinebimus? Et Paulus propter hoc dicebat, unde liberatus ſit. Vide & Iacob, Tob 2 Gen. 48
quomodo hæc in mente habebat. Ideo etiã dicebat: Angelus qui eripuit me à natiuitate mea. Et non ſolum quòd eripuit, ſed quomodo & etiam in quo cogitemus. Vide igitur & illum memorem eſſe beneficiorũ. In baculo meo, inquit, tranſiui per Iordanem. Iudæi autem etiam eorum quæ patribus euenerant, memores ſemper erant, repetentes ſubinde ea quæ in Ægypto facta ſunt. Igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur multo magis nos propria, quæ nobis acciderunt, quotiesin pericula & angustias incidimus, & si deus manum non adhibuisset, olim perijssemus. Hæc cogitantes omnes & quotidie recensentes nobiscũ, gratias perpetuas habeamus deo & omnes communiter gloriam ei demus, & glorificantes illũ ne deficiamus, ut offeramus ei cum gratitudine magnam retributionem, gratia & miserationibus unigeniti filij eius, cum quo patri simul ac sancto spiritui gloria, imperiũ, honor, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

AVDITA AVTEM RESVRRECTIONE mortuorũ, alij quidẽ irridebant: alij uero dicebãt, Audiemus te iterũ super hac re. Et sic Paulus exiit de medio eorũ. Hom. XXXIX.

VRnam Paulus, quum sic persuaserit, ut & Athenienses dixerint: Audiemus te, iterũ super hac re, quũcp̃ pericula nõ essent, festinat relinquere Athenienses? Fortassis sciebat se non magnum lucrum facturũ. Et alioquin etiam à spiritu in Corinthũ ducebatur. Quidam uero uiri adhærentes ei, crediderũt, in quibus erat Dionysius Ariopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum illis. Post hæc autem separatus Paulus ab Athenis, uenit in Corinthum, & inuento Iudæo quodam, cui nomen Aquila, qui & genere Ponticus erat, nuperq̃ ab Italia uenerat, & Priscilla uxore illius, eo quod præcepisset Claudius separari omnes Iudæos à Roma: accessit illos, eo quòd eiusdem opificij essent: mansit apud illos, et operatus est. Erat ars illorũ texere tabernacula.] Merito Corinthum à spiritu ducitur, in qua manere oportebat. Athenienses enim quamuis nouæ doctrinæ amatores essent, attamen non attendebant, neq; enim hoc curabant, sed ut semper haberent noui aliquid quod fabularent, studebant. Nisi enim hic mos illorum fuisset, non dixissent: Nouorum dæmoniorũ annunciator uidetur hic esse. Sed hæc erant illis admodum obscura. Attamen persuasit Dionysio Ariopagitæ & alijs quibusdam. Nam illi forsan, utpote uitæ moderatioris, citius acceperunt sermonem, alij uero non item. Itaq; Paulus uisus est sibi iam sufficienter iactasse pietatis semina. Iam enim potior pars uitæ illius processerat. Sub Nerone enim occisus est. A Claudio autem nunc bellum Iudæis inferri cœpit, procul adhuc, ut etiam sic castigentur. Etiam à Roma ut scelesti abigebantur. Et hoc dispensatione factum, ut uinctus illuc ducatur, & ne tanquam Iudæus expellatur, sed tanquam sub militibus agens illic asseruetur. Et mansit, inquit, apud illos.] Papæ quam iustitiam inuenit ut cohabitaret: quoniam illic potissimum nõ oportebat accipere, ut in quo gloriantur, inueniantur sicut etiam nos. Disputabat autem in synagoga per omne sabbatum, persuasitq; Iudæis & gentibus. Vt autem descendit à Macedonia Silas ac Timotheus, coarctabatur spiritu Paulus, testificans Iudæis, quòd Iesus esset Christus,] hoc est, urgebãt illum, & illi quidem molesti erant. Quid autẽ Paulus: Relinquit eos, multumq; terret. Non ultrà, inquit, uobis erit necessarium dici sermonem: hoc tamen obscurius eis loquitur. Contradicentibus autem illis & blasphema loquentibus, excussis uestimentis dixit ad illos: Sanguis uester super caput uestrum. Mundus ego ab hoc tempore, ad gentes uadam. Et digressus inde uenit in domum cuiusdam nomine Iusti colentis deum, cuius domus erat contigua synagogæ. Crispus synagogæ princeps credidit domino cum tota domo sua. Et multi Corinthij audientes crediderunt, ac baptizati sunt.] Vide quomodo iterum licet dicat ab hoc tempore, ad gẽtes ibo, neque sic tamen illos negligit, adeoq; illud dixisse uidet, illos excitãdi ergò. Et postea uenit ad Iustũ, cuius domus synagogæ cõtigua, ut etiam sic si uellent ex uicinia zelum haberẽt. Crispus autem, inquit, princeps synagogæ credidit domino cum tota domo sua. Et hoc plurimum faciebat ad illos adducẽdos. Dixit autem dominus per uisionem in nocte Paulo: Ne timeas, sed loquere, & ne fileas, eo quòd ego sum tecum, & nullus adorietur te ut affligat te, eo quòd est mihi populus magnus in hac ciuitate.] Vide quot rationibus illi persuadet, et quomodo id quod maxime placebat ei, ultimo loco ponit. Dices: Quomodo igitur simul aggressi sunt eũ? Profecto non præualuerũt, sed ad proconsulem duntaxat adduxerunt. Seditq; annum & mẽses sex, docẽs inter illos sermonem dei. Cæterum quum Gallio ageret proconsulem Achaię insurrexerunt unanimiter Iudæi contra Paulum, & duxerunt illum ad tribunal, dicentes: Quia cõtra legem hic persuadet hominibus colere deum.] Vides quare illi semper publicas accusationes texebant, uide saltẽ hic. Quum illi dixissent, quòd contra legem persuadet hominibus colere deum, nihil horum curæ fuit proconsuli, sed magis defendit Paulum, & audi quomodo respondet: Si qua esset iniuria, uel quod facinus malum contingens ciuitatem ò Iudæi, meritò sustinerem uos.] Iustus ille homo mihi esse uidetur, & manifestum est ex his quæ respondet. Quum autem Paulus aperturus esset os suum, dixit Gallio ad Iudæos: Si quidem esset iniuria, uel facinus malum ò Iudæi, merito sustinerem uos. Si autẽ quæstio est de sermone & nominibus, & lege uestrate, uideritis ipsi. Iudex enim ego huius esse nolo. Et abegit illos à tribunali. Omnes autẽ Græci apprehensum Sosthenem synagogę principem uerberabãt ante tribunal, neque quicquam eorum Gallioni curæ erat.] Et hinc iterum iustitia uiri monstratur: nam quum ille uerberaretur, non censuit priuatã iniuriam esse. Adeo impudentes erant Iudæi. Videamus autem iterum quæ lecta sunt: Audita autem resurrectione mortuorũ, alij quidem subsannabant, alij uero dixerunt: Audiemus te iterum. Quàm magna & sublimia audierant: & nec sic attendebant, sed irridebant. Resurrectionem autẽ irridebant: animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus. Et ita, inquit, exijt Paulus è medio

dio illorum. Ita. Quomodo: alijs quidem persuasis, alijs uero non credẽtibus. Digressus autem ab Athenis, inquit, uenit Corinthũ. Et inuento quodam Iudæo, cui nomen Aquila, qui genere Ponticus nuper uenerat ab Italia, mansit apud illos & operabat. Vide quomodo lex incipit iã soluí. Iudæus enim quum esset rasus postea in Cenchreis, in Syriam proficiscitur cum Paulo, neq; in Hierusalem, neq; in uicina ire festinat, sed ualde procul. Apud illum igitur manet, et non confunditur manere, sed manet: imò propter hoc ipsum manet, quia commodum diuersoriũ nactus erat, & quauis regia magis idoneum. Nec rideas dilecte. Sic enim palęstra pugili magis utilis quàm molles lecti, & militi ferreus gladius magis quàm aureus probatur. Et operabatur prædicãs. Erubescamus nos, qui etiam absq; prædicatione uiuimus ociose. Disputabat autem in synagogis per omne sabbatum, persuasitq; Iudæis ac Græcis. Contradicẽtibus autẽ eis ac blasphęma uerba dicentibus, discessit. Hac ratione sperans illos magis attrahendos discessit. Quare enim elegit illa relicta migrare in domum synagogæ contiguam, nónne propter hoc: neq; enim periculum uidebat ibi. Testificans illis, inquit. non iam docet, sed testificatur.

Contradicentibus autem illis, inquit, excussis uestib. dixit: Sanguis uester super caput uestrũ.] Hoc facit, ut non solo uerbo, sed etiam opere terreat: & uehemẽtius disserit, utpote multis persuasis. Mundus sum, inquit, ego. Ab hoc tempore ad gentes ibo.] Igitur & nos rei sumus sanguinis eorum, qui nobis concrediti sunt, negligentes illos. Atq; adeo quando dicit: In posterum negocium mihi nullus facessat: terrendi causa hoc dicit. Non enim sic illos terrebat pœna, ut hoc cruciabat. Et digressus illinc uenit in domum Iusti. Transit uolens illis persuadere quòd ad gentes festinet. Crispus autem archisynagogus credidit, inquit, cum omni domo sua. Vide fideles cum tota domo hoc facere. Hoc autem facto statim & alij multi credentes baptizati sunt. Hunc dicit synagogę principem, de quo scribens, inquit: Nullum 1.Cor.1 alium baptizaui, nisi Crispum & Caium. Opinor autem hunc etiam Sosthenem dici, qui intantum fidelis fuerit, ut etiam percussus sit & Paulo semper affuerit. Dixit autem dominus per uisionẽ in nocte Paulo: Ne timeas, sed loquere.] Eaprop ter multo tempore manet illic. Nam persuasit quidem illi & multitudo, & familiaritas Christi amplior, Maius enim periculum fuit postea etiã pluribus credẽtibus & synagogæ principe. Ne timeas, inquit. Hoc ad excitandum sufficiebat, quia redargutus est timens: uel non redargutus, sed confortabatur quasi nihil passurus. Non enim semper illos affligi sinit, ne infirmiores fiant. Nihil enim ita contristabat Paulum atq; incredulí & cõtradicentes. Hoc etiam periculis ei grauius fuit. Et ne fileas, inquit, eo quòd mihi populus multus est in hac ciuitate. Fortassis etiam propter hoc illi apparet Christus. Quum autem Gallio ageret proconsulem Achaiæ, insurrexerunt unanimiter

Iudæi contra Paulum.] Vide post annum & sex menses aggrediuntur, quando non iam poterant propriis legibus uti. Hoc maximè inflauit Corinthios, quòd maximè persuadebantur, quia neque princeps sese dimittit ad talia. Non enim idem erat ex contentione contendere, & scire: quia neq; curæ erant illi hæc negocia. Et cõsidera quàm sapiens ille fuerit. Nõ enim statim dixit respondẽs: Non est mihi curæ. Sed quid igitur si qua iniustitia, uel quod facinus malum ò Iudæi, merito sustinerem uos. Si autẽ quæstio est de sermone & nominibus, deq; lege uestrate, uos uideritis. Iudex enim horum ego nolim esse. Semouit illos à tribunali. Clara facta est uictoria. Apprehẽsum autem Sosthenem synagogæ principem percutiebãt coram tribunali. Et nihil horum Gallioni curæ erat. O cõfusionem qua confusi sunt. Et nihil horum, inquit, Gallioni curæ erat, quamuis hoc totum in ipsius contumeliã fuerit, sed quasi inde potestate accepta percutiunt ipsi facientes indiscreti furoris per confusionem opus. Et quare ille nõ repercussit, quum & ipse potestatẽ habuerit: sed docebantur modestè & patienter uiuere, & non referre, ut & iudex discat quis sit mansuetior. Non parum hoc profuit præsentibus. Docuit enim horũ æquitas, & illorum temeritas, quòd talia iudiciariam sententiam postulant. At hi omnia citra ordinem faciunt. Et non dixit: Non oportet, ne percutiant illum, sed nolim. Iudex enim horum, inquit, ego esse nolim. Adeo æquus erat uir. Hoc & Pilatus dicebat de Christo: Accipite illum uos, & iu- Ioan.18 xta legem uestram iudicate. Ille quidem secundũ legem uolebat iudicare eos: ipsi autẽ quasi ebrij, & insanientes affecti erãt. Propter hoc digressus est ab Athenis, quoniam populus multus erat illic. Verberabatur, & nihil dicebat.

MORALE.

Hunc & nos imitemur. Referiamus percutientes mansuetudine, silentio, longanimitate. Difficiliora sunt hæc uulnera. Maior plaga & onerosior. Grauius enim est percutere animã quàm corpus. Multos percutimus, sed ut amici, & delectãtur: sed quem percusseris cum contumelia, quoniam cor tetigisti, ualde cõtristasti. Ita magis cor illorum percutimus, Quod autem mititas magis uerberet quàm temeritas, age demõstremus quũ tũ possibile est sermone. Manifesta enim demonstratio per opera & experientiam est. Si autem uidetur etiam sermone examen faciemus, quamuis sæpius etiam fecerimus. In contumelijs nihil ita nos contristat, ut eorum qui nos uident sentẽtia: Non enim æquale est publicè contumelia aspergi & priuatim, sed illas quidem priuatas cõtumelias facile ferimus, quando in solitudine, quando nemo conscius, & sine teste hoc patimur: & siquidem quis honoret coram omnibus cõtumelia afficiat priuatim, etiam gratias habebimus. Itaque quod triste, non est natura contumeliæ, sed in sententia spectantium, ut ita non uideatur contemptibilis esse. Quid igitur, si hæc pro nobis sit? nónne qui contumelia afficit, ignominiosus fit, quan

Universidad de Deusto
Biblioteca

do pro nobis sententias fert? Vtrum contemnūt A
præsentes, eum qui cōtumelia afficit, an eum qui
contumelia afficitur, & silet? Furenti enim uide-
tur eum qui contumelijs afficitur contemni. nūc
igitur quando puri ab affectione sumus, conside
remus, ne tunc corripiamur. Vtrum condemna-
mus omnes? manifestum quòd eum qui contu-
melia afficit: & si minor quidem sit, insanire illum
dicemus: sin par honore, desipere: si autē maior,
neq; sic approbabimus. Vter enim approbatio-
ne dignior, is ne qui tempestatibus agitur, in tur-
bulentia uersatur, exasperatus erga communem
naturā sic afficitur: an qui in tranquillitate & por
tu, ac bona animi cōstitutione sibi imperat? Nō-
ne hic quidem angelo, ille uero nec homini simi-
lis est: & ille neque propria mala ferre potest, hic B
etiam aliena: hic seipsum ferre non potuit, ille &
alium: ille naufragatur, hic securus nauigat, naue
eius secundis uentis fruente. Nō enim in uela sua
irruere furoris spiritum permisit, qui mentis na-
uem subuertat, sed afflantur illa à tenui blandaq;
aura, quæ est patientiæ spiratio, ipsum ad philoso
phiæ cursum cum magno silētio ducens. Et sicut
nautæ in naufragio nesciunt quæ abijciunt, si a fu
is & ab alienis deposita receperint, sed omia quæ
posita in naue similiter eijciunt, tā preciosa, quam
non preciosa: ubi autem cessarit tempestas, tunc
cogitantes quanta eiecerint, lacrymantur, & pro
pter iacturæ damnum serenitate non gaudent: I-
ta & hic, quādo ira spirat, excitaturq; animi tem- C
pestas, nesciunt quæ suo ordine eijcere debeant:
ubi uero ira cessauerit, tunc cogitantes qualia ef-
futuerint, considerant damnum, & quietem non
sentiunt, memores uerborum per quæ confude-
runt seipsos damnumq; maximum passi sunt, nō
in pecunia, sed in existimatione māsuetudinis ac
Psal. 13 humanitatis. Profecto ira tenebrosa est. Dixit em
insipiens in corde suo, non est deus. Forsan & de
eo qui ira exasperatur hoc dicere tempestiue po-
terit quis. Dixit iratus, non est deus: nam ob nimi
am iram suam illum non quærit. Pia enim cogita-
tio ingressa, omnes repellit & abijcit sinistras. An
non tu magis doles, quàm is qui contumelia affi-
citur? Contumelia proscinde alium, & uide uel
nemine accusante, an non conscientiæ tribunal
priuatim te flagellabit acriter? Quando enim au-
dis, quòd is qui contumelia afficitur, nullum ma-
lum uerbum lòquutus est: nónne hac ratione tu D
magis doles? Dic oro, quomodo mansuetum, hu
milem, & æquum innumeris abluere conuitijs au
sus es? Hæc subinde dicimus, sed nō uidemus eos
qui id opere præstent. Homo enim quum sis, ho-
minem contumelia afficis, seruus cōseruum? Sed
quid hoc admiror, quādoquidem multi sunt, qui
& deum contumelia afficiunt. Hæc uobis qui cō
tumelia afficimini, consolatio est. Contumelia af-
ficimini, contumelia afficitur & deus: exprobra-
mini, exprobratur & deus: conspuimini, sane no-
biscum cōmunicauit etiam dominus noster. Nun
quam autem contumeliam ut iniuriam intulit. Et
ita nos sumus qui communicamus Christo, non
uos. Ferre enim eum qui contumelia afficit, dei
est: contumelia autē afficere immeritum, dæmo-
nibus congruit. Videte duas partes: dæmonium Ioan. 8
habes, dictum est Christo. Alapa cæsus est à ser-
uo principis sacerdotum. Itaq; qui contumelia af
ficiunt, cum illis stant. Merito. Nam si Petrus & sa Mar. 6
tanas dictus est propter unum uerbū, multo ma-
gis hi ludæi dicentur, si eadem quæ Iudei faciunt:
licut & illi diaboli filij, quoniam opera diaboli o-
perabantur. Contumelia afficis. Quis existēs, dic
oro, imò propter hoc contumelia afficis, quoniā
nihil es. Nullus enim qui homo est, contumelia af
ficit. Atq; ita quod in rixis dicitur: Tu quis es, è di
uerso oportebat dici: Contumelia affice, nihil e-
nim es. nunc uero dicētibus uobis, quis es qui cō
tumelia afficis, quasi melior te sit per omnia au-
dit, quamuis contrarium dicendum erat. At quo-
niā nos male rogamus, propter hoc & illi male re
spondēt, atq; adeo nos autores sumus, quasi ma-
gnorum uirorum sit cōtumelia afficere, sic dicen
tes, quis tu qui cōtumelia afficis? Idcirco & illi sic
respondent. Contrarium dicere oportebat, cōtu-
melia afficis, cōtumelia affice, nullus enim es. Ad
eos autem qui contumelia non afficiunt, Quis es
tu, dicere oportebat, qui contumelia non afficis?
Transgressus es humanam naturam. Hoc est no-
bilitas, hoc libertas, nihil illiberale loqui, etiā de
eo qui meretur asperius tractari. Dic autem oro,
quot sunt qui nō indigni ut occidantur? Attamē
per se iudex hoc non facit. Si autem iudex non di
gnatur per se loqui homini malo, sed per præ-
conem quendam hoc agit: multo magis nos eos
qui in pari honore sunt, contumelia afficere non
oportet. Non em contumelia afficiendo illis me-
liores reddimur, sed si doceamur quòd ipsos nos
cōtumelia afficimus. Itaq; malos propter hoc nō
oportet contumelia afficere: bonos autem etiam
aliam ob causam, quia non merentur, & tertiam,
quia non decet esse contumeliosum. Nūc autem
uide quę fiant. Homo contumelia afficitur & irri
tat: est etiam homo qui irritat, et spectatores sunt
homines. Quid igitur? expectādum est, ut bestiæ
se interponant, & rixam hāc dirimant? hoc enim
fit reliquum. Quando enim qui oblectantur iniu
stitia, sunt homines, ad bestias pacificandi offici-
um attinet: sicut dominis pugnantibus in domo,
seruorum fuerit illos conciliare. Hoc enim rei na
tura postulat, licet hac ratione non facile succes-
serit. Ita hac quoq; parte facis iniuriam: & meritò.
Neq; enim homo es. Ea propter magnū aliquid
uidetur esse contumelia, & uidetur magnis con-
gruere. Seruis autem magis congruit, sicut bene
loqui decet liberos. Sicut enim male facere illo-
rum est, ita & bene facere horum. Contumelia est
ancilla fur, quæ clàm ea quæ sunt domini surripit:
& ut ita dicam, sicut fur qui ob hoc unum uenit,
ut ubiq; sublegat, circūspicit, ut ubiq; aliquid ex-
portet. Forsan, & alio quopiam exemplo eam de
pingemus, Quemadmodum si quis uasa immun-
da furetur è domo, & ea coram omnibus educat,
non confundunt furtim sublata intantum, quan-
tum

tum ipse seipsum. Ita accidit & conuitiatori. Eie- A
ctis enim coram omnibus, immundis uerbis, nō
alios confundit, sed seipsum per uerba, productis
talibus, & coinquinata ipsius tum lingua tū men
te. Idem enim fit, quando cum malis pugnamus,
ac si quis stercore oblitum percutiat, qui dum il-
lū ferire studet, suas ipse manus contaminat. Hæc
sanè oro omnia cogitantes fugiamus damnum
quod inde oritur, & modestam habeamus lin-
guam, ut puri existentes ab omni cōtumelia, pos-
simus præsentem uitam diligenter perficere, &
bona diligentibus deum promissa assequi, Gratia
& misericordia domini nostri Iesu Christi, cum
quo patri simul ac spiritui sancto gloria, imperi-
um, honor, nunc & semper, & in secula, seculo-
rum, Amen.

PAVLVS AVTEM EXPECTANS DIES multos, uale dicto fratrib. abnauigauit in Syriā, & cum Priscilla ac Aquila, posteaquam rase-rat caput in Cenchreis, habebat em uotum. Homilia XL.

VIDE quomodo lex soluta est, uide quo modo conscientia detinebantur. Iudai cum erat capita radi ex uoto, ueruntamen oportebat etiam sacrificium fieri, quod non est factum. Post uerberatū Sosthenem oportebat abire illum, ideo & festinat, & quum orarent ut apud ipsos maneret in Epheso, non an C nuit. Quare igitur iterum in Antiochiam uenit? Digressus enim, inquit, & salutata ecclesia perue nit Antiochiam. Tenebatur humana quadam af fectione erga ciuitatem illam. Ibi enim appellati sunt discipuli Christiani. Ibi traditus est gratiæ dei, ibi negocium dogmatis absoluit. Et ipse qui-dem in Syriam abnauigat, hos autem reliquit in Epheso. Merito, utputa docturos: quia tanto tem pore secum uersati erant, multa didicerant. Attamen illos nondum à Iudaica consuetudine abdu xerat. Ecce & mulier idem quod uiri, facit ac do-cet. Propterea prohibetur in Asiam uenire, opi-nor quia ad ea quæ urgebant impellebatur. Vide saltem hoc loco & rogatum illum ut maneat, & non morem gerētem: quoniam festinabat abire. D Certe non simpliciter illos dimisit, sed cum pro-missiōe. Et quo pacto audi. Deuenitq; Ephesum, & illos ibi reliquit. Ipse autem ingressus in syna-gogam disputauit cum Iudæis. Rogantibus autē illis, ut ampliore tempore maneret apud illos, nō annuit, sed ualedixit eis dicens: Oportet me omni-no festum quod instat agere in Hierusalem. Ite-rum autem reuertar ad uos deo uolente, & soluit ab Epheso. Et cum peruenisset Cæsaream, ascen-dissetq; & salutasset ecclesiam, descendit Antio-chiam. Et facto ibi multo tempore, exiuit: transi-uit deinceps per Galaticam regionem ac Phry-giam, confirmans omnes discipulos.] Vide ite-rum uenit ad loca in quibus antea fuerat. Iudæ-us autem quidam Apollo nomine Alexādrinus genere, uir eloquens, deuenit Ephesum, potens in scripturis.] Ecce & eruditi emittuntur prædi-

care, & discipuli esse incipiunt. Vides incremen- A
tum prædicationis? Hic erat edoctus uiam domi
ni, & feruens spiritu loquebatur, & docebat dili-
genter de domino, sciens solum baptisma Ioan-
nis. Hic cœpit libere annunciare in synagoga.
Audientes autē illum Priscilla & Aquila, assum-
pserunt eum, & diligenter prædicauerunt uiam
dei.] Si ad baptisma Ioānis solum crediderat hic,
quomodo spiritu feruebat? nondum enim datus
erat sic spiritus. Si aūt qui post illum, opus habue
runt baptismate Christi, multo magis ille. Quid
igitur dicendum? neq; enim utrunq; simpliciter
ponit scriptor. Mihi uidetur ille esse unus ex cen-
tum uiginti, qui cum apostolis baptizati. Vel si
B non est hoc, factum est idem cum hoc quod &
cum Cornelio, sed non baptizatur antequam di-
ligentius ei exposuerunt. Hoc autem esse mihi ue
rum uidetur, quia & baptizari illum oportebat,
quoniam duodecim alij nihil perfectū sciuerunt,
neq; ea quæ de Iesu. Merito autem & ille baptiza
batur. Veruntamen si illi post baptisma Ioannis
iterum baptizabantur, oportebat etiam discipu-
los hoc facere. Volente autem illo transire in
Achaiam, exhortati sunt fratres, & scripserunt di
scipulis ut reciperent illum: qui ut aduenit, con-
tulit multum his qui crediderant per gratiam. Ve
hementer enim Iudæos reuincebat publice, mon
strans per scripturas Iesum esse Christum. Fa- Cap. XIX
ctum est autem quum Apollo esset in Corintho,
ut Paulus peragratis superioribus partibus, ueni
ret in Ephesum, & inuentis discipulis quibusdā,
dixit ad illos: Num spiritum sanctum accepistis,
posteaquam credidistis? Illi autem dixerunt ad il
lum: Sed neq; an sit spiritus sanctus audiuimus.
Dixitq; ad illos: Ad quid igitur baptizati estis? Il
li autem dixerunt: In baptisma Ioannis. Dixitq;
Paulus: Ioānes quidem baptizauit baptismo pœ
nitentiæ populo dicens, ut in eum qui post ipsum
uenturus esset, crederent: hoc est, in Christum Ie-
sum. Vt autē audiuerunt, baptizati sunt in nomi-
ne domini Iesu Christi. Et postquā imposuit Pau-
lus illis manus, uenit spiritus sanctus super illos,
loquebāturq; linguis, & prophetizabāt. Erantq;
omnes uiri quasi duodecim.] Multum hi ab illo
differebant, neq; spiritum sanctum esse scientes.
Hi igitur qui & diligentius illi exposuerant uiam
domini, præmittunt etiam literasq; addunt. Igi-
tur uolebat & ille in Achaiam uenire: antea au-
tem quàm exhortati sunt fratres, & literas dāt ei,
non recedit. Qui ut uenit, inquit, cōtulit multum
his qui crediderunt. Vehementer enim Iudæos
reuincebat publice, ostendens per scripturas esse
Christum Iesum. Hinc quàm potens erat in scri-
pturis Apollo ostendit. Nam Iudæis quidem ual-
de os obturauit. Hoc enim est quod inquit, reuin
cebat: unde & fideles confidentiores magis fie-
bant, & stabiliores in fide. Factū est aūt ut Pau
lus transiuit per superiores partes, uenit Ephe-
sum.] Hæ autem sunt quæ iuxta Cæsaream & ci-
uitates reliquas. Et inuentis quibusdam discipu-
lis, dixit ad illos: Num spiritum sanctum accepi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stis postquã credidistis? Quòd neq; in Christum A
credideranthi, manifestum ex eo quod Ioannes
dixerat,ut credant in illum qui post ipsum uentu
rus.Et non dixit: Nihil est baptisma Ioannis,sed
imperfectum:& neq; hoc addidit simpliciter,sed
ut doceat ac persuadeat illis in nomine Iesu bapti
zari,quod & faciunt & spiritum accipiunt, impo
sitione manuum Pauli.Impositis enim,inquit,il-
lis Pauli manibus, uenit spiritus sanctus super il-
los. Et ita hi quibus manus imponit, spiritum ac-
cipiebãt. Verisimile igitur illos spiritum habere,
sed non apparere, sed efficacia, & linguarum lo-
quutione nunc declarabant. Sed uideamus iterũ
quæ lecta:Paulus abnauigauit in Syriam, inquit,
& cum illo Priscilla & Aquila, quos etiam ut per
uenit Ephesum,reliquit ibi: uel quòd nõ uolebat B
circumducere illos, & propter hoc reliquit,uel
magis ut doctores maneant Ephesijs.Ipsi autem
postea habitarunt in Corintho, quibus etiam te-
stimonium dat,Romanis scribens. Vnde mihi ui
detur postea illos Romam uenisse, utputa cõuer
santes multum in illis locis, unde eiecti sub Nero
ne. Et peruenit inquit,Cæsareã, cumq; ascen-
disset salutatis ecclesijs uenit Antiochiã: factoq;
ibi tẽpore quodam exijt,transiens Galaticam per
ordinem regionem ac Phrygiam.] Mihi uiden-
tur adhuc & fideles illis congregari.Neque enim
statim relinquit. Vide autẽ quomodo ad illos fe-
stinat,& ad has regiones iterum transit, & ita ad-
uentu suo discipulos firmat. Iudæus autem qui
dam,inquit,Apollo nomine, peruenit Ephesum, C
qui potens erat in scripturis.] Valde alacer erat,
unde & legatiões obit in hoc negotio. Qui ut ue-
nit, inquit, in Achaiam,uehementer reuincebat
Iudæos publicè.De hoc scribens dicebat: De A-
pollo autem fratre. Nam publicè quidem redar-
guere,libertatem eius in dicendo monstrabat: ue
hementer uero, uirtutem manifestabat: ex diui-
nis aũt scripturis, exercitationem comprobabat.
Neq; enim dicendi libertas aliquid conducit, ubi
non est facultas,neq; facultas,ubi non est fiducia.
Itaq; non sine causa reliquit Aquilam in Epheso,
sed propter Apollo forsan hoc spiritus dispensa-
uit,ut & fortior ascenderet Corinthum. Et cur nã
huic quidem nihil fecerunt,Paulo autem insidiã-
tur? Sciebant enim quòd ille princeps esset, uel D
quòd magnum nomen uiri erat. Assumentes au-
tem,inquit, illum Priscilla & Aquila diligentius
ei exponebant uiam domini. Vide quomodo o-
mnia fide fiebant,& nusquã odium, nusquam in-
uidia. Aquila docet,imò autẽ & hic docetur.Ete-
nim simul aliquanto tempore cõuersantes, sic e-
docti fuerunt,ut etiam ad alios docendos fierent
idonei. Quum igitur uellet transire in Achaiam,
scripserunt discipulis,ut suscipiant illũ. Cuius gra
tia literas mittunt,interpretatur. Vt illum,inquit,
susciptãt.Et unde manifestum, quòd illi quum in
Epheso essent baptisma Ioannis habuerint? quia
rogati,in quo baptizati estis? In Ioannis dicũt ba
ptismo. Forsan tunc peregrè iuerant Hierosoly-
ma,& abierunt,& baptizati sunt:sed etiam bapti-

zati non crediderunt in Iesum. Et non dicit illis:
Creditis in Iesum? Sed quid, Num spiritum san-
ctum accepistis? Sciebant enim quòd non habe-
bant,& uult illos fateri,ut agnoscãt quid ipsis de-
sit & petant.Et quum imposuisset,inquit, Paulus
illis manus,uenit spiritus sanctus super illos,& lo
quebantur linguis ac prophetabant. Ab ipso ba-
ptismo prophetant. Hoc autẽ Ioannis baptismus
non habebat.Ideo & imperfectus erat. Vt autem
talibus digni fierent, prius illos præparauit, atq;
hoc uolebat Ioannes baptizans, ut crederẽt in e-
um qui post se uenturus. Hinc ostenditur dogma
magnum quod perfectè purgãtur à peccatis qui
baptizantur. Nisi enim purgarentur, non accepis
sent illi spiritum,non tam statim cõsequuti essent
charismata. Et uide quòd duplex donum fuerit,
& linguæ,& prophetiæ.Bene autẽ dixit: Baptis-
ma pœnitentiæ,quod Ioannis est,& nõ remissio-
nis,adducens illos & suadens,quod absq; ea sit il-
lud. Posterius enim dati baptismatis opus, est re-
missio.Et quomodo qui acceperant spiritum nõ
docebant, sed Apollo nondum accepto spiritu?
Quia nondum erant ita feruentes,neq; initiati:ille
autem & edoctus erat,& ualde feruens. Vt au-
tem mihi uidetur,quamuis multa esset libertas ui
ri,diligenterq; loqueretur ea quæ de Iesu, attamẽ
opus ei erat adhuc exactiore doctrina. Sic quam
uis nesciret omnia, ob alacritatem spiritum san-
ctum consequutus est,sicut etiam Cornelius. For
san multi deliderant,utinam & nunc esset Ioãnis
baptisma: at sic multi neglexissent uitam uirtuti-
bus claram, uel etiam approbaretur propter do-
num hoc,& non propter regnum cœlorum.Et a-
liter,Multi facti essent pseudoprophetæ:& nõ ul
tra ualde probi apparuissent,neq; beati habiti es-
sent,qui fidem simpliciter suscepissent. Igitur quẽ Iodh.20
admodum ij qui non uiderunt & crediderũt, bea
ti:ita & qui absq; signis crediderunt. Dic oro mi
hi,nónne exprobrãs Iudæis dicebat Christus:Ni
si uideritis signa,non credetis?

MORALE.

Igitur nihil damni erit nobis, si attendere uo-
luerimus nobis ipsis. Summam bonorum habe-
mus per baptismum, remissionem peccatorum
accepimus, sanctificationem, spiritus participi-
um, adoptionem, uitam æternam. Quid uultis
magis? signa? sed abolentur. Fidem habes, spem, 1.Cor.13
charitatem, hæc manent:hæc quære, hæc signis
sunt maiora. Nihil æquale charitati:maxima om-
nium charitas, inquit. Nunc autem periclitatur:
nomen enim illius reliquum est, opus minime,
sed diuisi sumus inter nos. Quid igitur quis fece-
rit,ut charitate alijs connectatur? Nam reprehen
dere quidem facile est,sed id dimidium & imper-
fectum est. Oportebat igitur ostendi, quomodo
amicitia efficiatur. Hoc enim est,quod nobis cu-
ræ,quomodo membra diuulsa cõgregemus. Nõ
enim hoc est quod quæritur simpliciter,an unam
ecclesiam habeamus uel dogma: sed hoc graue
est,quòd in alijs quidem communicamus mutu-
um:in necessarijs autem,non item.Et cum omni-
bus

bus pacem habentes, inter nos ipsos seditiosi su- A
mus. Non enim hoc specta, quod non quotidie
prælia committimus, sed quod neque charitatem
habemus synceram & immobilem. Nobis opus
esset & uulnerum obligationibus & oleo. Consi-
deremus signum esse, quo discipuli Christi inter-
noscuntur, charitatem, sine hac nihil ualere alia,
rem hanc si uolucrimus, minime molestam esse.
At dicis: Scimus quidẽ hæc, sed qua ratione huc
perueniemus, ut illa corrigantur, & constet inter
nos amicitia? Primum abijciamus è medio ea quę
charitatem tollunt, & tunc etiam hanc firmabi-
mus. Nullus sit qui ultionem desideret, & malum
alteri meditetur, nullus sit inuidus. Hæc enim di-
lectionem prohibent. Alia autem sunt, quæ illam
nobis exhibent. Nec sufficit tollere quod obest, B
sed adhibenda etiam sunt quæ eam constituant.
Eccl.22 Itaque Sirach dicit, ea quæ illam auferunt,& non
ea quæ conciliant: Exprobrationem dicens, & ar
canorum reuelationem,& dolosam plagam. Sed
ab illis,utpote carnalibus, merito proueniunt ta-
lia. Absit autem ut apud nos hæc fiant. Non ab
his, sed ab alijs uos inducemus. Nihil nobis est
absq; dilectione suaue, licet sint innumera bona,
sed quæ illorum utilitas? Sint diuitiæ,sint deliciæ
absque amicitia,& quod lucrum? Nulla possessio
etiã in secularibus negotijs honestior, quàm hæc:
quemadmodũ scilicet nihil molestius his qui ho-
1.Pet.4 stili in se sunt animo. Charitas multitudinem pec-
catorum tegit: inimicitiæ autem, etiam ea quæ nõ
sunt suspicantur. Non enim sufficit non esse ini-
micum, sed oportet etiam amare. Cõsidera quòd C
Christus iussit,ac sufficit hoc. Etiam afflictio facit
amicitias & cõgregat. Quid igitur, inquit, nunc?
Quia enim afflictio nõ est, quomodo erimus ami
ci? Non habetis,dic oro,amicos alios? quomodo
illorum estis amici? quomodo permanetis? Iam
nullus nullum habeat inimicum. Nõ est hoc pa-
uum, nullus inuideat. Non potest qui non inui-
det calumniari. Vnum habitamus orbem terra-
rum omnes,ijsdem alimur fructibus. Sed hæc par
ua sunt,ijsdem sacramentis eiusdem spiritualis ci-
bi alimur. Hæc sanè amicitiæ symbola sunt, & di-
lectionem requirunt. Quomodo igitur, inquit,
feruentius inter nos afficiemur? Quid facit amo-
rem corporum? Corporis luculentia & formosi-
tas. itaq; & animas faciamus pulchras & luculen- D
tas, & erimus inter nos mutuum amatores. Non
enim solum oportet amare, sed etiam amari. Pri-
mum hoc curemus, ut amemur, eritq; secundum
factu facillimum. Simus pulchri ac boni, & hoc
efficiemus,& ita semper habebimus amatores.
Nullus curet pecunias possidere, seruos, domus:
sed cura una sit, ut diligatur, utcq; nomen bonum
Prou.22 habeat. Melius est enim nomen bonum, quàm di
uitiæ multæ: quandoquidem illud quidem ma-
net, hæ autem dispereunt: & has quidem parare
possibile est,illud autem difficile. Nam qui semel
infamia laborare cœpit, ægrè illam abluet. Pau-
per autem facile nomen diuitis habebit. Sit qui
multas talentorum myriades possideat, abundan

tior illo erit,cui centum sunt amici. Ne igitur hoc
obiter curemus, sed ut negotiationem quandam
utilissimã. Et quomodo possumus, inquit? Faux
dulcis multiplicat amicos, & lingua gratitudinis
studiosa. Possideamus mores puros, & os bene
loquens: nec erit possibile, ut is qui sic afficitur,
lateat. Vide quanta externi homines amoris con-
ciliamenta excogitarunt,adoptionem, uicinitam,
cognationem,proles. Sed his omnibus, ea quæ
apud nos,sunt maiora. Mensa ista magis reueren-
da est. Multi autem ex his qui accedimus, neque
nos mutuum nouimus. Multitudo,inquit,hoc fa-
cit. Minime, sed nostra ignauia. Tria milia erant,
& quinq; milia: & omnes habebant animam unã.
Nunc autem unusquisq; fratrem ignorat, & non
erubescit,multitudinem prætexens. Iam qui mul-
tos amicos habet, à nullo capi potest. hic quouis
tyranno est fortior,non sic regem satellites custo-
diunt, ut hunc amici, & est hic illo longè clarior:
nam ille quidem à seruis custoditur, hic autem ab
his qui in pari honore sunt: & ille quidem ab in-
uoluntarijs & metuentibus, hic autem à uolenti-
bus, & nihil metuentibus. Et est uidere mirabi-
lem rem, in multis unum, & in uno multos. Et ut
in cithara uarias quidem uoces habes, unam au-
tem harmoniam: & unus musicus est, qui citha-
ram in manũ sumit: Sic hoc in loco, Cithara qui-
dem est charitas ipsa: uoces sonantes, uerba quæ
ad charitatem conciliandam pertinent, omnia u-
nam & eandem reddentia consonantiam. Musi-
cus uero est charitatis uis: illa dulcem melodiam
pulsando affert. Vellem te ducere in ciuitatem ta-
lem,siquidem possibile, ubi anima una esset,& ui
deres quomodo quãuis cithara & tibia consonan
tius ac suauius omnia sonent, nihilq; absurdi sit.
Hæc melodia & deum & angelos lætificat, hęc to
tum cœleste theatrum excitat, hæc & dæmonum
furorem compescit,& affectionum demulcet im-
petus. Hæc melodia non solum affectiones com-
pescit, sed nec exurgere sinit, magnumq; silentiũ
facit: quemadmodum etiam in spectaculo musi-
corum chorus: omnes enim tum cum silentio au-
diunt, & nemo interturbat. Ita & inter amicos
dum charitas citharam pulsat, omnes affectiones
silent ac dormiscũt, quasi bestiæ blanditijs demul
sæ ac mitigatæ: sicut in inimicitijs, contrà eueni-
unt omnia, sed de illis nũc nihil loquamur, de ami D
citia dicamus solum. Si dixeris aliquid temerari-
um, nullus est qui arripit, sed omnes ignoscunt: si
feceris,nullus suspicatur,sed magna est condona-
tio: omnes cadenti manum alacriter porrigunt,
omnes prompti sunt ut sistant. Vere amicitia mu-
rus est, qui non rumpitur, & nec à diabolo capi-
tur,nedum ab hominibus. Non potest in pericu-
la incidere,cui plurimi sunt amici. Non est possi-
bile, ut sit occasio iræ, sed ubiq; materia suauita-
tis offertur. In risu semper est ac delicijs. Nullus
etiam inuidię fomes est,uel ultionis inferendæ cu
piditati locus. Vide,ut tali & spiritualia & carna-
lia succedunt feliciter. Quid igitur huic conferen
dum? Quasi ciuitas quædam mœnibus undique

Universidad de Deusto
Biblioteca

cincta, talis est: alius autem est, quasi sine muris ciuitas. Magnæ sapientiæ est posse esse amicitię cõditorem. Tolle amicitiam, & omnia sustuleris, omnia confuderis. Si autem imago amicitiæ tantam uim habet, ipsa ueritas quid non ualebit? Oro igitur, ut multos amicos nobis paremus, & hanc unusquisq; habeat artem. Sed ecce, inquit, ego quidem ualde hoc curo, sed non idem etiam alijs placet. Itaq; maior tibi merces erit. At dicis: Verum est: sed difficultas etiam amplior. Quomodo, dic oro? Ecce testificor, ac dico: Si decem soli sic firmiter coniungeremini, & ut apostoli opus prædicationis, ut prophetæ doctrinæ opus habent, ita etiam uos opus faciendi amicos in manus acciperetis, merces futura esset magna. Regias nobis imagines faciamus. Hoc enim symbolum est, quo noscuntur discipuli, & quodam modo non minus B operamur, quam si uirtutem illis excitandi mortuos daremus. Diadema & paludamentum ostendit regem: & si hæc non sint, licet aureas uestes habeat, nondum rex est manifestus. Ita etiam nunc, fac hoc symbolum, & facies tibi & alijs amicos. Discamus quomodo contemperentur colores, per quos illa imago cõstituitur. Exhibeamus nos ad colloquium faciles, ne expectemus proximos: ne dicas si uidero aliquem expectantem, deterior eo efficior: sed magis quando uideris assume, & extingue eius affectionem. Vides ægrotantem, & auges morbum? Hoc maxime ante omnia faciamus, ut præueniamus mutuum honore. Itaq; si præueneris honore, teipsum honore magno ornasti, accelerans ut magis honoreris. ubiq; C primatus alijs concedamus, nihil eorum quæ erga nos facta sunt malorum cogitemus, sed si quid bonum. Nihil sic facit amicum, ut lingua gratitudinis studiosa, os bene loqui solens, anima sine fastu, contemptus uanæ gloriæ, contemptus honoris. Si hæc fecerimus, poterimus fieri incomprehẽsibiles à diaboli laqueis, & bene hac uita transacta, bona diligentibus deum promissa assequi, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre simul ac sancto spiritu sit gloria, imperium, & honor, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

INGRESSVS AVTEM IN SYNAGOgam liberè loquutus est ad menses tres, disserens & suadens ea quæ de regno dei. Homilia XLI.

IDE ubiq;, ut seipsum in synagogas intrudit, & sic egredit. Semper enim ab illis uolebat occasionem sumere, ut dixi. Nam & gentes extimulabat iam, & alacriter suscipiebant eum. Iudæi autem suscipientibus fidem gentibus, pœnitudine ducebantur. Volebat discipulos illinc abstrahere, & inde facere initium, magis quàm congregentur illic. Et non temere hoc faciebat. Propter hoc differebat illis continuo, quia persuadebat. Ne igitur quoniam libertatem dicendi audisti, asperitatem putes. De utilibus rebus disputabat, de regno. Quis non audisset? Quia A autem quidam indurabantur, & non persuadebantur male loquentes de uia domini coram multitudine, digressus ab illis segregauit discipulos, quotidie differens in schola tyranni cuiusdã. Hoc autem factum est per annos duos: ita ut omnes, qui habitabant in Asia, audirent uerbum domini Iesu, tam Iudæi, quàm Græci.] Viam domini prædicationem merito uocabant: uere enim uia est, quæ ducit in regnũ cœlorum. In schola, inquit, tyranni cuiusdam disputabat. Et hoc factum est per duos annos: ita ut omnes audirẽt sermonem, tam Iudæi, quàm Græci.] Vides quantum profuit continuo urgere? Et Iudæi & Græci audierunt.

Virtutesq; non uulgares faciebat deus per manus Pauli. Et ita, ut etiã super infirmos auferrent à corpore eius sudaria, & semicincti, & liberarentur ab infirmitatibus suis, egrederenturq; ab eis spiritus immundi.] Non ferentes tangebant solũ, sed & accipientes apponebant. Idcirco Christus non permittit illũ abire in Asiam, obseruans, ut equidẽ opinor, tempus hoc. Attentauerunt autem quidam ex Iudæis exorcistis, qui obambulabant, nominare super eos qui habebant spiritus malos, nomen domini Iesu, dicentes: Exorcizamus uos per Iesum quem Paulus prædicat.] Ita omnia faciebãt negociationis ac lucri gratia. Noluerunt quidem credere, sed per nomen uoluerunt eijcere dæmones. Papæ, quantum erat nomen Pauli? Erant filij Sceuæ Iudæi principis sacerdotũ, septem, qui hoc faciebant. Respondens C autem spiritus malus, dixit eis: Iesum cognosco, & Paulum scio: Vos autem qui estis? Et insiliens in eos homo in quo erat spiritus malus, inualuit contra eos, ita ut nudi ac saucij effugerent de domo illius. Hoc autem notum factum est Iudæis, Græcisq; omnibus, qui habitabant in Epheso.] Igitur clam faciebant. Postea diuulgata est eorum infirmitas. Et irruit timor super omnes illos, & magnificatum est nomen domini nostri Iesu Christi. Et multi eorum qui crediderant, uenerunt, confitentes ac annunciantes opera sua.] Quoniam autem tantã potestatem habebant, ut etiam per dæmonia talia facerent, merito hæc fiunt. Multi autem erant ex his, qui curiosas artes exerD cuerant, qui comportatos libros exusserunt coram omnibus, & computauerunt precium illorum, & repererunt quinquaginta milia numorum.] Ita ualidè sermo domini creuit, & inualuit. Videntes autem, quòd nihil illis postea utilitatis esset, exusserunt libros. Quando & ipsi dæmones hæc faciũt. Non igitur nomen aliquid facit, si non cum fide dicatur. Bene igitur dicebat: Qui credit in me, maiora hic faciet, has umbras insinuans. Vide quomodo armis contra seipsos usi sunt. Et disputabat, inquit, in schola Tyrãni cuiusdam, ad annos duos.] Vbi fideles fuerunt, ualdeq; fideles. Ita autem nihil magnum putabant esse Iesum, ut & Paulum adderent, quia & ipsum hac ratione magnum quiddam esse putabant. Dignum est hic admiratione, quomõ dæmon ille non cooperatus

ratus est errori illorum, sed refutauit eos, & omA nem dolum eorũ manifestauit. Mihi uidetur ualde successisse, quemadmodum si quis extremè periclitetur, & à miserabili & ærumnoso quopiã refuterur, omnemq; in illum effundere uelit furorem. Vt enim ne uideat contemnere, nomen Iesu prius confessus est: & tunc accepit potestatem. Quòd enim nõ nominis fuerit infirmitas, sed omnino à deceptione illorum, quare hoc ipsum non etiam Paulo accidit? Et insiliens, inquit, homo in illos.] Fortassis disrupit illorũ uestes, & allisit illorum capita. Hoc enim manifestauit, dicendo, Insiliens: atq; adeò satis erat hoc facere. Quid est: Digressus ab illis, segregauit discipulos? Impediuit illorum maledicentiam. Hoc aũt facit digrediens: quia noluit illorũ inuidiam accendere, neq; B in maiorem incitare rixam. Quod autem dicit, Liberè loquutus est: manifestat & ad pericula promptum fuisse, & non adumbratis dogmatis apertè disseruisse. Hinc discimus, quòd nos immiscere non debemus maledicentibus, sed abeundum ab
1.Cor.4 eis. Quum malediceretur, nõ maledixit etiã ipse, sed potius quotidie disputabat: & hãc ob causam potissimum sibi familiares faciebat, quod quamuis male audiret, non tamen recederet, neq; resiliret. Et obserua, postquam tentatio ab extraneis cessauit, à dæmonijs incipit. Vides cæcitatem Iudaicam. Vestes illius uidebant efficaces, & non attendebant. Quid hac re maius fieret? Alij, gentes inquam, omnino secus agebant. Si quis Græcorum nõ crederet, uidens umbram hæc operari, credebat. Sic dum illi ab his separantur, alij quidem maledicendo & calumniando dogma, uincuntur. Hoc enim uocauit uiã. Ipse autẽ digressus est, ne discipuli secederẽt, & ne illi in furorem concitarentur: ostendens semper, quòd salutem repel lant. Et iam hic neq; defendit illos, utpote ubique gentibus credentibus: ac disserit, non simpliciter inquisito loco, sed ubi schola erat, ut commodius illic congregentur. Papè, quanta eorum qui crediderant uirtus, quæ & alijs eadem facere concedit? Quanta autem cæcitas illorũ, etiam post demonstrationem uirtutis adhuc manentiũ in infidelitate? Igitur quemadmodum Simon propter lucrum quærebat gratiam spiritus, ita & hi propter idipsum hoc faciebant. Quanta cæcitas? Et D quid nam ad hæc Paulus? Non increpat, ne putarent eum facere hoc per inuidiã, propterea singulari dispensatione hac utitur. Hoc & Christus egit. Sed tunc quidem non prohibebatur. PrinciIoan.12 pium enim rerum erat, quoniam & Iudas fur non prohibebatur. Ananias autem & Sapphira etiam occisi sunt. Et multi quidem Iudæi etiã insurgentes, nihil patiebantur. Elymas autem magus excæcatus est. Non enim ueni, inquit, ut iudicem mundum, sed ut seruetur mundus. Vide impietatẽ pol lutissimam. Iudæi quum adhuc manerent in impietate, per ipsum nomen negotiari uoluerũt: atq; sic omnia faciebant ad uanam gloriam & lucrum. Vide ubiq;, quòd non sic homines cõuertunt per utilia, sicut per terribilia. Vbi de Sapphira mentio fuit, irruit timor super ecclesiam, & non audebant adhærere illis. Hic sudaria & semicinctia accipiunt, & sanant. Et post hæc uenerunt confitentes peccata sua. Ex eo quòd insiliebat, ostenditur dæmonum magna quædam uis esse, quam contra infideles habent. Et quare non dixit spiritus malus: Quid est Iesus? Sed dixit magis inutilia uerba. Terrebatur, ne & ipse pœnam det. Sciebat enim concedi ei, illos ulcisci quos huius nominis illusores fecerat. Quare autem & miseri non dixerunt illi: Credimus? Timuerunt Paulum, quamuis certe multò clariores fuissent, si quidem sibi familiarem illum fecissent. Et aliter: Etiam hoc quod in Philippis contigit, & illos castigauit. Tu aũt uide, ut scriptor hic minime sit molestus, & historiã solB lum scribit, & non accusat. Hoc apostolos faciebat admirabiles. Sed cuius fuerint filij, nomen dicit & numerum, dans his qui tũc erant, indicium, quàm certa scribat. Quare autem obambulabãt? Lucri, & non annunciandi uerbi, gratia. Quomodo enim? Bene autem currebant, postea prædicantes, per ea quæ patiebantur. Vnde hoc manifestans dicit. Et factum est, inquit, notum omnibus tam Iudæis, quàm gentibus, qui habitabant in Epheso.] Nonne hoc etiam eos qui obdurescebant conuertere debuit? dic oro. Sed non conuertit, & ne mireris. Malitiæ enim nihil est quod persuadeat. Age & isthuc ipsum, quanta uidelicet sit exorcistarum malitia, uideamus. Quare hoc non Christo ipsi accidit, alterius, & nõ præsentis temporis quæstio fuerit. Verum quòd bene hoc factũ sit, & utiliter. Mihi enim uidentur illi per irrisionem fecisse, unde & puniuntur. Et ita etiã ne postea ausit quis nomẽ illud nominare tam temere, terrentur alij, & magnum argumentum habent deum scire omnia: maximum argumentum erat, priusquam à dæmonibus redarguerentur, seipsos accusabant, terrentur, ne eadem patiant. Quando enim adiutores illorum dæmones, accusare illos cœperunt, & non iam adiuuabant, qualis iam spes ultrà, quàm per opera confessio?

MORALE.

Vide aũt qualia paulo post mala fiunt, factis signis? Talis enim est hominũ natura. Statim beneficiorũ obliuiscitur. An non meministis, quòd in ipsis quæ nobiscũ facta, idem accidit? Nonne superiori anno cõcussit deus ciuitatem totã? Quid igitur? Nonne omnes ad illuminationem currebant? Nonne scortatores & molles & effœminati, relictis lustris suis in quibus habitabãt, conuersi sunt & facti religiosi? Vbi autem tres dies transierunt, itetum redierunt ad suam malitiam. Vnde hoc factum? Ex magna ignauia. Et quid mirum, si ubi res transierint, quũ scilicet & perpetuo manentibus signis idem fit, ut est in Sodomis. Die Gen.19 enim oro: Nonne perpetua sunt? Quid igitur? Nunquid uicini propterea meliores facti sunt? Minime. Quid & Noe filius? Nonne idẽ perman ibid.9 sit? Nonne in montibus uidens tantam solitudinem malus erat? Ne igitur admiremur, quomodo non crediderunt, qui tales facti: ubi scilicet ipsa fides

Universidad de Deusto
Biblioteca

fides dum negare non possunt, sæpe in diuersum A
Ioan.7 eos compulit, nempe in malitiam, ut quando dæmoniacũ dicunt filium dei. An non uidetis etiam nunc hæc fieri? & multos homines similes serpentibus esse incredulos & ingratos, qui & ipsi sicut serpentes quando beneficia acceperint, & ab aliquibus humaniter tracti fuerint, benefactoribus infesti fiunt. Hæc à nobis dicta sunt, ne quis miretur, quare non omnes conuersi fuerint. Vide oro, quæ & nostris acciderunt temporibus: & apud Babylæ martyris sepulchum, & in reparatione templi Hierosolymitani per Iudæos, & quæ in destructione templorũ, & non omnes conuersi sunt. Quid oportet referre uetera, superiore anno dixi uobis, quanta res acciderit, & nullus attendit, sed iterum paulatim defluxerũt, & collapsi sunt. Stat semper cœlum clamans, quòd dominum habeat, B
& à quo sit opifice. Dico autem totum mundum. Et dicunt quidã quòd non, iuxta Theodori illius opinionem. Quę facta sunt superiore anno quem non concusserunt? attamen nihil amplius factum est, sed ad tempus facti religiosi, iterum redierunt unde facti sunt religiosi. Hoc etiam Hebræis tunc cõtigit. Propterea propheta quoq; dicebat: Quãdo occidebat illos, tunc inquirebant illum, & conuersi sunt, & mane surrexerunt ad deum. Et quid refero generalia? quot incidunt in morbos, quot promittunt, si surrexerint pœnitentiam se acturos & conuersuros, & illi ipsi manent? Maxime ostendit nobis esse electionem & libertatem nostræ naturæ, repentina mutatio. Si enim naturalia essent mala, non hæc fieret. Ea enim quæ natu- C
ræ sunt ac necessaria, non possumus mutare. Certe, inquit, etiam mutamur. Nónne uidemus quosdam natura uidere, à timore autẽ excæcari? Quoniam & hoc naturæ est sic humiliari, & in angustijs fieri, quando natura alia accesserit: & ita natura nobis accidit, quando terremur, ut nõ uideamus. Secundum naturam autem, etiam quando maior metus aduenit, prior ille cedit. Quid igitur si & temperantia, inquit, secundum naturã quidẽ sit, metus aũt inualescens iliam eijciat? Quid igit si ostendero quosdam, neq; tunc tẽperatiores fieri, sed etiam in ipsis malis esse impudentes? Nunquid hoc naturale est? Dicam uetera, an noua? Quot manserunt in illis ipsis malis ridentes, subsannantes, & nihil tale senserunt? Dic oro: Pharao nónne statim mutatus est, & ad pristinam malitiam recurrit? Hoc autem loco, in his qui dæmonia habebant, quamuis ipsi non ignorarent, adiecerunt simpliciter, dicentes: Per Iesum adiuramus uos, quem Paulus prædicat.] Per ea enim quibus defenduntur, ostendit quòd sciunt. Iesum uero dicunt illum simpliciter, cum debuissent dicere: Seruatorem orbis, qui resurrexit. Sed noluerunt dicere gloriã ipsius. Ideo & reprehendit illos dæmon, insultans in eos, & dicẽs: Iesum cognosco, & Paulum scio.] Quasi diceret: Vos non creditis, sed abutentes hoc nomine, talia dicitis. Igit desertum templum, & facile expugnabilia arma estis: & ita nõ estis præcones, sed mei, inquit, estis.

Magnus furor dæmonis. Potuissent hæc illis facere apostoli, sed non faciebant nunc. Nam qui imperabant illis, qui hæc faciebant, multo magis & ipsi facere potuissent. Vide, quõ illorum mansuetudo monstratur. Quia illi quidem exigebantur, qui talia faciebant. Dæmones autem quibus seruiebant, planè contra. Iesum, inquit, cognosco. Confundamini igitur uos, qui ignoratis. Et Paulum scio. Bene & hoc. Sciebat enim & præconem esse. Mox insilit in illos, & discumpit uestes, per ea quæ faciebat ipsis tantum non dicens, ne putetis quòd contemnens illos hæc facio. Magnus timor dæmonis. & quare absq; uerbis istis non discumpit illorum uestes? sic enim & furorem impleuisset, & errorem stabilisset. Timuit, id quod dixi, potestatem inaccessam: & non tantũ potuisset si non hoc dixisset. Vide ubiq; meliore mente præditos dæmones, quàm Iudæos, & non audentes contra dicere, neq; accusare, uel apostolos, uel Christum. Illic dicunt: Scimus te quis sis, & quur ueneris huc Matth. 8
ante tempus torquere nos? Et iterum: Scio te quis sis, filius dei. Hic autem: Hi homines, serui dei ex- Marc. 5
celsi sunt. Et iterum, Iesum quidem cognosco, & Paulum scio. Omnino eñ formidarunt, & timuerunt sanctos illos. Forsan quis nos audiens, cupit in hac esse potestate, ne possint dæmones contra ipsum obtinere. Et beatos dicit sanctos illos, propter hoc quòd tantã habuerint potestatẽ. Sed audiat Christũ dicentẽ: Ne gaudete quòd dæmonia Luc. 10
uobis subijciuntur. Quoniã sciebat oẽs homines maxime uana gloria gaudere. Si enim quod deo placet quæris, & quod communiter prodest, alia C
maior est uia. Non est ita magnum à dæmone liberari, ut eripi à peccato. Dæmon non prohibet regnũ cœlorum assequi, imò cooperatur, inuitus quidem, cooperatur tamen, faciens habentem se continentiorem: peccatũ autem regno eijcit. Iam forsan dicet quis: Absit, ut sic assequar continentiam. Neq; ego uellem, neq; alius est qui uelit. Omnia ob amorem Christi faciẽda sunt. Si aũt hoc, quod absit, cõtingat, & pro hoc orandum. Si igit hic quidẽ non eijcit, illud aũt eijcit: liberare à peccato maioris beneficij est. Igitur ab hoc curemus liberare proximũ, & ante proximũ nosipsos. Videamus, ne dæmonẽ habeamus. Scrutemur nos ipsos exacte. Peccatũ grauius est dæmone: Nam ille quidem humiles facit. An non uidetis dæmoniacos, quando resipuerint à morbo, q̃ sint submissi, quam tristi uultu, quanta erubescentia uultus illorum pleni sunt, quomodo neq; obtueri audent? Vide absurditatem. Illi quidem propter ea quæ patiuntur, confunduntur: Nos autẽ neq; pro his quæ operamur, confundimur. Illi iniuria affecti, erubescunt: Nos iniuria afficientes, non erubescimus: quamuis causa illorum non sit cõfusione digna, sed misericordia, & humanitate, & uenia, & magna admiratione, multisq; laudibus: quando & cũ tali certant dæmone, & omnia cum gratiarum actione ferunt. Res autem nostræ profecto risu, confusione, accusatione, supplicio, pœna, extremisq; malis, & gehenna, nullaque uenia dignæ

dignæ. Vides, quòd peccatum dæmõe grauius A
sit. Et illi quidem ex his quæ grauiter ferunt, duplex lucrum reportant. Vnum quidem quòd humiliores, & modestiores fiunt. Alterum, quòd pœnas hîc suorum peccatorum dantes, puri ad dominum migrant. Etenim de hoc sæpe disseruimus, & ostendimus, quòd eos qui hîc puniunt, si æquo animo ferant, uerisimile est multa peccata deponere. A peccatis autem geminũ malum capimus: unum quidem quòd offendimus: alterum quòd deteriores efficimur. Attendite, oro, quod dicimus: Non in hoc solum lædimur à peccato quòd peccamus: sed & aliud grauat, quòd anima recipit habitum: sicut in corpore per exemplum manifestius uidere licet. Sicut enim qui febre laborat, non in hoc solum læditur, quòd ægrotat, sed B
etiam quòd post morbũ infirmior sit, licet à morbo diutino ad bonam ualetudinẽ redeat. Ita sane & de peccato dicendum, licet sanemur, adhuc tamen egemus magna fortitudine. Vide enim oro, quendam qui contumelia affecit, & non supplicio affectum: nõ propter hoc solum debet lacrymari, quia non contumeliæ dat pœnam, sed etiam propter aliam causam, ut lugeat dignum. Et qualis hæc? Quia impudentior facta est anima. Nam unum quodq; peccatum, ubi patratum fuerit, & ad finem peruenerit, relinquit in anima uenenũ. Non audis quosdam dicentes, quando à morbo confirmati fuerint: Non ausim aquam bibere? quamuis sanus sit, sed ita morbus læsit. Et illi quidem male affecti, gratias agunt. Nos autem bene C
habentes, blasphemamus deum, & offendimus. Plures enim inuenias in sanitate ac diuitijs hoc facientes, quàm in paupertate & mala ualetudine. Stat enim dæmon quasi lictor, reuera, uehementer minax: & sicut pædagogus quidam lorũ intendens, & nusquam diuertere sinens. Si autem quidam ne sic quidem sobrij sunt, nec tamen pœnas dant, non paruum & hoc. Nam quemadmodum stulti, quemadmodum insaniẽtes, quemadmodũ pueri non dant pœnas, sic neque hi. Ex his enim qui inscienter agunt, nullus tam crudelis ut supplicium exigat. Ergo nónne peccantes deterius affecti sumus, quàm dæmonio uexati? sed quòd non spumamus, neq; pupillas distorquemus, neque manus, utinam in corpore hoc pateremur, & D
non in anima. Vis tibi monstremus animam spumabundam, immundã, & distortos oculos mentis? Cogita irascentes, ac ebrios à furore: qua saliua non immundiora uerba eijciunt? profecto fœtidum sputum eructant. Et sicut illi nullũ ex præsentibus norunt: ita neq; hi. Obumbrata est enim eorum mens, & distorti sunt oculi: non amicum, non inimicum, non reuerendum, non contemptibilem, sed omnes sine discrimine uident. Non uides hos tremere sicut illos? Non cadunt in humũ, sed anima illorũ humi collapsa palpitat. Si enim recta staret, nequaquã pateretur illa quæ patitur. An non uidentur tibi hæc esse animæ abiectæ, & suam perdentis sobrietatem? Etiam ea dicũt & faciunt, quæ ebrij furore. Est quædã & alia insaniæ

species hac grauior. Qualisnam illa? quando neq; remitti iram sustinent: sed apud seipsos alunt domesticum carnificem, se torquentem, ulciscendi, inquam, cupiditatem. Ipsos enim ulciscendi auidos primum perdit ultionum meditatio, ut futura præteream. Nam quantum putas tormentum esse hominis afflictæ animæ, quotidie cogitare ut ulciscatur inimicum? Prius seipsum punit, qui talis est, & punitur inflatus contra seipsum pugnans & incensus. Necessariũ enim semper apud te flagrare ignem, & incendium intantum extendens, non sinis decrescere, cogitans inferre alteri malũ quiddam. Ipse autẽ teipsum mordes, semper flammam uigescentem ferens, & animam interquiescere nõ sinens, sed semper in exasperatione & in turbatione & in tempestate mentẽ habens. Quid B
hac insania molestius? semper, inquã, contristari, & inflari, & ardere. Tales enim sunt animæ eorũ, qui ultionem meditantur. Nam ubi uiderint eum quem nolũt ulcisci, statim perculsi sunt: Si uocem audiant, conciderunt, tremunt: Si in lecto fuerint, innumeras pœnas apud se imaginant, sublimem suspendentes & torquentes illum inimicum. Ad hæc si illum clarescere uiderint, papæ quantũ supplicium. Remitte illi peccatum, & libera teipsum à tormẽto. Quur teipsum perpetuo crucias, ut in illum semel animaduertas? Quid animi tui morbum uertis in uitiosam habitudinem? Quid furorem elabi uolentẽ detines? Ira neq; usq; ad uesperam maneat, inquit Paulus. Sicut enim putredo quędam ac tinea, ita mentis nostræ radicem arrodit. Quare bestiã in uiscera tua includis? Melius esset uiperã uel serpentem in corde positam esse, quàm iram uel inuidiam. Nam ille quidem statim nos liberarent: hæc autem manet semper, dentes fortiter infigens, immissoq; ueneno, pessimarum cogitationum exercitus in nos immittit. Sed hæc facio, ne deridear, ne contemnat. Miser homo & erumnose, non uis à conseruo derideri, sed odio haberi à domino tuo? Non uis contemni à conseruo tuo, & contemnis dominum? Non putas indignari deum, quem contemnis, & quem deridens non uis esse obediens? Quòd autem neq; te deridebit, manifestum est uel hinc: quòd si sic pergas, magnus erit risus, magnusq; contemptus: pusillanimitatis eñ opus est. Sin cessaris, magna erit admiratio: hoc enim magnanimitatis est. At ille, inquis, ignorat. Sciat deus, ut maiorem habeas mercedẽ. Vsurã enim accipitis ab his, inquit, à quibus non sperabitis uos recepturos. Ita & benefaciamus his, qui nõ sentiũt q̃ eis benefit, ne nobis laudem, uel quidlibet retribuãt, mercedemq; imminuant. Nihil eñ ab hominibus recipientes, à deo maiora recepturi sumus. Quid autẽ magis ridiculum, & quid frigidius, anima quæ semper irascit, & uult ulcisci? Muliebris ac puerilis hæc uoluptas est. Nam ut illi etiã cõtra inanimata irascuntur, etsi non percutiãt pauimentũ, nõ dimittũt iram: ita profecto & hi. Volũt ulcisci de his qui cõtristarunt. Igit ipsi risu digni. Etenim iræ imperiũ ferre, puerilis animi est: imperare autem, fortitudinis fuerit.

Igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Igitur non nos ridemur, si sapienter agamus, sed illi. Ab affectione non uinci, non est contemptibi lium hominũ. Ita autem timere externum risum, ut propter hunc affectioni propriæ subiacere, & deum offendere, ac teipsum discruciare uelis, utique contemptissimorum fuerit. Hæc reuera digna sunt risu. Igitur hæc fugiamus. Dicat, quòd innumera mala nobis licet exhibuerit, nihil tamen passus sit. Dicat, quòd & iterum nos si conuicijs incessat, nihil patiatur. Non aliter nostram prædicasset uirtutem, non alia exquisiuisset uerba, si nos laudare uoluisset, quàm hæc quæ dicit, dum putat nos affligere. Vtinam omnes de me hoc dicerent, Inutilis & miser homo est: omnes in illum contumelias iaciunt, ipse autem fert: Omnes insiliunt, ipse autem nõ ulciscitur. Vtinam apposuissent: neq; si uellet, posset: ut mea laus sit ex B deo, & non ex hominibus, Dicat: Propter timiditatem & ignauiam non ulciscimur. Nihil hoc nobis nocet, quando deus scit: sed thesaurus noster tanto fidelius seruatur. Si ad illa spectabimus, omnibus destituemur. Videamus non quid dicãt, sed quid nos deceat. Aliqui autem dicunt, istiusmodi sim ludibrio? & gloriantur quidam. ô insipientiam. Nullus me lesum derisit, inquit, hoc est, ultus sum. Quin ob hoc derideri mereris, quia ultus es. Vnde hæc uerba introducta, quæ cõfusio, perditio q; uitæ nostræ sunt? An non hoc est deo contradicere? Nõ ulciscí enim deo facit æqualem. Risum ne hoc putas? Nónne propter hoc rideri meremur et à nostris & à gentibus, ita contradicentes deo? Narrare uolo aliquid apud ueteres gestum, non C de ira, sed de pecunia. Erat cuidam prædium, occultum thesaurum continens nescio domino, quod ille uendidit. Qui autem emerat effodiẽdo, ut plantaret & coleret, occultum thesaurum inuenit: mox q; eum uenditori obtulit. Prædium enim uenditum dicebat, non thesaurum. Quem ille cõtrà repulit, dicens: Agrum cum thesauro uenditũ esse: & se hoc non curare. Post longam contentionem uentum est ad arbitrum. Ille uero non pronũciauit, dicẽs, contentionem eorum esse tollendã, quòd ipse horum sit dominus. Et accepto thesauro, quem illi sponte permiserunt, innumera postea mala sustinuit, & re ipsa didicit, merito illos ab hoc abstinuisse. Hoc & de ira fieri oportet, ut & D nos contendamus non ulcisci: & qui contristarũt, contendant, ut dent pœnam. Sed forsan & hęc cui piam ridícula erunt. Quando enim insania supra modum inualuerit, ridentur modeste agentes. Et inter multos qui insaniunt, insanire uidetur qui non insanit. Ideo oro, ut resipiscamus, & simíles fiamus illis qui sunt purificati à pernicíosa affectiõe hac, regnumq; cœlorum assequamur: gratia & misericordia unigeniti illius filij, cum quo patri simul ac spiritui sancto sit gloria, imperium, & honor, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

A IMPLETIS AVTEM HIS, PROPOSVIT Paulus in spiritu, transita Macedonia & Achaia, proficisci in Hierusalem, dicens: Postquam illic fuero, oportet me, & Romam uidere. Missis autem in Macedoniã duobus qui sibi ministrabant, Timotheo, & Erasto, & ipse mansit ad tempus in Asia: ortus est autem tempore illo tumultus non paruus de illa uia. Homilia XLII.

SAT díu conuersatus in ciuitate, uult iterum aliò transire: unde etiam mittit Timotheum ac Erastum in Macedoniam: ipse uero manet in Epheso. Quomodo aũt ab initio uolẽs in Syriam abire, iterum reuertit in Macedoniã: ostendens quòd omnia non sua uirtute faciebat: iamq; prophetat, dícens: Oportet me etiam Romam uidere. Hoc autem dicens, fortassis consolatur eos quòd non abfuturus, sed breui iterum rediturus, & prophetia discipulorum excitat mentes. Hinc mihi uidetur scribere Corinthijs ab Epheso, ac dicere: Nolim uos ignorare fratres de afflictione quæ accidit nobis in Asia. Quoniam enim promiserat se uenturum Corinthum, rationem reddit, quòd moretur: & dicit quæ sibi contigerat tentationem, narrans quę cum Demetrio acta sint: quẽ subindicat, tumultum non paruum dícens de uia hac factum esse. Iterum periculum, iterum tumultus. Vides claritudinem? Facta sunt signa duplícia, illi autem contradicebãt. Ita ubiq; contexit opera. Nam quidam nomine Demetrius, faber argentarius, C qui faciebat delubra argentea Dianæ, præstabat artificibus nõ exiguũ quæstũ. Quibus conuocatis & ijs qui similium rerũ erant opifices dixit: Viri, scitis quòd ex hoc opificio quæstus noster est: & uidetis, & auditis, quòd non solum Ephesi, sed etiam per totã Asiam, Paulus hic persuasit, & auertit turbam multam, dicens: non esse deos manufactos. Non solum autem hæc pars nobis in periculũ uenit, ne reprobetur: uerum etiam magnæ deæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, destruiturq; maiestas eius, quam tota Asia & orbis colit.] Faciebat, inquit, delubra argentea. Et quõ possibile erat fieri delubra argentea? Fortassis parua Ciboria quæ uocant. Magnus em erat honor illius in Epheso, ubi etiam templum illorum succensum ita contristauit eos, ut eum qui succendisset, ne nominari quidem uellent. Vide ubiq; idololatriam à diuitijs fieri. Et illi propter pecunias, & hic propter pecunias, dolent, non quòd illis pietas periclitetur, sed quòd materiam lucri non habituri sint. Et cõsidera malignitatem uiri. Abundans ille erat, Et ipsi quidem non tantum damnum inde imminebat, illis aũt plurimũ, utpote pauperibus, qui & quotidiano opificio uictitabant. Attamen hi quidem nihil dicunt. Ipse autem eos qui erant socij artis, socios assumit & tumultus. Deinde etiam periculum exaggerat, addens, Periclitaf nobis portio hæc, ne reprobetur. Hæc enim fore manifestat, quòd periculũ sit famem passuros huius artis opifices. Et quamuis hæc

hæc dicta sufficiebãt illos ad pietatem adducere, A tamen miseri quidam ac uiles cum essent, insistũt magis: & non considerant, si homo hic ualet tantum, ut omnes cõuertat, & periclitentur dij, quantus illius deus est? Et quòd multo magis illa nobis dabit, propter quę timemus. Iam prœoccupauerat illorum animos, dícens non esse deos ab hominũ manu factos. Vide pro quo indignantur gentes: quoniam dixerat, quòd ij qui ab hominibus facti, non sunt dij: semper in artem refert sermonẽ. Deinde qd maxime illos contristabat, subdit, dicens: Nõ solum autem hæc pars periclitatur nobis: hoc est, Aliorũ nobis nulla sit ratio. Sed etiam magnæ deæ Dianę maiestas in periculo est, ne destruatur. Deinde ne uideatur lucri gratia dixisse, uide quid apponit, Quã orbis colit. Vides quòd ostẽdit maiorem Pauli uirtutem, omnes illos miseros & ęru- B mnosos esse declarans: si quidẽ homo qui fugabatur hincinde, & tabernaculorum factor tanta potest? Vide ab inimicis testimonia dari apostolis. Hìc quidem dicebant: Ecce implestis Hierusalẽ doctrina uestra. Hic quòd destruenda est Dianæ maiestas. Tunc dicebantur commouisse orbem terrarum, quod hi & hic perhibent. Nunc quòd periclí tatur nobis portio nostra ne reprobetur & abeat. Sic & Iudæi de Christo dicebant, Videtis q; mundus post illũ uadit. Et, Venient Romani, & tollẽt nostram ciuitatem. Auditis autem his, impleti sunt furore.] Vnde furor factus est? Quando de Diana audierunt: quando de lucri iactura. Tales enim uulgariũ mores sunt, facile corrípi & accendi solent. Ea propter cũ inquisitione facienda sunt C hæc omnia. Vide autem quam cõtemptibiles fuerint, qui ad omnia sic afficiebantur. His auditis impleti sunt ira, inquit, & clamauerunt dicentes: Magna Diana Ephesiorum. Et impleta est ciuitas tota confusione, impetũq; fecerunt unanimiter in theatrum. Et correptis Gaio & Aristarcho Macedonibus Pauli comitibus traxerunt illos.] Símpliciter iterum inuadunt, sicut Iasonem Iudæi, & semper similiter afficiuntur: ita nullum uel gloriæ, uel honesti respectum habebant. Paulo autem uolente intrare ad turbam, non permiserunt fratres. Quidam autem ex Asiæ primoribus, quĩ essent amici eius, miserunt ad eũ. Et obsecrabant ne committeret se theatro.] Obsecrant, quia populus in- D compositus irrationabili impetu omnia audet. Et Paulus obtemperat. Non enim erat uanæ gloriæ cupidus, neq; arrogans. Igit alíj aliud acclamabãt: erat enim congregatio confusa, & plerique nesciebant qua ex causa conuenissent. Talis enim turba simpliciter sequitur, sicut flamma in fomitem cadens. Ex turba aũt protraxerunt Alexandrum propellentibus illum Iudæis.] Propellebãt illum Iudæi singulari díspensatione, ut nihil possent postea contradicere. Hic & protruditur & loquitur. Et quid? Audi: Alexander autẽ manu silentio postulato, uoluit rationẽ dare populo. Agnoscentibus autem quòd Iudæus esset, uox facta est una omnium quasi ad duas horas clamãtium, Magna Diana Ephesiorum.] Puerilis reuera cogitatio, quasi timentes ne extinguerentur cultus illorum, continuo clamabant. Ad duos annos federati illic, & uide quot adhuc Pagani. Cum autem sedasset scriba turbã, dixit, Viri Ephesíi, quis est hominum qui nesciat Ephesiorum ciuitatem ædituam esse magnæ deæ Dianæ, & Diopetis simulacri? Hoc primum furorem illorum restínguit. Et Diopetis dicit, quasi nõ sit manifesta res. Vel aliud sic uocabatur idolum, uel ipsum Dianæ, quasi à Ioue tosta illa delapsa, & nõ ab homine facta sit. Cum igitur his nemo contradicat, oportet uos sedatos esse, & nihil precipitanter agere. Adduxistis enim uiros hos neq; sacrilegos, neq; contumelíosos in deam uestram.] Hoc igitur totum mẽdacium est. Ista autem ad populum sedandum dicebat: Itaq; si Demetrius & qui cum illo sunt artifices, habent aduersus aliquẽ causam, conuentus forenses agũtur, & proconsules sunt, accusent inuicẽ. Si autem quid de alijs rebus quæritis, in legitima congregatione dirimetur. Nam periculum est ne seditionis hodiernæ fiamus rei: cum nulla sit causa unde posimus rationem reddere istius concursus. Et his dictis soluit concionem.] Legitimam congregationem sic uocat, eo quòd tres conciones iuxta legem quólibet mense fierent. Illa autem erat præter legem. Ad hæc terruit illos, dícens: Periculum est ne seditionis accusemur. Sed uideamus iterum lecta: His autem impletis, inquit, proposuit Paulus in spiritu, trãsita Macedonia & Achaia in Hierusalem proficísci.] Non iam hoc humana ratione facit, sed spiritu quo etiã decreuit transire. Hoc est enim, proposuit: & hunc sensum habet sermo. Quare autem mittit Timotheum & Erastum, nõ dicit. Mihi uidetur etiam de hoc dicere, In spiritu: ut non ultrà lateant. Statueramus ut relinquerentur Athenis soli. Et uide, Duos qui sibi ministrabant, mittebat, ut aduentũ suum significent, & alacriores reddant. Maxime in Asia uersatur. Meritò. Illic enim erant multæ tribus philosophorum: & ut uenit, iterũ loquitur illis. Etenim magna erat illic superstitio. Demetrius enim quidam faber argentarius collectis ijs qui eiusdem opificij erãt, dixit, Viri, scitis & uidetis, & auditis. Ita manifestum erat quod fiebat. Hic, inquit, Paulus persuadens, conuertit magnam turbam. Et ita non uiolenter, sic persuasit. Ita persuadendæ sunt ciuitates. Deinde adducit id quod illis dolebat. Nõ esse deos qui manibus fiunt. Quid est hoc? Subuertit, inquit, artem nostram. Et ne cogitent ac dicant, quòd solus homo talia possit, & si tantum possit, eis sit credendum: subdidit, Quam tota Asia & orbis colit. Vocem illorum putabant diuino spiritui obfuturam: Vere pueri Græci. Ex hoc, inquit, opificio uíctitamus, & lucrum nostrum est. Et si ex hoc opificio quæstus noster est, quomõ persuasit uilis homo? Quomodo tantæ consuetudini prævaluit? Quid faciendo, uel quid dicendo? Non est Pauli, nõ est hominis. Et hoc sufficit dixisse, quòd non sunt dij. Itaq; si sic tam facile deprehẽditur ímpietas, olim cõdemnatam esse oportebat. Si autem fortis, non tam statim tollenda. Non solum autem hæc pars

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostra periclitatur. Sic sanè aliquid maius dicens, hoc subdidit. Auditis autē illis, impleti furore clamabant, Magna Diana Ephesiorum. Singulæ enim urbes suos habebant deos. Et ita afficiebantur, quasi uocibus cultum eius reparaturi, & quæ facta erant, retexturi. Vide incompositam multitudinem. Paulo autem, inquit, uolente ingredi ad plebem, nō permittebant eum discipuli. Itaq; Paulus uolebat ingredi, ut concionetur. Nam persecutiones ad doctrinam assumebat, sed discipuli nō sinebant illum. Et considera quanta erga illum usi sunt prouidentia ubique, & ab initio illum eduxerunt, ne letalem acciperet plagam: quamuis sanè audiuissent, quòd oportebat etiam Romam uidere: attamen prohibēt: cum singulari autem dispensatione prænunciat, ne post factum turbentur, ita neq; pati illum aliquid uolebāt. Et quidem principes Asiæ obsecrabant illum, inquit, ne introiret in theatrum. Scientes eius promptitudinem obsecrabant, sic omnes illū amabant fideles. Et quare, inquit, Alexander uoluit rationē reddere? Nónne ipse intrusus erat? Vt & data occasione cōfutaret totum, & furorem populi extingueret. Vidistis furorem omni carentem ordine. Bene & cum increpatione scriba. Quis est, inquit, qui nescit Ephesiorum ciuitatem? Sic dixit, id quod timebant. Quasi diceret: Nónne colitis illam? Et nō dixit, Quis est enim qui non nouit Dianam: sed, ciuitatem nostram: curans illos. Cum igitur his contradici nequeat, oportebat uos modestius agere. Hæc sanè obiurgat, quasi dicens: Quid igitur quæritis quasi incerta sint? Manifestum q; contumelia ad deum pertingit. Ex pietate auaritiæ prætextum quærūt. Deinde clàm perstringit illos, ostendēs quòd absque ratione conuenerint. Et nihil, inquit, præcipitanter facere: ostendēs quòd temere ac præcipitāter egerint, hoc dixit. Itaq; si Demetrius & qui cū illo sunt, habēt causam aduersus aliquem, procōsules nō desunt. Et hoc obijcit, ostendēs quòd nō oportebat priuatorum criminum causa cōgregationem generalem facere. Etenim periculum est, inquit, ne accusemur. Hoc dicto in magnas angustias eos conjicit, quū nulla causa subsit: unde non poterimus rationem reddere concursus istius. Vide quàm prudenter incredulí rationem reddunt, quamq; sapienter. Sic extinxit furorem: nam ut facile accenditur, ita etiam facile extinguitur. Et his dictis dimisit cōcionem. Vides deum permittere tentationē, discipulosq; excitare, & excutere eis somnum, & sic alacriores reddere?

MORALE.

Itaq; ne succumbamus tentationibus. Ipse enim exitum quoq; dabit, ut possimus sufferre. Nihil ita amicos facit ac coniungit, ac tribulatio. Nihil nobis doctoribus sic utile, uti audiantur quæ à nobis dicunt. Auditor enim quādo in delicijs agit, oscitans est ac ignauus, & loquente quopiam intertur bari sibi uidetur. In afflictione autem & tribulatione, in magnum audiendi desiderium incidit. Nam quum anima angustiatur, undiq; consolationē afflictionis inuenire quærit. Non paruam autē consolationem affert sermo. Quid igitur, inquit, ludæi quum affligerētur, præ pusillanimitate non audierunt? quia ludæi erant, qui semper infirmi ac ærumnosi. Et aliter, Quia illic magna afflictio erat, nobis autem de moderata sermo est. Vide enim, Expectabant liberari à malis quæ illos detinebāt, & in plura inciderunt mala. Hoc autem non uulgari ter animos perplexos reddit. Afflictiones abstrahunt nos ab affectione erga præsentem mūdum. Itaq; statim mortem petimus, & non sumus amatores corporis, quæ sanè maxima philosophiæ pars est, non deditum, neq; adstrictum esse præsenti uitæ. Anima quæ affligitur, nō uult in multis esse occupationibus, sed solum refocillationem & quietem amat. Facile est ei à præsentibus liberari, etiamsi nihil aliud sit. Quemadmodum corpus q; laboribus fatigatum & exhaustū, non diligi uult, neq; uentri indulgere, sed requiescere, & silenter iacere: ita & anima plurimis onerata, in quiete ac silētio esse festinat: quæ in refocillatione est ac delicijs respuit, turbata est, superba est. Illa quæ nihil habet fluxum & effusum, tota constringitur, & aliena est ab omni superbia: & hæc quidem uirilior est, hæc autem puerilior, & hæc quidem grauior, illa aūt leuior. Et sicut si quid lapsum fuerit in multas aquas, quod leuius est, turbatur: ita & anima ubi multis gaudijs impleta fuerit, & maxima quis peccata uiderit à nimijs gaudijs prouenisse. Et si uolueritis, domus duas depingemus: unam habētium nuptias, alteram in luctu agentiū. Ingrediamur cōsideratione utrāq;, uideamus utra melior: inuenietis enim lugētis domus plena philosophię, domus autem nuptiarum, referta fœditate. Vide enim turpia illic uerba, risum incompositū, sessiones magis incompositas, uestē & gressum plenū turpitudine, & gestus stultitiam & insipientiā præse ferētes, omnia illic risum & ridicula: nō ipsas nuptias dico, absit, sed ea quæ in nuptijs fiunt. Insanit tūc natura, præsentes pro hominibus bruta fiunt, & alij quidem ut equi hinniunt, alij uero ut asini calcitrant, magna diffusio, magna dissolutio, nihil maturū, nihil generosum. Magna ibi diaboli pompa, cymbala, tibiæ, & cantica plena scortationum ac adulteriorum. At non ita agitur ubi luctus, sed ibi omnia bene composita: magnū enim silentiū, magna quies, magna submissio, nihil sine moderatione, nihil incompositum, si quis etiā aliquid locutus fuerit, omnia quæ loquetur philosophiam sapient. Et hoc profectò mirum, quòd per illud tempus non uiri soli, sed etiam mulieres ac famuli philosophant. Talis est enim natura luctus. Et uidentur quidem consolari lugentem, plurima autē philosophiæ decreta narrāt. Preces statim quæ hactenus intermissæ audiuntur, & ad consolandum afflictos sufficiunt. Et enumerabimus innumera id genus dicta deplorantium. Quid est enim homo? naturæ nostræ inquisitio. Quid igitur est homo? uitæ & nostræ prauitatis accusatio, commemoratio eorum quæ in futuro iudicio. Vnusquisq; domum redit, à nuptijs quidem tristitia affectus, eo quòd ipse minus feliciter agat, à luctu aūt seipsum consolans, cōcupiscētiarum igne restincto quòd talia passus non sit. Sed quid? Vis carcerē & theatrum conferamus? Ille quidem afflictionis, hoc autem uoluptatis est locus. Age igitur, uideamus ea quæ utrisq; cōtingunt. Illic philosophia multa est. Vbi enim mœstitia, & philosophia. Qui antea opibus inhiabat, qui ualde inflabatur, & uix permittebat uulgarem hominem sibi loqui, is tunc humilis fit, quasi igne quodam in animam eius illapso, & duritiem molliente metu ac tristitia, tunc mœstus fit, tunc secularem mutationē sentit, tunc fortis fit ad omnia. At in theatro omnia contraria, risus, turpitudo, pōpa diabolica, effusio, insumptio temporis, & expēsio dierum inutilis, concupiscētiæ absurdæ præparatio, adulterij meditatio, scortationis gymnasiū, intemperātiæ schola, adhortatio turpitudinis, occasio risus, turpitudinis exempla: sed nō sic agit in carcere, ubi humilitas animi, exhortatio & extimulatio ad philosophiā, cōtemptus rerū secularium, omnia cōculcata & despecta. Et quasi pedagogus puero metus assistit, ad omnia quæ oportet illum cōponēs. Sed si uis iterū aliter ingremus illa loca. Vellē te occurrere uiro à theatro uenienti & alteri è carcere egredienti, & uideres illius animam fastidientē, turbatam, uerecq; cōstrictam: huius autem solutā, promptam, & ferè alatam. nam ille à theatro recedit, oculis mulierū quę illic adstrictus, quouis ferro grauiora ferēs uincula: nempe loca quæ illic, uerba, habitus. Qui autē à carcere, ab omnibus liberatus, nō iam putabit se aliquid graue pati, sua cum alienis cōparās, quòd non est ligatus gratiam nunc habet, cōtemnit humanas res, multos diuites uidēs in calamitatibus, multa & magna potētes & ligatos illic, etiamsi iuste quid patiatur, etiāsi fortis est. Quin & illius loci multa exempla in cogitationē ducent futuri iudicij, & horrebit locis ijs ibi iam uisis. Sicut enim ibi qui in carcere conclusus, mitis erga omnes est: ita & illi ante iudiciū, ante futurum diem, erga mulierem, erga pueros, erga domesticos erūt æquiores. Sed à theatro nō sic reditur. Iniucundius enim uir aspiciet mulierē, & importunus ministris erit, exacerbabitur erga pueros. Magna mala theatra efficiunt ciuitatibus, magna, & neq; hoc scimus q; magna. Si autem non fatigaremini, etiam loca risus, sympo sia dico, inquireremus. Ibi parasiti adulatores & magnę deliciæ. Et loca alia ubi claudi et cæci. Iterum illic quidem ebrietas & deliciæ, & hilaritas, hic autem contrarium. Vide & in corpore, quando phlegmate calet, quando in delicijs est, facilius in morbum cadit: quādo autem castigatum fuerit, nō sic. Vt autem manifestius uobis faciam quod dico, sit corpus habēs multum sanguinem, & carnes multas, ac in delicijs agens. Hoc etiam à fortuito euentu febrem parere potest, si simpliciter doluerit. Sit autem aliud fame ac tribulatione magis firmum, hoc uix à morbo comprehēdetur ac fatigabitur. Sanguis licet sanus sit in nobis, sæpe tamen multitudine morbum attulit: si autē modicus sit, & non sanus, facile compesci potest. Ita profectò & de anima dixerim. Quæ enim in delicijs est & refocillatione, ualde propēsos ad peccatum habet impetus. Stat enim prope arrogātiam & uoluptatem, & uanam gloriam, & inuidiam, et insidias ac calumnias. An non frugalitas in afflictione, & ab omnibus libertas? Ecce quàm magna est nostra hæc ciuitas. Vnde igitur nascuntur mala, nónne ab opulentis? nónne à gaudētibus? Qui in uincula trahunt, qui facultates dilapidāt, utrum miseri & abiecti, an qui multum inflantur ac gaudent? Nō potest ab afflicta anima aliquid mali fieri. Nouit illius uirtutem Paulus, & propter hoc dicit: Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio autem spem, spes uero non confundit. Oro ne succumbamus afflictionibus, sed in omnibus gratias agamus, ut quid magni lucrifaciamus, ut probemur deo qui tentationes permittit. Magnum bonū est afflictio. Et hoc à pueris nostris discimus. Nam absq; afflictione nihil utile discunt. Nos autem magis quàm illi egemus afflictione. Nam si illi cum afflictiones eis desunt, lasciuiūt, multo magis nos, & maxime tot malis obnoxij, unde nobis magis opus erat pædagogis. A pueris enim non magna peccata committuntur, at à nobis maxima. Noster autem pedagogus est afflictio. Igitur tribulationem futuram nē nobis ascisca mus, præsentē strenue feramus, quò diuina gratia bona diligētibus deum reposita assequamur in Christo Iesu domino nostro, cū quo patri simul ac spiritui sancto, gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorū, Amen.

POSTQVAM AVTEM CESSAVIT TVmultus, uocatis ad se Paulus discipulis, cōplexusq; illos profectus est, ut iret in Macedoniam. Homilia XLIII. Cap. XX

AB HOC tumultu multa consolatione opus erat. Hoc sanè & facit, & ut consoletur discipulos, uadit in Macedoniam, deinde in Græciā. Et quòd multum illos consolatus fuerit, audi:

Cum autē perambulasset partes illas, & exhortatus fuisset eos multo sermone, uenit in Græciā. Et ibi peractis mensibus tribus, quum essent illi structæ insidiæ à Iudæis, soluturo in Syriam, habebat in animo, ut reuerteretur per Macedoniā. Cōmitatus est autē eum usq; ad Asiam Sopater Berhœensis, Thessalonicēlium uero Aristarchus & Secūdus, & Gaius Derbæus & Timotheus. Asiani uero Tychicus & Trophimus. Hi prægressi expectarunt nos in Troade.] Iterum persequutio fit à Iudæis, & uenit in Macedoniam. Quomodo autem Timotheum Thessalonicensem dicit? Nō dicit hoc. Sed præoccuparunt hi, inquit, & prius uenerant in Troadem uiam eò parantes. Nos uerò abnauigauimus post dies azymorum à Philippis, & uenimus ad eos Troadē intra dies quinq; ubi demorati sumus diebus septem.] Etenim mihi uidēr dies festos celebrasse in magnis urbibus. A Philippis abnauigat, ubi facta ea quæ de carceris custode habes. Tertiò autem nunc in Macedo

Universidad de Deusto
Biblioteca

niam uenit, & magnum testimonium dat Philippensibus, ideo & demoratur illic: In die autem sabbatorum cõgregatis nobis ut frangeremus panem, Paulus disserebat eis, postridie abiturus, protraxitq; sermonem in mediam noctem.] Vide ut omnia uelut obiter acciderant prædicationi: Pentecoste tunc erat, & dies dominicus, & usq; ad noctis dimidium sermonem extendit: adeò salutem discipulorum cupiebat, quòd neq; per noctem silebat, sed tũc propter silentium magis disserebat, & ad ipsum cœnę tempus. At conturbauit festum diabolus quantum potuit, demergens somno auditorem ac deprimẽs: quod quomodo cõtigerit, narrat addens: Erant autem lampades multæ in cœnaculo in quo erant congregati. Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychus, in fenestra quum degrauaretur somno profundo, differente diutius Paulo magis depressus à somno, decidit ex tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus. Cum descendisset autem Paulus, incubuit super eum, & complexus dixit: Nolite turbari, anima enim eius in ipso est. Cum ascendisset autem, fregisseteq; panem ac degustasset, diu colloquutus usque ad diluculum, ita demum profectus est. adduxerunt autem puerum uiuentem, & lætati sunt non mediocriter.] Vide quomodo fortuitum theatrum præparatum erat futuro miraculo, collectis in unum discipulis. In fenestra, inquit, sedebat, & intempesta nocte. Tantum erat audiẽdi desiderium. Confundamur nos qui neq; in die hoc facimus. Sed Paulus, dicis, disserebat tunc. Quid dicis? Etiamnum Paulus differit, imò neq; tunc, neq; nunc Paulus, sed Christus, & nullus audit: non fenestra nunc, non fames, non somnus interturbat, attamen non audimus, non angustia loci, non aliquid horum. Et hoc sanè miraculum, q; etiam ille cum esset adolescens, non erat ignauus, & quum somno grauaretur, non recessit, neque timuit periculum, ne delaberetur. Ne mireris, non enim ab ignauia dormitauit, sed à necessitate naturæ. Tu autem uide oro promptitudinem, quòd etiam in tertio cœnaculo erant. Nondum eñ erat ecclesia. Ne turbemini, inquit, anima illius in ipso est. Non dixit, resurget, excitabo enim illum: sed quid? ne turbemini. Vide ut fastu caret, & prompte consolatur. Et ut ascendit, fregitq; panem, inquit, ac gustauit. Hoc sermonem interpellauit, nõ offendit. Vides sine superfluitate cœnã. Et ut gustauit, inquit, diu colloquutus est usq; ad diluculũ, & ita exijt. Vides quomodo pernoctarint, quales mensę fuerint? quàm sobrie iterũ auditores abierint, quàm studiosi ad audiendum fuerint? Quid nos à canibus distamus? Videtis quantum discrimen. Adduxerunt autem puerum uiuum, & consolationem habuerunt nõ uulgarem. Magna hæc consolatio, & quòd uiuum recipiunt, & quòd miraculum factum est. Nos autem conscensa naui soluimus Assum, illic expectaturi Paulum. Sic enim constituerat, ipse per terram iter facturus. Quum autem conueniissemus Assum, recepto eo uenimus in Mytilenen.] Vbique à discipulis segregatur Paulus. Ecce enim ipse quidẽ pedes uiã ingreditur, illi autẽ nauigio uadunt: permittit illis quod leuius, eligẽs sibi quod molestius. Pedes uadit, partim multa gerens sapienter, partim docens illos à se nõ separari. Et inde nauigantes sequenti die uenimus cõtra Chium. Postridie uero appulimus Samum, & commorati Trogyllij, proximo die uenimus in Miletum.] Vides quomodo festinante Paulo pergunt, & non moram trahunt, sed prætereunt insulas. Proposuerat enim Paulus præternauigare Ephesum, ne tempus tereret in Asia.

Festinat enim, si possibile esset, ut diem Pentecostes ageret in Hierusalem.] Quid sibi uult festinatio illa? non erat propter festũ, sed propter multitudinem: interim hoc ludæis dabat, quasi colat festiuitatem, & rapere uolens inimicos, festinabat sermonem annunciare. Vide igitur quantum lucrum omnibus præsentibus? Et aliter: Ne Ephesi negligãtur, interim dispensat & curat. Sed iterum uideamus quæ lecta sunt: Et cõplexus, inquit, discipulos, exijt profecturus in Macedoniam, & exhortatus est illos sermonib. multis, ac uenit in Græciam, & hac ratione illos iterum refocillauit, magnam consolationem illis dans.] Vide ut ubique sermonibus, non signis omnia corrigit. Soluturo autem in Syriam. Continuo nobis ostendit illum festinãtem in Syriam. In causa erat ecclesia & Hierusalem: adeò desiderabat etiam ea quæ illic erant corrigere. Quamuis non magna Troas sit. Cur igitur septem diebus illic manẽt? magna forsan erat iuxta fidelium numerum. Et cum dies septem ibi mãsissent, noctem sequentem insumpsit in doctrinã. Ita ægrè ab illis ipse auellebatur. Congregatis autem nobis ut frangeremus panem, per illud tempus quo mõstrabatur esurire, & non erat intempestiuum, principio sermo sumptus productus est. Et ita non simpliciter docuit, sed cõuenerant quidem ad frangendum panem, inciderãt autem in sermonem, ac doctrinam productiorem fecerant. Vide quomodo & mensę Paulinæ omnes socij erant. Mihi uidetur quòd etiã ad mensam sedens docuerit, erudieritq; ut nos omnia reliqua pro parergis & accessorijs habeamus. Considerate autem nobiscum domum illam ubi lampades erant, ubi turba, ubi Paulus medius disserebat, ubi & fenestras occupabant, ut audiant tubam illam, & amabilem uultum intueantur, & quãtam hinc uoluptatẽ acceperint. Quare autẽ in nocte disserebat? quoniam exituri erant, & nõ dabatur illum uidere amplius: sed hoc quidem illis non dicit, utpote infirmioribus, alijs autem dicebat. Interim et noctis istius memoriam conseruabat miraculum istud insigne. Magna uoluptas auditorum erat, q; & interpolatus sermo magis productus est. Et ita pro doctore casus fuit. Et alioquin etiam omnes ignauos ipse increpiturus erat, qui propter hoc mortuus, ut Paulum audiat. Et quare, inquit, enumerat singula, & quò ierunt, & unde abierunt, & ubi quidem morati sunt, quæ etiam loca prętetra uigarunt? Vt ostendat nũc ociosius illum nauigare, idq; humana ratione, & prętternauigare. Statuerat enim

rat enim præternauigare Ephesum, ne diu tẽpus, inquit, tereret in Asia. Bene. Illuc eñ ueniens non potuisset præternauigare, quoniam noluisset contristare eos qui se intantum expectabant. Vel igit hoc est quod dicit, uel etiã q; festinauit. Dicit eñ: Festinabat si possibile esset, ut diẽ Pẽtecostes ageret in Hierusalem. Vnde non poterat manere. Vide illum etiam humana ratione moueri, & cupere ac festinare, & sæpe non assequi. Fiunt autem hęc ideo, ne putemus q; sint super humanam naturã. Sancti enim & magni uiri illi eiusdem naturæ, cuius & nos participes erant, non eiusdem uoluntatis. Ideo & magnam gratiam consequebantur. Vide igitur quanta etiam per seipsos gerant. Ea propter dicebat: Ne demus offendiculum his qui uolunt. Et iterum: Ne infametur ministeriũ nostrũ. Ecce & uita irreprehẽsibilis, & magna submissio. Hoc dicimus dispẽsationem, uenire in fastigium & excelsæ uirtutis, & modestiæ submittentis se ad aliorum mores. Et audi quomodo absq; præcepto rum Christi transgressione, hic iterum omniũ humillimus fuit. Omnibus omnia factus sum, inquit, ut omnes lucrifaciã. Idem etiam in periculа se misit, sicut alibi dixit: In patientia multa, in afflictionibus, in necessitatib. in angustijs, in plagis, in uinculis. & magnus erat amor eius erga Christum, sine quo omnia superflua, & humilis in rebus gerẽdis ordinatio, & irreprehensibilis uita, & periclitatio. Quis infirmatur, inquit, & non infirmus sum ego? Quis offenditur, & non uror ego?

1. Cor. 9
2. Cor. 6
1. Cor. 9
2. Cor. 6

MORALE.

Hæc obsecro & nos imitemur uerba, & in pericula iaciamus nos propter fratres, siue ignis, siue ferrum fuerit. Abijce teipsum dilecte, ut tuũ membrum eruas. Abijce te ipsum, ne timeas. Discipulus es Christi, qui propter fratres animã suam posuit. Cõdiscipulus es Pauli, qui innumera mala pati propter eos q; se impugnabant inimicos, uoluit. Implere zelo, imitare Mosen. uidebat iniuste læsum, & ultus est, regiasq; delicias cõtempsit, & factus est propter ærũnosos illos exul, erro destitutus cognatis, & domo, incẽ aliena terra longo tempore uersatus est, & non reprehendit seipsum, nec dixit hæc uerba: Regnũ contempsi, honorẽq; tantum & gloriã, uolebam ulcisci eos qui iniuste affligebantur, & despexit deus. Et non solũ non reduxit me ad pristinum honorẽ, sed quadraginta annis in aliena terra uersor. Bene facium q; tales mercedes accepi. Sed nihil horũ uel dixit, uel cogitauit. Ita & tu etiamsi malum quid patiaris, benefacias, tametsi multo tempore ne offendaris, neque turberis, omnino retribuet tibi retributionẽ deus. Quantum differtur merces, tantum usuræ augentur. Igitur habeamus animam compassioni deditam, habeamus mentem condolere scientem. Nihil sit uobiscum uel crudele, uel inhumanũ, etiam si nihil possis afferre, lacrymare, ingemisce, dole in his quæ fiunt, neq; erunt hæc frustra. Si ijs qui à deo puniunt, cõdolere oportet, multo magis his qui ab hominibus iniuste patiuntur. Non egredie bantur, inquit, Senan ad plorandum domũ suam uicinam, accipient dolorẽ, propter quæ extruxerunt in derisionẽ. Hoc accusat Micheas, q; nõ condoluerunt. Quid dicis ô prophetа? Deus punit, et ego condolerẽ his qui puniunt? Etiam. Hoc enim uult ille qui punit, neq; enim ipse qui punit, oblectatur. Quoniã igitur neq; is qui punit, lætatur: igitur & tu quoq; ne lęteris. Sed si iuste quidẽ, inquit, puniuntur, nõ oportet dolere. Etiam propter hoc est dolendũ, quia digni supplicio uisi fuerunt. Dic obsecro, quando uideris filium tuum uri uel secari, nónne doles? Manifestũ q; doles. Et nõ dicis tibijpsi, Cur hoc? Ad sanitatem sectio spectat, p liberatione est ustio. Attamen quando audieris ululantem, nec ferentẽ dolorem, non sufficit illa sanitatis spes ad auferendã naturæ cõfusionem: Ita & in illis, etiamsi ad sanitatem puniant, attamen fraternam declaremus nos affectionẽ erga illos, paternamq; uoluntatem. Sectiones & ustiones sunt pœnæ dei, sed propter hoc debemus flere q; ægrotarunt, q; tali opus habuerũt medicina. Si quis propter coronas hæc patiat, tunc non dole, ut Paulus ac Petrus. Quãdo aũt pœnam iure fert, tũc plora, tũc ingemisce. Tales fuerunt prophetæ. Idcirco et quidam illorũ dicebat: Hei mihi dñe. Delebis tu reliquias Israel? Homicidas uidemus sępe ac scelestos uiros qui puniuntur, & crucianr ac dolemus. Ne simus supra modum philosophi: misericordes fiamus, ut misericordiã cõsequamur. Nihil illi bono conferendum est. Nihil ita humanum ostendit characterẽ, ut misereri & humanum esse. Propter hoc & leges lictoribus totum permittũt, uolentes iudicem usq; ad pronunciationẽ sententiæ punire, educunt autem illos ad opus. Ita etiam si iuste fiat, non est animæ uirtutũ studiosæ punire, sed aliquo alio hoc habet opus. Quia & deus nõ per seipsum punit, sed per angelos. Lictores igit sunt angeli? Absit, non hoc dico, sed ultrices potestates sunt. Quãdo Sodoma subuersa sunt, per illos facta sunt omnia: similiter & ea quæ in Ægypto acciderunt. Immissionẽ enim, inquit, per angelos malos. Igit quando seruare oportet, per seipsum hoc facit. Ita filium misit in salutẽ generis. Et iterum: Tunc, inquit, dicam angelis: Congregate facientes iniquitatem, & projcite in caminum. De iustis uero dicit non sic: Sed, qui uos susċipit, susċipit me. Et iterum: Ligate illius pedes & manus, & mittite in tenebras exteriores. Vide illic seruos qui ministrãt. Quando autem beneficijs opus est, seipsum benefactorẽ uocat. Venite benedicti patris mei, percipite præparatum uobis regnum. Quando loquẽdum cum Abraham, ipse adest: quando in Sodoma abeundũ, seruos mittit, sicut iudex aliquis pœnarum ministros excitãs. Et iterũ: Euge serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. Et hunc quidem ipse benedicit, illum autem malum non ipse, sed serui ligant. Hæc scientes nõ gaudeamus, dum aliqui puniunt, sed etiam doleamus: ploremus eos, ut etiam hinc mercedem accipiamus. Nunc autem multi gaudẽt etiam eorum malis qui iniuste affliguntur, sed non nos, imò nos omnẽ compassionem declaremus,

Ezech. 9
Pſal. 77
Matth. 25
Luc. 9
Matth. 22
Matth. 25
Luc. 19

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut & ipſi diuina benignitate fruamur, gratia & mi A
ſericordia unigeniti dei, cum quo patri & ſpiritui
ſancto ſit gloria, imperium, honor nũc & ſemper,
& in ſecula ſeculorum, Amen.

A MILETO MISSIS EPHESVM NVNcijs, accerſiuit presbyteros eccleſiæ, quí cum peruenisſẽt ad ipſum, dixit eis: Vos ſcitis à primo die quo ingreſſus ſum Aſiam, quomodo uobiſcũ per omne tempus fuerim, ſeruiens domino cum omni animi humilitate, cumq; multis lacrymis ac tentationibus quæ mihi acciderunt ex inſidijs Iudæorum, ut nihil ſuffugerim eorum quæ eſſent in rem ueſtram, quin annunciarem uobis, & docerẽ uos publice ac per omnes domos, teſtificans Iudæis ſimul ac Græcis eam quæ erga deum eſt pœnitentiam, & fidem quæ eſt in dominum noſtrum B
Ieſum. Homilia XLIIII.

VIDE ut ille urgeat quo propius adnauigetur, & nõ deſpiciat, ſed totũ probe diſpenſet, accerſens principes, & cum illis quæ dicta ſunt, tractans. Et admiratione dignũ eſt, q̃ quando neceſſitas adigit, tam eximia de ſeipſo dicere attẽtat, omni modeſtia utens. Sicut enim Samuel tradi-
1.Reg.19 tus Sauli principatũ de ſeipſo dicit: Nunquid à uobis accepi, uos teſtes ac deus. Et Dauid cum fides
1.Reg.17 non haberetur ei, dicit: In ouili eram paſcens oues patris mei, & quando uenit urſus, manibus illum
2.Cor.12 diſcerpſi. Et ipſe Paulus Corinthijs dicit: Inſipiẽs fui, uos me coegiſtis. Et deus quoq; iſtuc ipſum faC cit, non ſimpliciter de ſeipſo dicẽs, ſed quando ei non creditur, beneficia profert. Vide igitur & hic quid facit. Primum ipſorum teſtimoniũ affert, ne putes ſuperba eſſe uerba, etiam auditores adhibet in teſtes eorum quæ dicũtur, q̃ minime ipſis mentiatur. Hæc doctoris uirtus eſt, quando ſuorũ operum teſtes habet diſcipulos. Et mirabile eſt, q̃ nõ unam & alteram diem in hoc opere perſeuerauit, ſed plurimis annis. Vos em̃, inquit, ſcitis, quomodo uobiſcũ omni tempore egerim. Vult igitur illos exhortari, ut fortiter ferant omnia, & ſeparationem ſuam & futuras tentationes. Quemadmodum & de Moſe ac Ieſu legimus. Et uide quid addidit, ut dixit, quomodo uobiſcũ fuerim omni tẽpore, ſeruiens domino cum omni animi humilitate. Memor humilitatis eſt, quę his quí preſunt, maD xime congruit, eo q̃ facillime in arrogantiam tolluntur. Hæc uirtus bonorum omnium baſis eſt & fundamentum, quemadmodum & Chriſtus dice-
Matth.5 bat: Beatí pauperes ſpiritu. Nõ ſimpliciter autem humilitatem dixit, ſed cum omni humilitate. Multa enim ſciebat pertinere ad humilitatẽ. Eſt enim humilitas in ſermone & in opere erga eos quí preſunt, & erga eos qui ſubditi ſunt. Vultis uobis modos dicam humilitatis? Sunt quidem qui erga humiles exiſtunt humiles, erga ſublimes autem ſublimes, quod tamen nõ eſt humilitatis. Sunt iterum alij nõ tales, ſed erga utroſq; humilitatem & ſublimitatẽ ſeruant, quod etiã maxime humilitatis eſt. Docturus igitur illos talia, ne uideatur arrogans eſſe, prius fundamentũ iacit, ſuſpicionem tollens. Si enim cum omni humilitate ſui, inquit, nõ ex inſipientia loquor quę dico. Deinde manſuetudinẽ narrat: Vobiſcum, inquit, fui, ſeruiẽs domino: Socios operum oſtendens illos. Ita ubiq; ſocietas bona eſt. Cõmunia igitur facit opera, & nihil ſuũ ponit eximiũ. Quid enim, inquit? Neglecto'ne deo arrogans eſſe potuit? Etiam multi ſunt quí nõ laudantes deum arrogantes ſunt. Is autẽ nihil præter diſcipulorum laudẽ ſibi arrogat. Doctoris opus eſt, ſuis operib. diſcipulos moderari. Deinde ſuã fortitudinem oſtendit, quam ipſam eleuat ac imminuit: Cum multis lacrymis & tentationib. quæ mihi acciderunt ex inſidijs Iudæorũ. Vides q̃ dolet in his quę fiebant? Hic autem ſuam compaſſionem uidetur ſignificare. Afficiebaẽ enim ſic proB his quí peribant, quiq; hoc faciebant: nam pro his quæ ſibi fiebant, gaudebat. Erat enim ex illorum choro quí gaudebant, q̃ digni habiti ſunt quí pro nomine illius contumeliam ferãt. Et iterum alibi
1.Cor.4 dicit: Et nũc gaudeo in paſſionibus meis, nam momẽtanea leuitas afflictionis noſtrę mirę ſupra modum æternum pondus gloriæ operatur in nobis. Verum hæc ex modeſtia dicit, hic autem oſtendit fortitudinem ſuam, & non tantum fortitudinem, quantum patientiã. quaſi diceret, Male equidem patiebar, ſed uobiſcũ. Etiam hoc graue eſt, quod à Iudæis. Vide oro, hoc loco characterẽ doctrinæ, & dilectionẽ ponit ac fortitudinẽ. Qd' nihil ſubterfugerim, inquit, promptitudinẽ ac ſedulitatẽ ſuã oſtendit. Eorũ quæ in rem ueſtrã eſſent. Erant em̃ quædã quę diſcere non oportebat. VndeC ſicut inuidiæ eſt quædã abſcõdere, ita inſipientiæ omnia dicere, propter hoc addidit: Eorũ quę in rẽ ueſtram: non quaſi illa ipſa cum damno ſubtraxerim. Docui, inquit, nõ locutus ſum. Et hoc ita eſſe docent ſequentia, ſubdit enim: Publice & per ſingulas domos, oſtendẽs magnũ laborem, ſedulitatem ac perſeuerantiã. Teſtificãs Iudæis ſimul ac Græcis.] Non uobis ſolũ, ſed etiam Græcis. Hic eſt illa dicendi libertas. Etiam licet nihil profuiſſemus, dicere oportet. Hoc eſt enim proprie, Teſtificor: quãdo non attendentib. loquimur. Ita Moſes ait: Teſtificor cœlum ac terram. Et nunc ille: Teſtificans Iudæis ſimul ac Græcis pœnitentiã agant, & conuertantur ad deum. Neq; enim Iudæi illum ſciuerũt, eo q̃ filium ignorarint, & opera ac fidem non habuerint erga Ieſum Chriſtũ. Quare igitur hæc dicis? quare hęc cõmemoras? quid accidit, nihil habes quod obijcias? Prius cõcuſſa illorũ mente, deinde ſubdit: Et nunc ecce ego alligatus ſpiritu, uado in Hieruſalem, ea quę in illa mihi occurſura ſunt ignorans, niſi quòd ſpiritus ſanctus per ſingulas ciuitates mihi teſtificaẽ, dicens: quòd me uincula & perſecutiones expectent. Verum nihil me mouet, neq; anima mea charior eſt mihi, ut cõſummẽ curſum meũ cum gaudio, & miniſteriũ q̃ accepi à domino meo Ieſu, ut teſtificer euangeliũ gratię dei.] Præparat illos ut ſemper parati ſint ad pericula tam manifeſta, quàm non manifeſta. Oſtendens autẽ quòd ad magna accedat, niſi quòd

ſpiritus

ſpiritus ſanctus, inquit, mihi per ſingulas ciuitaA tes teſtificatur, ut monſtret quòd ſpõte ſubeat: & ne uincula uel neceſſitatem putes, per ſingulas ciuitates dixit, deindeq; ſubdit. Non habeo pretioſiorẽ meipſo animũ, ut conſummẽ curſum meum cum gaudio, & miniſterium quod accepi à domino. Vides quòd non deplorantis uerba ſunt, ſed moleſte loquentis ac docentis illos, ac cõpatientis in his quę fiebant. Non dixit, dolemus, neceſſe autem eſt ferre: ſed neq; cẽſeo. Hoc iterum dicit, non ſeſe extollens, ſed illos docẽs, per priora quídem humilitatem, per hæc autem fortitudinem, dicendiq; libertatẽ, quaſi diceret: Non amo illam præ hac, pretioſius arbitror conſummare curſũ ut teſtificer: nõ dixit, ut prædicẽ, doceam. Sed quid? Vt teſtificer euangelium gratiæ dei. grauius quid B dam dicturus: Mundus ego à ſanguine omnium: ideo prius præparat & oſtendit quod nihil omiſerit. Igitur quoniam illis erat omne pondus ac ſarcinam impoſiturus, prius emollit mentem illorũ, dicens: Et nunc ecce ego ſcio, quòd non ultra uidebitis faciem meam. Deinde hoc ſubdit: Mũdus ego ſum à ſanguine omniũ. Duplex triſtitia, tunc faciem illius ultra non conſpiciendam, & ab ipſis omnibus. Nõ enim ultra, inquit, uidebitis faciem meam uos omnes, inter quos tranſiui prædicans regnũ: & merito cõteſtor uobis, utpote non ultra affuturus. Mundus ego à ſanguine omnium. Nõ enim ſubterfugi quo minus annunciem omnẽ uoluntatem dei. Vides quomodo terret, & laboran
tes illorum animas ac cõtritas atterit. Bene, quia C neceſſarium erat. Non enim ſubterfugi, ut nõ annunciem uobis, inquit, omnẽ uoluntatem dei. Igitur qui non dicit, reus eſt ſanguinis, hoc eſt cędis. Nihil hoc terribilius. Oſtendit q̃ & illi, ſi non faciant, rei ſunt ſanguinis. Et uidetur quidem rationem reddere, illos autem terret. Attendite igitur uobis ipſis & gregi, in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos, ut paſcatis eccleſiam dei, quam acquiſiuit per propriũ ſanguinẽ. Vides, duo præcepit. Igitur neq; alios corrigere ſolũ, habet quid-
1.Cor.9 quam lucri: Timeo enim, inquit, ne alijs prædicãs ipſe reprobus efficiar: neq; ſui ſolius curam habere. Qui enim ſeipſum amat, & quæ ſua ſunt quærit, ſimilis eſt ei qui talẽtum defodit: nõ q̃ potior nobis habenda ſit noſtra ſalus q̃ gregis, ſed quía D quando nobis ipſis attendimus, tunc & grex lucrũ habet. In quo uos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos, ut paſcatis eccleſiam dei. Vide quãtæ neceſſitates. A ſpiritu ſancto ordinationẽ habetis, inquit. Hoc enim eſt, poſuit, una eſt iſta neceſſitas. Deinde ut paſcatis eccleſiã dei, ecce & ſecunda: Quam, inquit, acquiſiuit per propriũ ſanguinem. Multum oſtẽdit, dum dicit, preciоſam rem, et non paruũ eſſe periculũ, quando quidẽ dñs pro eccleſia neq; ſanguini ſuo pepercit: nos autem fratrum ſalutẽ cõtemnimus: & ille quidem ut inimicos conciliet, etiam ſanguinem effudit, tu autem neq; amicos factos potes retinere. Ego em̃ ſcio hoc, quòd ingrediẽtur poſt abitũ meum lupi graues in uos, non parcentes gregi.] Iterum aliunde illos admonet à futuris, ſicut quãdo alicubi dicit: Non eſt uobis certamen cõtra carnem & ſanguiEphes.6 nem. Quia ingredientur, inquit, poſt abitionem meam lupi graues in uos. Duplex malũ, & quod ipſe non adeſt, & quod alij imponẽt. Quid igitur abis, ſi hoc præuidiſti? Spiritus me trahit, inquit. Et uide nõ ſimpliciter dixit lupi, ſed apposuit, graues, uehementiã & impudentiã illorũ inſinuans. Et quod grauius, quia illos ex ipſis ſurrecturos dicit. Quod & ualde graue eſt, quãdo etiam domeſticum bellum fuerit. Et bene dixit, attrẽdite, oſtẽdens rem eſſe curatu perquam neceſſariã. Eccleſia enim eſt, & magnũ periculum: ſanguine enim illam redemit: & q̃ duplex eſt bellum. Hæc igitur manifeſtans dixit: Et ex uobis ipſis ſurgẽt uiri loquentes peruerſa, ut abſtrahãt diſcipulos poſt ſe. Quaſi à quopiam rogatus dicẽte: Quomodo igitur cuſtodient? Vigilate, memores q̃ triennio nocte & die nõ ceſſauerim cum lacrymis unũquenque admonere. Vide quot inſolita dicit, cum lacrymis: &, noctes ac dies: &, unumquenq;. Non enim ſi multos uidiſſet, tum demum eis parcebat, ſed ſciebat etiam pro una anima facienda omnia. Itaq; ſic illos etiam coniunxit. Quod autem dicit, hunc habet ſenſum: Sufficiunt ea quæ à me ſunt acta, triennio manſi. Satis confirmati fuerunt, ſatis radices fixerũt. Cũ lacrymis, inquit. Vides q̃d propter hoc lacrymæ? Hæc faciamus & nos. Nõ dolet malus, dole tu, fortaſſis & ille dolebit. Quẽ admodum ſi quando æger uiderit medicũ ſumentem cibũ, etiam ipſe incitatur: ita certe & hic erit: ſi uiderit te plorantẽ, emollietur, bonus uir ac mitis fiet. Neſciens, inquit, quæ euentura ſint mihi. Quid igit? Propter hoc abis? Minime, ſed & probe ſcio q̃ uincula & tribulationes me manẽãt. Ita quę ſcio quòd expectant me tentationes: nõ ſcio aũt quales, id quod erat difficilius. Ne igit deplorantẽ putetis me hoc dicere, nõ eſt mihi cara mea uita. Vt excitet illorum mentem hæc dicit, & perſuadeat, non ſolum ne fugiant, ſed etiam ſtrenue ferant. Propter hoc curſum & miniſteriũ opus uocat, curſu dignitatem, & miniſterio debitum inſinuãs. Miniſter, inquit, ſum. Nihil amplius habeo. Conſolans autem illos, ne doleant propter ipſius afflictiones, poſtquam dixit cum gaudio ſe hæc expectare, & mõſtrauit fructum, tunc ſubiungit & triſtia. hoc autem facit, ne mẽtem illorum obruat. & quænam ſunt ea triſtia? quía dicit: Ex uobis ipſis ſurgent uiri loquẽtes peruerſa. Quid igitur, dixerit quis, tantum teipſum reputas, ut ſi proficiſcaris, moriamur? Non hoc dico, inquit, quòd mea abſentia hoc faciat. Sed quid? Exurgent quídam inter uos, non propter abitionem meam, ſed poſt abitionẽ meam, hoc eſt, profectionẽ, quamuis etiam iã hoc factum ſit. Quod ſi factũ, multo magis poſthac fiet. Deinde & cauſa ponit, ut trahant diſcipulos poſt ſe. Et ita propter nihil aliud ſectæ, quam propter hoc. Subiungitur & cõſolatio: Quam acquiſiuit, inquit, per proprium ſanguinem. Si autem proprio ſanguine acquiſiuit, omnino defendet. Noctes & dies non quieui,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum lacrymis admonens. Hæc ad uos merito di- A
cerentur,& uidetur quidem sermo proprie ad do
ctores,est autẽ communis,etiã ad discipulos spe-
ctãs. Quid enim prodest si ego quidem nocte ac
die dico & obsecro & lacrymor, discipulus autẽ
non persuadetur? Vt enim ne putet quis, sufficere
ad defensionẽ esse discipulũ,& non opus obe-
dientia,propterea ut dixit: Testificor,subdit, non
enim subterfugi ut non annunciarem uobis. Igit̃
hoc solum doctoris,annunciare,prædicare, doce
re,non subterfugere,nocte ac die orare. Quando
autem dum hæc fiunt,nihil proficitur, scitis quid
reliquum. Deinde & alia defensio, quia mundus
ego sum à sanguine omnium.

MORALE.

Ne putetis oro,hæc nobis solis dici: etenim ad
uos quoq; sermo hic est,ut attendatis quæ dican-
tur,& ne ab auditorio recedatis. Quid faciã? Ec-
ce quotidie clamas disrumpor,ut recedatis à spe-
taculis,& multi rident nos. Sepius moneo,ne iu
retis,ne auari sitis,& nemo audit. Sed noctu hoc
nõ agis. Vellem etiã nocte hoc facere,& ad men-
sas uestras,si quidẽ liceret plurimis occupato ad-
esse uobis et colloqui. At dum per hebdomadam
semel uocamus uos,& ignaui estis,& alij quidem
non aduenitis,alij aut præsentes sine lucro abitis:
quid non faceretis, si continuo hoc faceremus?
Quid faciemus? scio multos etiã irrisuros nos, eo
q; semper eadem loquimur,tanta uos nostri tenet C
satietas. nos aũt in causa nõ sumus,sed auditores.
nam qui bene facit, semper cupit eadẽ audire,eo
q; laudes suæ dicuntur. Qui autẽ bene agere non
uult,etiã obtũdi sibi uidetur,& si iterũ eadem au-
diat,sæpissime se putat audire. Mundus ego sum
à sanguine omniũ,inquit. Hoc Paulo quidẽ con-
gruebat dicere,nos aũt non audemus hoc dicere,
multorũ nobis conscij: eo q; ille semper uigilabat
& assistebat,& omnia pro salute discipulorum fa
ciens sustinebat: nos aũt hoc Mosæ dicemus: Ira-
Exod.32 tus est mihi dominus propter uos, quia in multa
peccata adduxistis etiam nos. Quando enim mœ
remus uidentes uos non proficere, nónne quod
reliquũ est uiriũ nostrarũ cõcidit? Quid enim, dic
oro, factũ est? quid profecimus? Ecce em̃ per gra D
tiam dei & nos triẽnium iam habemus, noctesq;
& dies: nónne per tres dies, sæpe etiã per septem
exhortamur? Quid amplius assequimur, quam q;
reprehẽdimus, increpamus, lacrymas fundimus,
dolemus, etsi non foris, sed in corde. Illæ aũt sæpe
internis lacrymis leuiores sunt. nam illæ quidem
mœroris consolationẽ quandam afferũt, quẽ hæ
augent ac constringunt. Ita fit ut quando quis in
mœstitia fuerit, & dolorem enunciare nõ potue-
rit, ne uideatur uanæ gloriæ sectator esse, maiora
patiatur quàm si illũ enunciet. nisi uererer ne quis
iudicaret supra modũ honoris cupidũ, uidisse tis
quotidie fontes lacrymarũ me emittere, quarum
conscię sunt cubiculum et solitudo. Credite enim
mihi, de salute quidẽ mea desperaui, res autem ue
stras deploranti non uacat mea mala deplorare,
adeò totus deditus sum uobis: & si sentio uos ob- B
temperantes, præ gaudio non sentio mala mea: et
si uideo minus obtemperãtes, præ dolore iterum
intermitto mea. Glorior in uestris bonis, etiamsi
ego plurimis grauer: & lugeo in uestris difficulta
tibus, etiãsi multa bene agam. Quæ enim spes do
ctori grege corrupto? Qualis uita? qualis expe-
ctatio? cũ qua fiducia stabit apud deũ? Ponamus
enim, q; nec; reprehẽdatur, nec; det pœnam: sed
sit mundus à sanguine omniũ, etiã sic incurabilia
patietur. Quoniam & patres licet pro pueris non
redarguantur, attamen dolent ac cruciantur. Et
nihil ne, inquit, hoc prodest eis, nec patro cinatur,
quod ipsi uigilant pro animabus nostris? sed uigi Hebr.13
lãt ut rationem reddituri: & uidetur quidem hoc
B quibusdã esse terribile, me aũt uobis perditis hoc
nõ mouet: nam siue dem rationem, siue nõ dem,
nihil mihi prodest, utinã seruaremini uos, & dans
ego pro uobis rationẽ, audiam uos quidẽ seruari,
me autẽ officium non per omnia impleuisse. Nõ e-
nim cura est, ut uos per me seruemini, sed solũ ut
seruemini. Nescitis uiolentiam spiritualiũ in par-
turitione dolorũ, quàm malit sexcẽties defatigari
qui talem partũ enititur, quàm unũ ex his qui na-
ti sunt uidere perditũ ac corruptũ. Qua ratiõe uo
bis persuadebimus? nulla alia superest: sed hæc
quę uobiscũ agimus, omnimodã nobis parabunt
ueniam. Possumus & nos dicere, q; nihil subterfu
gerimus, nihilominus colemus: & q̃d dolemus,
manifestũ ex his quę toties apparamus & excogi C
tamus. Quãuis possem uobis dicere, Quid mihi
curæ est, ego quod meũ est feci, ego mundus sum
à sanguine, sed non sufficit hoc ad cõsolationem.
si quidem liceret cor nostrũ disrumpere ac ostẽde
re, uideretis intus esse in magna latitudine uos o-
mnes, mulieres, pueros, ac uiros. Tanta enim cha
ritatis uis est, ut cœlo latiorem faciat animam. Ca
paces nostri estote dicebat Paulus, neminem læsi 1.Cor.7
mus, non angusti estis in nobis. Hoc dicimus nũc
& nos, capaces estote nostri. Totam Corinthũ ha
bebat ille in corde suo, & dicebat: Dilatamini, & 2.Cor.6
uos non angusti estis: sed ipse non possem dicere
hoc. Bene enim scio, q; etiã uos me diligitis ac ca-
pitis. Sed quod lucrum uel meæ charitatis, uel ue
strę, quando in diuinis non proceditis? amplioris
D tristitię inde occasio. Nihil possum reprehendere
uos. Testificor enim uobis, quod si possibile fuis-
set, effossos oculos uestros dedissetis mihi. Vicis-
sim uellemus non solum euangelium, sed etiã ani
mas nostras dare uobis. Amamus & amamur, sed
hoc non est quod nunc quęritur. Amemus igitur
principio Christum, primũ enim mandatum est:
Diliges dominum deum tuum, Secundum aũt si-
mile ei, Et proximũ tuum sicut teipsum. Secundũ
habemus: primo opus est mihi & uobis, ualde, ha
bemus illud, sed nõ ut oportet. Diligamus illum.
Scitis quãta reposita est merces his qui dilexerũt
Christum, diligamus illũ cum feruore animæ, ut
fruẽtes eius gratia, effugiamus præsentis uitæ pro
cellas, & bona illum diligẽtibus promissa assequi
mereamur, gratia & misericordia unigeniti filij,
cui cũ patre simul ac sancto spiritu sit gloria, &c.

NVNC

NVNC COMMENDO VOS FRATRES A
deo & uerbo gratiæ eius, qui potens est uos su
perstruere, & dare hæreditatem uobis
inter omnes sanctificatos.

Homilia XLV.

QVOD in epistolis, hoc & in consilijs agit: ab admonitione in pre
ces desinit. Quoniam enim illos ualde terruit, dicẽs: Lupi graues
ingredientur ad uos, ne consternatas reddat animas, ac perdat: u
ide consolationem. Et nũc inquit: Sic dixit, manifestãs per hoc, quod quasi semper hoc agat. Cõ
mendo uos fratres deo & uerbo gratiæ eius: hoc est gratiæ illius, & bene sic dixit. Sciebat enim q̃d B
gratia saluat. Subinde illos memores facit gratię, quasi debitores studiosiores faciens, & considere
suadens. Qui potens est uos superstruere. Non di
xit, extruere, sed superstruere, ostendens quòd ex
trucli essent. Deinde spei futuræ meminit dicen-
do: Et dare uobis hęreditatem inter omnes sancti
ficatos. Subditur iterum admonitio: Argentum,
inquit, uel aurum, uel uestem nullius concupiui.
Radicem malorum auaritiam sustulit. Argẽtum,
inquit, uel aurum: non dixit, non accepi: sed, nec;
concupiui. Nõdum magnum hoc. Quod autem
post hoc, magnum. Vos scitis, quòd necessi-
tatibus meis, & his qui mecum sunt, ministrarunt
manus istæ. Omnia ostendi uobis, quòd sic labo-
rãtes oportet suscipere infirmos.] Vide illum o-
pere manuario usum: & non simpliciter, sed cum C
fatigatione. Necessitatibus meis, & his qui mecũ
sunt ministrarũt manus istæ. Hoc per admonitio-
nem dixit. Et uide quàm pro dignitate. Nõ enim
dixit, oportet pecunijs nõ succumbere: sed quid?
oportet suscipere infirmos, non simpliciter om-
nes, sed infirmos, ac meminisse sermonis domini
Iesu, inquit, quem dixit: Beatius est dare quàm ac
cipere. Vt ne quis putet ad illos dictum esse, se po
nere in exemplar, id quod alibi dicit: Exemplar
dantes uobis, subdidit sententiam Christi dicẽtis:
Beatum est dare magis, quàm accipere. Orabat
quoq; super illis admonẽdo, operęq; idipsum o-
stẽdebat. Et his dictis ac positis genibus suis cum
illis adorabat: non simpliciter, sed cum magna cõ
punctione. Magna consolatio. Et dicendo, Com
mendo uos domino, obsecrabat. Et factus est D
fletus magnus omnium, & ruentes in collum Pau
li, deosculabantur illum, dolentes, maxime ob ser
monem quem dixerat, quòd amplius faciem eius
non essent uisuri, deducebant autem illum in na-
uim.] Dixerat, ingressuri sunt lupi rapaces. Dixe-
rat, mundus sum à sanguine omnium. Hæc utra-
que terribilia, & ad contristandum sufficientia.
Maxime autem hoc omniũ dolebat, quòd ultra
illum uisuri non essent, & hinc agonis istius diffi-
cultas. Deducebant autem illum ad nauem. sic di
Cap.XXI ligebant eum, sic affecti erant erga eum. Quum
autem factum esset ut soluissemus auulsi ab eis, re
cto cursu uenimus Coum, & sequenti die Rho-
dum, & inde Pataram, et nacti nauem traiciẽtem
in Pœnicen, ea conscensa soluimus. Vbi autem
apparuit nobis Cyprus, relicta ea, ad sinistram na
uigauimus in Syriam, ac uenimus Tyrum.] Vi-
de, uenit in Lyciam, & traijciens in Phœnicen, re
licta Cypro in Tyrum nauigauit, nam illic nauis
exoneranda erat. Et hæc erat causa nauigandi in
Tyrum. Et inuentis fratribus permanserũt ibi ad
dies septem, qui scilicet dicebant Paulo per spiri-
tum, ne ascenderet in Hierusalem. Vide, prophe-
tabant et illi afflictiones. Singulari dispensatione
fit, ut etiã per illos dicatur, ut ne quis putet alios
simpliciter dixisse, Paulumq; gloriatum esse. Ite-
rum & illic orantes, se mutuum relinquunt. Die
bus autẽ expletis, profecti ibamus deducentibus
nos omnibus cum mulieribus ac liberis, usq; ex-
tra portam: et positis in litore genibus, orauimus,
& consalutatis nobis inuicem, ascendimus in nau-
im, illi aũt reuersi sunt in propria. Nos uero navi
gatione explicita à Tyro, uenimus in Ptolemaï-
dem, & salutatis fratribus mãsimus die uno apud
illos. Sequenti autem die egressi uenimus in Cæ-
saream, & ingressi in domum Philippi euangeli-
stæ, qui erat unus ex septẽ, mansimus apud illũ.]
In Cæsaream, inquit, ut uenimus, mansimus apud
Philippum, qui erat unus ex septẽ. Huic erant fi-
liæ quatuor prophetissæ, sed non istæ prædicunt
Paulo, quamuis prophetissæ essent, sed Agabus.
Et quomodo, audi: Et quum permaneremus
dies complures, uenit à Iudæa propheta nomine
Agabus: & quum uenisset ad nos, & tulisset zo-
nam Pauli, ligasset̃q; illius manus & pedes, dixit:
Hæc dicit spiritus sanctus, uirum cuius est zona
ista, sic ligabunt in Hierusalem Iudæi, & tradent
in manus gentium.] Qui olim famem prædixe-
rat, hic, Virum, inquit, cuius est zona ista, sic liga-
bunt. Quod prophetæ faciebant, ante oculos fu-
tura præscribebant, quando de captiuitate dice-
bant, sicut Ezechiel: hoc & iste fecit. Et hoc profe Ezech.12
cto graue, quòd in manus gentium tradent. Vt
autem audiuimus hæc, obsecrauimus nos & qui
loci illius erant, ne ascenderet ipse in Hierusalem,
Et multi orabant ne abiret, & nec; sic audijt. Re-
spondit autem Paulus: Quid facitis flẽtes & affli-
gentes cor meum: ego enim non solum ligari, sed
etiam mori in Hierusalem paratus sum, pro nomi
ne domini Iesu. Quum uero illi non persuadere-
tur, acquieuimus dicẽtes: Voluntas dñi fiat.] Vi-
des? ut ne audiens, putes uel necessitatis esse. Al-
ligatus, inquit, spiritu proficiscor, uel ignorantiæ
in periculum incidisse, propter hoc ista prædicit.
Sed alij quidem flebant, ipse autẽ obsecrabat, do
lens super lacrymis illorum. Quid facitis enim, in
quit, flentes ac discerpentes cor meũ? Nihil Pau-
lo in amore indulgentius, quia uidebat lacryman
tes, dolebat, qui in proprijs tentationibus non pa
tiebatur. Me lædentis hoc facientes, inquit. Nun-
quid enim ego doleo? Tunc acquieuerunt, quan
do dixit: Quid facitis affligentes cor meũ? Super
uos ploro, nõ meam passionem. pro illis enim &
mori uolo: Videamus aũt iterũ quę lecta sunt: Ar
gentũ uel aurũ, uel uestẽ, inqt, nullius concupiui:

istud

Universidad de Deusto
Biblioteca

istud scitote, quod necessitatibus meis, & his qui A mecũ sunt, ministrauerunt manus istæ. Igitur non in Corintho hoc solũ fecerunt, qui corrumpebãt discípulos, sed etiã in Asia. Hoc nusq; exprobrat 2.Cor.11 scribens Ephesijs. Quid ita? Quia non incidit in necessitatem. Et Corinthijs dicit: Non perijt gloriatio mea in regionibus Achaiæ. Et nõ dixit: Nõ dedistis mihi: sed argentum uel aurũ uel uestimentum non concupiui, ne uideantur in liberalitate cessasse. Et non dixit nullius cõcupiui necessaria, ne uideatur iterũ accusare illos: sed hoc insinuat q; meritò non concupiuit, quando & alios pauit. Vide quomodo operabatur cũ diligentia, homo nocte ac die disserẽs cum lacrymis, unumquemq; admonens. Omnia ostendi uobis, quòd sic laborantes oportet susc ipere infirmos. Hoc dicto ite- B rum terruit, uult autem sic dicere: Nõ potestis ad ignorantiam cõfugere, quòd sic laborantes oporteat operari. Et nõ dixit, Malum esse accipere, sed melius, non accipere. Memoresq; esse sermonis, inquit, domini, quem dixit: Beatius est magis dare, quàm accipere. Et ubi dixit? Forsan abiq; scriptura tradiderant apostoli, uel ex alijs quis colligere poterit. Etenim ostendit fiduciã quam in periculis, compassionẽ quam cum subditis, doctrinam quam cum fiducia, humilitatem, paupertatem. Hoc autem & paupertate maius. Si enim il- Luc.18 lic: Vende tuas, inquit, facultates, si uis perfectus esse: quando cũ eo q; nihil accipit etiam alios pascat, quid huic conferendum? Primus gradus igitur est abijcere propria. Secundus, seipso con- C tum esse. Tertius, & alios pascere. Quartus, prædicare & habere potestatẽ accipiendi, & nõ accipere. Et ita multis pauperibus hic prestãtior erat. Et bene dixit, Sic oportet susc ipere infirmos. Nã hoc quidem cõpassionis erga infirmos, q; ex proprijs det. Si autem ex alienis, non solũ non est bonum, sed etiam periculosum. Et ruentes, inquit, in collum illius, flebãt. Hoc affectionem quam erga illũ gerebant, ostẽdit. Ruerunt aũt super collum, utpote postremis complexibus cõplexuri, & magnas à cõcione amoris illecebras hauserant. Si enim nos quando simpliciter discedimus, ingemiscimus, tametsi iterũ nos mutuũ reuisuri: quomodo igit illi tunc citra animi molestiã à Paulo auul si essent? Ego & Paulum opinor flere. Auulsi, in- D quit: monstrat etiam uim, dicẽdo auulsos ab illis. Et meritò, alioquin maritimo itinere pergere nõ potuisset. Quid est recto cursu uenimus Coum? Hoc est, non oberrauimus, neq; in alijs locis morati sumus. Sequenti autem die, inquit, Rhodum. Vide illũ festinantẽ. & nactus nauigiũ traiecit in Phœnicen. forsan illic morati, quia non occurrebat alia nauis, qua conscensa irent in Cæsaream. Vt autem apparuit Cyprus, relicta ea ad sinistrã. Hoc nõ simpliciter dictũ est, sed ut mõstret q; neque illi ppiare uoluerit: rectã nauigãtes in Syriã, ita festinabat. Deinde & uenimus in Tyrũ, inqt, & inuẽtis discipulis mansimus apud illos. quũ essent, ppe Hierusalẽ, nõ iam currũt, sed etiã manẽt apud fratres septem diebus. Vide obsecro nũc & dies. Post azyma Troadẽ uenerũt diebus quinq;, deinde ibi fecerunt dies septẽ, & habes dies duodecim. Deinde in Assum, in Mytilenẽ, cõtra Chium in Trogyliũ, in Samũ, in Miletum, & erũt decem ac octo dies. Postea in Coum, in Rhodũ, in Patarã. En uiginti & unũ dies. Deinde illinc per dies quinq; in Tyrũ, ut sint dies uiginti sex. Mox illic morantur diebus septẽ, colliguntur q; triginta et tres dies. Postea in Ptolemaidẽ uno die pertingunt, & fiunt triginta ac quatuor dies. Deinde Cęsareæ manet pluribus alijs diebus, & tunc inde eos adducit propheta, & sic cõplent dies Pentecostes, & ibi illam facit. Vide illũ, quando spiritus non prohibebat persuaderi, dicebant: Ne des teipsum in theatrum, & nõ dedit. Sæpius illũ eduxerunt ac persuasus est, per feneſtrã iterũ effugit: & nunc, ut sic dicã, innumeris rogantibus tam in Tyro q; in Cæsarea, & flentibus, & plurima grauia prædicentibus, non sustinet. Etiam nõ simpliciter grauia prædicebãt. Si igitur spiritus iubebat, quare contradicebant? quia nescìebant ea quæ uidebantur spiritui. Et alioqui neq; admonitionem per spiritum faciebant. Non enim simpliciter illi grauia prædicebant, sed quia ascendere nõ oportebat, parcẽtes ei. Postq; autem perfecti sunt dies, hoc est impleti. Dies autẽ dicit constitutos. Deducẽtibus nos omnibus cum mulieribus ac liberis. Vide quanta cõsolatio erat. Et iterũ orãtes diuelluntur. Etiã in Ptolemaide unũ diẽ manẽt, in Cæsarea uero plures. Et quando audijt, q; innumera grauia debuit pati, tunc festinat, nõ in periculum seipsum conijciens, sed indicans esse præceptum spiritus. Post dies aũt hos, sublatis sarcinis conscendebamus Hierusalẽ, hoc est, receptis ijs quæ ad iter necessarijs. Venerunt autẽ una quidam ex discipulis a Cæsarea nobiscũ, adducentes cũ quo hospitaremur, Iasonẽ quendã Cypriũ antiquũ discipulũ. Et quũ uenissemus Hierusalem, libenter exceperunt nos fratres,] Et uide, non dixit Agabus, q; Paulũ ligaturi sint, ne uideant ex pacto dicere, sed uirũ cuius est zona ista. Igitur & zonã habuit. Quoniam non poterant persuadere, idcirco flebant, & postea tacuerunt. Vides philosophiã? uides amoris uehemẽtiam? Tacuimus, inquit, dicentes: Fiat uoluntas domini. Ducẽtes, inquit, D apud quem hospitaremur.] Igitur nõ in ecclesia. Nam tunc quidem quãdo pro dogmatibus ascẽderunt, in ecclesia manserunt: nunc autẽ, apud discipulum quendam antiquum. Ostendit iam fuisse longum prædicationis tempus. Vnde mihi uidetur ille in actis multos annos succidere, tãtum quæ urgebant dicens. Quid est uoluntas domini fiat? Dominus, inquit, quod placitũ est in conspectu suo faciat. Tacent autẽ illi, & non cogunt, fortasse conscij q; esset uoluntas domini, ex alacritate Pauli hoc cõiectantes: nam Paulus alioqui ad pericula non tam alacer fuisset, neq; deus permisisset, qui semper in periculis illum eripuit. Ita nõ uolunt grauare ecclesiam, quũ esset alius qui hospitio susciperet, neq; autoritatem exigebant. Libenter nos, inquit, susceperunt fratres. Res enim pacificæ

pacificæ erant apud Iudæos, & non ut prius bellũ A erat. Ducentes, inquit, apud quem hospitaremur.

MORALE.

Paulũ hospitio susceptit ille, forsan quis uestrum dicet: Si quis & mihi Paulum daret hospitẽ, susciperem prompte magnaq; cũ alacritate. Ecce Pauli dominũ licet tibi hospitio susc ipere, & non uis. Nam qui susc ipit unum ex minimis, me susc ipit. Quanto minor fuerit frater qui susc ipit, hoc maior Christus per illũ aduenit. Qui enim magnũ susc ipit, non raro uanæ gloriæ se obnoxiũ facit: qui autẽ paruũ, is illũ pure, propter Christũ. Licet tibi etiam patrẽ Christi hospitio excipere, & non uis. Peregrinus enim erã, inquit, & collegistis me. Et iterũ: Inquantũ uni minimorum fecistis, mihi fecistis. licet non sit Paulus, fidelis tamen est ac frater, B tametsi minimus, Christus per illum aderit. Aperi domũ, recipe. Qui recipit prophetã, inquit, mercedẽ prophetę recipiet. Igitur qui & Christũ susc ipit, recipiet mercedẽ eius, qui Christũ susc ipit. Ne discredas uerbis illius, sed esto fidelis. Ipse dixit, per illos assum. Et ne incredulus sis, etiam pœnas decernit his qui nõ susc ipiunt, & honores his, qui susc ipiũt: quod nequaq; fecisset, nisi aut honore, aut cõtumelia affectus ipse esset. Susc episti me, inquit, in tuũ diuersoriũ, accipiã te in regnũ patris mei. Famẽ meam soluisti, soluam tibi peccata. Vidisti me ligatũ, uideri te faciam solutũ. Vidisti me peregrinũ, faciam te ciuem cœlorũ. Dedisti mihi panem, do tibi regnũ integrum, ita ut hæres sis ac Matth.25 C possideas. Venite enim, inquit, in hæreditatẽ, possidetẽ paratũ uobis regnũ. Nõ dixit, accipite, sed in hæreditatẽ possidete, id quod in his q; proprie possiderunt dicitur, sicut quando dicimus, hoc in hereditatem possedi. Misericordiam fecisti in me in occulto, ego prædicabo in manifesto. Et alia quidem tua dico, quòd gratiæ sint: mea aũt, q; debiti: nam quoniam tu, inquit, cœpisti, ego sequar, non erubesco cõfiteri beneficia in me collocata, neq; à quibus me liberasti, fame, & nuditate, & errore. Vidisti me ligatum, nõ uidebis ignem gehennæ, non uidebis tormentorũ loca neq; pœnas. O manus reuera benedictæ, quæ talibus ministerijs seruiunt, quæ dignãtur ministrare Christo. Pedes in carceres euntes propter Christum, facile contemnunt ignem. Non sentiunt uincula manus, quæ ligatum illum uiderunt. Induisti uestimentũ, & in- D duerís uestę salutari. Fuisti in carcere cũ illo, & eris in regno cum illo. Hæc confitetur, non erubescens, sed sciens q; ipsum inuisisti. Nescìebat angelos hospitio excipiens patriarcha, & hospitio excepit. Erubescamus obsecro, in meridie sedebat, existens in terra aliena in qua neq; uestigiũ pedis habebat. Peregrinus erat, & peregrinos hospitio excipit peregrinus, ciuis enim erat cœlorũ. Idcirco neq; quũ super terrã esset peregrinus erat, nos magis q; ille peregrini sumus, qui nõ susc ipimus peregrinos. Nõ habebat domũ, & diuersoriũ erat ei tabernaculum, & uide liberalitatẽ, uitulum mactauit, & fermentauit farinam. Audi & alacritatem, per seipsum & uxorẽ hoc facit. Consídera etiam quàm alienus est à fastu, adorat & obsecrat. Omnia illa habere oportet hospitio excipiẽtem, alacritatẽ, festiuitatẽ, liberalitatẽ. Hospitis anima erubescit & confunditur, si non cũ excellentia declaretur gaudiũ, abalienatur, & mox deterius fuerit q; non esse susc eptam, sic esse susc eptam. Idcirco adorat, idcirco sermone come et fedili excipit. Quis idem facere dubitarit, sciens q; ille hospitalitati operam dederit? At nos in terra aliena non sumus: sed si uoluerimus, poterimus illum imitari. Quot hospites sũt fratrũ? Est domicilijũ cõmune ecclesia, quã hospitalẽ uocamus. Curiosius inquirite etiam uos, considete ad fores, uenientes susc ipite, & si non in domus uestras uolueritis, sed aliter ea quæ usibus seruiunt eis præbete. Quid? ecclesia non habet? inquit. habet, sed quid hoc ad uos? Num à cõmunibus ecclesiæ pecunijs pasci, hoc uobis prodesse poterit? nunquid si alius precetur, tu non debes precari? Quare nõ dicis: Ego quid precor? Sed ego, inquit, do ei qui nõ potest uenire illuc. Da etiam illi. Quod enim quærimus, hoc est, omnino dari. Audi quid inquit Paulus, ut 1.Tim.5 uiduis quæ reuera uiduæ sunt sufficiant, & ne grauetur ecclesia. Vt uis, fac, solum fac. Ego autẽ nõ dico, ne grauetur ecclesia, sed ut tu non graueris. Ratione enim hac nihil operaris, omnia permittens ei: non propter hoc cõmune domicilijũ ab ecclesia segregatum est, ut hęc dicas. Sed habet sumptus ecclesia, inquit, opes habet et reditus. Dic oro, sumptus nõ habet? impensas quotidianas non habet? Quid igitur, quũ non adiuueris minimos? Confundor quidem hæc dicens, sed non cogo. Si quis putat lucrum esse quæ dicuntur, faciat libijp si xenodochium in domo, statuat illic lectulũ, sternat illic mensam ac lucernã. Quomodo enim nõ absurdũ, siquidẽ milites uenerint inueniri apud uos ordinata domicilia, & multam sui curã, et omnia suppeditari eis, quoniã iuuãt uos in hoc sensibili bello: hospites aũt nõ habere ubi maneant? Vince ecclesiã. Vis nos rubore perfũdi? hoc facis excellẽtior liberalitate, habe domum in quam ueniat Christus. Dic: Hæc cellula Christi est, cubiculum istud ei segregatum est, licet humi sitã sit acuile, non despiciet. Nudus & peregrinus Christus obambulat solum tecto egẽs, uel hoc suppedita ne crudelis sis ac inhumanus, neque in rebus secularibus ita uehemens sis, & in spiritualib. frigidus. Sit etiam inter ministros fidelioris hoc officiũ, ut cæcos, pauperes, & tecti egenos introducat. Hæc dico ad cõfusionẽ. nã oportebat quidẽ sursum in domo illos recipi. Si aũt nõ uis, licet infrã, etiam ubi muli, etiã ubi ministri, accipe Christũ. Fortassis horretis audiẽtes. Quid igit, quãdo neq; hæc facitis? Ecce adhortor, ecce dico, Sit uobis hoc summo studio. An nõ uultis sic? Igitur aliter facite. Sunt multi pauperes & multæ, segregate omnino, ut ibi maneat aliquis. Sit, licet, custos domus pauper: Sit tibi murulus & sepicula, scutũ ac lancea. ubi eleemosyna, nõ audet accedere diabolus, neq; aliud quiddã graue. Oro ne despiciamus tãtũ lucrũ. Nũc aũt uehiculo quidẽ locus est

segrega-

Universidad de Deusto
Biblioteca

segregatus & curribus, Christo autem erranti nul A
lus. Abraham ubi ipse manebat, ibi & hospites su
scipiebat, & uxor ut ancilla stabat, illi autē ut do
mini erant. Nesciebat q̄ Christum suscipiebat, ne
sciebat q̄ angelos: q̄d liquidē sciuisset, erogasset
omnia. Nos aūt quamuis scientes q̄ Christū susci
pimus, haud tantū declaramus studiū, quantū ille
putās homines suscipi. At impostores multi sunt,
inquit, & ingrati. Et huius tibi maior erit merces,
quando propter nomen Christi suscipis. Nam si
quidem scires esse impostores, nō acciperes in do
mum. Si autem nescis, cur temerè accusas? Dices,
Propter hoc dico eant in xenodochiū. Sed quam
defensionem nobis reliquam facimus, si neq̄ hos
quos nouimus suscipimus, sed occludimus omni B
bus fores? Sit Christi generale receptaculum, do
mus nostra: exigamus ab illis mercedem, non ar
gentū, sed ut faciāt nobis receptaculū Christi do
mum: circūcursemus, undiq̄ trahamus, rapiamus
ferā, maiora beneficia accepimus, quām damus.
Non iubeo mactare uitulū, panē da esurienti. Vt
aūt ne hæc prætexas, sit domiciliū cōmune, eccle
sia: illuc mittito, & tu suscipies. Quia etiā ille qui
per ministros misit, habuit mercedē. Ita erant etiā
eruditi Abrahæ famuli, currebant, & nō murmu
rabant, sicut nostri. Honestos enim ac pios illos
quum fecisset, ad bellū assumpsit, & non murmu
rarunt, adeò bene instituti erant: Omniū enim si
Iob 33 militer curā gerebat, sicut sui ipsius. Tantū non e- C
nim sicut Iob dicebat, Similiter formati sumus in
eodem uentre. Igitur & nos curemus nostram sa
lutem, et magnam faciamus ministrorū curam, ut
sint boni, et sit etiā minister uester edoctus ea quę
sūt dei. Facilior nobis erit in posterū uirtutis uia,
si illos cōposuerimus: sicut in bello quum milites
sunt bene ordinati, dux facile pugnat. Contrà au
tem fit, quādo hoc nō erit. Nautis enim cōsentien
tibus, gubernator facile gubernaculum manu re
git: ita & hic, si sic fuerint eruditi ministri, nō exa
cerbaberis facile, nō obiurgabis, nō irasceris, non
conuitia proferes: fieriq̄ potest, ut ministros reue
reāris, si sint digni, & simul adiuuabunt ac lauda
būt tua bona opera. Ab his omnibus omnia erūt
quæ deo placent, & sic omnis domus benedictio D
ne implebitur, & ea quæ deo probātur facientes,
magno superno præsidio adiuuabimur, quod cō
tingat omnibus nobis assequi, gratia & misericor
dia domini nostri Iesu Christi, cū quo patri simul
ac sancto spiritui sit gloria in secula, Amen.

SEQVENTI AVTEM DIE INGREDIE-
batur Paulus nobiscū ad Iacobū, & omnes pres-
byteri aderant, quibus salutatis narrabat per sin-
gula, quæ deus fecisset inter gentes per mini-
sterium suum. Homilia XLVI.

HIC frater erat dñi, & episcopus Hie-
rosolymitanorū hoc tēpore, uir ma-
gnus & mirabilis: ad hūc ingreditur
Paulus, sicut & ante etiā ad illū mit-
tebatur. Et quomodo, audi. Sequen
ti autem die, inquit, ingrediebaī Paulus nobiscū
ad Iacobum. Vide quàm alienus est à fastu: om-
nesq̄ presbyteri aderant: quibus salutatis, narra-
bat per singula quæ fecisset deus in gentibus per
ministerium illius. Iterum illis quæ apud gētes ā-
cta sunt, narrat: non uanæ gloriæ studio, absit,
sed dei uolēs misericordiam declarare, & multo illos
implere gaudio. Vide igitur quomodo audiētes
etiam glorificarint deum. non Paulum extulerūt,
neq̄ admirati sunt, sed deum glorificarunt. Sic e-
nim narrauit, utpote deo acceptū ferens. At illi
quum audissent, glorificabant deū, dixeruntq̄ ei,

Vides frater quot sunt milia Iudęorū qui credi
derūt, & hi omnes zelotæ sunt legis? Edocti sunt
de te, quòd defectionem doceas à Mose, omnes
B qui inter gentes sunt Iudæos, dicens non debere
eos circūcidere filios, neq̄ his ritibus incedere.]
Vides et illi cum quanta submissione loquuntur:
non ut episcopus cum magna autoritate loquī,
sed illum in cōsilij socium assumunt, quasi statim
& ab initio rationem reddētes: Te renuente non
uellemus, sed uides negocij necessitatem? Vides,
inquit, quot sunt milia Iudæorū qui crediderunt?
Et non dixerunt, Quot milia à nobis edocta sunt.
Nec dicit, Audiuimus esse: sed, sunt. Et hi omnes,
ingt, zelotæ sūt legis, hoc est, studiosi sectatores.
Duę causę sunt: Et multitudo, & propositū. Neq̄
enim si pauci fuissent contemnendi erant: neq̄ si
multi, & non omnes legem amplexi essent, mul-
C titudo erat curanda ualde. Accedit & tertia cau-
sa: Edocti sunt, inquit, de te, quòd defectionē do-
ceas à Mose, omnes qui inter gentes sunt Iudęos,
dicens, non debere eos circumcidere filios, neq̄
his ritibus incedere. Non dixit, Audierunt: sed κα-
τηχήθησαν, hoc est, edocti sunt: & crediderūt, quòd
defectionem à Mose doceas, dicens, non debere
eos circumcidere filios, neq̄ his ritibus incedere.
Hæc postquàm dixit, subdidit, Quid igitur est?
Omnino congreganda est multitudo: audient e-
nim quòd uenisti: hoc igitur fac, quod tibi dici-
mus.] Quasi simul consultantes hæc dicunt, non
quasi imperantes. Sunt nobis uiri quatuor uo-
tum habentes super se, His assumptis purifica te
cum illis, et impende super illis ut tradātur caput,
& sciant omnes quòd quæ edocti sunt de te, nihil
sunt: sed ambulas & ipse custodiens legem.] Cō-
sulunt ut re ipsa & opere non sermone defensio-
nem afferat. Vt radant, inquit, caput, & sciant o-
mnes, quòd quæ de te edocti sunt, nihil sint. Non
dixerunt, quòd doces: sed iterum κατηχήθησαν, id
est, edocti sunt: per hoc manifestans, & quòd in-
cedis, hoc est ex abundantia etiam ipse custodis.
Non enim hoc solum est quod quæritur, an alios
doceat, sed etiam an ipse seruet. Quid igitur? gen
tes si cognouerint, nunquid offendētur: sed quo-
modo, ubi & nos, qui sumus Iudæorū doctores,
misimus ad illos. De his autem qui crediderūt
ex gentibus, nos scripsimus, decernētes, ne quid
huiusmodi obseruent illi, nisi ut caueāt ipsi als his
quæ sunt immolata simulachris, & à sanguine, &
à suffocato, & stupro.] Hic reuerenter loquitur.
Vult autem sic dicere, Quemadmodum nos illis
impe-

perabamus, tametsi Iudæis prædicantes, ita ut A
quamuis gentibus prædicās cooperare nobiscū.
Vide Paulum: Non dicit, possum utiq̄ & Timo-
theum adducere quem circuncidi, & possum hoc
persuadere sermonibus, sed obtemperauit eis, &
omnia fecit. Sic em̄ cōducibile erat. Non em̄ idē
erat rationem uerbis reddere, & nullo cōscio hęc
facere. Suspicione etiam carebat quod impende-
bant. Tunc Paulus assumptis uiris, & sequen
ti die cum illis purificatus, ingrediebatur in tem-
plum, denuncians expletionem dierum purifica-
tionis, donec offerretur pro unoquoq̄ eorum ob
latio.] Διαγγέλλων, hoc est, denuncians, & ita ipse
seipsum manifestum facit. Dum autem septē
dies iam essent implendi.] Vide quomodo potis B
simum in illis moratur. Hi qui ab Asia erāt Iudæi,
quum uidissent eum in templo, conturbarunt to-
tum populum, & iniecerunt in illum manus, cla-
mātes, Viri Israelitæ succurrite. Hic est ille homo
qui aduersus populum & legem & locum hunc,
omnes ubiq̄ docet. Insuper Græcos induxit in tē
plum, & prophanauit sanctum locum hunc.]
Vide mores illorum ubiq̄ turbulentos, etiam in
medio multitudinis temere clamantes. Erant
enim qui uiderant Trophimum Ephesium in ci-
uitate cum illo, quem existimarunt quòd in tem-
plum introduxisset Paulus. Cōmotaq̄ est ciuitas
tota, & factus est concursus populi. Et apprehen
sum Paulum extraxerūt ex templo, & statim clau C
sæ sunt fores.] Viri Israelitæ succurrite, ingt. Hic
est homo, qui contra populum & legem & locū
hunc. Ea illi obiiciunt, quę maxime eos turbabāt,
nempe legem & templum. Paulus autem quam-
uis tanta passus, non reprehendit eos, quòd ipsi es
sent horum causa: Adeo erat magnanimus. Tra-
xerunt illum, inquit, extra templū, & statim clau-
sæ sunt fores. Volebāt enim illū occidere, & pro-
pterea extrahebant, quò cū maiore audacia hoc
faciant. Querētibus autem illis occidere eum,
ascendit rumor ad tribunum cohortis, quòd tota
Hierusalem cōturbata esset, qui statim assumptis
militibus ac centurionibus decucurrit ad illos. At
illi quum uidissent tribunū ac milites, cessauerūt
percutere Paulum. Tunc accedens tribunus ap- D
prehendit eum, & iussit ligari duabus catenis, &
interrogabat, quis nam esset, & quid fecisset. Alij
autem alia clamabant in turba.] Et quare interro
gaturus illum iussit catenis ligari? Volebat popu
li furorem mitigare. Et quum non posset cer
tum cognoscere præ tumultu, iussit duci eum in
castra. Et quum uenisset ad gradus, cōtigit ut por
taretur à militibus, propter uiolentiam turbę. Se-
quebatur enim multitudo populi: clamans, Tol-
le eum.] Quid est, Tolle illum? Mos erat Iudæis
contra condemnatos sic loqui, ac dicere, Tolle il
lum: hoc est, ne sinas illum uideri ultrà inter homi
nes: sicut de Christo dicebant. Sunt quidā qui uo
lunt, Tolle illum, idem esse cum eo quòd nos iu-
xta Romanam consuetudinem dicimus, Mitte il
lum ad signa. At Paulus in castra inducendus
dicit tribuno, Num licet mihi loqui ad te?] Quū
gestaretur in gradibus, petit quidā loqui tribu-
no, et uide quàm mansuete. Num licet mihi loqui
ad te? inquit. At ille dicit, Nosti Græce? Nonne tu es ille Ægyptius, qui ante hos dies concita-
sti seditionem, et eduxisti in solitudinem quatuor
milia sicariorum?] Hic Ægyptius uir quidam e-
rat qui nuper exortus fuerat seditiosus. Sanè ad
hoc rationem reddit Paulus, tollitq̄ dictis suis su
spicionem eius. Sed uideamus iterum quæ lecta
sunt: Sunt nobis uiri, inquit, quatuor, uotū ha-
bētes super se, his assumptis purifica te cum eis.]
Hic Paulus non obnititur, sed obtemperat: unde
manifestum, quòd non necessario hoc erat facien
dum, ideo & persuadent ei, sed quia per dispensa-
tionem & attemperationem morum, non fuit ad
remoramentum prædicationis, ubi scilicet etiam
ipsi eiusmodi legem illis tulerāt. Hoc igitur cum
dispensatione quadam etiam ipse Petro obiicit.
Nam quod hic ipse facit, hoc illic Petrus, tacēs &
statuēs suum dogma. Et non dixerunt, quod non
oporteat eos qui inter gentes docere: neq̄ suffici
at quòd non prædicetur illic, sed etiā aliquid am-
plius est faciendū, ut credant illi, quòd serues le-
gem. Res ad morum attemperantiam geritur, ne
terrearis. Vide, non prius persuadent illi, donec
dispensatio primum dicatur & lucrum. Et quia in
Hierusalem hoc faciendum, tolerabile. Facigitur
hoc hic, ut illud extra ciuitatem tibi facere liceat.
Tunc Paulus assumptis uiris, inquit, sequenti die. C
Non distulit, sed opere monstrans se persuasum,
assumit eos cum quibus erat purificandus. adeò
dispensatio hæc magni feruoris erat. Et quō, in-
quit, Iudæi Asiatici uiderunt illum in tēplo? Veri
simile est q̄d illi aliquot diebus ibi uersati fuerint.
Vide item, quomodo hoc singulari ratione con-
tigit. Nam postq̄ Iudæis persuasit, tunc aggredi-
untur. Merito, ne & illi simul aggrediantur. Ad-
iuuate, inquit, uiri Israelitę. Quasi incidisset in ma
nus ipsorum incōprehensibilis, & quem uenatio
ne sua assequi non possent, clamant: Succurrite.
Hic omnes ubique docet, Non hic solum, inquit,
sed ubiq̄. Subditur etiam maior accusatio à præ-
sentibus. Ad hæc etiā, inquit, pphanauit tēplum,
inductis uiris Græcis. Quin & ubi de Christo agi
tur, leguntur ascendisse adoraturi. Sed hi dicunt
eos, qui nolebant adorare. Et apprehensum Pau-
lum traxerunt foras. Iam enim neq̄ leges, neque
tribunalia uerebātur. Ita per omnia apparent illi
audaces, & impudentes. Ille aūt tunc quidem nō
reddidit rationem, sed postea. Merito: Tūc enim
non audissent eum, Timebant ne effugeret. At ui
de quanta cum submissione tribuno loquit Pau-
lus. Quid em̄ dicit? Num licet mihi loqui aliquid
ad te? Adeo humilis erat, ut ubiq̄ modestę agere
sciret. Nonne tu es Ægyptius ille? Vide malignī-
tatem diaboli. Impostor erat & magus ille Ægy-
ptius, & attentabat per hoc abumbrare, & suorū
criminum socios facere Christum & apostolum,
sed non potuit. imò eo fulgidior facta est ueritas,
nihil à diaboli machinationibus offensa: sed ma-
gis illustrata. Nam siquidem nō fuissent malefici,

Universidad de Deusto
Biblioteca

deinde hi uicissent, forsan suspicio fuisset. Quãdo A
aũt & illi apparuerũt, et hi uincũt, nimirum res est
mirabilis. Idcirco & illi manifestari nõ prohibẽt,
ut hi sic magis fulgeant. Tale quiddã etiã erat q̃d
Gamaliel dicebat: Ante hos dies surrexit Theu-
das. Hos uero sicarios, uocãt quosdã à gladijs re-
conditis quos gestãt. Sicæ em̃ id genus gladiorũ
à Romanis dicunt. Alij putant esse unã ex sectis
Hebræorũ. Tres enim sectæ erant, Pharisæi, Sadu
cæi, & Essẽi, qui etiam Osij, id est, sancti dicunt.
Hoc enim uult nom̃ Essenorũ à uitæ honestate.
Illi ipsi & sicarij dicti, eo quòd essent zelotæ.

MORALE.

Ne igitur doleamus q̃ sectæ sint, & pseudochri
sti etiam Christo insidiari uoluerunt, ante hoc, &
post hoc, ut ueritatẽ adumbrarent, sed illa magis B
fulget, manifestaq̃ est ubiq̃. Hoc & sub prophe-
tis fuit, fuerunt pseudoprophetæ, & ex cõparatio
ne illi magis claruerunt. Etenim morbus sanitatẽ
manifestam facit, & tenebræ lucem, & tempestas
tranquillitatẽ. Non possunt dicere Græci, quòd
prophetę et apostoli impostores ac magi fuerint.
Illi enim redarguti sunt. Hoc & Mosi accidit. Per
misit deus aliquid magis, ne magus putaret esse
Moses: permisit illos docere omnes, quantũ magi-
ca imponit sensibus: ultra aũt non deceperũt, sed
ipsi se uictos confessi sunt. Nihil nobis nocẽt im-
postores, sed meliores potius reddunt, si quis re-
cte consideret. Quid igitur, quãdo eandem cum
nobis habent gloriam? Non apud nos, sed apud
eos qui iudicium non habent. Nobis ne curæ sit C
quid multi sentiant, neq̃ ultra quàm oportet de
gloria soliciti simus. Deo uiuimus non hominib.
In cœlo ciues sumus non super terram. Illic præ-
mia & brabia nostrorũ laborum iacent, illinc ex-
pectamus laudes, illinc coronas, eatenus cure-
mus homines, ne eis offendiculo & dãno simus.
Si autem nos illis offẽdiculum nõ damus, & illi
uoluerint temere & absq̃ causa nos uituperare, ri
deamus, ploremus. Tu prouide bona coram deo
& hominibus. Si te prouidẽte bona, ille incessat,
Gal.1 ne sis solicitus. Habes exempla in scripturis. Nun
quid enim hominibus suadeo, an deo, inquit? Et
1.Cor.5 iterum: Hominibus suademus, deo autẽ manife-
sti sumus. Et Christus sic de his qui offendeban-
Matth.15 tur, dicebat: Sine illos, duces sunt cæci cæcorum.
Luc.6 Et iterum, Væ uobis, quando bene de uobis di-
xerint omnes homines. Et iterum, Luceant ope- D
Matth.5 ra uestra, ut uideant homines, & glorificent pa-
trem uestrũ cœlestem. Quòd autem alicubi dicit,
qui scandalizarit unum ex pusillis istis, conducit
illi ut suspendatur mola asinaria in collo eius, &
mergatur in profundum maris, ne mireris. Non
sunt enim hæc contraria, sed potius ualde conso-
nant. nam quando quidem per nos fit, Væ nobis:
quando autem non per nos, non item. Et iterum:
Rom.12 Væ uobis propter quos nomen dei blasphema-
2.Pet.2 tur. Quid igitur, si ego quidem facio quod decet,
& alius blasphemat? Nihil ad te, sed, ad illũ. Nam
propter illum blasphematur. Et quomodo possi-
bile est aliquem facere quod oportet, & esse alijs
damnosum? Vnde uultis, à præsentibus uel à præ
teritis uobis exempla afferam? ne ostentatores si-
mus, uultis ut id quod nunc in manibus est, dica-
mus? Iudaizat Paulus in Hierusalem, & nõ in An
tiochia. Iudaizabat & offendebantur, sed non iu-
ste offendebãtur illi. Dicitur abstraxisse Neronis
pocillatorem, & concubinã. Quanta putatis con
tra illum propter hoc dicta esse, sed non iuste. Nã
si quidem ob lasciuiam abstraxisset, uel ob mala
opera, meritò. quòd si ob uitam eorum corrigen-
dam hoc fecit, quid erat cur male audiret? Dicam
aliquid, quod uni familiarium meorum accidit. I-
rato aliquando deo, quum ille admodum iuuenis
esset, & in diaconorum ordine ministraret, abes-
setq̃ per illud tempus episcopus, & nullus pres-
byterorum curam haberet, temere faciebãt simul
multa milia in una nocte baptizari, & temere ba-
ptizabantur omnes nihil scientes. Quod ut ille in
tellexit, priuatim simul centum ac ducentos do-
cebat: nihil autem spectabat, nisi quod ad sacra-
menta attinebat, ne sic migrarẽt non initiati. Hoc
plericq̃ putabant illum ex ambitione feciss̃e, uerũ
ille non attendebat sic censentes. Cæterum nõ ul
tra huic rei inuigilauit, sed statim cessauit. Quid i-
gitur? Nunquid ille autor offendiculi? minime
mea sententia. Nam si quidem nulla causa fuisset,
merito illum reprehendissent: etiam si iterum ne-
gotium id prosecutus fuisset. Contemnẽdum est
propter aliorũ offendiculũ, si prohibeatur quòd
deus approbat. Tunc autem curandum, quando
non cogimur propter illud offendere deum: alio
qui dic mihi, si interim dum nos differimus & e-
brios taxamus, offendatur quis, desinám ne ego
loqui? Audi Christum dicẽtem, Num & uos uul- Ioan.6
tis abire? sic, neq̃ contemnere, neq̃ ualde curare
oportet, multorum infirmitatẽ. An non uidemus
etiam medicos hoc facere, & quandoquidem cõ
ceditur, gratificari laborantibus: quando autem
quod fit in gratiam illorum damnũ operatur, nõ
iam parcere. Vbiq̃ pulchrum est modum obser-
uare. Multi blasphemabant ob doctrinam, puel-
lam quandã formosam quæ uirgo manserat, scõ-
matis incessẽbant illam & instituẽtes eam. Quid
igitur? num propter hoc illi desistere debebant?
Minime. Nihil enim operabantur cõtrarium, sed
rem ualde gratã deo. Ne igitur spectemus, num
offendatur aliquis, sed si iuste & non cum nostro
damno. Si cibus, inquit, offendit fratrem meum, 1.Cor.8
in æternum nõ comedam carnem. Merito. Nihil
enim nocet non comedisse. Siquidem offendit il
lum quod renunciare uolo, non iam curandum.
Et quem, inquit, hoc offendit? Multos equidem
scio. Quando res indifferens fuerit, prohibitio fi-
at: alioquin si ad unum hoc attendere uolumus, à
multis abstinere oportet. sicut è diuerso, si cõtem
pturi sumus, multos perdemus, quoniam & Pau-
lus præcauit offendiculum. Et quomodo? audi,
Ne abundantia hac qua ministratur à nobis. Ni-
hil enim nocebat suspicionem tollere, quãdo au-
tem in talem inciderimus necessitatem, ita ut ma
gna fiãt mala propter alterius offendiculum, ille
quidem

quidem sibipsi autor, nos autem iam non sumus A
rei. Non potuit sine damno illi parci. Multi offen
si sunt, quòd in templo cubabant fideles quidam,
quoniam nõ oportebat ibi cubare: sed male. Nul
lum enim inde damnum. Offendebantur, quòd
comedebat cum gẽtibus Petrus: sed ille quidem
parcebat: hic autem non item. Vbiq̃ sequi nos de
cet legem dei, magnumq̃ studiũ adhibere, ut nul
lam occasionẽ præbeamus offendiculi, ut & ipsi
non simus rei, & à deo misericordiã assequamur,
gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,
cum quo patri simul ac spiritui sancto sit gloria,
imperium, honor nunc & semper, & in secula se-
culorum, Amen.

DIXIT AVTEM PAVLVS EGO SVM B
homo quidem Iudæus, Tarsensis Ciliciæ non ob
scuræ ciuitatis ciuis. Rogo autem te, Permitte mi
hi loqui ad populum. Et quũ ille permisisset, Pau
lus stans in gradibus annuit manu ad plebem,
& magno silentio facto, adloquutus
est lingua Hebræa, dicens.

Homilia XLVII.

VIDE illum, quando cum exteris lo-
quitur, non detrectat etiã legalibus
uti adiumentis, ita memor ciuitatis
suæ illum nunc à temeritate auocat:
sicut etiam antea dicebat, uerbera-
tos nos publice, indicta causa, homines Romani
quum simus, coniecerunt in custodiam. Quoniã
enim interrogabatur, Tu es homo Ægyptius? E- C
go sum, inquit, homo Iudæus. Vt sic dixit, statim
1.Cor.9 illum à sua abduxit suspicione. Et deinde ne pute
tur ex gente Iudæus, dicit religionem. Atqui ali-
bi dicit, se seruũ, & sub lege Christi. Quid hoc est?
Paulus mentitur? Absit. Quid igitur? Num nega
uit? Absit. Iudæus enim erat & Christianus, quæ-
cunq̃ oportebat custodiens: quoniam et lege ma
xime omnium ipse persuadebatur Christo crede-
Gal.2 re. Et cum Petro differens, inquit, Nos natura Iu-
dæi. Oro aũt te, permitte mihi loqui ad populum.
Etiam hoc indicium est, quòd nõ mentitur, si quí-
dem omnes adducebat testes. Et considera illum
cum magna mãsuetudine disserẽtem. Et hoc erat
maximum argumentum, quòd nulli crimini erat
obnoxius, quòd sic paratus erat ad dandam ratio D
nem, uolebatq̃ sisti ad respondendum Iudæis. Vi
de instructum uirum, uide dispẽsationem, nisi tri-
bunus uenisset, nisi ligatus fuisset, nõ rogasset cõ
cedi sib sermonem ad defensionem, non tantum
obtinuisset silẽtium. Permittente autem illo Pau
lus stabat in gradibus, et à loco editiore loquẽdi
facilitas magna erat ligato. Quid huic spectaculo
par, uidere Paulum duabus catenis ligatũ concionantem? Quomodo nõ turbatus est? quomo
do non confusus est, tantum populum exasperatum uidens astante præside? Primum sistit furorẽ
illorum, deinde narrat. Et uide quàm prudenter,
id quod in epistola ad Hebræos fecit, hoc & hic,
primũ cognatione uocis illos allicit, mox & man
suetudine. Proinde & hoc manifestans dicit, Al-

loquutus est, inquit, Hebraica lingua, dicens,

Viri fratres ac patres, audite meam ad uos ex- Cap.XXII
cusationem.] Vide ab adulatione liberum sermo
nem, habentemq̃ iustitiam. Nõ enim dixit domi-
ni, neq̃ heri, sed fratres, quod maxime amabant,
quasi diceret. Nõ sum alienus ego à uobis, nec cõ
tra uos. Viri fratres ac patres, inqt. Hoc honoris,
illud germanitatis est. Audite meam quam nunc
ad uos habeo excusationẽ. non dixit doctrinã, ne
que concionem, sed defensionem, fitq̃ ut humili-
ter orãs. Quum autem audirent quod Hebraico
idiomate alloqueretur eos, magis attẽti fuerũt.]
Vides ut capit illos uocis patriæ agnitio. Habe-
bant enim reuerentiam quandam linguæ illi, Vi-
de autẽ quomodo etiam uiam parẽt sermoni sic
incipiens & dicens: Ego quidem sum uir Iudę-
us, natus in Tarso Ciliciæ, educatus in ciuitate i-
sta ad pedes Gamalielis, eruditus autem accurate
in patria lege, sectator existens dei, sicut omnes
uos estis hodie.] Ego quidem sum, inquit, uir Iu-
deus, quod maxime omnium auditu illis gratum.
Natus in Tarso Ciliciæ: ne putent ob gentem ali-
am religionem, addidit, educatus autem in ciuita
te hac ad pedes Gamalielis: ostendit sibi ingẽs er
ga religionem fuisse studium, quandoquidẽ tam
clara patria quæq̃ tantum distat relicta, amore le
gis sibi uoluit educari. Vide quomodo iterum in
honore habet legem. Hæc autem ad illos loquit̃,
non solum ut se defendat, uerum etiam ut osten-
dat se nõ humano more, sed diuina uirtute ad pre
dicationem adductum. Nõ enim sic eruditus sta-
tim defecisset: nam de uulgari potius quopiã ue-
risimile erat hoc suspicari. De hoc autẽ qui do-
ctissimus erat in lege, minime uerisimile, nisi maxi
ma necessitate illum mutatũ fuisse. Dixerit quis,
nihil ad rem facit, quod ibi educatus est: quid em̃
si ob negociationem uel ob aliam causam quan-
dam ibi uersatus esset? ut igitur ne tale quid pute-
tur, addidit, apud pedes Gamalielis. Et non sim-
pliciter dixit, ad Gamalielem, sed apud pedes, cõ
stantiam, sedulitatem, studium in audiendo, & re
uerentiam erga uirum monstrans. Eruditus accu
rate in patria lege. Non simpliciter dicit lege, sed
patria apponit, ostendens se iam inde à maiorib.
talem fuisse, et non uulgarem tantum legis cogni
tionem tenuisse. Hæc quidẽ uidentur pro illis di-
ci, sed contra illos erant, quando quidem et sciens
illam reliquit. Quid igitur, si exacte quidem scias
legem, non ames tamen illam? zelotes, inquit, ex
istens dei: hoc est, non simpliciter scies, sed etiam
ualde æmulans pro illa. Postea cum magnas suas
laudes prædicasset, communes laudes facit, di-
cens, Sicut uos omnes estis hodie. Ostendit enim
illos facere nõ hominum respectu, sed diuino ze-
lo. Hoc autem dicit, gratificans illis, & præoccu-
pans illorum mentem & detinens in his, in quib.
damnum non erat. Postea etiam coniecturas ap-
ponit. Qui hanc uiam persequutus sum usq̃
ad mortẽ, alligans ac tradens in carceres uiros ac
mulieres, sicut & princeps sacerdotũ testat̃ mihi,
& totus presbyterorum ordo.] Vt nullus dicat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& unde hoc manifestum, testes adducit principē sacerdotum & presbyteros. Et dicit quidem mul cens, zelotes existēs sicut uos, hoc est, æqualis uo bis. ostendit autem per opera quòd illos excellue rit. Non enim expectabam donec mihi iniunge retur, sed ipse sacerdotes excitabam, & peregrina tionem suscepi. Et non solum uiros capiebam, si cut uos, sed etiam mulieres, & alligans omnes & in carceres conijciens. Indubitatum hoc est testi moniū, & irrefutabile à Iudæis. Vide quot testes adducit, presbyteros, principem sacerdotum, eos qui in ciuitate. Vide autem illius defensionem nō esse à formidine, sed à doctrina magis & eruditio ne. Nisi enim lapides fuissent auditores, auscultas sent his dictis: nam usq; huc illos habuit testes, re liqua autem testimonio carentia. A quibus e- B tiam epistolis ad fratres acceptis Damascum per gebā adducturus & illinc qui ibi erant uinctos in Hierusalem, ut punirentur. Factum est autem mi hi iter facienti & appropinquanti Damasco circi ter meridiem, ut subito de cœlo circūfulgu raret me lux multa, cecidiq; in solum, & audiui uocē di centem mihi, Saul, Saul, quid me persequeris? Ego autem respondi, Quis es domine? Dixitq; ad me, Ego sum Iesus ille Nazarenus, quem tu perse queris.] Igitur maxime & hæc digna fide esse o portebat, ex his quæ præcesserant. Quid igitur, si glorianter loquitur? Minime. dic oro, quare se tā repente in tantum zelum iniecisset? honorem ex pectans? Certè cōtraria acciderunt. Num spectabat uoluptatem? neq; hanc obtinuisset. Sed quid C aliud? nihil inuenire ualet ratio. Hęc igitur quum reliquerit, apparet quid sectatus sit. Dū iter facio, inquit, Damascum circiter meridiem, repente ex cœlo circumfulgurauit me lux multa, cecidiq; in solum. Vide quanta excellentia luminis: & quod non iactanter loquor, testes sunt qui mecum fuerunt, qui manu duxerūt, qui lucem uiderunt. qui aūt simul quidem mecum lucem uiderunt, & exterriti sunt, uocem autē non audierunt loquentis mihi. Nihil mireris, si hic quidem sic dicit, alibi au tem, Steterunt, uocem quidem audiētes, nullum autem uidētes. Non sunt hæc contraria. Voces e nim duæ erant, una Pauli, altera domini. Vocem igitur illic Pauli dicit: hic uero etiā addidit, dicēs, Vocem nō audierunt loquentis mihi. Igitur dum dicit, nullū uidentes, significat nō uidere, sed audi re. Non enim dicit, lucem non uidebant: sed, nul- D lum uidentes steterunt: hoc est, loquentem. Meri to autem hoc factum est. Illū enim oportebat uo cem illam obtinere. Si enim audissent etiā illi, nō tātum fuisset miraculum: quoniam igitur crassio res uisione magis persuadentur, propter hoc lucem illi uiderunt solum, id quod satis erat ad persuadē dum illis, unde etiam exterriti sunt. Et alioquin nō est tantum operata lux erga illos, quantum erga hunc. Etenim excæcauit illius oculos. Quo euen tu illi, si uoluissent, illustrari poterāt. Itaq; mihi uidetur, etiam singulari ordinatione illos nō credere, & ita esse testes fide dignos. Dixitq;, inquit, ad me, Ego sum Iesus Nazarenus, quē tu perseque- ris. Bene etiam ciuitas apposita est, quò magis co gnobilis fieret eis. Et apostoli sic dicebant, Iesum a Nazareth. Vide & ille testatur, q; persequutus sit.

Illi autem qui mecum erant, lucem uiderunt, & exterriti facti sunt, uocem autē non audierunt loquentis mihi. Dicebam aūt, Quid faciam dñe? At dominus dixit ad me, Vt resurrexeris uade ad Da mascum, & illic tibi dicetur quid te oporteat face re. Et quum non uiderem præ gloria luminis illius, ad manū deductus à comitibus qui erant me cum, ueni ad Damascū. Ananias aūt quidam uir pius, secundum legem, testimonio probatus, illic habitantium Iudæorū ueniens ad me, & astans di xit mihi, Saul frater recipe uisum. Et ego eadē ho ro, recepto uisu, uidi illum.] Ingredere, inquit, in ciuitatem, & illic tibi dicetur quid te oporteat fa cere. Ecce iterū alius testis, & uide quō illum etiā fide dignum faciat. Ananias autē, inquit, uir pius secundum legem, testimonio probatus ab omni bus Iudæis, ingressus ad me & astans dixit mihi. Vide, sic nihil sine testimonio. Et ego eadem hora uidi. Iungitur testimoniū à rebus ipsis. Et uide quomodo personæ & actiōes pulchre inter se ne ctantur, personæq; ppriæ & extraneæ. Personæ, sacerdotes, presbyteri, comites: opera, quæ fecit, quæq; passus est: & opera operib. testimonia dāt, non personæ solum. Vel & aliter: Alienus Anani as: deinde ponitur uisio ipsa, mox prophetia. Ille autem dixit, Deus patrum nostrorū præparauit te, ut cognosceres uoluntatem suam, & uideres il lum iustū. Bene dixit, Patrum nostrorū, ut ostendat illos non esse Iudæos, sed alienos à lege, & in uidia, non zelo agere: ut scias, inquit, uoluntatem illius, & uideas iustum illum. Igitur hæc uoluntas eius. Vide ut narratio doctrinæ loco est. Et audias uocem ex ore illius, quia eris testis eius apud omnes populos, super his quæ uidisti & audijsti.] Et ut uideas iustum illum, nunc hoc dicit, Si autē iustus, illi rei. Et audias uocem ex ore illius. Vide ut rem extollit. Quia eris, inquit, testis illius. Igit propter hoc nō amittes uisum & auditum. Super his quæ uidisti & quæ audijsti, Vtrisq; illis sensib. datur nobis scientia. Et nunc quid cunctaris surgere ut baptizeris & abluas peccata tua, inuocato nomine illius? Hic magnū quiddam loquutus est. Non dixit, ut in nomine illius baptizeris, sed inuocato nomine Christi, per quod monstrat illū deum esse. Neq; enim alium quàm deum inuocare fas est. Postea etiam ostendit se non coactum, dum dicit, Dominus autem dixit ad me, Vade in Damascum, & ibi tibi dicetur, quid te oporteat fa cere. Nihil sine testimonio, sed ciuitatis totius testimonium adducit, quæ scilicet etiam uiderat illum ad manus duci. Vide etiam prophetiā egressam, quam audiuit, se testem fore domini. Reuera enim testis illius fuit, & qualem esse oportebat, & per ea quæ operatus est, & quæ loquutus est.

MORALE.

Tales & nos oportet esse testes, & nō prodere ea quæ cōcredita sunt nobis: nō de solis dogmatis, sed etiam de uita loquor. Vide em, quod uidit, quodq;

quodq; audiuit testatur cunctis mortalibus, & ni- A uita optima? Nō aliunde q; à diuina operatione. hil prohibuit illū. Et nos audiuimus q; est resurrectio, & innumera bona. Igitur debemus hoc testificari omnibus hominibus. Ac dicet quis, Nōne testificamur, & credimus? Quō dū contra ria agimus? Dic oro mihi, Si quis se diceret Christianū, deinde deficiens saperet ludaica, nunquid sufficeret testimoniū illud? Minime. Nam ab operibus testimoniū quærerēt. Ita certè & nostra est causa. Si dicimus q̄d resurrectio est ac innumera bona, deinde etiā contēnimus ea, & indigna hæc præsentia præeligimus, quis nobis credet? Oēs enim animaduertunt non quæ dicimus, sed quæ operamur. Testis eris, inquit, apud omnes homines, non apud domesticos duntaxat, sed etiā apud infideles. Testiū enim est persuadere, nō scientibus, sed nescientibus. Fiamus igitur fide digni testes. Quō autem erimus fide digni testes? A uita. Insidiabantur illi Iudæi, insidiātur nobis passiones, quæ iubent non annunciare testimonium. Sed ne parea mus. Testes sumus à deo missi. Iudicatur apud homines quosdam, deus, nō esse deus. Misit nos testificaturos sibi. Testificemur & persuadeamus cōtendētibus. Si nō testificabimur, sumus & nos erroris illorū rei. Si aūt in secularių negociorū iudicio nō suscipitur testis, multis flagitijs notatus: multo magis hic ubi de talibus rebus considerat. Nos dicimus q; audiuerimus Christum, & crediderimus his quæ annunciauit: dicunt illi, Ostendi C te hæc per opera. Vita uestra contraria testatur, q; non creditis. Vultis ne in usurarios, auaros & rapaces uideamus? in lugentes, plorantes, ædificantes, omniaq; agētes, quasi numq; morituros. Si igitur q; moriamini nō creditis, qua re nihil certius: quomodo uobis credā testātibus? Sunt em multi homines sic affecti, quasi nunquam morituri. Nam quum in longa senecta incipiunt extruere, quando mortē affuturā putabūt? Non parua pœna nobis quidem ad confessionem uocatis, sed testari non ualentibus ea quæ uidimus. Vidimus & nos oculis angelos, & manifestius eis qui uiderunt. Igitur testificabimur Christo. Etenim nō illi soli martyres, sed etiam nos. Eapropter illi dicuntur martyres, quia quū iuberentur confiteri, om- D nia sustinuerint, ut ueritatē dicāt: & nos quando affectiones nostrę iubent cōfiteri, succumbimus. Aurum dicit, dic q; Christus non est deus: ne igitur audi tu, quasi deum, sed contēne illius præcepta. Concupiscentiæ malæ idem dicunt, sed tu ne persuadeare: sta fortiter, ne etiā de nobis dicatur, deum cōfitentur scire, operibus aūt negant. Hoc enim nō est testium, sed aduersariorum. Et quòd alij quidem negant, nō est mirabile: q; autē nos q ad confessionem uocati sumus, negamus, ualde Tit. 1 graue est et onerosum. In testimoniū illis eueniet, inquit. Sed si non resiliamus, si persistamus. Si omnes uellemus testimoniū dare Christo, cito persuaderemus Græcis plurimis. Multū momenti in uita est dilecti, licet sit quispiā ualde efferus, etiā si propter dogma nos cōdemnet, sed clam approbabit, laudabit, & admirabitur. Et unde, dicis, erit

Universidad de Deusto
Biblioteca

FACTVM EST AVTEM QVVM ES- A sem reuersus in Hierusalem, et orarem in templo, ut fierem in ecstasi, & uiderem illum dicentem mihi, Festina, & exi uelociter ex Hierusalē, eo quod non suscipient testimonium tuum de me. Et ego dicebam, Domine, illi sciunt quòd ego conijciebam in carcerem, & percutiebam in singulis synagogis credentes in te, & quando effundebatur sanguis Stephani testis tui, etiam ipse assistebam & consentiebā cædi eius custodiens uestimēta occidentiū il

lū. Hom. XLVIII.

VIDE quomodo se in pericula conijcit. Subdit enim, Factum est autem, quū essem reuersus in Hierusalem.] Hoc est, uenissem post uisionē B illam in Hierusam iterum. Et quū orarem in templo, ut fierem in ecstasi, uiderem{que} dicentem mihi, Festina & exi uelociter ex Hierusalem, eo quòd nō suscipient testimonium tuum de me.] Vide neq; hoc sine testimonio agitur, sed ab euentu est testimonium. Dixerat, quòd non suscipient testimonium tuum. Et non susceperunt. Certe ex cōiecturis diuinare licebat, quòd essent suscepturi. Ego enim eram conijciens in carcerē, & percutiens inquit. unde uel propter hoc suscipere debuerant, & nihilominus non susceperunt. Ideo & hoc in ecstasi dicit, quòd non erant suscepturi. Hic duo præparat, & quòd non possint excusari: nam præter meritum, & præter rationē ipsum persequebantur: et quòd deus esset Christus, C ea quæ præter expectationem prophetizans, & non in ea quæ facta sunt respiciens, sed præsciens futura. Quomodo igit̄ dicit, corā gentibus, & regibus filijs{que} Israel portabis nomē meum? Portabis, inquit, nō aūt omnino persuadebis. Præterea Iudæi alibi quidem persuadebātur, hic autem nō.

Et quando effundebat̄ sanguis Stephani martyris tui, etiam ipse assistebam & cōsentiebā cædi illius.] Vide iterum quò sermo desinat, nempe in ualidum caput. Monstrat enim q{pi} ipse fuerit persequutor, & nō persequutor solū, sed etiam multis mantibus occidens Stephanum. Memoriæ illorum suggessit graue homicidiū. Quod sanè mihi me ferebant, sic de illo reprehēdi. Et iam prophetia implebatur. Zelus igitur magnus, et accusatio D uehemens, & testes ueritatis Christi fidenter loquentes erant ualde: sed Iudæi non permittebant ultra audire totam concionem, sed ultro accēsi furore clamabant. Et dixit ad me, Vade, quia ego ad gentes procul mittam te. Audiuerunt autem eum usq; ad hūc sermonem, atq; sublatis uocibus dicebant, Tolle de terra hominem istiusmodi, nō enim fas est eum uiuere. Clamantibus autem illis & projcientibus uestimēta, & puluerem mittentibus in aerem, iussit tribunus ut induceretur in castra, dicens, flagris eum examinandū, ut cognoscat propter quam causam cōtra illum clamant.] Oportebat hic tribunū etiam illos ipsos rogare an ita res habeant. At ille nihil amplius faciēs, flagris illum præcipit examinari. Iussit enim illum, inquit, induci in castra dicens flagris examinandum eum, ut sciat propter quam causam sic contra illum clamarent: id quod ab inclamantibus discere oportebat & rogare, an aliquē ex dictis apprehenderint: sed simpliciter utebatur potestate, & faciebat in gratiam illorum. Nō enim hoc quærebat quomodo iuste aliquid faceret, sed quomodo illorum iniustum furorem placaret. Vt autem astrinxerunt ipsum loris, dixit astanti centurioni: Num hominem Romanum & indemnatū licet uobis flagellare?] Num est mentitus Paulus se dicēs Romanum hominē? Absit: Romanus enim erat. Ideo & tribunus eo audito, territus est. Et cuius, inquit, gratia timuit? Si etiā nihil aliud, timuit ne capiatur, & maiorem pœnam det. Et uide. Non simpliciter inquit, Nunquid licet uobis? B Duo crimina, & absq; iudicio, & hominē Romanum, Magnum habebant priuilegium qui sic merebantur appellari, & nō omnes hoc assequebantur. Ab Hadriano enim aiunt omnes Romanos esse dictos. Hoc autem uetus, non sic se habebat. Vel etiam Romanum se uocabat, ut pœnam effugeret. Contēptior enim factus fuisset flagellatus, nunc autem hoc dicto maiorem illis incutit metum. Si autem flagellassent, aggrauassent rem, uel etiam occidissent illum, quod nunc effugit. Vide quomodo deus concedit etiā humano more multa fieri, & in illis & in alijs. Tribunus autem respōdens, quòd multa summa ciuilitatem illam comparasset, ostendit suspicionē prætextus, quòd Paulus diceret se esse Romanum, & forsan hoc suspicabatur ob uilitatem quæ in Paulo apparebat.

Quo audito, centurio accedens tribunum annunciauit, dicens: Vide quid facturus es. Homo hic Romanus est. Accedēs autē tribunus dixit ei, Dic mihi num Romanus es? Ille autem inquit, Etiam. Respondit tribunus: Ego multa summa ciuilitatem hanc emi. Paulus uero, inquit, Ego autem & natus sum. Statim autem recesserunt ab eo qui examinaturi erant illum. Tribunus quoq; timuit ut cognouit quòd Romanus esset, & quòd ligasset illum.] Ego autem, inquit, etiā natus sum. Igitur & patre erat Romano. Quid igitur postea? solutum deducit ad Iudæos. Sic non erat mendaciū dicere se esse Romanum, eo quòd & uinculis propterea solutus est. Et quō, audi: Postero autem die uolens scire certū quam ob causam accusaret̄ à Iudæis, soluit illum & iussit simul uenire principes sacerdotū & totū concilium, ac deducto Paulum sistebat coram illis. Intentis aūt oculis in CAPVT XXIII concilio dixit:] Nō iam ad tribunū, sed ad omnē populum omnēq; multitudinē loquitur. Et quid dicit? Viri fratres ego omni cōscientia bona conuersatus sum coram deo usq; in hūc diem.] Vult dicere, non sum mihi ipsi conscius, quod uos læserim, nihil dignū hisce uinculis cōmisi. Quid igit̄ princeps sacerdotum? Oportebat compūgi propter ea quæ in ipsorū gratiā iniuste passus est. Ille aūt & magis affligit, & iubet eū uerberari, quòd etiā manifestū ex his quæ addidit, Princeps autē sacerdotū Ananias, his qui astabant ei præcepit, ut

ut percutiant os eius. Bonus scilicet & mansuetus A pontifex. Tunc Paulus ad illum dixit, Percussurus est te deus paries dealbate: & tu sedens iudicas me secundum legem, & contra legem iubes me percuti? Illi autem astantes dixerunt, Principi sacerdotum dei maledicis? Et dixit Paulus, Nesciebam fratres quòd esset summus sacerdos. Scriptum est enim, principi populi tui ne maledicas.] Itaque quidam dicunt, quòd sciens irriserit. Mihi autem uidetur, quod neq; omnino sciret quòd esset princeps sacerdotum, alioquin & honorasset. Ideo & defendit quasi accusatio sit. Et addit, Principi populi tui non dices male. Quid igitur dicit? Nam si non princeps esset, alium ne temere contumelia notare oportuerat? Minimè. Sed etiā is qui contumelia afficit, magis ferendus est. Digna autem quæstio est: Quomodo idem alibi dicēs: Quū B maledicimur, benedicimus: dum persequutionē patimur, sustinemus: hic sanè contrarium facit, & non solum conuicijs lacessit, sed etiam maledicit. Absit, neutrum horū fecisse apparet, sed rem exactius cōsideranti, magis uerba sunt libere loquentis, quàm iracundi. Et alioqui nolebat contemptibilis uideri tribuno. Tribunus em̄ qui ludæis eum dedere uolens, mutata sententia flagris abstinuerat, si ferre eū seruos cædentes uidisset, dubio procul factus esset audacior. Propter hoc non ad ministrum sermonem uertit, sed ad eum qui id iusserat. Quod autem dicit, Paries dealbate, & tu sedēs iudicas me secundum legem, dixit, quasi hoc ei dicens: Reus existens, & multis plagis dignus. Vide quomodo ad illius libertatem in dicendo po- C pulus territus fuerit. Cum enim debuissent omnia miscere & turbare, admonēt eum potius. ipse quoque legem subinfert, non territus aut quasi immerenti hoc dixisset, sed legi & hic obtemperans. Et ualde credo, quòd nescierit eum esse principem sacerdotum, eo quòd post longum tempus redierit, neq; continuo fuerit cum Iudæis, sed uiderit illum inter multos: quo minus manifestus erat princeps sacerdotum. Quum igitur multi essent ac uarij, ita mihi etiam hæc in alios torsisse uidetur, ostendēs quòd legi credat, & per hoc rationem reddit. Videamus autem iterum quæ lecta sunt. Quum orarem, inquit, in templo, factum est ut fierem in ecstasi. Vt manifestet non simpliciter uisionem fuisse, propter hoc apposuit, Quum orarem ego. D Festina & egredere uelociter, inquit, eo quòd nō susc̄ipient tuum testimonium. Hic ostendit, quòd non timore periculorum ab illis fugerit, sed quòd non erāt suscepturi testimonium eius. Quare autem dixit, Ipsi sciunt quòd ego eram alligans illos? Non contradicens Christo dicit, sed uolēs discere tam mirabile opus. Vade, inquit: quia ego ad gentes procul mittam te. Vide, non docuit illū Christus quid oporteat facere, sed iussit solum abire: & obtemperat, adeo erat sequax. Et extulerunt uocem suam, inquit, dicentes, Tolle illum, non enim fas est eum uiuere. O audaciam. Imò uos non est fas uiuere, non hunc deo per omnia obedientem. O sceleſti & homicidæ. Et excutiētes uestes, inquit, puluerē mittebant: quod faciebant ad maiorem seditionem mouendam, uel etiam terrere uolentes principem. Et uide, non dicunt causam, quoniā nihil poterant dicere, sed clamoribus concussuros se putant. Attamen oportuerat ex accusatoribus causam cognoscere. Et tribunus timuit, inquit, cognito quòd Romanus esset. Non erat mendacium Paulum esse Romanum. Et soluit illum à uinculis, inquit: & deductum statuit in concilium. Hoc oportebat facere ab initio, & neq; ligare, neq; uelle flagellare, sed dimittere eum qui nihil tale fecerat, uinculis dignum. Et soluit illum, inquit, & deductum illis sistit. Hæc res maximè anxios fecit Iudæos. Intentis autem oculis Paulus in concilium, inquit, Viri fratres. Hic fiduciā suā in loquendo ostendit irreprehensibilem: sed uide etiam illorum impudentiam: Addidit enim, Princeps autem sacerdotum Ananias, præcepit ut uerberetur os eius. Quare percutis? quidnā dixit contumelia dignum? O impudentiam, ô audaciam.

Tunc, inquit, ad illum Paulus dixit, Percussurus est te deus paries dealbate. Papæ libertatem. Simulationis & præuaricatiōis illum sugillat. Vnde ob hoc etiam humiliatur. Et ipse quidem anxius, nihil audet dicere, sed qui iuxta illum, non ferebant illius libertatem. Ità uidebant hominem moribundum, & non ferebant. Nesciebam, inquit, quòd summus sacerdos sit. Nunquid ignorantiæ increpatio erat? Nam si hoc non fuisset, forte accepto illo abijsset, & non siluisset, forte dedisset illis illum tribunus. Hic ostendit quòd uolens patitur quæ patitur: & sic rationem reddit illis, legi se obedire, non illis, demonstrare uolens, alioquin illos ualde condemnabat. Propter legem igitur rationem reddit, sed non propter populum: Merito: Eum enim qui nihil iniuste fecerat occidere, præsertim innocentem, contra legem erat. Igitur contumelia non erat quod dictum est: nisi quis ea quoq; contumeliam esse dixerit, quādo dominus dicit, Væ uobis scribæ ac Pharisæi, quia similes estis parietibus dealbatis. Etiam, inquis. Sed si antequam uerberatus esset, hoc dixisset, non fuisset iræ, sed magnæ libertatis. Dixi iam causam, quòd noluit contemptibilis esse. Quoniam & Christus contumelia notauit Iudæos, ipse contumelia affectus: Sicut quando dicit, Ne putetis quòd ego accusem uos. At non est hoc afficere contumelia. Absit. Videte igitur, cum illis quanta mansuetudine loquitur. Nesciebā, inquit, quòd summus sacerdos sit dei. Hoc dixit, & nescíebat: ostenditq; quòd non irrideat: ac subdit, Principi populi tui nō maledices. Vides quomodo etiam principem ipsum adhuc uocat.

MORALE.

Discamus igitur & nos æquitatem, ut in utrisq; simus perfecti. Multa em̄ diligentia opus est, ut discamus quid hoc scilicet sit, & quid illud. Sunt em̄ uitia cognata uirtutibus illis: & iuxta dicēdi libertatē pullulat temeritas, & iuxta æquitatē mollicies.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et probe considerandum, ne quis uirtutem putet A se possidere, qui uitium apprehendit: quemadmodum si quis opinetur se iungi dominæ, & iungatur ancillæ. Quid igitur est æquitas, quam ἐπιείκειαν uocant? Et quid mollicies illa non uirilis ἀνανδρίαν dicta? Quando dum alij iniustè læduntur, nō ulciscimur, sed silemus ipsi: molliciei est. Quando autem nos malè affecti toleramus, æquitatis erit.

Quid autē dicēdi libertas est? Iterum illud ipsum dico, Quādo pro alijs certamus. Quid uero temeritas? Quando nosipsos ulcisci meditamur. Atq; ita simul iunguntur magnanimitas, & dicendi libertas: Etiam temeritas iterum, ac mollicies. Qui ēm pro seipso dolet, uix pro alio dolebit. Qui autem seipsum non ulciscitur, difficile alios non iuuabit. Quando puri nobis fuerint mores ab affectione, accipiunt & uirtutem, Sicut purum cor- B pus à febre accipit róbur: ita certè & anima, si non ab affectionibus corrūpatur. Magnæ uirtutis indicium est æquitas. Eget enim æquitas nobili præclaraq; anima. An parum putas esse affligi, & non grauatim ferre? Et non quis peccarit, curam pro proximo, fortitudinē uocans. Qui enim tam potens fuerit, ut tantam possit uincere affectionem, ualebit etiā aliam uincere: utputa, duæ affectiōes sunt, timor, & ira. Si iram compescueris, manifestum quòd & timorem. Iram autē uinces, si æquus fueris. Igitur & timorem si uiceris, eris fortis. Iterum si non uiceris iram, eris temerarius. Hanc autem si non uiceris, neq; timorē superabis, itaq; & timidus eris. Et hoc fit, ut si corpus imbecillum ita sit malè temperatum, ut nulli labori obluctari ualeat: & statim uel à frigore, uel à calore cōsumitur. Ita enim habet corpus, qualitatibus eius male temperatis. Vbi autem bene temperatæ sunt, omnia subsistunt. Iterum est uirtus magnanimitas, & iuxta eam pullulat prodigalitas. Virtus dispensatio est, & omnia probe dispensare facit. Pullulat iuxta eam sordicies, & parsimonia. Age igitur, uirtutes iterum congregemus. Igitur non magnanimus est intemperās. Quomodo? Qui ab innumeris capitur affectionibus, quomodo magnæ esset animæ? Non enim pecuniarū ille est cōtemptor: sed ab alijs affectionibus imperium accipere paratus: quemadmodū si quis latronibus obsequatur, illorum mandatis pariturus, non esset liber. Non D enim ex contemptu pecuniarum fit consumptio: sed ex eo quod male, ubi non oportet, dispēsatur: alioqui si quidē liceret & habere & frui illis, utiq; uellet. Qui autē insumit ubi opus est, pecuniā: hic magnanimus est. Magna enim reuera est anima, si affectioni non seruit, quæ nihil putat esse pecunias. Iterum, dispensatio bonum quiddam est: ita & dispensator erit optimus, si, ut oportet, eroget, & non simpliciter non dispenset. At de parsimonia non est idem dicendum. Nam ille quidem omnia, ut oportet, dispēsat: qui parcus autem, neq; si necessarius postulet usus, pecunias attingit. Dispensans igitur, ut oportet, magnanimi frater est: igitur magnanimū affirmabimus etiam dispensatorem probum, & prodigum etiam sordidum. utrunq; ēm ex pusillanimitate accidit, sicut & illic à magnanimitate. Ne obsecro magnanimū uocemus eum qui simpliciter erogat, sed erogātem ut oportet: neq; dispensantem ut oportet, sordidum & parcum, sed tempestiue parcentem pecunijs. Quanta dies ille insumpsit, qui induebatur byssum & purpurā, sed non erat magnanimus. Anima enim eius à crudelitate uexabatur, & à uarijs uoluptatibus: quæ autem talis est, quomodo esset magna? Magnanimus erat Abraham, in pauperibus suscipiendis multa insumens & uitulum occidens, & ubi oportebat non solum non opibus, sed neq; animæ suæ parcebat. Si igitur uideri mus quempiam qui preciosam appoluerit mensam, habeatq; scorta & parasitos: ne magnanimū uocemus hunc, sed ualde sordidum. Vide quot affectionibus seruit ac subiectus est, gulæ, uoluptati absurdæ, adulationi. Eum autem qui tot malis obnoxius est, & nec ab uno effugere potest, quomodo quis magnanimum uocarit? atq; adeò tunc ipsum maxime uocamus sordidum, quando pluri mum insumit. Quanto enim plura insumit, tanto magis manifestat tyrannidem suarum affectionū, quæ si non ualde imperassent ei, non tanta insumpsisset. Iterum si uiderimus aliquem horum nulli quicquā dare, sed pascere pauperes, & suppeditare his qui indigent, ipsum autem habere mensam uilem, hunc ualde magnanimum dicamus. Verè enim magnæ animæ est suam despicere quietem, & curare alienam. Dic oro mihi, Si quem uideris C contemnētem quidem omnes tyrannos, & nihili facientem illorum præcepta, eos autem qui ab illis uim patiuntur eripientem, ac eos qui male habent: nonne putaueris hoc magnum? Hoc sanè & hic cogitemus: Affectiones, tyranni sunt: si igitur contemserimus illos, magni erimus: si autem & alios eripiemus, multo maiores. Meritò: qui enim non sibi ipsis solis sufficiunt, sed etiam alijs, maiores his sunt qui neutrum faciunt. Si autē imperium quis accipit à tyranno, ut ei subditos percutiat, & alios pertrahat, alios cōtumelia afficiat, nunquid hunc dicemus magnanimum? Minime, & tanto magis, quanto maior fuerit. Ita in proposito est. Nunc enim proponitur anima quæ quum sit nobilis ac libera, hanc prodigus iussit percuti ab affectiōibus. Igitur eum qui seipsum percutit, hunc ne magnanimum dicemus? Itaq; discamus, quæ nam sit magnanimitas, & quæ prodigalitas: quæ sit dispēsandi iustitia, & quæ parsimonia sordida: quæ sit æquitas, & quæ mollicies: & quæ in dicendo libertas, & quę temeritas, ut hæc inter se discernentes, possimus placentes domini præsentem uitā transigere, & futura bona assequi, gratia & misericordia unigeniti filij, cui cum patre simul ac spiritu sancto sit gloria, imperium ac honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

SCIENS AVTEM PAVLVS QVOD V- A na pars esset Sadducæorum, & altera Phariseorū, exclamauit in concilio: Viri fratres, Ego Pharisęus sum, Phariseī filius, de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor. Et quū hoc dixisset: facta est dissensio inter Phariseos, ac Sadducæos, & dissecta est multitudo. Nam Sadducæi quidē dicūt, nō esse resurrectionē, neq; angelū, neq; spiritū. Phariſæi autem utraq; confitentur. Hom. XLIX

Terū humano more disserit, & non semper gratia fruitur, sed etiam permittitur à seipso aliqd afferre, quod sanè & facit. Et in hoc & in sequenti sermone rationem reddit, uolens scindere multitudinem in malum conspirantem. Et non mentitur etiam hic, Phariſæum se dicens. B Phariſæus enim erat ex progenitoribus, propter hoc & sic rationē reddit. Phariſæus ego sum, Phariſæi filius, & de spe ac resurrectione mortuorum ego iudicor. Quoniam enim illi nolebant dicere, qua de re iudicent illum, cogitur iam ipse enuncia re. Phariſæi autem, inquit, confitentur utraq;. Sanè quū tria sint, quomodo dicit utraq;? uel quod spiritus & angelus unum sit, uel quod non solum dictio illa, de duobus, sed etiam de tribus accipitur. Itaq; abusiue sic loquutus est, & non proprie. Et uide, quando pro illis stabat, tunc rationē reddunt pro eo. Factus est ēm, inquit, clamor magnus, & quum surrexissent scribæ partis Phariseorum depugnabāt dicentes, Nihil malii inuenimus in hoc homine. Quod si spiritus loquutus est ei C uel angelus, ne repugnemus deo.] Et quare non antea rationē pro illo reddiderunt? quia illis nondum cōmixtus erat, neq; manifestum erat priusquam rationem redderet fuisse Phariseum. Vides quando affectiones abscedunt, quomodo ueritas inuenitur? Quod autem dicūt, hoc est: Quale crimen si angelus ei loquutus est aut spiritus & ab ipso edoctus sic de resurrectione docet. Igitur desistamus ab illo, ne si contra eum pugnauerimus, etiam inimici dei inueniamur. Vide sapienter illos rationē dare, etiam Paulo nullam dante occasionem. Magna autem facta seditione, uerítus tribunus ne discerpatur Paulus ab eis, iussit exercitum descendere & rapere eum de medio illorum, adducereq; in castra.] Timet nūc tribunus ne dis- D cerpatur, quoniam dixerat quòd Romanus sit. Vnde & non carebat res periculo. Vide quòd iuste cōsessus est se esse Romanum. Nónne si etiam nunc non timuisset tribunus, & milites Paulum rapuissent, Iudæi quicquid reliquum perpetrassent, quum uoluissent quidem & antea, licet prohiberentur. Ita non subsistit malitia, tametsi tanta remorentur, quamuis etiam adeò multa dispensata sint, ut & furor demulceretur, & discerent per quę respiscant: nihilominus instant. unde magna est defensio illa quòd discerpturi erāt hominem, qui raptus est ut tanta pericula effugeret. Sequenti aūt nocte assistens ei dominus ait, Bono animo esto Paule: Vt enim testificatus es de me Hierosolymis, sic te oportet & Romæ testificari. Facto autem die, Iudæi facta collectione anathematizarūt se, neq; esuros, neq; bibituros, donec occiderent Paulum. Erant autem plures q̄ quadraginta, qui hanc coniurationem fecerant. Anathematizarūt seipsos, inquit. Vide ut sunt uehementes, & ultionis cupidi in malitia. Quid est anathematizarūt? hoc est, dixerunt se esse extra fidem in deum, nisi quod decreuerant contra Paulum, implerent. Igitur semper sunt anathematizati illi, non enim occiderūt Paulū. Et quadraginta simul conueniunt. Talis autem gens est, ut quando in bonum conueniendum neq; duo concurrant: quando autem in malum, populus totus, & accipiūt socios ac príncipes. Ideo & hoc manifestās addit, Qui accesserunt ad príncipes sacerdotum ac seniores, & dixerunt, Deuotione deuouimus nosipsos nihil de gustaturos, donec occidamus Paulū. Nunc ergo uos significate tribuno & concilio, ut cras producat illum ad nos tanq; aliquid certius cognituros de eo. Nos uero priusquam appropinquet, parati sumus interficere illum. Quū autem audisset filius sororis Pauli insidias, uenit & intrauit in castra, nunciauitq; Paulo. Accersito autem Paulus uno ex cēturionibus dixit, hūc adolescentē perduc ad tribunū. Habet ēm quod renunciet illi. Et ille quidem assumens adduxit ad tribunum.] Iterum per humanam seruatur prouidentiā. Et uide, Paulus nullum sinit discere, neq; centurionem, ne manifestum fiat negotiū. Et ueniens centurio annunciauit tribuno dicēs, Paulus uinctus accersito me C rogauit ut hunc adolescentē ducerē ad te, habentem aliquid quod loquatur tibi. Apprehensa autē manu illius tribunus, secessit cum eo seorsum, & percontatus est illum: Quid est quod habes significandum mihi? Ille aūt dixit, Iudæi conspirarunt ut rogarent te, ut in crastino die educeres Paulum in concilium, quasi aliquid certius cogniturí sint de illo, tu uero ne morem gesseris illis. Insidiantur ēm ex his uiri plures quadraginta, qui seipsos deuouerunt, ne uel edant uel bibant, donec interficiant eum, & nunc parati sunt expectantes ut permittas. Tribunus igitur dimisit adolescentē, præcipiēs ne cui effutiat, quòd hæc ad me retuleris.] Bene tribunus iubet occultare, ne fiat manifestū. Et tunc dicit centurionibus, quando & fieri oportebat, & mittitur postea in Cæsareā, ut & illic differat in maiore spectaculo, & clariore auditorio, ne possint dicere Iudæi, si uidissemus Paulū, credidissemus, si audiuissemus docentem. Hæc illis occasio sublata est posthac. Et astās, inquit, dominus ei, dixit, Bono animo esto Paule, nam ut testificatus es de me in Hierusalē, ita oportet etiā Romæ testificari. Vide etiam postquam apparuit ei, iterum permittit ei humano more seruari. Et dignum fuerit cū stupore admirari Paulum quomodo non turbatus fuit, neq; dixit, Quid ēm hoc est, nunquid deceptio est à Christo? Sed nihil tale cogitauit uel accidit ei, sed solum credidit. Certe nō quoniam credidit somniculosus fuit, sed quæ per humanā sapientiā cōtuerī poterāt protulit. Considera autem, quomodo illi necessitatē quandam

sibijpsis

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibijpsis iniungunt per anathematismũ. Ecce ieiu- A
nium homicidij mater, sicut & Herodes etiã iura-
mento necessitatẽ sibijpsi iniũxerat, ita & illi. Ta-
les sunt uenandi artes diabolo, qui prætextu pie-
tatis laqueos tegit. Hæc non sunt sacerdotum sed
latronum, hæc non principum sed facinorosorũ.
Et uide malitiam excellentem, non sunt contenti,
quòd se mutuum corrumpãt, etiam principẽ una
cum ipsis corrumpere attentãt. Et idcirco hæc ita
acciderunt, ut & ille discereț insidias illorum: illi
autem non solum ex eo quòd nihil poterant dice
re, sed etiam ex eo, quod clam moliebãtur, argue-
runt sese nihili esse. Verisimile autẽ est illos post-
quam Paulus amandatus est summos sacerdotes
accessisse, & sic confusos esse, & re infecta dimis-
sos. Merito autem hoc facit tribunus. Nolebat e-
nim uel gratificari uel annuere. Et quĩ credidit ue B
ra esse quæ annunciauit adolescens? Ex his quæ
iam euenerant coniectabat, quia & hoc facturos
illos uerisimile erat. Et uide malitiã, quemadmo-
dum necessitatem etiam principibus sacerdotum
attulerunt, & ne mireris: nam si intantum illi fer-
uebant, & omne periculũ sustinuissent, multo ma
gis & istos hoc facturos uerisimile erat. Vides
quomodo exterorũ sententia esse innocens Pau-
lus perhibetur, sicut & Pilatus Christum excusat.
Vide etiam ut malignitas seipsam perdit: nam tra
diderunt quidem illum, ut occiderent ac conde-
mnarent, fit autem contrarium, & seruatur & in-
nocens reperitur. Si enim nõ sic, etiam discerptus
esset: si non sic, etiam periisset, etiã condemnatus
esset. Non solum autem tribunus liberat illum ab C
hoc impetu, sed & iuuat illũ, ut in tãto discrimine
etiam absq; periculo seruetur. Et quomodo nam?
Audi, subdit enim: Et accersitis duobus qui-
busdam centurionibus, Parate mihi ducentos mi
lites, ut proficiscantur in Cæsaream, & equites se
ptuaginta, & lancearios ducẽtos, à tertia hora no
ctis, & iumenta præbete, ut impositũ Paulum sal-
uum perducant ad Felicem præsidem, scriptis li-
teris in hanc formã: Claudius Lysias potẽtissimo
præsidi Felici salutem. Virum hunc comprehen-
sum à Iudæis, quum iam interficiendus esset ab eis
superueniens cum exercitu eripui, cognito quòd
Romanus esset, uolensq; scire causam, ob quam
accusarent illum, deduxi eum in consilium eorũ:
quem comperi accusari de quæstionibus legis eo D
rum, nullum dignum morte aut uinculis haben-
tem crimen. Et quum indicatũ esset mihi de insi-
dijs quas ponerẽt illi, misi eum ad te, præcepto da-
to etiã accusatoribus, ut quæ habent aduersus eũ,
dicãt apud te. Vale.] Vide epistolã habere & ex-
cusationem pro illo: Nullum enim, inquit, inueni
habere crimen: & accusationem contra illos ma-
gis q̃ contra hunc: sic erant cædis auidi. Et primũ
quidem, inquit, quòd interficiendũ à Iudæis eri-
puerit: deinde addit, q̃ deduxerit illum ad eos, &
neq; sic inuenerint illi quod obijcerẽt. Et quos o-
portebat ob priora territos fieri, & confundi, ite-
rum attentãt occidere, ut iterũ pro illo clarior ser-
mo fiat. Et quur nam accusatores mittit? Vt pro

tribunali ibi hæc diligentius exquirant, & inno- A
cens fiat. Videamus iterũ quæ supra sunt dicta:

Ego, inqt, Pharisæus sum. Hoc dixit, ut etiã illos sibi conciliet, deinde ne uideatur adulari, subdit: De spe & resurrectione mortuorum ego iudi cor. Ab accusatione & calumnia illorũ se cõtinet. Nam Sadducei quidem neq; angelum esse neque spiritũ dicunt. Nihil incorporeum sciunt Sadducæi, fortassis neq; deum, quia tam crassi sunt: unde neq; resurrectionem credendam esse putant.

Et cum surrexissent factionis Pharisaicæ scribæ, depugnabant dicẽtes: Nihil malũ inuenimus in homine isto.] Vide, audit & tribunus q̃ istum à criminibus excusant Pharisei, & sententiam fert pro illo, & maiore cum fiducia eripit eum. Quin & uerba Pauli plena erant sapientiæ. Sequenti au tem nocte astans illi dominus dixit, Bono animo esto Paule: sicut enim testificatus es de me in Hie- rusalem, sic te oportet etiam Romæ testificari. Vi de quanta consolatio, Primo illum laudat: deinde non sinit incertam profectionem illius in Romã. quasi diceret, non abibis solum illuc, sed etiã erit tibi libertas in loquendo. Hinc non manifestatur quòd seruetur, sed quòd in magna ciuitate cũ magna corona testificaturus sit. Quare autem non priusquã incideret in periculũ apparuit illi? Quia semper in tribulationib. consolat deus. Tunc em desiderabilior apparet, et in periculis exercet nos. Vel quòd hactenus quidem mitius habitus fuerat, liber à uinculis, nunc uero grauia suscipienda erant. Quia anathematizauimus nosmetipsos, in- quit, nõ esuri neq; bibituri. Papè quanta insania? seipsos anathemati sine ratione obnoxios facĩt. Vt deducant illum, inquit, ad uos, quasi aliquid certius cognituros de eo. Quid dicitis, nonne se- cundo uobis concionatus est? nonne Pharisæum se esse dixit? Quid igitur reliquum? Ita nihil reue- rebantur, non tribunalia, non leges. Ita nihil ab illis inattentatum remansit. Et sententiam suam proferunt, & operam pollicentur. Quum audisset autem filius sororis Pauli insidias. Hoc iam diui- na fit dispensatione, illos nescire quòd audiantur. Quid igitur Paulus? Non turbatus est, sed con- scius sibi, quòd opus dei esset, & omnia in illum proijciens, salutẽ habuit ex ea re. Et obserua quo- modo deus omnia in bonum ordinauit. Dixit ad- olescens insidias, creditum est ei, & ita seruatur Paulus. Et si liberatus est, inquit, à causa, quare ac- cusatores missi sunt? ut & exactior fiat inquisitio, & uir magis approbet suã innocentiã. Tales sunt MORALE
diuinæ ordinationes, ut per quæ offendimur, per eadem utilitatẽ accipiamus. Ita Ioseph insidijs pe tebatur à domina: & putabat quidẽ illa se insidiari, sed insidiando securum illum reddidit. nam car cer multo mitior ei fuit, quàm domus in qua ale- batur illa bestia. illic enim quamuis bene tracta- retur, continuo tamen in timore erat, nequando in- silíret ei domina, & urgebat illum timor carcere grauius. Post accusationem autem in securitate erat ac quiete, liberatus ab illa bestiola, & turpitu dine, & insidijs. Iucũdius enim ei erat uiuere cum

ærumno-

erumnosis hominibus, quàm cum insaniente do- A
mina. Itaq; consolabatur seipsum quòd propter
continẽtiam iniectus esset, illic autem timebat ne
in animam plagam acciperet: nihil enim molestius
iuueni muliere, cui non assentitur, nihil detestabi-
lius, nihil grauius: atq; adeò non incidit in carce-
rem, sed carcerem effugit: inimicũ illi fecit domi-
num, sed cõciliauit deum, & familiariorem ipsum
reddidit uero domino: priuauit præfectura dome
stica, sed commendauit domino. eundem fratres
uendiderunt, sed liberarunt à cõtubernalibus ini-
micis, inuidia & odio magno ac quotidianis insi-
dijs, longe fecerũt eum ab odio habẽtibus. Quid
em hoc deterius, quãdo quis cohabitare cogitur
cum fratribus inuidia laborantibus, quãdo suspe-
ctus est, quãdo insidijs expositus? Ita alia faciebãt, B
cum hi, tum ista: alia aũt & magna à deo pro iusto
ordinabantur. quãdo erat in honore, tunc erat in
periculo: quãdo erat in ignominia, tunc erat in se-
curitate: non memores erant illius eunuchi, & bene,
ut clarior fieret euadendi occasio, ne humanæ
gratiæ, sed diuinæ uirtuti totũ adscriberet, ut tem
pestiue in usum constituendus educeretur, ne be-
nefaciens, sed beneficium accipiẽs, è carcere Pha-
rao illum educeret. non oportebat seruile fieri do
nũ, sed necessitate premi, oportebat manifestam
illius fieri sapientiã: propter hoc obliuiscit eunu-
chus, ne in obliuionẽ ueniat Ægyptus, ne igno-
ret illum rex. Si tunc eductus fuisset, forsan in ter-
ram suam redire desiderasset: propterea multis ne
cessitatibus fit obnoxius, primũ domino, deinde C
carceri, tertio regno, ut hæc sic ordinẽtur. Quem-
admodum enim generosum equum uolentem ad
suos exilire, retinuit deus ibi, propter glorioſas
causas: nam quòd desiderarit patrem uidere, & à
dolore liberare, manifestũ est ex eo quòd illuc uo
carit. Vultis etiam alias uideamus insidias, quòd
pro nobis fiant, non solũ quòd mercedem habẽt,
sed etiam quòd in tempore isto pro nobis faciãt?
Insidiabatur illius patri patruus huius, & patria
eijcit. Quid igitur? etiam ipsum procul à periculis
amouit. Factus est & ipse securus, fecit magis phi
losophum, fecit uidere somnium. Sed seruiuit in
aliena terra? Et ad illos profectus accipit spõsam,
& dignus uidetur socero. Iam decipit & ille, sed e-
tiam hoc in bonum tendit euentum, ut multorum D
puerorum fieret pater. At uolebat insidiari, uerũ
etiam hoc in bonum cedit, ut in terram suam post
ea redeat. Si enim fuisset in felicitate, non sic desi-
derasset patriam. Vltrà abstulit mercedem, at illa
magis creuit. Sic semper quo magis insidijs erant
obnoxij, hoc ampliusres eorum florebant. Si nõ
adultiorẽ duxisset, forsan haud fuisset factus tot
puerorum pater, sed in peregrinatione multum
temporis contriuisset, & mœstus fuisset quemad-
modũ & mulier. Illa enim merito mœsta erat, eo
quòd non esset facta mater. Hic autem habet con
solationem, quæ mœrorem discutiat. Rursum si
non fraudasset ipsum mercede, non desiderasset
uidere terram suam, non declarata fuisset uirtus
uiri, non magis familiares facti essent ei. Vide em

quid dicunt, Deuorando deuorauit nos & argen A
tum nostrũ. Et ita hinc prodijt amoris causa. Ser-
uas ferè habuit pro mulieribus, & dilígebatur ab
eis, cui possessioni haud poterit conferri aliquid.
Nihil enim honestius quàm amari ab uxore & a-
mare: & sapiens inter beatos ponit, quibus ama-
bilis quæ amat uxor obuenit: ibi enim uerè diui-
tiæ, & multa abundat felicitas. Igitur si illud non
sit, nulla aliorum erit utilitas, sed omnia turban-
tur, omnia insuauitate & confusione plena sunt.
Igitur & nos hoc ante omnia quæramus. Pecunias
quærens, non hoc quærit. Hæc quæramus, quę fir
ma esse possent, ne nuptias ab opulentis, ne immo
dicæ diuitiæ uxori superbum afferant sensum, &
inde corruptionem. Non uides, quid fecit deus,
quomodo illam subiecit? Quare ingratus es, qua- B
re insensatus? id quod tibi natura concessum, hoc
tu ne corruperis adiutorium, & ita non oportet te
diuitem quærere, sed ut habeamus cõmunem so-
ciam ad liberos procreandos: non ut pecunias af-
ferat uxor illã dedit deus, sed ut sit adiutrix. Quæ
autem pecunias affert, etiam insidiatur, & domina
fit pro ministra, uel forsan bestia pro muliere, uo-
lens propter diuitias sapere magna. Nihil turpius
uiro qui sic uult ditari. Si enim istuc ipsum ditari
tentationibus plenum est, sic ditari quid non asse
ret? Ne enim hoc attendas, si id quibusdam acci-
dat raro: nam & in alijs negotijs, quibus præter ex
pectationem fruuntur quidam, non spectatur qd
plerisq; fortunatiores sint, sed id spectamus quod
ratio docet. Si multa insuauia tibi erunt, non solus
in ignominia eris, sed etiam pueros confundes,
pauperes relinquens, si prior moriare, & ei multas
occasiones das ut mox secundum quærat maritũ.
Non uides multis hãc fuisse causam secundarum
nuptiarum, ut non contemnantur, & ut quærant
eos qui rebus suis præsint. Itaque nec hæc operé-
mur mala propter opes, sed omnia relinquamus,
& animam inquiramus bonam, ut & dilectionẽ
assequamur. Hæ sunt magnæ diuitiæ, hæ sunt mag-
nus thesaurus, hæc sunt innumera bona. Quæ
nos omnes assequi, ut oportet, & iuxta leges dei
uiuere, ut etiam futuris bonis frui possimus, con-
cedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu
Christi, cui cum patre simul ac sancto spiritu glo-
ria, imperium, honor nunc & semper, & in secula
seculorum, Amen.

ITAQVE MILITES VT PRAECEPTVM erat eis assumpto Paulo, duxerunt per noctem in Antipatridẽ, & postero die relictis equitibus qui erãt cum illo, reuersi sunt in castra. At illi ut uene-
runt Cæsaream, & reddiderunt epistolam, du-
ci statuerunt etiam Paulum. Hom. L.

DEducunt quasi regem quendã lan-
cearijs stipatũ cum tanta multitudi-
ne, & id nocte, timentes irã & impe-
tum populi. Igitur postquam eiece-
runt illum è ciuitate, tunc desistunt.
Non autem tribunus cum tanta illum securitate
emisisset, nisi & ipse in nullo eum condemnasset,

& illo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& illorum sanguinariam sciuisset mentē. Vt autem legit & rogauit, ex qua prouincia esset, & cognoscens quòd ex Cilicia: Audiā te, inquit, quando & accusatores tui uenerint, iussitq; illū in prætorio Herodis custodiri.] Iam pro illo rationē dederat Lysias, attamen & sic Iudæi insidiantur, & præoccupant auditorem: & iterū in uincula mitti
Cap. XXIIII tur, & audi quomodo: Post quinq; autem dies descendit princeps sacerdotum Ananias cum senioribus & rhetore quodam Tertullo, qui & cōparuerunt apud præsidem contra Paulum.] Vide quomodo neq; sic destiterunt, sed ueniunt quā uis prohibiti multis difficultatib. ut & illic cōfundantur. Vocato autē illo, cœpit Tertullus accusare dicens, Quum in multa pace agamus per te, & multa bona opera fiant huic populo per tuam prouidentiā semper & ubiq;, suscipimus præstan- B tissime Felix cum omni gratiarū actione. Sed ne diutius te morer, oro ut paucis nos audias pro tua humanitate.] Profecto uos hoc fecistis, oratore quid opus erat? Vide quomodo hic statim ab initio, quasi rerum nouatorem, & seditiosum calumniari uult, & iudicem laudibus præoccupat. Deinde quasi multa possit dicere, prætercurrit, & unum hoc dicit. Vt autem ne diutius te detineam, Vide quomodo iudici puniendi desideriū immittit, utpote comprehensuro orbis turbatorem, & quasi in magno bono opere gloriantur. Inuentum enim uirum hunc pestilentem, & mouentem seditionem omnibus Iudæis in uniuerso orbe, sectæ Nazaræorum præsitem, qui etiam templum attentauit prophanare, quem etiam apprehendimus & uoluimus secundum legem nostram iudicare, superueniens Lysias tribunus magna cum ui, ex manibus nostris abduxit, iubens accusatores eius ad te uenire, ex quo potes ipse dijudicans de his omnibus cognoscere de quibus nos accusamus eum.] Vt pestilentem iam, & ut communem hostem gentis accusant, & præsitē sectæ Nazaræorum: uidebatur hoc ignominiosum, quòd Nazaræorum. Ideo & hoc allegarunt, & hoc nomine iterum accusant eum. Nazareth enim contemptior erat. & inuentum inquit. Vide q; malignē ut fugientem calumniātur, & uix se illum assequutos dicunt, quamuis septem diebus fuerit in templo. Apprehendimus & secundum legem no- D stram iudicare uoluimus. Vide quomodo & legē contumelia afficiunt. Neq; em hoc legis erat, percutere, occidere, insidiari. Additur & Lysiæ accusatio: Superueniens autē Lysias tribunus magna cum ui, ex manibus nostris abduxit. Non conueniebat illi rem hanc facere, quam tamen fecit. Ex quo poteris dijudicans de his omnibus cognoscere, de quibus nos accusamus illum. Adiecerūt autem & Iudæi dicētes, hæc sic habere. Quid igitur Paulus? nunquid ad hæc tacet? minimē, sed libere loquitur iterum & respondet, idq; uolente præside. Addidit enim: Respōdit autem Paulus innuente ei præside ut dicat: Sciens multis annis te iustum iudicem huic genti esse, equiore animo de rebus meis satisfacio, quum possis ut cognoscere, non esse plures quàm duodecim dies, ex quo ascendi Hierusalem adoraturus, & neq; in templo inuenerunt me cum aliquo loquentem aut cōcursum facientem turbæ, uel in synagogis, uel in ciui tate, neq; probare possunt ea de quibus me accusant.] Non sunt hæc adulationis uerba testari de iustitia iudicis, sed illa magis, q; multa pace potiātur per eum. Quur igitur iniuste seditiosi estis? Obserua autem, illi ad iniustitiā impellebant: hic quod iustum, quærebat. Ideo & dicebat, Æquiore animo de rebus meis satisfacio. Deinde & à tēpore confirmat: Sciens te multis annis iustum iudicem. Et quid hoc ad demonstrationem conducebat? Ostendit sanè quòd & ipse sciat, nihil se eorum feciſſe quorum accusabatur. Si autem cōcursum turbæ unquā concitasset, utiq; iudex ipse cognouisset, nec ei qui tantus erat occultum fuisset. Deinde quoniam accusator nihil potuit monstrare in Hierosolymis, uide quid dicit, Omnibus Iudæis in uniuerso orbe: mendaciū confingens. Idcirco Paulus hinc illum abstrahens, Adoraturus ascendi, inquit: quasi per hoc rationem reddens. tantum abest ut seditionem cōcitem. & in hoc iusto, quod certè ualidū erat, immoratē: subdit enim, Neq; in templo, neq; in ciuitate, neq; in synagoga inuenerunt me cum aliquo loquētem, id quod & uerum erat. Et ille quidem præstitem inquit, quasi in bello aut tumultu: hic autem uide ut humaniter respondit: Confiteor autem hoc tibi, quòd iuxta uiam quam uocant Sectam, sic colo patrem deum, credens omnibus quæ in lege ac prophe- C tis sunt scripta, spem habēs in deum, quam & ipsi amplexantur, futuram resurrectionem iustorum & iniustorum.] Vide, separabant hunc illi, hic uero se adiungit, & legi, per ea quæ respondet, addictum declarat, cōfirmansq; iterum quod dixerat, addit: In hoc autem & ipse studeo sine offendiculo conscientiam habere erga deum, & erga omnes semper. Post annos autem plures accessi, eleemosynas exhibiturus in gētem meam & oblationes, in quibus compererunt quidam me purificatum in templo, haud cum turba, neq; cum tumultu.] Quur igitur ascendisti? quur ueneris? adoraturus, & eleemosynas daturus, inq̄t, id quod non erat seditiosi. Deinde deiscit illorum quoq; personam, dicēs sine discrimine. In quibus me cōperunt quidam eorū qui ex Asia erāt Iudæi, quos oportebat tecū adesse & accusare si quid habeant cōtra me, uel hijpsi dicant, quid inuenerint in me iniustum, quum in concilio uel de una hac uoce qua clamaui inter eos stans, De resurrectiōe mortuorum ego hodie iudicor à uobis.] Hæc erat abundans iustificatio, nō fugere ab accusatoribus, sed paratum esse ad reddendam rationem omnibus, De resurrectione mortuorum ego hodie inquit, iudicor. Et nihil dixit eorum, quæ merito poterat dicere, quòd insidiati sint, quòd comprehenderint illum, quòd insidias struxerint: hæc em ab illis dicuntur facta esse, ab hoc autem nihil periculi erat: sed tacet, & tantum rationem reddit, quam uis plurima dicere potuisset. Hoc illum & in Cæsarea

sarea clarum reddebat, quòd cum tanto uenerat A agmine. In quibus inuenerunt me purificatum in templo. Quomodo igitur prophanauit? Non est hoc unius & eiusdē, purificari & adorare & propter hoc uenire, & polluere. Hoc etiam pro firmāda causa aliquid faciebat, quòd sermonem non sinit esse prolixiorem, & gratificatur iudici: mihi enim uidetur & propter illum satisfactionē contrahere, sed uideamus iterū dicta: Quoniā antea multum concionatus erat Tertullus, ostendens quòd breuitati studeat, nō dicit, audi causam: sed ne te diutius morer, oro ut audias pro tua humanitate. Fortassis sermonē sic instituit per humilitatem, uel etiam uerè hoc humanitatis indiciū erat, cum possint multa dici, non interturbare, sed paucis dicere. Inuenimus enim uirum illum pestilentem, Qui, inquit, & templū tentauit polluere. Igi- B tur non polluit. Quid igitur si aliās hoc fecit? minimè, alioqui etiam dixisset, nunc autem dicit, attentauit quidem. Hoc autem quomodo, non apponit, & sic causam Pauli meliorē, suam uero deteriorē reddit. Quem & apprehendimus, inquit, & uoluimus iudicare iuxta nostrā legem. Superueniens autem tribunus cum multa ui è manibus nostris eripuit. Hic ostendit quòd coacti ad peregrina tribunalia ueniunt, & quòd non obturbassent ei nisi coegisset ille, & quòd non fuerit officij illius abducere uirum: nam cum iniuria apud nos facta sit, & iudicium apud nos fieri oportebat. Et quòd ita sit, uide quid deinceps dicat, Cum multa, inquit, ui. Vis erat. Ex quo potes cognoscere. Neq; recusare audet. Erat enim ad uenia dandam facilis uir, neq; simpliciter aderat. Deinde iterum ne uideatur mentiri, Paulum suijpsius accusatorē adhibet. Ex quo, inquit, potes dijudicans cognoscere. Mox & testes dictorum adsunt. Adiecerūt autē & Iudæi dicentes, hæc sic habere. En testes, qui & ipsi accusatores. At Paulus respōdet, Sciēs te multis annis esse iustum iudicem, Non igitur peregrinus, neque extraneus, neq; nouator erat, quandoquidem à multis annis cognoscebat iudicem. Et bene addidit, Iustum, ne ad principem sacerdotum respiciat, neq; ad populum. Vide quomodo nō prouocatus est ad cōtumeliam, neq; erga accusatorē, quāuis etiā necessitas sit. Credens, inquit, omnibus quæ in lege: hoc dixit, ostendens D nullum hominē, qui resurrectionē futurā credit, tale quid unquam facturum. Quam & illi approbant. Non dixit de his quod credūt his quę in prophetis sunt scripta, neque enim credebant: sed hic omnibus credebat, nō illi: quomodo aūt, longum esset nūc dicere. Tanta dixit, & nusq; Christi meminit. Sed ubi dicit credens omnib. etiā de Christo accipiendum: nunc moratur in resurrectionis sermone, utpote in communi dogmate, quod omnē seditionis suspicionem tollebat. Subditur & causa ascensionis: Eleemosynas, inquit, & oblationes facturus in gentem meam ueni, idq; post annos plures. quomodo igitur obturbaret eos, quibus ut eleemosynam faceret, tanta uenerat uia? Non cum turba, inquit, neq; cum tumultu. Vbiq; sedi-

tionem inficiatur. Bene autem uocat etiam accusatores eos qui ab Asia, quos oportebat, inquit, te cum accusare, si quid in me habeant. Ita confidit mundus esse ab his de quibus a ccusabatur, quòd & illos aduocat, & non solum eos qui ab Asia, sed etiam eos qui ex Hierusalem acculatores nō reiecit. Quin & hos aduocat iterum adijciens, Vel hi ipsi dicant. Etenim ob hoc primùm offensi sunt, quòd resurrectionem prædicaret. Et bene sic faciebat. Hoc enim ostenso facile etiam subijciet, Christum resurrexisse. Quid inuenerunt, inquit, in me iniustitiæ, quum starem in concilio? In concilio dixit, ostendens quòd nihil inuenerint, non priuatim inquisitione facta, sed præsente multitudine, & diligenter dijudicante. Quòd autem hæc uera dico, testes sunt qui de hoc accusant. Idcirco etiam dicebat, In hoc autem studeo, ut sine offendiculo conscientiā habeam erga deum & erga homines. Perfecta est em hæc uirtus, quādo neq; hominibus damus occasiones, & apud deum curamus esse sine offendiculo. Qua uoce clamaui in concilio. Etiā uim illorū manifestat dum dicit, clamaui. Non possunt dicere quòd prætextu eleemosynæ hæc fecerim: neq; enim cum turba, neq; cum tumultu hæc faciebam. Et alioquin etiam inquisitione facta de hoc, nihil amplius inuentum est. Vidisti in periculis humanitatē? uidisti honestā linguam? & quomodo id unum quærit, ut suas excusset, neq; illos criminibus implicet, nisi quando defensio cogit, quēadmodum & Christus dicebat, Ioan. 8
Ego dæmonium non habeo, sed honoro patrem C meum, uos autem non honorastis me.

MORALE.

Hunc imitemur & nos, quoniā & ipse Christi imitator fuit. Si ille his qui ulq; ad mortem ac cædem processerūt nihil loquutus est durū: nos quā uenia digni erimus, qui ad conuiciū & contumeliæ uerbum exasperamur, sceleſtos ac flagitiosissimos uocantes inimicos nostros, & quam excusationem habebimus dum nobis sunt inimici? Non audis, Qui honorat, seipsum honorat, nos autem nosipsos cōtumelia afficimus? Accusas quòd contumelia affectus es: quare igitur & ipse in hoc crimen incidis? Cur teipsum peremptis? mane sine affectionibus, mane inuulnerabilis, ne uolēs alium D uulnerare teipsum in malum conijcias. Non sufficit nobis alius animæ tumultus, qui nullo concitante oritur, ut concupiscentię illicitæ, mœrores, tristitia, & quæcunq; id genus, ut alios etiam super alios cumulemus? Et quomodo, inquit, possibile est, eum qui cōtumelia afficitur ferre? quomodo aūt non possibile? dic oro. Vulnus nobis nascitur ex uerbis? cicatrices in corporibus? quantum igit nobis erit damnū? atq; ita si uoluerimus, possumus ferre. Ponamus nobis legē, ne doleamus: dicamus nobisipsis, non est inimicus, infirmitatis est hoc: uere em ex infirmitate est. Quoniā quòd non sit inimicitiæ, neq; malignitatis morū, uolebat etiā ille cōtinere, quāuis multis nominibus læsus sit. Si hoc cōsideraverimus solum, quod infirmitatis est portabimus, & uenia dabimus illi; co-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nabimurq; ne & ipsi cadamus. Cæterũ rogo omnes qui præsentes estis, num sic philosophari poteritis? equidem opinor. Itaq; inuitus te contumelia affecit, & nõ uolens, sed ab affectione coactus. Contineas te, non uides dæmoniacos? quemadmodum ille non ab inimicitijs, quantum ab infirmitate patitur, ita & nos non à natura contumeliarũ mouemur, quantũ à nobisipsis: alioqui quomodo feremus insanientes, similes contumelias inferentes? Item si amici essent qui conuicijs nos impetũt, uel etiã maiores, & sic ferremus. Quomodo igitur non absurdũ, cũ triplex hominũ genus, amicos, insanientes, & maiores, ferre possumus: pares autẽ honore uel inferiores non toleramus? Sæpe dixi, momentanea res est, & adictum oculi durans. Paulisper fortes simus, & totũ perfecimus: quanto maiore contumelia afficimur, tanto infirmior est autor. Audisti quãdo oporteat dolere: quando nos contumelia afficimus, & ille silet, tunc ipse quidẽ fortior est, nos autẽ infirmi. Si aũtem diuersum fiat, etiam gaudere oportet, coronatus es, prædicatus es, idq; neq; in palæstram deductus absq; sole & radio & puluere inimicitias ferens, neq; complicitus illi, neq; datis ansis. Sed si uoluerís solũ, siue sedens siue stans, accepisti magnam coronã, & non simpliciter magnã, sed multo maiorem q̃ illi. Non est enim par inimicũ prosternere oppugnantem, & tela iræ uincere: uicisti neq; data ansa, prostrauisti affectionem quæ in te est, occidisti bestiam commotam & rabidi furoris ora obturasti, quemadmodũ pastor optimus. Domesticum bellum futurũ erat & intestina pugna: nam sicut qui mœnia proximi obsident foris, intestina curãt oriri bella, & sic uincunt: Sic & qui contumelias iacit, si non excitarit affectiones nostras, non poterit uincere, si non ipsi nos incendérimus. Ille profecto nullum robur habet, apud autem nos est iræ scintilla, ut tẽpestiue accendatur, non contra nosipsos, neq; ut multis nos malis immisceat. Non uidetis in domibus ignem reconditum, & non passim sparsum, neq; in fœno, neq; in uestibus etiam flante uento non accendi? sed licet ministra lucernam habeat, etiamsi coquus accendat, denunciatur ne iuxta uentũ, neq; iuxta tabulam, neq; in nocte hoc faciat: sed quando ingruit nox, sopimus illum, timentes ne forte dormientibus nobis, quũ nullus sit qui iuuet, accendatur, & omnes exurat. Hoc etiam in ira fiat. Ne omnino dispergant nostræ rationes, sed in profundo mentis seruentur, ut neq; uentus à uerbis aduersarij facile pertingat, sed à nobis suscipiatur uetus scientibus congrue illum tuto mouere. Si deforis uentum accipiat, nescit modum. Sæpe etiã dormientibus nobis uentus ille incidit, & omnia quiescere facit. Si igitur sic ut nobis solum lucem accendat: accendit enim lucem ira, quando decenter fit. Et faces habeamus alias contra eos qui iniuste lædunt, contraq; diabolum, ne omnino iaceat, neq; abijciatur scintilla. In cogitatiõibus humilibus sopiamus illum, non semper illo opus habemus, sed quando operari quid oportet, & mollire, quando obstinationem domare opus fuerit, quãdo condemnanda est anima. Quãta mala fecerunt ira & furor? Et hoc graue, quando in diuersa excitamus, non iam illius sumus dñi, sed alios expectamus. Vnusquisq; cõfunditur & erubescit ut ueniat ad placandũ alium. Vide, diuidere quidẽ & discindere nõ erubescit, sed fit mali dux, accedere aũt & diui sum cõiungere cõfundit: perinde ac si quis abscindere quidem membrũ non grauetur, agglutinare autem erubescat. Quid dicis homo? multũ læsisti, & ipse autor fuisti pugnæ? Itaq; iustus eris si prior abeas & concilies, utpote qui causam ipse præbueris. At læsus es, & ille autor est? Igitur etiam propter hoc, ut magis te admirentur, quũ primo & secundo potiores partes habeas, ut qui non fueris inimicitiarũ autor: ita neq; tu extẽdes ultra inimicitias, & ille forsan multorum conscius secũ confundet ac erubescet. Sed superbus est? uerũ hanc ob rem ne sis tardus ad accedendum. Etenim duplex illius affectio est, nẽpe ira & superbia. Tu causam dixisti, propter quam prior accedere illũ debes, quia sanus es, & uidere potes. Ille in tenebris est. Ita eñ se habent ira ac superbia. Tu autem qui ab his liber & sanus accede, ad infirmũ medicus. Nemo medicus dicit, quoniã infirmus est, nõ uado, sed propter hoc maxime uadit, quũ uidet eum qui nõ potest uenire. Eos eñ qui uenire possunt, minus curant, eo quòd minus infirmi sunt, non sic agunt cum decumbentibus. An non uidetur tibi infirmitate difficilior esse superbia & ira? Nónne hæc quidem ualido igni comparatur, illa autẽ inflato & lãguido corpori? Cogita quantum sit ferre febrem & inflationem. Vade extingue ignem, potes enim per gratiam dei, quẽadmodum aqua compescere incendiũ. Quid igitur si hoc ipso magis extollatur, inquit? Nihil ad te, nam tu quidem quod tuum est fecisti, ille autem sibijpsi imputet, ne condemnetur nostra cõscientia, quasi propter nos aliquid omissum sit. Pasce inimicũ tuum: hoc enim faciens accumulabis carbones ignis super caput eius. Attamen quum hoc sit, iubet abire, & cõciliare & benefacere, nõ ut carbones ignis accumulemus, sed ut ille hoc sciens compescatur, ut tremat, ut terreatur beneficijs inimicorum magis quàm inimicorum insidijs. Non eñ inimicus ultionis auidus ita lædit odio habentẽ, sicut qui prodest ac benefacit. Etenim qui ultionis est auidus, uel parum uel nihil incommodat. Qui autẽ benefacit, cõgerit carbones ignis super caput eius. Dices, Igitur non est faciendũ, ne accumulentur carbones. Ergo in caput tuũ mauis carbones cumulari? Etenim hoc facit ultionis auiditas. Sed iubes amplius extendam? Minimè: tu enim hoc non facis, sed ille bestia asperior. nam si tu benefeceris, & honoraris, & concilies, ille seruet inimicitias, si bijpsi ignem accendit, ipse suum exussit caput: tu autem nihil senties. Ne sis deo magis misericors, innumera alioqui feras mala. Imò neq; si uolueris poteris, neq; in paruo: nam quãtum distat cœlum à terra, tantum hominum consilia à consilijs diuinis. Et iterum: Si uos, inquit, quum sitis mali, scitis dona bona dare filijs uestris, quanto magis pater uester? Sed excusatio est ac cauillũ. Ne cauillemur præcepta dei. Et quomodo cauillamur? inquit. Dixit: hoc faciens, carbones ignis cumulabis super caput: tu autem dicis, Timeo inimicum, quia ualde me læsit. Nõ hæc dicis? Quomodo autem omnino habebas inimicum? times eum qui iniuste læsit, teipsum autem non times? Vtinam tuijpsius curã gereres. ne hoc fac animo, imò uel hoc animo fac. Sed nõ facis, Non dico quòd carbones ignis cumulabis, sed etiam aliud amplius quiddam tibi dico, tantum fac. Hæc enim omnia ut te prouocet Paulus dicit, Spe pœnæ soluite inimicitias. Quoniam ita bestialibus moribus prædi ti sumus, ut non feramus diligere inimicos, nisi ut aliquid patiantur expectemus, sicut bestiæ porrigit hunc panẽ. Certe apostolis nõ hoc dixit Christus. Sed quid? ut sitis similes patri uestro cœlesti. Et alioqui fieri non potest ut benefaciens & bene ficia accipiens, maneant inimici. Idcirco hæc posuit. Quur tu in uerbis philosopharis, in operibus autem modum non seruas? Bene, non pascis illum, ne carbones ignis coacerues ei. Igit̃ parcis? igitur amas & bona mẽte hoc facis? Scit deus an bona mente hoc dicas. Certe sermonibus agis no biscum sophistam. Curam geris inimici, & times ne puniatur? igitur extinxisti iram. Qui enim sic diligit, ut suam utilitatem contemnat propter ea quæ illi conducunt, non habet inimicum. Poteris hoc dicere? Quamdiu ludimus in rebus non ludicris & ueniam non habentibus? Ideo depositis illis prætextibus, ne contẽnamus leges diuinas, ut possimus bene placẽtes domino, uitã præsentem deducere, & promissa bona assequi, Gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Rom. 12 Matth. 5

DISTVLIT AVTEM, INQVIT, FELIX illos probe tenens quæ de uia illa, dicẽs, Quando Lysias tribunus descenderit, pernoscam uestram causam: iussitq; centurionẽ ut custodiret Paulum, sineretq; eum relaxari, & nullum familiarium prohiberet ministrare uel accedere illum. Homilia LI.

Vide quanta probatio, primũ quidem à multis, deinde multo tempore probatur, ne dicere possint sublata iudicia: nam quoniam orator meminerat Lysiæ, dicens quòd ui abduxerit illum, subdit tempestiue Felicis uerba, & inquit, Distulit autẽ Felix illos probè tenens quæ de uia illa: hoc est, dedita opera distulit, non opus habẽs ut discat, sed uolens repellere Iudæos, noluit dimittere propter illos. Punire iterum non poterat: impudens enim fuisset. Ideo & distulit dicens,

Quando Lysias tribunus descẽderit, pernoscã uestram causam, iussitq; centurionem ut custodiret Paulum, sineretq; eum relaxari, & nullum familiarium prohiberet ministrare, uel accedere illum.] Sineretq; illum, inquit, relaxari. Ita ipsum

& ille à criminibus liberauit. Cur igitur si reliquit, detinet? illis gratificans, uel etiam expectans pecuniam se accepturũ. Idcirco & reuocat Paulum. Et quòd ob hoc reuocarit, manifestum nobis facit scriptor, addens ac dicens. Post aliquot autem dies quum aduenisset Felix cũ Drusilla uxore sua, quæ erat Iudæa, accersiuit Paulum & audiuit ab eo fidem quæ est in Christum. Disputante autem illo de iustitia & temperãtia, & de iudicio futuro, tremefactus Felix respondit, In præsentia abi, cæterũ opportunitatẽ nactus accersam te, simul & illud sperãs fore ut pecunia daret à Paulo ut solueret ipsum. Propter quod & frequenter accersens ipsum, loquebat cum eo.] Vide quomodo ueritatem habent quæ dicta. accersiuit autẽ illum subinde, non admirans illum neque laudans quæ dicebantur, neq; credere uolens. Sed quid? Expectans dandas sibi pecunias. Vide quomodo non occultat hic iudicis mentem, quamuis si condemnasset, non hoc fecisset, neq; si uoluisset audire accusatorem & maleuolum. Et uide Paulum quãuis cum principe loqueretur, nihil dicere eorum per quæ uerisimile erat refocillari animam illius, sed talia è quibus etiam terretur & mente cõcutitur. Disputante enim, inquit, de iustitia, temperantia & futuro iudicio, tremefactus est Felix. Tanta erat uerborum Pauli uis, ut & principẽ terreant. Et hic quidem accipit successorem, & relinquit hunc ligatum, quamuis certe nõ oportebat, sed finis erat imponendus: gratificans aũt Iudæis reliquit illum, qui sic urgebant, ut iterũ assequantur, tametsi nullum apostolorum sic persequebantur, urgentes tamen iterum abscedunt. Singulari dispensatione recedit è Hierusalem, sic se erga bestias illas habens, attamen uolũt illum iterum duci illuc iudicandum. Verum & hoc loco statim dispensauit deus, non permittens principi. Verisimile enim illum nuper ad principatum euectum uoluisse gratificari, sed non permittit deus. Postquam autẽ descenderunt, tum impudenter & grauiores fecerunt accusationes. Et quum nõ posset propter legem illum occidere, iterum ad solitam consuetudinem suam confugiunt, sicut & Christum accusabant, reum Cæsareæ maiestatis læsæ dicentes. Paulum enim rationem reddere de peccatis in Cæsarẽ manifestum erat, unde & ipse interpretans, subdit: Impletis autem annis duobus, accepit successorem Felix Porcium Festum. Volens autem gratiam præstare Iudæis, reliquit Paulum uinctum. Festus ergo suscepta prouincia post triduũ ascendit Hierusalem, ab urbe Cæsarea. Significauerũtq; illi principes sacerdotum, ac primores Iudæorũ de Paulo, & rogabant eum postulantes fauorem aduersus eum, ut accerseret eum Hierusalem, insidias intendentes, ut interficerent eum in uia. Festus autem respondit, ut seruaretur quidẽ Paulus Cæsareæ, se uero breui illò profecturum. Qui ergo inter uos, inquit, potẽtes sunt, unà nobiscum descendant, & si quod est in hoc uiro crimen, accusent eum. Demoratus autem inter eos diebus plus quàm octo, descendit

Cap. XXV

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cæsaream, & postero die sedit pro tribunali, iussit
que Paulum adduci. Quo cũ perductus esset, circunsteterunt eum qui a Hierusalem descenderant
Iudæi, multa & grauia crimina intẽdentes in Paulum, quæ non poterant probari, Paulo pro se rationem reddente, quòd neq; in legem Iudæorum,
neq; in templum, neq; in Cæsarem peccasset. Porrò Festus Iudæis uolens gratificari, respondens
Paulo dixit, Vis Hierusalem ascendere, & illic iudicari apud me?] Vide quomodo & ille Iudæis
gratificatur. Propter hoc iterũ etiam illum perter
ret humanis utẽs armis, & audi quomodo: Dixit autem Paulus, Ad tribunal Cæsaris sto, ubi me
oportet iudicari. Iudæos nihil læsi, sicut & tu melius nosti. Si enim nocui & dignum morte feci ali
quid, non detrecto mori. Si uero nihil est eorum
de quibus hi me accusant, nullus me potest illis
donare, Cæsarem appello.] At hîc dixerit quis,
Et quare quum audierit, etiam Romæ testificabe
ris de me, quasi non credens hæc faciebat? Absit,
sed ut ualde credens. Imò magis tentantis fuisset
fidere illa sententia, & innumeris seipsum immittere periculis, & dicere, Videamus nũ possit deus
etiam sic eripere me. non facit autem hoc Paulus,
sed affert quicquid ipse poterat, at totum permittit deo. Ex cuniculis autem & principem interim
perstringit sic se defendens: Quasi hoc dicat, Siquidem iniuste ago, tene: si autẽ non iniuste ago,
quid me exponis? Nullus me, inquit, potest dona
re. Metum ei incutit, ut non possit etiã si uellet do
nare. Quin etiam contra illos ualuit defensio ob
appellationem. Tunc Festus loquutus cũ concilio, respondit, Cæsarem appellasti, ad Cæsarem
ibis.] Vide, rem hanc communicat Agrippæ, ut
iterum alij fiant auditores, & rex, & exercitus, &
Bernice. Deinde iterum subditur defensio: Et
quum dies aliquot transacti essent, Festus regi retulit causam Pauli dicens, Vir quidam relictus est
a Felice uinctus, de quo quum uenissem Hierusalem, significarunt mihi principes sacerdotum &
seniores Iudæorũ, postulantes aduersus illum sententiã: quibus respõdi, Non est Romanis mos ob
gratiam donare aliquem hominẽ, ut pereat, prius
quam is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumq; defendendi de crimine habeat. Cũ
ergo huc conuenissent sine ulla dilatione, sequenti die sedens pro tribunali iussit adduci uirum. De
quo quum stetissent accusatores, nullum crimen
intendebant super hisce rebus, de quibus ego suspicabar: sed quæstiones quasdam de sua superstitione habebat aduersus eum, & de quodam Iesu
defuncto, quem affirmabat Paulus uiuere. Hæsitans autem ego de huiusmodi quæstione, dicebã,
num uellet ire Hierusalem, & ibi iudicari super
istis. Paulus autem quum appellasset ut seruaretur Augusti cognitioni, iussi seruare eum, donec
mitterem eum ad Cæsarem. Agrippa autem dixit
ad eum, Volebam & ipse hominem audire. At ille inquit, cras audies illum.] Vide iterum accusari, non a Paulo, sed a principe. Significarunt, inquit, principes sacerdotum, & seniores Iudæorũ,
petentes cõtra illum sententiã, quibus ego respõdi. Vide & quid respondet ad illorum confusionem: Non est mos Romanis donare aliquem hominem ob gratiam, ut pereat priusquam ille rationem det. Impossibile est ita simpliciter donare. Vt
autem iuxta cõsuetudinem egit, non inuenit causam. unde de hac re anxius sit, & manifestum hoc
per ea quæ subdidit dicens, Hæsitans autem ego
de huiusmodi quæstione. Sic dixit adumbrãs suũ
peccatum. Et ille quidem adumbrat, Agrippa autem concupiscit uidere illum. Vide quòd semper
repellunt principes inimicitias Iudaicas, & præter id quod iustũ erat coguntur facere, & dilationis quærunt prætextus. Non enim ignorans differebat, sed sciens. Agrippa autem non solum nõ
repellebat, sed etiam audire uult, quod & admiratione dignum est. Vnde autem in desiderium uenit? Vt hominem uidere uellet, qui licet iniuste accusatus esset. Ita & hoc singulari dispensatione accidit. Idcirco & uxor eius simul audit, & auditu
non priuatur. Et non simpliciter audit, sed cũ magno honore. Tanto ferebatur desiderio: nõ enim
nisi concupiuisset, quæsiuisset audire, neq; uxorẽ
sociã fecisset auditionis, nisi magna de illo sensisset. Mihi autem uidetur etiam illam magno desiderio petiuisse. Et uide Paulum nõ de fide solum
& remissione peccatorũ, sed etiã de operãdis disserere. Sed uideamus iterum quæ dicta sunt: In
præsentia abi, cæterum opportunitatem nactus
accersiam te.] Vide cæcitatem. Talia audiens, pecunias expectabat se sumpturũ ab eo. Et non hoc
solum graue, sed etiam quum colloquutus esset
non dimisit illum: sed ubi ad finem principatus uenit, reliquit illum uinctum, ut gratificetur Iudæis:
& ita non diuitias solum, sed etiam gloriam diligebat. Quomodo pecunias sceleste ab homine contrarium prædicante inquiris? Quòd autem non
accepit, manifestum ex eo quòd non soluit eum a
uinculis: etenim si accepisset, soluisset eum. De temperantia hîc disputabat, & ille sperabat se a tali pecunias accepturum, & petere quidem non audebat. Tale enim peccatum est, meticulosos facit &
omnia suspicantes. Sperabat autem, atq; ita merito illis gratificabatur, utpote qui tanto ibi tempore principatum gesserat. Itaq; ubi prouinciam suscepit Festus, significarãt illi & principes sacerdotum & primi Iudæorũ cõtra Paulum inquit. Statim etiam in principio accesserũt sacerdotes non
grauati etiam in Cæsaream uenire, nisi præueniset ueniens: ubi scilicet statim ut accepit principatum, accedunt. Et quum descendisset in Cæsareã,
morabatur inter eos decem dies, dabaturq; opera
ut corrumperetur. Paulus autem erat in carcere.
Et obsecrabant illum, inquit, ut accerseret eum in
Hierusalem. Et quare fauorẽ petierũt, si dignus
est ut moriatur? sed sic & illi manifestæ factæ sunt
insidiæ, quasi dissidens dicat: Viri qui simul præsentes uidete hunc, propter quem Iudæorũ multitudo me rogauit. Nam dum dicit, quòd petierint gratiam contra illum, indicat rogasse, & ita
iam uolebant illum ad dicendam sententiam co-

gere

gere, timentes Pauli linguam. Quid timetis? quid
urgetis? hoc enim insinuat, quòd ille custoditur.
nunquid fugit? Igitur qui in uobis, inquit, potentes, accusent illum. Iterũ accusatores in Cæsarea.
Et iterum educitur Paulus. Sequenti autem die,
sedẽs pro tribunali ait. Vide statim ut uenit, sedit
pro tribunali, sic illum impellebãt magno studio,
sic urgebant. Itaq; quamdiu nondum honore tanto à Iudæis habitus, recte respondit: postquã autem uenit Hierusalem, & ipse gratificatur eis, non
simpliciter autem gratificatur, sed cum dolo hoc
facit. Et quomodo audi: subdit enim, Vis ne Hierosolyma ascẽdens iudicari de his à me? Quasi diceret, non illis do te, sed ipse iudex ero. Hoc autẽ
dicens illius arbitrio permittit, ut honore ipsum
attrahat: nam si hoc imperasset, ualde impudens
uisum fuisset, si abduceret illuc eum, qui ibi non
fuisset redargutus. Paulus autem non dixit, Nolo, ne forte & asperiorem redderet iudicẽ, sed iterum libere loquitur ac inquit, Ad tribunal Cæsaris sto, ubi me oportet iudicari. Magna est libertas sermonis. Et uide ut ratiocinatur, quasi hoc dicat se excusans. Eiecerunt me illi semel, & hoc putant accusare, quòd ostendunt me peccasse in Cæsarem, apud illum quem læsi uolo iudicari. Vt eñ
hoc dixit, subdit: Iudæis nihil nocui, quod etiã tu
melius nosti. Perstringit illum iam, quasi etiã gratificantem Iudæis. Postea qui perstrinxerat, iterum diluit sermonem, addens: Itaq; siquidem iniuste egi, uel dignum aliquid morte feci, non recuso
mori. Contra me ipsum fero sententiam, inquit.
Hoc non est se perdentis, sed multum de innocentia sua bene consci. Nam cum libertate etiam firmari causam oportebat, ita ut alijs metus incutiatur. Si autem nihil est eorum de quibus me accusant, nullus me potest donare. etiãsi uelit, inquit,
non poterit. Non dixit non dignus sum mori, neque absolui, sed paratus sum iudicari apud Cæsarem. Interim & somnij memor, fidentius prouocat. Et non dixit, tu, sed nullus. Et apposuit, Cæsarem appello: ne in illum contumeliã iactet. Tunc
Festus collocutus cum concilio, respondit, Cæsarem appellasti, ad Cæsarem ibis. Vidisti quomodo gratificetur? Gratia eñ erat colloqui cum accusatoribus: quod corruptæ sententiæ est & ordinis iudiciarij confusi. Vide iterum illius prorogari iudicium, & insidias fieri occasionem prædicationi. Hæc enim dispensantur, ut ita cum facultate & custodia abducat in Hierusalem, quasi nullus insidietur: non enim idem fuerit, simpliciter
uenire, & in tali lite uenire. Hoc etiam conuenire
fecit Iudæos illic. Deinde iterum mora fit, dum ille uersatur Hierosolymis, ut discas quòd licet tempus sit, nihil insidiæ illi prævalent, deo non concedente. Agrippa autem rex & Bernice descenderant in Cæsaream. Hic Agrippa qui & Herodes,
alius mihi esse uidetur, ut lit quartus, & successor
eius qui Iacobum occidit. Vide inimicos inuoluntarios simul operari, ut ita magnum fiat auditorium. Desiderio audiendi laborabat Agrippa, &
non simpliciter audit, sed cum apparatu. Et uide
defensionem quam princeps dicit. Cum autẽ ille
prouocasset ad Augustũ, Iudicaui mittere illum,
de quo certũ quid domino scribere non possum.
Sic scribit Festus, & inuulgatur crudelitas Iudaica. Quum enim hæc princeps diceret, suspectus
non erat. Idcirco autem dicit hæc, ut etiam ab illo
condemnentur Iudæi. Postquam autẽ omnes contra illos sententiam dederũt, tunc adijcit pœnam
deus. Obserua autem, Condemnabat Lysias, condemnabat Felix, condemnabat Festus, & hi gratificabantur eis, condemnabat Agrippa. Quid ultra? condemnabant illos & Pharisæi: & quòd condemnabant, audi illum dicentem: nullam causam
attulerunt, quam ego suspicabar. Etiam attulerunt, sed non conuicerunt. Nam insidiæ quidem
& audacia suspicionem hanc pariebant: inquisitio autẽ tollebat prorsus. Et de quodam Iesu mortuo, inquit. Merito de quodam dicit, utpote principatum gerens, taliaq; non curans. Ob hanc causam etiam dixit, ego hæsitans de inquisitione horum. Et harum rerum inquisitio reuera talis iudicis aures transcendit. Quòd si hæsitas & anxius
es, quur in Hierusalem trahis? Propterea & Paulus non uolens ab ipso iudicari, Cæsarem appellat
dicens, Ego ad tribunal Cæsaris sto, ubi me oportet iudicari. Etenim de hoc accusarant. Audis appellationem? audis insidias Iudæorum? audis seditionem? Hæc omnia Agrippam in desiderium
audiendi excitarunt. Et dat Festus gratiam, & fit
postea Paulus clarior. Talia insidiæ conciliarunt.
Si hæc non fuissent, nullus horum principum dignatus esset eum audire, cum tanto silentio, tantaq; patientia. Et uidetur quidem docere & rationem reddere, sed magis magna cum dignitate
concionatur.

MORALE.

Itaq; ne putemus rem grauem esse insidias, modo nobisipsis nõ insidiemur, nullus nobis insidiari poterit: imò insidiãtur quidem, nihil autem nocent, sed etiam prosunt nobis plurimum. Et ita in
nostra potestate situ est, & quòd male habemus,
& nõ male habemus. Ecce testificor & magna uoce dico, tubaq; clarius, & si fieri posset, è sublimi
clamare non detrectarem, quòd Christianũ nullus homo super terram habitans lædere potest. Et
quid dico, nullus homo? neq; ipse dæmon, tyrannus, diabolus, si non ipse seipsum lædat, tametsi
quoduis malum nobis quis intẽtare uoluerit frustra tentabit. Quemadmodũ enim nullus homo
angelum super terram lædit, ita neq; homo hominem: sed nec ipse aliũ lædere poterit, quandiu bonus fuerit. Quid igitur illi conferendum, quando
neq; lædere, neq; lædi potest? hoc enim illo nõ minus est, nõ uelle alium lædere. Igitur angelus quidam est, etiam deo similis. Talis enim & deus est,
sed ille quidem natura, hic autem proposito. neq;
igitur incommodari poterit, neq; incommodare
alium. Quòd autem nõ potest, ne putes impotentiam: contrarium enim impotentia est: sed quòd
non capax est dico. natura enim illa neq; damni
capax est, neq; incommodare alium potest, quõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

niam & hoc alterum damnum. Aliter nobis ipsis non nocemus quàm nocendo alium, & grauissima peccata nostra ex iniurijs fiunt: & ita etiã propter hoc Christianus non potest lædi, quia neque nocere potest. Quomodo autem lædendo alios nosipsos non lædimus? Age singulatim res perse quamur, & sermonem detegamus, Exempli gratia: Lædat quis iniuste, contumelia afficiat, fraude decipiat, quem læsit ille? nónne seipsum prius? Hoc certe cunctis manifestum. Alij enim damnum est in pecunia, ipsi uero in anima. Iterum inuideat alius, quemnam læsit & talis: nónne seipsum? Talis est enim iniustitiæ natura, ut primũ lædat eum qui se parit plurimum, alium autem perquàm parum: imò nihil lædit, sed etiam prodest. At nihil fide dignum dixi. Sit igitur (maxime enim in his & totum consistit) pauper pecunias habens paucas, & necessario cibo nõ egens: alius autem diues & abundans, & multam habens facultatem, accipiat ea quæ sunt pauperis, nudumq; illum reddat ac tradat fami, ipse autẽ delicate uersetur in his quæ iniuste ei abstulit. Talis non solum nihil illum læsit, sed etiam ei profuit: sibi autem ipsi non solum nõ profuit, sed etiam damnosus fuit. Quomodo? primum quidem à sua mala conscientia flagellatur, & quotidie extimulatur, & ab omnibus condemnatur. Deinde in futuro iudicio. Sed quòd ille quidem damnum accipit, ex his satis manifestum. sed quomodo alter utilitatem capiet? Quia magnum lucrum est generose ferre afflictiones. Est enim solutio peccatorum grauiter affligi, est philosophiæ schola, est uirtutis doctrina. Videamus igitur uter est in malis, hic an ille? Ille quidem si fuerit uirtute præditus, fortiter tolerabit, hic autem quotidie in tremore erit ac suspicione. Vter igitur læsus est, hic an ille? Fabulas dicis, inquit, quando enim quis non habet quod edat & cogitur plorare, & omnibus destitui, uel ire mendicatum, & non accipere: nónne animã & corpus simul perdit? Mercedes tu dicis: ego rem ipsam commonstro. Dic enim oro, nullus'ne diuitum destituitur uotis? Quid igitur? nunquid huius rei causa est paupertas? Sed fame nõ premitur. Quid tum? maius erit iudicium, quãdo cum diuitijs hoc fecerit. neq; diuitiæ fortem reddunt, neq; infirmũ inopia: alioqui nullus opulentorum miseram ageret uitam, nullusq; pauperum suo contentus fuisset. Quòd autem sermones uestri fabula sint, hinc faciam manifestum. Dic igitur, Paulus in diuitijs ne an paupertate fuit, fame laborauit an nõ? Possumus illum audire dicentem, In fame & afflictione. Prophetæ fame premebantur an non? etiam illi carebant facultatibus. Iterũ Paulum mihi profers, iterum prophetas decẽ ac uiginti homines. Sed unde uis? Multos quosdam, inquit, ostende mihi ferre paupertatem fortiter. Sed rarum semper quod tale, & pauci boni. Si uis autem per seipsam exquiramus. Videamus utrius cura maior uel molestior, & utrius tolerabilior: nónne hic pro necessario alimento solicitus est, ille autẽ pro innumeris rebus, de necessario non anxius? Famem nõ timet diues, sed alia timet, sæpe de salute sua. Non est sine solicitudine cibi quẽ edat inops: sed caret alia solicitudine, & habet securitatem, quietem & tranquillitatem. Et alioqui si non est malum, sed bonum iniuste agere, quare confundimur, quare occultamur, quare dum probris afficimur indignamur, & molestè ferimus? Si nõ est bonũ, iniuste affligi, quare super ea re gloriamur, & honori eam nobis esse ducimus? Vis discere quomodo hoc sit illo melius? uide ut in utrisq; utrique se habeant. Quare leges, quare iudicia, quare supplicia? nónne propter illos quasi ægrotãtes? Sed magna interim est uoluptas, inquit. Futura nunc prætereamus, & præsentia exquiramus. Quid mi serius uiro talem habẽte suspicionẽ? quid ad ruendum procliuius? quid putrius? nónne in naufragio semper est? licet iustum quiddam faciat, non creditur ob facultates eius, ab omnibus condemnatur: omnes enim qui iuxta se habitant, accusatores habet, non potest uti amicitia. Nullus enim statim uellet amicus fieri hominis, qui in tali existimatione est, ne particeps fiat suspicionis, & grauetur etiam ipse inuidia: ut bestiam auersantur omnes, ut pestiferum & naturæ hostem & homicidã, & improbum hominem. Si ad tribunal uenerit is qui iniuria affecit, accusatore non habet opus, opinione quæ de illo habetur, quouis accusatore magis crimen intendente. At non ita agit qui iniuste affligitur, sed omnes habet defensores, condolentes, manum porrigentes, in securitate stat. Si bonum est iniuste agere, fateatur quis se esse iniustum: si autem hoc nõ audet, quidnam ut bonum aggreditur? Videamus autem etiam in nobisipsis, quanta hinc prouenient mala. Dic enim, oro, si aliquid in nobis relicta mensura sua, aliam cupiat, & uellet splen relicto suo loco, alienum pro suo arripere: nónne morbus esset? si humidum quod in nobis, impleret omnia, nónne fieret corpus fluxum? & iterum si cholera cum illo latitudinem quærat, & ubiq; diffundatur sanguis. Quid autem in anima ira, concupiscentia, & alia omnia? si transgrediãtur mensuram, nónne se simul disperdunt? Ita & cibus, si plus quàm cõcoqui potest sumatur, morbis corpus infestat. Vnde enim podagra? unde pendula rigidaq; corpora, nónne ab immodicis cibis? Iterum in corpore si plus uellet accipere oculus uel plus uidere quàm ei præfinitũ, uel maius lumen accipiat: hoc quod super mensuram est, nocebit magis, quàm proderit. Cogita autem, si quum bonum quoddam lux sit, perit oculus si plus uiderit, quando fulgidiora aspicit quàm mensura sua postulat, quid faceret, lux si mala esset? Et auris si maiorem sonum accipiat, mentem facit attonitam. Mens quando cogitat quæ supra se sunt, obstupescit: Et quicquid plus est quàm opus nobis, perdit. Hoc est enim auaritia quam πλεονεξίαν uocant, plus habere, quàm constitutum est. Sic certe & in pecunijs, quando uoluerimus plura onera imponere, licet non sentiamus, molestam in nobis educamus bestiam, multa habẽtes, multis egentes, innumeris curis nos immittimus, mul-

2. Cor. 11

multas diabolo prębentes occasiones: propterea diabolus apud diuites non habet opus ullo labore. Parati enim sunt ob diuitiarum farcinam, proclíues ut illi seruiant. At non ita habẽt pauperes, sed planè diuerso modo. Ita res ille per seipsas perdunt. Vnde oro ut abstineatis ab harum concupiscentia, ut possimus euadere diaboli laqueos, & apprehensa uirtute, bona æterna assequi, gratia et misericordia unigeniti filij, cui cũ patre simul ac spiritu sancto sit gloria, imperium &c.

POSTERO AVTEM DIE QVVM VENISSET Agrippa & Bernice, cũ multo apparatu, & ingressi essent in auditoriũ cum tribunis & uiris principalibus ciuitatis, iubente Festo adductus est Paulus, Homilia LII.

VIDE quale auditorium congregatur Paulo, ex uiris principalibus ciuitatis. Præses enim & rex stipatoribus suis omnibus congregatis occurrunt, & cum ipsis tribuni & primi ciuitatis affuerunt. Hos enim uocat principales & τοὺς κατ' ἐξοχὴν, id est, eos qui in excellentia. Deinde & Paulus adducitur, & uide quomodo ipse adductus prædicatur à Festo: non solum eũ illum non accusat criminum, sed etiam pro eo rationem reddit, & quid dicit? Agrippa rex, & omnes qui simul adestis nobiscum uiri. Videtis hunc hominem, de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me & in Hierusalem, & hîc, ac clamantes non oportere eum amplius uiuere. Ego uero comperi eum nihil morte dignum admisisse. Cæterum quum ille appellarit Augustum, statui mittere eum, de quo quid certum scribam domino, non habeo. Quapropter produxi eum ad uos, & maxime ad te rex Agrippa. Iniquum, enim mihi uidetur mittere uinctum, & crimina de quibus accusatur, non significare.] Vide quomodo illos quidem accusat, hunc autem absoluit. O iustitię abundantia testimonia, ut condemnet nõ inuenit princeps, etiam plurima inquisitione facta. Illi autem hunc morte dignum esse dicebant: Ego uero comperi, inquit, nihil dignum morte fecisse illum. De quo quid certum scribam domino, non habeo.] Et hoc ad candorẽ Pauli pertinet, quòd iudex non habet aliquid de illo scribẽdum. Quapropter produxi illum ad uos. Iniquum enim mihi uidetur esse, mittere uinctum, & crimina de quibus accusatur non significare.] Vide in quam magnas angustias Iudęi principes immiscuerint. Quid igitur Agrippa? De his uolens aliquid discere, dicebat: Permittitur tibi pro te loqui.] Magno audiendi desiderio, ut dicat, adhortatur rex. Paulus autem nunc magna libertate loquitur, non assentans, sed propter hoc beatum se esse dicens, quòd loquatur ei qui omnia sciat, & quòd propter hoc, audi quid proponat. Tunc Paulus extenta manu, rationem reddebat: Super omnibus de quibus accusor à Iudęis rex Agrippa, existimo me beatum, qui coram te rationem redditurus sum hodie, quum tu maxime sis gnarus Iudaicarum & consuetudinum, & quæstionum. Quapropter obsecro, ut me longanimiter audias.] Profecto si male sibi conscius fuisset, turbari oportebat, quòd loqueretur apud eum qui omnia sciat, sed hoc à pura conscientia proficiscitur, non declinare iudicem probe omnia scientem quæ facta sunt, & gaudere. Quapropter obsecro, ut me longanimiter audias. Quoniam sermonem erat producturus, & aliquid de seipso dicturus, propter hoc præoccupans obsecrabat, ac dicit: Itaq; uitam quidem meam, quam egi ab adolescentia, quę ab initio fuit in gẽte mea in Hierusalem, nouerunt omnes Iudæi, qui prius nouerant me ab initio, si uelint testimonium ferre, quòd secundum exquisitissimam sectam nostræ religionis uixerim Pharisæus.] Vult dicere, Quomodo seditiosus esse potui, qui talis fui adolescens, taleq; habeo testimoniũ ab omnibus? Deinde & à secta probationem addit: Secundum exactissimam, inquit, sectam religionis uixi. Et quoniam iterum uerisimile quosdam dicere: Quid si secta qdem admirabilis, tu autẽ malus? uide quomodo obiectionem castigat, testes dicẽs omnes Iudæos, qui ipsius uel uitam, uel conuersationem norunt. Sciunt enim omnes Iudæi, qui prius nouerunt me ab initio, si uelint testimonium ferre. Et nunc spe repromissionis fretus, quæ ad patres nostros facta est à deo, sto iudicio subiectus, ad quam duodecim tribus nostrę instanter nocte ac die colentes deum sperant se peruenturas, de qua spe accusor ò rex à Iudæis. Cur incredibile iudicatur apud uos, si deus mortuos suscitat?] Duas rationes de resurrectiõe ponit, unam quidem à prophetis, & non adducit prophetam, sed illam Iudæorum esse opinionem dicit: alteram autem & fortiorem, à rebus ipsis. Qualis igitur hæc? ga dicebat Christũ à mortuis resurrexisse, & instruit etiam illam rationibus, enarrans primum suam in sania diligenter. deinde etiam cum laude Iudęorum. Nocte & die seruiẽdo sperant, inquit, se peruenturas. Et ita licet non essem uitæ irreprehensibilis, propter hæc non oportebat iudicari ò rex Agrippa. Subditur & alia ratio: Cur incredibile iudicatur apud uos, si deus excitet mortuos? An non hæc opinio uiget? Si enim in hoc dogmate non educati fuissent, nunc autem intentaretur ut crimen, forsan quis iure defensionem non recepisset. Mox dicit, quomodo persuadebat. habet etiam hoc artificiũ. Et sacerdotũ principes adducit testes, & externas ciuitates, & q; audierit dicẽtem sibi: Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Deinde ostẽdit etiam misericordiam dei, quia etiam quum persequeretur ipsum Saulus, ei apparuit, & non mihi soli benefecit, sed etiam alijs misit doctorem. Ostendit autem prophetiam quam audiui: In hoc apparui tibi, eripiens te ex populo & gentib. ad quas te mitto. Hæc omnia ostendẽs dicebat: Et ego quidem existimabam me aduersus nomen Iesu Nazareni multa repugnando facturũ, quod et feci in Hierusalem, & multos sanctorũ ego carceribus incluси, potestate accepta:

CAPVT XXVI

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quum occiderentur, detuli sententiam. Et per omnes synagogas frequenter puniens eos compellebam blasphemare: & amplius insaniens in eos, persequebar etiam usq; in exteras ciuitates. Quarum rerum studio quum irem Damascũ cũ autoritate, & permissu principum sacerdotum, die medio, rex, in uia uidi è cœlo supra splendorẽ solis circumfulsisse me lumen, & eos qui mecum faciebant iter. Quum autem omnes nos decidissemus in terram, audiui uocem loquentem ad me, ac dicentem Hebraica lingua: Saule Saule, quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulos calcitrare. Ego autem dixi: Quis es domine? At ille dixit: Ego sum Iesus quem tu persequeris. Sed exurge, & sta super pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi, ut constituam te ministrum ac testem, B & eorum quæ uidisti, & eorum in quibus apparebo tibi, eripiens te à populo & gentibus ad quas te mitto, ut aperias oculos eorum: ut conuertantur à tenebris ad lucẽ, & à potestate satanæ ad deum, ut accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter eos qui sanctificati sunt per fidem quæ est erga me.] Cõsidera quàm mansuete loquitur. Deus, inquit, dixit ad me, qui apparui tibi ut constituam te ministrum ac testem, & eorum quæ uidisti, & eorum in quibus apparebo tibi eripiẽs te à populo ac gentibus ad quas te mitto, ut aperias oculos eorum: ut conuertantur à tenebris ad lucem, & à potestate satanæ ad deum, ut accipiant remissionem peccatorum. Quasi diceret, his credidi, hac uisione me adduxit, & sic persuasit ut nihil differrem. C Vnde, rex Agrippa, non fui inobediens cœlesti uisioni, sed his qui sunt Damasci & Hierosolymis, & per omnẽ regionem Iudææ, deinde & gentibus annunciabam: ut pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad deum, opera facientes digna his qui pœnitentiam egissent.] Igitur ipse etiam alios erudiens uitam optimã, quomodo seditionis & contentionis, inquit, fuissem autor? Hac ex causa Iudæi comprehensum me in templo tentauerunt interficere. Auxilium igitur nactus dei usq; in hodiernum diem sto testificans tum paruo, tum magno, nihil aliud dicens, quàm ea quæ prophetæ prædixerant futura esse, & Moses, an passurus fuerit Christus, an primus ex resurrectione mortuorum lumen annũciaturus sit populo & gẽtibus.] Vide ut sermo eius adulatione careat, & totum adscribat deo. Vide & libertatẽ D sermonis. Sed neq; nunc desisto. Vide certitudinem, à prophetis enim confirmor, an passurus fuerit Christus, an primus ex resurrectione lumen annunciaturus. Quia primus Christus surgens, iam non moritur: manifestum ex hoc quod omnibus denunciat, & de seipsis hoc expectãt. Deinde Festus ut uidit libertatem, quoniam ad regẽ loquebatur, non auertẽs se ab aspectu eius, quasi passus esset quippiam, dicit, Insanis Paule. Quòd autem hoc passus sit, audi cætera: Hæc autem illo differente, Festus magna uoce dicebat, Insanis Paule: multæ te literæ ad insaniam cõuerterũt.] Quid igitur Paulus? cum mansuetudine respondens, in quit: Non insanio potentissime Feste, sed ueritatis ac sobrietatis uerba loquor.] Postea etiam causam docet, propter quã ad regem sermonem conuertit. Scit enim de his rex, apud quem & libere loquor: latere enim eum nihil horum arbitror. Nõ est enim in angulo hoc gestũ. Credis rex Agrippa, pphetis? Scio q̃ credis.] Hoc sic dixit, quasi detrahens & dicens ad illos: Scio quòd omnia scit exacte, & oportebat quidem primos uos hæc scire. Id enim sequentia declarant. Non est in angulo actũ hoc, sed non uoluistis. Credis rex Agrippa prophetis? Scio q̃ credis. Agrippa autẽ ad Paulum dicebat: In paruo persuades me fieri Christianũ. Paulus uero dixit, Optarim à deo nõ solum in paruo, uerũetiam in magno, non te modo, sed omnes etiam qui me audiunt hodie fieri tales qualis ego sum, exceptis hisce uinculis.] Vide quomodo precatur, dicens: Optarim ego à deo. In paruo, hoc est, propter exiguum. Et nõ simpliciter orat, sed extẽdit orationem. Tales, inquit, opto fieri omnes, non solum te, qualis & ego sum. Deinde apponit, Exceptis uinculis istis. Non molestè ferens uincula, neq; erubescẽs quòd ligatus erat. Hoc enim erat ei quasi aliud quiddam gloria dignum, sed ad illorum suspicionem respiciẽs hoc dixit, propterea addit, Exceptis uinculis his. Sed uideamus iterum quæ dicta sunt: Postero igitur die, ut in auditorium ingressi sunt, iubente Festo adductus est Paulus. Destiterant iam Iudæi ob illius appellationem, & tunc clarum fit spectaculum. Cum multo enim apparatu rex & omnis multitudo Iudæorum affuerunt, non illi quidem, & alij non, sed omnes. Multitudo Iudæorum, Inquit, omnis interpellauit me Hierosolymis & hîc, acclamantium non debere hunc ultra uiuere. O insaniam. Clamabant, oportere illum mori dicentes. Hinc ostẽdit, quòd iuste appellarit Cæsarem. Quando quidem nihil poterant illi dicere, sed insaniebant, merito ad illum uadit. Vt examinatione à uobis facta habeam quod scribã, inquit. Vides quàm sæpe causa examinatur, & defensionis huius autores sunt Iudæi, quam cogniturí erant etiam Romæ. Super omnibus de quibus accusor rex Agrippa, inquit, censeo me beatum, qui corã te rationem redditurus sum. Vide quomodo inuoluntarij & suæ malitiæ, & Pauli uirtutum præcones fiunt etiam apud regem, ita ut magnificentius adducatur ille, quàm si absque uinculis uenisset. Non ultra enim ut seductor ac præstigiator, postquam à tantis iudicibus dimissus fuit, adducebatur. Igitur omnibus relictis apud quos educatus & natus fuit, nõ simpliciter, sed ab omni suspicione purus Romam uadit. Et nõ dixit, Quid hoc est? semel appellaui Cæsarem, sepissime examinatus sum, quamdiu examinabor? Sed quid? Iterum paratus est reddere rationem, etiam apud eum cui res Iudaicæ maximæ notæ erant. Proinde & cum magna libertate loquitur, utpote iam in ipsum nullum habentibus dominium, qui in iudiciũ traxerant: & quamuis nõ essent ultra domini, sed prævalebat appellationis uis, de omnibus tamen

Rom. 6

tamen copiose rationem reddit, & non de alijs dicit, & alia omittit. Et fere hæc in responsione sua dicit: Accusant ut seditiosum, accusant ut hæreticum, & quòd templum prophanauí, de omnibus rationem reddo. Itaq; uitam meam ab adolescentia, sciunt omnes Iudæi. Vnde ipsi accusatores testes sunt, abhorrere mores meos à seditionibus. Quod etiam ante dixit: Sectator existens paternarum traditionum, id & hîc insinuat, dicens: Vitam meam ab adolescentia. Et quando omnis populus aderat, inuocabat illorum testimonium: nec hîc solum hoc facit, sed etiam apud Festum. Et iterum hoc loco quando plurimi aderant. Illic autem non multa defensione opus erat defenden- B tibus ipsum Lysiæ literis. Sciũt omnes Iudæi, qui antea me cognouerunt. Et non dicit qualis sua uita, sed relinquit illorum conscientiæ & arbitrio. Rem autem totam in sectam reiecit, & ostendens hinc, quòd eam nõ delegisset, si malus esset ac improbus. Propter resurrectionem igitur istam sto iudicio subiectus. Ista et apud illos in precibus petitur, propter hanc orant, propter hanc deum colunt, ut hanc assequantur, hanc ego annuncio, & de spe hac accusor. Nonne insanientium est, omnia quidem facere, ut hanc assequaris, eum autem qui in illam credit accusare? Itaq; ego censebam contra nomen domini Iesu Nazareni oportere multa facere: hoc est, censeo quod quum hæc facerem, non eram discipulus Christi, sed hostis po- C tius. Vnde & fide dignus fit testis, quòd plurima faciens & expugnans credentes, & suadens blasphemias, & omnia mouẽs, ciuitates & principes, & per seipsum hæc faciens, repente mutatus est. Deinde iterũ testes qui simul aderãt, ponit. Mox ostendit se iuste ac merito credidisse, & à luce, & à prophetis, & ab euentu, & ab his quæ nunc facta. Subdit enim: In meridie uidi circumfulgentẽ me, & eos qui mecum erant, lucem. Vide saltem quomodo & à prophetis, & ab his fidem illis facit: ne uideatur noua afferre, quamuis magna posset dicere, iterum ad prophetas confugit, & eos in mediũ adducit. Igitur hoc quidem credibilius, utpote nuper factũ: sed quoniã solus uidit, denuo pphetarũ autoritate cõfirmat. Et uide q̃ ipse non similiter in iudicio & ecclesia agit: nã illic quidẽ D dicit, q̃ occidistis: hîc aũt nihil tale, ne scilicet magis furorem illorũ succẽdat: at isthuc ipsum ostendens ut dixit, an passurus Christus, à crimine illos liberat. Igitur id quod ego annũcio, num resurrexerit à mortuis, à prophetis ostẽdi. Etenim & prophetæ hoc annunciant. Igitur sermonẽ qui idem est cum prophetarũ dictis suscipite. Quoniã autẽ uisionem dixerat, nũc etiã audacius opera dicit. Et qualia hæc? Vt aperias, inquit, oculos, & conuertas à tenebris ad lucem, & à potestate satanæ ad deum. Ad hoc enim apparui tibi, inquit, nõ ut puniam, sed ut apostolum te faciam. Vide, ostendit mala quibus increduli constringuntur, satanã & tenebras: sicut & bona credentium, lucem, deum, ac sortem sanctorum. Et non simpliciter hortatur ad pœnitentiam, sed uult ut etiam admirabi A lis uita agatur. Vide etiã ubiq; gentes commemoratas in sermone: nam qui aderant, ex gentibus erant. Testificans, inquit, tum paruo, tum magno: hoc, est nobili ac ignobili. Hoc etiã propter milites dixit. Postea relicto defensiõis negotio, ad docendum ingredit. Vnde etiam Festus illi dicit: Insanis. Mox ne uideatur ipse doctior esse, adducit prophetas ac Mosen, An passurus, inquit, Christus, an primus ex resurrectione mortuorum lucẽ annunciaturus sit populo ac gentibus. Festus magna uoce inquit. Adeò furore & ira uox illa erat plena. Quid igitur Paulus? Non est, inquit, in angulo hoc gestũ. Hîc dicit de cruce & resurrectione, & quòd dogma hoc in totum orbem emanarit. Credis, inquit, rex Agrippa? Non dixit, resurrectioni: sed prophetis. Deinde præoccupat illũ, ac dicit: Scio quòd credis. Ad quem etiam Agrippa: In paruo me persuades fieri Christianum. Nõ intellexit Paulus quid sit, in paruo: & putauit qd', ex paruo: unde & ad hoc respondet, tam idiota erat. Et non dixit, uellẽ: sed, optarim: et precor non solum te, sed etiam omnes audientes. Vide sermonem ab adulatione liberum. Precor, inquit, hodie omnes fieri tales qualis ego sum, exceptis uinculis istis.] Vide qui gloriat uinculis, qui profert illas sicut catenam auream, is ea nunc deprecatur. Et ne mireris: infirmiores adhuc erant, & attemperabat illis sermonem: alioquí quòd uincula magnificauit, audi quoniam semper in epistolis omnibus præponit alijs, dicẽs: Paulus uinctus le- Eph. 3
su Christi. Et iterum: Huius gratia catena hæc mi- 2. Tim. 2
hi iniecta est, sed sermo domini alligatus non est. Et usq; ad uincula quasi malefactor. Vide non solum uincula, sed etiam quod ut malefactor habitus proposuit amplificans uinculorum gloriam. Duplex autem pœna, & quòd ligatus erat, & qd' ut impostor. Nam si quidem uinctus esset, ut bene agens, consolationem quandã habuisset: nunc autem ut malefactor, & in malis deprehensus, attamen nil hæc curabat.

MORALE.

Talis est anima cœlesti amore sublimis: nam quum ij qui fœdis amoribus capiuntur, nihil putẽt uel gloriosum, uel pretiosum, quàm quod ipsorum concupiscentijs seruit: id enim solum gloriosum ac honestũ putant, & amasia fit eis omnia: multo magis qui tali amore flagrãt nihili faciunt pretiosa. Si aũt nõ cõsideramus quæ dicũt, haud mirũ est. Imperiti enim sumus huius philosophiæ. Qui enim igne Christi captus fuerit, talis fit, qualis esset homo solus super terrã habitans. adeò nihil curæ ei est gloria & ignominia: sed quẽadmodũ si solus habitaret nihil curaret, ita & talis quoque non curat. Tentationes aũt sic cõtemnit ac flagella & carceres, quasi in alieno corpore pateretur, uel quẽadmodum si adamantinũ possideret corpus. Ea aũt quę suauia sunt in hac uita, ita ridet & non sentit, sicut nos ipsi mortui corpora mortua. Tantum autem abest ut ab affectione aliqua capiantur: quantum aurum, quòd igne probatur, à macula abscedit. Et sicut muscæ in mediũ flammæ

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non incidunt,sed fugiunt: ita & affectiones,illos accedere non audent.Et uellem horum exempla uobis proponere possem, quoniã autem inopes sumus,necesse est ad illum ipsum cõfugiamus. Vide igitur ut ille erga totum mundum affectus fuerit:Mihi mũdus,inquit,crucifixus est,& ego mũdo:hoc est,mortuus sum mundo, & ille mihi mortuus.Et iterum: Viuo autem nõ iam ego,uiuit autem in me Christus. Hoc solius Pauli fuerit dicere,nos autem inde tantum absumus,quãtum cœlum à terra. Vnde nostrum erat, ut præ uerecũdia nos abscondamus, & neq; os aperire audeamus. Quod autem præsentia quasi in solitudine esset, spectabat,audi illum dicentem: Non considerantibus nobis quæ uidentur,sed quæ non uidentur. Quid dicis? nónne pugnant uerba ista? Inuisibilia enim non uidemus, uisibilia autem uidemus. Quales habebas oculos? Tales sunt qui à Christo dantur.Sicut enim si uisibilia quidem uident, inuisibilia autem non uident,ita illi contrà. Nullus inuisibilia uidẽs,uisibilia uidet:nullus uisibilia uidens,inuisibilia uidet. Nónne etiam nobiscũ hoc fit? Quando enim collecta mente cogitamus aliquid inuisibile, sublimes nobis fiunt efficaces illi oculi.Contemnamus gloriam, rideri uelimus magis quàm laudari: nam qui ridetur quidẽ nihil incommodatur:qui autem laudatur,multũ.Ne magnifaciamus ea quæ homines terrent, sed quemadmodum de his qui pueros terrent sentiamus.eos enim nõ admiramur:nam quisquis terret,pueros terret. Virum enim terrere nullus potest. Et quemadmodum terrentes supercilia surrigũt, uel aliter uultum distorquent,ut torue uideant:at sanum & mansuetum oculum habentes,facere hoc non possent:ita & hi perspicacem mentis uultum torquent. Atq; ita mansuetũ & bonæ animæ hominem nemo timuerit,sed reueremur omnes, & ueneramur.Non uidetis quomodo terribilis etiã omnibus nobis inuisus est,& abominabilis? Quid enim est,quòd solùm terret, & ipsum non horremus? nónne bestias? nónne uoces? nónne aspectus? nónne locas? nónne aera? utpote tenebras? Ne igitur magnum putemus,si homines terreant nos:nam primùm quidem nullus homo terretur. Deinde nõ magnum est terreri. Magnum bonũ est uirtus.Et uide quomodo magnum.Ipsam admiramur & magnificamus,tametsi res quib.cõstat,ut miseras habemus. Quis enim non beatum dicit philosophũ,tametsi paupertas & quæ id genus, misera esse uidentur? Quando igitur claret per ea quæ esse uidentur misera,uide quàm excellens est ipsa. Magnificis homo potentiã? Et qualem dic oro potẽtiam? Quæ cõtigit per suffragia. hominum suffragijs factus es potens, intus accedat & tuum suffragium. Princeps est,non qui uocatus est,sed qui uere est. Sicut em̃ rex neq; medicum,neq; rhetorem faciet:ita neq; principem: nõ enim literę uel nomẽ,principem faciunt. Alioqui si uis,extruat quis officinã medicorum,habeat etiam discipulos,habeat & instrumẽta & pharmaca,& ingrediatur ad ægrotos:nunquid sufficient hæc,ut præstẽt nobis medicũ? Miníme, sed opus est arte,& sine illa non solũ nihil prosunt ista, sed etiam damnosa sunt.Ei enim qui nõ est medicus, melius fuerit neq; pharmaca habere:nam qui nõ habet,neq; seruat, neq; perdit: qui autem habet, pessundat,nescíens illis uti. Quoniam non in natura pharmacorum est salus solum,sed etiã in arte adhibẽtis.Hoc enim nisi sit, omnia corrumpunt. Talis etiam princeps est, habet instrumenta, uocem,iram,lictores, proscriptiones, mulctas,dona,laudes:habet & pharmaca,leges:habet officinam,tribunal:habet discípulos,milites:at sine me dica arte illa ei non proderunt.Iudex medicus est animarũ,non corporum.Si aũt ille tantam habet corporum curam,multo magis cura habẽda animæ,quoniam & anima maior est corpore. Igitur nomen habere princípis, non est esse princípem. Vocantur & alij magnis nomínibus, ut Paulus, Petrus,Iacobus,Ioannes, sed non propter nomina sunt id quod uocantur: quemadmodũ & ego, licet eodẽ quo ille uocer nomine,non tamen una & eadem cum illo res uocabulo uocor.non sum Ioannes,sed uocor Ioannes:ita & illi nõ sunt príncipes,sed uocantur. Sunt príncipes etiam sine his sicut & medicus,licet arte nõ utatur, si habeat illã in anima,medicus est.Sunt príncipes,suíp̃sorum príncipes.Tria enim hæc sunt animæ, domus, cíuitas,orbis:& uia quadãres procedunt. Oportet igitur præficiendum domui,& ædificaturũ illam, príus animam suam componere,domus enim ípsius est.Si aũt suam nõ poterit,ubi una anima, ubi unus dñs,ubi semper secũ habitat,quõ alios ædificabit? Qui animã suã cõponere potest, partim faciendo ut regat,partim ut regat, hic etiã domũ poterit.Qui aũt domum,idem & ciuitatẽ. Et qui ciuitatẽ,etiam orbem. Si aũt animam nõ poterit, quõ orbẽ poterit? Hæc à me dicta sunt,ne sic stupefaciat nos príncípatus,ut uideamus, quid nam sit príncípatus.Fere em̃ nõ est príncípatus, sed derísio,& seruitus,& multa alia quís dixerit. Dic oro.Quid est proprium príncípis? Nónne prodesse & benefacere subditis? Quid igitur si hoc non fuerit? Quomodo alíjs proderit, qui sibíp̃si non prodest? Qui multos perturbationũ ímpetus in anima habet,quomodo aliorum affectiões curabit? Ita & uoluptas, nõ est ípsa uoluptas, sed alia. Quemadmodum prínceps demonstratus est, nõ hic,sed alius:ita & qui in delicíjs, non hic sed alius.Nam uidetur quidẽ esse uoluptas,delicíjs frui, & gulæ ac uentri indulgere.Esto comedat,bíbat, lasciuiat,deinde curam habeat, ac mœreat: num poterit hic esse in delicíjs? Non igitur edere ac bibere deliciæ sunt, sed in uoluptate esse. Esto quis aridum manducet panem,& ímpleatur cum lętitia.Nímirum hoc fuerit uoluptas. Videamus igitur ad quem illa ueniat,ad diuites, uel nõ diuites. Neque ad hos símpliciter, neq; ad illos, sed ad eos qui ita suam præpararant animam, ne multos habeant tristitiarũ fomites.Et qualis est hęc uita? forsan dicet quís. Video enim uos omnes audiendi auidos, quæ sit uita hæc, quæ nullum mœrorem

rorem habet. Igitur cõfessum sit à uobis primùm quòd hæc uoluptas sit,hę delicíæ sint,quãdo mœror non interturbat,& non petat à me carnes, uinum,condimenta,uestes sericas,& mensæ abundantiam.At si ostendero absq; his præsentem uitam,hanc uoluptatem dilige,hanc uitam. Multa enim propter nostram incuriam afferũt nobis tristitiam. Vter igitur magis cõtristabitur, qui nihil horum magni facit,an qui plurimi? Et qui metuit uicissitudines ac mutationem, an qui nõ metuit? qui inuidiam,qui odium,qui calumnias,qui insidias, qui iacturam timet, an qui illius metus expers est? qui pluribus indiget, an qui nullo? qui innumeris seruit,an qui liber est: q innumeris opus habet,an qui nullis? qui unum dominum timet,an qui plurimos? Igitur maior hic uoluptas est.Itaq; hanc sectemur, & ne simus erga terrena ita affecti:sed rideamus omnem huius uitę apparatum,& frugaliter uiuamus, ut possimus iucundam uitam hanc transigere,& promissa bona asse qui,gratia & miser cordia dñi nostri Iesu Christi, cui cum patre simul ac sancto spiritu sit gloria, imperium,honor,nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

SVRREXIT AVTEM ET PRAESES AC Bernice,& qui assidebant eis.Et quũ secessissent, loquebantur inter sese,dicentes:Nihil morte, aut uinculis dignum fecit homo iste.Agrippa aũt dixit. Dimitti poterat homo ille, si nõ appellasset Cęsarẽ.Hom.LIII

VIDE quomodo iterum pro illo suffragia ferunt. Etiam postquam dixit,Insanis:absoluunt illum, dicentes nec morte nec uinculis dignum: & omnino dimisissent, nisi Cæsarẽ appellasset: sed hoc singulari dispens. tione contigit,non hoc autem solum ,sed etiam quòd cum uinculis uadit.Propter hoc dicebat, usque ad uincula: quasi malefactor. Nam si Christus cum ímpíjs reputatus est,multo magis ille: sed quemadmodum ille gloriam non curauit,ita nec hic. Admirabile enim est, quòd mixtus inter illos, nihil damni ab eis accipit. Postquam autem decretum est,ut nos nauigaremus in Italiam, tradiderunt & Paulum & quosdam alios Cęturioni, nomine Iulio,cohortis Augustæ. Conscensa autem naue Adramytina nauigaturi,iuxta loca Asiæ solúimus,perseuerante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicense. Sequenti autem die appulimus Sidonem.] Vide quousq; comitatur & Aristarchus.Bene etiã utiliter adest ille, qui in Macedonía omnia quæ acta erant annunciaturus.

CAPVT XXVII

Humaniterq; Iulius Paulo tractato, permísit ut profectus ad amícos ab illis curaretur. Et inde quum soluíssemus, subnauigauímus iuxta Cyprum, eo quòd uenti essent contrarij.] Permísit, inquit,Iulius Paulo humaníter tractato. Bene faciebat hoc permittẽdo:ut profectus ad notos, curaretur. Verisímile enim erat,illum ualde afflictũ à uínculis,à metu, & circunductione. Vide quomodo neq; hoc occultat, quòd uoluit curã habere.Iterũ tentationes, iterũ uenti cõtrarij: uide per omnia uitam sanctorũ sic contexi. Effugerant tribunal,& faciunt naufragium, ac ferunt tempestatem:quod & manifestat subdẽs, Tunc pelagus quod est inter Cilicíam & Pamphilã emensi per uenímus Myram,quæ est Lyciæ. Et ibi Centurio nactus nauem Alexandrinam nauigantem in Italiam,transtulit nos in illam.] Nactus,inquit, nauem Alexandrinam.Merito inuenítur, ita ut & illi annuncient in Asia quid Paulo acciderit, & hi in Lycía. Vide deũ nihil innouare, neq; mutare, sed permittere illum nauigare uẽtis importunis. Sed etiam sic miraculũ operat: nam ut secure nauigent,nõ permisit illis in mari, sed semper iuxta terram nauigabãt. Et quum multis diebus tarde nauigaremus, & uix deuenissemus cõtra Gnidum,prohíbente nos uento,adnauigauímus Cretæ iuxta Salmonem. Et uix prę terlegentes illam, peruenímus in locum quendam, qui uocatur Calílimenes,iuxta quẽ propè ciuitas Lasæa. Multo autem tẽpore peracto, & quum esset iam nauigatio periculosa, eo quòd ieiunio iam defectis erãt uiribus,admonebat eos Paulus, dicens eis: Viri, uideo quòd cum iniuria multoq; damno,non solum oneris & nauis, sed etiam animarum periculosa futura sit nauigatio. Centurio autem gubernatorí & nauclero magis credebat,quàm his quę dicebantur à Paulo.] Ieiunium hic opinor dici, quod Iudæi seruant. Nam post Pentecosten,exierant illinc post multũ tempus, ita ut in ipsa ferè hyeme uenerint in partes Cretę.Et hoc quoq; nõ paruum miraculum,quòd illi propter hunc seruati fuerunt. Viri, uideo quòd cum iniuria multoq; damno non solum oneris & nauis,sed etiam animarum nostrarũ, periculosa futura sit nauigatio. Itaq; Paulus iubebat manere, & futura prædicebat. Illi aũt quum festínarent, & ob locum quoq; prohiberentur, uolebant in Phœnice hybernare. Et quum aptus portus non esset ad hybernandum,complures ceperunt consílium soluendi illinc,si quomodo possent peruecti Phœnicen illic hybernare. Is est portus Cretæ, spectans ad Aphricum & ad Corum. Aspirante autem Austro,rati se propositi compotes, quum soluíssent Asson,prætereegebant Cretã. Verum haud multo post coortus est cõtra ipsam uentus Typhonicus qui uocat Euroaquílo:quumq; correpta esset nauis,nec posset obniti uento,data naui flatibus, ferebamur:in insulam autem quandam deuecti, quæ uocatur Clauda,uix potuímus obtinere scapham.Qua sublata adiutorijs utebãtur,subcingẽtes nauim, timentes ne in Syrtim inciderent, demisso uelo sic ferebãtur.Quum autem uehementi tempestate iactaremur,sequẽti die iactum fecerunt,ac tertio die nostris manib. armamẽta nauis proiecímus:porro neq; sole,neq; sideribus apparentibus ad cõplures dies & tempestate non exigua imminente, iam ablata erat omnis spes salutis nostræ.Tunc stans Paulus in medio illorũ, dixit.] Vide post tantã tẽpestatẽ nec importunus,

nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec insolens illis loquitur: sed uolens, ut uel in po
A uersæ animæ in naui ducentæ septuaginta sex, &
satiati cibo alleuiabant nauem eiȝciẽtes triticum
in mare. Dum autem dies esset, terram non agno-
scebant: sinum uero quendam animaduerterunt
habẽtem littus in quod cogitabant si possent im-
pingere nauem. Et quum anchoras sustulissent,
committebant se mari simul laxatis iuncturis gu-
bernaculorum, & sublato artemone ad auræ fla-
tum tendebãt ad littus. Et quum incidissent in lo-
cum bimarem, impegerunt nauem: ac prora quí-
dem infixa manebat immobilis, puppis uero sol-
uebatur à ui undarum.] Iterum tentat diabolus
obsistere prophetiæ, & uolebant quosdam inter-
ficere, sed non permisit Centurio, ut Paulum ser-
B uet, adeò illum iam familiariter diligebat. Mi
litum autem consilium erat, ut uinctos occiderẽt,
ne quis quum enatasset, effugeret. At Cẽturio uo
lens seruare Paulum, compescuit eos à consilio,
iussitq; ut qui possent natare abijcerẽt se primos,
et in terram euaderent, cæteriq; partim in tabulis,
partim in quibusdam nauis fragmentis. Et sic fa- CAPVT
ctum est ut omnes incolumes euaderent in terrã. XXVIII

Et quum euasissent tunc cognouerunt quod
Melite insula uocetur.] Vides quantum bonum
factum est ex tempestate? Non igitur erat ex de-
relictione. Et quomodo, inquit, ferebãt, quum ni
hil ederent, nullumq; cibum sumerent? Timor te
nebat illos, & appetitũ cibi negabat extremè pe-
riclitaturis. Igitur quod factum est, à tempore e-
rat: maximum autem miraculum, quòd in tali tẽ-
pore è periculis mediis seruati sunt, & ipse prop-
ter ipsum cæteri. Et sublato artemone ad uenti fla
tum contendebant ad littus. Hoc dixit ostendere
uolens uiolentiam quam sustinebãt in tempesta-
te. Raro enim sic faciunt. Ideo & deduxerunt car
basa, hoc est, uelum, id quod fit ubi uehementer
flat uentus, ut impediatur uenti uiolentia. Hęc au
tem patiebantur in Adria, ubi seruari difficile. E-
ramus autem in naui animæ omnes ducentę sep-
tuagintasex. Et unde manifestum quod tot erant
qui simul nauigabant? Verisimile erat illos roga-
se causam propter quam nauigant, & didicisse o-
mnia: qui & nihil edebant, quia nulla erat eis cu-
ra cibi, eo quòd nõ erat uulgare periculum. Et ui-
D de quomodo Paulo non simpliciter accidit dila-
tio nauigationis, & intempestiua nauigatio, sed fa-
cit illud doctrinæ tempus. Non parum autem fue
rit, siquidem hi omnes crediderũt. Sed uideamus
iterum quæ dicta sunt: Multo iam tempore trans
acto quum esset iam periculosa nauigatio, admo
nebat Paulus, dicens illis, Viri, uideo quod cũ in-
iuria & damno futura est nauigatio. Vide quam
alienus est à fastu. Ne uideatur prophetizare, sed,
quasi à coniectura dicere: Video, inquit. Non eñ
suscepissent, statim si hoc dixisset. Prius igitur pro
phetizat, & dicit, deus cui seruio, inducens illos.
quomodo igitur nõ fuit iactura animarum? Fu-
isset utiq;, nisi deus seruasset: certe quantum ad rei
naturam pertinet, perijssent, sed deus prohibuit.
Centurio autem, inquit, gubernatori magis cre-
debat, quàm his quæ dicebantur à Paulo, ut ostẽ-
datur

datur quòd non à coniectura hæc dicebat: guber
A nator cõtraria dicit, idq; experientia clarus. Ita nõ
erant à coniectura quæ dicebantur. Cum autem
portus, inquit, non esset idoneus ad hybernandũ.
Vides & locus docet non esse à coniectura. Imò
multi illi à cõiectura loquebantur, qui & inde sua
debant soluendum. Sed nulla illis inde utilitas: in
ciderũt enim in tempestatem, & iacturam eorum
quæ uehebãt, faciunt. Ideo & hoc manifestãs sub
didit: Cum autem uehementi tempestate iactare-
mur, nostris manibus armamenta nauis proieci-
mus. Ne posthac esse possint increduli, hæc fieri
permittũtur. Et oritur magna tempestas, & ingẽ-
tes tenebræ fiunt: postea ne pereant, etiã triticum
eijcitur, & omnia. Hoc enim est, armamẽta nauis
proiecimus. quum autem esset multa inedia, dixit
Paulus, Oportebat morem gerentes mihi, lucrifie
cisse id iacturæ. Vide quomodo non parua ad au
diendum conferebant, tẽpestas, inquam, & tene-
bræ. Et uide quomodo credit Centurio, ut & scа-
phã relinquat & perdat. Quod autẽ nautæ non-
dum crediderunt, et postea credũt, ne mireris. Et-
enim genus illorum impudẽs quodammodo est,
& ad credendum durius. Tu autem etiam sapien
tiam Pauli hinc considera. Non enim increpat &
exasperatur, sed mansuete sic: Oportebat, inquit.
Sciebat enim quòd calamitosis non est acceptus
obiurgator, sed ubi etiam plures calamitates præ
terierint, fit acceptior. Igitur tũc aggreditur, quã-
C do omnis spes salutis sublata, tunc & utilia prædi
cit. Vt autem decimaquarta nox facta est, inquit,
timentes optabãt diem fieri. Ne quis dicat quòd
nihil fuerit, hoc addidit, ostendens omnia facta:
quod autẽ facta sint, timor testabatur. Optabant,
inquit, diem fieri timentes. Et locus difficilis erat.
Etenim per Adriam hæc contingunt, & erat ma-
gna inedia. Hic decimusquartus dies est, quòd ex
pectantes ieiuni permanetis. Ita omnia docẽt eos
in medio fuisse mortis. Ideo subdit, Obsecro uos
ut sumatis cibũ, hoc enim ad salutem uestram fue
rit: hoc est, ne forsan fame pereatis, cibum sumite.
Vt autẽ panẽ accepit, gratias egit deo. Vide quod
ille gratias agit, propter ea quæ facta sunt: non so
lum illos confirmauit, sed etiam alacres facit. Era-
D mus autem, inquit, omnes animæ in naui ducẽtæ
septuaginta sex. De his dicebat, iactura animę ne
unius quidem erit ex nobis. Hoc ex satis persuasa
anima proficiscebat, dicere quod ne una quidem
anima peritura esset. Satiati autẽ cibo, alleuiabãt
nauim eijcientes triticũ. Vides cũ hoc quod acci-
piunt cibum, credunt, et sic iam totum in Paulum
reijciebant. Ita ut etiam triticum eijcerent. Vide il
los & humana facere, & non prohibere Paulum.
Quando autem, inquit, dies factus est, laxatus iũ-
cturis. Destruitur nauis in die, ne metu pereãt, ut
uideas re ipsa prophetiam. Militum autem consi
lium erat, ut occiderent uinctos. Vides etiam per
hoc Paulo grati facti sunt. Nam propter illum nõ
permisit eos occidi Centurio, ita mihi uidẽtur ex
cõfesso mali fuisse, ut occidere illos uellẽt: sed nõ
est factum, consilio impedito. Alij autem in tabu

lis efferebantur, & omnes ita seruati sunt, & pro-
A phetia sic impleta est. Non enim ante multos an-
nos prædixerat, sed natura m euentuum sequens:
omnia enim erant supra spem, & per suam salutẽ
didicerunt quis esset Paulus. Si autem diceret
quis, quare non & nauim seruauit? ut discant qua
le periculum euaserint, quia non totum fiebat hu
mano adiutorio, sed manu dei quæ absq; naue ser
uauit. Atq; ita iussit licet in tempestate sint, licet in
mari, licet in pelago nihil graue patiuntur, quin
& alios secũ seruant. Si naufragantes, periclitantes,
& naufragium sustinẽtes, si & uincti per Paulum
seruati sunt, cogita quid est esse uirum sanctum in
domo: multæ enim tempestates etiã nobis incum
B bunt his multo grauiores, sed potest deus etiam
nos donare, modo credamus sanctis sicut illi, &
faciamus quæ præcipiunt. Non enim simpliciter
seruantur, sed etiam ipsi fidem attulerũt: licet uin-
ctus sit sanctus, maiora solutis operatur. Et cõside-
ra hoc hic factũ. Solutus cẽturio uincto illo habe
bat opus. Gubernator peritus non gubernãte e-
gebat. Non enim tale gubernabat naufigium, sed
orbis ecclesiam, qui didicerat ab illo maris domi-
no non humana arte, sed spirituali scientia, in na-
ui illa multa naufragia, multas procellas, spiritus
malitiæ, intus pugnas, foris timores: atq; ita hic re
uera gubernator erat.

MORALE.

C Vide oro omnem uitã nostram sic constitutã,
nunc misericordia fruimur, nunc tempestas inci-
dit, nunc ob propriam stultitiam & ignauiam in
multa incidimus grauia, imò hoc fit, quod nõ au-
dimus Paulum, festinantes ire quò ille non iubet.
Quippe etiamnũ nauigationis nostræ socius est,
licet nõ ligatus ut tunc. Adhortatur etiamnum &
dicet his qui in mari hoc: Cauẽte uobisipsis, ingre
dientur post meam abitionẽ lupi rapaces ad uos.
Et iterum, In nouissimis temporibus instabũt tẽ-
pora periculosa, & erunt homines seipsos aman-
tes, auari, arrogãtes. Hic enim omnium importu-
nissimus spiritus est. Maneamus igitur ubi iubet,
in fide scilicet, in securo portu. Ipsũ magis audia-
mus, quàm gubernatorem qui est in nobis, ratio-
nem inquam. Ne ea quæ hæc suggerit, faciamus:
ne ea quæ nauclerus, sed quæ Paulus iubet, qui
plurimas tutus transijt tempestates: ne experien-
tia discamus, sed ante experientiam potius, uitare
contumeliam & damnum. Audi quid dicat, Qui 1. Tim. 6
uolunt ditari, incidunt in tẽtationem. Credamus
ei. Vide enim quid his qui non crediderunt, acci-
derit. Et iterum alia ex causa, unde sint naufragia
dicit, Qui sanè, inquit, naufragium fecerunt circa 2. Tim. 3
fidem, tu autem in his mane quæ didicisti. Creda-
mus Paulo, licet in media tẽpestate simus, omni-
no à periculis liberabimur, etiãsi quatuordecim
noctium inedia uexati simus, etiamsi spes salutis
exciderit, etiãsi in tenebris simus ac caligine, cre-
dẽtes ei à periculo liberabimur. Nauim esse pute-
mus uniuersum orbem, & in hoc malefactores &
multis magis opertos, alios principes, alios custo
des, alios iustos qualis Paulus, alios uinctos &

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccatis astrictos. Itaq; siquidē Paulo credideri-
mus, non uincti peribimus, sed etiam soluemur.
Donat etiā nos illi deus. An negas peccata et affe
ctiones grauia esse uincula? non solæ manus uin-
ctæ sunt, sed totus homo. Dic oro, Nonne si quis
multas possidens pecunias, eas non erogat, neq;
insumit, sed retinet, parsimonia grauius, quàm in
disruptis uinculis ligatur? Item quando quis fato
se subijcit, nōne hic iterum alijs ligatus est uincu-
lis? item si obseruationibus signorū & omnibus,
nōne quouis uinculo illa molestiora? Adde si cō
cupiscentiæ irrationabili & fœdo amori, quis no
bis hæc uincula rūpet? Profectò deo opus est ut
soluātur. & sufficit quidem uno periclitari malo:
quando autē uincula & tempestas iunguntur, co
gita quantū erit tunc periculum? Quid enim non
sufficit ad perdēdum? fames, tempestas, malitia si
mul nauigantium, temporis importunitas. at con
tra hæc omnia stat Pauli claritas. Sic sanè etiam
nunc. Retineamus apud nos sanctos, nec erit tem
pestas, imò etiam si fuerit tempestas, erit serenitas
ac tranquillitas & à periculis liberatio. Quoniam
uidua illa sanctum hospitio habebat, etiam filij e-
ius mors soluta est, et rediuiuum accepit puerum.
Vbi pedes sanctorum ingrediuntur, nihil erit qd
contristat, etiamsi quid fiat, id ad probationē ma-
ioremq; dei gloriā pertinet. Assuesce ut pauimen
ta domus à talibus calcentur pedibus, & non cal-
cabit dæmon illic, & ualde meritò: nam sicut ubi
fragrantia est, ibi non habet locum grauedolentia:
ita ubi sanctum est unguentum, ibi suffocatur dæ
mon, lætificat simul agentes, animā recreat, odo-
rem diffundit. Vbi spinæ, ibi bestiæ: ubi hospitali
tas, ibi non sunt spinæ. Misericordia ingrediens,
quauis falce melius sentes execat, quis igne uio-
lentius exurit. Ne timeas. Reuerentur sanctorum
uestigia, sicut leonem uulpes. Iustus enim, inquit,
Prouer. 18 ut leo confidit. Introducamus hos leones in do-
mum, & omnes exigentur bestiæ, non clamantibus,
sed simpliciter loquentibus illis. Non em̄ leo
nis rugitus bestias sic fugat, ut iusti oratio dæmo-
nes: si loquatur solū, auolant: Et ubi nunc sunt, in-
qt, tales? Vbiq;, si crediderimus nos, si quæ siuerí-
mus, si solicite indagauerimus. Vbi quę siuisti, dic
oro, quando hoc tibi fuit curę? Si autem non quę
Matth. 7 ris, ne mireris si non inueneris. Qui enim quærit,
inuenit, non qui non quærit. Audi eos qui in soli-
tudinibus sunt, affer eis pecuniam, ubiq; terrarū
sunt: etiamsi in domo non recipias, accede tu ad il
lum, colloquere cum uiro, ad domicilium illius ua-
de, ut possis etiam benedictiōe frui: magna enim
ab illis est benedictio, quā assequi studeamus, ut
illorum precibus adiuti misericordia dei fruamur
gratia unigeniti illius, cui cum patre simul ac san-
cto spiritu gloria, imperium, honor, nunc
& semper, & in secula seculo
rum, Amen.

A BARBARI VERO PRAESTABANT NON
uulgarem humanitatem nobis. Accensa enim py
ra recipiebāt nos omnes propter imbrem qui im
minebat & propter frigus. Quū congregasset au-
tem Paulus sarmētorum multitudinem, & impo-
suisset in ignem, uipera à calore prorepens
inuasit manum eius. Homi-
lia LIIII.

PRestabant, inquit, nō uulgarem huma
nitatem nobis Barbari, accensa pyra:
alioqui nulla salutis utilitas fuisset per-
ditura illos tempestate. Deinde Pau-
lus sumpta sarmenta posuit in ignem. Vide illum
operantem, uide illum nusquam temere miracu-
la facientem, sed ob necessitatem. Et quum tem-
B pestas oriretur, non sine causa prophetizabat: &
hic sarmenta imponit, ignarus omnis fastus, ut ita
seruet illos, fruāturq; calore. Postea uipera appre-
hendit manum illius. Vt autem uiderunt Barbari
pendentem bestiam à manu eius, dicebant inter
se, Omnino homicida est homo iste, quem seruа-
tum in mari, ultio nō sinit uiuere. Bene etiam hoc
permissum est, ut & illi uiderent, ac loquerentur
talia, ut futuro miraculo non discredant. Et uide
illos honestè inter se loquentes. Vide naturæ iu-
dicium etiam apud Barbaros incorruptum, neq;
simpliciter cōdemnantes. Et hi prius uidēt, ut ma
gis admirentur. At ille quidem excussa uipera in
ignem, nihil mali passus est. Illi autē expectabant
ut incenderetur: & quum diu expectarēt, et uide-
rent nihil mali accidere, mutata mente, dicebant
C eum esse deum. Expectabant, inquit, ut ille cadat
mortuus: & iterū uidentes quòd nihil tale contin
geret, dicebant, deus est. Iterum supra modum lo
quūtur, Sequitur. In locis autem illis erant præ
dia primatis insulæ, cui nomen Publio, q̄ nos ex-
ceptos triduo benigne tractauit hospitio.] Ecce
iterum alius hospitalis Publius & diues & abun-
dātissimus, nihil de religione Christi sciēs, sed ob
solam calamitatem misertus illorū est, hospitioq;
benigne tractauit. Contigit autem patrem Pu-
blij febribus ac dysenteria uexatū decūbere. Ad
quem Paulus ut ingressus est, orauit, imposuit illi
manus, & curauit eum.] Et ita dignus erat cui be
ne fieret, ideo & pro susceptione Paulus curatio-
D nem illam retribuit. Hoc autē facto, cæteri quo
que q̄ habebāt infirmitates in insula, accedebant
& curabantur: qui & multis honoribus honora-
runt nos, & soluentibus imposuerunt quæ neces-
saria.] Et dederūt, inquit, nobis soluentib. ea quæ
necessaria cùm nobis tum alijs. Vide & à tempe-
state liberatos nō fuisse neglectos, sed etiam pro-
pter illum liberari hospitio susceptos & alitos ad
menses tres. Post menses autem tres nauigaui-
mus in naui Alexādrina, quæ in insula hyemaue-
rat, cui erat insigne Castores. Et cum uenissemus
Syracusas, mansimus triduo. Inde circunlegētes
uenimus Rhegium, & post unū diem afflante au
stro, postridie uenimus Puteolos, ubi repertis fra
tribus rogati sumus, ut maneremus apud eos di-
es septē, & sic uenimus Romā. Et inde quum au-
dissent

dissent fratres de nobis, prodierunt in occursum A
nobis usq; ad Appij forū, & Tres tabernas. Quos
quum uidisset Paulus, ut egit gratias deo, sumpsit
fiduciam.] Propter Paulum uide omnia hæc fie-
ri, ut credāt uincti, milites, ac centurio: nam etiam
si lapides fuissent, & propter ea quę cōsuluerat, et
ipsi audierant, & quę prædixerat, & propter mira
cula quę fecerat, & propter beneficia quibus edu
cati erant, de illo magna utique cogitassent. Vide
quando rectum iudiciū fuerit, & à nulla affectio-
ne præoccupatū, quomodo statim recta iudicia
accipit, & probatas sententias. Porrò prædicatio
etiam usq; in Siciliā peruenit. Vide quomodo &
Puteolos inuentis quibusdam transit, mox occur
rerunt & alij, tanta fratrum erat alacritas: non tur
bauit illos qd̄ Paulus erat in uinculis. Vide etiam B
illum iterum humana quadā affectiōe teneri. Vi-
sis enim fratribus, inquit, fiduciā sumpsit. Quam-
uis tanta miracula fecisset, attamen ab aspectu au
gmentū sumpsit. Et ex hoc discimus quòd huma-
no more etiam consolationem accepit, & contrà.

Quando autem uenimus Romam, inquit, per
missum est Paulo ut maneat solus, cum milite cu-
stodiente illum.] Non parū etiam hoc argumē-
tum est illum fuisse per omnia admirabilem, non
enim iam cum alijs numerabat. Post tres autē
dies cōuocauit Paulus ludæorū primores.] Post
tres, inquit, dies, ne præoccuparentur illorum au
res: & quid negotij cum illis habuit? nō enim ipsi
accusaturi illum erant. attamen non hoc curabat,
sed dicendi gratia aderat, & non prostituendi ea C
quæ docebātur. Igitur ludæi quidē uidentes hæc
miracula persequebātur, ac fugabant. Barbari ue
ro nullo conspecto, ob solam calamitatem miseri
cordes fuerunt. Omnino, inquit, homicida est ho
mo iste. Et non simpliciter pronunciāt, sed omni-
no, inquit, sicut uidere licet. Et ultio, inquit, uiue-
re illum non sinit. Igitur & de prouidentia sermo
nem habuerunt. Multis philosophis sapientiores
fuerunt Barbari illi, qui ea quæ sub luna sunt ex-
tra prouidentiam ponunt. Illi autem ubiq; putāt
adesse deum: & licet quis sæpe effugiat, nō tamen
effugere omnino posse. Et reuerētur iam propter
calamitatem, & non euulgant, sed inter se dicunt.
Vincula enim hoc docebāt suspicari. Et licet uin
ctus esset, reuerentur, dicentes, num bene facit is
qui in uinculis? Ruborem nobis afferant barba-
ri: nesciebant enim qui nam essent illi, sed ob cala D
mitatem iam miserabātur quòd homines essent.
Et quū diu expectassent, inquit, quādo esset mo-
riturus, & quādo excussa manu etiam bestiā abie
cit, tunc uiderunt, & expauefacti sunt. Et non re-
pente factum est signum, sed hominibus aliquan
diu expectātibus, ne putetur fallacia esse. nō erat
igitur præstigium. Humaniter, inquit, illos hospi
tio tractauit Publius. ducēta septuagintasex erāt
nomina. cogita magnū hospitalitatis lucrum, nō
quòd necessitas esset, non quòd inuitus agat, sed
quòd lucrum putabat, tres dies hospites illos ha-
buit. Postea cōpensationē accipit multo amplio-
rem meritò cum & alij curarent. Qui etiam mul-

tis honorib. prosequuti sunt nos. Num mercedē
accipiebant? absit. sed ut scriptum est, Dignus est Matth. 10
operarius cibo suo. Et soluentib. imposuerunt ne
cessaria. Manifestum quòd & uerbū prædicatio-
nis susceperunt, qui illos sic tractarunt. Nō enim
disseruissent trimestri illo tempore, nisi etiam cre
didissent, & fructus declarassent: & inde magna
coniectura est, multitudinem credentium illic ui
sam. Et soluimus, inquit, in naui Alexādrina quæ
hyemauerat in insula cui insigne Castores. Fortas
sis erāt picti in illa, adeò erant idolis obnoxij. Vi-
de diu moram trahentes, & iterū festinantes. Post
hac uenerabilis erat Paulus, ita ut permissum ei sit
solum esse. Nam quum etiam antea humaniter il-
lum habuerint, multo magis nunc. Et afflante, in-
qt, austro, postridie uenimus Puteolos, ubi inuen
tis fratrib. rogati sumus ut maneremus apud eos
dies septem, & sic Romam uenimus, & illinc fra-
tres ut audierunt de nobis, exierunt in occursum
nobis usq; ad forum Appij, & Tres tabernas. Nō
metuētes periculum, tametsi sat multa illis futura
certò uidebātur. Vide quomodo in tanta nauiga
tione nusquam appellunt ad ciuitatē, sed in insu-
lam, & tota hyemē uersanē ibi, ut illi qui simul na
uigabant, ad fidem componerētur. Et permissum
est ei, inquit, ut permaneret solus cū milite qui ip-
sum custodiebat, atq; ibi nō licebat ei exire, neq;
illic insidias timebat. Nō em̄ licebat ultra tumul-
tuari, atq; ita illum non custodiebant, sed ita nihil
graue ei accidebat. Etenim non permittebatur in
tanta ciuitate, & ubi rex esset ac libertas, fieri ali-
quid indignum. Vnde semper quæ uidentur esse
contra nos, ea pro nobis fiunt. Custos enim erat
Pauli. Et conuocatis primatibus ludæorū, loque
batur eis, & cōtradicentes recesserunt. Increpan-
tur ab illo, & nihil audent dicere. Non enim daba
tur eis contra illum potestas.

MORALE.

Hoc enim mirabile est, quòd nō per ea quæ ui
dentur securitatis esse, sed planè per cōtraria, om
nia, p nobis fiunt. Et ut discas, iuliit Pharao in flu-
men proijci pueros, nisi, piecti fuissent pueri, non
fuisset seruatus Moses, non in aula educatus fuis-
set. Quādo seruabat, non erat in honore, quando
expositus est, tūc factus est in honore. Hoc facie-
bat deus declarans suam omnipotentiā ac sapien
tiam, quàm facile sit ei seruare. Minatus est illi lu-
dæus dicēs, Nūquid me occidere tu uis? et hoc il-
li profuit, singularicq; dispēsatione factum, ut ipse
uideret uisionem illam in solitudine, & conueniē
ti tempore impleretur, utq; philosopharet in soli
tudine, ac secure uiueret. Et in omnibus ludæorū
contra illū insidijs idem fit. Tūc enim clarior pro
dit, ut cum insurgerent contra eum & Aaronem,
clariorem eum fecerunt, ut indubitata fieret eius
ordinatio, & ita etiam in posterum lamināæreæ
admiratione factę sunt. Scitis enim opinor, histo
riam, & ideo narrationem prætercurro. Et ideo si
uolueritis iterum eadem quæ superius acta, id ge
nus pertractemus. Caín fratrē occidit, sed hac ra-
tiōe plurimū profuit. Audi enim quid dicit, Vox

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gen. 4 Heb. 12 sanguinis fratris tui clamat ad me. Et iterum alibi inquit, Sanguine magis loquente quàm Abel. Liberauit illum ab incertitudine futura, mercedē auxit. Charitatē didicimus omnes, quam erga illum habuit deus. Quid enim offensus fuit, qui nihil ei tius quàm mortem accepit? Quid enim lucri habēt tardius morientes, dic oro? Nihil. Neq; enim ab eo quòd multos annos uel paucos uiuit, felicitas: sed ab eo q̄ uita, ut oportet, utimur. Tres pueri iniecti fuerūt in caminū, et per hoc facti sūt clariores. Daniel missus est in lacum, & inde prodijt illustrior. Vides ubiq; tētatiōes magna parere bona, & in hoc seculo, nedū in futuro. In malitia idē euenit, ut si quis calamo ignē feriat: & uideē quidem uerberare ignem, ignis aūt clarior fit, & calamus consumitur. Alimētum enim & fomes claritudinis, est malitia uirtuti. Iniuria, quādo ut opus fuerit utitur deus, res nostras clariores reddit. Iterum quando diabolus operatur tale quiddā, clariores facit sustinētes. Cur igitur, inquit, in Adam hoc nō est factū, sed ignominiosior redditus est? Etiam illo aptè usus est deus. Si autē aliquid passus est, ipse seipsum dāno affecit. Nā quæ ab alijs nobis fiūt, magnorū nobis bonorum causa sunt: quæ autem à nobis, non item. Quoniam enim dolemus ab alijs læsi, à nobis ipsis aūt non item: qui ab alio patitur iniuste, clarus fit: qui autē seipsum lædit, damnum fert: ut illud quidem fortiter feramus, at non hoc faciamus. Et alioqui totius mali causa Adam sibi ipse fuit. Quare enim credebas mulieri? Quare aduersa consulentem non repulisti? Tu omniū factus es autor: alioqui si diabolus fuisset, oportuisset eos quos similiter tentat omēs perijsse: quòd si non perierunt, in nobis causa est. Sed oportebat, inquit, omnes qui tentātur, recte agere. Non enim penes nos causa est. Oportebat etiam absq; diabolo perire. Et multi etiam absq; diabolo pereunt. Profectò nō omnia ipse efficit, sed multa etiā fiunt à sola nostra ignauia. Si autē alicubi ipse autor, nos initium adhibemus. Dic enim oro, cur diabolus tantū ualuit in Iuda? Quia ingressus est, inquit, in illū satanas. Sed audi causam. Quia fur erat, & quæ mittebantur, portabat. Ipse dedit, inquit, latū ingrediendi spatium. Et ita non diabolus initium imponit. At nos illum suscipimus, & uocamus. Vltrà inquit, si ille non esset, nō tam magna fierent mala, sed pœna nobis esset euitabilis. Imò nunc quidem dilecte pœna nostra mitior est: si aūt fecerimus nobis ipsis grauia, intolerabilior pœna erit. Dic eñ mihi, si hęc quę peccauit Adam, absq; consilijs peccasset, quis illum à periculis liberasset? Sed nō peccasset, inquit. Vnde mihi hoc dicis? Qui eñ dissolutus & ignauus & ad insipientiā prōptus, ita ut accipiat tale consilium, multo magis etiam absq; hoc feciſſet. Qualis diabolus fratres Iosephi misit in odiū? Resipiscamus igit dilecti, & claritudinis nobis autor erit diabolus. Quid eñ nocuit Iobo tanta illius improbitas? Ne dixeris, inqt, hoc. Sed infirmus damnum accipit. Sed infirmus, etiam si nō sit diabolus, damnum accipit. Verum, inquit, grauius illo

A cooperāte. Imò minus, qui cum illius operatione peccat, punitur. Non enim omnium peccatorum pares sunt pœnę. Ne decipiamus nosipsos, nō est nobis diabolus autor, si sobrij fuerimus. Ille nostrum magis somnū excutit, & nos excitat. Dic enim oro: Non sint bestiæ, non sint aeris intemperies, non morbi, non tristitiæ, non mœrores, non aliud quid tale, quid non factus esset homo? Porcus magis quàm homo uentri indulgens & ebrietati, et à nullo horum interturbaretur. Nūc autem curæ ac solicituoines, gymnasiū & schola sūt philosophiæ. Educetur quis in aulis, & nō contristetur, neq; curas habeat, neq; solicitus sit, neque iræ occasionē habeat, neq; infortuniū: sed faciat quæ cunq; concupiscit, ea & assequatur, & omnes habeat obtemperantes: an non qualibet bestia efficiē brutior, & minus rationalis? Nunc autē sicut cos sunt afflictiones & curę. Eapropter pauperes diuitibus sunt sapientiores, utpote multis fluctib, uexati & exerciti. Nā corpus quod ociosum quidem & immobile, morbis magis obnoxiū & fœdum: quod autē mouetur & laborat, & ærumnis exerceē, formosius est ac sanius. Hoc etiam in anima reperire licet. Et ferrum quidem si iaceat, corrumpitur: si exerceatur autem, splendet. Et similiter anima quæ mouetur. Motio autem animæ, cuiæ ipsæ: & artes pereunt, si non moueatur anima. Mouetur autem quando non omnia prompte assunt, mouetur à cōtrarijs. Si non essent contraria, nihil esset quod moueret, utpote si omnia essent bene facta, non inueniret ars ut moueatur: Ita etiam si omnia essent iuxta mentem nostram, nō inueniret mēs ut moueatur. Si ubiq; portaretur, fœda esset. Nō uides quod etiam nutricibus præcipimus ne semper pueros portent, ne sic in consuetudinē ueniant, & ne infirmi fiāt? Et propterea infirmiores fiunt qui apud parentes enutriuntur, indulgētia intempestiua & immodica illorum ualetudinem lædente. Bona res est modica tristitia, bona rēs egestas, bona res & cura: fortes enim nos faciunt: bona & contraria. Vnumquodq; illorum si modo caruerit, perdit. Et hoc quidē laxat, hoc autem disrumpit. Non uides etiam Christū discipulos suos sic instituere? Si illi autē his egebant, multo magis nos: si autem egemus, ne indignemur, sed etiā gaudeamus in tribulationibus. Sūt enim nostris uulneribus cōgrua pharmaca, & alia quidem amara, alia uero blāda: Vtrunq; autem illorum si solum fuerit, inutile. Gratiam igitur habeamus deo pro his omnib. nō enim simpliciter hæc permittit fieri, sed pro utilitate nostrarum animarum. Nostram igitur gratitudinē declarantes, gratias agamus, glorificemus, fortiter obluctemur, tēporaria esse cogitantes, & ad futura mentē nostrā extendentes, ut & præsentia leuiter feramus, & futura assequi bona mereamur, gratia & miseri cordia unigeniti dei, cui cū patre ac sancto spiritu gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum
Amen.

POST TERTIVM AVTEM DIEM CONA uocauit Paulus Iudæorum principes. Cumq; uenissent, dicebat eis: Ego uiri fratres, cū nihil secerim aduersus plebem, aut institutis maiorum, uinctus à Hierusalem, traditus sum in manus Romanorum: qui cum examinassent, uolebāt me dimittere, eo q̄ nulla esset causa mortis in me. Sed contradicētibus Iudæis, coactus sum appellare Cæsarem, non quasi habeam de quo gentem meam accusem. Propter hāc igitur causam aduocaui uos, ut uiderē ac alloquerer, propter spem enim Israelis catena hac circūdatus sum. Hom. LV.

VOLEBAT & seipsum & alios à crimine liberare, se quidē ne accusent ipsū & hoc illis noceat, illos autē ne uideatur totum esse illorū. Verisimile enim erat percrebuisse famam, q̄ à Iudęis traditus esset, idq; sufficiebat ad terrendū illos. Statim igit hoc urget, & pro seipso rationē reddit. Quomodo igitur rationē reddit? q̄ temere tradiderunt ipsum testantur Romanorū principes, quia uolebāt, inquit, me dimittere. Quare igitur non dimiserunt? inquit. Contradicentibus Iudæis. Vide q̄modo minuit illorum crimina. Si eñ uoluisset exaggerare, potuisset maiore impetu uti. Ideo, inquit, coactus sum appellare Cæsarē. Et ita ueniam meretur. Quid igitur? ut illos accuses fecisti? Nō, inquit, nō quasi habeam aliquid quo gētem meam accusem, sed ut effugiā periculum. Propter uos enim hac catena circūdatus sum, tantū abest ut hostili animo in uos sim affectus. Deinde & illi sic sermonem ingressi, quasi & ipsi pro cognatis rationem sint reddituri. Illi autem, inquit, dixerūt ei: Nos neq; literas accepimus de te à Iudæa, neq; aduenięs aliquis fratrum nunciauit, aut locutus est aliquid de te mali. Volumus autē audire à te quæ sentis.] Nam de secta ista notū est nobis, q̄ ubiq; ei contradicitur.] Neq;, inquit, per literas, neq; per homines significarūt aliquid mali de te, uerūtamen audire uolumus de te. Iam prę occupabant sententiā propriam demonstrantes, & dicūt: De secta hac notum est nobis, q̄ ubiq; ei contradicit. & non dicūt, contradicimus. Constituto autem ei, inquit, die, uenerūt ad illū in hospitium complures, quibus exposuit testificās regnū dei, suadēsq; eis de Iesu ex Mose & prophetis, à mane usq; ad uesperam. Et alij quidem credebāt his quæ dicebantur, alij uero non credebāt.] Non statim respōdit, sed diem constituit, & uenerunt ad ipsum, & loquebatur ex lege Mosi & prophetis. Et alij quidem credebant his quæ dicebantur, alij uero non credebant. Cum autem non essent concordes inter se, discedebant, ubi dixisset Paulus unū uerbū. Bene spiritus sanctus locutus est per Esaiā prophetā, ad patres nostros, dicens: Vade ad populū hūc, & dic: Aure audietis, & nō intelligite: & uidentes uidebitis, & nō perspicite. Ingrauatū enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt, ne quando uideant oculis, & auribus audiant, & cor de intelligāt, et conuertanē, & sanem eos.] Quan-

A do aūt discedebāt disceptantes inter se, tunc conuicium eis objicit, uolēs illos quidem cōuicio impetere, sed hos confirmare. Bene dixit, inqt, Esaias. Atqui infirmis datū est arcanū hoc. Nō igit mirum si contradicebant. Olim prædicebaē. Iterum zelum eorū prouocat ex gentibus. Notum igitur sit uobis, inquit, q̄ gentibus missum est hoc salutare dei, ipsi etiam audiēt. Et hæc illo loquente, abierūt Iudæi habentes inter seipsos disceptationem. Māsit aūt Paulus toto biennio in cōducto, et suscipiebat omnes qui ingrediebanē ad ipsum, prædicans regnum dei, & docens de Iesu Christo cum fiducia, nemine prohibente, Amen.] Ostendit nunc libertatē, prædicans, inquit, nemine prohibēte in Roma, qui in Iudæa, phibitus erat, quoniam biennio illic mansit. Propter hanc, inquit. causam uolui uos uidere, ne liceat cuipiā accusare, & quęcunq; in mentem uenerint, dicere. Quia certè manus illorum effugi, & ad hoc ueni, nō ut cuipiam malum inferam, sed ut ipse fugiam.] Vide etiam illos mansuetius loqui ad eū. Volumus, inquit, audire à te quæ sentis. Etiā uult pro illis rationem reddere. Nam hoc quidem quod ille dicebat, argumentum erat, q̄ ualde condemnent seipsos: nam si fiduciam habuissent, dedissent operā ut eum possent in potestatē redigere. nunc aūt uenire negligunt, frustrati toties suis conatibus.

Illi aūt non credētes recesserunt. Vide quomodo nō struunt insidias nūc contra illum. In Iudæa enim quasi tyrannidem exercebant. Quare igitur deus ordinauit ut illuc migraret, quāuis dixerit: Festina, egredere è Hierusalē? Vt ostendatur illorum malitia, & prophetia Christi uera, q̄ nō sustinent: utq; discerēt omnes, q̄ omnia paratus sit pati, atq; ita in consolationē eorū qui in Iudæa, hoc factum est. Etenim & illic multa patiebantur gratia. Si aūt prædicās Iudaica hæc passus est, si prædicasset ea quæ sūt gloriæ Christi, quomodo sustinuissent? Qui purificabaē, non erat tolerabilis: & quomodo prædicās tolerabilis fuisset? Cur accusatis nos? quid audiuistis? Nihil tale dixit, simpliciter apparuit, & omnes exasperauit. Meritò igitur gentibus sorte obuenit. Meritò lōge missus est: etiam illic docturus gentes, principio Iudæos uocat. Postea ut rem illis monstrauit, ad gētes abijt: Quod autem inquit, dixit spiritus, nō est mirum: nā & angelus dicitur loqui ea quæ dominus ipse loquutus est. Bene dixit, inquit, spiritus sanctus: Sed non item quando narrat de his quæ ab angelo dicta sunt, nō dicit, Bene dixit angelus: sed, bene dixit dominus. bene dixit spiritus: hoc est, non mihi fides negetur, sed olim hoc præsciebat deus. Qui quum examinassent, inquit, nihil inuenerūt in me. Quos oportebat eripere, tradiderūt in manus Romanorū, præter ullam necessitatem. Quia ipsi nō potuerūt condemnare, uinctum tradiderunt. Non quasi habeam aliquid, ut accusem gentem meam ueni. Vide ut familiares sibi faciat uerbis, & alienus esse non uult. Iterū dogmati locum parat. Nō dixit, non accuso, sed non habeo quod accusem, quamuis tot & tam grauia passus esset.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed neq; hoc dicit, neq; facit onerosiorem sermonem, neq; donare illis uidetur. Hoc enim quærit: Oportebat illos crimẽ intendere, oportebat illos accusare, defendũt ijs per quæ accusant. Vbiq;, inquit, contradicitur, sed etiam ubiq; credunt. nam alij quidem credunt, alij uero discredũt. Vide iterum q; nõ à signis, sed à lege & prophetis illorum obstruit ora, & ubiq; hoc facit, quamuis potuisset signa facere. Porrò non iã fidei res fuisset. magnũ enim hoc signũ erat à lege & prophetis dissentire.
Esa. 6 Deinde ne putes nouum esse, subdit prophetiam quæ dicit: Auditu audietis. Magis nũc q; tunc. & uidẽtes non uidebitis. Magis nunc q; tunc. Contra illos qui nõ crediderunt, hæc dicta sunt. Quid igitur illi alijs? Præter prophetiam crediderũt. Populo huic incredulo inquit. Nõ cõuicia sunt hæc, B sed offendiculum tollunt. Ipsi, inquit, & audient. Quid igitur nobis loqueris, hæc nescientibus? Etiã, sed ut per suadeã, & rationẽ reddam, nulliq; dem occasionem. Loquebatur, inquit, cum fiducia nullo prohibente. Prædicat aliquando libere, sed cũ prohibitione. Illius libertatem in loquendo nihil prohibebat, uel morabatur. Vides dispẽsationem dei? Dimittit sitibundũ auditorem: hoc & exteri faciunt. Omnia enim scire ignauum ac negligentem facit. Loquebatur, inquit, de regno dei.

MORALE.

Vide nihil sensibile, nihil de præsentibus loq̃tur, sed spe illos pascebat, cum non posset ostẽdere à suo statu. Post biẽnium autẽ quid dicimus? In Hispaniã ire festino, & spero, inquit, transiens in- C uisere uos, ad uos autẽ ex parte. Vides quomodo omnia præuidebat sanctum & diuinũ caput illud Paulus, qui omnib. cœlis sublimior, qui animã habebat omnia simul comprehendere ualẽtem, qui primas partes tenet, cuius uel solũ nomẽ nouisse, ad excitandas animas, ad sobrietatem seruãdam, adq; excutiẽdum somnũ sufficit. Suscepit illũ Roma uinctum, à mari uenientẽ ex naufragio seruatum, & liberata est ab errorũ naufragio: quemadmodum rex quidam post naualem pugnam & uictoriam in regalissimam aulam istam ascẽdit. De hoc inquit, Veniã & refocillabor uobiscũ in plenitudine benedictionis euangelij. Et iterũ: Eo ministraturus in Hierusalem. Hoc est q̃d dicit: Eleemosynas facturus genti meæ, & oblationes, adue D ni. Iam ferè cœlo propior erat. Suscepit illum Roma uinctum, & uidit coronatũ ac celebratũ. Illic refocillabor unà uobiscum. Hoc aũt initium cursus iterũ erat, & triumphos triũphis inexpugnabilis coniunxit. Corinthus illum biennio detinebat, Asia triẽnio, Roma quoq; biẽnio. Postea iterum ascendit, quando etiam consummatus est. In prima mea defensione, inquit, nullus mecum aderat. Ita tunc transfugit, & cũ omnem implesset orbem, uitam sic finiuit. Quid uis discere quæ post hæc? Et illa talia sunt, uincula, tormenta, pugnæ, carceres, insidiæ, calũniæ, ac mortes quotidianæ. Vidisti illius paruam partem: ita se habent & reliqua. Vnam cœli partem si uideris, quocũq; ieris, uidebis talẽ: Ita se habent & Pauli acta. Vidisti ex parte, omnia talia sunt, periculis plena. Cœlũ erat ille, solẽ habens iustitiæ non talem qualis ille est, atq; adeò uir ille cœlo melior est. Parũ ne hoc esse putas? Quãdo apostolũ dixeris, statim omnes illum cogitant, sicut appellato Baptista, Ioãnem. Cui cõparauerit quis illius uerba? mari uel Oceano? sed nihil par est: illo sunt uerba eius copiosiora, puriora & profundiora. Et sic non peccarit q̃s, si cor Pauli mare etiam ac cœlum dixerit, cum ob puritatem, tum ob profunditatem. Mare est, nauigantes non à ciuitate in ciuitatẽ, sed à terra in cœlũ uehens. Si quis in hoc mari nauigauerit, secunda aura nauigat. Non est in hoc mari uentus, sed pro uẽto spiritus sanctus diuinus, qui in illo nauigantes animas uehit: non est ibi procella, non est scopulus, non est belua, sed omnia trãquilla sunt. Mare est portu tranquillius & securius, nihil habens falsum, sed purum ac dulcem laticẽ, sole limpidiorem, & magis perspicuũ. Mare est non gemmas habens, uel purpuras id genus, sed his multò meliora. Qui uult in hoc pelagus descendere, nõ opus habet natatiõe, uel remo, sed magna gratia: inueniet autem in eo omnia bona quæ sunt in regno cœlorum, & poterit fieri rex, & totum mundũ accipere, inq; summo honore esse: qui in hoc mari nauigat, nunq; naufragium faciet, sed omnia bene sciet. Et quemadmodum ij qui imperiti sunt maris suffocantur, ita & hic fit: id quod & hæreticis euenit, qui plus q̃ uires ipsorum permittũt, attentant: oportet sanè profunditatẽ nosse, uel non attentare. Nauigaturi hoc pelagus, pauperes simus ac humiles. Nõ possum, inquit, uobis loq tãquã spiritualibus, sed tanq; carnalibus. Nemo nisi laboris patiens ingrediat hoc pelagus: paremus nobis naues, studiũ, alacritatẽ, preces, ut in silentio hoc pelagus transeamus. Etenim aqua hæc uiuens est. Sicut si quis os igneũ capiat, tale os Patrum doctus accipit: & quemadmodũ si quis gladium acutum capiat, sic talis fit incomprehensibilis. Vt autem Paulina intelligãtur, uita pura opus est. Propter hoc enim dicit, quoniam segnibus auribus facti estis. Est enim et auriũ infirmitas. Nam sicut infirmus stomachus sanorũ & difficilis concoctionis cibos nõ suscipit: ita etiam anima torpida, inflata, æstuãs, sterilisq; ac eneruis spiritualem sermonem accipere non poterit. Audi dicẽtes discipulos: Durus est sermo hic, quis poterit audire Ioan. 6 illum? Si autem fortis esset ac sana, omnia facilia, omnia integra, leuiora ac sublimiora fierent, imò summa peterent, & in excelsum tollerentur. Hæc igitur scientes, parãtes animam, etiam emulemur Paulum, & imitemur fortem illã ac adamãtinam animam, ut per uestigia eorũ qui sic uixerunt, eũtes, possimus uitæ istius pelagus pnauigare, & in portum sine fluctibus peruenire, bonaq; diligẽtibus deum promissa assequi, gratia & humanitate domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri simul ac sancto spiritu gloria, imperium, honor, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

ACTORVM FINIS.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI DE PRODITORE ET MYSTERIIS COENAE dominicæ, in quinta feria passionis.

SERMO PRIMVS.

AD HODIERNVM A conuiuium qui solenni frequentia conuenistis, & cum Christi discipulis in immolatione agni Pascha facere festinatis, syncera quæso & plena charitatis pectora diuinis exhibete mysterijs. Nulla sit in mente duplicitas, nec liuoris libidine interior homo fuscet. Agnum comesurus, agni innocentiam præferat: nec immaculatę ouis membra lupina malignitate B transfundat in uiscera. Quoniã qui sacratæ huius cœnæ indigno participatur accubitu, non cũ Petro peruenìet ad salutis portũ, sed sustinebit cũ Iuda sine reparatione naufragium. Habebit debitã cum proditore pœnam, qui ad bonum malam attulit cõscientiam. Deniq; Iudas non syncerus, sed simulator accubuit: & post bucellam Christi, in eũ
Ioan. 13 diabolus introiuit. Accepit, inquit, bucellã, & intrauit in eum Satanas. Sed delectat fratres præsentis exordiũ lectionis pia uobiscum recordatione transcurrere. Cum recumberet, inquit, Iesus cum duodecim discipulis suis, edentibus illis ait: Amẽ dico uobis, quoniam ex uobis unus tradet me. Et C contristati nimis cœperunt ad eum singuli dicere: Nunquid ego sum domine?] O beati apostoli, felicius uestra innocentia contristata est, quàm pœnalis Iudæ audacia, quæ non est confusa. Cũ enim nouerìtis nihil tale uos cõtra dominum cogitasse, extimescentes tamen & propriæ fragilitatis conscij, tristes dominũ interrogatis de peccato, quod in cõscientia nõ habetis: & plus creditis magistro, quàm uobis. Nam in illo uos conuiuio iudiciariã patimini quæstionẽ, & Iudas non uult sentire cõpunctionẽ. Terret uos talis auditus, & illũ nõ terret tanti sceleris cogitatus. Cõsulite ergo dominũ pium, interrogate magistrũ: respondeat, quæ uera sunt, ueritas. Designetur abominãda persona, ne D remaneat crimen in turba: monstretur uobis, quẽ fugere debeatis: publicẽt filius perditionis, ne maculetur corona benignitatis. Respondens, inquit, Iesus ait: Qui mecũ manũ mittit in paropside, ipse me tradet. Cœpit manifestius aliquid dici: adhuc tamen nomen proprie non uideo designari. Et ecce pauentibus, & reticentibus cunctis, & interdicẽtibus ori suo, ille temeritate & impudẽtia, qua proditurus erat, manũ cũ magistro in paropsi dem mittit: ut audaciam bonæ conscientiæ mentiretur. O obdurata frons, talia de se audit, & recubuit. Videt publicari suam cõscientiam, & adhuc manum porrigit ad bucellam. Nec primo, nec secundo correptus à proditione retrahit pedem: & patientia dei nutrit impudentiam suam, & seruat sibi iram in die iræ. Ecce iam & pœna illi prædicitur, ut quem non correxerũt miracula, corrigant denunciata supplicia. Filius, inquit, hominis ua Matth. 26 dit: sicut scriptum est de eo, Væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum illi erat non nasci. Respondens, inquit, Iudas qui eum tradidit, dixit: Nunquid ego sum Rabbi?] Iuda, cui dicis: nunquid ego sum? Iam dic: ego sum. Scit enim ab initio te esse. Nam quòd nõ loquatur, non est obliuio nescientis, sed pietas miserantis. Corrupte prævaricator & miser, si redires ad cor, recoleres magistrum, quem didicisti præscium futurorum, & cui nihil potest esse non cognitũ: quoniã per huiuscemodi colloquium non se facit ignarũ, sed pœnitentiæ tibi uult exhibere suffragium. Tu autem, cuius cupiditas sensum eripuit, & auaritia cordis oculos excæcauit, interrogare te fingis, utrum ipse sis, qui traditionis nephas conceperis. Omnia quæ in te sunt, nouit eius diuinitas: sed uæ tibi, in quo nulla inuẽta est charitas. Hymno, inquit, dicto, abierunt in montem Oliueti, & ait illis Iesus: Omnes uos scandalum patiemini in me in hac nocte. Respondit Petrus: & dixit: Etsi omnes scandalizati fuerint, ego non scandalizabor. Dicit illi Iesus: Amen dico tibi: quia hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Dicit ei Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecum, nõ te negabo.] Cœperunt altercari duo, medicus & ægrotus. Hic sine ægritudine se esse putabat: & ille etiam futuram accessionem hinc prænunciabat.

Sed interim hoc negocium paululum sequestremus, donec rei exitum comprobemus. Iudas, inquit, qui tradidit eũ, dedit eis signũ dicens: Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Quid auditis fratres, quis sensus hoc sine sui horrore cõsideret, & quæ aures hæc uerba recipiant, quæ non præcordia dictis talibus contremiscant? Dedit eis signum dicens: Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum.] O signũ sacrilegum, ô conuentus nepharius, ô placitum puniendum, ubi ab osculo incipitur bellũ, & per pacis indiciũ, pacis rumpitur sacramentum, Et per quod consueuerunt gentes bella finire: per hoc prophanus Iudas bellum uoluit inchoare: Dedit eis, inquit, signũ dicens: Quẽ osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Hoc signũ Iuda tu dedisti, hoc pactũ in tuo mangonicio posuisti: ut cũ quo faceres pacem, ipse raperetur ad crudelissimam passionem. Mihi crede, habebunt pertę multi terrorem: ne quando cum proximis simulatam habeant charitatem. Guttur enim prophanum, quod hodie Christo extendis ad osculum:

Universidad de Deusto
Biblioteca

crastino illud es extẽsurus ad laqueum. Malo tuo A didicisti argentum expendere: mox incipies, & corpus proprium ponderare. Tenetur interea dominus ad sacerdotum principem perducendus: et cum cæteri discipuli laberentur in fugam, Petrus ille promissor egregius cepit ambulare longinquius: peruenit eandem & ipse ad principis domum, & expectans rei exitum foris obseruabat in atrio. Sed quia iam prædictæ accessionis eum rigor urgebat, cum calefacientibus ad carbones stabat. Negat territus Christum, pro quo se animam promiserat positurum. Iacet elisus in corpore obliuionis, quasi in quodam lecto doloris. Prostrauit eum decrepita anicula, quasi quædam grauis febricula. Oppressit eum lethargicus somnus, & cœpit eum præco impungere matutinus. Expergiscitur aliquãdo, audit gallum cantantem, uidet se grauia uulnera sustinentem. Dirigit preces ad medicum per nuncios lacrymarum, & diuinũ confestim recipit antidotum. De ipso enim scriptum
Psal. 37 est: Amici mei, & proximi mei aduersum me, appropinquauerunt & steterunt. Et proximi mei à
Prou. 27 longe steterunt. Et illud quod dictum est: Meliora sunt uulnera amici, quam uoluntaria oscula inimici. Iudas enim sicut de apostolo proditor, ita inimicus factus ex amico. Nam & de illo scriptũ est:
Psal. 40 Homo pacis mee in quo sperabam: qui edebat panem meum, ampliauit super me calcaneum. Et ite-
Mich. 7 rum: Inimici hominis domestici eius. Vnde & nos fratres, unanimiter fugiamus iniquorum subdola colloquia, ut cum sanctis participemus gratiam C sempiternam, ueram pacem, & trinitatis perpetuã unitatem teneamus: ut cum sanctis omnibus in regnis cœlestibus triumphemus.

SERMO SECVNDVS.

SEcundũ salutaris positi munus, & spiritualis remedij sacramentum diuina dispensatione completur, dum Christus ad passionis triumphũ ab impijs prouocatur. Nam cum discumberet cum duodecim discipulis suis, & manducantibus eis diceret: Amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me: ascendit Christus propriæ deitatis tribunal, & illud conuiuium uelut catastam ante se constituens, conscientiæ tormento confiteri compulit reum: ut in auctionem, conceptum posset re D uocare peccatum. Turbatur discipulorũ omnium sensus: & licet nossent propriam conscientiam, timuerunt tamen Christi sententiam. Iudas tamen impudenti fiducia ausus est interrogare saluatorem, quia implere possit euidentissimum traditorem. Verecunda Christi sententia ostendit suam maiestatem, nec refugit passionem. Mira patientia, Petrus condemnat Ananiam mentientem: saluator Iudam patienter sustinet traditorem. Duplicat sacrilegij principatum: dum propositum festinat implere peccatum. Et quem sceleris pœnitere oportuerat, urgetur conceptum implere cogi-
Matth. 26 tatũ. Quemcunq, inquit, osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Defuit Iuda aliud tuis sceleribus argumentum, ut instrumẽto pacis, traditoris implores officium. Sed plus patientia diuina cõdemnat obnoxium, ut officio pacis ostenderet reum. Venerũt, inquit, cum fustibus, ut comprehenderent eum. Non sic comprehenditur iustitia, nec sic alligatur sapientia. Volenti nanq; insiciunt manus: cui, si euadere placuisset, nunquam angelorũ officia defuissent. Et eduxit, inquit, Petrus gladium, & percussit auriculam principis serui. Seruum dixit: non cõditione, sed culpa. Deniq; ita scriptum
Ioan. 8 est: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Nam si audisset aliquãdo uerba sapientiæ, nec cruentum uulnus exciperet, nec peccati seruus testimonio scripturæ manssisset. Iubet tamen dominus in uagi nam gladium retorqueri, ne forte agnita legis patientia possit acquiri. Abducto saluatore, iparsis uniuersis discipulis, Petrus sequebatur à longe. Si enim propè sequeretur, semper dominum fateretur. Negat Petrus se esse discipulum saluatoris, quando nullas pœnas, nulla tormenta pertimuit. Quærendum tamẽ est, ubi negauerit. Ibi negauit, ubi Christus teneẽ inclusus. Negat in domo Caiaphæ, ibi negat, ubi potest ualere mendacium. Et tamen secutus est per amorem, quem negauerat per timorem. Cum respexisset, inquit, eum Iesus, fleuit amarè. Preciosus est fratres charissimi pœnitentiæ fructus: quia quod defendi non potest, abluí potest. Lauant lacrymæ congeriem peccatorum. Quàm preciosæ lacrymæ, quæ extergũt culpam, & exigunt ueniam. Profuit illi uerè ista amaritudo: quoniam quicquid in eo delicti tabidum fuit, ferramento pœnitentiæ resecauit.

SERMO TERTIVS.

EVangelicę series lectiõis, qua per ordinem passionis dominicæ gloriam didicistis, credo quòd affatim nõ solum aures, sed & corda uestræ deuotionis expleuerit. Nos quoq; quantũ tenuissimæ capacitatis uires admittunt, cum diuinis uocibus uerba nostra iungamus, atq; eandem nostri redemptoris inclytam passionem ueritatis indagatione retractemus. Sed nescio q̃ pacto charissimi, ubi sermo se prodere incipit, causam sensus horrescit. Quomodo enim animus non turbetur infirmus, in quo totus territus & conturbatus est mundus? Condemnatur ecce in cõcilio Iudęorum dominus, Pilato traditur alligatus, & sacras manus sacrilegæ catenæ uinxerunt. Ad tribunal dehinc præsidis sistitur: non ut reatus in illo, sed ut innocẽtia panderetur: ut reportaret testimonium iudicis, qui sub crudelibus uinculis, meritum non amiserit innocentis. Consiste mecũ in hac actione cõminus Iudæa, cõsiste. Dic mihi litis tuæ titulũ, accusationis tuæ genus, crimenq; denuncia: producito testes in medium: & tales, qui præsenti cause sint necessarij, adhibeto. Nihil cognitioni iudicis desit, nihil præsidis subtrahat examini: paratus sum pro domino meo cõuictus ipse damnari. Ecce interim in facto præiudicata es traditoris. Autor tuus confugit ad laqueum, ultimum capiens ex pœna solatium. Reum se sibi ipse constituit, & post iudicium tuum de seipso continuo iudicauit.

Remansit

Remansit ecce tũ uoce impij traditoris, inefficax A pœnitudo facinoris: nec cõfessionis meritum obtinuit, sed magis sceleris sarcina impœnitentiæ cumulum congessit. Peccaui, inquit, tradens sanguinem iustum: & proiecta pecunia in templum, abijt, & laqueo se suspendit.] Pependit inter cœlum terramq; medius uago funere suffocatus, & cum flagitio suo tumefacta noxia uiscera crepuerunt, nec cadaueri terra solitam exhibuit sepulturam. Habes Iudea quod uerè imiteris exemplum: sed digna non eris, quia conceptum perficis sacrilegium. Sedente, inquit, Pilato pro tribunali misit ad eum uxor eius, dicens: Nihil tibi & iusto illi: multa eñ passa sum hodie in somnis propter eũ.] Ecce iudex terretur in coniuge: & ut crimini Iudæorum non præbeat in iudicando consensum, pertulit in uxoris afflictione iudicium. Iudicatur B ipse, qui iudicat: torquetur, antequam torqueat: et ut nihil mali in pernicie operetur insontis, insomnijs exagitatur uxoris. Iam quid ibi ager et iudicis conscientia, si sic torquebatur & cõsia? Deniq; quem uultis, inquit, dimittam uobis, Barrabam, an Iesum, qui dicit Christus? At illi dixerunt, Barrabam. Dicit illis Pilatus: Quid ergo faciam de Iesu, qui dicitur Christus? Dicũt illi: Crucifigatur.] Quid agis synagoga damnabilis? Iustum sanguinem ducis ad uictimam, & absolui manifestũ postulas homicidam? Latronem iudicas innocentẽ, & innocentẽ poscis ad crucẽ? Ille qui te occidit, tuo suffragio morti subtrahit: & qui mortuos ab inferis suscitauit, te insistente damnatur? Reus fit, qui reus nõ fuit: & indemnis euadit, qui olim damnari iam debuit. In utroq; rea teneris, & exitio innocentis, & absolutione latronis. Et quãquam sacrilegium impactæ crucis omne nephas excedat: tamen & illi aduersum te iudiciũ, diem scilicet ultionis expectant, quorum Barrabas latro sanguinem fuderat: quia participasse est scelus homicidij, ueniam meruisse latroni. Tunc, inquit, accepit aquam, & lauit manus coram populo, dicens: Mundus ego sum à sanguine huius iusti, uos uidetis. Illi autem dixerunt: Sanguis eius super nos, & super filios nostros.] O quàm bene furor cæcus est, quàm digno præcipitio iactaris in insaniã. Quænam excæcatio est pertinacissimę mentis sic uelle aliũ perdere, ut prior malis ipsa perire? Sub alieno exitio tuos impia iugulas, & in tuam sobolem parricidalem uibras dexterã. Ecce currit per tui generis prosapiam nunquam expiandi uena facinoris, & cum crimine radicis suæ pullulãt iniqua plantaria. Egreditur ex metallo uteri sui tam cruẽta progenies: & infecta sanguine nascitur infausta posteritas. En quæ bona ad hæredes tuos quodam sacrilegij testamento transmittis: macula sanguinis innocẽtis te perfundis, & posteros perimis. Pertinaciter quidem in mortẽ nostri redemptoris insistis: sed crudeliter tuos natos mucrone impietatis extinguis. Quære iam cui possis uideri nõ noxia, quæ erga filios tuos extitisti pertinax parricida. Tunc dimisit illis Barrabam: Iesum uero flagellis cæsum tradidit illis, ut eum crucifigerent.] Heu me miserum, quibus auribus hoc audio: uel qualiter sensibus meis tam funesta cõmendo? Ecce dominus meus aptatur ad uerbera, ecce iam cæditur: rumpit sanctam cutem uiolentia flagellorum, & repetitis ictibus crudelia uulnera scapularum terga conscindunt. Proh dolor, iacet extensus ante hominem deus, & supplicium patitur rei, in quo nullum uestigium peccati potuit inueniri. Ad uictimam uita ducitur, & ad crudelissimũ mortis occasum addicta pietas euocatur. Ambitur sacrum caput aculeis spinarum, & diuinũ uerticem pœnalis coronæ pompa circumdat. Sed in spinis illis, nostra eum peccata pungebant. Ventum tandem est crucis ad campum, ubi pias manus terebrant sæua uulnera, & compaginem palmarum rumpit uiolentior foratura clauorum.

Vxor Pilati sub allusione ad Heuã, nomine cosiæ

Crux clauis configitur, & effossa uestigia, pœnalibusq; alligata impedimentis pedum officia perdiderunt. Adhæsit quietum corpus stipiti, & immobile lignum incõcussa membra portauit. Fert pœna ipsa pendentem, & tormentis suis nexi artus incumbunt. Sed festinate, oro: & citatis cursibus properate. Sentio enim moliri nescio quid creaturam: & intestinis motibus nonnihil elementa intellígo parturire. Minatur ecce propria mundus excidia, & rerum natura inusitato pauore terretur. Dies medius tenebrarum tyrannide discluditur, & perdidit cursum fugitiua luce fraudatũ. Sol absconditi radios suos, & orbem globus luminis obscurauit, atq; incubatricem noctem dissimulato iure contradictionis admisit. Dies enim non dies, & nox repentina non nox est. Importunæ tenebræ aliena tempora peruaserunt: moriente uero die, nouum dies sensit occasum. Expectabant cuncta elementa exitum proprij cõditoris: axem suum mundus extremum uergere cupiebat in limitem. Volebat, credo, seculũ ire protinus in ruinam, ne autoris sui tacens præteriret iniuriam. At ubi consummatis omnibus sacramentis, sua sponte spiritum quiete cum uictoria mortis expoſuit: illico rumpuntur sacrario dicata uelamina, & in publicum templi secreta mittuntur, ut admissi sacrilegij clandestina machinatio panderetur. Agitur internis terra concussibus: & molis suæ nutans fundamine, fluctuabunda cõmotione iactatur. Dederunt petræ crepitum fragore soniger: o & ui scerali motu disrupta saxa crepuerunt. Patuerunt portæ protinus inferorum, & monumentorum secreta claues proprias perdiderunt. Vacui facti sunt carceres sepulchrorum, & rediuiua corpora dominum agnouerunt.

SERMO QVARTVS.

VFficiũt quidem fratres ad testimonium uenerandæ passionis elementorum inopinata turbatio, fuga syderum, terræ inexpertus tremor, solidorum fractura saxorũ, pauor insolitus inferorum, & spontanea reseratio sepulchrorum. Hæc sola publicant dominum nostrum, hæc maiestatis eius testantur arcanum. Ecce insuper infœlix Iudas, etiam traditor, tibi reliquit testimonium facino-

Universidad de Deusto
Biblioteca

facinoris sui, qui suppliciū non potuit uidere dam A
nati. Et cum admissum non potuit excusare pec-
catum, ad se reuocauit cum pecunia sacrilegium.

Psal. 108 Pœnitentiam intelligit se-rā, illā damnatis assimilē Matth. 27

Dixit em̄: Peccaui tradēs sanguinē iustū.] Sed
non potuit uitare peccatum. Sic enim de eo ait spi
ritus sanctus: Et oratio eius fiat in peccatum: ut in
eo quòd pœnitentię festinauit ad portum, ibi inci
deret æternū & sine reparatione naufragium. Re-
spondit igitur omnis turba Iudæorū: Sanguis hu-
ius super nos, & super filios nostros. Magna plane
uis criminis, quæ nec prolixitate temporis abo
letur, nec seculorū oblitione repellitur. Sanguis
hic domini nostri polluit in præsenti reos, de futu
ro obligat nascituros. En Iudæa crudelis, te perpe
tratum nephas innexuit, & natos tuos elogio cri-
minis implicauit. Et cum soleat crimē cum perso- B
na deficere: in te magis crescit, & in posteros tuos
sine fine redundat. Ecce dominicus uultus sputa-
mine sacrilego illinitur: maxillas eius impiorū uer
berant palmæ, cerebrum tūdit ictus arundinis, &
per omnes currit iniurias atrocitas sæuientis. Por-
tans humeris crucem prætorium egreditur, & ta-
li onere colla innocua prægrauantur. Lætus qui-
dem & absq; ulla suspicionē formidinis moriturus
ibat, & nostra peccata in illa cruce portabat. De-
inde fel in escam pendenti offertur, & aceti potio
in patibulo propinatur. Mirum sanè. Hoccine de
te Iudæa dominus noster promeruit, qui te in de-
serto per quadraginta annos panib. angelicis an-
nonauit, & ex petræ uisceribus, cum sitires, aquæ
potus salutaris exhibuit? Et qui aquam in nuptijs C
pretiosum mutauit in uinū: meruit ne ut in siti sua
abs te acciperet acetum? Inter hæc ecce subitò te-
nebrarum caligine tota passionis indignitas tegi-
tur: & omnis iniuria nouæ noctis obscuritate ce-
lat. Indixit sibi mundus inopinata autoris sui mor
te funereum luctum, cunctarumq; confusio natu
rarum: & sacrilegium suum non agnoscit cæcitas
Iudæorum. Rumpuntur sanctuarij scissa uelami-
na, & sacrarij facies sacrilegio spoliante detegitur.
Reddunt inferi corpora rediuiua sanctorum: &
in occursum autoris inferos penetrantis, tempo-
ralem accipiunt beatæ animæ cōmeatum. Conue
nite iam Christianæ gentes, cōcurrite fidelissimæ
nationes. Dominus enim noster nō in patibulum
crucis, sed in tribunal ascendit: expandit ecce ma- D
nus, & alas extensas aperuit: non ut crucis supplī-
cio satisfaceret, sed ut nos ex omni orbe ad credu
litatem ecclesiæ congregaret.

SERMO QVINTVS.

Oſtq; uirginei partus orbe toto
miraculū cœleste resplenduit, &
gaudia dominicæ natiuitatis sūt
expleta, epiphania quoq; procu
rata est, ueneranda solēnitas: Do
minus discipulis suis passionis
suæ prædicit ordinē, eloquitur qualitatē. Ecce,
Matth. 20 inquit, ascendimus Hierosolymam, & filius homi
nis tradetur summis sacerdotibus, & condemna-
bunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illu-
dent ei, & conspuent eum, & post tres dies resur-
get. Qui futura prædicere potuit, & cauere. Igna-
ros aduersa preueniunt, non scientes. Pati uoluit,
qui sponte locū, ubi pateretur, ascēdit Mors inui-
tis imperat, uolentibus seruit. Ergo q̄ uolens mo-
ritur, non casus est, sed potestas. Potestatem ha- Ioan. 10
beo, inquit, ponendi animā meā, & potestatē ha-
beo sumendi eam. Nemo tollit eam à me. Vbi ani
mam ponendi potestas est, & sumendi: ibi moriē-
di non est necessitas, sed uoluntas. Nemo, inquit,
tollit eam à me. Si nemo, utiq; nec mors. Denique
nec mors tollere, nec infernus potuit hāc tenere:
qua iubente tremens, etiam uinctas animas, quas
tenebat, amisit. Et monumēta, inq̄t, aperta sunt, Matth. 27
& multa corpora sanctorū resurrexerunt.] Sicut
nascente Christo conceptus nescisti ordinē, suū
partus non agnouit usum, non tenuit ius natura:
ita moriente eo, ditione tartarus perdidit, quos te
nebat. Abiecit infernus ius potestatis antiquæ: in
ueteratæ legis decretum nouo sanctionis ordine
mors amisit. Sed ad cœpta redeamus. Ecce, in-
quit, ascendimus Hierosolymā, & filius hominis
tradetur sacerdotibus, & cōdemnabunt eum mor
te, & tradent eum gentibus, & cætera.] Sciens sci
entiarū deus, præsciebat: quia quæ præuiderat fu-
tura, uerterentur ad crucis scandalū, ad passionis
procellā, ad autoris iniuriam: ut q̄ terra tremeret,
paueret cœlum, aufugeret lux, refugeret sol, hor-
reret infernus, tota moueretur, seq; ipsa confunde
ret creatura. Mūdus enim, qui corpore nostro te-
ctam non potuit sufferre deitatē, nec nudam qui-
dem carne portaturus erat, præuidebat: cum cog-
nouisset præsertim tanta, quæ in hominē sunt cō-
missa piacula, putabatur exercitam in ipsam fuisse
diuinitatis iniuriam. His discipulos suos dominus Allusio ad
semel & iterū præmonebat: ponens ante oculos theriomā-
eorum, & uelut arenam suæ cōstituens passionis, chiam
& inducens in eam quot contumeliarum genera,
tot genera bestiarū. Quot spectatores, tot persecu
tores affuturos esse signabat: qui de conflictu non
uictoriam, sed uoluntatē querentes de sola morte
uincentis acclamarēt: Crucifige, crucifige. Sic tru
ces oculos, sic uoces funestas ad cœlū, imò in cœ-
lum usq; leuaturi, donec crudelis natio se ac poste
ros pio dimicantis inuoluerēt & uolutarēt in san-
guine uociferando: Sanguis huius super nos, & su Matth. 27
per filios nostros. Filius, inquit, hominis trade-
tur summis sacerdotibus, & cętera.] Depingebat
dominus Iesus passionis suæ spectaculum sæpis-
sime sic dicendo: ut hac diu expectata, expectan-
tes discipuli non subiti ponderis fasce premeren-
tur, non repentino obruerentur occursu. Animū
prænunciata parant, confirmant prænunciata, mo
uent expectata, & nos reddunt per omnia fortio-
res. Sicut miles de superuentu hostis habet pericu Simile
lum: ita si hostē præsciat, fert triumphū. Rex for-
tis quamuis fortiū munitur accinctu, non ualet ca
uere ignota: nota agmina etiam singularis nescit
timere bellator. Hinc dominus discipulos suos
tempestatē totā passionis suæ antè scire uoluit, ut
in ipso turbine magnanimes faceret, redderet for
tiores. Ecce ascendimus Hierosolymā, & cætera.

Sicut

Sicut qui una uice lapsum magnę domus suscipit, A
& ruinam: ita & Christus post magna & multipli
Argumentū à simili cia passionis suæ pondera, unū resurrectionis suæ
supposuit fulcimētum: ut apostolorū fidē iā iamq;
lapsuram susciperet, & ad æternam dirigeret fir-
mitatem. Post tres, inquit, dies resurget.] Non
satis est absessus tristis, ubi uelocissimus est re-
gressus. Post tres dies hoc abire, sic fuit & redire,
ut ibi eum non defuisse perluceat. Deus cū uadit,
hic est: & cum hic est, nusquā deest. Iuit Christus,
sed ab apostolis nō abijt. Accessit ad mortem, sed
à uita dominus non discessit. Descendit in infer-
Ioan. 3 num, sed non defuit cœlo, ipso probante cum di-
cit: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descēdit de
cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Nolle mori,
est timoris humani: mori & resurgere, est solius
deitatis insigne. Et post tres dies: Quare nō post B
quatuor, quare non post quinq;, sed post tres? Vt
in passione filij, totius trinitatis monstraretur ascen
sus. Triduum trinitatis loquitur in figuram: quia
trinitas, quę per operationem in principio fecerat
hominem, ipsa in fine hominem per Christi repa-
Gen. 1 rat passionem. Faciamus, inquit, hominem. Ite, in
Matth. 28 quit, baptizate omnes gentes in nomine patris, et
filij, & spiritus sancti in remissionem peccatorū.
Si in remissionem peccatorū cōmunis pietatis tri
nitas: quomodo nō in passione filij totius una est
Ioan. 2 & Matth. 12 uoluntas trinitatis? Sicut Ionas fuit in uentre cæ-
ti tribus diebus, inquit, & tribus noctibus, ita erit
filius hominis in corde terræ. In corde dixit: Non
dixit in potestate scilicet terræ: ut terra suum sen-
tiret, agnosceret, tremeret, sed non teneret autо- C
rem: obscura susciperet, non de corruptione pul-
saret: nec dominicum corpus, partem sui esse iuris
crederet terra, sed supernę socium susciperet maie
statis. Sed mouetur animus, cur pater filium mor-
tē uoluerit, uel permiserit sic subire: cur dominus
tali & tam contumelioſa morte uitam uoluerit re
parare mortalium: cur spiritus sanctus consense-
rit diuinitatem descendere ad tantam carnis iniu-
riam, adeò ut plures de scādalo pereant, quàm de
credulitate saluentur. Nasci & mori dominū, non
capiet mēs humana. Fratres hæc si scire uolumus,
hodie differamus: ut inquisitioni maximæ sermo
latior, ipso Christo satisfaciente respondeat.

SERMO SEXTVS.

Proxime cum dominicæ passionis D
multas & acerbas contumelias au-
diremus, cogitatione subito incidi-
mus in illud: Quare deus, qui totum
quod habet cœlum, quod terra por-
tat, quod capit mare, quod tartarus, sciebat: iussu
fecit, imperio distinxit, mundum totum compo-
suit ad decorem: & hic, ut sententiam mortis sol-
ueret, imbrem sacrati sanguinis desudauit. Origo
rerum, autor naturæ, quare nasci uoluit, nisi quia
mori uoluit? Quare deus carnis imbecillia suscē-
pit, nisi quia carnis elegit iniurias? Quare totius
dominus creaturæ, formam seruitutis intrauit, ni-
si ut totas seruitutis iniurias sustineret? Adiudi-
cari iudex, cognitor diligit addici, quādo se à per-
ditis passus est iudicari. Quæ patiendi necessitas,
ubi saluandi inest & possibilitas & potestas? Aut
quæ ibi moriendi causa est, cui uiuificandi uirtus
est & facultas? Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur summis sacerdoti
bus, & condemnabunt eum morte, & tradent eū
gentibus, & illudent ei, & conspuent eum, & post
tres dies resurget.] Ascendimus Hierosolymam,
ut in die Paschæ ad passionis pompam, & ad spe-
ctaculum mortis, atq; scandalum crucis, Iudaicæ
urbis uniuersitas conueniret. Non sufficit passio
communis, non mors secreta, non mors simplex,
non mors morti similis: nisi ut quanta erat patien-
tia singularitatis, tanta esset & singularitas passio-
nis. Actum est, ut autor seculi, seculo teste more-
retur, & à mundo mundi dominus antè per pœ-
nam quàm per gloriam nosceretur. Pax cœli tra-
ditur doli osculo, tenetur tenens omnia, alligatur
omniū nexus. Ducitur attrahens uniuersa. A fal-
so ueritas accusatur: sistitur, cui assistūt omnia. Iu-
dæi gentibus tradunt, reddunt gentes Iudæis. He
rodi mittit Pilatus, remittit Herodes Pilato: sicq;
cōmercium sit impietatis pietas, sanctitas in nun-
dinam crudelitatis perducitur. Flagellatur remis-
sio, condemnatur uenia: illuditur maiestas, irride-
tur uirtus. Perfunditur largitor imbriū sputis: cla-
uis ferri cœli strator affligitur. Mellis dator, cibа-
tur felle: propinator fontiū, potatur aceto. Et cum
iam nil restet ex pœnis, mors refugit, mors mora-
tur, quia suum ibi esse nihil sentit. Suspecta est ue- Prosopopœia
tustate nouitas: hunc enim primū, hunc solū uidit mortis
hominē peccati nescium, noxa liberū, iuris sui le- C
gibus nil debentē. Miratur in terra, quem de terre
nis conspicit nil habere. Primus, inquit, homo de 1. Cor. 15
terra terrenus: secundus homo de cœlo cœlestis.
Accedit tamē confœderata Iudaico mors furori,
& desperata tunc uita, & angit & inuadit autorē,
uolēs potius se perire totam, q̄ tantā perdere præ
dā. Sed iam quæ promissa sunt, inchoemus: quare
ad mortem, & ad talem mortem deus pater mise-
rit filiū suum: quare tam contumelioſæ succubue-
rit passioni: quare spiritus sanctus conregnantem
unam sibi deitatē Christū, ad tantam carnis iniu-
riam permiserit peruenire. Orate fratres, ut digna
tione qua passus est, passionis suæ reuelet arcanū,
& causam nobis omnibus tam sacratæ mortis in-
spiret. Primum quidem nobis est intuendū: Rex Quæstionis
quando glorioſior, quando indutus purpura, dia solutio à si-
demate decorus, aspersus auro, solio sublimis, ad mili
pompam tamen non paratire, sed hæc in secreto
fiunt: an quando in campum conniuens uultu &
honore ultimus, periculis primus, onustus ferro,
grauis armis, pro patria, pro ciuibus, pro liberis,
pro uita omnium premit hostem: discrimina de-
spicit, cōtemnit uulnera, ipsam libens mortē suo-
rum suscipit ad salutem: ut maiorem contemptu
mortis, quàm de ipso hoste uictoriam referat &
triumphum? Et quare displicet, si Christus de si-
nu patris, de deitatis secreto ad nostram seruitu-
tem uenit: ut nos suæ redderet libertati, nostram
mortem suscepit, ut nos eius morte uiueremus?

Quan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quandoquidem per deſpectum mortis, mortales in deos retulit, nos cœleſtibus æſtimans. Et quomodo deus Chriſtum ad iniuriam uocat tantam: ſi homines tantam tollit & extollit ad gloriã. Sed dicit aliquis: Habet hoc neceſſitas humana, diuina non habet hoc poteſtas. Verum dicis: Diuina non habet hoc poteſtas, ſed neceſſitudo habet, & Ioan. 15 recipit hoc diuina. Nemo, inquit, habet maiorem charitatem, quàm ut quis animã ſuam ponat pro amicis ſuis. Miraris ſi pro nobis poſuit, quod ſuſcepit ex nobis: qui fecit propter nos tanta, & talia largitus eſt nobis? Quantum uirtus, poteſtas ac magnificentia creantis operum contemplatione lucebat: tantũ latebat dilectio dei, tantoq; dei charitas habebatur obſcurior. Subiectis dare, donare ſeruis, eſt aſſuetũ donantis indicium: pati pro ſubiectis, pro ſeruis mori, inſigne eſt charitatis immenſę documentum, ſingularis eſt hoc amoris argumentum. Commendat, inquit Apoſtolus, charitatem ſuam deus in nobis: quia cum impij tantum eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Et Rom. 5 Ioan. 3 alibi: Sic dilexit deus hũc mũdum, ut filium ſuum unigenitum traderet. Præſtet quiuis beneficia, largiatur dona, ſit benefactor in proſperis, diligat obſequentes: nunquid illi poterit comparari, qui in ſe ſuorum ſuſcepit neceſſitates, qui ſe periculis anteponit ſuorum, qui ſe pro ſuis, dat pœnis, corpus obiectat morti, ut illos neci ſubtrahat, illos reſeruet ad uitam? Aduerſis probatur amor, affectio penſatur periculis. Pœnis examinatur dilectio, morte perfecta charitas innuitur. Hinc eſt quòd Chriſtus intrat carnis iniuriam, ſubit cõtumelias paſſionum, pœnarum genera percurrit, mortem ſuſcepit peramarã: quia damnari uoluit, qui quod fecerat, ſic amauit. Deitatis autem non eſt uoluntas hęc noua. Antiquæ legis prima uox hoc quæ- Deut. 6 ſiuit. Diliges, inquit, dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua: quia uera dominatio eſt ipſa: quæ amore imperat, nõ timore: quæ per affectum ſibi, & corpora ſubdit & corda: quæ amando non inuitam, ſed uoluntariã, ſibi inſtruit ſeruitutem. Ergo hæc prima cauſa eſt dominicæ paſſionis: quia ſciri uoluit, quantum amaret hominem deus, qui plus amari uoluit, quàm timeri. Secunda cauſa eſt, ut ſententiam mortis, quam iuſtè dederat, iuſtius aboleret. Statũ ſuum deus patiendo implere uoluit, ne compelleret imperando, ſi- D Matth. 5 cut fatetur ipſe: Non ueni legem ſoluere, ſed adimplere. Irrita uidetur bonorũ promiſſio, quæ à deo uelut ex pacto bonis facta eſt: ſi quę ab ipſo malis conſtitutæ ſunt, pœnæ euaneſcunt. Porrò iota unum, inquit, aut unus apex de lege nõ peribit, donec omnia fiant. Aperte ſibi perſuadeat, quicunq; ſapit: qui ſentit, intelligat: Si propter ſententiam ſuam proprio filio non pepercit, contra ſententiã ſuam cui poſſet ignoſcere: qui mentiri neſcit, nec nouit contra quam præſcripſit legem ignoſcere. Ergo, quia primus homo adiudicante deo de reatu incurrerat mortem, & eam delegauit ſuo generi tranſmiſit ad poſteros: quia corpore iam mortalis generaret, morti obnoxios, non liberos, non A abſolutos, ſed addictos: uenit de cœlo ſecũdus homo, uenit ſolus peccati neſcius, uenit ſolus reatus noſtri alienus, uenit qui peccato nihil debebat & morti, uenit ut fieret inter mortuos liber, ut mors morte damnaretur. Quæ rapere iuſſa reos, innocentiæ ipſum perſuadere præſumpſit autorem: ut ſic trãſiret ad mortem reatus hominis, hominum innocẽtia rediret, & mors præuaricatrix facta addiceretur Chriſto: cui ante Adam fuerat præuaricator addictus: eſſet Chriſti origo noua, origo uitalis, pater uiuentium, ſicut dixit Apoſtolus: Sicut 1. Cor. 15 in Adã omnes moriebamur, ſic omnes uiuamus, & uiuificemur in Chriſto. Et quia multæ cauſæ ſunt dominicæ paſſionis, & noſter iam claudẽdus eſt ſermo: hodie differamus, ne obſcuret feſtina diſcuſſio, quod latior poterit aperire tractatus.

DE PRODITIONE IVDAE HOMILIA.

PAVCIS hodie neceſſarium eſt fratres tractare uobiſcum. Et ideo paucis, non quia uobis latus ſermo ſacerdotis horreſcit, nec enim aliam urbem tam auidam ſpiritualium reperies lectionum: ſed quia ad myſteriorum ſacram ac uenerabilem celebrationem feſtinare multos inſpicio. Vt igitur & cœleſtis menſæ ſatietate perfruantur, & noſtro ſermone non careant, tractatus congrue temperetur, ut mea uerba ueſtris cordibus ſociantes, cum debita reuerentia myſterij deitatis arcanum audiatis. Hodie dilectiſſimi fratres, dominus noſter Ieſus Chriſtus traditus eſt: nam proximante ueſpera Iudæi C eum ceperunt. Sed te non uerbum traditionis cõtriſtet auditũ, nec cum perceperis quòd Ieſus traditus eſt, dolore mouearis: imò & doleas ſuadeo, prædico, ut lacrymis, & utinam ita te lamentatione contriſtes exhortor. Sed ne proditum lugeas, ne traditum fleas, ſed proditoris factũ ingemiſce, & futura eius lamẽtare ſupplicia. Nã proditus Chriſtus orbem liberauit uniuerſum: proditor gehennam meruit poſſidere. Traditus in cœlis patris ſedet in dextera: traditor aũt apud inferos collocatus, tormenta debita ſceleratus expectat, & ideo lugendus eſt. Nam & dñs noſter illius delictum lacrymatus eſt, ut ait Euangeliſta: Et cum uidiſſet eũ, turbatus eſt, & dixit: Vnus ex uobis tradet me. D Quanta miſericordia dñi? traditus pro traditore dolet, proditus pro proditore turbat. Et cũ uidiſſet eũ, dixit: Vnus ex uobis tradet me. Simul etſuę Ioan. 13 miſericordiæ oſtendit poteſtatẽ, & nos docet nõ eos qui mala patiuntur, ſed eos qui mala committunt, debere miſeros & dignos fletibus æſtimari. Hoc enim peius eſt, imò illud penitus malum nõ eſt. Nam malum pati, malum non eſt: malum facere, malum eſt. Et ideo malorum ſuſtentatio, cœlorum regnũ nobis pollicetur: malorum autẽ commiſſio gehennã minatur, & tormenta promittit. Beati nanq; ait, qui perſecutionẽ patiuntur propter iuſtitiã, quia ipſorũ eſt regnũ cœlorũ. Vides, q; Matth. 5 malorũ perpeſſio mercedẽ iperat, & ſufferentiæ ſuæ præmiũ cœlorũ meruit regnũ? Audi malum cõmittere quanta ſupplicia præparare conſueuit.

Nam

Nam Paulus dicens de Iudæis, quoniam quidem A dominũ occiderunt, & prophetas perſecuti ſunt, 1. Cor. 10 in ſequentibus ait: Quorum finis erit ſecundum opera illorum. Vides, quòd regnum perſecutionem perpeſſi ſortiunt, & iram perſecutores promerentur, & nec ſine ratione proceſſit oratio, nec inaniter uerba prolata ſunt, ſed ut circa aduerſarios noſtros iracundiam temperemus, & patienter eos toleremus, & magis eorũ geſta doleamus. Illi enim uerè mala patiũtur, qui nobis mente inſidiantur aduerſa: ſed & pro illis diuinam clementiam exorare poterimus, ſi tamen talis anima noſtra præparatur, ut poſſit conuerſationis ſuæ merito aliis quoq; prodeſſe. Et ut pro inimicis ueſtris oretis, quatriduana cõmonitione depoſco, ut aſſidua perſuaſione uerba mea cordib. ueſtris inhærent, ut cõtinuatione ſermonis pectoribus ueſtris B ira ſublata, furoris tumore ſedato, benignitatis remedio temperetur. Nam Chriſtus non tantum inimicis noſtris cõſuluit, ſed & nobis uoluit eſſe conſultum. Cum aduerſarijs noſtris peccata laxamus: maius enim beneficium, cum concedis, agnoſcis: & cum de inimici culpa diſſimulas, de tuis delictis ſolita benignitate dominus exoratur, & inimici peccata ſolatium ueniæ promerentur. Et audi 1. Reg. 2 Heli dicentem ad filios ſuos: Si peccans peccauerit homo in hominem, orabũt pro eo ad dominũ: ſi autẽ in deum peccauerit homo, quis orabit pro eo? Vides, quod illud uulnus facile nec oratione ſanatur: & quod oratione non ſoluitur, cum peccatum cõceſſeris inimico, tibi quoq; donatur. Vn C de decem milia talentorum in deum peccata dicta ſunt, & centum denarij ita nuncupantur. Dimitte, inquit, centum denarios, ut decem milia talenta dimittãtur tibi. Sed de ratione inimicorum Matth. 26 abundanter hucuſq; proceſſit oratio: ſed ſi placet, ad tractatum proditionis redeamus. Tunc abijt Mar. 14 unus de duodecim Iudas Iſcariotes ad principes Luc. 22 ſacerdotum, & ait illis: Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam eum? Hæc uerba præcepta ſimpliciter aperta monſtrantur, & auribus minus curioſis ingeſta, plana putantur. Sed ſi quis ea diligenti ſolicitudine ſcrutari tentauerit, in ſingulis multam reperiret quæſtionem, & primũ tempus inſpiciendum eſt: nec enim illud inaniter Euangeliſta monſtrauit. Non enim ſimpliciter abijt, ſed D addidit, & tunc. Tunc, inquit, abijt. Tunc quando audiam: tunc, quando cognoſcam, & cur tempus diligẽter oſtendis, quid me docere diſponis? non enim, Tunc, uerbum, inaniter addidiſti, ſpiritus admonitione loqueris, diuino prouocaris inſtinctu, nec à te uerba paſſim funduntur. Quid i- Matth. 26 gitur, tunc, eſt? Ante proditionis tempus, ante traditionis horam acceſſit meretrix, uas alabaſtrum manibus portans, & unguentum domini ſupra caput effudit. Grandem fidem, multam reuerentiam, mirandam correptionẽ oſtendit. Pauloante meretrix ſubito pudica proceſſit, & profundis obruta peccatis, portum ſerenitatis agnouit. Et quãdo proſtituta lupanar exiuit, tunc diſcipulus gehennam intrauit: quando illa mercedem ſui corporis abdicabat, tunc iſte precium magiſtri ſanguinis poſtulabat: quando illi oſculabatur pedes ut ſuſciperetur, tũc iſte domini labia oſculabatur ut proderet. Ideo dixit, tunc, ut non magiſtrum infirmitate accuſes, quãdo diſcipulum reperis proditorem. Magis etenim uirtutem doctoris oſtendit, qui & meretricem ad obediendum ſuo magiſterio conuolare perfecit. Quid igitur? Qui meretricum mores uoluit cõmutare, diſcipulum non potuit retinere? Valde, inquam, & incunctanter uoluit retinere, ſed neceſſitate nolebat bonũ efficere, nec ui trahere ad ſe curabat. Tunc abijt, & hoc dabat nimiã difficultatis quæſtionẽ, & ignaros profunda diſputatione conturbat. Abijt, inquit, nõ inuitatus à principibus ſacerdotum, nulla neceſſitate conſtrictus, ſi ponte proceſſit, & propria malignitate conſilium genuit ſceleratæ mentis nullo participe conuocato. Tunc abijt unus ex duodecim. Et hoc auget delictum deteſtabile proditoris. Nam & alij diſcipuli erant, qui fuerunt numero ſeptuaginta, ſed illi non tam manifeſte, nec tanta cõfidentia ſociati, nec illis interiora decreta cõmiſſa ſunt. Iſti autem duodecim fuerunt probati, hæc erat caterua regalis. De hoc choro Iudas egreſſus eſt, de hac conuerſatione proditor malignus exiuit. Et ideo ne quemlibet diſcipulũ arbitreris, dicto numero, gradum diſcipulatus oſtendit. Et non pudet Matthæum iſta cõſcribere, ut diſcas eum in omnibus ſeruare ueritatem, nec celare ea, quæ iniuriam referre putantur. Ea uero quæ uel iniuriоſa demonſtrantur, ipſam domini C miſericordiam, clementiamq; declarant: qui proditorem ſuum, latronem ſceleratum tantis beneficijs ampliauit, & uſq; ad ipſum proditiõis tẽpus ſolitis admonitionibus tolerauit. Nã admonebat, ſuadebat, & omni ſtudio eum ſanare curabat: ſed ſi ille ſermonẽ reſpuit, ſi tanti magiſtri uerba contempſit, Chriſtus cauſatio eſt, & meretrix teſtis eſt, quæ de ſua fuit liberatione ſolicita. Non ergo uidendo meretricem de tua liberatione deſperes, ſed & Iudam cogitando non debes eſſe ſecurus. Vtrunq; enim periculoſum eſt, & confidentia & deſperatio. Nam confidentia ſtantẽ euertit, & iterum deſperatio poſt lapſum nõ admittit exurgere. Et ideo Paulus exhortatur, dicens: Qui ſe pu- 1. Cor. 10 tat ſtare, uideat ne cadat, habẽs exemplũ utriuſq; perſonæ. Diſcipulus cum ſe ſtare putaret, cecidit: meretrix, cum ſe cecidiſſe arbitraretur, exurrexit. Mens humana facile labitur, & omnibus mutabilis ſenſus eſt, & ideo nos undique tutari properemus. Tunc abijt unus ex duodecim Iudas, qui dicitur Iſcariotes. Quid mihi eius patriã dicis? Vtinam ipſum quoq; neſcire licuiſſet. Iudas qui dicitur Iſcariotes. Alter erat diſcipulus, qui Iudas Iacobi zelotes dicebatur. Et ne appellatione cogno- Luc. 6 minis, fiat confuſio perſonarum: nec errore nominis proditor protegatur, propterea hunc ab illo ſeparauit: & illũ quidem de animi ſui uirtute nuncupauit, iſtius malitiæ nomen abſcondit. Et ideo non dixit Iudas proditor, ut te doceat detractiones neſcire, & accuſatiões declinare. Tũc abijt

Universidad de Deusto
Biblioteca

unus ex duodecim ad principes sacerdotũ, & dixit eis: Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradã eum?] O puniendæ uocis temeritas. O supplicium uoluntatis. Proditionis uerba funduntur, de quæstu pacta tractãtur. Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam eum? Dic Iuda omniũ sceleratissime, hæc te magister edocuit? hæc tibi tãtus doctor ostendit? Ideo diuitias debere te cõtemnere
Matth.10 Mar.6 prædicabat? ideo admonebat, dicẽs: Ne possidea tis aurũ, aut argentũ, aut æs in zonis uestris? ubiq; tibi auidam cupiditatem pecuniarum excludens, non hæc tibi persuadebat dicẽs: Si quis te percus-
Matth.5 serit in dexteram maxillam, præbe illi & aliam.
Luc.6 Quid uultis mihi dare? O crudelitas, Et ego uobis tradam eum. Dic mihi, quæ causa proditionis est? Tradis magistrum, scilicet laceratus, audiã læsionem tuam. Forsitan quod tibi dæmonum tradi B
dit potestatem, quod fecit languentibus subuenire, quod mortuos resuscitare didicisti. Has beneficiorum uices exoluis. Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam eum? O dementia imò cupiditas proditoris. Cuncta enim mala cupiditas procreauit, hac affectus magistrum tradidit Iudas.
Nam cupiditas huiusmodi sortita est naturam, captiuas animas retinet, & omnibus nodis alligatas adstringit, & rerũ obliuionem imponit, & alienationẽ mentis ostendit. Et auidę Iudas captus cupiditatis insania, quanta beneficia respuit, conuersationis, mensæ, discipulatus, admonitionis, suasionis oblitus est, frenis cupiditatis impeditus. Et ideo Paulus radicẽ omniũ malorum cupiditatẽ no-
1.Tim.6 minat. Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradã C
eum? O uerbum totius superbiæ, quod non hæsit in faucibus: tradis eum qui cuncta conseruat, qui dæmonibus imperat, cui obtemperant maria, cui omnes subiacent potestates? Vt igitur ultro se traditum fuisse demonstret, audi quid fecerit eodem tempore: cum ad inuestigandum eum uenerant cum faculis & lampadibus, ab ipso interrogãtur, ut quem quærerent demonstraretur, & eum scire non poterant: & Iudas qui ad demonstrandũ uenerat, etiam tanta flamma lucente prodendum ui
Ioan.8 dere non ualuit. & ideo euãgelista ait: Lampades & lumen habuerunt, & non uidebant eum. Et Christus eis diebus singulis prædicabat, quòd eum latere non poterat proditurus, sed nec apertè eum omnibus publicabat, ne impudentiorem fa- D
ceret: nec penitus silentio præteribat, ne celari arbitratus, audacter ad proditionem properaret. Et
Ibid.13 ideo frequenti admonitione clamat: Vnus ex uobis tradet me. Nec tamen magister pijssimus publicabat, & de gehenna fuit sæpissime locutus, & de cœlorum regno tractauit assiduè, utriusq; meritum frequenter edocuit: & quod peccatoribus constitutum est, & quod non peccantibus præparatum ostendit. Sed hæc omnia crudelis ille contempsit, & deus illum non traxit inuitum. Et quoniam bona atq; mala in nostra deus posuit potestate, electionis liberum donauit arbitriũ. Et nos inuitos non retinet, sed uolentes amplectit. Nam non sponte bonus malitiam non amittit. Et ideo

Iudas nimiæ cupiditatis præcipitatus ardore, cæca quadam improuisione deceptus, suam uendidit animam. Et suæ salutis mercator extitit, & ait: Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam eum? Et ut uirtutem Christi etiam in hac parte cognoscas, cum ad capiendum eum aduenissent, uocem eius minime tolerare potuerunt, sed omnes territi ceciderunt. Et quoniã nihilominus in sua impudentia perdurabant, ipse se ultro commisit, ipse se tradidit. Et hæc diximus, ut Christum nullus accusaret, cur Iudæ cogitationem nõ mutauit aduersam: sed si quis hoc dixerit, audiet: Iudas quemadmodum corrigi potuit, sponte an inuitus? Si inuitus, nulla correctio est, nam mentis malitia necessitate non tollit: si sponte, omnia quæ meliorare animum poterant, audisse cognoscitur. Et si remedium respuit, non medici uitium est, sed languentis. Et ut scias eius crimen esse quòd prodidit, non magistri, sæpius deus de proditione prædixit, & totius eum philosophiæ præcepto & sermone docuit, & rebus ostendit. Dederat ei dæmonum potestatem, gehennę tormẽta monstrauit, cœlorum regna promisit, secreta mentis eius & prędicebat, & non publicabat. Pedes eius cũ alijs lauit, mensæ fecit participem, nihil penitus prætermisit: sed ille in malitia sponte durauit, & omnibus admonitionib. spretis, proditor malignus emersit. Et ut eum posse mutari, sed corrigi noluisse cognoscas, postq; eum tradidit, iactauit triginta denarios, &
Matth.27 ait: Peccaui, tradens sanguinẽ innocentis. Quid est quando ab eo mirabilia gerebant, & rebus ostendit, non dixisti, peccaui, tradens sanguinẽ: sed C
quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam eum? Et post factum scelus, post commissum delictum, post completam proditionem, post perfectũ peccatum, cognouisti peccatum. Ex hac re dilectissimi fratres edocemur, quòd negligentibus & desidiosis facile admonitio prodesse non poterit: studiosis autem etiã admonitione cessante, multum commoditatis accedit. Nam & iste quando magister admonebat, non flectebatur: & quando nullus admonuit, excitata conscientia, scelus cognouit admissum, & proiecit triginta denarios. Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam eum? Et statuerunt, inquit, ei triginta denarios. Dederũt precium sanguinis, qui precium non habebat. Quid accepisti Iudas triginta denarios? Christus gratis aduenit sanguinem suum pro cõmuni salute fusurus, & tu de sanguine crudelia pacta componis? quid enim crudelius isto contractu? Tunc aduenerunt discipuli, tunc hæc gerebantur, quãdo Iudas de traditione tractabat, proximant discipuli
Ibid.26 eius, & dicunt: Vbi uis paremus tibi comedere Pascha? Vide discipulos, uide discipulũ. Isti sunt de præparatione soliciti, ille dominici sanguinis mercator existit: illi cogitabant obsequium seruitutis, iste sceleris sponsiones exposcit. O discipuli perdita mens. Vnà cum illis magistri admonitionis præcepta didicit, pariter beneficia perceperunt, simul eius miracula cognouerunt. Et iste solus crimen sua sponte concepit. Vbi uis paremus

tibi

tibi manducare Pascha? Hodierna uespera tunc A
fuit. Et quia dominus habitaculum non habebat, ideo ad eum dicunt: Vbi uis paremus tibi comedere Pascha? Nõ habemus domicilium, non habemus tabernaculum præparatum, suscepta culum non est. Audiant quibus ædificandarum domorum cura est, & ambitiosarum porticuum cogitatur instructio, quos preciosorum marmorum pompa delectat, & laquearium fulgentis auri cõclusio. Cognoscant Christum omnium dominũ, quòd locum in quo caput reclinaret, non habuit. Et ideo eum discipuli interrogant, & dicunt: Vbi uis paremus comedere Pascha? Non illud quod nostrum est, sed interim Iudæorum: & illud quidem discipuli præparabant. Istud autem quod no
B
strum ipse constituit, & non solum constituit, sed & ipse factus est Pascha. Vbi uis paremus tibi mãducare Pascha? Illud Iudaicum fuit Pascha, illud in Ægypto sumpsit exordium. Et illud Christus
Matth.3 manducauit? scilicet, quia omnia quæ sunt legis adimpleuit. Nam quando baptizabatur, dicebat: Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Ve
Gal.4 ni, inquit, de legis maledictiõe eximere homines. Nam deus misit filium suum natum de muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erãt, redimeret: & ipsi legi requiem daret. Et ut nemo dicat, quòd ideo eam euacuauit, quia eam complere ut molestam & arduã non ualuit, ipse prius eam compleuit, & sic fecit requiescere. Ideo & Pascha fecit, ex ipsius enim præceptione causa fuit. & cuius causa C
lex præcepit manducari Pascha, audiamus: Iudæi circa deum bonorum sibi omniũ largitorẽ fuerũt effrenata diffidentia contumaces, & eius beneficia obliuione præteribant. Nã post Ægypti profectionẽ, uiderunt cõscindi maria, & denuo conuenire, & alia multa mirabilia, & dicũt: Faciamus
Exod.32 nobis deos, qui nos antecedant. Adhuc inspicis quod miraris, & oblitus es largitoris? Quia igitur insensati & contumaces erant, festiuitatis celebratione beneficiorũ memoriam roborauit, & ideo Pascha sacrificari præcepit, ut si te filius tuus ipsius Paschæ interrogauerit rationẽ, respondeas: quod aliquando in Ægypto cum mortis portitor speraretur, maiores nostri ne euersionem sustinerẽt, po
Ibid.12 stes huius agni sanguine linierunt: & uastator angelus adueniens, cum uideret illaturus plagam, D
non audebat intrare: & illa festiuitas perpetuam beneficij memoriam tribuebat. Sed per hoc etiã aliud maius beneficium monstrabatur, quòd ille agnus futuri agni fuit typus: & ille sanguis, dominici sanguinis mõstrabat aduentũ: & ouis illa fuit spiritualis ouis exẽplũ: ille agnus umbra fuit, hic ueritas. Sed postq; sol iustitiæ radiauit, umbra solitur luce. Et ideo in ipsa mensa utrunq; Pascha & typi & ueritatis celebratũ est. Nam sicut pictores pingendam tabulã uestigijs quibusdã adumbrare consueuerunt, & sic colorũ uarietate perficere: ita & Christus fecit in mensa: & typũ Paschæ descripsit, & Pascha ueritatis ostẽdit. Vbi uis paremus tibi mãducare Pascha? Iudaicum Pascha erat, sed umbra lumini cedat: aduectata imago ueritate su

peretur. Hæc ad Iudæos dico, qui se Pascha celebrare arbitrantur, qui impudenti menti proponũt azyma tanquam qui corda non habebant circumcisa. Responde mihi Iudæe, qua fronte celebras Pascha? Templum euersum est, ara confracta, cõculcata sunt sancta sanctorum, omne sublatum est sacrificium: & tu nimia temeritate committis illicita? Ingressus fuisti aliquando Babylonem, & captiuantes te dicentes audisti, Cantate nobis cãticum domini, & non obtemperabas. Hæc ostendens Dauid dicebat: Super flumina Babylonis i-
Psal.136 bi sedimus & fleuimus, in salicibus in medio eius, ibi suspendimus organa nostra: id est, citharam, psalteriũ, lyrã, & cætera. His enim Iudæi utebantur, & psalmos istorũ sono coniuncto cantabant. Et hæc sua in captiuitate portabant, non ad usum consuetũ, sed ut conuersationis patriæ monimenta retinerent. Nam ait: Ibi interrogauerunt nos, qui captiuauerunt nos, uerba cantionum. Diximus, quemadmodum cantabimus canticum domini in terra aliena? Quid agis? Canticũ domini non cantas in terra aliena? Vidisti cõtumacias, uidisti dementiam, uidisti mentis insaniã? Quando præceptis hostium cogebantur, nec psalmum dicere ausi sunt in terra aliena, & nunc nullo cogente, suo arbitrio propria uolũtate contra deum præparant bellum. Vides, quòd immunda sunt eorum azyma, quòd illicita festiuitas, quòd non Pascha Iudaicum: & fuit quidem aliquando Pascha Iudaicum, sed exemptum & euacuatum est
C
Paschæ spiritualis aduentu, quod Christus tradidit. Nam cum manducarent, inquit, & biberent,
Matth.26 accepit panem, & fregit, & dixit: Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur. Agnoscunt quid loquor, qui sunt diuinis consecrati mysterijs. Et iterum accepit calicem, & dixit: Hic est sanguis
Luc.22 meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Et præsens Iudas erat ista Christo dicente: Iste est sanguis. Dic Iudas, quẽ triginta denarijs uendidisti, iste est sanguis de quo ante cum Pharisæis pacta fecisti? O Christi misericordia, ô Iudæ demẽtia. Ille triginta denarijs pacisebatur, ut eum uenderet, & Christus ei sanguinem quem uendidit offerebat, ut haberet remissionem peccatorum, si tamen impius existere noluisset: nam affuit Iudas, & illius sacrificij communicationem meruit. Et pedes eius quando aliorum discipulorum lauit, ut excusationem suæ malitiæ non haberet, sed ille detestandus suæ mentis insidias cogitabat. Sed iam nos ad terribilem mensam cum debita reuerentia, cum congrua uigilantia oppor tunum tempus inuitat: nullus ibi Iudas reperiatur, nullus malignus accedat, nullus ueneno pungatur, nec fucata uerba lingua proferantur, nec insidiæ mente cõdantur, sed quod uoluntas possidet, sermo declaret. Et nunc ille præsto est Christus, qui illam ornauit mensam, ipse istam quoque consecrat. Non enim homo est, qui proposita de consecratione mensæ domini corpus Christi facit & sanguinem, sed ille qui crucifixus pro nobis est Christus. Sacerdotis ore uerba proferuntur, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

& dei uirtute consecrantur, & gratia. Hoc est, ait, A
corpus meũ: hoc uerbo propolita consecrant. Et
Gen. 1 sicut illa uox quæ dicit: Crescite & multiplicamini, & replete terrã, semel quidẽ dicta est, sed omni tempore sentit effectũ ad generationẽ operante natura: ita & uox illa semel quidẽ dicta est, sed per omnes mensas ecclesiæ usq; ad hodiernã diem, & usq; ad eius aduentũ præstat sacrificio firmitatem. Nullus igitur fictus accedat, nullus fucato animo tantis audeat mysterijs proximare, ne condemnetur, & sententiã mereat, & quod Iudas sustinuit, patiat. Nam in illum post cõmunicationem mensæ diabolus intrauit, non quia cõtemserat dominicum corpus, sed quia impudentia Iudæ & malignitas mentis, ut aduersarius in eo habitaret, effecit: ut discas quòd indigna, & fucata mente mysteriorũ secreta celebrãtibus, à diabolo præparan B
tur insidiæ, & magis ac magis assimilantur eis qui non æquo animo cõmunicare festinant: & hæc dico, non ut uos terream, sed ut cautiores efficiã. Nemo sit Iudas in mensa, hoc sacrificium cibus spiritualis est. Nam sicut corporalis cibus cũ uentrem inuenerit aduersis humoribus occupatũ, & amplius lædit, magis nocet, & nullum præstat auxilium: ita & iste spiritualis cibus, si aliquem reperit malignitate pollutum, magis eum perdet, non sua natura, sed accipientis uitio. Pura igitur mens in omnibus, pura cogitatio, quia & sacrificium purum est. Sanctam animã præparemus: & hoc non multo tempore, sed una corrigitur die. Nam si tibi contra inimicum tuum dolor est, solue iram, inimicitias laxa, ut remediũ de mensa percipias. Ad C
sanctum ac terribile sacrificium properas, erubesce oblationis arcana, occisus propositus Christus est: & cur occisus est uideamus: ut cœlestia pacificet, ut in terra reconciliet uniuersa, ut amicum te constituat angelorum, ut deo societ habenti omnium potestatem. Animam suam pro te dominus dedit, & tu inimicus conseruo perduras, & cũ hoc animo ad mensam pacis accedis. Ille ne mori quidem pro tua utilitate recusauit, & tu nec iram tuam conseruo pro tua liberatione concedis. Sed forsitan dicis: Ab inimico fraudatus sum, multis me læsit dispendijs, magnis me detrimentis onerauit. Quicquid dixeris: pecuniarũ uertitur causa. Non te crucifixit, sicut Iudæi Christum, & tamen D
ille effusum sanguinem ad salutem eorũ, qui effuderunt, larga pietate concessit. Inimicum deo est
Matth. 5 tumidum pectus, & audi quid ait: Quando offers munus tuum super altare, & ibi memor fueris adstans in altari, quia habet frater tuus aliquid aduersum te, dimitte donum super altare, & uade reconciliare fratri tuo. Merito nostræ reconciliationis causa hoc sacrificium constitutum est. Et si sacrificij præcepta cõtempseris, sacrificij remedium sentire non poteris. Comple illud, cuius causa sacrificiũ factũ est, ut sacrificio perfruaris. Ideo dei filius aduenit, ut humanã naturam dominicæ reconciliet pietati: ideo & nos cũ hæc facimus, suo
Ibid. facit uocabulo nuncupari. Beati, inquit, pacifici, quoniã filij dei uocabũtur. Hoc enim facis, quod dei filius fecit, si & tibi, & alij pacis uolueris autor existere: ideo te uocat filium dei, ideo in sacrificij celebratione nihil aliud, nisi de fratris reconciliatione cõmonuit. Adhuc uellem dilectissimi fratres plura tractare, & extenso sermone orationis meæ uerba protrahere, sed hæc dicta sufficiunt suis cordibus uolentibus intimare. Hæc igitur membris inhæreãt, & in animis uestris glutinata perdurent. Sanctum osculum teneamus, quod animas sociat, reconciliat mentes, & unum corpus ostendit. Quia unum corpus omnes uidemur esse sortiti, & ideo miscemus nos in uno corpore: nõ corporum cõmixtione, sed animarũ charitate deuincti, ut sic diuinæ mensæ possimus fructibus sociari. Nam etsi multis bonis conscientijs abundemus, reconciliatione contempta, nullum possumus solatium promereri. His igitur animaduersis cum omni simplicitate mysteria celebremus, & accedamus ad mensam Christi, cum quo patri omnis gloria, honor, uirtus, &c.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de latrone Sermo.

LEctio euangelij docet nos, quemadmodum multi peccata sua domino confitentes cito possint ueniam promereri. Vnde exemplũ accipiamus fratres charissimi latronis illius, qui cum domino fuerat crucifixus. Qui cum in pœnis esset pro suis facinoribus affixus: non sui curã habebat, sed domino propria peccata pandebat:
C dicente scriptura, Cõfessio & pulchritudo in con Psal. 95
spectu eius. Fœdauerant illum propria facinora: sed confessio ei paradisum patefecit, dicente domino: Amen dico tibi, hodie mecum eris in para- Luc. 23
diso. Paradisum eñ fratres mei quinq;, uel eo amplius milia annorum fuisse præclusum, scriptura testatur. Et illa primi hominis transgressione procurante, exinde non proiectũ, sed dimissum scriptura testatur: & immortalitate carens factus est mortalis, morti subiectus: nunc autem dominus noster, qui propria morte mortẽ occidit: latroni paradisum patefecit. Vno enim tempore duo beneficia uidemus esse concessa. Vnum, in quo paradisum patefecit: alterum, quo latronem in eum
D introduxit. Hodierna nanq; die antiquam nobis patriam reddidit: paternam ciuitatem ostendit: domum pristinã redonauit. Hodie nanq; ait, mecum eris in paradiso. Quid ais ô Christe? Crucifixus es, clauis retineris, & paradisum tam facilè polliceris? Volo, inquit, ut inde possint meam omnes inuenire uirtutem: ut in ligno mea largitas demonstretur. Et quoniam crux dedecoris fuerat signũ, & apud omnes ignominia putabatur: crucis infamiam mirandis beneficijs decorauit, & ex hoc magis magisq; uirtutes eius ostenduntur. Non enim illo in tempore mortuum aliquem reddidit luci, nec mare à suo tumore compescuit, nec expulit dæmones: sed cruci suspẽsus, clauis affixus, omnibus subiugatus, dedecoris succumbens infamiæ, insultantium derisione delusus, latronis

auersam

auersam mentem ualuit commutare, ut ex omni A
parte eius diuinitas sentiretur. Etenim uniuersam terruit creaturã, & ad meliora conuertit, & honore summo decorauit. Hodie, inquit, mecũ eris in paradiso. Sed framea totius ignis ardore succensa uersatur. Sed ipse qui & ignis, & ipsius gehennæ, & uitæ, mortisq; imperium tenet: ingrediendi cõcessit potestatem. Si enim homines quibus corporibus medendi cura est, amplius admiramur cum ægrotos omni spe destitutos arte propria curauerint, & summæ reddiderint sanitati: quanto iustius est Christum nostrum admirari, donantem uulneribus sanitatem, publicano & meretrici remedium pollicentem, & eis salutem perpetuam largientem, dignos eos cœlorum amœnitate donare? Sed dicit aliquis: Vnde tanta beatitudo latroni? Quid egit tale, ut post crucẽ paradisum mereretur? Vis eius citius audire uirtutem? Quando B
eum Petrus negabat in terra, latro confitebatur in cruce: primus discipulus puellæ uilissimæ minas tolerare non potuit: & latro suspensus, undiq; populum circumstantem despiciens, oculis fidei cœlorum dominũ pura mente cognouit, dicens: Memento mei domine, cum ueneris in regnum tuũ. Nec transitorie istum prætereamus latronem, neque erubescamus talem accipere magistrũ: quem non erubuit dominus noster primum introducere in paradisum. Nec pudeat nos eius magisterij: qui cœlestem cõuersationem ante omnes meruit
Matth. 4 primus. Non dixit ad eum, sicut dixit ad Petrum: C
Veni, sequere me, & faciam te piscatorem hominum: nec dixit ad eum, sicut ad duodecim discipulos: Sedebitis super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Nihil admirationis ostendit, non mortuos resuscitauit, dæmones non fugauit, non martyres prouocauit, nec ullũ ei fecit dominus de cœlorum regno sermonem, nihil de gehenna locutus est: & ante omnes eius imperium confitetur. Nam Iudæi famam gloriamq; eius insamare cupientes, & ex omni parte tentantes uniuersa peruertebant: sed undiq; ueritas præfulgebat, & illis insultantibus insultabat & latro. Vidisti latronem & latronem, uterq; pendet in cruce, utriq; facti similes. Vna in eis conuersatio, sed nõ una mentis confessio. Nec eodem utriq; sensu per
durãt: nec eis similis donatur euentus. Sed bonus D
cœli beatitudinem iure hæreditario promeruit: alter inhæsit gehennæ tartaris deputatus. Duo etenim latrones cum domino erant crucifixi: ut impleretur scriptura: Et cum iniquis deputatus est.
Esa. 53
Luc. 23 Vnde unus insultat, alter adorat. Vnus blasphemat: alter benedicit, & blasphemantem prohibet dicens: Nec deum tu times? Vidisti credulitatem in cruce, uidisti perseuerantiam in tormentis, & in pœnis pendentem uidisti magistrũ. De cruce subito euolauit ad cœlũ, & in pœna positus cœlestis iudicis secreta narrabat. Quòd enim sui memor fuit, quòd sana mente uigilauit, quòd clauorũ confixione constrictus alium increpabat dicens: Nos quidem iuste, nam digna factis recipimus: hic autem nihil mali fecit: nobis fidei magisterium demonstrauit. Ait ergo: Domine memento mei, cũ ueneris in regnum tuum. Nisi confessione peccati sarcinam dimisisset, indulgentiam non meruisset. Denicq; audire meruit, Hodie mecũ eris in paradiso. Ecce quantum præstitit cõfessio, ut sine dilatione introduci latro mereretur in paradisum.

DIVI IOANNIS CHRISOSTOMI de cruce & latrone in die parasceues, Hom.

HOdierna die noster dominus pependit in cruce, & nos festiuitatem eius mimia lætitia celebremus, ut discamus crucem totius spiritualis gratulationis esse substantiam. Etenim ante ipsum uocabulum crucis pœna fuit, sed nũc ad gloriam nuncupatur. Antea condemnationis ferebat horrorem, nunc salutis indicium est. Crux enim nobis totius beatitudinis causa est. Hæc nos à cæcitate liberauit erroris, hæc è tenebris reddidit luci, hæc debellatos quieti sociauit, hæc alienatos deo coniunxit, hæc longè constitutos deo proximos præsentauit, hæc peregrinantes ciues ostendit, hæc discordiæ amputatio est, hæc pacis firmamentum, hæc bonorum omnium abunda largitio. Istius causa nullis angustijs deserti erramus, quia iam nobis campi monstrati sunt ueritatis. Nec aulis regalibus habitare, phibemur, quia aditus iam uidetur inuentus: nec ardentes sagittas diaboli formidamus, quia fontes inuenimus, quibus earum flamma facile possit extingui: ideo uiduitate caruimus, quia sponsus expectatus aduenit. Lupum non possumus formidare, bono & diligenti muniti pastore. Ego, inquit, sum pastor Ioan. 10
bonus. Tyranni impij crudelitate non terremur, mansueti regis uestigijs inhærẽtes. Hac causa hodie gratulamur, quia crucis beneficia memoramus. Sic & Paulus præcepit propter crucem festiuitatem celebrari: Pascha nostrum immolatus est Christus: diem itaq; festum celebremus, nõ in fermento ueteri, neq; in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & ueritatis. Et
1. Cor. 5 sic adiunxit causam, quia Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. Vides crucis intuitu perceptam lætitiã? In cruce enim immolatus est Christus: & ubi immolatio, amputatio peccatorũ: ubi amputatio peccatorum, reconciliatio domini, ubi reconciliatio domini, ibi festiuitas, & omnis gratulatio. Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus, & immolatus in excelsa cruce. Nouũ altare constitutum est, quia & sacrificium nouũ, atq; omnibus inopinatum: nam ipse & sacrificiũ fuerat, & sacerdos. Sacrificiũ secundum carnem, sacerdos secundum spiritũ sanctitatis. Idem ipse & offerebat, & offerebatur. Offerebat secundum spiritum, offerebatur secundum carnem, & audi quemadmodum Paulus utrunq; monstrauit: Om
Heb. 5 nis, inquit, pontifex, qui de hominibus accipitur, pro hominibus statuitur. Vnde necessariũ est & istũ habere aliquid, quod offerat. Vide sacramentum, Ecce ipse se offert. Et alibi ait: Quia Christus
Heb. 9 semel oblatus multorũ abstulit peccata. Ecce hic

Universidad de Deusto
Biblioteca

oblatus est, ibi se obtulit. Vides quemadmodum fuit & sacrificium, & sacerdos, & altare crux fuit? Et quare, inquies, non in templo sacrificium illud offerebatur, sed extra ciuitatem? Vt illud impleretur, Quia inter iniquos deputatus est. Et ob quã causam in excelso ligno, & non sub tecto immolatur? Vt etiam ipsius aeris natura mundetur. Hac de causa in excelso & non sub tecto, sed sub cœlo, ut uniuersus aer in excelso immolatæ ouis à tetro odore mundetur. Sed & terra simile beneficium sentiebat decursi de latere sanguinis stillatiõe mũdata: ideo non sub tecto, non in templo Iudaico, ne Iudæi subtraherent sacrificium, & sibimet uendicarent. Ne putares pro illa tantum plebe oblatũ ideo foras ciuitatem, ideo foras muros, ut scias sacrificium esse cõmune, quod totius terræ oblatio, quod cõmunis deploratio, non partis, sicut Iudęis consuetudinis fuit. Iudæis etenim ideo iussit omnem terram deus dimittere, & uno in loco sacrificium, atq; oblationem celebrare: quia tunc omnis terra immũda fuit fumo, & odore, & alia contami natione polluta, quæ ex sacrificijs gentium super ipsam celebrabantur. Nobis aũt quoniã Christus aduenies omnem terrã emundauit, omnis locus orationi uacat: ideo Paulus cum omni confiden-
1. Tim. 2 tia exhortatur, dicens: Volo ergo orare uiros in omni loco, leuantes manus sanctas. Ecce totus mundus emundatus est, elementa purgata sunt, ut ubiq; nobis deũ liceat prædicare, & omnis terra sanctior illo loco est, qui illo in tempore prædicabat sancta sanctorũ. Nam ibi pecus irrationale oblatum, hic spirituale immolatũ est: & tanto ma ius est sacrificiũ, quanto & sanctitas de sacramento præfertur, hac de causa lætitia nostra crux est. Vis quantum nobis præstiterit & aliunde condiscere? Paradisum quinq; & eo amplius annorum milibus præclusum hodie nobis patefecit: hac em die, hac hora latronem Christus in paradisum introduxit, & eius amœnitates ostendit. Et uno tempore duo beneficia uidimus esse concessa. Vnũ, quod paradisus patefacta est: aliud quod latro in eam meruit introduci. Hodierna dies antiquã nobis patriam reddidit, paternam ciuitatem ostendit, domum pristinam redonauit. Hodie nanque,
Luc. 23 ait, mecum eris in paradiso. Quid ais? Crucifixus es, clauis retineris, & paradisum tam facile pollliceris? Volo, inquit, ut in cruce possint omnes me am inuenire uirtutem, ut in ligno mea largitas demonstretur. Et quoniam crux dedecoris fuerat signum, & apud omnes ignominia putabat, crucis in famiam mirandis beneficijs decorauit, & ex hoc magis magisq; uirtus ostenditur. Non enim illo tempore mortuos reddidit luci, nec mare, fluctus ue cõpescuit, nec minauit expulit ue dæmonia: sed cruce suspensus, clauis affixus, omnibus subiugatus iniurijs, totus dedecori succumbens infamiæ, insultantium derisione delusus, latronis aduersam mentem ualuit commutare, ut ex omni parte eius diuinitas sentiatur. Etenim uniuersam terruit creaturam, & petras saxaq; disrupit, & omnium lapidum insensibilitate animam duriorem

A ad se traxit, & ad meliora cõuertit, & honore summo decorauit. Hodie nanq; mecum eris, ait, in paradiso. Et Cherubin custodientibus paradisum, latro ad paradisum inducitur. Sed non mireris, à domino inuitatur. Sed dicis: Sed ibi framea totius ignis ardore succensa uersat. Sed ipse qui & ignis, Gen. 3
& ipsius gehennæ, & uitæ, mortisq; imperium tenet, ingredienti potestatem concessit. Et imperatori quidem uel cuilibet habenti potestatem iniuriosum putatur, si personam uilissimã participem sui actus accipiat: Christo autem nostro non iniuriæ fuit sacram ingredienti patriam, facere ingressus sui latronem participem. Nam secũ eum perduxit, non confundens calcantibus latronis pedibus paradisum, sed honorem præstans paradiso. Honor etenim loci est talem dominũ promereri,
B qui & latronem dignũ reddiderit paradiso. Nam & cum publicanos & fornicarios ad cœlorum regnum introduxit: non cœlorum regnum infamauit, sed etiam magis honoribus ampliauit, ostendens talem dominum regni esse cœlorum, qui & indignas intantũ fecit meliorari personas, ut etiã illius dignitatis gloriam mererentur. Nam sicut homines, quibus corpora medendi cura est, amplius admiramur, cum ægrotos omni spe desolatos arte propria curauerint, & summæ reddiderint sanitati: sic & Christum nostrum iustũ est admirari donantem uulneribus sanitatem, publicano, & meretrici remedium pollicentem, & eis salutem perpetuã largientem, ut & dignos eos cœlorum amœnitate donaret. Sed dicis: Vnde tanta
C beatitudo latroni? Quid egit tale, ut post crucem paradisum mereatur? Vis eius citius audire uirtutem? Quando Petrus eum negauit in terra, latro eum confitebatur in cruce. Et hæc nõ me ad accusationẽ beati Petri aliquis dixisse suspicetur, quod longe à mea conscientia sit, sed latronis admirandam uolo animam declarare. Primus discipulus puellæ uilissimæ minas tolerare non ualuit, & latro suspensus tormenta spernens, undiq; populũ inspiciens circũstantem, clamantẽ, ingenti ardentem rabie omniũ iniquitatum, furentem, blasphemijs inflammantem non timuit, nec crucifixi uilitatem quæ uidebatur inspexit, sed ipsius fidei oculis hæc cũcta transiuit: & humilibus spretis cogitationibus cœlorũ dominũ exaltatũ pura men-
D te cognouit, & ipsius misericordiam in cruce flagitauit, dicens: Memor esto mei domine in regno Luc. 23
tuo. Nec transitorie istum prætereamus latronẽ, neq; erubescamus accipere magistrũ, quem non erubuit noster dominus primũ introducere in paradisum: nec pudeat eius sequi magisterium qui-cœlestem cõuersationem meruit ante omnes, sed diligenter singula requiramus, ut crucis inueniamus uirtutem. Non dixit ad eum, sicut ad Petrum: Veni, sequere me, & faciam te piscatorem homi-num: non dixit ad eum: sicut ad duodecim: Quia Matth. 14
sedebitis super duodecim sedes, iudicãtes duodecim tribus Israel, imo nec uerbo eum dignũ æstimauit, nihil admirationis ostendit. Non mortuos resuscitauit, dæmones non fugauit, nõ mare prostrauit

strauit, nullum ei fecit de cœlorum regno sermo-
A nem, nihil de gehenna locutus est, & ante omnes eius imperium confitetur. & hæc dicebat alio latroni, aduersus eum plura dicentem, & sæpius insultantem. Nam & altera ex parte latro cum eo
Esa. 53 fuerat crucifixus, ut illud impleat: Et cum iniquis reputatus est. Nã Iudæi eius famam gloriamq; infamare cupiebant, & ex omni parte captabant, & tentabant uniuersa peruertere: sed undiq; ueritas præfulgebat, & his aduersantibus augebatur. Insultabat ei igitur alter latro. Vidisti latronem & latronem? uterq; pendet in cruce: uterq; furacis uitæ, similis utriusq; conuersatio, sed non in utroq; mens una, nec in eo sensu mẽs una perdurat, nec in eis similis dominatur euentus: sed unus beatitu-
dinem cœli hæreditario iure promeruit, alter ad B
gehennã mittebatur & pœnã. Sicut hesterno die
Matth. 26 discipuli & discipulus, Iudas & undecim. Sed illi quidem dicebant: Vbi uis paremus tibi manduca re Pascha? Iste autem proditionis stimulatur ardore, & dicebat: Quid uultis mihi dare, & ego uobis tradam eum? Illi ad diuinorum mysteriorum sese officia præparabant, iste traditionis meditabatur officium. Sic & hic latro unus insultat, alter adorat, atq; ueneratur: unus blasphemat, alter benedicit, et blasphemantem prohibet, dicens: Nec de um tu times? Vidisti libertatẽ in cruce, uidisti philosophiam in tormentis, in pœna prudentiam? Quod enim sui memor fuit, quod mente sana uigilabat, clauorum confixione cõstrictus, quis est
C qui poterit non mirari? Sed iste non solum intra se fuit, sed & suas necessitates prætermittens, alio rum utilitatẽ cogitabat, & magister pendebat in cruce, & sanis persuasionibus alium inuitabat ad uitam, dicens: Nec tu times deum? Non igitur q deorsum est adiudicatus inspicias, sed sursum alia sunt iudicia constituta. In terreno nãq; iudicio & iusti nonnunquam condemnantur illicitè, & iniusti declinant pœnas, & rei liberantur, & innoxij prægrauantur. Aut enim spõtè, aut inuiti iudices errare consueuerunt, aut ignoratione iustitiæ, aut pecuniæ corruptione, aut iniqua gratia sententiam protulerunt. In cœlesti autem iudicio nihil tale esse consueuit. Nam deus iudex iustus, & iudicium eius ut lux procedit, non habens tenebras,
nec ignorantiam. Et ne dicat, quia iudicatus deor D
sum est & condemnatus, cœleste ei iudicium memorat, tribunal istud terribile nominat, & incorruptũ, tanq; dicens: Illuc oculos tende, & cõdemnationis sententiam minime sustinebis, nec stabis deorsum cũ corruptis iudicibus, excipies sursum uerum iudicium. Vidisti philosophiã latronis, uidisti prudẽtiam, uidisti magistrũ? de cruce subito euolauit ad cœlũ, & in pœna positus cœlestis iudicis secreta narrabat, & abundanti eum persuasione compescens: Non times, inquit, quia in eodem iudicio sumus, in eadem pœna, in pari discrimine? Nunquid & tu in cruce non es? & cum illũ lacessas iniurijs, tibi suppliciũ præparas. Et sicut is qui peccato carnis prægrauatur, si alios peccati accusauerit, semetipsum prius accusat: sic & qui

A in calamitate est, si aliorũ calamitates irriserit, sibi prius insultat. Quoniam in eodẽ iudicio sumus: apostolica illi uerba monstrabat, euangelicos sermones enarrans, qui dicunt: Nolite iudicare, & Matth. 7
non iudicabimini. Quia in eodem iudicio sumus. Quid facis latro, defendere eum uolẽs participẽ fecisti latroni? Non, inquit. Excusor hac suspicio- Luc. 23
ne sequenti sermone. Et ne communione participem eum etiam peccati fecisse arbitreris, sequentibus declarauit, dicens: Et nos quidem iustè, digna em̃ his quę fecimus, passi sumus. Vidisti plenam confessionẽ, uidisti latronem in cruce suis re nunciasse peccatis? Dic nanq;, ait, tu iniquitates Esa. 43
tuas prior, ut iustificeris. Nullus impulit, nullus necessitate cõstrinxit, sed ipse sponte sua peccata publicabat, dicens: Nos quidem iustè, digna em̃ B
his quæ fecimus passi sumus, iste autem nihil tale fecit: et postea ait: Memẽto mei in regno tuo. Nõ est ausus dicere, memẽto mei, nisi cõfessione peccati sarcinã remisisset. Inspice quantũ præstat confessio. Confessus est, & paradisum patefecit, & tam confessus fiduciam meruit, ut regnum post latrocinium postularet. Vides quantorũ bonorum nobis materia crux est? Dic mihi, regnum commemoras, quid em̃ regni uides? claui, & crux est quod inspicis. Sed ipsa crux, inquit, regnum est, & ideo eum regem nomino, quia crucifixũ inspicio. Imperatorum est pro omnibus mori, & regis optimi pro communi utilitate nũquam recusare supplicium. Ipse dixit, q; pastor bonus animam Ioan. 10
suã ponit, p ouibus suis. Et ideo imperator bonus animam suam pro his quos regit, offerre festinat. Quoniam igitur animam suam pro nobis posuit, ideo eum imperatorem uoco. Memẽto mei in regno tuo. Vidisti quòd crux regnum est: uolo & alia ratione cognoscas. Crucem solam non reliquit in terra, sed secum eam leuauit ad cœlum. Sed ais, hoc unde demonstratur? Et ideo audi, quòd cum ipsa ueniet, cum ipsa secundam gloriosam suam præsentiam faciet, ideo gloriosam crucem nuncupaui. Sed uideamus si cum cruce ueniet, & hoc firma probatione monstrandum est. Si dixerint, ecce in promptu est Christus, ecce in Mar. 13
deserto est, nolite ire: de secundo eius glorioso dicens aduẽtu, propter pseudoprophetas, propter antichristum, ut nullus errore confusus, eum Christum esse arbitretur, quia Christum ille præueniet: & ne pastorem quærens, lupum incurras, ideo pastoris aduentus signa prædico, ut quia prior eius aduentus clàm, & latenter ostensus est: ne & futurum talem arbitreris, signum tibi futurum monstrauit: & ille ideo fuit latenter aduentus, quia uenit quod perierat quæsiturus. Secundus autem non ita est. Nam quemadmodum exit co- Matth. 24
ruscatio ab Oriente, & uidetur usq; ad Occidentem: sic erit aduentus filij hominis, & subito ab omnibus uidebit, ut nullus interroget, utrũ hic aut illic Christus est. Et sicut coruscatione flammate superfluum est de coruscatione requirere: sic post præsentiam requirere nõ necessarium est, si uenit Christus, sed utrum cũ cruce ueniet, requiramus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non enim hanc quæstionẽ aliquando obliuione A
prætereo. Et audi: Tunc, inq̃t, tũc quando ueniet,
sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum.
Tanta em̃ lux ipsius luminis præclarescet, ut eius
radijs lumina clara uincantur. Tunc & stellæ ca-
dent, et tũc signũ uidebitur filij hominis in cœlo.
Vidisti gloriã signi, id est crucis. Solis lumen red-
detur obscurum, lunæ non dabitur gratia, sed il-
lud lumen radiabit, & lucebit. Et sicut imperato-
rem regalis pompa præcedit, & militaris ordo,
præeundo uexilla humeris portare consueuerũt,
& his eius declarabitur aduentus: sic domino de
cœlo ueniente angelorum cœtus, & archangelo
rum multitudo illud signũ portãt humeris excel-
sis, & regalem nobis aduentũ nunciant: tunc mo-
uebuntur uirtutes cœlestes, & angelos tremor ap B
prehendet, & ubiq; multa formido. Et cur angeli
trement? Nunquid & illi iudicio tenebunt̃? Non
inquã, sed sicut uehemente iudice cognoscente:
non tantum rei, nec solum conscij, sed & circum-
stantes innoxij, terrentur cõstantia iudicantis: sic
& tunc natura nostra excipiente sententiam cœ-
lestis examinis, etiam hi qui nulla mala conscien-
tia præparantur, nimia terrebunt̃ formidine. Sed
cur cum cruce ueniat uideamus. scilicet ut hi qui
eum crucifixerunt, suæ sentiant dementiæ cæcita
tem: & ideo impudentiæ eorum signum portat̃.
Matth. 24 Ideo propheta ait: Tunc lamentabunt̃ tribus ter-
ræ, uidentes accusatorem, & agnoscentes pecca-
tum. Et quid mirum est, si crucem portans adue-
niet, quãdo & uulnera corporis ipsa demonstrat? C
Zacha. 12 Tunc enim, inquit, uidebunt quẽ cõpunxerunt.
Et sicut post resurrectionem, Thomæ uoluit dissi
dentiam commutare, & illi clauorũ loca monstra
Luc. 24 uit, & laterum uulnera declarauit, & dixit: Mitte
manum tuam, & uide quoniam spiritus carnẽ &
ossa non habet. Sic & tunc ostendet uulnera, cruce-
mq; demonstrabit, ut istum ostendat illum esse
qui fuerat crucifixus. Nec tantum de cruce, sed &
de uerbis ipsis eius possimus agnoscere pietatem.
Nam crucifixus cum ei insultaretur, cum irridere
tur, cum inculcaretur, dicebat: Pater, dimitte eis
peccatum, non enim sciunt quid faciunt. Et cru-
cifixus pro eis qui crucifixerant orabat, et illi qui-
Matth. 27 dem dicebant: Si filius dei es, descende de cruce.
Sed ideo de cruce nõ descendit, quia filius dei est.
Nam ideo uenit, ut pro nobis crucifigeretur. De-
scende de cruce, & credimus inquiũt. Verba sunt D
ista composita excusationis ac diffidentiæ. Nam
maiora eis mirabilia demonstrauit, quando sepul
tus impositio lapide surrexit, quando mortuũ in-
Ioan. 11 stitis funeralibus alligatũ Lazarũ post quatriduũ
resuscitauit. Et illi quidẽ dicebant: Si filius dei es,
libera te: iste autem omnia sustinebat, ut illos libe
raret qui crucifixerunt. Dimitte eis peccatũ, quia
nesciunt quid faciũt. Quid ergo dimisit illis? Pec-
catum dimiserat, si illos pœnituisset. Nam si illis
non concederet peccatum, nec Paulus post eccle
siæ persecutionem apostolus extitisset, nec tanta
Act. 21 multitudo Iudæorũ credidisset. Et quia ingens nu
merus Iudæorũ credidit, audi quid dicunt Paulo
apostolo: Vides frater quot milia Iudæorum sunt,
qui crediderunt? Imitemur igitur dominum, &
pro inimicis nostris oremus. Et iterum de hac ad-
monitione tractabo. Nã & quinq; diebus de hac
causa, meus ad uos sermo prolatus est: non quia
respuistis quæ dicunt̃, sed quia spero uos assidua
cõmonitione meliores efficere. Et si quis tumidi
pectoris inuenitur, si quis ad sedandas inimicitias
durus est, dierum saltem sanctitate moueatur. Ve
recundia temporis erubescat, & iram suam inimi
co concedat. Imitare dominum deum tuum. Cla-
uis fixus in cruce pendebat, & pro inimicis qui
eum crucifixerunt, habuit cũ patre sermonem.
Sed dicis: Quemadmodum potero imitari? Mihi
crede, hoc imples facilè. Nam si non poteras non
diceret: Discite à me, quia mitis sum, & humilis Matth. 11
corde. Si erat imitari impossibile, nec Paulus di- 1. Cor. 11
ceret: Imitatores mei estote, sicut et ego Christi. Si
non uis dominum imitari, saltem Stephanũ apo-
stolum imitare, qui dominum imitatus est. Nam
sicut Christus dissimulata cruce, contemptis cla-
uis, fuisq; despectis iniurijs, patrẽ pro Iudæis ex-
orabat: Sic & seruus Stephanus lapidum iacta-
tionibus occupatus, iniquorum circumdatus in-
sidijs, cõfractis omnibus membris sauciatus, corpo-
ris dolore contempto pro lapidantibus depre
cabatur, & pro inimicis orabat, dicens: Domine,
ne statuas eis hoc peccatum. Audisti uerba domi
ni, audisti uerba serui, audisti uerba filij, audisti
uerba apostoli. Ille ait: Pater, dimitte eis hoc pec-
catum, non enim sciunt quid faciunt. Iste ait: Do-
mine, ne statuas eis hoc peccatum. Et non uerbis
tantum, sed nimia cum affectione deprecabatur.
Et ideo efflexis genibus eius cum lapidabatur, o-
rabat. Vis & alterum seruũ, qui maiora sustinuit,
demonstremus? A Iudæis, Paulus inquit, ter uir- 2. Cor. 11
gis cæsus sum, semel lapidatus sum, nocte & die
in profundo maris fui. Et post hæc orabat pro fra
tribus suis, pro cognatis secundum carnem. Vis
& alterum non de nouo, sed de ueteri testamento
cognoscere? Nam hoc plus admirationis affert,
quod ubi inimicus amari non iubebat̃, sed oculũ
pro oculo, dentẽ p̃ dente, & ubiq; talionẽ redde-
re, pro uindicta, apostolica philosophia gerebat̃,
& audi: Moses dilapidatus à Iudæis, sæpiusq; con
temptus, quid ait? Si dimittis eis peccatũ, dimitte: Exod. 21
sin autem, & me dele de libro quem scripsisti. Vi-
des singulos alienam incommoditatem suę saluti
præponere? Nihil peccasti, & cur particeps desi-
deras esse supplicij? Cur pœnę cõiunctus? cur tri
bulationi socius? cur effectus detrimenti consor-
tium? Quam iucunditatem, quid beneficij, cum
alij puniuntur, sentire possum? nec fructum meæ
commoditatis agnosco, cum tenentur alij lacera-
tione supplicij. Sufficerant quidem ad emendatio-
nẽ nostræ mentis exempla prolata: sed ut firmi
us corrigamus, aliũ quoq; huius philosophiæ pre
cepta seruasse monstrabo. Beatus ille & manse-
tus Dauid, cum exercitus suus immanitate qua-
dam fuisset ereptus, & filius eius Absalon contra
patrem tyrannidem exercere uoluisset, cum po-
stea deus

stea deus contra eos fuisset iratus, & Dauid uidis- A
2. Reg. 12 set angelum framea inferentem, & plaga uniuer-
sos deperire ait: Ego pastor peccaui, & ego pa-
stor malum feci: fiat super me manus tua, & super
domum patris mei. Vidisti ubiq; omnium cõmu-
nem philosophiã? Et alter quid gesserit percipe,
ut abundanti corrigaris exẽplo. Samuel prophe-
ta sustinuit iniuriam Iudæorum, remotus ab alijs
est, et dum deus illi solatium uoluisset afferre, ait:
Non te exprobrauerunt, sed me. Et ille qui exor-
dinatus fuerat, qui cõtemptus, ait: Mihi absit pec-
care, intermittendi orare pro uobis dominũ. Pec-
catum arbitratur minus pro inimicis orare. Chri-
stus dicit: Pater, dimitte illis peccatum, non enim
sciunt quid faciunt. Stephanus dicit: Domine, ne B
statuas illis hoc peccatum. Paulus ait: Optabam
anathema esse ego ipse à Christo p̃ fratrib. meis,
Rom. 9 qui sunt cognati mei secũdum carnem. Moses di-
cit: Si dimittis illis peccatum, dimitte: sin autem,
et me dele de libro quem scripsisti. Dauid ait: Fiat
manus tua super me: & super domum patris mei.
Samuel ait: Mihi absit peccare, intermittendi ora
re pro uobis dominum. Quam igitur ueniam me
reri poterimus demum, si tantorum seruorum de
ueteri, atq; nouo testamento non imitamur exem
pla, ut pro nostris inimicis oremus? Si forsitan a-
liud faciẽtes, contra inimicos oramus. Nolite fra-
tres, nolite deprecor. Nam quanto plura sunt ex-
empla quæ diximus, tanto imitationis merces au C
getur. Melius est pro inimicis, quàm pro amicis
orare. Nec enim tantum nobis præstat pro ami-
cis oratio, quantũ pro inimicis deprecatio. Si di-
ligitis, inquit, eos qui uos diligũt, nihil magnum
Luc. 6 facitis: etenim publicani hoc faciunt. Vt sciatis
quia si pro amicis oramus, nondum publicanos
uicimus. Sed quando diligimus inimicos, deo in-
quantũ possumus similes sumus, qui solem suum
oriri facit super bonos & malos. Igit̃ domini imi-
Matth. 5 tatores simus. Estote nanq; ait, Similes patri ue-
stro, qui in cœlis est, ut & cœlorum regna merea-
mur, per Christum dominum nostrum, &c.

DE CRVCE ET LATRONE HOM. II.

IOdie incipiamus, charissimi, de cru- D
cis trophæo prædicare, & honore-
mus hãc diẽ, magis autẽ coronemur,
celebrantes hũc diem. Nec enim ex
uerbis nostris honorificat̃ crux, sed
ex fideli nostra confessione coronas merebimur
crucis. Hodie crux fixa est, & seculum sanctifica-
tum est. Hodie crux fixa est, & dæmones dispersi
sunt. Hodie fratres crux fixa est, & mors subuer-
sa est. Hodie crux uicit, & mors uicta est, Hodie
diabolus uinctus est, & homo solutus est, & deus
glorificatus est. Hodie apud Iudæos terra contre
muit, & apud nos orbis terræ firmatus est. Hodie
apud Iudæos, quia mente audaci contra deũ ua-
dunt, petræ scissæ sunt. Hodie amabilis deo pie-
tas uniuersum consuit orbem. Decebat enim quę
pietatis erant coniungi, ea autem quæ infidelita-
tis disiungi, sicut & Dauid dicebat: Disrupti sunt,
& nõ sunt cõpuncti. Hodie apud Iudæos ab hora Psal. 14
sexta, usq; ad horam nonã sol obscuratus est. Non
enim ferre poterat æther iniuriam creatoris. Re-
traxit radios suos, ne uideret impiorum facinora:
non quòd deitatem iniuria tangeret, sed quia quę
audaci superbia fiebant, in contumeliam eius re-
putabantur. Hodie apud Iudæos tenebræ sunt,
apud nos autem nox in diem cõuersa est. Etenim
pietati hoc proprium est, ut in tenebris fulgeat:
impietas autem etsi in lumine fuerit, tenebrescit.
Fidelibus nox in diem mutatur, infidelibus autẽ
etiam ipsa lux tenebrescit. Et de fidelibus quidem
scriptura dicit: Quia tenebræ non obscurabun-
tur à te, & nox sicut dies illuminabitur. Infideli au
tem & dies in noctem mutatur, dicẽte scriptura:
Palpabunt sicut cæci parietem, & ambulabũt in Iob. 5
meridie, sicut in medio noctis. Hodie Adam eiec-
tus est de paradiso, & hodie latro in paradisum
ingreditur. Exijt fur, & introijt fur: exijt præuari-
cator, & ingressus est latro: exijt cõtemptor uerbi
& introijt confitens uerbum: exijt cõtemnens sa-
lutem, & introijt de cruce mercans salutem. Scio
& ante me dixisse de latrone, sed habet diuersas
intelligentias dei sermo. Iste latro de ligno merca
tur salutẽ, hic latro furatur cœleste imperiũ. Vim
facit manifestati, non uirtute propria, sed fide uin- Matth. 11
cens. Ipsius domini uox est: Regnum cœlorũ uim
patitur, & uiolenti diripiunt illud. In cruce duo la
trones, imago Iudæorum, et gentilium. Latro qui
pœnitet, imaginem obtinet populi ex gentibus
congregati, qui prius in errore ambulauerat, &
post hoc ueritatem agnouit: imaginẽ uero latro
ille obtinet Iudæorum, qui usq; in finem perseue-
rat latro. & usq; ad tempus quidem crucis uiã ma
lignitatis ierunt: crux autem diuisit utrunq;. Viã
nanq; cæcitatis, & perditionis, qui non credidit
ingressus est: uiam autem salutis, qui credidit, in-
gressus est: uiam salutis, qui credidit, adeptus est.
In cruce didicit latro differentiam uiarum: Quo-
niam nouit dominus uiam iustorum, uia autẽ im- Psal. 1
piorum peribit. Et uide dei iustum iudiciũ, ut di-
cas & tu cum propheta: Iustus es domine, & rec-
tum iudicium tuũ. Propter unum peccatũ dam-
natur Adam, & propter unam fidei uocem latro
saluatur. Vnum peccatum eiecit illum, & una iu-
stitia introduxit istũ: & latro habitator factus est
paradisi. O admiranda rerum materies. Nec Ab-
rahæ data est per uocẽ repromissio paradisi. Hæ-
reditauit quidem per fidem, repromissionem au-
tem paradisi nemo ante latronem accepit. Hic au
tem perscrutans diligentius uetus testamentum,
& nouum, nullum ante latronem inueniẽs repro
missionem paradisi meruisse, non Abraham, non
Isaac, non Iacob, non Mosen, nec prophetas, nec
apostolos, sed ante omnes reperies latronẽ. Audi
igitur dominicam uocem: Amen amen dico tibi, Luc. 23
hodie mecum eris in paradiso. Vocauit quippe Gen. 12
Deus Abraham, dicens: Exi de terra tua, & de
cognatione tua. Et non dixit illi: Hereditatem
capies paradisi: sed, ueni in terram quam monstra
uero tibi. Et Isaac quidem typum Christi porta-
uit, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit, & Iacob colluctatus in figura cum deo est. Et A
Exod. 20 Moses legem accepit, & per repromissionem au
diuit bona terræ manducaturum se esse, si legem
domini dei sui custodisset: & nusquã repromissio
paradisi ante latronẽ. Necessariũ est ergo quære
re, cur huic ante alios, & ante tales uiros fide dig
nissimos potissimũ repromisit. Credidit Abra
ham deo, sed credidit illi de cœlis loquẽti, & per
sanctos angelos sermonẽ proferẽti, & de propria
Esa. 6 autoritate legem danti. Credidit & Esaias, sed in
gloria consistenti: Vidi enim, inquit, dominum
sedentem super thronum excelsum, & eleuatum.
Credidit & Ezechiel, sed & ipse dominum super
Cherubin contemplatus est. Crediderunt reliqui
prophetæ, sed diuerso modo dominum gloriæ in
tuentes, sicut uidere possibile humanæ erat na
Exod. 19 turę. Credidit, sicut dixi, & Moses, sed de medio
ignis loquẽti, & in tubæ clangore, & in tonitru,
quæ & infidelẽ poterant prouocare. Hæc autem
dico, non ut sanctis derogem, absit: sed propter
eum qui solus per uerbum meruit paradisum: iste
ergo uidit saluatorem, non super throno regali,
non adorari in templo, non loquentem de cœlis,
non per angelos disponentem: sed in pœna socia
tum latroni uidet in tormentis, & tanquã in glo
ria adorat. Videt in cruce, & rogat quasi in cœlis
sedentem: uidet condemnatum, & regem inuo
cat, dicens: Domine, memento mei, cum ueneris
in regnum tuum. Crucifixũ uides, & regem præ
dicas: in ligno pendere cernis, & cœlorum regna
meditaris. O admiranda latronis cõuersio. Nunquid nam scripturas legisti ab iniquitate non ces
sans? Nunquid nam prophetas audisti homicidia
exercens? Nunquid nam diuinum audisti sermo
nem, quando ad cædem gladium acuebas? Vnde
eruditus es talia philosophari de Christo? Iudæi
crucifixerunt, qui nouerunt legẽ, & prophetas le
gerunt: & tu horum ignarus deũ uocas condem
natum, & adoras crucifixum. Quis te erudiuit ô
latro talia de eo dicere? Nõ me, inquit, lex docuit,
sed sol occultans lumen suum. Vidi quidem cru
cifixum, sed terræmotum sensi, & propter parri
cidas Iudæos elementa indignantia intellexi. Et
petræ quidem scindebantur, & corda hominum
non metuebant. Scissæ sunt petræ, disruptum est
uelum templi, & Iudæorum secreta patuerunt.
Et hoc uelum quidem erat, sed preciosissimum,
quod in diebus celeberrimis suspendebatur, pre D
ciosissimũ ualde de purpura, & bysso, & cocco, et
auro, & serico, & hyacintho cõtextũ: in illo enim
tempore crucis, terra mota est, sol fugit, petræ
scissæ sunt, uelum disruptum est, monumenta pa
tuerunt, & sicut gloria domus est, ubi uelum pen
det habitãte intrinsecus domino domus, sic igno
minia tẽpli est unde recessit spiritus sanctus: post
quam enim impias in filium dei intulerũt manus,
iniuria deo facta est, qui habitabat in templo: &
ideo recedente domino, deserta remansit domus,
Luc. 13 sicut ipse dixit: Ecce relinquet domus uestra de-
Matth. 27 serta. Egresso rege gloriæ, disrupta sunt symbola
regni, aperta sunt monumenta, & surrexerũt mor
tui, & intrauerunt in sanctam ciuitatem, ut inex
cusabilem relinquerent causam, & domini resur
rectio firmaret. Si filius dei es, descende de cruce,
& credimus tibi. Considera nunc uocem filiorum
diaboli, quomodo imitantur uocẽ paternã. Dia
bolus dicebat: si filius dei es, mitte te deorsum. Et
Iudæi dicunt: Si filius dei es, descende de cruce, &
credimus tibi. Pariter crucifigũt latrones, nõ tan
quam inimici latronum, participes enim erãt sce
leris eorum, sed ut infamarent dominum suum:
quia non sine causa crucifixus sit, sed quasi qui fa
cinorosus inuentus sit. non tacuit Esaias tragœ- Esa. 53
diæ huius narrationem, dicens: Ob iniquitatẽ po
puli ductus est ad mortem, & cum iniquis deputa
tus est, hoc est, cum latronibus: quibus ideo socia
B runt Christum, ut macularẽt domini passionem.
Vt sciatis quia non oderant latrones, audi Pila
tum dicentem: Quem uultis dimittã uobis, Iesum
an Barrabam? qui propter homicidiũ in uincu
lis tenebatur. Et illi dixerunt: Dimitte nobis Bar
rabam. Latrones petierunt latronem, dominum
autem crucifixerunt, non uirtute sua uincentes,
sed ut dispensationis, & prophetiæ impleatur uo
luntas. Dicit illis Pilatus: Regem uestrum crucifi
gam? At illi dicebant: Nos non habemus regem,
nisi Cæsarem. Abnegauerunt dei regnum, & tra
diti sunt regno Romanorum: quia quod habue
runt, non intellexerunt: ideo quod petierũt, acce
perunt. Coronauerunt crucifixum spinis, obtule
runt ei fel & acetum. Et hæc ipsa futura olim præ
C dixerat Moses, dicens: Generatio praua & exa
sperans, hæc dño retribuisti? Et qui dederat man- Deut. 32
na in deserto, huic tu fel offers? & qui de terra tibi
delicias produxit, tu illi spineã imponis coronã?
Ideo clamat Esaias, dicẽs: Sustinui ut faceret uuã,
fecit autem spinas. Dicunt Iudæi: Sanguis huius
super nos, & super filios nostros: illis ad condem
Esa. 5 nationem, nobis aũt ad iustificationem. Sanguis
Christi illis ad mortem, nobis uero ad uitã. Non
est eñ sanguis Christi deterior Babylonio igne.
Ille scit sanctorum in camino honorare corpora,
& Chaldæos cõburere: quãto magis sanguis ille
preciosissimus scit perdere incredulos, & saluare
fideles? Decuit enim splendoreñ crucis obcæca
re infideles, & illuminare credentes: sola eñ Chri
sti crux est, quæ dissoluit tenebras, & regnum dæ
monum dissipauit, & omnes terrores malignanti
um abstulit, crux sanctitatẽ prouidit, crux nobis
sol iustitiæ facta est, ut illuminati misericordia e
ius, glorificemus patrem & filium, & sanctum spi
ritum in secula seculorum, Amen.

DE CRVCE DOMINICA HOMILIA

QVID dicam? quid loquar? quod uobis
nomẽ imponor? Oues an pastores? nau
tas an gubernatores? discipulos an ma
gistros? quemadmodum zelum uestrũ
igneũ admirabor? Oues uos uocabo, etenim estis
quieti, & mansuetudine pleni: pastores uos dicã,
etenim uestrum estis dominum imitantes: nautas
appellabo, nam & estis experimento multo tem
pestiuam

pestiuam hyemem sustinentes: gubernatores uos A
dicam, etenim estis sicut peritissimus gubernator
artificij argumento tempestiuæ asperitatis effugi
ens molem, & integram ad tranquillum portum
deducens nauem: sed discipulos uos, & uocabo,
& hoc quoque estis parati ad obedientiam: sed
magistros uos dicam, etenim estis: mihi enim nõ
pigrum est sæpius totius mundi uos uocare magi
stros. Quid ergo dicam, aut quid loquar? qualiter
uos uocabo? oues, an pastores? nautas, an gube
rnatores? discipulos, an magistros? aut quomodo
zeli uestri exaltabo præconia? Quid ergo dice
mus? hodie uolo mensam uobis apponere spiri
tualem, non corpus reficientem, sed animam luci
dantem: talis etenim est mensa spiritualis, non si
cut illa, quæ uentrem onerat, & obtundit animã: B
sed sicut ille, qui cum mirum aliquid comederit,
odorem suauitatis eructat. sermo enim est spiritu
alis, & non solum semetipsum odore replet bo
no, sed & proximos suos replet suauitatis dulce
dine. extendite uosmetipsos, uerbũ enim profer
re uolo: & in morem natantium, qui se è naui pe
lagi profundo cõmittunt, & deorsum ambulan
tes concham, in qua margarita latet, perquirunt:
ita & nos habentes pro naue ecclesiã, pro guber
naculis crucem, pro gubernatore Christum, pro
prora patrem, pro uento spiritum sanctũ, pro ue
lo gratiam, pro nautis apostolos, pro nauigantib.
prophetas, pro mari uetus testamentũ & nouum:
committamus nos pelagi profundo ad perqui
rendum in scripturis diuinis margaritã latentem. C
Parate animos uestros, & tota intentione men
tis, quæ dicuntur audite. Cupio enim in hoc san
ctarum scripturarum profundum descendere, &
inde uobis proferre preciosissimã margaritã: no
lite quæstio, negligenter audire. Scriptũ est enim:
Matth. 7 Ne miseritis margaritas meas ante porcos, & ne
detis sancta mea canibus. Cum autem porcos au
dis & canes charissime, ne de brutis animalibus
æstimes dici. Porci enim sunt, qui uitam suam cœ
nosæ libidini, & uoluntatibus seculi manciparũt:
Canes uero omnes hæretici, qui cõtra creatorem
suum blasphemiarũ extẽdũt eloquia: facite ergo
uos dignos ad suscipiendũ preciosissimam mar
garitam, quã uobis apponere cupio. Sicut enim
agricola peritissimus non incassum seminat, sed D
prius iungit boues, & aratrũ ducit, & scindit ter
ram, & spinas eradicat: & sic demum committit
semina sua, ut cũ descenderit de cœlo pluuia, com
mendata terra confoueat semina: quæ non statim
producit spicã, sed hyeme in terra manet, & uerni
temporis suscepta pluuia, & solis calore confota,
erumpit in spicam: & sic apta fit ad metendum, &
trìturata horreis reconditur: ego autem non hye
mem, non uer opto, non solis radios, non imbrẽ,
neq; boues iungam, nec aratrũ traham, neq; per
scindam, neq; spicas euellã, sed hodie seminabo,
& hodie metam: nõ operabor irrationabilem ter
ram, sed rationabilem: non insensibilem, sed sensi
bilem: non exanimem, sed animam habentem, &
beatus ego huiusmodi terræ agricola deputabor.

Tunc enim beatus sum, quando in aures audiẽ
tium loquor. Scriptum est enim: Beatus qui lo- Ioan. 15
quitur in aures audientium, quia scriptura inobe
dienti mortem cõminatur. Beatus ergo ego, beati uero & uos: nam & dominus Iesus in euange
lio discipulis suis dicit: Beati estis, si uerbum me
um seruaueritis: Extendite ergo uosmetipsos &
intenta aure quæ dicuntur audite: uolo eñ quasi
quandam comparationem ostendere. Fingamus
deum quasi hominem sedentem in excelsõ mon
tis uertice, & exinde prospicientem uniuersum
mare, nauesq; transeuntes, aliam quidem uelifi
cantem, & tempestatem uiolentã patientem uen
torum, sed gubernatore peritissimo regente un
darum moles huc illucq; diuidentem, illæsam in
portum deducere nauem: alijs autem prospero
cursu rectam uiam pergentibus, alijs uero nau
fragium sustinentibus, & paucis exinde hominí
bus adiumento axis alicuius ad litus euadẽtibus,
alijs uero morientibus: ita est & deus omnia pro
spiciens. Quando autem dixero deum sedentem
in excelsis, ubiq; eum credite esse presentem. Nec
enim locorum distantia retardatur, cum ipse sibi
sit locus, & ipse omnia capiat, capiat autem eum
nihil. Quæ enim capacitas potest incorporalem
ferre naturam, immobilem, & sine fine & inuesti
gabilem, & inconuertibilem, & incomprehensi
bilem? quæ omnia deus est. Sic oportet nos crede
re de deo: hæc enim est nostra salus. Hæc est autẽ Ioan. 17
æterna uita, ut cognoscant te solũ uerum deum,
& quem misisti Iesum Christum. In hoc nanq; ca
pitulo reprehendere nos ingrati hæretici uolunt,
qui legentes non intelligunt, quæ legunt. Christũ
autem cum audieris charissime, non solummodo
deũ putes, sed deum & hominẽ crede. Scio nanq; Matth. 14
esurisse Christũ, & scio Christum de quinq; pani
bus, & duobus piscibus satiasse quinq; milia ho
minũ, exceptis paruulis, & mulieribus. Scio Chri
stum sitisse, scio Christũ super aquas pedibus am
bulasse: scio Christum mortuum, & scio Christũ
mortuos suscitasse: scio Christũ Pilato adstitisse,
& scio Christum ad dexterã patris cõsedisse: scio
Christũ lapidatum, & scio Christũ ab angelis ado
rari. Et quædam quidem refero deitati, quædam
autem assigno humanitati: quia noui Christũ de
Maria natũ, & scio Christũ ante omnia secula geni
tum, & apud deũ semper deũ esse uerbũ. Glorifi
cemus ergo Christũ Iesum murũ inexpugnabilẽ,
fundamentũ quod supra petrã fundatum est. Ipse
eñ dicit Petro: Tu es Petrus, & super hãc petram Ibid. 16
fundabo ecclesiã meam: & portæ inferi non præ
ualebũt aduersus eam. Sic beatissimus Paulus di
cit: Fundamentum aũt nemo potest ponere præ- 1. Cor. 3
ter id quod positũ est, quod est Christus Iesus. Ro
go ergo dilectionem uestram, ut in hacuita positi
exhibeamus nos irreprehensibiles, inuicem suffe
rentes, inuicem instruentes. Non est enim regnũ
dei esca, & potus, & diuitiæ, & iactantia, sed pax,
& gaudium in spiritu sancto. Timeamus nanq; iu Rom. 14
dicij seueritatem, & pœnã gehennæ. Nõ ergo de- Eph. 6
mus locũ diabolo, sed resistamus ei. Non enim est
nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis pugna aduersus carnẽ, & sanguinẽ, sed aduersus principatus, & potestates, aduersus mundi istius peruersos spiritus. Festinemus ergo effugere æternam pœnã. Nec enim propter nos pœna facta est, ut in ipsam mittamur, sed ut liberemur ex ipsa. Talem enim habemus deum amatorem generis humani: misericordem atq; clementem, qui nos ad se conuersos de gehenna liberat.

Psal. 7 Testificatur nanq; Dauid, dicens: Deus iudex iustus, fortis & patiens, nunquid irascetur per singulos dies? Nisi conuersi fueritis, gladium suum uibrauit, & arcum suum tetendit, & parauit illũ, & in eo parauit uasa mortis, sagittas suas ardentes operatus est. Hæc aũt deus nõ ut nos iudicet, sed ut soliciti simus, et præcepta ipsius obseruemus. Quòd si cõtemnimus inexcusabiles sumus. Nam etsi uoluisset nos perdere, nõ utiq; propriũ pro nobis fudisset sanguinẽ. Mortuus est ergo, ut tibi immortalitatem donaret: esurijt, ut te sua carne satiaret: sitiuit, ut te proprio potaret sanguine: super asinũ sedit, ut te super Cherubin sedere faceret: baptizatus, ut te illuminaret: alapis cæsus est, ut te a seruitio liberaret: uiator factus est, ut te sine labore faceret: nauigauit, ut te sine timore redderet: ex muliere natus est, ut præuaricationẽ Heuæ deleret: homo appellatus est, ut te deum uocaret: filius hominis dictus est, ut te in filiũ adoptaret dei. Accepit quæ erant nostra, & dedit nobis quæ erãt sua. Orauit, ut te fidelẽ faceret. Sicut dicit super Lazarum: Pater, glorifica filiũ tuũ, ut & filius tuus glo-

Ioan. 17 rificet te. Et uenit uox de cœlis, dicens: Glorificaui, & iterum glorificabo. Scio quoniã semper me audis, sed propter turbam adstantem dixi: ut omnes credant, quia tu me misisti. Si quid igitur sustinuit, non propter semetipsum, neque propter patrem suũ, sed ut saluaret per crucem genus humanum. Et si nosse desideras charissime uirtutẽ crucis, & quãta possum ad eius laudem dicere, audi:

Crux spes Christianorum.
Crux resurrectio mortuorum.
Crux cæcorum dux.
Crux desperatorum uia.
Crux claudorum baculus.
Crux consolatio pauperum.
Crux refrenatio diuitum.
Crux destructio superborum.
Crux male uiuentium pœna.
Crux aduersus dæmones triumphus.
Crux deuictio diaboli.
Crux adolescentum pædagogus.
Crux sustentatio inopum.
Crux spes desperatorum.
Crux nauigantium gubernator.
Crux periclitantium portus.
Crux obsessorum murus.
Crux pater orphanorum.
Crux defensor uiduarum.
Crux iustorum consiliarius.
Crux tribulatorum requies.
Crux paruulorum custos.
Crux uirorum caput.
Crux senum finis.
Crux lumen in tenebris sedentium.
Crux regum magnificentia.
Crux scutum perpetuum.
Crux insentatorum sapientia.
Crux libertas seruorum.
Crux imperatorum philosophia.
Crux lex impiorum.
Crux prophetarum præconatio.
Crux annunciatio apostolorum.
Crux martyrum gloriatio.
Crux monachorum abstinentia.
Crux uirginum castitas.
Crux gaudium sacerdotum.
Crux ecclesiæ fundamentum.
Crux orbis terræ cautela.
Crux templorum destructio.
Crux idolorum repulsio.
Crux scandalum ludæorum.
Crux perditio impiorum.
Crux inualidorum uirtus.
Crux ægrotantium medicus.
Crux emundatio leprosorum.
Crux paralyticorum requies.
Crux esurientium panis.
Crux sitientium fons.
Crux nudorum protectio.

Nuditatem autẽ cum dixero, non corpoream æstimes, sed infidelitatis pœnam. Cum autẽ Christo crediderit, uestitus inuenietur, dicente Paulo: Quicunq; in Christo baptizati estis, Christũ in-

Gal. 3 duistis. Christum autem cum audieris, deum & hominem intellige. Hæc eadem sæpius dico, & dicens non cessabo: mihi enim non pigrũ dicere, uobis autem tutum est. Volo enim uos omnes do-

Christus unde. & quot appellationibus uocetur.

ctores fieri. Christus dictus est ab unctione nomẽ deriuans: Iesus dictus est homo dominicus: uerbum dicitur, quia de deo est dei uerbũ: filius, quoniam de patre: unigenitus, quoniam solus de solo: deus, quoniam creator. Audi nanq; Ioannem dicentem: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deũ: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Vides quoniam hic est, qui uerbo cœlum extendit, & uario stellarum ornauit decore: & extendit cœlum, quasi uestimentum: hic est qui soli tantam luminis gratiam dedit, hic est qui lunæ decorem imposuit, hic est qui terram super aquas fũdauit, hic est qui diuersos eam iussit producere flores, & arborum diuersa genera, sõtesq; ebullire præcepit, flumina fluere, congregari lacus, mariq; imponens terminum, ex aquis quoque producere animantia, uentos spirare præcepit, montes statera appendens, nubibus moueri præcepit, diuersi generis animantia procreauit. Quid autem de angelis dicam, de archangelis, de sedibus, de dominationibus, de Cherubin & Seraphin, principatibus & potestatibus, & tẽporibus, & annis et mensibus, & diebus, & horis? Et lumen, & tenebras, & quicquid illud est quod subsistit: nouissime autem

Ioan. 1

autem hominem fecit ad imaginem & similitudinem suam, & in paradiso posuit tanquam cultorem præcipuum. Vides autem humanum genus à diaboli superari malicia, uoluit creaturam suam assumere, & quasi unum hominem indui, & affigere illum cruci, sic ut per lignum crucis uniuerso generi salus oriretur. Elatus ergo diabolus, qa ipse quidem de cœlo corruerat, uidebat autẽ Adam paradisi esse colonũ, inflatus inuidia, induit serpẽtis imaginem: incorporalis enim cum esset, corporalibus loqui non poterat. Et dicit ad eum: O quàm speciosum lignum ad edendum, quòd si ex eo gustaueritis, eritis quasi dij. Seducta ergo Heua decepit uirum suum. Cum autẽ de interdicto comedissent ligno, apparuerunt ambo nudi. Tunc clemẽtissimus deus dixit ad Adam: Adam ubi es? Non quòd ignoraret deus, sed post persuasionem diaboli, qui illi promiserat deitatem, & inuenit nuditatẽ, dicit ei: Vbi es? hoc est, de qua dignitate, ad quale deductus es dedecus? Quia mãducasti de ligno scientiæ boni & mali, remansisti homo: de quo præceperam tibi ne manducares, manducasti, ideoq; præuaricatus es. Folijs autem ficus cooperti erant, peccati faciem obuelantes. Respondit q; Adam: Audiui uocem tuam deambulãtis in paradiso, & abscõdi me. Et dixit: Quid fecisti? Et ille dixit: Mulier quam mihi dedisti, ipsa me seduxit. Culpam propriam cõfiteri nõ uult, quippe qui ipse mandatũ acceperat audiente cõpare. Et Heua interrogata dixit: Serpẽs mihi suasit. O Heua, uiro te subiectam esse uolui, non serpenti: cur mea præcepta contemnis, & serpentis audisti? Hæc autem causabantur sperãtes subtrahere sese à supplicio posse, et deus inquit ad Adã: Maledicta terra in operibus tuis, spinas & tribulos generabit tibi: in sudore uultus tui manducabis panem tuum. Et ad mulierẽ dixit deus: In mœroribus paries filios, & ad uirum tuum conuersio tua, & ipse tui dominabit. Processit nanq; ad serpentem sententia, dicens: Super pectus tuum repes, & terrã manducabis cunctis diebus uitæ tuę: tu eius obseruabis calcaneum, & illa tuum conteret caput. Cur autem serpentem maledixit, ut in pectore, & in uentre graderetur, & terram mãducaret omnibus diebus uitæ suæ? Pectus maledixit, quia in ipso consistit cor, quod cõcupiscit malum. Ventrem uero nominauit, quòd per escam seduxit. Terram autem manducare omnibus diebus uitæ suæ, terrenos homines habebit subiectos, qui suæ obedierint uoluntati, magis quàm præceptis dei. Acceperunt ergo tres sententiam, quoniam & tres sunt præuaricationem operati. Sicuti ergo præuaricatio per lignum, ita & salus per lignum. Pro his ergo omnibus gratias agamus deo per Christum dominum nostrũ, cui est gloria in secula seculorũ, Amen.

Chrys. to. 3

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
Constantinopolitani de resurrectione,
SERMO PRIMVS.

DE fide nostræ placitis, deq; gloria unigeniti filij dei, pridem apud uos disseruimus, conuincentes & obturantes hæreticorum ora, qui gloriã illi detrahũt, & à genitore suo illum alienum natura dicunt. Hodie de moribus, deq; uita instituenda sermonem in medium afferre, & in genere admonere decreuimus. Imo sermo ille non tractabit solum de moribus, sed & nostræ fidei decreta continebit. Paratus enim sum, ut ad materiam de resurrectione descendam. Quod sane argumentum uarium est, & copiosum. Nam et in his quæ fidei sunt nos dirigit, & uitam nostram componit, & diuinam prouidentiam ab omnib. calũniatoribus uindicat. Et quemadmodũ cum nõ creditur uitam nostram subuertit, malisq; sexcentis implet, sursum deorsumq; factis omnibus: ita cum creditur, prouidẽtiam multis rationibus adstruit, & nos ad diligentem uirtutis curam promouet, uitiaq; magno studio expellit. Etenim, ut nulla illi uirtutis cura est, qui resurrectionem non expectat, quiq; credit se non daturum rationem de his, quæ hic operatus est: sed opinatur res nostras tantum intra angustos præsentis uitæ limites contineri, neq; ultra se extendere (quomodo enim uirtutis ulla ei cura esset, qui nullam laborũ retributionem sibi repositam expectat, neq; peccare desinit? & quomodo à peccatis desisteret, q nihil suppliciorum imminere suis male actis credit, sed permittit sese fœdis concupiscentijs, & in nullum non peccandi genus ruit?) Ita & qui sibi persuadet futurum aliquando iudicium, & ante oculos statuit terribile hoc tribunal, et indeclinabiles expostulationes, & inappellabilem sententiam: is modis omnibus conabitur, ut studeat tẽperantiæ & æquitati, atq; alijs uirtutibus, & effugiat intemperantiam, temeritatem, omniaq; alia uitia, atq; ita ut possit magna uirtute repellere eos, qui diuinam calumniantur prouidentiam. Enimuero sunt nonnulli, qui ubi uiderint mansuete, & caste, & iuste uiuentes, inopia & calumnijs premi, inuadi, comprehendi, uix necessarium uictum habere, sæpe etiam morbo longo, & graui ualetudine emacerari, & in summa, omni carere subsidio: & è diuerso maleficos & pollutos homines, planeq; flagitiosos affluere diuitijs, deliciari, nitidis uestibus amiciri, clientulorum pompam post se trahere, in admiratione esse, magistratus agere, multa à regib. obtinere priuilegia, mox diuinam arguunt præsidẽtiam, & dicunt: Vbi nam prouidẽtia illa? aut ubi iustum iudicium? sobrius & innocens male habet, intemperans, & corruptus fœliciter agit. Et hic quidem admiratiõi est, ille uero ludibrio: hic uarijs fruitur delicijs, ille autem inops extremis pessundatur incõmodis. At qui de resurrectione bene senserit, et sapienter disputare nouerit, facile quicqd id est blasphemiæ diluet, & illis tam stomachabunde disputãtibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicet: Compescite linguam uestram, & aduersus deum, qui nos fecit, eam ne exacueritis. Nō enim res nostræ in hac solū uita durant, sed festinamus ad uitam aliam multo longiorem, imò finem minime habētem. Et ibi omnino pauper iste, qui iuste uixit, laborum suorū mercedē accepturus est: intemperans autē & maleficus, maliciæ suæ, illicitæq; uoluptatis daturus est pœnam. Proinde, nō à præsentibus solum de diuina prouidentia sentētiam feramus, sed à futuris. Præsentia certamen quoddam sunt, & labores, & stadium: futura uero, præmia, coronæ, & brabia. Sicut ergo athletæ in theatro & in sudore, & puluere, & æstu multo, & laboribus & ærumnis pugnandum est: ita & iustum hic multa sustinere oportet, & ferre omnia uiriliter, siquidem præclaras illic accepturus est coronas. Et si sunt nonnulli, quos perturbat impiorum felicitas: hi secum perpendant, q̄ quemadmodum & latrones, & fures, & homicidæ, & piratæ priusq; ad iudicem trahant, multis delicijs fruuntur, & ex aliena calamitate suā cōstituentes abundantiā, iniustis opibus locupletati, quotidie inebriabantur: ubi autē iudicis sententiā audierint, omnium horum luēt pœnam: Item & illi qui scorta mercantur, & Sybariticas mensas instruūt, & supercilia surrigūt, & fastu pleni, pauperes opprimunt: quādo unigenitus dei filius aderit cum angelis suis, & sedens super thronum illum, orbē terrarum in medium adducet: tunc nudi, et animi sui splendore destituti adducentur, & nullum uel aduocatum, uel patronum habentes, absq; uenia in igneos fluuios proijcientur. Quapropter neq; hos beatos dixeris ob præsentes delicias, sed potius desle, & deplora ob futura supplicia: neq; iustum illum miserum existimaueris ob præsentem paupertatem, sed pro beato habe ob subsequētes bonorū diuitias, & in tuo animo sermonē hūc de resurrectione implanta: ut si bonus fueris, & tenteris, probatior euadas, maiorēq; alacritatem per spem futurorū accipias: sin malus, à malicia desistas, & continentior fias ob timorem futuri supplicij. Idcirco & Paulus de resurrectione nobis subinde uerba facit. quēadmodū igitur & hodie
2.Cor.5 audistis ipsum clamantē, & dicētē: Scimus enim, q̄ si terrestre nostrū domicilium tabernaculi huius dissoluat, domum ex deo habemus non manufactam æternam, in cœlis. Imò cum his & superiora tractemus, et uideamus quomodo in sermonē de resurrectione inciderit. Neq; em̄ simpliciter, neq; fortuito hanc nobis afferre solet doctrinam: sed quia simul docere uult quæ futura sunt, & athletas pietatis confirmare studet. Nunc quidem gratia dei multa pace fruimur, & reges pie uiuunt, & principes ueritatem agnouerunt, & populi & ciuitates, & gētes erroribus liberati, Christū oēs adorant. Tunc autem in principio prædicationis, cum nuper pietatis semina iacta essent, magnum prælium erat, multiplexq; ac uarium. Nam principes & reges, & domestici, & cognati, & omnes impugnabant fideles: & repugnante natura ipsa bellum oriebatur. Pater filium tradebat sæpe & filiam mater, & cliētulū patronus. Neq; ciuitates solæ neq; regiones, sed & domus nonnunq̄ in se ipsas sectæ erant. Eratq; tumultus, qui tunc seuiebat, atrocior q̄ intestinum quoduis bellum. Nam facultates rapiebantur, libertas auferebat, & uitæ periculum imminebat, non q̄ Barbari in nos incursionem facerent, sed qui uidebant nobis præesse & dominari, peius erga subditos, quàm bellatores omnes affecti erāt. Et hoc declarat Paulus, ac dicit: Graue certamē afflictionum sustinuistis, Heb.10 idq̄ cum probris, & afflictionibus spectaculo sui stis omnibus. Etenim facti socij eorū, qui sic subuertebantur, uinculis meis cōpatiebamini, & direptionem facultatum uestrarum cum gaudio tulistis. Ad Galatas autem dicit: Tāta passi estis fru- Gal.3
B stra, si modo & frustra. Thessalonicensibus quoque, & Philippēsibus, & in genere omnibus Paulus epistolas mittens, multa eiusmodi testat̄. neq; hoc solum erat graue, quod foris frequēs bellum gerebatur, & continuum: sed quòd & inter fideles ipsos exorta fuerunt nonnulla scandala, & lites, & contentiones & æmulationes: quæ & ipsa manifestat Paulus dicens: Foris gladius, intus au- 2.Cor.7
tem timor. Verum, istucipsum bellum, an non atrocius erat, & subditis, & præceptoribus? profecto nō tantū inimicorū insidias formidabat Paulus, quantū domesticas, et quæ intra ecclesiam cōtingebāt ruinas, & transgressiones. Nam cum apud Corinthios scortatus esset quidā, omni tēpore illum lugēs perseuerabat, ita ut uiscera sua dis-
C rumperet, & amarē eiularet. Erat & tertiū genus quoddam, nō minus molestiarum q̄ dictum est, fidelibus afferens, ipsa scilicet rerum natura, quæ frequentes labores & sudores exigebat. Neq; em̄ facilis & leuis erat uia, ad quam illos ducebant apostoli: sed aspera & inexpedita, & quæ animam requirebat sobriam, & uigilem, & undiq; diligentem. Propterea & Christus angustā & strictam ipsam uocauit. Neq; em̄ uiuere licenter & absq; metu fas erat, sicut apud Gētes in turpitudine et ebrietate, & helluatione, & delicijs, & luxu: sed oportebat etiam frenare irascentiam, & imperare illicitæ concupiscentiæ, & despicere opes, & cōculcare gloriam, & superiorem esse inuidia, & inuidentia. Quæ qualem laborem requirunt, sciūt hi
D qui cum illis quotidie certant. Quid enim, dico, infestius illicita concupiscentia: quæ ueluti rabidus canis in nos cōtinuo insilit, et quotidie nos obturbat? Atq; adeo opus est perpetuò uigilanti anima. Iam quid amarius ira? Et leuius quidem uidetur non ulciscī eum, qui nos iniuria affecit, sed oportet & contristantibus benefacere, & scommatis nos incessentibus benedicere, & ne ullum quidem unquā amarum uerbū proferre. Quin̄ & continentiam nō in solis operibus, sed & in cogitatione ipsa mōstrare oportet. Non em̄ solum ab incōtinentiæ opere, sed & à tali aspectu abstinendum est. Neq; ex formoso mulierū aspectu uoluptas capienda: nam & ob talē contemplationem extremum supplicium irrogabitur. Cum igitur et tantū bellum ab his, quæ foris: & tantus timor ab

his

his, quæ intus: magnus quoq; erat & labor in me
A ditandis uirtutibus. Accedit autem & quartū. Nā inexperti erant certaminis tanti, quod cētādum erat: neq; enim apostoli eos qui à progenitoribus suis pietatem exceperāt, erudiendos sortiti sunt, sed educatos in nocendi libidine, & delicijs, & ebrietate, & turpitudine, & intemperantia. Neque hoc paruí momenti erat, ut difficilius redderetur certamen, quod eam philosophiam neq; superiora tempora, neq; parentes docuerant: sed tunc primum ad huiusce modi certamina instruebantur. Cum igitur tanta tunc esset certandi difficultas, Paulus, ut solaretur certantium laborem, subinde de resurrectione sermonem mouebat: & non hac solum adhortabatur athletas, sed & suarū passio-
B num enarratione: eaq; de causa antequam in sermonem de resurrectione incidat, suas passiones
2.Cor.4 exponit, sic dicens: In omnibus premimur, at non anxij reddimur: laboramus, at non destituimur: persecutionē patimur, at nō in ea deserimur: dejicimur, at non perimus. Quotidianas mortes commemorat, eo q̄ quasi animati mortui quotidie ad mortem tradebantur: tunc ergo sermonem hunc de resurrectiōe mouit. Credimus enim, ait, quòd is qui suscitauit dominum nostrū Iesum Christū, & nos per Iesum suscitabit, & uobiscum constituet: propterea malis non succumbimus, ait, maximam in certaminibus ipsis consolationem habētes, spem futurorum. Et non dixit ad ipsos, propter quod ne succumbatis malis: sed quid ait? Pro-
C pter quod non succumbimus malis. Declarat se quoq; in continuis conflictationibus esse. Enimuero in olympicis certaminibus, athleta intra stadium certat, magister aūt ludi foris considens, sermonibus affert auxiliū, eatenusq; certantē dūtaxat iuuat, quatenus acclamationib. sermonibusq; ualet: neq; enim ulla ei lege permittitur, propius assistere & manibus illum adiuuare. At secus res habet in pietatis certaminibus. Idem enim est & athleta, & magister ludi: & idcirco non extra caueā sedet: sed ingressus ad certamina ipsa, firmat compugiles, dicens: Propter quod malis non succumbimus. Et non dixit, Propter quod malis nō succumbo, sed malis nō succūbimus, laudibus ipsos erigere uolēs. Sed quamuis homo noster externus corrumpitur, tanto tamen internus renouatur in dies singulos. Vide quanta apostoli prudētia. Admonuit primum eos ab afflictionibus, D
quas ferebant, dicens: In omnibus premimur, at non anxij reddimur. Admonuit itē à resurrectione Iesu: Nam qui suscitauit Iesum, & nos suscitabit. Nunc aliam quandā adhortandi rationem inducit. Quando quidē homines pleriq; pusillo animo sunt, & infirmi, ac miseri, & resurrectionē docti despiciūt, & ob tēporis longitudinē uacillant ac recidunt: ideo aliam illis ante resurrectionem cōstituit mercedem, ac retributionē. Et quæ nam illa? Tametsi externus homo noster corrūpitur, internus tamen innouatur in dies singulos. Externum hominem, corpus: internū, animā uocat. Et hoc ideo dicit, ut intelligas, quòd anteq̄ resurga-

mus, & antequam fruamur gloria futura, etiā nō parua hic laborū remuneratio datur, cū inter angustias ipsas anima nostra reiuuenescit, sapientior ac magis pia euadit, maiore pollet patientia, et fortior atq; cōstantior persistit. Nam sicut hi, qui in corporali certamine pugnāt, ante coronam & brabium, in meditatione & palæstra ipsa, magnā accipiūt mercedem, eo quòd corpora sua firmiora, & ualidiora exercitando faciunt, & infirmitatem omnem effugiunt: ita & nos uirtutis certamē certantes, priusquam aperiatur cœlum, priusquā filius dei adsit, priusquā retributiones nobis dentur, magnam mercedem accipimus, eo quòd anima sapientiæ fit amantior. Similiter sicut qui mare nauigarunt, & innumeras procellas tulerunt,
B multasq; hyemes perpessi sunt, et cum multis bestijs certarunt: antequā merces referunt, non paruum peregrinationis suæ lucrum reportant, eo q̄ aliquanto fidentiores sunt, ac pelagi sæuitiam minus horrent: nanq; intrepide, & uoluptate quadam transmarinas peregrinationes aggrediunt: Ita & qui in præsenti uita, propter Christum multas fert afflictiones, multaq; grauia patitur, etiam antequam regni cœlorum magnā illam retributionem assequatur, magna hic potitur fiducia: animamq; suā ita excelsam efficit, ut posthac grauia omnia quasi è sublimi deridеat. Vt aūt quod dicimus adhuc manifestius colliquescat, exemplo uti uolumus. Paulus ille exantlatis innumeris malis, nónne insignes retributiones accepit, cum irrideret tyrannos, cum furibūdos populos incitaret, cū omnes pœnas contemneret, impauidusq; & imperculsus maneret contra bestias, contra ferum, in mari, in præcipitijs, in seditionibus, in insidijs, deniq; in malis omnibus? quid huic cōferri potest? Enimuero hominem inexercitatum, & nihil mali expertum, mox, si quæ fortuito obortiuntur turbulentiæ, imò non solū res ipsæ, sed & stultæ opiniones, & rerum umbræ, pauidum reddūt & perterrent. Verum qui non omnino inexercitatus in certamen ingreditur, sed multa ante mala perpessus est, is omnibus postea superior fit, & minas contemnit. Non parua autem est hęc corona, neq; exigua merces, quòd illum nihil humanarum rerum mouere potest. Nam quæ aliis multū formidanda uidebantur, ab hoc facile contemnēbātur: & propter quæ alij tremebant, & metu obstupescebant, ea multum ridebat ipse, quia per excellentem patiētiam, angelicarum uirtutum philosophiam adeptus erat. Si enim corpus recte beatum dicimus, quod potest absq; offensa ferre frigus, & calores, & famem, & inopiam, & uiæ difficultates, ærumnasq; alias: quanto magis beatam uocare oportet animam, quæ uiriliter ac fortiter omnes omnium molestiarū ferre incursus, & per oīa seruare cor suum nulli seruituti obnoxium potest? Planè is regū est rex, & magis quàm rex. Regem enim satellites, milites, amici, & inimici, nunc insidiando, nūc aperte uim faciendo offendere possunt: huic aūt, cui animus qualem nūc dixi, neq; rex, neq; stipator, neque familiaris, neque

Universidad de Deusto
Biblioteca

amicus,neq; inimicus,neq; diabolus ipse, aliqua ex parte potuit nocere. Aut quo pacto,cum is omni studio in hoc incumbat, ne inter mala computet,quæ uulgo mala haberi solent? Talis quippe erat beatus Paulus, atque propterea dicebat:
Rom. 8 Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio uel angustia,uel persecutio, uel fames, uel nuditas,uel gladius, uel periculum? Sicut scriptũ est:
Psal. 43 Quia propter te morte conficimur tota die, reputati sumus ut oues mactationis: sed in illis omnibus egregie uincimus propter eum, qui nos dile-
2. Cor. 4 xit. Istud etiam hoc loco insinuans dicebat: Tam etsi externus homo noster corrumpitur, internus tamen renouatur in dies singulos. Infirmum fit corpus,ait,sed ualidior & potẽtior animus, quin & multo alacrior,et agilior. Et sicut miles,si gesta rit arma sese grauantia, licet alioqui strenuus sit, & in militia exercitatus, non est terrori hostibus, qui sciunt armaturæ grauitatem pedum uelocita ti & bellandi usui obesse: sin leuia acceperit,& tractabilia, sicut auis aliqua obuiũ se feret hostibus: sic & qui carnem suam non ebrietate, neq; indulgentia, neq; delicijs incrassarit:sed ieiunijs & precibus,diuturnaq; afflictionum sustinentia, leuiorem & tenuiorem effecerit: sicut uolucris aliqua superne deuolãs, ita ualido impetu in phalanges dęmonum irruit,& occurrentes uirtutes facile inuadit, sibiq; subijcit. In hunc modum & Paulus multis affectus plagis,& in uincula coniectus, & ligneis uinctus compedibus, corpus quidem habuit ualde infirmum,laboribusq; emaciatum,animam uero fortem,& inuictam: atq; adeo fortis erat uinctus, ut ad solam eius uocem fundamenta carceris commouerentur, & solutis compedibus uinctus supra pedes staturet, aperirẽturq; ianuæ clausæ. Itaq; haud paruam nobis consolationem Paulus exhibuit, quæ conceditur etiam antequã resurgamus, nempe quòd tentationibus melio-
Rom. 5 res & sapientiores reddemur: idcirco dicit, Afflictio patiẽtiam operatur, patientia probationem, probatio spem,spes uero non confunditur. Et item alius quidam dicit: Vir qui non tentatur, nõ est probatus:& qui non est probatus,nullius pensi est. Et ita non parum nobis conferunt afflictiones ante resurrectionem, cũ anima redditur probatior,sapientia & intelligẽtia præstantior, &
2. Cor. 4 omni libera formidine. Et idcirco dicit: Etiãsi externus noster homo corrumpatur, internus tamẽ renouatur in dies singulos. Effugatur enim omnis effœminatio,extinguuntur cõcupiscentiæ absurdæ, & auaritia, & inanis gloria: & in summa, interimunt omnes aliæ malæ peruersæq; cogitationes. Vt ergo anima ignauiæ socordiæq; dedita,facile huiusmodi afflictionibus est obnoxia: ita si continuis est implicita pro pietate certaminibus,nõ tantum habet otij,ut de his uel cogitet ali quando,curis uidelicet ipsam ab omnibus ad palæstræ studia auocantibus. Propterea dicebat,innouatur in dies singulos. Postea ut denuo soletur animas dolentes in malis quibus affligũtur, & aliam philosophiam nescientes erigat spe futurorũ, sic dicit: Quæ enim nũc leuis est afflictio,mire supra modum æternæ gloriæ pondus operat in nobis,dũ non spectamus ea,quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Nã quæ uidentur,temporaria sunt: quæ uero non uidẽtur,æterna. Quasi diceret,Plurima igitur et in hac uita afflictio nobis bona confert,nempe quòd animam nostram sapiẽtiorem, prudentioremq; facit, innumera tamen & futura bona conciliat: non ea quæ laboribus ex æquo rependuntur,sed multo ampliora quàm certaminibus debentur, tam secundũ qualitatem, quàm secundum quantitatem. Et ambo ista declarans, comparat & excellentiam præmiorum & periculorum,& opponit breue nunc æternitati: leuitati,pondus:afflictioni,gloriam. Afflictio enim ait, temporalis est & leuis. Relaxatio autem, imò nõ dixit afflictionis relaxatio,sed gloria, quæ relaxatione afflictionis multo est maior,utpote æterna, & continua & magna. Pondus autem hic non grumnosum & onerosum,sed magnificũ & preciosum aliquid uocat uulgari cõsuetudine, qua pretiosa grauioris esse ponderis uocare solemus. Cũ igitur dicit,pondus glorię,magnitudinem glorię dicit. Inquit igitur,Ne hoc reputes, quòd flagellaris & expelleris, sed potius cogita coronas & retributiões,quòd illæ lõgiores, maiores & clariores sint præsentibus,nullumq; finem habeant,aut terminum. Et hæc applicat ad tentationẽ, illa uero ad spem:& de his dicit,quòd apparent: de illis uero,quòd non apparent. Iam si recte sapis, inuisibilia multo magis apparent quàm uisibilia, posterisq; illa magis uidere quàm hæc: hæc em transeunt,illa aũt permanent. Eapropter addit, dicẽs: Dum nos non spectamus ea quæ uidentur,sed quę non uidentur: quę enim nõ uidẽtur,æterna. At si dixeris, quomodo possum uidere ea quæ nõ uidentur:& ea quæ præsentia sunt,nõ uidere? Age tentabo quomodo tibi horum fidem faciam,idq; à secularibus negotijs. Nam in rebus huius mũdi nemo statim aliquid agit, nisi priusquam uideat uisibilia,spectet inuisibilia. Dicam autem exemplũ. Negotiator multas fert tempestates, fluctuum insultus, naufragia, multaq; alia incommoda: uerũ non nisi cum negotiationem aliquamdiu exercuerit, & merces comportarit, diuitijs partis fruitur. Et præcedunt quidem tempestates,sequuntur autem merces:& uidet quidem pelagus ac fluctus,cũ è littore soluit,merces autem non uidentur,tantum autem sperantur. At nisi ad eam respiciat, quæ non apparet,& absens est: & non in manu,sed in spe: nunquam etiam præsentia, & quæ apparent attentabit. Similiter & agricola iungit boues,aptat aratrum, profundos facit sulcos, seminaq; spargit,& omnia quæ sibi sunt insumit,& frigora,& glacies,& imbres, & alias fert ærũnas, quamuis multas: tãdemq; post labores expectat, ut uideat campos uirentes,& impletã aream. En & hic prior est labor, posterior uero merces: & merces incerta,labor uero certus & difficilis: et illa quidem tãtum in spe,labor autem in manibus. Veruntamen & ipse nisi primum hanc spectet, quæ

quæ dubia, & non apparens, & corporeis oculis inconspicua: non solum non iunget boues,sed & neq; aratrum trahet, neq; semina sparget, neq; unquam ad id operis uel domo egredietur. Sicut igitur in rebus uitæ huius magis spectatur ad inuisibilia,quàm ad uisibilia: & anteà ferẽ labor, quàm uideatur merces, & primum difficilia quæq; sustinentur,& sic inde expectantur fructus: sicq; spes inuisibilium primum adducit,& tũc uisibilia quoque attinguntur: ad hæc,dubitare,hæsitare,& poscere mercedem ante labores, uidetur esse animi abiectioris,quàm sint agricolæ, & nautæ: non enim in hoc solo ipsis uidemur esse deteriores, ęd ægrè futura expectamus,sed etiam in alio quodã non minore illis. Et quodnam est hoc? Illi enim nõ satis fidere possunt fini suo, & incerti sunt quãtum mercedis habituri, attamen nec sic à laboribus deterrẽtur. At tu fideiussorem coronarum habes fide dignissimum,& neq; sic imitaris illorum studium, ac strenuitatem. Etenim nonnũquam agricola postquam sementem fecerit, agrum coluerit,iam segetem increscere uiderit,spe tamẽ & retributione laborum excidit,si uel grando,uel eruca,uel locustæ, uel alia quædam talia acciderint, & post multos labores uacuis manibus domum regreditur. Mercator quoq; post longam nauigationem afferens oneratã nauim, sæpe in ipso portus ostio, irruentibus uentis, impingit in scopulum,& uix nudo corpore saluato egreditur. Et in summa,in secularibus negotijs omnibus sæpe sub finem eiusmodi calamitates euenisunt. Cæterum non idem in tuis contingit certaminibus: sed necesse omnino est,ut qui certauerit,et pietatem seminauerit,multosq; labores tulerit, finem ipsum assequatur. Neque enim aeris intemperie, neque uentorum tempestate,laborũ mercedes subuerti sinit deus, sed repositæ sunt illæ in cœlestibus & indeprædabilibus thesauris. Propter hoc &
Rom. 5 Paulus dicebat: Afflictio patientiam operatur,patiẽtia probationem,probatio spem,spes non confunditur. Igitur ne dixeris futura inuisibilia,si exacte dicere uolueris. Plus enim apparẽt, quàm illa ipsa,quę in manibus sunt. Quod idipsum Paulus nobis monstrans, dicit: Illa quidẽ æterna, hæc uero temporalia. Nomine temporalium, declarat nobis corruptibilitatem ipsorum: nam antequam appareant, aufugiunt, & auolant antequã consistant,mutationesq; eorum celeri momento fiunt: infidam igitur in diuitijs, gloria, potentatu, corporis forma, & quocunq; seculari alio bono, possessionem contueri licet. Eapropter propheta reprehendens agentes in delicijs,et in diuitias, uel quamuis aliam rem temporalem insanientes, Quasi stantia,dicit,reputarunt hæc, non quasi fugientia. Nam sicut umbram nemo comprehendet,ita neq; temporales res: sed eorum aliqua fine suo consumuntur & dissoluuntur,alia ante finem uelocius quouis torrente diffluũt. Futura autem non sunt talia: mutationem enim nescíunt, uicissitudinem non patiuntur: non ea urget senectus, nullam alterationem experiuntur, sed perpetuo uigent, & in suo decore permanent. Et si de infidis,ambiguis,& non apparentibus dicendum,ea sunt præsentia. Nam apud possidentes non manent,sed quotidie dominos mutant, & ab illis ad alios transeunt,& rursum ab illis ad alios. Vbi omnia hæc à Paulo dicta, qui uocat præsentia temporaria, & futura æterna: tunc de resurrectione sermonem habet,sic dicens: Scimus quòd si terrestris nostra domus huius tabernaculi dissoluatur,domum ex deo habemus, non manufactam, æternam in cœlis. Vide iterum quàm propriè etiam hoc loco dictionibus utatur, ut uim sententiæ suæ ipsis nominibus declaret. Non enim simpliciter tabernaculum corpus uocauit, sed indicat nobis uitam hanc præsentem temporalem,& declarat quomodo commutãda sit in meliorem: quasi dicat, Quid ingemiscis & lacrymaris, dilecte, quòd uerberibus pulsaris, quòd ab hominũ cœtu expelleris, quòd in carcerem intruderis? Quid luges afflictiões illas particulares, cum perfecta corporis solutione orare debeas? imò non simpliciter corporis, sed corruptionis in corpore. Nam ut ostendat,quòd particulares illæ afflictiones non solum contristare nos non debeant,sed & lætificare: monstrat, quòd precemur & operemur uniuersalem & postremam consummationem, dissolutionem, inquam, per mortem, Sic enim dicit: Etenim in hoc ingemiscimus, desi- 2. Cor. 5
derantes ut domicilium nostrum cœlitus superinduatur. Domum autem tabernaculi, corpus dicit: rem unã duobus nominibus explicando. Vel domum tabernaculi uocat, domus in quibus habitamus, ciuitates, & figuram præsentis uitæ. Et non simpliciter dixit, scio: sed, scimus: & auditorum quoq; sententiam assumpsit, dicens: Non de rebus ambiguis disputo, non de his quæ nescíuntur, sed de his de quibus iam pridem edocti estis, credentes in resurrectionem Iesu Christi: & ob hoc tabernacula uocamus corpora eorum, qui hinc decedunt. Vide autem quomodo & uerbo apposite sit usus. Non dixit occisum est, uel dispa ruit, sed dissolutum est: quo declarauit, quod dissoluitur, ut resurgat fulgidius, ut inueniatur clarius: sicut etiam labores & præmia conferebat à qualitate, quantitate & tempore. Ita & hic facit, corpus deciduum, tabernaculi, quod autem resurgit, domus nomine uocat: & non simpliciter domum, sed æternam, sed cœlestem: excellentiam eius tam à tẽpore, quàm à loco subindicans. Hæc enim terrestris est, illa cœlestis: hæc temporalis, illa æterna. Et nunc quidem opus nostro corporis domicilio propter carnis infirmitatem, tunc uero idem & corpus erit, & domicilium: neque tecto, neque ullis uelamentis habens opus, pro omnibus his contentum sui ipsius incorruptibilitate. Postea indicando eminentiam bonorum nobis repositorum, dicit: Etenim in hoc ingemiscimus. Quibus eos ad suam philosophiam trahere uult, & suæ possessionis facere participes. Etenim in hac parte ingemiscimus, desiderantes domicilium nostrum è cœlo superindui. non dixit simpli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

citer, induí: sed, superinduí. Siquidē et induti non A
inueniamur nudi. Et licet appareat obscurū esse,
quod dictum est: fit tamē manifestius per ea quæ
subduntur. Etenim qui sumus in hoc tabernacu-
lo, ingemiscimus grauati, eo quòd nolumus exui
sed superinduí. Vide quomodo seipsum nō argu
it. neq; uocat domum hoc corpus, sed tabernacu-
lum dicit, eo quòd nolumus exui, sed superinduí.
Hic importune flagellat criminantes naturā cor-
poris, & accusantes carnem nostram. Quia enim
dixit, quod ingemiscimus, et exui nolumus: ut ne
putes quod corpus quasi malum aliquod, & cau-
sam malitiæ, inimicū, & hostem fugiat, audi quo-
modo suspicionem excludit. Primum cum dicit,
Ingemiscimus grauati, eo quod nolumus exui,
sed superinduí. Quod autem dixit hoc est, nō car B
nem uolo deponere, sed corruptionē: nō corpus
sed mortē. Aliud est corpus, aliud mors: & aliud
corpus, aliud corruptio: neq; corruptio corpus
est, & corruptibile quidem corpus est, nō autem
corruptio corpus. Nam corpus opus est dei, cor-
ruptio autem & mors à peccato inuectæ sunt. Igi
tur ait: id quod alienum est exuere uolo, nō quod
proprium. Alienum autē est, non corpus, sed cor
ruptio. Et propter hoc ait, eo ꝺ̄d nolumus exui:
hoc est, auferri corpus, sed superinduí in corpore
incorruptionem. Corpus medio se modo habet
inter corruptionem & incorruptionē. Degustat
hic corruptionem, & alibi degustat incorruptio-
nem: abijcit quod accepit à peccato, & posſidet
quod dedit dei gratia. Vt discas quod exuere, nō C
de corpore dicit, sed de corruptione & morte: au
di ex his quæ mox subijciū. Nam postquā dixit,
nolumus exui: sed superinduí: non dixit, quod ab
sorbeaī corpus ab incorporeitate, sed quid? sed
ut absorbeatur mortalitas à uita, hoc est, ut euane
scat, ut aboleatur: ita abolitionem non corporis
uocat, sed corruptionis & mortis. Adueniens e-
nim uita non corpus abolet & absumit, sed mor-
tem & corruptionē quę illud inuaserāt. Gemitus
ergo ille, non propter corpus est, sed propter cor
ruptionē & mortē, quæ illi inest. Etenim corpus
graue est & onerosum, ac molestum: non secun-
dum suam naturam, sed secundum mortalitatem,
quæ postea illi superuenit: non ut corpus, sed ut
corruptibile. Tanta enim eius est generositas, ut
dignitatem suā picturis quibusdam expresserit.
Nam apostolorum umbræ incorporeas expule- D
runt uirtutes: item cinis & puluis eorū, & amicu-
la, quæ illorum adhæserant corporibus, morbos
fugarunt, sanitatemq; contulerunt. Nihil ergo mi
hi de phlegmate, & cholera, & sudore, & sordib.
ac alijs dixeris, quæ corporis accusatores narrāt:
neq; enim ex natura corporis hæc fuerunt, sed à
posteriore corruptione inuecta sunt. Nam si, quę
sit eius natura, addiscere uoles: considera mēbro-
rum omnium formationem, figurā, operationes,
mutuamq; concordiam: & uide ciuitatem illam
optimis legibus gubernatam, non nisi sapientes
habere ciues, uidebis diligentem membrorum in
ter se administrationem. Sin sursum deorsum, obi
terq; hæc prætercurris, profecto horres solā passi
bilitatem, & corruptibilitatem, quamuis nec hic
nobis desit respōsio. Nam quod hinc humano ge
neri non solum nihil damni, sed etiam plurimum
commodi accesserit, inde colliquescit: sancti em̄
omnes in corpore uiuentes, declarārūt, quàm gu
bernarint sensus suos, nullo per eos, quantum ad
uirtutis cursum attinet, affecti incōmodo. Quin
& alij qui mediocriter uirtutem colunt, attenden
tes corporis imbecillitatem, minus in præuarica
tionibus suis progressi sunt. Cum enim homines
nonnulli etiam mortali, & patibili hoc corpuscu-
lo circundati, æquales se deo esse sibi uisi sint, &
ob hoc tanta se gloria obseruari curauerint: qua
nō stultitia decepti essent, si non passioni corrup
tioniq; obnoxiū corpus, utpote certum infirmita
tis suæ indiciū sortiti fuissent? Quia ergo corpus
obstat impietati, quę summa est malitia, et sanctis
præstat, ut animæ fortitudinem declarent: quam
ueniam consequentur hi qui ipsum accusant, &
malum clamant? Non enim talia de ipso dicēda.
Insuper et hinc nobis ad dei notitiam patet uia. Si Rom. 1
enim inuisibilia eius, quæ à conditione mundi in
facturis considerata conspiciuntur, & fides ex au
ditu est: satis manifestum, quod per oculos & au-
res manuducit̄ anima, ut agnoscat deum qui illā
fecit. Idcirco istucipsum Paulus amat & clamat, 1. Cor. 15
ac dicit: Nolo illud exuí, sed superinduí et immor
talitatem. Quo pacto autem potest resurgere cor
pus, fieriq; corruptionis immune? At cum dei po
tentia operatur, quo pacto nō eueniet? Sed quid
de deo, inquam? Teipsum fecit deus, ut resurre-
ctionis esses opifex, id quod patet in seminibus,
artibus, materijsq; metallorū. Etenim semina nisi
prius moriantur, & putrescāt, & corrumpantur,
non pariunt aristam. Sicut igitur qui uidet ibi gra
num quod corrumpitur & dissoluitur, non dubi
tat de resurrectione, sed certissimam demonstra-
tionem facit. Nam si ita maneret, & non corrum-
peretur, uel dissolueretur, certum q; nunquam re
surgeret. Sic cogita & de corpore tuo, cum uides
corruptionem, tunc potissimum de resurrectio-
ne philosophare. Nam mors nihil aliud est, quàm
plena corruptionis consumptio. Neq; em̄ mors
simpliciter corpus, sed corruptionē corporis ab-
sumit. Hoc etiam in metallorū materijs uides eue
nire. Rudem enim glebam in qua aurū, accipiunt
eius artis gnari, & in conflatoriū mittunt, faciunt
aurum circumponendo stannū & aliam materiā,
& aurum nō proferunt, donec purum excoquaī.
Iam si tantum potest ignis potentia, cur non & di
uina? dic quæso, an non multo magis potest? Et
quis mētis compos de his dubitaret? Cogita quo
modo te à principio fecit, nec erit quod de resur-
rectione ambigas. Nónne terrā accepit, & forma
uit: tametsi operosius uideaī, formari è terra car-
nem, & uenas, & cutem, & ossa, & neruos, & arte
rias, & instrumentalia, & simplicia corpora, ocu-
los, aures, nares, pedes, manus, & unicuiq; horū
tam propriam q; cōmunem inde operationem,
q; corruptibilia facta, efficere incorruptibilia?

An

An nō uides, quomodo uniformis quidem terra, A
corpus autem multiforme et uariū, nempe in ope
rationibus, coloribus, figuratione, essentijs, & a-
lijs omnibus? Dic igitur, quid ita de futuris dubi-
tas? Et quid opus est dicere de corporibus? dic mi
hi quomodo fecerit uirtutes immensas, populos
cœlestes, angelos, superioraq; his agmina, dic oro
modum quo fecit. Hic nihil dicere potes, quàm
quòd sola uoluntas ad hæc sufficerit. Cæterū qui
tot incorporeos formauit exercitus, hominis cor
pus dispersum renouare iterum, & in maiorē pro
uehere dignitatem nequit? Et quis sic insensatus
est, qui de his dubitet & resurrectionem fore insi
cias eat? Ad hæc, si non resurgit corpus, non re-
surgit homo. Homo enim non est anima sola, sed
corpus & anima. Si ergo anima sola resurget, di- B
midium animal resurget, & ita nō integrum. Sed
& de anima non propriè dicitur resurrectio. Re-
surrectio enim eius est quod cecidit, & quod dis-
solutum est. Anima autē non dissoluitur, sed cor-
2. Cor. 5 pus. Quid ergo id est, quod ait: Siquidem induti
non nudi inueniamur? Sacramentum magnū &
ineffabile nobis ibi adumbratur. Quale aūt hoc?
nempe id quod et in epistola ad Corinthios dicit:
1. Cor. 15 Omnes quidem resurgemus, unusquisq; autem
in suo ordine. Quid autem est, quod hic dicitur?
hoc uidelicet quod Græcus, & Iudæus, & hæreti
cus, & omnis homo qui uenit in hunc mundum,
in hac nostra resurrectiōe erit: et hoc est quod ma
nifestat, dicens: Omnes quidem nō dormiemus, C
omnes autē immutabimur, in atomo, in momen-
to oculi, in illa ultima tuba. Quia ergo cōmunis
est omnibus resurrectio, et pijs & impijs, et bonis
& malis hominibus, ut ne putes iniustū quoddā
fieri iudicīū, ne dicas ad teipsum, Quidnā hoc est?
ego, qui multo studio et labore et in miseria uixi,
resurgo, & Græcus, & impius, & idololatra, & q
ignorat Christū, etiā ipse resurgit, & simili hono-
re mecum fruiē. Vt ne talia dicens cōturberis, au-
di quid dicit, Siquidem induti non nudi inueniā-
mur. Et quomodo dicit, qui indutus est incorrup-
tionem & immortalitatē, ut inueniatur nudus?
Videlicet si gloria priuamur, & fiducia ad deum
destituimur. Etenim peccatorum quoq; corpora
incorruptibilia resurgunt, & immortalia: sed hic
honor fomentum & uiaticum ipsis erunt supplici- D
orū & ultionis: incorruptibilia em̄ resurgunt, ut
semper urantur. Nā cum ille ignis sit inextinguibi-
lis, opus est illis corporibus, quæ & ipsa nūquā
2. Cor. 5 consumantur. Eapropter dicit: Siquidē & induti,
non nudi inueniamur. Non enim hoc solum est
quod quæritur, ut resurgamus, & immortalitatē
induamus: sed ut cū resurrexerimus, indutiq; fue-
rimus immortalitatē, non inueniamur nudi à glo
ria, fiduciaq; erga deū, néue igni illi tradamur. &
ob hoc dicit: Siquidem & induti, non nudi inue-
niamur. Post hæc iterum side dignum de resurre-
ctione sermonē habet: & cum dixit, futurū quod
absorbeatur mortale hoc à uita, adijcit, Qui autē
nos fecit ad hoc ipsum deus à principio, propter
hoc hominem formauit dicit, ut non pereat, sed
ut ad incorruptionem pergat. Ita ut quando mor
tem permisit, hoc ipsam consilio permiserit, ut ul
tione prudētior factus homo & melior, possit de
nuo ad immortalitatē reduci. Ratū atq; firmum
hoc consilium, & hæc sententia ab initio apud de
um, atque hac ratione primum hominem forma-
uit, idq; statim nobis ex prooemijs ipsis declara-
uit. Nisi enim uoluisset nobis resurrectionis ia-
nuas aperire, non permisisset Abelem omni uir-
tute præditum, factumq; sibi amicum, quæ passus
est pati. Nunc autē nobis demonstratū est, quòd
ad aliam uitam pergimus, et aliud quoddam secu
lum iustis relictum est, in quo coronas & retribu-
tiones sibi repositas accipiant. Hinc est quod per
mittit, ut is qui primum hic iuste uixit, laborū suo
rum mercedes hic non accipiat: sed hinc abiens,
clamet per ea quæ hic passus est, & ad omnes di-
cat: Post hanc uitam est retributio aliqua, & mer-
ces, & remuneratio. Propterea etiā Enoch trāstu-
lit, & Eliam rapuit, docens per eos resurrectionis
materiam: Et sufficit ad argumentorum copiam
sola conditoris potentia: at si quis est infirmior, et
aliam insuper demonstrationem habere uult, &
pignus futuræ resurrectionis, etiam idipsum no-
bis deus magna liberalitate dedit, spiritus scilicet
gratiā. Quocirca cū Paulus de resurrectione ser-
monem habuisset fidelissimum, de Christi resurre
ctione, eo quòd deus eius autor esset, adducit &
hoc tertium: Et arrabonem uobis dedit, non au-
rī nec argenti, sed arrabonem spiritus. Arrabon
autem pars est totius, & de toto fides. Nam sicut
in conuiuijs, qui acceperit arrabonem, fidem ha-
bet, & securus est de toto reliquo: ita & tu cum ac
ceperis arrabonem spiritus, dona inquam, non iā
dubitare debes de cæteris bonis tibi repositis.
Qui enim excitauit mortuos, curauit cæcos, dæ-
mones expulit, leprosos mundauit, morbos emē
dauit, mortem soluit, & tanta ac talia potens est fa
cere, et tu incredulus es, tu in fragili et mortali cor
pore, quam assequeris ueniam, de resurrectione
dubitans? Si enim cum nondum resurrectionis
tempus aduenit, sed cum adhuc certatur, tantas
reddidit tibi coronas deus: cogita, quanta suo tē-
pore bonorū brauia daturus sit. At si quis dicat,
sed non uidemus hæc signa nunc fieri, neq; nobis
tanta uirtus cōcredita est: illud respōderim quòd
nihil differt, siue nunc, siue olim hęc facta sint. Nā
quæ prius ab apostolis sunt facta, testantur per
omnem orbem ecclesiæ, & populi, & ciuitates, et
gentes, ad quas idiotæ piscatores peruenerunt.
Neque enim toti orbi præualuissent illiterati, &
inopes, & pauperes, & uiles, nisi miraculis adiuti.
Verum nec tu gratiæ spiritus factus es expers. E-
tiamnum multa sunt donatiōis illius symbola, at-
que his quæ enumerata multo maiora, & magis
admiranda. Non enim æquale est, corpus mor-
tuum & animam à peccatis occisam ab interitu li
berare, quod per baptismum fit. Non æquale est
pellere morbum carnis, & abijcere pondus ani-
mæ. Non est æquale oculum cæcatū restituere, &
animam obtenebratam illustrare. Nisi enim esset

Universidad de Deusto
Biblioteca

arrabon spiritus & nunc, neq; baptisma adhibitum esset, neq; peccatorũ remissio, neq; iustitia & sanctificatio facta esset, neq; adoptionẽ filiorũ dei accepissemus, neq; percepissemus mysteria. Corpus enim & sanguis mysticus non fiunt absq; spiritus gratia. Neq; sacerdotes habuissemus, neque has ordinationes sine tali usitatione fieri possibile. Sed multa possemus dicere gratiæ spiritus symbola, et quòd etiam tu spiritus arrabonem habes, & mortẽ animæ pellis, cæcitatem q; cogitationũ, et uitę exuis immundiciem. Ne igitur dubitemus de futuris, præsertim cum talia acceperimus pignora, sed undequaq; de resurrectiõe sermonem solidum colligentes, uitã tãtis dogmatis dignam exhibeamus, ut & assequamur hic bona incorruptibilia, quæ sermonem ac mentẽ humanam transcendunt. Quę omnibus concedat, gratia & misericordia sua dominus noster Iesus Christus, per quem, & cum quo patri sit gloria, &c.

A

B

DE RESVRRECTIONE, SERMO II.

DE resurrectione domini nostri Iesu Christi, quantum ualemus lingua humillima uestræ dilectiõi narrabimus. Deponentes lugubre mœroris pallium, accipiamus lætitię indumentũ, cum de resurgentis uita gaudemus. Testantur elementa rediuiua, quæ erant funereo tegmine iam sepulta. Ad exequias domini relictis cursibus suis obsequio famulante migrauerant, nunc nobiscum lætantur, quia nobiscum resurrexisse dominum profitentur. Propter laborem uigiliarũ breui sermone percurrimus euangelium. Maria festinat ad tumulum. Maria, non mater domini, quæ uirgo genuit, & post partum uirgo permãsit, sed aliam Mariã nominamus, quæ fugientibus apostolis, ad sepulchrũ domini sola peruenit. Apparuit ei saluator rediens ab inferis, uictor, de diabolo triumphator. Lugete animæ miserorum, quæ non meruistis post tartari carcerem superos reuidere. Apparuit ergo mulieri. Oportuit enim obuiari sponsam sponso, ecclesiam Christo, redemptori captiuam, domino famulam, creaturam creatori. Adhuc illa carnis nebula caligabat, & hebetẽ corporis cæcitatem gerebat in mente, ut non agnosceret quem nouerat, non aspiceret quem uidebat, non crederet, cui crediderat. Mox reddita est sanitas mentis, fugatæ sunt tenebræ falsitatis. Vade, inquit, dic fratribus meis. Non dixit, dic erratibus, dic fugitiuis, dic latentibus, dic negãtibus, sed dic, inquit, fratribus meis. Plures nanq; Mariasfratres charissimi fuisse, quis ambigat, quæ pro qualitate meritorum post resurrectionem dominũ meruerũt uidere? Vna deniq; cũ unguẽto prima sabbati, alia sine unguento uespere sabbati uenisse ad sepulchrum domini designãtur. Sed hæc admittitur pedes domini tenere: illa tangere prohibetur. Hæc discipulis nunciauit dominum resurrexisse. Illa existimans furto sublatum esse congemuit. Illi in gloria sua Christus occurrit, hæc adhuc dominum cum mortuis quærit. Nec immerito tangere prohibetur, quæ uiuentem cum mortuis requirebat. O admirabilis bonitas saluatoris: appellat fratres, quos nouerat negatores. Perrexit mulier, nunciat apostolis dominum resurrexisse. Soluite captiui uincula tarditatis, redite ad dominum, redite ad magistrum: quia mulier nunciat, non uideatur indecorum. Thomas unus de discipulis ambiguæ mentis incredulus, de resurrectione dubius, & penè perfidiæ laqueo suffocatus, aspicit Christum corpore uestitum, quod fuerat passione nudatum. Ipse ex integris genitalibus uirginis, membra infantis eduxit, qui clausis ianuis iuuenem introduxit. Expauit Apostolus culpam suam, et confessionis pœnitentiam publicauit. Veni, inquit dominus, tange uestigia uulnerum meorum, festina curiose, festina perfide, ut uulnera tua uulneribus sanentur: & mens tua sauciata perfidię iaculis, indulgentiæ medicamento curetur. Thomas reus, à quo fuerat dominus offensus, prostratus pedibus saluatoris, lamentabiles gemitus fudit: Dominus meus, ait, & deus meus. Sed & mitissimus Christus confitentem non contempsit: nolo, inquit, sis incredulus, sed fidelis. Bona est pœnitentia fratres, si tarda non fuerit: & si fuerit sera, in opere uideatur esse perfecta. Facilius cognoscimus ueniã creatoris, quàm pœnitentiam peccatoris.

C

D

Ioan. 20

DE RESVRRECTIONE, SERMO III.

POst custodias fæuas & uincula dura, post illusiones & uerbera, post aceti & fellis pocula mixta, post supplicia crucis & uulnera, postremo post ipsam mortem & inferos: surrexit de suo funere caro noua, rediuiua phœnicis, quam ultimus sol & cinnama coxerant pietatis. Redit ab occiduo orbe latens uita, & in monte salus seruata resurgit, pulchrior reditura post funus. Quid cœnam illam liberalem commemorem, ubi tingebat discipulus mendax digitum? Edebat cum pane eędem, & sordebat cum sanguine potionem. O crudele proditoris conuiuium, rogo, quibus oculis aspiciet, quem sub dente premebat? Parricida pariter & conuiua uendidit argento dominum, fecit de magistro ferale commercium. Accepit aurum, & perdidit deum: Ipse autem Iudas inter epulas carnifex, inter nectareos cibos amarus uipereum cruentat animam, & cęcum alit sub pectore uulnus. Accepit mox à Christo buccellam, quam male sibi conscia mens ferre non potuit. Cucurrit ad Iudæos. Pensat in precio mortem suam, qui dum alienum sanguinem uendit, proprio laqueo disperijt. Ecce traditur Christus, ducitur, ecce flagellatur, suspenditur. Quid tibi profuit ô Iuda, ut mortem alienam tuo sanguine mercareris? Christus rediuit ab inferis, & tu in pœna torqueris. Illi nihil nocuisti, tu uero corpus simul & animam perdidisti. Cur Iudæa ferox, quem occideres, comparasti? Si seruares tibi quod emeras, non perderes quod habebas. Tollis de innocente consilium, ducis sicut

sicut ouem ad gladium, cruentas membra, diuidis uestimenta. Quid lucri inuenisti, quia sic sęuisti? Ecce Christus ex Oceano mortis, tanq; roseum iubar ascendit, & super te funerea caligo permãsit. Aspice solem nostrũ radiare. Vbi est quod dudum figebas in cruce? Spinas etiã capiti eius, & coronã de uepribus texuisti, acetũ quoq; amaro felle propinasti commixtum. Ille tamen accepit, nõ quod biberet, sed quod potius reprobaret: deniq; gustauit merũ tuum, & amputauit fructũ tuum. Ego, inquit, plantaui te uineã fructiferã totam. Quomodo cõuersa es in amaritudinem uitis alienæ? Sustinui, ut faceret uuas, fecit aũt spinas. Ruit subito nox medio die, & mortẽ domini omnis creatura, ne uideret, effugit. Texit faciẽ suam lugubri nube omne cœlũ, & totus orbis tenebris obuolutus occultauit uultũ suũ ne uideret in cruce dominum suum. Elementa ipsa turbãtur & rugiunt, saxa rumpuntur, sepulchra patescunt, mortui reuiuiscunt. Factũ est in terra chaos, timet omnis natura periculũ, & ludæa perficit parricidiũ. Vnus erat latro & corpore & mente proximus, alter alteri quidẽ uicinus, sed multum corde diuisus. Pendebat Christus in medio, & tanq; rex fulgebat in throno. Confitebaꝰ unus & honorificabat, alter incredulus blasphemabat. Iudex modò dictat uni sententiã, alteri porrigit indulgentiam. O mira rerũ conuersio, latro credit, & ludæa fremit. Fecit latro de cruce impetũ, et intrauit paradisum rhomphæa flammea circundatũ: Iudæa uero amisit lumen, quando perdidit Solẽ, sicut scriptũ est: Supercecidit ignis, et nõ uiderunt Solẽ. O uio lentũ latronẽ, ô artificiosæ effractiõis uim. Ipsum clauiculariũ tenuit, & per ipsum ad paradisi interiora peruenit. Ecce surrexit hodie Christus, & post supplicia multa illæso corpore coruscauit. Non eum umbrosa uorago, non ærea claustra, nõ indomabilis mors morte oppressit. Diræ cessere formæ, imperium q; omne succubuit. Non ibi præsente Christo ultrices flammæ, non sæua supplicia resonabãt. Gemitus ille tristis, omnisq; luctuosus clãgor obstupuit: captiuorũ dirupta sunt uincula: nox ipsa, infernusq; resplenduit. Vomuerũt anfractus cauernarũ captiuos, & animas lapsorũ iam tenues antra cæca de suis custodijs laxauerũt. Ceciderũt ferales illæ cruentæ manus, atq; rubiginosi tortores uiso domino tremuerũt. Cœperunt sentire quod fecerant, & suis se pœnis carnificina torquebat. Mox resolutos populos reducit Christus in lucem, alloquitur saucios, reficit fatigatos: O mea quondã, inquit, creatura, ô opificiũ meum: num te ea sorte condideram, ut in has plagas & in hæc exitia peruenires? Paradisum tibi parauerã, non infernũ. Delicias præparaui, uitãq; beatum, non mortem, constitui. Ecce quo te perduxi, & huc me descendere compulisti, ut paululum de maiestate humilis ad hunc carcerem hucusq; uenirem. Dum ergo te de his tenebris & tormentis liberarẽ, iudicem me esse tua culpa fecit: ut te ita derelinquerẽ, necessitas delicti tui cõpulit. Quid agerẽ iustus, nisi damnareꝰ iniustus? Si te per potentiã eriperẽ, iustitiam uticq; amisissem. Coactus sum amore tui pugnare cum aduersario tuo. Sustinui angustias uteri uirginalis, accepi sortem tuam, auspicatus sum infantiam, sacui in præsepio: fleui, dormiui, creui, esuriẽ sitimq; sustinui. Quæ fuit, rogo tanta cupiditas pomi, ut meorum præceptorum obliti, inter ipsa primordia perire tis? Debui quidem ingratos æternis donare supplicijs: sed fateor, uicit me pietas. Non angelũ misi, sed ego ipse propter te descẽdi. Permisi me occidi, et sic ad istos inferos ueni. Exite nunc uincti, exurgite miseri, respirate captiui. Ecce uobis signo ta lux fulgeo, ecce rores infundo, ecce nodos omnes catenasq; dirũpo. Ecce tartareasq; sedes, noctemq; profũdam, fœtidumq; chaos exterminio. Sufficiant exactę pœnæ. Fouebit uos semper mansuetudo mea, cum in cœlo fuerit caro mea.

Esa. 5

A

B

C

D

DE RESVRRECTIONE, SERMO IIII.

DOmini resurrectio induxit mundo lætitiam. Quanto fulget in aspectu, tanto feruet in affectu. Vetus homo migrauit, nouus aduenit. Præuaricatio Adæ confusa est, cũ nobis gratia Christi donata est. Dudum catena erroris trahebat animas miserorum, nunc charitatis uinculum redẽptos ducit ad cœlũ. Erubuit diabolus in furoribus suis. Christus occiditur, & mũdus ab erroribus liberaꝰ. Christus resurgit, & hostis euanuit. Miracula uirtutũ apparuerũt, ut homines perfidi confunderenꝰ, & ut perditi redimerenꝰ. Quantũ mœret luctibus synagoga ludæorũ, tantũ iucundatur ecclesia Christianorum: Triumphemus in Christo, qui nobis donauit misericordiæ medicinam, dum per lignũ tribuit trophæa gloriosa. Iudas uendidit dominũ suum, Petrus negauit magistrũ, latro confiteꝰ Christũ: Iudas desperauit, Petrus titubauit, latro paradisum meruit. Inter tradi torẽ, mercatorẽq; sanguinis Christi, & negatorẽ magistri, & cõfessionẽ latronis, signaculũ meruimus redemptoris. Sufficiãt charitati uestræ, quæ pro eruditionibus animarũ dedit dominus deus.

DE RESVRRECTIONE, SERMO V.

FRatres, quàm pretiosa & grata hodie ecclesia nobis inclaruit: et totius anni diebus alacrior dies hodierna refulsit, non de usitatis Solis curriculis illuminata præclarius, sed de lumine agni resurgentis illustrata sublimius. Hodie enim sol iustitiæ Christus ascendit euangelizatis sanctorũ animis, ab inferis eleuans secũ corpora sanctorum tanq; chorus syderũ spiritualium. Enituit Hierusalem, in qua uisi sunt resurgentes: enitescit ecclesia, in qua præfulgent renascẽtes. Et illi testes, & isti testes. Solis resurgẽtis illi testes, Solis in aqua & spiritu baptizãtis isti testes. Et ideo pulsemus citharam Dauid, canentis: Hic est dies, quem fecit dominus, exultemus & iucũdemur in eo. Contẽplemur hunc diem, qualem noctem habuerit genitricẽ. Nox planè hæc cœlum luminaribus

Psal. 57

Psal. 117

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus imitatur, imò uero hac ipsa nocte cœlum terra collætatur. Nox bonæ parturitionis, nox sanctæ regenerationis, geminũ noctis huius uideo uterum: quia & geminũ agnosco partũ. Commouit tunc nox ista uterũ parturiendo corpora resurgentium: cõmouet nunc uuluam suam renouando animas innocẽtiũ, nox de qua dicitur: Et nox Psal. 138 tanq̃ dies illuminabitur. Ab ipsa est dies, quẽ fecit dominus, dies dominicus. Alij diem panis, alij dicunt diem lucis. De hac tripartita diei nuncupatione, producamus gaudiorum tubę clangorem. Dies dominicus, dies, inquam, regalis, in quo imperator ascẽdit ab inferis. Hesterno die agonizabamus tanq̃ sperantes regẽ, hodie lętemur suscipiẽtes imperatorẽ. Et ideo hesternus dies nõ fuit ieiunationis, sed expectatiõis. Nunc̃ aliquis sensit ieiunij laborẽ, sed omnes tanq̃ sibi parabãt læti refectionem. Quemadmodũ si iudex speratur ad patriã rediturus, nónne totius ordinis uiri principes ciuitatis, dum meditantur cantica in occursum iudicis uenientis, longius per momenta portis procedunt: & dum sperant, ieiunant: dum ieiunant, refectionẽ parãt: Sic hesterno, ueluti in expectatiõe iudicis salutaris, agonizabamur parando, sed delectabamur ieiunando. Suscepimus regem, & reficimur per gratiam salutarem. Et recte dies dicitur panis, quia in eo nouimus panem resurrectiõis cœlestis. Hodie enim processit panis in ueritate, qui sicut crystallum mittebatur de nubibus prophetiæ. Clamat emi Dauid in uoce Psal
Psal. 147 mi, dicẽs: Qui emittit crystallum suã, sicut frusta panis. De ore emi prophetarũ, tanq̃ de nubibus sanctis descendebãt niues, descẽdebat ros in uellus, quasi in crystallũ spiritualem: ut per frusta panis consumptæ prophetię, integrũ sacramẽti confiterent panem. Splendebat elapsa crystallus de ore prophetantiũ, et salutare panificabatur nobis uerbũ crystallica prophetiæ fermentatione firmatum. Destitit iam crystallus prophetiæ, quia paratum nos gustauimus panem. Et gustãdo ipsum panẽ, nõ sicut Adam uidimus propriã nuditatẽ, quando nuditas nostra tecta est per huius diei claritatẽ. Et recte dies dicitur lucis, in quo fugerunt tenebræ cæcitatis. Exclamauerunt qui erãt in tenebris, quia lumen uiderunt magnũ: & qui erant in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Lętetur D terra, quia uidit nouam lucem. Lætentur angeli, quia donauit dominus peccatoribus claritatem. Contremuerũt inferi, insolitum sustinendo splendorem: sicq̃ incuruatũ est omne genu Christo domino cœlestiũ, & terrestriũ, & infernorũ. Omnia ergo nobiscum hodie cõtriumphant. Angelorũ apparitio festa nobiscũ solennia concelebrat. Archangeli, throni, uirtutes, dominationes, cherubin, & seraphin lætitiæ choros ducunt, dum nos tractamus Paschæ mysteriũ. Imitemur hodie angelos splendore non uestium, sed canticorũ. Ideo & nos cantemus cantilenã, cantantes cantica cœlestia, quæ humana adhuc cantare non potest lingua. Ideo lætentur cœli, & exultet terra. Exultemus domino, sed in tremore, non remissa securita-

A te: quia & beatus Ioannes præcursor exultauit in utero matris, sed qui uinũ non bibit, præcepto angeli Gabrielis. Nos aũt quia infirmi sumus, sobriè bibamus, modum non excedamus, ut lætitia nostra cum moderatiõe nullam sentiat corporis tẽpestatem: sed per sobrietatis serenitatem, portum intremus salutarem. Accepimus ieiuniorum palmam: Festiuitatis non amittamus uictoriã: quam nobis tribuat dominus Iesus Christus adiuuãdo, qui uicit in nobis patiẽdo: ut digno carmine triũphemus cantãtes, Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est inferne uictoria tua, quia captiuata est captiuitas tua? Omnes canamus halleluia: & idcirco propter diei lætitiam, conuertamur ad Christi clementiam.

B

DE RESVRRECTIONE, SERMO VI.

MAria ueniẽs ad Christi domini monumentũ, appellat dominum hortulanum: quia infantũ plantaria floruerunt. Ecce lilia renatorũ ornant altare dominicũ, cãdidis turbis gaudiorum: ecce lilia noua de fonte plantata, quia isti sunt qui lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni, qui tollit peccata mũdi. Ecce surrexit caro Christi, & flos campi de scrobe sepulchri: & apparuit in horto liliũ conualliũ, cum ad sepulchri nouam scrobem gaudiorum nuncij descendunt angelorum. Venit Maria sepulturæ portans aromata, & inuenit in sepulchro suauia resurrectionis unguenta, non ut ungeret corpus dominicũ, sed ut chrismate perfunderet capita renatorum. Venit ad monumentum, æstimat clausum, & inuenit ad ianuam sepulchri uela penden Ioan. 20
tia linteorum. Dicunt ei angeli, Mulier, quid plo ras? quẽ quęris? Iesum quæris intra petrã, qui iam confregit mortis gehennã? Quid quæris Maria, plantatã uitẽ ueram? Ecce de palmitibus mortuorum, parat tibi in horto renouata uindemia. Nõ audiuisti prophetã dicentẽ: Filij tui sicut nouellæ Psal. 127
oliuarũ? Ecce sunt circa altare dominicũ infantes per mediũ florescentes aquarũ: quia isti desiderauerunt, sicut ceruus ad fontes aquarũ. Quid est ergo Maria? Quem quæris: Non est hic. Surrexit enim, sicut dixerat uobis: uide, aspice linteamina, nil est quod terreat. Linteamina emi Christi, sepultura est peccati tui: unde extergas lacrymas luctus tui, & sudorem refrigeres desiderij tui. Videbis in paradiso, quẽ quæris in monumento, accessit, recessit, profecit: quẽ quærebat inuenit. Aspicit & æstimat hortulanũ: quia uere ab ipso suscepit noua plantaria renatorũ. Domine, inquit, requiro à te edoce me. Et si æstimo hortulanũ, non facio calumniã, dum requiro uitã meam. Si tu sustulisti dominum meum, indica ubi posuisti eum. Nunquid uidisti quem dilexit anima mea? Si tu
Ioan. 1
es fur corporis domini mei, esto cõsolator luctus mei. Si tulisti eum, partiamur simul: & de te & de me gaudebit genus humanũ. Si tulisti, non auaritia appetisti, sed misericordiã dilexisti. Tantũ per te ostende locũ, ego paro humeros meos, & tollo tecum

lo tecum. Stat hortulanus, & tacet. O uere hortu- A
lanus dominus Christus, qui leuauit plantaria de gehẽna, quæ antiqua obruerat sepultura. O uere hortulanus, qui eradicauit mortem, et introduxit secum ad paradisum latronẽ. O hortulanus, uilis quidem specie, sed dulcis in uoce. Iam simplex est horti ianua: nulla ibi de terrore custodia, ideo libenter interrogat secura Maria. Suspicor, inquit, quia ludæi tulerũt dominũ meũ, & nescio ubi posuerũt eum: sed quia te uideo, te interrogo, à te discere desidero quod requiro. Et dominus Mariæ dat uocẽ, & indicat ueritatẽ. Labia iusti distillant melle, & obumbrant unguẽta Mariæ. Quæ cum meliorem accepisset odorẽ, exclamauit in uoce, Rabboni: quod interpretat, magister. Et adorauit eũ: & fundens lacrymas, & quærẽs tenere genua eius, dicit ad eã Iesus: Noli me tãgere, nondũ B
ascẽdi ad patrẽ meum: hoc est, iam fide uiuis, spiritus te uiuificat. Resurgit Christus à mortuis, credi debet, nõ tangi. Qui eius desiderãt tenere genua, accedãt ad eius altaria. Noli me tãgere, nec dum emi ascẽdi ad patrẽ meũ. Et illa dixit, Domine, quare non mihi permittis ut te tangã: uel fimbriã uestimentorũ tuorũ ego non debeo tãgere, quã tangebãt ægroti, et sanabant? Tu in ligno pendisti, & in sepulchro iacuisti, tu paradisum reseras ti. Admitte me ad hortũ deliciarum tuarũ. Sanasti Heuã, exhilara Mariã: ostẽde mihi uitã tuã, lætifica me de uindemia tua. Et dominus, Vade, inquit, ad palmites meos apostolos, ut occurrant in Galilæã: & ibi tibi apparebit plena uindemia. Ecce igiť de Christo resurgẽte, et de sarmẽtis apo C
stolicis triumphauit Galilæa. Ecce de domino & infantibus tanquam de uite, & palmitibus, hodie lætatur nostra mater catholica ecclesia.

DE RESVRRECTIONE, SERMO VII.

ICet omes solennitates, dilectissimi, quæ in ecclesiis pro dei honore celebrãtur, sanctæ sint atq̃ uenerabiles, tamen hodierna dominicæ resurrectiõis dies, peculiarem festiuitatem habet. Ideo utiq̃ quia omnes alij dies uiuentium in se tantum continent gaudium: hæc etiam lætitiam defunctorum. Communis est ergo infernis simul ac supernis ista festiuitas: quia resurgens dominus à mortuis, & illic festiuitatẽ dedit, ubi mortem uicit: & isthic ubi uictor à morte remeauit. Et
Psal. 117 ideo bene Psalmista loquitur de hac peculiariter die, dicẽs: Hic est dies quem fecit dominus, exultemus & lætemur in eo. Prænunciãs enim Dominicam resurrectionem, non supernis tantũ, sed & infernis, diem salutiferæ exultationis indixit. Descẽdente in tenebrosam inferorum caliginem domino, etiã illic tunc absq̃ dubio dies splendidissimus fuit: ubi saluator illuxit. Vnde pulchrè euã-
Ioan. 1 gelista, qui modo lectus est, Et lux, inquit, in tenebris lucet: & tenebræ eam non cõprehenderunt. Quia licet in tenebras dominus descenderit, tenebrarum tamen obscura non sensit. Tenuit in illo noctis horrore inuiolabilem maiestatis suæ splen-

D

dorem: luxit sempiternæ naturæ splendore, ac sic non lux à nocte, sed nox à luce superata est. Lætemur ergo dilectissimi & exultemus in domino: hodie enim nobis data est à domino lux salutis secundũ illud, quod idẽ Psalmista in cõsequẽtibus ait: Deus dominus et illuxit nobis. Et quid adhuc Psal. 117
addidit: Constituite, inquit, diem solennem in cõ frequentationibus, usque ad cornu altaris. Completũ etiam hoc hodie in ecclesia dei uideo. Nam cum usq̃ ad cornu altaris omnia religiosis cõuentibus plena sint: ipsam scripturam sanctæ ecclesię plenitudo compleuit. Dies ergo hic dilecti, dies est resurrectionis & uitę. Reddit eum per quadragesimam gratiorẽ delectabiliorem fidei gratulatio: qua ad tristitiam reorum iuncti sunt dies remissionum: ut patientiam utique statim remuneratio consequatur, secundum illud: Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. Quicunq̃ ergo seminastis in lacrymis, capite præmia exultationis. Sciat se unusquisq̃, quo maiora seminauit semina fletuum, maiores fructus capere gaudiorum. Species ergo futurarum beatitudinũ iam in præsentibus continetur. Sicut enim nunc est relaxatio post districtionẽ, sic in futuro erit requies post laborem. Vnde obsecro dilectissimi, cum uniuersam ecclesiam, præcipue tamẽ uos, qui in nouam salutem regenerati candida indumenta sumpsistis, ut munus quod accepistis, purum immaculatumq̃ teneatis: ut nitorem uestri habitus etiam in conuersatione seruetis: tam cãdida sint corda uestra, quam uestimenta uestra. Audistis euangelistam dicentem hodie, quòd quicunq̃ in deũ credunt, hi filij sunt dei. Dedit enim, inquit, filios dei Ioan. 1
fieri, his qui non ex sanguinibus, neq̃ ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. Ergo & uos non estis nunc ex carnis conceptu editi, sed ex deo patre generati. Superest utcõ seruetis sanctæ uitæ conuersationẽ, sanctæ regenerationis dignitatẽ, & uere iuxta id quod Apo-
1. Pet. 2 stolus ait: Sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite: ut in eo crescatis in salutem. Et pax dei quæ superat omnem sensum, Philip. 4
custodiat corda et corpora uestra, per dominũ nostrum Iesum Christũ, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

DE RESVRRECTIONE, SERMO VIII.

PAschalis solennitas, dilectissimi, hodierna die festiuitate concluditur: & ideo hodie etiam neophytorum habitus commutatur, ita tamen ut candor qui de habitu deponitur semper in corde teneatur, in qua quidem re obtinenda primùm id nobis iam nunc agendum est dilectissimi: ut quia quinquagesimæ dies sunt, id est indulgentiæ & remissionis, ita nobis sanctorum dierum festiuitas agatur, ut relaxatione corporum, puritas non corrumpatur animorũ: sed potius abstinentes ab omni luxu, ebrietate, lasciuia, dantes operam sobriæ remissioni, ac sanctæ synceritati, id efficere tẽtemus: ut quicquid non adipiscimur, mentium purita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

puritate quæramus: & sane debemus hoc non uti A
litati tantum nostræ & saluti, sed etiam festiuitati
ipsi ac tempori. His enim diebus dominus post re
surrectionem uidendum se apostolis suis, tenen-
dum, amplectendum, perfruendumq; concesit.
Vnde cum solennitas quinquagesimæ & ex eo
constet quòd nunc dominus cum discipulis præ-
sens fuit: scire nos conuenit, quòd ita demum nos
uere solennes sumus, si solennitate sic utimur, ut
præsentem deũ habere mereamur. Quæris forte
unde id fieri, aut quomodo possit, ut deus presens
sit: neq; te admiratio rei huius ac magnitudo de-
terreat: actus tantum nostros & conscientias co-
gitate: nam res hæc in sola uitæ probitate cõsistit.
Scitote, quòd si uos presentię dei iam dignos red
ditis, præsentem deum iam habere cœpistis. Inuo
cantes se deus sequitur, et trahit, & non repugnat. B
Sanctos diligit, flagitiosos fugit. Nemo de possi-
bilitate rei huius cõqueratur. Is enim præsentem
dominũ nõ habet, qui dominum abesse cõpellit.
Nemo absentiam Christi sustinet, nisi qui præsen
tiam non requirit. Multi sequi putãt, sed aliud est
uere quærere, aliud præsumptionem habere quæ
rentis. Nonnulli enim ex fratrum nostrorum nu-
mero dilectissimi, festiuos se esse dubitant, nisi gu
læ, nisi uentri, nisi luxuriæ satis fecerint. Dicendũ
nobis cum libertate est: Non est hoc fratres festi-
uitatẽ colere dei, sed coinquinare. Vultis ergo sci
re quid sit hominem festiuum esse? Imitamini in
aliquo illos, qui primi hac festiuitate usi sunt, dico
sanctos dei: quorum semper fuerunt, ut legimus,
dies sobrij, noctes pudicæ, sanctæ uigiliæ, sopor C
castus, actus probi, conuersatio honesta, uita sibi
ex omni parte consentiens: neq; illos sequamur,
Philip.3 quorum, ut Apostolus ait, finis est interitus: quo-
rum deus uenter est, & gloria in confusione ipso-
rum, qui terrena sapiunt. Hi enim dilectissimi di-
uinis solennitatibus non intersunt. His sacræ diei
festa non sapiunt. Quamuis enim præsens esse ui-
deatur, re tamen abest, qui conuersatione disiun-
ctus est. Horũ lætitia dilectissimi lacrymabilis:
horum exultatio luctuosa, non placans dominũ,
sed exacerbans: quia quamlibet quis solẽnitatem
pro honore diuino celebrare se credat, festiuitatẽ
dei quòd in probris agit, iniuria est. Vultis scire
me uerum dicere, audite de hoc loquentẽ deum: D
Esa.1 Si attuleritis, inquit, similaginem, uanum est: in-
censum abominatio est mihi. Neomenias uestras
& sabbata uestra odit anima mea. O infelix, misé-
randaq; perditio. Et qua tandẽ alia re placere deo
potuerũt, cum ipsi diuini cultus latria displiceãt?
Quæ ergo his propiciandi reatus spes est: quibus
propiciatio ipsa uertitur in reatum? Videtis ergo
fratres quantum sit inter ueram falsamq; festiuita
tem discriminis. Aliud siquidem honor, aliud cõ-
tumelia. Aliud placere deo, aliud offẽdere. Si uul-
tis ergo uera solennitate uti, si ueris gaudijs frui,
Philip.4 gaudete, ut Apostolus ait. Sed gaudete in domi-
no semper. Sicut enim quædam, ut scitis, sunt tur-
pia gaudia: ita qui in domino uult gaudere, flagi-
Eph.5 tiosa oportet gaudia non requirat. Et nolite, in-
quit Apostolus, inebriari uino, in quo est luxuria:
sed impleamini spiritu sancto, loquentes uobis-
ipsis, in hymnis & cãticis spiritualibus, cantantes
& psallentes in cordibus uestris domino. Hæc est
firma mentiũ lætitia, & uera. Hæc exultatio san-
cta, hæc deo digna festiuitas. Sic plane solennes si
mus: sic in aliqua apostolorũ similitudine festa ce
lebremus. Sic etiam illud apostolicũ munus asse-
quamur, ut præsentem deum habere mereamur.

DE RESVRRECTIONE, SERMO IX.

POst dies octo iterum erant discipuli
eius intus, & Thomas ille, qui tunc
cum eis non fuerat, quando gauisi
sunt discipuli uiso domino: & qui re
ferẽtibus postea discipulis dixerat,
nisi uidero fixuram clauorum, & mittam digitum
meum in latus eius, non credam.] Hoc ergo ho-
die, id est, octauo post resurrectionem die, cum di
scipulis reliquis posito, uenit Iesus, ianuis clausis.
Sic oportuit uenire, ubi cor incredulitate clau-
sum erat, fidei luce reserandum. Non immerito er
go etiam octauus dies pari aut pene pari deuotio
ne celebratur: qua ille celebratus est, à quo octa-
uus iste numeratus. In illo enim resurrectio acta,
in hoc confirmata est, nec minus lata atque tene-
brosa hic incredulitatis ianua, quàm illic in ferni Ioan. 20
porta perrumpitur. Venit ergo, inquit, Iesus, ia-
nuis clausis. Est quod nos quoq; cum Thoma du
bitemus, nisi facta respiciamus autoris. Sed si de-
um esse, de quo loquimur, cogitemus: cui nihil in
uium, cui humanum quoque pectus peruium cõ
fitemur: cuius hoc idem corpus clausis ostijs in ip-
sa statim salutatione, Pax uobis, cõspicuum spe-
ctabatur discipulis: hæc si indubia fide credimus,
ab omni quæstionis scrupulo liberamur. Hãc er-
go nobis fidem afferat, hanc à nobis reposcat, hãc
in nobis inueniat, hanc relinquat. Deinde dicit
Thomæ: Infer digitum tuum huc, & uide manus
meas & affer manum tuam, & mitte in latus me-
um, & noli esse incredulus sed fidelis.] Non est
meum, meos ludificare phantasmate, uanam ima
ginem uisus si timet, ueritatem corporis manus
& digitus exploret. Potest fortasse aliqua oculos
caligo decipere, palpatio corporalis uerũ corpus
agnoscat. Spiritus, inquit, carnem & ossa non ha- Luc. 24
bet, sicut me uidetis habere. Quòd ostia clausa
penetraui, sola est uirtus diuini spiritus, non sola
carnis substãtia. Alioquin, quid profuit me susce-
pisse hominẽ, si piguit suscitasse? Respondeamus
ergo & nos, & fateamur cũ Thoma id, quod mi-
raculum diuinæ uirtutis exposcit. Tu dominus
meus, & deus meus.] Nobis enim ille dubitauit,
nobis explorauit, nobis credidit, nobis in illo do
minus manus et lateris uulnera cõtrectanda per-
misit. Dicit ei Iesus: Quia uidisti me, credidisti:
beati qui nõ uiderunt, & crediderunt.] habemus
igitur & firmitatẽ palpata credentiũ, & beatitudi
nem nõ uisa credentiũ. Scripta sunt, inquit, ut cre Ioan. 20
damus quia Iesus est Christus filius dei: & ut cre-
dentes uitã habeamus in nomine eius. De conse-
quen-

quenti uero, quã modò audiuimus, manifestatio- A
ne eius, illud aduertisse sufficiet: q; qui nocte tota
inuanum retia, arbitrio suo missa indifferẽter in-
certo latere detraxerũt, in uerbo domini luce iam
reddita, missa in dextrum latus plena traxerũt. Il-
lud uero quod in hac eadem manifestatione, cum
discipulis, sicut alijs etiã euangelij locis ante pas-
sionem refertur, cibum sumpsit, suspicionẽ phan-
tasiæ penitus auertit. Neq; enim post resurrectio-
nem corpus illud sustẽtaculis ciborum indiguisse
credendum est: quod iã maiestas sola uegetabat.
Traxerunt ergo in terram rete, plenum non pro-
miscuis, sed magnis piscibus: ex quibus nullũ pro
ijceret electio. Quid autẽ significet tam sublimis
ista piscatio, & quia non est scissum rete sequẽtia
declarant. Sic si trahuntur retia, quæ in dei uerbo
ac uoluntate mittuntur, captura magna est, scissu B
ra nulla. Illi piscatores erant, quibus saluator dixe
Matth.4 rat, Venite post me, & faciam uos fieri piscatores
hominum. Quę ergo istis hominum piscatoribus
retia, nisi doctrina firmissima ueritatis, quã mendacij scissura non uiolat? Monet me in istis pisca-
torũ uerbis cõsentiens alterius loci relatio. Nam
simpliciter in passione domini refertur tunicam
Ioan. 19 ipsius ab his, qui sibi uestimenta eius diuidebant,
non fuisse scissam. Ergo nec doctrina apostolica,
quæ in his apostolorum retibus figuratur, nec ue
stis dominica pati unq; potest scissurę ullius fœda
dispendia. Vbicunq; igitur aliqua doctrinæ sciss-
ura cõspicitur, ibi nõ potest dominica uestis, nec
magnorũ, ut ait, piscium captura cognosci. Caue
te itaq; dilectissimi, scissa illa ab integritate catho C
licæ fidei hæreticorũ dogmata. Dominũ nisi inte
gra uestis non capit, fideles domino non nisi inte
gritatis captura constringat. Cauete dilectissimi:
multæ enim scissuræ sunt, ne quis aliquando ad
schismatũ pannos ab huius uestis integritate de-
sciscat. Multi fidelium in captiuitatem deueniũt,
multi hæreticos dominos sustinere cogũtur. Sed
si non cogũtur ad sacrificia, quid refert si cogun-
tur ad sacrilegia? Sit ergo fidelibus eriã captiuita-
te corporis, fidei libera, priuata confessio. Hæc in
singulis, et quod peius est, frequens familiaris est:
Captiuitatis persecutio, si non desit fides, potest
imputari martyriũ, in dominum nostrum Iesum
Christum, cui est cum patre & spiritu &c.

DE ASCENSIONE DOMINI SERMO.

QVando autem de cruce, nostra pro-
cessit oratio, foris ciuitatem, solenni
tatẽ celebrauimus: & nunc de cruci
fixi ascensione tractamus, præclarũ
diem & omni lætitia coruscantem,
fines ciuitatis egressi summa cum gratulatione ce
lebramus. Et hoc non ad contumeliam ciuitatis,
sed ad honorem obseruatur sanctorũ, ne nos cau
sa dissimulationis accusent dicẽtes, quòd pro do-
mino sensimus uniuersa tormenta, uexantiũ ma-
nibus nostra uidimus ossa carne nudata, patiẽtia
nostra tortor cessit iratus, libenti animo pro Chri
sto noster sanguis effusus est, decisa capita sunt
pro eius gloria. Hæc omnia meruimus sustinere,
nec mysteriorũ arcana in nostris tabernaculis ce-
lebrantur. Ideo dilectissimi fratres hodie ad loca
cõuenimus beatorũ, ad sanctorum habitacula fe-
stinamus, ut conuentus noster, ipsorũ quoq; præ-
sentia clarior redderetur: nõ enim in hoc theatrõ
martyres tantum præsunt, sed & angelorũ instan
tia locus decoratur. Nam & angeli præsunt: & si
martyres uidere desideres, si angelos cupis inspi-
cere, aperi oculos fidei, & illud tibi theatrũ facile
demonstratur. Nam cum in omi aere angelorum
multitudo uersatur, multo magis in ecclesia, mul-
to amplius hodierno die, quãdo eorum dominus
ascendit in cœlum. Et ut scias quòd angeli ubiq;
uersant, audi quòd Paulus fœmineo pudori pro- 1.Cor.11
spiciens ait, Debent mulieres uelamen habere su
pra caput, propter angelos. Et iterũ Iacob: Ange
lus, ait, qui liberauit me à iuuẽture mea. Et illi qui
cum apostolis erant, aiunt ad Herodẽ, Angelus
ipsius est. Et Iacob, Vidi, inquit, castra angelorũ. Gen. 48
Et merito angelorum castra uidebantur in terra.
Nam sicut Imperatoris optimi prouisione urbes
omnes, uniuersæ ciuitates, castella singula, manu
militari aduersus hostilem munitur aduentum,
& omnia loca diligenter armantur, ne barbarica
incursione deleantur: ita & deus, quoniam barba
ra & agresti mente rabientes dæmones, ad pacis
euersionẽ ubiq; uersantur, ad tutelam nostrã con
stituit exercitus angelorum, ut eorum præsentia
dæmonum cõfringatur audacia, & per eos nobis
pacis gratia ministretur. Vides quòd & angeli præ
sunt, consistunt martyres, & ubiq; nobis præpa-
rant auxilia? quid igitur miserius illis est, qui con
uentum istũ splendidum derelinquũt? & quid uo
bis beatius, qui ad tantã solennitatẽ cõcurrere uo
luistis? Sed fortissima martyrum facta alio tẽpo-
re declaremus, & ad propositum redeamus. Ho-
dierna die dilectissimi fratres deo sumus mira re-
cõciliatione sociati, hodierna die humanũ genus
cœlestem misericordiã meruisse cognoscitur, ho
die uetus illud iurgium dissolutũ est, sedatum pri
stinum bellum, hodie nobis pax mirãda donata
est, quæ nunq; sperabatur posse cõcedi: nam nul-
la spes erat deum humanæ uelle reconciliari na-
turæ, non quia dominus inhumanus, sed quia ser- D
uus negligentia uidebaꝫ oppressus: non quia cru
delis dominus, sed quia contumax seruus est. Vis
audire quòd nostro uitio deus ad commotionem
non prouocatus est, quòd nostra culpa mansue-
tus dominus uidetur iratus? discе singula, & ratio
nem causæ cognosce, ut cum sedatũ senseris bel-
lum, iurgium dissolutum, & humanũ genus sum
mo honore decoratum, diuinã gratiam misericor
diamq; merearis, et perpetua deum benedictione
sanctifices. Aliquãdo deus de humani generis cõ
fusione cogitauit, & intantũ eius ira processit, ut
uiros & fœminas, senes & iuuenes, feras & peco-
ra lucis priuare dispositisset aspectu. Et audi diui-
næ uerba sententiæ: Delebo, inquit, hominẽ, quẽ Gen. 6
feci, à facie terræ, & bestias & pecora: quoniã re-
cogitaui, quia feci hominem. Et ut scias quia hu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mana ei non fuit exosa natura, sed malitiæ nostræ A ferebat horrorem: postq; dixit, delebo hominem quem feci à facie terræ, dixit ad hominẽ, Tempus omnis hominis uenit ad me. Et si hominem haberet exosum, non loqueretur ad hominem, nec digtum eum suo sermone fecisset, nec diuinum eũ percipere concessisset auditũ. Sed uide dei miseri cordiam. Hominem quadã satisfactione consolatur, & causas ei futuræ calamitatis enarrat, non ut homo causas discat, sed ut narrando alijs multos meliores efficiat. Quod dicebã, hoc est, intantum humanum genus pessime cõuersabatur, ut ipsius terræ habitatione carere speraret. Sed & nos qui & terra uidebamur indigni, hodie eleuati sumus ad cœlũ. Qui nec terrestria merebamur, cœleste regnũ meruimus possidere. Cœlorũ transiuimus fines, & ipsa sede regali decoramur. Et natura cu- B ius causa Cherubin ieruabat paradisum, à Cherubin summo cum honore susceptа est. Sed hoc mirabile quemadmodum factum est, uideamus: & quemadmodũ nos qui tantam offenderamus clementiam, ut & terrestribus priuaremur, excelsa tenuimus, & alta meruimus possidere, quemadmodum sedatum iurgiũ & illa uideat ira sublata. Disce quòd non nostra deprecatione, qui eum offenderamus, sed postulatu eius, qui iuste fuerat nobis iratus, pax facta est, Pro Christo nanq;, ait, le- 2. Cor. 5 gatione fungimur, tanquam deo rogãte per nos. Quid hoc est? ipse rogat qui iniuriã passus? Valde inquit, nam deus clemens est, & ipse tanq; pater misericors deprecatur. Et uide qui medius est, qui reconciliator accessit. Non angelus, nõ archan C gelus, sed ipse filius deprecat. Et sicut duobus iurgio separatis, unus in medio positus altercantiũ, item discordiamq; dissoluit: ita & Christus fecit. Deus nobis iuste irascebatur, & cõtemnebamus iratum, & clementẽ dominum declinabamus, & se medium Christus ingessit, & sociauit utrãq; naturam. Et nobis quod imminebat à patre supplicium, ipse sustinuit. Vis discere quod & inde supplicium, & exhinc insultationem ipse sustinuit? Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictũ. Vides quòd imminens cœleste supplicium ipse sustinuit? disce quòd & ter- Psal. 68 restrẽ insultationẽ ipse tolerauit, cum dixit, Op- Rom. 15 probria insultantium ceciderunt super me. Vides quemadmodum sedauit iurgium, quemadmodũ D legem ipse dissoluit, nec ante discessit, sed multa fecit, multa sustinuit, ut inimicum recõciliaret, & hostem deo sociaret, & amicum faceret, qui multo tempore fuerat inimicus. Et horum omniũ beneficiorum hodiernus dies materia fuit, & tanq; primitias naturæ nostro deo dedit. Et sicut de cãpis segetibus decoratis si quis collectas spicas obtulerit deo, omnem campo benedictionẽ reportare perspicitur: sic & Christus per illud corpus fecit benedici nostram naturam. Sed cur nõ omnẽ naturam leuauit ad cœlum? Scilicet quia non uidentur esse primitiæ, cum totum offertur, sed cũ breue offertur. Breui enim oblatione totum benedicitur. Sed inquis, Si primitiæ sunt, primum factum hominẽ ad cœlum debuerat eleuare: Primitiæ nanq; sunt, quod primum offertur. Primũ quod pullulat, non est hoc primitiæ. Nam imbecillis fructus nullus est, sed fortis & ualidus ipse debet offerri. Quia igitur ille fructus peccato fuerat alligatus, & peccati crimine tenebatur: ideo nõ leuatus est, licet prior factus esse uideatur, sed is qui postea factus est. Et ut discas quòd ille fructus primitias facit, q; robustus & ualidus, & summa maturitate florescit, testimonium te diuinæ le- ctionis poterit edocere. Si intrabis in terrã quam Leuit. 19 dominus deus tuus tibi dabit, inquit Moses ad populum, & plantabis in ea omne lignum, quod facit fructum ad edendum, tribus annis depurgabis fructũ eius, quarto uero anno fructus sanctus erit domino. Ergo si primitiæ sunt qd' primo proferẽ, primi anni fructus domino debebamus offerre. Sed ille ait, tribus annis non purgabis fructum eius, sed dimittes illud: quia nondum arbor ualida firmitate roboratur, nec fructus aliqua maturitate florescunt: sed quartus, inquit, annus sanctus erit domino. Vide legis conditoris prudentiam, fructum primum nec manducari permittit, ne ante deum quisquã eum percepisse uideatur: nec offerri cõcessit, ne deo immaturus offeratur: sed dimitte, inquit, quia primus est: nec offeras, quia oblationi nõdum dignus est fructus, nec accipienti conuenit immaturus. Et hæc uobis dicta sunt propter corpus quod Christus obtulit: igitur nostræ naturæ primitias obtulit patri, & oblatum donum miratus est pater, quod & tanta dignitas offerebat, & quod offerebatur, nulla macula fœdabatur. Nam & suis manibus susceptum oblatum, & suæ sedis fecit esse principem, & quod plus ad partẽ suæ dexterę collocauit. Cognoscamus quis est ille qui audiuit, Sede ad dexteram meam: quæ natura est cui deus dixit, Esto meæ particeps sedis? Illa natura est quæ audiuit, terra es, & in terram ibis. Non enim ad omnem gloriã cœlos transisse sufficerat, non cum angelis stare: sed cœlos transiuit, supra Cherubin ascẽdit, ultra Seraphin eleuatur, nec ante stetit, nisi sedem dominicã meruisset. Vide quo spatio cœlũ separat à terra, imò terra quãto ab inferis est, & ipsum cœlum quanto ab altiore cœlo separatur, & de altiore cœlo ad angelos quãtum spatij est, ad superiores etiam potestates, ad ipsam quoq; dominicã sedem. Per hæc omnia natura nostra eleuata est, ut homo qui loco tam humili tenebatur, ut descendere nõ posset ulterius, ad tam excelsam sedem eleuaretur, ut altius non posset ascẽdere. Et hęc ostendens Pau- Eph. 4 lus dicebat: Qui descendit, ipse est qui ascẽdit, Et iterum: Descendit ad inferiora terræ, ascendit super omnes cœlos. Discite igitur qui ascendit, & quæ natura leuata est. In hoc enim cupio remorari sermonem, ut humani generis commemoratione diuinam clementiam cum omni admiratione discamus, quæ summum honorẽ, magnamq; gloriam nostræ naturæ largita est. Terra & cinis eramus, sed hoc nostrum uitium, sed naturæ imbecillitas fuit, irrationabilib. insensatiores fuimus.

Com-

Comparatus nanq; est, ait, homo iumẽtis insipiẽ- A runt. Hoc em affectabant angeli, hoc desiderabãt
tibus, & similis factus est illis. Et peius est compa- archãgeli, etsi eos natura humana largito sibi ho-
Psal. 48 rari, quàm nasci. Nam naturaliter non habere ra- nore superabat, attamen nostris beneficijs gratu-
tionem tolerabile est, uerum rationis decoratione lantur: nam etiam nostris dolebant supplicijs. Et
decoratũ, irrationabili naturæ comparari, uo- quando puniebamur, ipsi quoque nimia tristitia
luntatis est crimen. Et quando audis, quòd homo tenebant. Et Cherubin licet paradisum custodie-
cõparatus est iumentis: non arbitreris, quòd eum bant, tamẽ nostris supplicijs tristabantur. Et sicut
irrationabilibus similem uoluit demonstrare, sed cõseruus bonus, cum à domino custodiendũ con
longe peiorem, non tantũ quia homines facti ad seruũ susceperit, satis facit quidẽ dominicæ iussio
irrationabilia ad maiorẽ clementiam properaui- ni: sed tamen pœna conserui nimio dolore conte
Esa. 1 mus: (Et hoc significans Esaias dicebat: Cogno- ritur, & seruitutis necessitate cõstrictus, animi nõ
uit bos possessorem suum, & asinus præsepiũ do- respuit charitatẽ: Sic & Cherubin meruerunt qui
mini sui, Israel aũt me non cognouit:) sed ut peio- dem custodire paradisum, sed dolebãt honorem
rem conuersationem erubescamus. Vbi enim a- custodiæ, Et ut hoc facile possis aduertere, ex ho-
bundauit peccatũ, superabundauit & gratia. Vi- minum affectione condisce, quos conseruorũ ca
des quod iumentis irrationabiliores fuimus? co- B lamitates inspicimus condolere. Et si seruant ho-
gnouit bos possessorem suum, & asinus præsepi- mines charitatẽ, multo magis illæ potestates no-
um domini sui. Vis & auibus nos irrationabilio- stris supplicijs commouentur. Nam & iusti dole-
res inueniri? Turtur & hirũdo, agri passeres agno bant peccatorum supplicijs, & licet merito pœna
uerũt tempora ingressus sui: populus uero meus inferebatur, tamẽ dolores incitabat tristitia. Nam
non cognouit iudicia dei. Ecce iumentis, ecce aui & Moses post idolorum ceremoniã dicebat: Si- Exod. 32
bus deteriora sentimus, & irrationabiliora cogi- quidem dimittis illis peccatũ dimitte: sin autẽ, &
tamus. Vis amplius nostram inuenire naturam? me dele de libro quẽ scripsisti. Quid hoc est? Con
Formicarum nobis gesta narrauit, & earum no- tumaciam uides, & pro impiorum supplicijs de-
bis imitationem ostendit. Vade nanq; ad formi- precaris. Ideo, inquit, doleo: deprecor, quia digne
cam, ô piger, et æmulare uias eius. Formicarum su cruciantur, quia merito puniuntur, quia ipsi sunt
mus facti discipuli, formicarum æmulatione uiui sui causa supplicij. Et Ezechiel cum angelum po
mus, formicarum conuersamur exemplis. Intan- pulo uideret inferentem summa supplicia, cum ni
tum amisimus humanæ naturæ consilium, intan- mia lamentatione clamauit, dicens: Heu mihi do Ezech. 9
tum humanæ mentis aliena sentimus, qui ad simi mine, quoniam deles tu reliquias Israel. Et Hiere-
litudinem dei facti monstramur. Sed non reus est C mias: Castiga nos domine in iudicio tuo, & nõ in Hier. 30
ille qui fecit, sed nos qui contempsimus in imagi- ira tua, ne nos paucissimos facias. Et cum Moses
ne perdurare. Sed quid de formicis dico? Lapidi- & Ezechiel & Hieremias dolent, quanto magis
bus insensatiores facti sumus. Et hoc tibi ualido illæ potestates nostris calamitatibus commouen
Mich. 6 testimonio monstrabo. Audite, ait Micheas, fun- tur? Et ut scias quòd nostris malis doluerunt, ex
damenta terræ, quia iudicium domino contra po eo disce quòd reconciliatione dominica gratula-
pulum suum. Quid ais? Contra homines tibi iudi ti sunt: etsi antea nõ dolebãt, nec postea gratulan-
cium est, & testes terræ fundamenta, ut inter diui- tur. quia gratulati sunt, Christus saluator ostẽdit,
num humanumq; iudiciũ audiant, iudices inuitã- dicens: Erit gaudium in cœlo & in terra, uno pec Luc. 15
tur? Valde, inquit, nam lapidibus homines insen- catore conuertente. & si unius peccatoris correctione angeli gratulantẽ, multo magis cum ad cœ
satiores esse nosciunt. Vides quòd totius malitiæ lum hodierna die primitias hominũ uiderint ele-
fines excessimus? asinis & bubus irrationabilio- uare naturam. Et alia ratione cõdisce gaudiũ cœ-
res ostendimur, sensu uolatilium superamur, nec lestium potestatum, quãdo dominus noster Iesus
ipsis lapidibus cõparamur, sed serpentiũ maligni Christus natus est secundum carnem, cum recon
Psal. 57 tates imitamur. Furor nanq;, ait, eorum ad simili- ciliatum hominem uiderẽt (nec em aliter descen
tudinẽ serpentis, uenenum aspidum sub labijs eo D deret) cũ summa gratulatione in terra clamabãt:
rum. Et quid de mutis animalibus loquimur, ubi Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus Luc. 2
Ioan. 5 etiam ipsius diaboli filij nuncupamur? Vos nãq;, bonæ uoluntatis: ut discas quòd ideo glorificãt,
ait, filij diaboli estis. Sed tamẽ nos qui sensum nõ quia terram, ea quæ bona sunt, recepisse lætãtur.
habebamus, qui cõtumacia grauabamur, qui nec Declarant & causam, dicentes: In terra pax homi
lapidibus cõparabamur, qui uincebamur ab omni nibus bonæ uoluntatis: Hominibus qui rebellati
natura, qui despecti uidebamur, qui contem- sunt, qui inimici fuerunt, qui alienati erant, qui cõ
nebamur: & quemadmodũ loquar ignoro, quo tumaces iudicati sunt. Vides quemadmodum in
sermone utar, quo uerbo dicam reperire non pos- alienis bonis gratulantẽ, imò in suis? Nam nostra
sum: natura fragilis, natura contempta, & omni- bona suas utilitates arbitrantur. Vis discere quòd
bus monstrata deterior, omnia uicit, omnia supe- cum ascenderet, gratulabantur, & nimio gaudio
rauit, & omnibus hodierna die meruit excellior exultabant & descendebant frequenter? Et hoc
reperiri. Hodie angeli uota diu desiderata recepe- propriũ est cupientiũ uidere inopinatum spectaculum: & ut scias quòd ascendebant & descende
runt: hodie archangeli, quod multo tẽpore cupie bãt, Christi te uerba cõfirment, qui dicit: Amodo
bant, inspicere ualuerũt: naturam nostram ipsi in
sede dominica immortali gloria fulgẽtẽ peruide

Universidad de Deusto
Biblioteca

uidebitis angelos dei ascendentes & descẽdentes ad filium hominis: & iste semper amantium mos est, & cupientiũ solita cõsuetudo. Vnde nec tempus expectare didicerũt, sed festino amoris ardore, & delectatione præueniunt constitutum: ideo ascendunt, ideo descendunt, & cum omni festinatione nouum & incredibile spectaculũ uidere desiderant. Nam quid hoc mirabilius est, quãdo homo qui contemptus fuerat, uidetur in cœlo? Ideo & quãdo nascebatur dominus noster, quãdo resurgebat, exultabant angeli, & hodie quando ascendit ad cœlum. Ecce enim duo, ait, in alba uestе, ut ex ipsis indumentis gratulatio monstraretur, dixerunt ad discipulos: Viri Galilæi, iste Iesus qui ascendit à uobis in cœlum, sic ueniet quemadmodum uidistis eum in cœlum euntem. Hic audi tum mihi omni cum diligentia commodate. Cur hæc dicta sunt? Nunquid oculos discipuli nõ habebant? Nunquid nõ uidebant quod gerebatur? Nunquid non dixit euangelista, quia uidentibus eis ascendit in cœlum? Cur igitur angeli eis dicebant quod factũ est? Quid eis monstrabant quòd ascendit ad cœlum? Propter has scilicet duas causas. Vnam, quia dolebant Iesu discessione desolati: & quia dolebãt quòd ad eos dicitur: Nemo me interrogat de uobis, quò uadis? sed quia dixit, tristitia impleuit cor uestrum. Et si amicorum seu cognatorum separatione tristãtur, quanto magis saluatorem, magistrum, dominum misericordem, pium, mansuetum, cum à se uiderent separari, nõ omni cum dolore tristabantur. Ideo stabant angeli, & ascẽsionis tristitiam regressionis commemoratione consolabantur, & separationis dolorem aduentus futuri pollicitatione sedabãt. Nã aiunt: Iste Iesus qui ascendit à uobis, sic ueniet. Doluistis, inquit, quia ascendit, sed dolere desinite, nam iterum ueniet. Et ne hoc faciãt quod Helisæus fecisse docetur, conscidit uestimentum cum magistrum uidisset eleuatum ad cœlum. Nec enim habuit præsentem angelum, qui Heliam promitteret aduenire. Ne igitur & isti hoc faciant, ideo angeli stabãt, animas eorum tristitiæ solatio eleuantes. Et hæc quidem una causa est præsentiæ angelorum. Erat & alia causa non minoris rationis. Nam addiderunt, Qui ascẽdit ad cœlum: & quia longum spatium de terra tẽdebatur ad cœlum, & oculorum acies portatum corpus ad illam altitudinem minime poterat peruidere: sed sicut auem si altiora petat, deficiet aspectus inspicere, & noster oculus uolatu uincit celsiore: sic & illud corpus quanto ferebatur ad summa, tanto oculos uidentium aspectus imbecillitate incidebat, deficiente natura altiora conspicere: ideo stabant angeli iter cœleste monstrantes, ne quis arbitraretur, quia tanquam in cœlum ascẽdit sicut Helias. sed in cœlum ascendit, qui eleuatus est à uobis ad cœlum. Ideo non simpliciter hoc addidit. Et Helias quidem tanquam in cœlum ascendit, nam seruus erat: Iesus autem ad cœlum, nam dominus erat. Ille in curru igneo, hic in nube. Et quando seruus uocabatur, currus mittebatur ut ueniret: & quando filius ascendebat, dominica sedes occurrebat, nec tantum dominica, sed & paterna. Nam & de patre eius ait Esaias: Ecce dominus sedet in nube leui. Et quia pater sedet in nube, misit & filio. Et Helias quidem cum ascenderet, meloten Helisęo dimittit: Christus autem discipulis gratiam derelinquit, quæ non unum prophetam, sed multos Helisæos efficit, imò illo potentiores, & lõge amplius meliores. Eleuemur igitur & excitemur dilectissimi fratres, & illũ cogitemus aduẽturum. Nam & Paulus ait, Ipse descendit de cœlo dominus in iussione, in uoce archangeli: & nos qui uiuimus, qui relinquimur, rapiemur in nube, in occursum domini, sed non omnes. Et quia non omnes rapiemur, sed aliquanti, audi quid ait Christus: Tunc erunt duæ in mola molentes, una suscipietur, & una relinquetur. Duo in lecto, unus suscipietur, et unus dimittetur. Quid hac significatione ostendatur, quid hoc secreto declaret, uideamus. Mola, pauperes inopesq; demonstrat, & eos qui uitæ labore conterunt: lectus, diuites & quietos ostendit, & eos qui honoribus secularibus perfruuntur. Et uolens ostẽdere quia & pauperes aliquando liberantur, & pereunt, & ex diuitibus nonnulli liberantur, & pereunt, ait: Quia de mola una suscipitur, & altera dimittitur: & de lecto unus suscipitur, & alter relinquitur: significans quia hi qui peccatis obruuntur, hic remanent congrua supplicia sustinentes, iusti rapiuntur ad nubem. Nam sicut rege adueniente ad aliquam ciuitatẽ, hi qui honoribus & dignitatibus decorantur, cum summa confidentia non expectato eius ingressu longe ante portas occurrunt, & excipiunt aduentem: rei autem, & criminibus obligati intra muros retinentur, imperatoriam expectaturi sententiam: Ita & quando dominus ueniet, iusti ei in ipso medio aere confidenter occurrunt: noxij autem, & obruti peccatis, hic remanent expectãtes iudicium. Tunc & nos rapiemur. Non me iustorum numero contineri commemorans dixi, nos rapiemur. Nam non sum intantum sanæ mentis alienus, nec animæ cæcitate cõfusus, ut mea ipsius peccata nescíam, et meorum uidear oblitus esse gestorum. Nam quia diem festũ nolo meo dolore turbare, nec solẽnitati miscere tristitiam, parco lacrymis, parco fletibus meorum peccatorũ conscientia sauciatus: ideo orationem in ipsa festiuitatis lætitia terminabo, illius diei memoriam derelinquẽs, ut nec diues suis opibus gratuletur, nec sua pauper egestate tristetur, sed unusquisq; suæ conscientiæ meritum speret. Nam nec diues beatus, nec pauper miser poterit iudicari: sed is qui illius meretur aspectum, ipse cacumen totius beatitudinis possidebit. Nã qui peccatis pauper est, diuitijs cœlestibus abundabit: & qui criminibus diues est, suppliciorũ inopiam sustinebit. Et ideo dico, ut qui in peccatis sumus, lugeamus: & qui bona cõscientia uiuunt, gratulentur. Sed nec isti confidant, sed caueant: nec illi lugeant, sed corrigant. Nam & eum licet, qui male fuerat conuersatus, mutata uita, gloriã promereri, & his paremfieri

Act. 1 Act. 1 Ioan. 13 Simile

fieri, qui semper iuste uixerũt. hoc & nos implere properemus: & qui bene uiuũt, propositã conuersationẽ meríto futuræ gloriæ ampliare festinẽt, et confidentiã augere non desinãt: & qui peccatorũ mole opprimuntur, meliore correptione mutentur, ut iustorũ choro sociati, cum debita reuerentía imperatorẽ suscipiamus angelorũ, & illa beatitudine perfruamur, quam nos liceat promereri, gratia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria, imperium, cum spiritu sancto, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

1. Thes. 4 Matth. 24 Luc. 17

DE PENTECOSTE SERMO.

Odie nobis terra facta est cœlũ, non stellis de cœlo in terram descẽdentibus, sed apostolis ad cœlos ascendẽtibus, qa effusa est copiosa gratia spiritus sancti, & uniuersum orbẽ operata est cœlum, non immutans naturam, sed uoluntatem emendans. Inuenit nanq; publicanum, & euangelistam efficit: inuenit persecutorem, & apostolum reddidit: inuenit latronem, & in paradisum induxit: inuenit meretricem, & uirginibus coæquauit: inuenit magos, & euangelistas ostendit: fugauit malitiam, et induxit benignitatem: exterminauit seruitutem, & induxit libertatem: cõcessit debitum, et intulit gratiam dei. Ideo cœlum factum est terra, & hoc sæpius dicens, nõ cessabo. Quæ enim tales stellæ sicut apostoli? Stellę in cœlo, apostoli super cœlos. Quæ sursum sunt (inquit Apostolus) sapite, ubi Christus est in dextera patris sedẽs. Stellæ de igne insensibili, apostoli de igni intelligibili: stellæ in noctu lucent, in die obscurãtur: apostoli in die & in nocte suis radijs, hoc est uirtutibus, effulgent. Stellæ orto Sole obscurantur, apostoli Sole iustitiæ resplendente, sua claritate luceſcunt: stellæ in resurrectione cadent sicut folia, apostoli in resurrectione rapientur in aera nubibus. Et in illis quidẽ syderibus alius Antifer, alius Lucifer appellatur: in apostolis autem nullus Antifer est, omnes Luciferi, & ideo stellis maiores apostoli. Et quicũq; eos luminaria uocauerit mundi, nõ peccabit: non solum dum essent in corpore, sed etiam magis nunc, quando de hac uita migrarunt. Gratia enim & merita sanctorum non minuuntur morte, non retardantur die, non dissoluuntur in terra, nec nocte obscurantur, nec tenebris obũbrantur, & hoc res ipsa demonstrat. Piscatores quippe erant, & illis dormientibus retia operabantur. Et tunc quidem pisces capiebãt ad mortem, nunc autem homines capiunt ad salutem, claudos faciẽtes currere, cæcos illuminantes, leprosos mundantes, dæmones effugãtes, testatur multitudo credentium diurna. Vinitores erãt, & illis absentibus corpore uinea floreſcit, & botros affert. Etenim uinitores erant & piscatores, & turres, & columnæ, & medici, & duces, & doctores, & portus & gubernatores, & pastores, & athletæ, & pugnatores, & coronas gestantes. Columnæ quidem, quoniã uirtute sua ecclesię robur sunt: fundamẽtum quia in confessione ipsorum fundata est ecclesia, dicente domino: Tu es Petrus, & super hanc petram fundabo ecclesiam meam. Portus autẽ, quia tempestates impias represserunt. Gubernatores, quoniam orbem terrarum uiam rectã docuerũt. Pastores, quoniã lupos abegerũt, & oues cõseruauerunt. Aratores, quoniam spinas eradicauerunt. Vinitores, quoniã labruscas eradicauerunt, & semina pietatis plantauerunt. Medici, quoniam uulnera nostra curauerunt. Et ut discas me nõ incassum hæc dixisse, ad ducam Paulum in medium hæc omnia faciẽtem. Vis eum plantatorem uidere? audi: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Vis eum structorem uidere? Sic ut sapiẽs, inquit, architectus fundamentũ posui. Vis eum dimicantem uidere? Sic pugno, nõ ut aerem cædens. Vis eum uidere curſorem? Ab Hierosolyma & in circuitu usq; ad Illyricũ, & inde ad Hispanias, & in ultimas partes repletum est euangelium Christi. Vis eum uidere athletam? Nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ. Vis eum uidere ducem? Assumite arma dei, & induite loricam fidei, & galeam salutis, & gladium spiritus sancti. Vis eum uidere certantẽ? Certamen bonum certaui, fidem seruaui. Vis uidere coronatũ? De cętero reposita est mihi corona iustitiæ. Et cum esset unus, omnia faciebat, dominũ suum imitans: etenim cum sit diuinitas unius substãtiæ, & immutabilis, pro nostra salute omnibus omnia fit. Tu palmes factus es, & ipse tibi uinea, sicut ipse dicit: Ego sum uinea, uos aũt palmites. Promouere gressum uoluisti? factus est tibi uia, dicens: Ego sum uia, per me si quis intrauerit, exiet, & pascua inueniet. Ouis factus es? ille tibi pastor. Ego sum pastor bonus: pastor nãq; bonus ponit animã suam pro ouibus. Peccator effectus es? factus est tibi agnus: Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi. Manducare uoluisti? factus est tibi mẽsa. Bibere uoluisti? factus est tibi poculũ: Qui mãducat carnem meã, & bibit sanguinẽ meum, in me manet, & ego in eo. Vestiri uoluisti? factus est tibi indumẽtum. Quotquot eñ in Christo baptizati estis, Christum induistis. Spõsa fieri uoluisti? factus est sponsus: Qui habet sponsam, sponsus est, sicut dixit Ioannes Baptista. Nubere uoluisti? factus est tibi uir. Despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Meretrix eras, & facta es uirgo. O noua & admiranda rerum commutatio. Apud seculi homines nuptię uirginitatem dissoluunt, apud spirituales autẽ nuptias, meretricẽ ex gentibus accepit ecclesiam, & uirginibus castiorem effecit. Interpretare mihi ò hęretice, quomodo meretrix effecta sit uirgo. Hęc te nescire dicis, et disputare de deo audaci temeritate conaris. Circũueniri non queo, fide uirũ suscipio. Hęc autem omnia operatur spiritus sancti gratia, quę large effusa est super apostolos dei. Et factus est repente de cœlo sonus tanq; aduenientis spiritus uehementis, & repleuit totam domũ ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquã ignis: non ignis, sed tanquã ignis. Si ignis, inquit, quo-

Coloss. 3 Ioan. 15

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo non ardebant? Interrogat Iudæus, interrogabo & ego Iudæum: Si ignis erat, quomodo nō comburebat rubum fragile lignū? Quid igne uehementius? quid rubo uilius? & neq; lignū exurebatur, neq; ignis extinguebatur. Et quomodo corpora trium puerorum ignis nō exussit, sed caminus in rorem uersus est, & carbones tanquam rosas arbitrabantur? Certamen ignis & corporis, & tamen corporum fiebat uictoria: & quod cera erat solubilius, ferro factum est firmius. Interpretare mihi uetera: etenim illa præcesserunt, ut credatur ueritati. Quoniam spiritus sanctus in igne apparuit, propter uelocem mētis susceptionem: non autē propter hoc solum, sed & sicut ignis spinas cōburit, sic & spiritus peccata disperdit. Missus est Daniel in lacum leonum, & immanem rabiem illorum diuina uirtus repressit. Peragrarunt piscatores orbem terrarum, & infirmum eum inuenientes, ad sanitatem reduxerunt: & in ruina positum ad stabilitatem reuocauerunt, non scuta mouentes, non arcus tendentes, non sagittas mittentes, non pecunias largientes, non eloquentia confidentes. Et erant nudi quidem seculo, sed induti Christum: pauperes, sed diuites: pecunia indigētes, sed regnū cœlorū possidentes. Nō habētes humana solatia, habētes autē dñm suū. Ego em, inquit, uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationē seculi. Peragrarunt uniuersum orbē terrarū oues simul cū lupis. Quis uidit? qs audiuit? Dicit, Mittā uos ut oues in medio luporum. Quis unq; pastor oues mittit in medio luporum? sed magis si uiderit lupos, cōgregat oues. At uero Christus è contrario fecit. Oues ad lupos direxit, & uulneratæ à bestijs non sunt, sed magis lupi ad ouiū māsuetudinē sunt cōuersi. Et ut nō dicerent oues sumus & mittis nos in escā luporū, timorem illorū uno sermone abstulit. Nō dixit, ite (nec enim uirtute eorū mittebat illos) sed ecce, inquit, ego mitto uos. Infirmi quidem uos, sed qui mittit potens est. Quis es tu? ego sum qui cœlum extendi, qui terrā fundaui, qui mare infrenaui, qui mortem dissoluī, qui chirographum quod contra uos erat, cruci affixi, qui ueterē legem immutaui, qui uos ad pristinā patriā reuocaui, qui fortia dissoluo, & dissoluta conforto. Quid mari fortius? Sed parua harena intolerabilem illius impetum retundit et cōtinet. Ecce inquit ego mitto uos, qui mortis & uitæ habeo potestatem, qui de cœlo descendi &c. Ecce ego mitto uos, ut oues in medio luporum, tanq; lupus quidam bestiæ fiebant ouibus, ut nec fuga conseruarēt salutem circumuallati undiq;. O uirtus mittentis in medio luporum oues, in circuitu lupi, & mutati sunt lupi, et facti sunt oues. Nec em natura, sed uoluntate lupi erāt. Ecce ego mitto uos. Quid ergo nobis præcipis? Estote prudētes sicut serpētes. Serpēs & si millies uulneret, caput aūt suum saluet, totus est sanus: sic & tu, si pecuniā aduersarius tollere uult, libēs cede: & si omnes facultates auferre conat, dimitte: & si ipsam temporalē uitā extorquere cupit, ne resistas, tantūmodo fidem tuā custodi, illa illæsa manente, uniuersa ingruētia mala facillima erūt. Nudus existi de uētre matris tuæ, nudus & ibis. Sed forsitan in exiliū mitteris, dicito, Domini est terra & plenitudo eius. Forsitā mors occupabit, nō est timenda, quia transitus est. Tantummodo fidē serua, thesaurū indeficientē, diuitias sempiternas: horū quæ dico beati martyres testes sunt, quia fidem nō perdiderūt, & post excessum de corpore fortiores sūt uiuis. Propterea, inq;t, homo factus sum, propterea carnē indui, ut orbem uniuersum saluarē: multū em deo ecclesia chara est, nō muris circūdata, sed fide circūsepta. Propter ecclesiā nāq; extēsum est cœlū, diffusum est mare, extēsus aer, terra fundata est, paradisus plātatus est, mirabilia multa facta sunt, pelagus scindebat, & iterū suebatur, petra findebat, & iterū pluebat de cœlo, & tanq; pruinosa ponebat mensa. Propter ecclesiā prophetæ, propter ecclesiā apostoli: & quid plura dicā? propter ecclesiā unigenitus filius dei homo factus est, sicut dicit Paulus: Qui proprio filio nō pepercit, ut ecclesię mederet, sanguinē filij effudit propter ecclesiā. Hic sanguis irrigat ecclesiā. Et ideo plātaria eius marcescere non possunt, nec amittūt folia arbusta eius, nō subiacet necessitati tēporis, nec est cōditioni obnoxia, ut per esta tem coma foliorū tegat, hyeme amittat. Nō tenetur temporū qualitate, sed spiritus eam sancti gubernat gratia, & ideo nō senescit, nec cōtrahit, & multis impugnantibus nō opprimit. Quanti ab initio impugnarūt ecclesiā, cum fidei semina iacerent, & arma cōtra eam cōmota sunt: sed quanto magis impugnabat, tanto clarior reddebat: sed nunc quidē propter dei gratiā & reges, & duces, & milites, & uniuersus orbis fide repletus est. Nā in principio, & (ut dicā) in cunabulis ecclesiæ reges fuere impij, duces insani, populus seditioni deditus. Et edicta iudicū ubiq; dabant, aræ incendebant dęmonibus, fumus et odor pessimus ipsum maculabat aerē. Terra coinquinabat sanguine, dæmones debacchabant, diabolus dominabat, pater abdicabat filiū, filius inhonorabat patrē. Natura qdē scindebat, sed pietas nō diuidebat. Vbi sunt nunc qui audent ecclesiæ cōtraire? Quando nouella erat, in nullo potuit lædi: & nunc quādo usq; ad cœlū peruenit existimas eam posse superari? Et tunc quidē cū undecim essent apostoli nullus eos superare potuit, sed pauci homines totū ceperūt mundū: & nunc qn terra & mare, & orbis terrarū, & inhabitabiles regiones, & ciuitates, & omnes fines terræ pietate repleti sunt, putas eā te posse lędere? sed nō poteris. Christus em propter eam passus est, porte inferi nō prævalebūt aduersus eā. Facilius cœlū exterminari potest, & terra perire, q̄ aliq̄d mali pati ecclesia. Quis est q̄ hæc dicit? ipse Christus loquit: Cœlū & terra trālibūt, uerba aūt mea nō prætеribūt. Bene em uerbū dei ipso cœlo ualidius est, quia cœlū opus uerbi est. Dixit quippe deus, fiat cœlū: & uerbū in opus apparuit. Currebāt naturę, & nemo impediebat, q̄a naturæ dñs imperabat, qui & facere & immutare potest. Ego eam ædificaui qui cœlum statui. Sed pro-

Matt. ult.

Rom. 8

Gen. 2

propter cœlū nō fudi sanguinē, propter cœlū crucifixus non sum, nec propter cœlum cœleste corpus accepi. Et quid dicā cœli? Angelorū corpus non assumpsi, ut dicas, quoniā cœlo & angelis, & omni creatura honorabilior ecclesia est. Ideo cœlum & terra transibunt, uerba autem mea nō præteribunt. Assit gentilis, assit Iudæus, si hæc inania sunt uerba, redarguant: si autē ueritas est quæ dicta sunt, adorent uirtutē dei. Dixit Christus: Cœlum & terra transibunt, uerba autē mea nō præteribunt: facilius est cœlum præterire, & terrā deuocari, quàm uerba mea excidere. Quæ autem sunt uerba eius? Adducamus in mediū, uideamus ne forte intercíderint, non dubitans dico, sed hæreticos obcludo. Quæ ergo sunt uerba? cœlum & terra transibunt, uerba autem mea nō præteribunt. Matth. 16 Qui sermones? quæ uerba? Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non pręualebunt aduersus eā. Super hāc petram, non dixit Super Petrū: nō enim super hominem, sed super fidē ædificauit ecclesiam suam. Quid aūt erat fides? Tu es Christus filius dei uiui. Petram uocauit ecclesiā, fluctus suscipientem, & non titubantē. Etenim ecclesia tot suscipit tentationes, non tamen uincitur. Quid est super petrā? hoc est, super confessionem, super sermones pietatis. Si forsitan interrogabis, utrū hæc ædificatio suscipiat lapides, aut ligna, aut ferrū: non, inquit, nec enim est insensibilis ædificatio: quòd si talis esset, solueretur tēpore, confessionem aūt pietatis neq; dæmones, neq; ulla creatura uincere potest. Testant martyres, quorum latera radebātur, sed fides non frangebatur. O noua rerū materies. Paries effodit, & thesaurus non auferē: caro scinditur, & fides non rumpitur, talis quippe martyrū uirtus. Etenim super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam: attendite diligentius uerba. Portas inferi pericula uocat, quæ mortē pariūt. Quid ergo? In infernum intrabit quisq;, quando periclitabitur? Etiam, sicut enim portæ introitus ciuitatū sunt, sic pericula introitus mortis sunt. Et cur, inquit, nō prohibet tentationes? Vt ostendat uirtutem eius. Si nemo eā impugnare posset, dicere poterant, quoniam si impugnaret, utiq; uinceretur. Propterea permitto eam impugnari, ut nō imbecillitas impugnantium, sed fides uictoriæ imputetur. Et portæ inferi. Non dixit, non appropiāt ei, sed non prævalebunt aduersus eam. Quid ergo? Impugnabitur quidem, non tamen uinci poterit. Tempestates suscipit ecclesia, sed non demergit: iacula in eam mittuntur, sed non perforatur: machinamenta præparantur, sed turris non elidítur. Et quid dico ecclesiam? unū sermonem locutus est pastor, & sicut turris immobilis perseuerat. Quāti tyranni uerbū hoc delere conati sunt? sed non potuerunt. Supra petrā enim fundatum erat. Considera tyrānos, reges, gladios acutos, bestiarum dentes mortem minantes, caminos, sartagines, manus ferreas, & uncos, & omnia machinamēta parata: & pharetram quidem suam euacuauit diabolus, sed nihil læsit ecclesiam. Portæ inferi non prævalebunt aduersum eam. Testatur res ipsa, testatur horum quæ fiūt ad stipulatio. Quanti impugnauerunt, & nemo prævaluit? Et impugnatores quidē taciturnitati, & obliuiōi dati sūt: ecclesia autem quotidie uirtutibus augmentatur. Vbi nunc Claudius, ubi Augustus, ubi Nero, ubi Tyberius? Nomina sunt nuda: horum autem nemo, nec ulla horum mentio. Et quia ecclesiam impugnauerunt, ideo & memoriam perdiderūt: ecclesia autem clarior resplendet. Vbicūq; ieris, ad Indos, ad Mauros, ad Britannos, ad Hispanos, usque ad ultimum finē terrarum, inuenies: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Et uniuersa religione plena: ante hoc enim uniuersa repleta erant impietate, nūc autem non solum ciuitates religione florent & fide Christi, sed etiā eremus in nomine Christi gloriatur. Antea nanq; & reginæ in conuiuijs uirorū saltabāt, sicut filiam Herodiadis fecisse legimus: nunc uerò uix famula dignatur hoc facere. Antiquitus gentis Perſarum filij parentibus sociabantur connubio, & soror fratri iungebatur impune, nunc uerò uirginitatem appetunt. Ante hoc autem quoties in Britannia humanis uescebant carnibus, nunc ieiunijs reficiunt animam suam. Massagetæ & Derbices miseros putāt, qui ægrotatione moriuntur, & parētes, cognatos, propinquos, cum ad senectam uenerint, iugulatos deuorāt: rectius esse dicentes, ut à se potius quàm à uermibus consumantur: nunc uerò post passionem Christi & resurrectionē eius, abstinentia & castitate deuotè militant Christo, & prope omnes gentes paratæ sunt pro nomine domini fundere sanguinē suum. Ante hoc impij & persequutores erant reges: nunc uerò ad cœlum præferunt pietatem, & ingredientes limē ecclesiæ, deponunt coronam, & crucē Christi depingunt in suis frontibus. Foris arma, hic mysteria: foris scuta, hic sacramentorum celebratio. Theodosius pater, filius Theodosij, religiōe ac pietate insignes. Ideoq; pro his gratias agamus domino per Christum dominum nostrum, cuius est gloria &c.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
sermo in pentecoste de sancto spiritu.

Multi quidem aliter: at quicunq; gratię participes spiritum sanctū etiam nunc in eius ad homines è cœlis aduentu perquàm festiuè celebrant, et alius quidem alio pulchriora & sublimiora, & quantancunq; sciētiæ uirtutem habet, hac eiusdem gratia afflatus, afferat ecclesiæ Christi sponsæ mundum, & dona, & sportulas. Et alius quidem per spiritum dicat sermonem sapientię, alius qui ab eodem impellitur, faciat sermonē scientiæ, & alius operet dona uirtutū. Hæc enim & similia dona sunt digna spiritu sancto, qui facit nobis semper aliam super aliam oriri festiuitatē, à quo die sua gratia in orbe terrarū apparuit. Vtiq; sic ages ò sacrosancta dei concio, quomodo deū

Universidad de Deusto
Biblioteca

decet sanctarum ecclesiæ feriarum cõcordia. Igi- A
tur aliquando angelus Gabriel è cœlo descendit
& deus in utero semper uirginis habitauit: nunc
aũt ante paucos dies magni cõsilij angelus Chri-
stus in cœlos ascendit, & sanctum spiritum omni
bus demisit, unde in cœlos regressus ad patrẽ su-
um, clamabat: Surge in occursum meum, & uide.
&, Tu domine deus uirtutum, deus Israel intẽde,
ut uisites omnes gẽtes. Ego uisitaui, inquit, & im-
pleui tuam obedientiam, intende & tu, ut uisites
gentes, amandans eis & alium paracletum, spiri-
tum tuum sanctum. Igitur non ad unam tantum
animam hodie dicitur, Spiritus sanctus ueniet su
per te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: sed om
Ioel 2 ni creaturæ dicit deus, Effundam de spiritu meo B
super omnem carnem. Et erunt mihi in filios & fi
Matth. 12 lias, & fratres & matres. Quisquis enim facit uo-
luntatem patris nostri, qui est in cœlis, hic filius,
& Christi frater & mater est. Itaq; adoptionis fe-
stum fideles celebremus hodie, & spiritus sancti
ad spiritus hominum aduentum, & societatẽ. No
uæ enim hodie orbi terrarum annunciãtur leges,
nouum testamentum, noua creatura. Emittes e-
Psal. 103 nim, inquit, spiritum tuum & creabuntur, & re-
nouabis faciem terræ, quę olim audiuit: Terra es,
& in terram abibis. Proinde auditor sermonum,
aude mente tua recurre ad montem illum, Sinæ-
um dico, & disce quomodo olim uetus lex data
sit, quomodo item et nunc nouum testamentum. C
Hier. 31 De quo inquit per prophetam scriptura: Ecce di
es ueniunt, dicit dominus, & testamẽtum faciam
super domum Iuda: hoc est, super duos populos,
testamentum nouum: non sicut testamentum q̃d
statui cum patribus eorum, quando eduxi eos ex
terra Ægypti, dans leges in mentem eorum, & in
corda eorum inscribã eas. Quomodo igitur, dic
mihi, & quando uetus lex Israeli data est? Post li-
berationem de seruitute Ægyptiorum in monte
Sinæo: propterea etiam nunc nouum testamen-
tum in monte Sion redemptis de seruitute inimi
ci datur. Illic cum Moses in montem ascendisset,
lex descendit: hic ubi Christus in cœlum ascẽdit,
spiritus sancti lex nobis aduenit. Illic ignis mon-
tẽ impleuit, ideo & hodie igneis linguis spiritus D
apparuit. Illic agnitionis diuinæ primitiæ Israeli
declarabantur, hic nunc agnitiones diuinæ gen-
tibus significantur. Illic linguam quam nõ nouit,
audiuit populus: & hodie linguam quam non no
uit, locutus est apostolorum chorus. Illic cum lex
daretur, uoces tubæ sonabant: & hodie factus est
repente de cœlo sonitus tanquam impetu ueniẽ-
tis spiritus ualidi. Et illic post triduanam populi
purgationem lex data est, nunc aũt post triduanã
Christi resurrectionem spiritus sanctus nobis da
tus est. Nam dum complerentur dies Pẽtecostes,
erãt omnes discipuli unanimiter in eodem loco,
& factus est repente de cœlo sonitus, tanquã im-
petu uenientis spiritus ualidi, & impleuit totã do
mum ubi erant sedentes. Et apparuerunt eis diui-
sæ linguæ tanquã ignis, sedit q̃ super singulos eo-
rum, & impleti sunt omnes spiritu sancto: & cœ-
perunt loqui uariis linguis, prout spiritus da-
bat illis eloqui. Quam admirabile igitur erat spe-
ctare Galilæum, piscatorem, illiteratum, Barba-
rum, lingua Græca, Persica, Iudaica, Arabica dif-
ferre & rhetoricari? Hęc em̃ erat Christi ad disci
pulos certa minimeq; fallax promissio, qua dixit
eis: Cum abiero, mittam uobis spiritum sanctum, Ioan. 16
& ille uos docebit omnia. Quid igitur dicit? Nõ-
ne tunc acceperũt discipuli spiritum sanctũ, quã-
do sufflauit in eos, & dixit: Accipite spiritum san-
ctum? Sed tunc erant primitiæ et domum resurre
ctionis Christi, nunc autem impletio et fidelis cõ
firmatio illius in cœlos assumpti, ut absq; hæsita-
tione crederent illum sedere in cœlis à dextra pa
tris oblata natura nostra patri, & in antidotum &
remunerationem spiritu sancto nobis demisso.
Et cuius gratia post decimum diẽ suæ assumptio
nis paracletum emisit? monstrauit quòd noui te-
stamenti nouam decem particularum orationem
docuerit, & decem sermonibus beatitudinũ bea-
tos fecerit in se credentes. In specie autem igneа-
rum linguarum spiritus descẽdit hodie, ut infanti
litatem gentium in theologiam conuerteret, si-
mulq; indicabat patrem esse qui mitteret. Lingua
enim pater, qui genitor est uerbi. Item in specie i-
gnis, quia deus est spiritus sanctus. Deus noster, Deut. 4
sicut inquit scriptura, ignis consumens. Ignis igit̃
spiritus sanctus, eo quòd repurgat materiã pecca
ti, sicut ignis qui spinas & tribulos peccatorũ re-
purget, & qui sedẽtes in tenebris errorũ illustret,
& immateriale quid & impalpabile. Oracula qui
dem dat pater quasi in prima hora. Incarnat̃ autẽ
filius in gratia, aduenit uero nũc spiritus sanctus,
ut persona tertia in trinitate numeratus, consub-
stantialis autem & inseparabilis signat̃. Porrò ter
tia hora ad discipulos uenit ceu impletionem in-
separabilis trinitatis docens eos qui super terram
sunt, & tertiam legem post naturalem nobis lar-
giens. Iam & hodie in uoce ualida descendit, con
terens dæmonum ualidos montes, ut uiolenti ra-
piant regnum cœlorum. Olim quidem sub Eber
linguæ multæ confusæ sunt propter sceleſtam im
piorum temeritatem: linguis autem hodie admi-
rabilis sapiẽtia conceditur, propter flammam su-
perne in discipulos uenientem. Tunc obtenebra
uit impios ædificatio turris sceleſta, hic sapientes
reddit rara dei notitia. Illic lapsus condẽnauit, hic
nunc spiritus sanctus liberos fecit. Vbi em̃ spiri-
tus domini, illic cognoscit̃ & libertas. Et quòd li-
bertatis & remissionis peccatorũ est suppedita-
trix dies pentecostes, audi deum in Leuitico ad Leuit. 13
Mosen, ubi præsentem festiuitatem prefiguraui,
& dicit: Et numerabitis à Pascha septẽ septenari-
os dierũ, et die sequẽti facietis diem Pentecostes.
Dies propitiationis est dies remissionis, & indul
gẽtię. Quibus ostẽdit sanctissimus spiritus, quòd
quãdo præterierit septima sabbati legalis & festi
uitatis & cultus, tũ spiritus sanctus doctis gentí-
bus in Pẽtecoste propitiationẽ peccatorũ nobis
tribuet. Vnde & debitorũ remissio quinquagesi
mo tẽpore. Et idcirco quinquagesimus psalmus
in figura

in figura huius quinquagesimæ, remissionẽ pec- A
catorum & misericordiæ consecutionem Dauid
continet, & uariam spiritus sancti mentionem fa
cit, spiritum sanctum, & spiritum exultationis, &
spiritum rectum, & spiritũ spiritualem appellãs.
Audi & aliter Pentecosten hãc tibi præsignatam
manifeste. Ante multa tempora cum generale di
luuium totum orbem terrarum propter impieta-
tem comprehenderet, ædificabatur diuino impe
rio arca pro piorum uirorum salute. Trecẽtorum
cubitorum erat longitudo eius, & quinquaginta
cubitorum latitudo eius, in unum cubitum coge
bat̃ summitas eius, in qua congregabãtur ex om-
nibus quæ sub cœlo sunt animalia. Manifeste fi-
gura fuit. Aqua enim quæ occidit homines simu-
lachrorum cultus est, quæ sequissima hyems ac tẽ- B
pestas erat. Arca figura est ecclesiæ Christi. Trecẽ
ti cubiti, trinitatis lignant sacramentum, qui in u-
num cubitũ unius deitatis conueniunt. Quinqua
ginta autem iterũ nobis Pentecostes prefigurant
symbolum, qua in Sion, quasi in arca, pecuinæ &
Act. 2 immundæ quæ sub cœlo, ut dicunt Acta apostо-
lorum, congregatæ sunt gentes. Parthi quasi par-
di, & Medi sicut equi, & Elamitæ, & aliæ trib. gẽ-
tium. Ex ista arca Noe euolauit coruus, nec cõpa
ruit suffocatus in aquis. Ex arca autẽ ecclesię eli-
minatus est diabolus, qui uere niger & tenebro-
sus coruus est, suffocatus in aquis baptismatis. Di
missa est aũt in figuram dei à Noe & columba, ut
uideret si cessasset diluuium, & quum nondũ in-
ueniret requiem pedibus, post tempus iterum di C
missa est, & redijt siccum ramũ oliuæ in ore ferẽs:
& post dies septem dimissa, inuentaq; sibi requie,
confidens cessasse diluuium, nidificauit. Colum-
ba figura est aduentus sancti spiritus, quæ ante le
gem inuisens creaturam, non inuenit quomodo
super ea requiesceret, sicut neq; Iesus ubi inclina-
ret caput suum, ita impietas omia occuparat. De
inde post tempus quoddam iterum columba di-
missa est, redijt ferens ramulum oliuæ in ore: for-
te signãs in lege, ac in ore prophetarum, paruum
quendam fructum misericordiæ spiritum sanctũ
terre. At post septem dies omnis cultus sabbato-
rum legis, emisit deus Noe columbã spiritus filij
sui, & inuenta requie apud fideles, & in eis habi-
tauit, & delicate ambulauit, nidificauit & mansio D
nem apud nos fecit. Columba enim animal est,
quod præ omnibus uolatilibus cœli homines a-
mat, & contubernale est ac mansuetũ, innocẽsq;
& fœcundum, et domesticũ, quod uersatur, quie-
scit & habitat in domibus nostris. Sicut & spiri-
tus sanctus dicit de nobis, quia habitabo & con-
uersabor cum eis. Atq; idcirco in specie colũbæ
in Iordane de cœlo descendit. Specta autem hoc
admirabile animal: feræ enim & nigræ cohabita-
re & conuersari nõ amant, sed immaculatæ & ful
gidæ: ut & hoc manifeste & signanter describant
in seipsis, in nobis habitationem immaculati pu-
rissimiq; spiritus sancti. Quẽ ex summo cœlo cũ
ecclesia hodie susceperit, facta est & ipsa cœlum, &
cœlestes homines efficit, qui cœlestem spiritũ in
tra se ferant, & huius magnalia prædicẽt: id quod
si & nos obumbrare dignaretur, iuxta eum qui di
cit: Os meum aperui, & attraxi spiritum: attenta- Psal. 118
rem celebrare illius aduentum, non quantum par
& dignum (hoc enim neq; ulla creatura facere au
debit) sed quantum sua inspirarit uirtus & gratia.
Quamuis autem non ignea, sed lutea sim lingua,
feruenti tamen instituto: ideo obsecro, ut aures,
& mentem, atq; uigilem animam adhibeatis. De
deo enim, et de diuinis sermo erit, per spiritũ hinc
spirituales abeatis, festo spiritualiter celebrato, et
delicijs gaudij ineffabilis impinguati. Spiritus sã-
ctus fuit quidem semper, & est, & erit, neque inci
pit neq; desinet, sed semper patri consubstantia-
liter familiaris & connumeratus. Vita natura ui-
uens & uiuẽtium uiuificator, lux de luce & lucis
suppeditator, per se bonus & fons bonitatis, per
se dominus, sui iuris, deus de deo deificans, uirtus
omnipotens, etiam infirmis uirtutem cõcedens,
supersubstantialis ex substantia supersubstantia-
li, etiam alijs quæ sunt suam essentiam donãs. Spi
ritus sanctus, spiritus absq; materia, absque rege,
absq; senio, absq; successore, indissolubilis, supra
omnem captum & contemplationem, incommu
tabilis, impollutus. Spiritus sanctus, spiritus quẽ
nemo interpretari potest, imperuestigabilis, im-
perscrutabilis, impartibilis, incircumscriptus, abs
que fluxu, absq; sorde, absq; confusione, non ima
ginabilis, incomprehẽsibilis. Spiritus sanctus nõ
spiritus uentorum, non spiritus angelicus, nõ spi-
ritus corporalis, nõ spiritus aerius: sed spiritus o- C
pifex, spiritus personam in deitate habens, spiri-
tus sapientiæ, intellectus & exultationis, spiritus
consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & agni-
tionis, spiritus timoris & exultatiõis. Spiritus san
ctus, spiritus pacis & fidei, spiritus gratiæ & intel
ligentiæ, spiritus libertatis & mansuetudinis, spi-
ritus salutis & illustrationis. Spiritus sanctus ipsę
nostrę imaginis est reformatio, mentis perfectio,
animę instauratio. Spiritus sanctus autor est fidei
in deum, spiritualis mentalium oculorum nostro
rum sol: interni nostri hominis lumen, lucifer in
pectoris cœlo. Spiritus sanctus ipse opulentia fi-
liorum dei, ipse æternorum bonorum thesaurus,
ipse arrabon & pignus æterni regni, ipse primitię
uitæ æternæ, ipse signaculũ gratiæ baptismi. Spi-
ritus sanctus ipse fidem facit, quòd nos à deo in fi
lios adoptati simus, ipse corda nostra Christo cõ
glutinat. Spiritus ipse cibus est diligentium Chri
stum, quo nunquam satiantur: ipse potus est
animarum filiorum dei, ipse charitas eorum qui
sibi coniuncti sunt. Spiritus sanctus copula est u-
nionis nostræ in Christo, animarũ exultatio, cor-
dis tripudium, ignis, fons rorulentus. Spiritus san
ctus lugentium consolatio, mœstitudinis depositio, mentis requies, sapientiæ communicatio, pru
dentiæ inuentio, præscientiæ illustratio. Hoc pro
phetæ illustrantur, hoc idiotæ sapientia codiun-
tur. Spiritu sancto reges inunguntur, sacerdotes
ordinantur, doctores declarantur, ecclesiæ san-
ctificantur, altaria fundantur, unguentum conse-
cratur

Universidad de Deusto
Biblioteca

eratur, aquæ purgantur, dæmones abiguntur, morbi curantur. Hic ſpiritus uocatur, ſanctus, dominus, uiuificator, conſolator, & tam eſt, quàm dicitur deus paracletus: hoc eſt, inhortator. Inhortatur enim ſemper ad bonum corda fidelium, inhortatur animam, ut deo ſe uniat: inhortaſ mentem, ut à malis deſiſtat. Mirum, inhortatur & obſecrat deus mortalem, obſecrat deus lutum, obſecrat creator creaturã, obſecrat dominus ſeruum, idq; intrinſecus in anima: et alios quidem alloquitur amicè ut filios, alios ut fratres, alios ut amicos compellit, inſtigat, ad ſe attrahit, ineffabili & mẽtali charitate cor exhilarat, edulcat, calefacit, à terrenis transfert, et ad cœleſtia uocat: redire facit animam, & ad deum tranſire & uolare, urget mentem, diuino accendit deſiderio, docens ut bona B quæ illic ſunt cogitemus, quæ illic ſunt imaginemur, quæ illic ſunt ſomniemus, quæ illic ſunt inquiramus: animo uerſemus exercitus q illic ſunt, ſtatus luminum, diffuſiones quæ illic ſunt, gloriã quæ illic eſt, choreas quæ illic ſunt, ſupernas manſiones & tabernacula, ciuitatẽ quæ illic eſt, hæreditatis poſſeſſionem, inceſſabiles hymnorum cõcentus, fontes immortalitatis, quæ illic dulcem et inacceſſam lucem, theſauros æternorum bonorum, feſta quæ illic ſunt, æterna ſolennium ſolennia, thalamos ſponſarum dei qui illic, inextinguibiles lãpades, immarceſcibiles coronas, delicias citra faſtidiũ, gaudiũ perenne, uitam æternam, regionem uberrimã, ciuitatẽ uirtutũ, patriam abſq; turbatione, portum abſq; tempeſtate, ad quẽ ſem C per ſpiritus aduocatus uocat et obſecrat animam ad imaginem ſuam factam, & oſtendit ei intrinſecus quaſi in ſpeculo cum ineffabili gaudio futurũ æternũ gaudium, adhortaturq; eam, & dicit: Veni ad patrem, ueni ad ſupernam patriam, ueni ad ſupernũ regnum, ueni ad incorruptibilem ſponſi thalamum. Si quis uere fidelis inter uos, agnouit omnino quæ dicta ſunt: ſi quis ex uobis Chriſtum diligit, & habet ſpiritum ſanctum. Illæ enim & ſimiles ſunt admonitiones, & exhortationes conſolatoris ſpiritus ſancti in cordibus fidelium, tales ſunt & his magis myſticæ, quas ſolas ſciunt, qui illum inhabitatorem habent. Ita ſancti ſpiritus cõſolatione accenſi ſimul & alati, corroboratiq; in populo Chriſti uiri ac mulieres, ſaucijs diuino amore animabus mortem contempſerunt, naturam carnis uicerunt, tyrannidem uoluptatũ D conculcarunt, flammas cõcupiſcentiarum extinxerũt. Iſta ſpirituſſancti adhortatione incitati, omnia quæ ſuper terram, quaſi ſomnia contempſerũt, pecunias, negotiationes, poſſeſſiones, ueſtes, ædes, patres, matres, filios, cognationes, generis nobilitatem. Perſuaſit enim eis ſpiritus ſancti operatio, cum dicit: Non habemus hic manentem
Hebr. 13 ciuitatem, ſed cœleſtem inquirimus Hieruſalem. Hoſpites & peregrini ſumus nos in hoc ſeculo, non habemus ſuper terram patrem, ſed ad cœleſtem imus patrem, deſiderantes diſſolui, & eſſe cum eo: deſiderãtes per mortem ad immortalem tranſire: illũ ſitientes, ſicut ceruus ad fontes aqua rum: illũ deſiderantes, illũ concupiſcẽtes qui nos dilexit, qui in noſtris animabus mãſionem fecit, qui dignatus eſt cum pauperibus & peregrinis, & peccatoribus cõmunionẽ habere, qui in infirma noſtra carne habitauit, qui ſpiritum ſanctum hodie nobis demiſit, & filios nos dei ac hæredes fecit. Etenim et filij ſumus. Demiſit deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra clamantẽ, Abba pater: atque adeo iam nõ ſumus ſerui, ſed filij dei: ſi aũt filij & hæredes. Audet horribile & metuendũ qdam ſermo dicere feſtiuitate hac fretus: Deus in hominibus domicilium habuit, & oſtendit homines deiparos. Stupendus ſermo, at non meus ille ſermo. Propter timorẽ tuũ domine uterum geſſimus, & parturiuimus, & peperimus uerbum ſalutis. Nos qui ſumus carnes infirmitatis, peperimus ſpiritũ ſalutis: quia cõcepimus hodie ab excelſo ſpiritum adoptionis filiorũ. De hac ſalutari incorruptiſſima ſpiritus cõceptiõe, uolo tibi hodie ſpiritualẽ & myſticũ quẽdam ſermonem inſtituere, ut manifeſtius ſcias quis prius fueris, quis nũc factus ſis, & quid intra teipſum cõceperis, & qualẽ fœtum in anima tua feras, & quõ omni Chriſtianæ menti quadret, ut ei dicatur, Benedicta tu in mulieribus ut ſponſa dei: & benedictus fructus uentris tui, qui quidẽ ſpiritus ſanctus eſt, per quẽ ego feſtiuitatis amator, hodie cõcionor. De hoc aũt ſermonem hinc exordior. Olim in principio, quando omniũ opifex ac dominus ineffabili conſilio & ſermone, iuxta imaginẽ ſuæ imaginis effigiauit hominem protoplaſtũ: conceſſa faciei corporis illius, forma angelici cuiuſdã fulgoris. Quã ſpeciem mox ut honeſtatis oſor dæmon uidit, inuidit, illamq; per inobedientiam deceptam ſeduxit, & corrupit, fulgoremq; illum coinquinãs immutauit: quam opifex ſermo deus renouare uolens, nõ iterum ſicut olim, extrinſecus hominem adornauit, ut ne iterum cõſpectus à malo dæmone, inuidiam experiretur, qua pulchritudinis ſuæ iacturã faceret. Propterea quid facit deus, et quid fit? Demiſit ſpiritũ filij ſui in corda noſtra, clamantem: Abba pater. Spiritus deus noſtris fideliũ ſpiritibus unitus eſt, fraterno modo. Hoc donũ eſt, quod nobis ſolis deus dedit, qui in Chriſtum credimus. Hic eſt theſaurus noſter, de quo Paulus di- 2. Cor. 4
cit, quòd habemus theſaurũ hunc abſconditũ in fictilibus uaſis, luteis noſtris corporibus. Hoc eſt granum ſinapis, quod Chriſtus in terra cordis noſtri ſeminauit & occultauit. Hic ſancti ſpiritus in nobis theſaurus eſt, & preciоſiſſimum margaritum. Hic eſt ignis ſanctiſſimus, de quo dicit Chriſtus: Ignem ueni mittere ſuper terram, & uolui ui- Luc. 12
dere ſi iam accenſus ſit. Hic in nobis ſpiritus ſanctus regnum cœlorum eſt, & de quo dicit Chriſtus: Regnum cœlorum intra uos eſt. Chriſtus intus, ſpiritus ſanctus intus, pater intus: quæ oculus non uidit, & quæ aures non audierunt, etiam ipſa intus. Et quomodo cõſequenter omnis Chriſtianorum munda mens non comprobatur purum cœlum, imò etiam cœlo pretioſior? Cœli enim peribunt, fideles autem permanent in ſeculum,

quotquot

quotquot deum intrinſecus in ſeipſis ferunt & ui- A
dent. Vidit quidem & Abraham olim, ſed extrinſecus apud quercum Mambre. Vidit & Iob, ſed extra, per turbinem & nebulas. Vidit Moſes deum, ſed extra, per cauernã & in petra. Vidit Eſaias, ſed extra, in throno excelſo. Vidit Ezechiel, ſed extra, in animalibus oculatis. Vidit & Daniel ſed in uiſione noctis. Vident deum & qui nunc apud nos mundi corde, at non extra, ſed intrinſecus, ſicut filij & hæredes dei, cohæredes aũt Chriſti. Etenim prophetiæ ſpiritus acceperunt omnes qui ante Chriſtum iuſti, non adoptionem filiorũ. Nõdum enim, inquit Lucas, ſpiritus ſanctus erat in hominibus. Non enim audierant à deo, qui ante Chriſtum fuerũt: Regnum cœlorum intra uos
B eſt. Non audierũt qui ante Chriſtum: Veniã ego & pater meus, et manſionem apud uos faciemus.
Matth. 13 Idcirco dicit uobis, qui in eum creditis: Multi prophetæ et iuſti deſiderauerunt uidere quæ uidetis, & audire quæ auditis, & non audierunt. Tantum fidelibus in nouiſſimis deus ſpiritum ſuũ ſanctũ demiſit, & inhabitauit, & cõuerſatus eſt in nobis. Nullus infidelis hũc theſaurum ſpiritus ſancti in ſeipſo poſſidet, nullus ludæus donum hoc nouit, etiamſi innumera bona operetur, ignorat has diuitias, non habet hũc theſaurum ſpiritus. Quamuis & ludæus uidetur habere legẽ, uidetur & Paſcha facere, ſed corporale: uidetur offerre ſacrificium, ſed quale faciũt lanij. Videtur & templum habere, ſed nõ adhuc ut fidelis. Tu templum dei, tu uerum tabernaculum teſtimonij, tu domus ſan-
C cti ſpiritus, in quo inumbrat ſemper, Videtur & Samaritanus, uidetur & Arabs deũ colere, & deum confiteri, uerbum deum credere, et ſpiritũ dei glorificare: ſed neq; an ſit ſpiritus ſanctus nouit, & quid ſit deus omnino ignorat, neq; ſpiritus ſancti particeps eſt, neq; deum uerbum perſonam in deitate eſſe cognoſcit. Non enim habet in ſeipſo deum habitantem, non habet granum ſinapis in ſe ſeminatum, non habet inappreciabile margaritum, non habet regnũ dei intra ſe, non habet theſaurum ſpiritus in ſeipſo latẽtem, ut in agro. Si autem quis ſpiritũ dei non habet, inquit, hic non eſt
Rom. 8 dei: ſicut Paulus ſtatuit. Quoniam aũtẽ hodie ſpiritus aduenit, & nouæ legis noua & admirabilis
D legiſlatio facta eſt, bonam in ſpiritu fiduciam habentes, ſpiritualia cum lege comparemus, ut illuſtreris, in quo tu fidelis à ludæo differas, & quãto ſublimius ſit nouum teſtamentum ueteri. Quæ igitur lex, quam hodie è cœlo datam diſcis? Spiritus gratia. Quæ rationales tuæ tabulæ, in quibus hæc lex inſculpitur? Anima & corpus. Quæ tua ſpiritualis circunciſio? Omnis malæ concupiſcẽtiæ exciſio, & ab ea auerſio. Quod tuum altariũ? mens tua ſpiritualis. Quod ſpirituale tuum ſacrificiũ? omnis bona operatio. Quis altaris tui ignis? compunctionis calor. Quod templum tuo a deo conditum? mundum cor, in quo deus habitare amat. Has te doctrinas huius diei ſolennia paucis docent. Hanc tibi legem ſtatuit dies Pentecoſte. Hæc te myſteria docet ſpiritus. Cuſtodi obſecro hoc donum depoſitum perpetua memoria dignum. Cuſtodi obſecro, ſpiritus ſancti facem inextinctam. Cuſtodi theſaurum qui in te eſt occultũ, ne à prædonibus rapiatur. Serua obſecro & preciоſum margaritum immaculatum. Retine conceptionẽ ſpiritus, quam te ſermo docuit, illæſam. Serua obſecro, hunc fructum immarceſcibilem. Ecce manifeſtè didiciſti, quæ per dona ſpiritus es aſſecutus. Et quis prius eras, & quid nunc factus ſis: nempe amicus dei, filius, Chriſtus, frater, hæres, domus, templum, regni cœlorum theſaurus. Quod ut nos omnes conſequamur, gratia & miſericordia ſua dignetur concedere dominus noſter Ieſus Chriſtus, cui ſit gloria & imperium cum patre & ſancto uiuificoq; ſpiritu, in omnia ſecula
B ſeculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI HOMILIA de ſancto & adorando ſpiritu.

HERI à nobis, amatores Chriſti, ſancti & adorãdi ſpiritus celebrabatur aduentus: non humanarum cogitationum honore exceptus, ſed paternæ uirtutis teſtimonio cõprobatus. Non enim ex his quæ cogitamus uel loquimur, deus cõmendatur: ſed per ea, quibus illuſtramur, & pietas commẽdatur, & ueritas prædicatur. Vnus dei ſermo eſt, una ſancti ſpiritus doctrina, pietatiſq; lampas eſt, & diuinæ agnitionis prædicatio, ac doctrinæ dei illuſtratio. Operæpretium au-
C tem eſt, ut perſeueremus diutius in ſancti adoratiq; ſpiritus enarratiõe, & manifeſtius aliquid de ſancta, gloriоſaq; facultate dicamus. Iterum & iſſem utamur uerbis, non per ea, quæ cogitamus, ſed per quæ docemur ſpiritũ ſanctum, & quæ diuini docent ſermones, imo quæ ipſe de ſeipſo prædicat, dum per prophetas loquitur, perq; apoſtolos fert radium ſuum. Natura inſeparabilis eſt, utpote qui ex inſeparabili et indiuiſibili natura progreſſus eſt. Nomen autẽ eius ſpiritus ſanctus, ſpiritus ueritatis, ſpiritus dei, ſpiritus domini, ſpiritus patris, ſpiritus filij, ſpiritus Chriſti: & ſic uocat eum ſcriptura, imò ipſe ſeipſum, & ſpiritum dei, & ſpiritum qui ex deo eſt. Et ut nũquam, cum audimus ſpiritum dei, putemus quòd per proprietatem dicatur ſpiritus dei, introducit ſcriptura ſpiritum ſanctum, & apponit qui ex deo eſt. Aliud enim eſt dicere dei, & q ex deo eſt. Dei enim ſunt cœlum & terra, utpote ab eo facta. Ex deo aũt nihil dicitur, niſi quod eſt ex ſubſtantia eius. Itaq; dicitur ſpiritus ſanctus. Iſta enim eſt prima ac propria appellatio: & ut euidentiorẽ habẽs intelligẽtiam ſpiritus ſancti naturam demõſtrat. Spiritus ſanctus, ſpiritus dei. Quis eum uocat ſpiritũ dei? audi ſaluatorem dicẽtem: Quòd ſi ego in ſpiritu Matth. 12
dei eiȝcio dæmonia. Vt igitur, ſicut dicebam, ne quis audiens ſpiritum dei, putet proprium quiddam ſignificari & non commune naturæ, Paulus 1. Cor. 2
dicit: Nobis aũt non datus eſt ſpiritus mundi, ſed ſpiritus qui ex deo eſt. Iterum dicitur ſpiritus patris

Universidad de Deusto
Biblioteca

tris, sicut saluator apostolis dicit: Ne solicíti sitis, A quomodo uel quid loquamini: nõ enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Sicut autem dixit, spiritus dei, & subdit scriptura: Qui ex deo est, sic iterum dictus est spiritus patris. Et ut ne putetis hoc secũdum proprietatem dici, saluator confirmat: Quando uenerit paracletus spiritus ueritatis, qui à patre procedit. Illic ex deo, hic à patre dicitur: id quod sibijpsi tribuerat, dicens: Ego à patre exiui, hoc & spiritui sancto asscribit, dicens: Qui à patre procedit. Quid est, procedit? Non dixit gignitur. Quod enim non est scriptum, non dixit esse sentiendum. Filius à patre genitus est, spiritus à patre ,,procedit. Quæris à me omnem ueritatem, quomodo genitus ille, & quomodo processit iste? Cum didiceris quòd genitus est, didicisti & modum, & comprehendisti utiq;. Itaq; cum audieris prædicari filium, comprehendisti natiuitatis modum. Nomina sunt, quæ pia fide honorantur, non ratiocinatione tenentur. Quæ autem uis nominis, Procedit? audi: ut nomen natiuitatis prætereat scriptura, ne filiũ ipsum dicas, dicit spiritus sanctus, qui à patre procedit: inducit eum procedentem, ut aquam de fonte scaturientem: sicut & de paradiso Gen. 2 dictum est: Fluuius autẽ procedit ex Edem, procedit & scaturit. Pater fons aquæ uiuentis dicitur Hier. 2 iuxta prophetam Hieremiam, dicentem: Obstupescat cœlum super hoc, & horreat ualde terra: C quoniam duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ uiuentis. Diuinus sermo definiens patrem fontem aquæ, inducit ex fonte uitæ, aquam uiuã quæ procedit. Quid procedit? Spiritus sanctus sicut a fonte aqua. Vnde hoc qđ Ioan. 7 spiritus sanctus aqua uocetur? dicit saluator: Qui credit in me, sicut dixit scriptura, flumina ex uentre eius fluent aquæ uiuę. Et interpretans euangelista hanc aquam, subdit: Hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credẽtes in eum. Si igitur euangelista Ioannes declarans, spiritũ sanctum dixit aquam uiuam: Pater autem dicit, Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ: Fons spiritus pater, propterea etiam ex patre procedit. Dicitur igitur, repetere liceat, Spiritus dei, & spiritus qui D ex deo, spiritus patris, & spiritus qui à patre procedit. Spiritum dominum testatur Esaias in persona Christi: Spiritus domini super me, eo quod unxerit me. Et Paulus: Dominus autem spiritus est. Vbi autem spiritus domini, ibi libertas, Num perquẽ aduenit libertas, ille seruus? Si eorũ ad quos accedit spiritus sanctus, soluit seruitutis iugum, et præstat eis libertatis personã: quomodo ipse seruus? quomodo largitur quod nõ habet? quomodo cum ipse sit seruus, libertate donat? Non audi Rom. 8 sti Paulum dicentem: Lex spiritus uitę in Christo Iesu liberum me reddidit à lege peccati? Liberósne reddit spiritus seruus, qui natura sua nõ habet libertatem? Nam si creatus est, etiã seruus factus, non reddit liberum. Ne uos sophismatis circumueniant hæretici. Non dico eum seruum, nõ creaturam. Videntur tria principia inducere, increatum, creatum, & aliud nescio quomodo uocem. Spiritus patris, spiritus qui ex patre: spiritus patris, spiritus qui à patre procedit. Spiritus domini, spiritus filij. Quòd autem sit filij, dicit Apostolus: Emisit deus spiritũ filij sui in corda nostra clamantem, Abba pater. Ecce ipse spiritus filij. Alio loco iterum spiritũ Christi dicit Paulus: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu: siquidem spiritus dei habitat in uobis. Obsecro animaduertite sanctam hanc connexionem. Quasi catenam quandam sanctam & uiuam ex triplici potentia inducit Paulus, naturam coniungens inseparabilem, & in diuersis nominibus unam uirtutem indicans. Vos autem, inquit, non estis in carne, sed Rom. 8 in spiritu. Ecce spiritum, siquidem spiritus dei habitat in uobis. Vidisti spiritum dei: Si autem quis spiritum Christi non habet. Et sanè oportebat dicere, si autem quis spiritum dei non habet: sed dixit spiritum Christi, dixit spiritũ dei, & subdit spiritum Christi. Si autem quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Verum hoc dixit, ut ostendat, si spiritus & Christus, Et idem est Christũ adesse, & spiritum adesse: & idem est spiritum dei dicere, & spiritũ Christi. Est igitur spiritus sanctus spiritus ueritatis, quasi quis dicat, spiritum filij: qa dicit saluator, Ego sum ueritas. Dicit spiritus ue- Ioan. 14 ritatis qui est spiritus filij, sicut dicit Paulus: emisit deus spiritum filij sui, Est igitur & spiritus filij, Gal. 4 & spiritus eius qui excitauit Iesum Christum. Et 1. Cor. 3 audi Paulum dicẽtem: Si autem spiritus eius qui excitauit Iesum Christum habitat in uobis. Hæc nomina sanctę & immaculatę trinitatis, sancti & admirabilis spiritus sunt nomina, non naturæ cõuenientia, sed operationi. Profundus sermo, & opus habet auribus attentis, munitis, & fidelibus. Dicitur autem iterum spiritus, spiritus uitæ: quia saluator dicit, Ego sum ueritas & uita. Dicitur spiritus uitæ, sicut & Paulus dicit: Lex spiritus uitæ. Hæc nomina eiusdem sunt autoritatis, & eiusdẽ Rom. 8 naturæ. Sunt autem alia nomina, quæ non ascribuntur sancto spiritui, sed uirtuti & operationi eius: ut sunt dona eius. Dico itaq;, & ante declaro sententiam, postea testimonium subinducturus. Quãdo dat spiritus sanctus precibus sanctorum uel mihi, uel alicui Christianorum sanctificationem, accipio donum ita ut sanctum habeã & corpus & animam. Donum datum mihi uocat Spiritum Sanctificationis: hoc est, beneficium. Si dederit spiritus sanctus cuipiam donum non habenti sapientiam, uel non habenti intelligentiam, sed solam fidem, quales sunt multi habentes dona, ut credant scripturis, ignorantes scripturas, uocatur donum illud, spiritus fidei. Si autem quis accipiat uirtutem & donum à spiritu sancto, ut credat promissioni bonorum quæ dantur in futuro seculo, ille spiritum promissionis accepit. Si aũt quis accipit & sapientiæ donum, uocatur donum Spiritus Sapientiæ: & ubi dona spiritus, uocant spiritus: & attende diligenter, quia hæc speculatiuo modo ita declaramus. Veniamus ergo ad demõstrationes. Quãdo quis habet donum charitatis, dicitur

dicitur quòd habeat Spiritum Charitatis. Quãdo A acceperit donũ martyrij, dicit quòd habeat Spiritum Virtutis, hoc est donũ. Iam quia donãs spiritus sanctus est, uocatur & Donũ eodem nomi-
Rom. 8 ne quo is qui donat. Idcirco dicit Paulus: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum ad timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum.
2. Tim. 1 Et iterum: Non enim dedit nobis spiritum formidinis, sed spiritum uirtutis & dilectionis & tẽperantiæ. Spiritum autem dicit hic donũ, sicut quan-
Eph. 1 do dicit: Vos autẽ obsignati estis spiritu promissionis sancto. Promissionis spiritus ubi scriptum
2. Cor. 4 est? Dicit Paulus: Habentes autem eundem spiritum fidei & promissiõis, hoc est gratiam spiritus. Ecce igitur spiritum fidei, & spiritum promissio- B nis. Si fuerit quis mansuetus & humilis corde, donum accepit mansuetudinis: Est autem donũ dei,
Galat. 6 & hoc dicit Paulus: Si & præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales, instaurate eum qui talis est in spiritu mansuetudinis: hoc est, in beneficio doni mãsuetudinis. Considerãs, inquit, temetipsum ne & tu tẽteris. Ecce spiritum mansuetudinis. Alij datur sanctificatio animæ & corporis, & uocatur spiritus sanctificationis. Si-
Rom. 1 cut dicit Paulus, Seruus Iesu Christi, uocatus apostolus, segregatus in euangelium dei, quod ante promisit per prophetas suos secundum spiritum sanctificationis. Vbi multi putauerunt, quòd adhæreat primo uerbo, qui declaratus fuit filius dei C secundum spiritum sanctificationis. Non est autem sic, sed Paulus ordinatus secundum spiritum sanctificationis: & quãdo ordinatus est? ex resurrectione Iesu Christi. Quoniam alij quidem apostoli ante passionem, hic autem post resurrectionem: & propterea dicitur secundum spiritum sanctificationis. Et aliud, quãdo incipiemus omnes
Matth. 6 tempore sacrorum mysteriorum dicere, Pater noster qui es in cœlis: donũ accipimus Spiritũ Adoptionis, hoc est, beneficium & donum sancti spiritus. Spiritum uocat & æmulationem, sicut dicit
1. Cor. 14 Paulus: Quoniam & uos æmulatores estis spirituum, hoc est donorum. Et adhuc excellentiorẽ uobis uiam monstro. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem nõ habeo, nihil D sum: hoc est, omni dono maior est charitas. Verũ ad propositum redeamus. Redit Esaias. Spiritus enim per omes loquitur. Itaq; sicut Paulus dixit: spiritum uitæ, spiritum charitatis, spiritum uirtutis, spiritum temperantiæ, spiritum promissionis, spiritum fidei, spiritum mansuetudinis, spiritũ ad-
Esa. 11 optionis filiorum: ita & beatus Esaias, Egredietur, inquit, de radice Iessæ uirga, hoc est regia dignitas Christi. Virga enim regis symbolum est, ut di-
Psal. 44 cit Dauid: Virga æquitatis, uirga regni tui. Egredietur uirga de radice Iessæ, & flos de ea ascẽdet, et requiescet super eum spiritus dei. Hic est nomẽ ipsius naturæ spiritus, deinceps sequuntur dona:
Esaiæ 11 Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus cõsilij et fortitudinis, spiritus scientiæ, spiritus pietatis, spiritus timoris domini. Sicut si quis explicet scripturam, siue tu, siue alius fidelis & Christianus, etsi abscondítum nomen & obscurum fuerit, det autem spiritus sanctus alicui abscondita sensuum reuelare: is accepit spiritum reuelationis, qui reuelat profunda. Vnde & Apostolus uolens discipulos pios intellígere scripturas, dicit: Precor deum Eph. 1 ut det nobis spiritum sapientiæ et reuelationis, in agnitione illuminatos oculos mentis nostræ. Vidisti spiritum reuelationis? sed ad propositum redeamus. Vbi opus est discere profunda, uocatur spiritus reuelationis: ubi oportet habere charitatem, uocatur spiritus charitatis: ubi decet manifeste loqui doctorem, uocatur spiritus sapientiæ: ubi opus est auditore ut cum intelligentia capiat, nominatur spiritus intellectus. Spiritus sapientię datur docentibus, spiritus intellectus auditoribus. Ego prædico, tu intellígis, & dictorum mentẽ capis, docere autem nescis. Spiritus ille donum est sapientiæ, propter doctrinam. Volens autem de us monstrare, quod sicut mittit docenti sermonẽ sapiẽtiæ, ita mittit & discenti donum intellectus, ut capiat quæ dei sunt. Sapiẽtiæ gratiam habet os prædicans, intellectus gratiam habet cor discẽs. Sapientia armatura oris est, intellectus uero cordis. Propterea dicit, Os meum loquetur sapientiam, et meditatio cordis mei intelligentiam. Alius Psal. 48 nõ accepit doctrinæ gratiam, sed accepit donum ut det consilium, consiliumq; bonum & admirabile. Non enim omnia quis accípit, ut ne donum naturam putet. Accepit quis doctrinæ gratiam, & ut ne quis extollatur, in operum consilio inuenitur infirmus: & alius nõ ualens docere, bene cõsulit. Et inuenies aliquem qui mutuum nunc alijs dat, nunc ab alijs recipit. Vnde hoc? Nunc demõstrationem adijciam, quòd qui accípit gratiã doctrinæ, indigeat alterius consilio. Moses acceperat spiritum sapientiæ, legislationis & doctrinæ. Permittebat sibijpsi toto die ius dícere, accedit Iethro socer eius, & consulit ei, ac dicit: Non potes Exod. 18 sufficere tanto populo solus tu, ut ei ius dicas: sed si hoc feceris, totũ teipsum perdes. At quid? Constitue, inquit, decanos, & quinquagenarios, & cẽturiones, & tribunos, ut ea quæ excedũt decanũ, referant ad quinquagenarium: & quæ excedunt quinquagenarium, referant ad centurionem: & quæ centurionem excedunt, referant ad tribunũ: & quæ excedunt tribunum, referant ad te: & quę excedunt te, referas ad deum. Si quod, inquit, graue negocium, referant ad te: si aũt tibi quid graue, referas ad deum. Ecce legislator quum sapiẽs esset, accepit consilium priuati, & factum est consilium lex, & figura futurorum. Quoniam Iethro socer Mosi, sacerdos erat idolorum: postea autẽ cognito errore didicit ueritatem, factusq; est figura gentium ecclesiæ: quia sapientiam legis transcendit gentium intelligentia: non quia sunt gentes, sed quia respuerunt. Quãdo enim receptum est consilium Iethro, nõ erat sacerdos idolorum, sed agnouerat deum. Quia postquam cognouit opera dei, & mirabilia quæ narrauit ei Moses in Ægypto facta, dicit: Nunc ego cognoui. Videre sipiícentiam, quòd magnus sit dominus deus no

Universidad de Deusto
Biblioteca

ster supra omnes deos. Nam ubi ueritatem agnouit, accepit boni cõsilij donum. At nos ad propositum redeamus. Accepit docens spiritum sapiẽtiæ, dicens spiritũ intelligentiæ ut intelligat. Propterea Esaias sapientiam asscribit docenti, intellectum audienti, & inquit: Sapiẽtem architectũ, Esa.3 & intelligentem auditorem. Spiritus consilij dat consiliario: spiritus fortitudinis, consilium accipienti: accipit donum consiliarius, ut dicat utile gpiam: accipit gratiam qui consilium accipit, dum perficit quod utile est. Spiritus timoris domini. Singula dona illa ad propositum usum concedebantur. uerbi gratia: Quando extruebatur tabernaculũ à Mose in solitudine, nõ opus erat illi dono doctrinæ, sed dono architectonices, quomodo cõsuerent byssum, hyacinthum, purpurã, coc B cinum: dedit deus donũ architectonices, & artem consuendi, texendi, fundendi aurum, polien di lapides, & construendi. Et quare omes artes illas dedit: quia tabernaculum faciebat deus super terrã. Erat autem figura cœli & terræ tabernaculum. In sex autem diebus fecit deus cœlum & terram. Extruebatur tabernaculum figuram gerens cœli & terræ. Et opus habebãt gratia spiritus suo operi congrua. Non enim erat tempus doctrinę, Exod. 13 sed sutorię, et aliarũ artium. Et dicit dominus: Ecce dedi uirũ nomine Beseleel, de tribu Iuda, & impleui eum spiritu diuino, spiritu sapiẽtiæ & scientiæ, & sensus. Sapientiæ spiritu, ut quod proponebatur ad faciendũ, ita faceret & operaretur. Scientiæ autem, ut bene quadrarent: sensus uero, ut in C telligeret quæ dicebantur à spiritu qualem haberent uirtutẽ. Alio loco promittit deus se daturum Zach. 12 gratiam misericordiæ, & dicit: Effundã super domum Dauid spiritũ gratiæ & miseratiõis, hoc est donum misericordiæ. Iterũ largitur dona humilitatis. Vnde hoc liquet? Tres pueri in camino, q̃niam ut iusti flammam calcauerũt: ut humiles autem, peccatores se uocauerunt: Propter excellentem iustitiam calcauerunt, & caminũ rorem fecerunt. non inflati sunt, neq; dixerunt, ò quanta nostra iustitia: nescimus enim naturam, trãsgressi sumus legem, sed operanẽ ut iusti, loquuntur ut peccatores. Cõsidera enim, Calcabant flammã, exul- Dan. 3 tabãt ut iusti, & cõfitebanẽ ut peccatores. Peccauimus, iniquè egimus, iniustitiã fecimus. Omnia D quæ induxisti super nos, iudicio iusto fecisti: quia iniquè egimus, & discessimus à te, & mãdata tua nõ audiuimus, ut bene esset nobis. Quoniam igitur quum iusti essent, seipsos humiliabãt, acceperunt spiritum humilitatis, donum humilitatis. Et propterea cum uiderunt gratiam, dicunt: Nõ est nobis in tempore hoc princeps & propheta, neq; oblatio, neq; thymiama, neq; locus ut offerãt primitiæ, & inueniatur misericordia. Quia igitur nõ habemus ciuitatem, neq; templũ, neq; altare, pro omnibus humilitas nostra sufficiat. Propterea dicunt, sed in anima cõtrita & spiritu humilitatis suscipiamur. Alius cum plenus esset gratia, accepto integro dono, dicit: Spiritum accepit impletiõis. Vnde hoc dicit Hieremias: Via filiæ populi mei,

A non in sancto, neq; in puro. Spiritum impletionis: non habent, inquit, spiritũ qui impleat eos. Sic habebant spiritum impletiõis apostoli, ut scriptum est: Tunc, inquit, Paulus impletus spiritu sancto, Act. 13 quãdo arguit Elymam magum. Vides donaria? Repetam igitur nomina ineffabilis naturæ. Spiritus dei, spiritus qui ex deo, spiritus domini, spiritus patris, spiritus filij, spiritus Christi, spiritus qui excitauit Christũ, spiritus uitæ, spiritus ueritatis. Dein dona, spiritus uirtutis, spiritus charitatis, spiritus tẽperantiæ, spiritus promissionis, spiritus fidei, spiritus reuelationis, spiritus adoptionis filiorum. Qui accipit gratiam ut iudicet, accipit spiritum iudicij, sicut dicit Esaias, & purgabit eos do- Esa. 4 minus spiritu iudicij, & spiritu adustionis. punitricem & purgatricẽ uim uocat spiritum adustiõis. Dauid autem petit spiritum rectum, qui dirigat, et in rectã uiam ferat. Et iterum petit donum principale, quo dominetur & sit princeps affectionũ, faciatq; animã nõ seruire suis affectionibus. Quoniam enim Dauid peccauerat, & à cõtinentia uenerat in nequitiam affectionum & uoluptatis: & quia non iuste iudicarat interficiẽdum uirum, & seruus factus erat cõcupiscentiæ in adulteriũ pro lapsus, petit Spiritum rectum, inquiẽs, innoua in Psal. 50 uisceribus meis: &, ne proijcias me, inquit, à facie tua: &, Redde mihi lętitiam salutaris tui, et spiritu principali confirma me: hoc est, dono quo dominer affectionibus, & cohibeã uoluptates. Hæc à nobis dicta sunt de spiritus sancti diuina maiestate, & diuersitate in operationib. eius. Hæretici autem qui ignorauerunt, quòd quando dicit spiritũ sanctificatiõis, uel promissionis, donorũ memorsit: ipsi ad naturã referunt, dicentes, q̃ deus dedit, & spiritũ sanctũ donauit. Vidisti, inquit, quòd donum dei est? legerũt dona, & ea ad naturam referũt miseri. Oportebat intelligere quæ nomina ad naturã pertineant, & quæ dona & gratiam significent: caupones fuerũt adulteratæ ueritatis, confuderũt omnia, subuerterunt seipsos, exciderunt à ueritate, obtenebratũ est insipiẽs cor eorum, di- Rom. 1 centes se esse sapientes, infatuati sunt. Eapropter inferunt: Quoniam, inquit, de spiritu moues, & à scriptura doces, & uis testes habere scripturas: ab ipsis scripturis moti dicimus ea ipsa quæ de spiritu sancto saluator dixit. Quid igit ille dicit? Spiri- Ioan. 16 tus ueritatis deducet uos in omnẽ ueritatem: non enim loquetur à seipso, sed quæcunq; audierit, loquetur, & quæ uentura sunt, annũciabit uobis. Ille me glorificabit: quia ex meo accipiet, & annũciabit uobis. Vidisti quomodo, inquit, à semetipso nõ loquet, sed ex illo accipit? Num potest demonstrari spiritus autoritas? An non demonstrauit, inquit, eũ subiacere potestati filij, & mutuari ab eo, & alijs suppeditare? Attẽde diligẽter, quoties tibi dictum aliquod apparet obscurũ, ne statim addicas te dictioni, sed expecta finem sententiæ. Non uides quando extruuntur domus, quomodo omnia cõfusa sint, calx, lapides, ligna, & in oculis tuis omnia sunt confusa, artifici autem omnia bene quadrauerunt? Scit enim suo tempore, quomodo

quomodo hoc cõfusum in hoc loco, illud in alio A cõgruat: & quæ nunc dispersa in harmoniã quandam conuenientia, ædificij pulchritudinem perficiant. Igitur cum uideris dicẽtem ab hoc in illud, & ab illo in hoc transilire, crede qd materias præparet: quando coniungo materias, tũc ostẽdo q̃ bene conueniant. Vna natura filij est & spiritus, una uirtus, una ueritas, una uita, una sapientia: at ab eo tẽpore quo saluator dignatus assumere creaturam nostrã, impletus spiritu sancto: nõ quòd inferior spiritu sancto, sed qd caro opus habeat humano modo, ut accipiat aduentũ spiritus, non quòd nõ posset deus uerbum, sanctificare creaturam quam assumpsit. Nam si hunc concesseris sermonẽ, superuacuus filius. Sufficiebat enim pater B ad sanctificandam carnem. Non pater quasi infirmus coassumit filiũ. Nõ quasi infirmus, filius assumit spiritum. Sed quia una natura est, quę omnia in omnibus operatur, alia quidem pater operatur, & in omni natura suscipitur: alia autem filius, & in omnem trãsit naturam: alia uero spiritus, & in omni natura suscipitur. Quando igit natura secundum seipsam consideratur, par est & æqualis, plena potestatis & autoritatis, admirabilis, neq; indiga, neq; imperfecta, non proficit, non minuit, nõ augmenta suscipit, non attenuatur. Cum autẽ accepit deus uerbum carnem nostram, fecit eam humano more, quasi unũ apostolorum uel prophetarũ suscipere spiritum sanctum. Dixit prius, non qd non sufficiat filius dei, sed ut perfecta trinitatis scientia in creatura illa ostendat. Assecuta igi- C tur est caro domini spiritũ sanctũ, & consequenter uoluit saluator carnẽ quã accepit, spiritui sancto appropriare: ut id qd faciebat Christus secũdum carnẽ, asscriberetur spiritui sancto, qui habitauit in eo, sicut in sancto, tẽplo humano. Homo enim propter nos, deus aũt propter seipsum. Homo enim propter misericordiam eiecit dæmões, & uoluit fugationẽ dæmonũ asscribi sancto spiritui, & dicit: Si autem ego in spiritu sancto eiicio Matth. 12 dæmonia: & nõ dixit in uerbo, sed asscribit spiritui, sicut uir sanctus spiritũ sanctũ assecutus. Denicq; quando intrauit in templum, sumit prophetam Esaiam, & legit. Legit autẽ quæ de seipso e- Esa. 61 rãt scripta, & reperto, inquit, libro, dicit: Spiritus Luc. 4 domini super me. Nõ contradici potest, quin persona hominis loquatur: Spiritus dñi super me, eo quod unxit me. Per spiritum, inquit, sanctum un- D ctus sum. Propterea Petrus, Iesum à Nazareth, q̃ unxit eum deus spiritu sancto & uirtute. Hic animaduertamus obsecro. Hæc enim omnia in ædificio sermonis mei insumẽtur: non enim ab alijs in alia efferimur, sed (ut dixi) materias dispono, ut tu unionem coaptes. Assequutus est spiritum sanctum, baptizatus est in Iordane, & dicit Ioannes: Vidi cœlos apertos, & spiritũ dei descendentem sicut columbam, & manẽtem super eum. Vidisti quomodo humano modo accipit spiritũ sanctũ? nullus sic impius, ut credat quòd diuinitas accipiat spiritum. Dicit Ioannes Baptista: Medius uestrũ stetit, quem uos ignoratis, & ego nesciebam eum: sed qui misit me, ut baptizarem in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum sanctum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, hic est filius meus. Descẽdit spiritus sanctus, ut impleatur hoc Esaiæ: Spiritus domini super me. Baptizata est caro, & statim baptizatus ascẽdit de aqua, & ductus est à spiritu in desertũ. Ducta est, & quasi pedagogum habuit caro spiritum sanctum. Quare ductus est? ut nobis figurã daret, quòd sicut caro mea non ducitur concupiscentijs, sed ducitur spiritu: sic & uos debetis. Propterea & Paulus: Si autẽ spiritu dei ducimini, nõ Rom. 8 iam estis in carne. &, Quicunq; spiritu dei ducun Galat. 5 tur, non sunt sub lege. Ducitur caro Christi, ducamur & nos. Propterea enim omnia in seipsum assumit, ut nobis exemplũ relinquat. Ductus est à spiritu ut tentaret, & uicit diabolum, non deitas. Contumelia fuerit deitati dicere, uicit. Deus enim nunquam uincitur, neq; uincit, sed semper præualet & dominatur. Nã si omnino uinceret, possibile esset & ipsum uinci. At qui semper dominatur, & præualet in omnibus omnipotens, & neq; obtumultuãtur ei subditi, neq; ei negotium faciunt. Si igitur caro dominica, & dominicũ figmẽtum, nouus homo cœlestis, nouũ germen, quod nouo partu floruit, accipit spiritum sanctum, habeas testimonia quòd aduenit spiritus de cœlo: & duxit eum spiritus, ut uinceret diabolũ. Imago Adam quæ in principio seducta, ut homo postea uinceret noua ingredit comitata uirtute spiritus. Propterea sicut dixit, Ductus est à spiritu in desertũ, ut tentaret: sic quando reuertit ut uictor, dicit: Iesus autẽ reuersus est in uirtute spiritus à deserto. Habuit igitur caro spiritum sanctum, nõ partem donariorum sicut nos, cũ uni sapientia, alteri scientia datur: sed omnia habuit dona. In ueritate anxius sũ & tremo, ne infirmitas linguæ obscuret magnitudinem eius quod prædicatur. Igitur corpus dñi & caro sancta, ut accepit spiritus sancti efficaciam: nõ accepit, sicut de aliquo apostolorum dicitur & prophetarum gratiam unã, uel alteram. Homo enim nõ est capax omniũ, ideo dicit Paulus: Num omes apostoli? num omnes prophetæ? 1. Cor. 12 num omnes dona habent sanationũ? In carne autem Christi omnia dona fuerũt, secundũ substantiam carnis. Et attẽde, impleuit primo proprium templum omni gratia. Habuit donũ curãdi morbos, effugandi dæmones, suscitãdi mortuos, prędicendi futura, operãdi ea quæ ueritatis sunt: omnia potuit, & habuit donorum plenitudinẽ, quatenus impleta est caro eius omnib. charismatib. Vnde opus fuit, ut inde omnes acciperemus ad mensuram & partes: & inde apostolis & prophetis ex eo suppeditaretur. Ioãnes testatur, quod in Ioan. 1 eo tota deitatis plenitudo. Et iterum: In quo habi Coloss. 2 tat diuinitatis plenitudo corporaliter. Non dixit simpliciter, In quo habitauit deitas, sed plenitudo deitatis, hoc est, omne deitatis donũ. Et ut ne qs putet qd in deo uerbo habitauerit, dicit: In q̃ habitauit omnis plenitudo deitatis corporaliter. In carne eius omnis plenitudo sapientiæ, intelle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctus,uirtus signorum,omnis operatiõis. Deinde a plenitudine eius mutuamur omnes. Testatur lo
Ioan. 1 annes baptizãs,Et ego nesciebam eũ:sed qui misit me ut baptizarem,ille mihi dixit, Super quem uideris spiritum descendentem, & manentem su per eum:non dixit, qui largitur ei donum unum: sed manentem totum:hic est qui baptizat in spiri tu sancto & igni.Deinde uolens ostendere loannes,quòd nõ sicut homo acceperit gratiam salua tor,dicit quòd non ad mensuram dedit deus spiri tum,sed pater diligit filium,& omnia dedit in ma num eius. De plenitudine eius nos omes accepimus,ille plenitudinem,nos de plenitudine. Quo modo? A quo impleuit dominicam carnẽ? a deo hausit sicut à fonte, & largitus est hominibus gra tis.Attẽde obsecro,dicit igitur: Quando uenerit paracletus spiritus ueritatis,ducet uos in omnem B ueritatem,quia de meo accipiet.Attende magna diligentia,non dixit de me,sed de meo. Ex meo, cuius? De meo dabit uobis,sed accipiet, accipit non mutuatum.At quoniam impleuit fontem ut originem donorum,à fonte haurit, præbet omni bus de pprijs.Et unde hoc quòd accipere de pro prijs,est accipere,audi:Impleuit deus Mosen ipi
Exod. 18 ritu,& dicit Moses:Nõ possum solus ferre põdus
Deut. 1 huius populi,ordina aliũ,teipsum. Dicit ei deus: Elige septuaginta seniores,et accipiam de spiritu qui in te,& dabo super eos. Non dixit, accipiam tuum:sed,de spiritu qui in te.De meo accipiã. Di
Ioel 2 cit deus in diebus illis:Effundã de spiritu meo su per omnẽ carnẽ,& prophetabunt.Si deus à Mo se accipiens mutuatus est, spiritũ à filio accipiens C mutuatus est. Etenim Moses figura erat Christi. Quia sicut à Mose septuaginta fuerũt impleti, ita & a Christo orbis terrarum accepit spiritum sanctũ. De meo accipiet:ex his quæ mihi suppedita uit homini dominico,sumet tibi q dedit. Qui ue nit super me,& mãsit in me,qui unxit me, qui san ctificauit me,qui duxit me in desertum,qui redu xit me uictorẽ,de meo accipiet, & annũciabit uo bis.Et ut ostendat quòd non sancti spiritus mentionem fecerit, sed donorũ eius, postquam dixit
5. Ioan. 16 de meo accipiet,adijcit statim: Omnia quæcunq; habet pater,mea sunt:accepi ea de spiritu sancto, propterea dixi,de meo sumet. Quoniã deus carnem sanctificauit spiritu sancto,& emisit donum spiritus pater in carnẽ Christi. Venit gratia,et om D nia dona indidit Christo,dicit: De meo accipiet, & annunciabit uobis. Quid igitur est, quòd à seipso non loquetur,sed quæcunq; audierit,loquetur uobis? Dictũ est ante hoc, quòd aliud est spiritus sanctus,& aliud donũ:aliud rex, & aliud do num regis. Quando quis contra uarias barbarorum gentes bellum gerit,dubitat ubi pręliari inci piat.Si in hanc impressionem facit,& occupatur, mox aliam prospectat erumpere aciem:si in duas partes diuidat, diuiduntur uirtutes. In medio sumus Arianorum qui reprobant Christi gloriam, in medio sumus Macedonianorum, qui diuinam spiritus gloriam contumelijs afficiũt. Si igitur cõ fessa de filio loquar contra Macedonianos,Aria-

nus statim pugnat.De filio enim dicit,nõ persua sisti,& de spiritu mihi loqueris? Verũ quia hodie propositũ est de spiritu sancto, (sæpe enim iuxta gratiam nobis à Christo datam de filio uictoriam reportauimus,testesq; dictorum uos estis, quòd non fuerint deceptiones rhetoricæ, sed scriptura rum demonstrationes) uolebam autem & nunc afferre de filio sermonẽ. Semper enim in illo uirtutem fulgentem habet.Sed quia de hoc satis plu ribus argumentis persuasi sunt, qui circa spiritum sanctũ claudicãt, nunc taceo.Impossibile autem est eos qui circa spiritum sanctum aberrãt & clau dicant,recto pede ambulare circa filium.Vsq; ho die nõ inuenis Macedonianum ullum omusij uer bo subscribere iuxta Nicenum decretum, quamuis semper dicãt:Nos recta fide incedimus. Quo niam de spiritu sancto non est manifestatum. Ne que enim de hoc pugna uel labor erat: attamẽ secundum quod illis satis persuasum est, dico. Scriptum est,a seipso non loquetur.Dic Macedoniane,scriptum est hoc de filio,imò ipse dicit de seipso,ego à meipso non loquor. Attẽde obsecro,affero testimonium apud te cõfessum (apud Arianum enim certamine hic opus esset, in hoc quod dicit, Ego à meipso nõ loquor, et de spiritu sãcto: Ioan. 14 apud te autẽ qui promisisti te hoc sancte colere, nulla opus cõcertatione.)De Christo docens dicis,æqualẽ deo similem patri per omnia. Coram his qui confitentur gloriam, quæstionem induxi. Dicis de spiritu,à seipso non loquatur: dicit filius de ipso,Ego à meipso non loquor, sed quodcũq; audiui à patre meo,hoc loquor. Ecce & filius à se ipso non loquitur,attamẽ est equalis honor.Hęc ad te dico. Arianus enim & ille etiã de hoc dubitat.Idẽ euenit incredulis,quod & naufragis accidit,sicut dicit Paulus,q circa fidẽ naufragiũ fece- 1. Tim. 1 runt.Ariani naufragio facto,perdiderũt & Christi gloriam,& spiritus sancti uirtutem. Macedoniani contendunt quidẽ emergere,sed dimidiam sarcinam amittũt. Si autem quis spiritum Christi nõ habet,hic nõ est eius.Attende igitur, ut ne uideamur more certãtium illudere,& contumeliose demonstrationem facere.Ego à meipso non loquor. Interpretare mihi quid est hoc quod dicit, Ego à meipso nõ loquor? Quomodo dixit saluator? Si eñ adduxerit solutionẽ de filio, hãc intelliget & spirituí sãcto cõgruere,Duo statuit æqualis põderis,neq; spũs à seipso, neq; filius à seipso: sed opus habet filius patre,opus habet et spũs sanctus patre,itaq; æqualis erit honor.Attende igit: Scio q; in ꝓfundũ meipsum dedi, sicut nouit uirtus Christi omnia perscrutari, imò tremo potius quàm dico,ne in immensam abyssum abeat nauicula,et desit spiritus. Da enim mihi nauim uacuã, gubernatorẽ,nautas,funes,anchoras, omnia dispositа,& nusquam esse spiritum uenti: nõne tardat omnis quãtuscunq; est apparatus,si desit operatio spiritus? Ita fieri solet,licet sit sermõis ampla supellex, & mẽs profunda,& eloquẽtia, & intelligẽtia, & nõ assit spiritus sanctus qui uim suppeditat,otiosa sunt omnia. Quare igitur de seipso sicut de

cut de spiritu sancto loquitur? Quasi agonistæ esA semus,subuertemus contradicentem,sufficientibus consequẽter argumentis persuasuri & his & illis,siquidem parere uoluerint. Non enim omni no necessitate eos adducemus, sed dico,si fortè q dam persuadeantur.& ne admireris,si ego homo
Ezech. 2 dicam hoc.Dicit deus Ezechieli:Abi ad domum Israel,& dic eis,si fortè audiant,si fortè sciant. Dicimus hæc,si fortè audiant,si fortè credant,si fortè se nobis iungant. Quod si hæc nobis dicẽtibus nõ se iũxerint,innoxij sumus nos. Sic Paulus do
Act. 20 cebat,& postquam docuit,dicit: Testificor quòd mundus sum à sanguine omnium uestrum. Non enim reueritus sum quo minus annunciarem uobis uiam dei.Et nũc dico,quare saluator dixit, A B meipso non loquor:& de spiritu sancto,A seipso non loquetur.Oro charitatẽ uestram,hic animad uertamus. Quum unus sit Christus,multi prodie
Matth. 24 runt falsi Christi,sicut saluator dixit: Multi uenerũt in nomine meo falsi Christi,& pseudoprophetæ:quum unus sit Christus, & promissus per prophetas, quòd ueniat:ante aduẽtum eius apparuerunt quidam impostores, dicentes: Nos sumus. Theudas dixit:Ego sum.Iudas Galilæus dixit: ego sum:& seducebant multos. Saluator uenit, & dixit:Quotquot uenerunt ante me, fures fuerunt & latrones,sed non audierũt eos oues.Oues meę meam uocẽ audiunt, & cognoscunt uocem meã, & sequũtur me. Venerunt igitur illi falsi Christi, C & nõ docuerunt ex lege & prophetis, sed ex seipsis loquuti sunt,& ex propria sententia. Saluator uenit,& nõ discessit à lege,non discessit à prophetis,sed dicebat quasi in exẽplo, Bene dixit Esaias. & iterum:Nonne scriptum est in lege uestra. Et
Deut. 6 quum accederet ad eum diabolus,dicit ei: Dominum deum tuum adorabis,& illi soli seruies. Venit igitur Christus secũdum carnem.Non loquutus est ex seipso, sed ex ꝓphetis. Igiẽ quia illi qui ante Christum uenerunt, in nomine Christi non sunt loquuti,neq; ex lege, neq; ex prophetis, sed ex propria sententia errores loquuti sunt,dicit saluator:Ego à meipso nõ loquor,sicut illi. A seipso enim loqui extra legem loqui est.Sic igitur oportet etiam te loqui,quum uideris hereticos Aristo D telica uel Platonica mouere:dic,Nos à nobismetipsis nõ loquimur,quæcũq; audiuimus à Christo, hæc loquimur.Et unde hoc, qđ à seipso loquens pseudopropheta est,uel quòd loq à seipso pseudoprophetam nobis indicat? Dicit Ezechiel propheta:
Ezech. 13 Viuo ego,dicit dominus ad prophetas,qui seducunt populum meum,non misi eos: à seipsis locuti sunt, & ex corde suo loquuntur. Proinde quia pseudoprophetæ à seipsis prædicauerũt,saluator à suspicione hac se purgãs,dicit:Ego à meipso nõ loquor. Vnde hoc qđ saluator habitus est deceptor? Hoc primum cõfirmabimus. In festo sceno
Ioan. 18 pegiæ quærebant turbæ Iesum,dicẽtes: Vbi est? Et erat de eo diuersa uox: alij dicebãt, bonus est: alij dicebãt,Nõ,sed seducit populum. Vidisti ubi habitus est seductor? Item post sanctã saluatoris
Matth. 27 mortẽ dicũt pontifices Pilato:Scimus dñe, quod

dixit seductor ille adhuc uiuens,post tres dies resurgam.Hæc ideo dixi, ut demõstrarem eum habitum fuisse seductorẽ. Quia igitur seductor habitus est,dicit:Ego à meipso nõ loquor,sed de le- Ioan. 14 ge,de prophetis quæcunq; audiui de patre, nõ secundum diuinitatem audiui à patre in lege & in prophetis. Ex persona carnis loquit, ut solueret suspicionem.Ego à meipso non loquor,sed quæcunq; audiui à patre. Vos autem quæcunq; audiuistis à patre uestro diabolo,loquimini.Et ut mõstret quòd diabolus quando in aliquibus loquit, mendacium operatur,dicit: Quãdo loquitur mẽdacium,ex proprijs loquitur.Ego ex meipso non loquor,sed ex prophetis & lege:hoc enim est ueritas. Sicut igitur saluator purgãs se à suspicione, dicit:Ego à meipso nõ loquor, sicut deceptores, sic & de spiritu sancto.Cæterum obsecro,hic animaduertamus,iuxta dictum saluatoris: Multi apparent pseudoprophetæ & pseudochristi, & dicẽt, hic quidẽ,ego sum:& alius,ego sum,sicut scriptum est,quòd multi uenient in nomine meo,di- Matth. 24 centes:Ego sum Christus, & multos seducẽt: sed ne seducamini.Sicut igitur aliqui suspicabant seductores esse Christos,sic & uenturi multi,qui & ficturi se habere spiritum sanctum quem non habent,& loqui:sed illic quidem homo apparebat, & dicebat.Ego sum Christus:hic autẽ non audebat aliquis dicere,Ego sum spiritus sanctus. Non enim corporeus factus est,sed inuisibilis aduenit. Venit ad Petrum,uenit ad Paulũ, & erat ex confesso quòd spiritus sanctus loqueretur. Prodit Petrus,& dicit: Spiritũ habeo. A facie nullus uidet quis habeat,uel quis non habeat: uel quis habeat spiritum immundũ,uel quis habeat spiritum sanctum.Nam si uisibilis esset, nõ decepisset:nam agnitione fuisset redargutus. Venit Montanus, dicens:Spiritum sanctũ habeo. Venit Manichæus, dicens:Spiritum sanctum habeo, non fuit autem manifestũ. Vt igitur ne plures nomine seducerentur, quoniam inuisibiliter donum uẽturum erat, dicit:Quãdo uenerit paracletus spiritus ueritatis Ioan. 16 qui à patre procedit,ille uos memores faciet uerborum meorum,& inducet uos in omnem ueritatem:nõ enim à semetipso loquetur. Nam si quem uideritis dicentem,Spiritum sanctũ habeo:& nõ loquentem euangelica,sed propria,is à seipso loquitur,& nõ est spiritus sanctus in ipso. Sicut eñ dicit de seipso,Ego à meipso nõ loquor:ut soluat suspicionem deceptionis,imò errorem à ueritate separet:Ita ut ostendat quinam habeant spiritum sanctum,& qui non habeant, sed simulãt se habere.A me audistis quid tradidi.Quando ueniet inuisibilis spiritus,mea loquet. Si uideritis aliquem euãgelica repetentẽ, profecto spiritum sanctum habet.Veniet enim spiritus sanctus, ut recordari uos faciat eorum quę docui.Si quis igitur eorum qui dicuntur habere spiritum sanctum, dicat aliquid à seipso, & non ex euangelijs, non credite, meam doctrinam sequamini.A seipso nõ loquetur,sed propter hoc factus est aduentus,qui indicet quis acceperit spiritum, & quis nõ acceperit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si quis sequitur dicta Christi, spiritũ sanctum habet. Nullus enim potest dicere dñm Iesum Chri- 1.Cor.12
stum, nisi in spiritu sancto. Venit Manes, uere μάνης, hoc est insaniens, alludens suæ seductioni nomen habens, & dicit: Ego sum paracletus quem promisit saluator apostolis, ego sũ filius dei. Vbi audisti in euangelio Christi, q̃ sol & luna opifices sunt? Vbi dixit Christus, q̃ hæc hauriant animas, & reducant eas? Vbi legisti hæc? Ex quo nõ legit hæc scripta, sed à seipso loquitur: manifestũ est q̃ non habet spiritum sanctum. A seipso non loquetur, sed quæcũq; audierit, annunciabit uobis: hoc est, quæ dixi, cõfirmabit. Et uide miraculũ. Quemadmodum saluator uenit, & factus est impletio legis & prophetarum: ita impletio euangelij est spiritus sanctus. Christus uenit, & impleuit quæ à patre in lege & prophetis sunt dicta, propter quod Rom.10 dicit Paulus: Impletio legis Christus. Spiritus sanctus uenit & impleuit euangelica. Quæcũq; sunt in lege, Christus implet: quæcunq; sunt in doctrina Christi, spiritus implet: non quòd imperfectus sit pater, sed apparuit Christus cõfirmãs quæ sunt patris: sic apparuit spiritus sanctus, cõfirmãs quæ Ioan.16 sunt filij. Vnde hoc? dicit saluator discipulis: Multa habeo dicere uobis, sed nõ potestis portare modo: quando autem uenerit spiritus sanctus, inducet uos in omnem ueritatem, quia à seipso non loquetur. Nã mea implet. Filius implet ea quæ sunt patris, & à seipso non loquitur. Si autem audieris dicentem, Mittam uobis spiritum sanctum, nõ secundum deitatem accipias. Deus enim nõ demitC titur. Nomina sunt hęc operationem significãtia, eo q̃ omnis qui demittit, in illa mittit loca in quibus nõ est. Finge q̃ ego loquar alicui in hac sede. Nõ possum dicere cuipiam, Veni, mittam te huc: hoc non est mittere, sed collocare uel adstituere.
Hier.23 Quòd cum deus ubiq; est, Cœlũ enim, inquit, & terrã ego impleo, dicit dñs: quò mittit qui ubiq;
Psal.138 est? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descẽdero in infernum, ades: si sumpsero pẽnas meas diluculo, et habitauero in extremis maris: etẽ illuc manus tua deducet me. Quorsum igit deus mittet? An fortè q̃ ipse quidẽ ubiq; est, is autem qui mittit, nõ ubiq;? Misit deus filium suum in mundũ: num ut non presentem in mundo? Propterea ne uenit in mundum, quia antea nõ fuerat in mũdo? Quo
Ioan.1 modo igitur Ioannes euãgelista dicit, Omnia per ipsum facta sunt: In mundo erat, & mũdus per ipD sum factus est? Quomodo igitur iterũ in mũdum missus est? Nũ missus est, qui missus? & mãsit, qui misit suprà, & qui missus est infrà? quomodo dicebat: Et qui misit me, mecum est? Obsecro diligenter attendas, secure serua sermonẽ. Potest eñ dicere hæreticus: Mecũ est, mihi est auxilio: sicut & ego dico, Deus mecum est. Nõ dixit simpliciter, sed quid? Pater in me manens. Si mecũ erat, & mecum mãsit, quomodo ille misit, uel quomodo hic missus est? Et si mansit suprà qui misit, & qui missus est, uenit deorsum, quõ dicit filius: Pater mecũ est? Si suprà mansit qui misit, quomodo secum habet mittẽs missum? Ego enim dixit, in patre, & pater mecum est. Quomodo igitur missus est, qui dicit: Pater in me est? Et quomodo iterum misit? Igitur cum dicit, Mitto uobis spiritum sanctum: donum dicit sancti spiritus. Et ut discatis q̃ donum mittitur, spiritus aũt nõ mittit, saluator dicit apostolis: Manete in Hierusalẽ, donec induamini uir Luc.24
tute ex alto, & sumetis uirtutẽ superuenientis spiritus sancti in uos. Alia est uirtus quæ cõceditur, & alius est spiritus qui cõcedit, diuidens singulis prout uult. Igitur tu nõ potes ostendere mitti spiritum sanctũ à pura deitate. Ego autem ostẽdam tibi factorem cœli & terræ mitti à spiritu sancto. Quid facis? Vel nega Christum, uel expunge scripturas, uel seruus scripturarũ obedi scripturis. Et ubi, inquit, dictum est hoc? Audí deum dicẽtem Esa.48
per prophetam Esaiam, prẽconem pietatis. Audi me, dicit, Iacob & Israel qd ego loquar: Ego deus primus, & ego post hæc, & prẽter me deus nõ est. Attẽde oro. Restat enim hoc quod quærit. Quis igitur qui dicit hæc, pater uel filius? Vide quomodo in figura monarchæ trinitatẽ rectè prædicat. Ego deus primus, & ego post hæc, & præter me non est deus. Quis est qui hæc dicit? mundi cõditor. Subdit enim, Ego manu mea fundaui terram. Vide quomodo opifex loquit: Et spiritus meus firmauit cœlum. Ego omnibus stellis mãdaui, ego excitaui cũ iustitia regem, & omnes uiæ meæ rectæ. Dixit seipsum opificẽ, & factorẽ cœli ac terræ. Dicit postea hæc: Non ab initio in occulto locutus sum uobis hæc, neq; in loco tenebroso. Dixit, Fundaui terram, & feci cœlum: quando facti sunt, illic aderam. Et nũc dominus misit me & spiritum suum. Te qui fecisti cœlum & terrã, qui dixisti astris, Dominus misit & spiritũ suum, genuit secundum deitatem, misit secundum carnem. Factor cœli & terræ dicit: Dominus misit me & spiritum suũ. Missionẽ spiritus hæretici in contumeliam capiunt. Misit pater qui nõ migrat, nec transfertur loco. Misit filius qui nõ se discedere facit, et à quo non secedit. & idcirco scriptura dicit: Deus Act.10
effudit donũ spũs sancti. Diuinitas non effusa est, sed donũ, propter hoc ut demõstraret, quod hoc quod effunditur, non sit spũs sanctus, sed spiritus Psal.44
dei gratia, dicit Dauid Christo: Effusa est gratia in labijs tuis. Gratia effunditur, non qui donat gratiam. Si igitur æqualis honor prædicatur, & q̃ à se ipso manifestatus est, & q̃ de meo accipiet, quasi à fonte, interpretari quis potest, ne habeant locũ uel suffugiũ impietatis hæretici. Venerare spiritũ sanctum quem accepisti. Dic sępe q̃ retributionẽ acceperis. Assumpsit Christus figmentũ tuum, dedit mihi spiritũ suum. Honore prosecutus est creaturam suam, ipsa ad dexterã patris collocata, & tu spiritum sanctum in ordine seruitutis cõstituisti? Hæc salutaris lex suggerit, prophetæ loquuntur, apostoli diuinis oraculis annunciãt, martyres cõfirmãt, pij credunt, ecclesia cõtestat, inscitia oppugnat, fidelis plurib. argumentis persuasum habet; sic & Christus glorificatur. Eius eñ est gloria, & honor, & adoratio, simul cũ patre & sanctissimo & bono uiuifico spiritu, nunc & semper, &c.

Diui

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE FIA
de, & lege naturæ, & sancto spiritu, sermo.

OMNIS scriptura, quę diuinitus inspirata, est utilis, originem & fontẽ pietatis à spiritu ueritatis ducit. Omnia enim profũda flumina à sancto adrãdo q̃ spiritu, quasi à fertili & fœcũdo fonte scaturiunt. Omnia igitur quæcunq; uel lex dicit, uel prophetæ uaticinantur, uel apostoli predicãt, sancto spiritui uerè tribuuntur & asscribuntur. Omnia enim operatur unus & idem spiri-
1.Cor.12 tus, distribuens peculiariter unicuiq; sicuti uult. Hinc fulgurant omnigenæ pietatis pulchritudines, prælucẽt ueritatis sermones, manant diuinæ sapientiæ thesauri. Thesauri non qui in terra deliB tescunt, sed qui in profundo pietatis spectantur. Thesauri qui animas lætificant, mentes illustrant, orbem totum conuertunt, Adæ paupertatem ditant. Quia sicut qui primitiuã pulcherrimãq; pietatẽ exuit, in magnã deductus est humilitatẽ: Ita & qui piè uiuit, & uirtute prædítus est, ditescit, & exultat. Id quod testat alicubi Paulus, dicẽs: Gratias ago deo, quia in omnibus locupletati estis in illo, omni sermone & omni scientia. Etẽm qui dei sermonem accipit, diues fit: qui nõ accipit dei sermonẽ, fit inops. Huius testis est Hieremias, dicẽs:
Hier.5 Et dixit, fortè pauperes sunt, propter hoc nõ possunt audire sermonẽ dñi. Et pauper quidem male audit, diues aũt exultat. Diues, inquã, sermone ueritatis, & florens uirtutib. fructuosæ philosophię. C
Psal.51 Qualis erat Dauid dicẽs: Ego aũt quasi oliua fructifera in domo dei. Oliua fructifera nõ solijs tantũ germinans, sed & fructibus pietatis abundans. Sæpe enim fit, ut anima ramis & solijs sit decora, fructũ autẽ ferat nullũ. Sicut de Israel Hieremias
Hier.8 dicebat: Vitis Israel pampinosa, nõ aũt frugifera. At propheta exultat, dicens: Ego autem quasi oliua fructifera, non solum foris frõdosa, sed intus succulenta. In domo dei fructifera. Non est enim bonum extra domum dei uersari. Offendes equidem multos, qui quamuis sermonem ueritatis nõ acceperint, & foris sint, operibus tamen pietatis, ut apparet, sunt conspicui. Inuenies uiros misericordes, compatientes, iustitiæ uacantes: sed nullos facientes fructus operũ, quia nescierunt opus D
ueritatis. Nã et hęc sunt opera bona. Atq; necessariũ est, ut præcedat opus summũ. Enimuero cum olim Iudæi dicerẽt dño: Quid faciemus, ut opere
Ioan.6 mur opera dei? Respondit eis: Hoc est opus dei, ut credatis in eũ, quẽ misit ille. Vides quomodo fidem opus uocauit? Igitur quamprimũ credideris, simul & operibus ornatus eris. Non quòd desint opera, sed per seipsam fides plena est operibus bonis. Opera quidem erga homines, et ex hominibus sunt. Fides autẽ ex hominibus erga deũ. Fides eum qui conuertitur, ciuẽ cœlorum declarat. Fides hominem, qui terrenus est, deo familiarem efficit. Nihil enim extra fidem bonum. Et ut quadam uerbi similitudine utar, Fratres, similes mihi uidẽtur, qui operibus bonis florẽt, & deum pietatis ignorant, reliquijs mortuorũ pulchre quidem indutis, sensum autem pulchrorũ nõ habentibus. Quæ enim utilitas animæ mortuæ, deo quidem mortuæ fide & ratione, bonis autẽ operibus uestitæ? Opera in spe fiunt retributionis & coronarũ. Quòd si agonothetã ignoras, pro quo certas? Nõ oportet quidem nudam ab operibus esse fidem, ut ne uituperetur. Veruntamen sublimior est fides, quàm opera. Sic ut eñ hominibus, q̃ hominis nomen merentur, opus est primum, ut precedat uita, & sic enutriantur: conseruat enim uitã nostram alimentum: Ita necessarium, ut præcedat uitam nostram spes in Christum, quæ postea pascenda bonis operibus. Cõceditur uiuere quempiam qui non nutritur: non conceditur autem nutriri aliquem nõ uiuentem. Ieiunauit Moses diebus quadraginta, sed quia habuit in se animam uiuentem, nihil detrimenti ex terrenorum penuria accidit ei. Ita & opus quidẽ habet anima, ut operibus alatur. Ante opera tamen fides primum inducẽda est. Eum qui operatur opera iustitiæ, sine fide non possum probare uiuũ fuisse. Fidelem autem absq; operibus possum monstrare, & uixisse, & regnũ cœlorũ assecutũ. Nullus sine fide uitam habuit. Latro autẽ credidit dũtaxat, et iustificatus est à misericordissimo deo. Atq; hic ne mihi dixeris, defuisse ei tempus, quo iustè uiueret, & honesta faceret opera. Neq; enim de hoc contenderim ego sed illud unũ asseuerauerim, q̃ sola fides per se saluũ fecerit. Nã si superuixisset, fideiq; & operum fuisset negligens, à salute excidisset. Hoc autẽ nunc quęritur, & agitur, q̃ & fides per seipsam saluum fecerit: opera autem per se nullos unquã operarios iustificarunt. Et uis planè uidere, quòd opera sine fide non uiuificant? Testimonium bonũ habuit Cornelius de eleemosyna & precibus, sed Christũ ignorabat, deum quidem credẽs, dei autem sermonem nondũ edoctus. Sed quia opera erant bona & admirabilia (placebant enim bonorum remuneratori & amatori deo) & quia magnus ille iustitiæ & ueritatis oculus, iustus inquã ille iudex, personarum respectum nescíens, uidit bona quidem opera, sed mortua, eo quòd fidem non habebãt: mittit diuinum angelum operibus ad præmia acquirenda ministrantem, ita ut bene certãdo ob fidẽ coronari possit. Qui dicit ei: Cor- Act.10
neli, preces tuæ ascenderũt in memoriam coram deo. Si igitur exaudita est petitio, inquit, & eleemosynæ meæ acceptæ sunt, quid mihi deest ad iustitiam? Mitte igitur in loppen dicit, & accerse Simonem, qui agnominatur Petrus. Qui ubi uenerit, loquetur tibi uerba, in quibus saluaberis tu, & tota domus tua. Itaq; non poterant opera saluare. Nam si his quæ Petrus prædicat, saluatur & ipse, & domus sua: nondum habuit Cornelius ex operibus salutem, donec operibus suis fides acquirẽdum præmium offerret. Atq; hãc ob causam beatus Petrus uenerandus dei apostolus, postquam ex loppe uenit, & uidit dei gratiam in eos, qui tunc habebantur alienigenæ, effusam, factus diuini iudicij admirator, dicit: In ueritate comperi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd nõ est personarum acceptor deus: sed in o-
mni gente, qui facit iustitiam, ei acceptus est: hoc
est, dignus sit ut assumatur. Oportet igitur & ante
opera lucere fidem, & fidei pedissequa esse opera:
& ne quis fidem propter sterilitatẽ, & neq; opera propter incredulitatẽ uituperet. Esto igitur
oliua fructifera, sed in domo dei. Interpretandum
enim est de operibus esse oliuam fructiferã, de fide autem esse in domo dei. Quæ autem sunt opera? Omnes scimus, si operari uolumus. Nullum enim est occultum. Nam in dogmatis quidem ambiguitas est & disceptatio, opera autem non sunt
occulta. Natura enim leges dicit. Scimus ex nobisipsis quid bonum, & quid malum. Posuit deus
in natura nostra legem nõ scriptam, quæ illustret
mentes nostras. Nullus dicat, nesciebam legem,
nesciebam quæ ad legem pertinent. Nam si nega
ueris cõmunem legem, arguet te naturæ lex. Vis
discere quod deus naturæ inseuerit leges, quæ discernant quid bonum, & quid malum? Interroga
nostram ipsorũ conuersationẽ, quomodo omnes
qui facimus mala, fugimus, ne mali appellemur.
Et quomodo, audi: Adulter adulterium cõmittit,
erubescit autem si adulter uocetur. Dic manifesta
rio adultero, Adulter: confundetur tamen, licet
quod faciat nõ ignoret. Quòd si bonũ putas peccatum, quare appellari talis tantopere fugis? Dic
periuro, Periure: & pro cõtumelia dictũ habebit
suorũ operũ appellationẽ. Sic natura ipsa clamat,
q̃ malum sit, & alienũ ab opere dei. Et quod fecit
deus, bonũ est, & bonũ ualde, atq; ita bonũ, quod
& malis immiscetur, ut è malitia erubescant. Dic
casto: Caste: & nomẽ agnoscens, de appellatione
nõ erubescit. Voca iustum, iustum: & opere coronatur, & appellatione honestatur. Et licet modestiæ gratia nomen fugiat, laudem tamen in anima
sua accipit. Cogita quantũ malorũ cõmittatur in
mundo, & persona caret malũ, & quomodo personã non habet? Si particulatim inquiras, nullam
inuenies malitiam in sua apparentẽ persona. Nõ
enim nisi personam assumat uirtutis, apparet. Et
quomodo audi: Qui mentitur, nõ fatetur se mentiri, sed ueritatẽ simulans decipit. Qui mẽtitur, nõ
prædicat quod est, sed quod non est figurat. & tũc
iniustitiam operatur. Similiter dolosus non ostendit dolum, sed assumit amicitiæ personã, & sic rẽ
facit malam. Adulter non illegitimũ adulteriũ cõfessus, à suo domino transit: sed figmentũ cõtinentiæ prætexens, diuina uiolat. Vides q̃ propriã personam non habet malitiæ? Similiter & calumniator, quando ingreditur in iudicium, non hoc confitetur quod est: sed laruam assumit ueritatis, quasi ei patrocinari uelit, eamq; facit malitię testẽ propter mendacia. Sic malitia persona propria caret,
nisi personã ueritatis assumat. Et idcirco saluator
dicebat: Venient ad uos in uestimẽtis ouium, intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. Sed ad institutum
redeamus. Vis uidere frater, quãtum ualeat innata lex? Et anima nostra, quamuis tota malis fermentata sit, nomen tamen bonum amat & amplexat. Sæpenumero potẽtes qui auaritiam spirant,
& nihil præterquam rapinam & iniustitiam cogitant, uincũtur aliquorum precibus: ut pauperi
ualde necessaria quædam dimittant, uel debitum
remittant, uel non ulciscãtur eos, qui se læserunt,
uel lædere putarunt. Et qui legatione fungitur apud uirum potentem, & malum, non statim à ueritate exorditur: non dicit ei, quod est, sed tribuit
ei nomen uirtutis. An nescis qualibus semper insignes legati coloribus utantur? Vir es, inquiunt,
bonus, celebratum ubiq; est nomẽ tuum. Omnes
tua bona opera decantant. Multaq; talia exhortationi inserunt, ut flectãt laudibus, & malitiã effugiãt. Vides quomodo malitia uirtutem celebrando uincit? Nullus malus, malus dici uult. Natura
enim quod suum est amplexatur, etiã si uoluntas
diuersum eligat. Simus ergo dilecti oliua fructifera, & operibus, & fructibus & foliis ornati. Folia
enim nostra sunt sermones, fructus autẽ uita. Sit
igit̃ & honestus sermo, & bonę frugis uita. Apud
pium enim neq; folium decidit. Foliũ enim eius
inquit Dauid, non defluet, & omnia quæcunq; fa- Psal. 1
ciet, prosperabũtur. Sed ó miraculũ. Cogita quomodo Adã nudus exiuit de Paradiso, & quomodo Dauid floret in domo dei. Ille quidẽ exiuit nudus propter pręuaricationem: ille autem indutus
uirtutibus, clamat: Ego autem quasi oliua fructifera. Nihil nos ita spoliat, ut fructuũ carentia. Nihil ita uestit, ut fertilitas. Propter opera bona fornicatus est Adam. Operæpretium fuerit repetere
dicta. Bonorum enim repetitio, doctrinam in animabus bene stabilit. Sicut lanas, quæ subinde in
tincturas immerguntur, crebra tinctio profũdius
operationẽ recipere facit: ita opus est ut & animę
nostræ cõtinuò in diuinos sermones intingãtur,
ut abluamur quidẽ à ueteri opprobrio, induamur
autẽ nouam pulchritudinem. Enimuero lanę illæ
cum tinguntur, naturæ suæ nomen amittunt, &
tincturæ nomen accipiunt. Et non ultra uocas lanam, sed uel purpuram, uel coccinum, uel prasinum, uel tale aliquid, prout colorem tinctæ præbuerit tinctura. Si igit̃ tinctio naturæ nomẽ transformat: cur dei natura non transformat hominẽ,
ita ut is, qui antè pueris gerebat imaginẽ, post
tincturam imaginem gerat fulgidã, & plus quàm
cœlestem? Formatus igitur Adam pauper de terra. Puluere enim accepto, deus eũ formauit. Sed
nesciuit Adam quomodo formatus est, ut dixi olim. Non enim oportebat eum testem adesse eorum quæ fiebat, ut ne contra deum extolleretur,
& ignoraret eum qui se creauerat, & reprobaret
suum conditorem. Si accepisset quid super naturam, quis remisisset ei immodicã superbiam? Propterea deus, cum finxit hominem, figmento magnam uirtutem & uariam humilitatẽ imposuit, ut
per uirtutẽ insitã gratia dei in admiratione esset:
propter humiliationẽ autem humanus fastus deprimeretur, ac modestior fieret. Dedit ei linguã,
quæ loqueretur, deum laudaret, diuina caneret,
pulchritudinem naturæ interpretaretur. Disserit
de cœlo & terra parua linguæ caruncula, neque
duorum digitorum habens latitudinem: & quid
inquam

inquam digitorum? neq; unguis, sed summum il-
lud paruum, & uile de cœlo & terra loquitur. Et
ut ne putet se magnã aliquã esse, & extollat se super naturam, sępe tumores & ulcera in ea fiunt, ut
discat quòd mortalis existens, de externis & immortalib. loquatur: & sciat quæ uirtus eius, quod
prædicatur, & infirmitas eius qui prędicat. Dedit
ei oculum paruum illud milium. Vt milium enim
est id quod uidet, & ipsissimum pupillę medium:
attamen per medium illud milium uidet omnem
creaturam. Et ut neq; uisu suo omnem creaturam
accipiat, & extollatur: sæpe innascuntur in oculis
lemæ, & lacrymæ, & alia quæ dolere faciunt, &
turbãt oculos, ut ab infirmitate seipsam agnoscat,
ab formatione autẽ opificem. Dedit ei cor rationale, fõtem cogitationum, radicẽ cupiditatũ: sed
in ijsdẽ locis fecit uiscera, quæ stercoribus alijsq;
sordibus oppletur, per quæ homo & comedit, ut
si quãdo cor extollatur, humiliet idipsum uenter.
Atq; ita uenter & stercus nostræ eruditioni seruiunt. Nam si cum homo est, & stercus circumfert,
audet temeritatem ostentare, & non solum ostentare temeritatem, sed & contra deum, sicut Barba-
Esa. 14 rus quidam rex ausus fuit dicere: Supra stellas ponam sedem meam, & similis ero altissimo. Si tantum, inquam, stercoris & insuauitatis circũferens
sic loquitur, quis eum ferret exaltatũ? Hac de causa Esaias magnis superbis dicit: Quid superbit ter-
Eccl. 10 ra & cinis? Verum iterum ad institutũ redeamus.
Deus creauit hominem de puluere, sed nesciebat
homo quomodo esset factus, & propterea ignorabat & suam uilitatem. Deus enim (ut dicebam
dudũ) animã noluit esse priorẽ, ut ne uideret formationem. Veruntamen, quoniam omnino nesciuit, ex qua humilitate substiterit, & q̃ eum opifex
de terra finxerit, conuertit eum in terrã, à qua sumptus est: ut iterum de sua infirmitate edoctus, agnoscat & primæuam beneficentiam, & futurã inuidiam. Quia enim quando formatus est, nesciuit
q̃ de terra factus esset: Attende diligẽter, ne te fugiat latens sensus: Quia Adam dum formaretur,
ignorabat q̃ de puluere surgeret: quando in resurrectione surget, sciet q̃ exuat puluerem & excitetur. Nam etsi mortuus semetipsum non uideat, uidet tamen eum qui ante se est. Videmus nos mortuos, & in puluerẽ resolutos: & per quę uidemus, D
docemur. Nõ uidisti sæpe audaces uiros & superbos, quomodo sępe consternati & humiliati sunt
in mortibus? Nũciatur mors, et toto corde tremiscunt, menteq; eorũ nihil est abiectius. Ita sanè &
circa sepulchra philosophamur, uidentes ossa nuda, & humanam naturã corrosam & dissolutã, cogitamus statim, & inter nos disputamus, dicẽtes:
Ecce, quid tandẽ ex nobis fit? Et quò abimus? Cõfabulamur, egredimur de sepulchris: & humilitatis nostræ obliuiscimur. Apud sepulchra ita unusquisq; proximo loquitur: Ó miseram, ó miserã nostram uitam. Quid tãdem ex nobis fit? Quamuis
autẽ sic loquamur, rapimus tamen ipsi: & licet sic
clamemus, iniuriam tamen nostram ulciscimur.
Omnes enim planè ita philosophamur, quasi ma-
litiæ renũciaturi. Et intus quidem tam pios sermones tractamus: egredi autẽ, deo aduersari sumus.
Eapropter deus ubiq; sepulchra fieri uoluit, ut illis nostræ ipsorũ infirmitatis memores fieremus.
Ideo omnis ciuitas, omne castellũ ante ingressum
sepulchra habet, ut cõtendens intrare in ciuitatẽ
quæ imperat & floret diuitijs & potentatu, alijsq;
dignitatibus, priusq; uidet quod secũ concipit, uideat primũ quod fit. Ante portas sunt sepulchra.
Ante agros sunt sepulchra. Vbiq; ante oculos est
nostrę humilitatis schola, & docemur in quid desinamus tãdẽ, & uidemus qualia futura sint phantasmata: neq; hic solũ, sed ingressuri ad cõmunionem uitæ, docemur uilitatẽ summã naturæ. Sæpe
uir quando uxorẽ ducere uult, meminit in despõsatiõe, & scribit in dote. Nondũ introducta est, &
mors statim describitur: nondũ conuixerũt, neq;
nuptię habitæ, & mortẽ statim definit. Nondum
nuptã uidit, & mortis aduersus illã calculos proponit. Scribit in hunc modũ: Si mortuus fuerit uir
ante mulierẽ, si mulier ante uirũ, hoc & hoc dispo
natur. Sic formatæ sunt patriæ leges. Vbiq; omnibus naturæ sunt monumenta: & non solum eorũ
qui sunt & uiuunt, mortis feruntur sententiæ: sed
& eorũ qui nondum nati. Quid enim ultra dicit?
Quòd si natus fuerit filius, & mortuus fuerit: nõdum fructus, & sententia lata est. Dein in instrumentis quidẽ agnoscit naturam, sic cauens. Si aũt
quid humanũ patiatur, uel mulier moriatur, obliuiscitur eorũ quę scripsit, & alterius naturę tragœdiam profert: & hæc dicit: Méne oportebat hæc
ferre? Hunc tantũ potui sperare dolorẽ? Cõiugio
fraudandus olim? Quid, inquis, obliuisceris eorũ
quæ scripsisti? & cũ extra negotiũ es, agnoscis naturæ limites: quando aũt in affectiones incidisti,
obliuisceris legum naturæ? Hæc dicuntur in castigationẽ omniũ, ut oẽs omnia, quæ sibi eueniunt,
fortiter ferant, & ne quis damnosa putet dei iudicia. Extra affectiões ne sis disputator magnus cõstitutus, sed cũ te illæ inuadunt, magnanimitatem
declarat. Quãdo mœres, recordare uerborũ, quibus mœstũ cõsolaris. Quibus aũt sermonibus uti
mur apud lugentes? Nõne ita apud eos philosophamur? humanæ sunt hæ calamitates. Non fers
solus has calamitates. Non solus mortis uim sustinuisti. Et reges similia ferunt. Damnũ hoc sępe &
principes faciũt, atq; alij potẽtes. Agnosce tuũ ipsius calculũ. Homo es, per omnia cõmunes leges
habes, quas alij. Hæc & his plura loqueris, cũ aliũ
solaris. Num aliorũ magnificus es doctor, tibi aũt
neq; miser es discipulus? magnæ & generosæ animæ fuerit, philosophũ agere, cum affectiones fer
uẽt. Et posse in quauis calamitate, uel tristitia, uel
damno dicere: Iustus es domine, & recta iudicia
tua. Damnũ fert ut homo, coronaꝫ aũt uti deum
amans. Vita fratres multa difficultate plena est, et
oportet omnino iustũ & iniustũ, & piũ & impiũ
affligi: sed magna est uarietas. Aliud enim est corripi, ut domesticũ: aliud flagellari, ut alienũ. Verberatur filius, uerberatur & famulus: sed hic quidem ut seruus qui peccauit, ille uero ut liber, & ut
filius

Universidad de Deusto
Biblioteca

filius, disciplina indigens. Plagæ illæ non faciunt A æqualē honorē. Non ideo si patiatur pius, quę patitur impius, eiusdē conditionis erit cū impio: sed cōgruit correptio huic in afflictionē & probationē, impio aūt in flagella & pœnas. Propterea David scies has difficultates, de iustis quidem dicit: Multę tribulationes iustorum: sed uide quid subdit, Et ex omnibus illis liberabit eos dns. Nondū dixit afflictionē, & monstrauit curationē. De aduersarijs aūt dicit: Multa flagella peccatoris, & nihil tale subdit, quod de iustis dicebat: Multæ afflictiones iustorū, de his aūt omnibus liberabit eos dominus. Hęc aūt quis audiēs, ne de seipso desperet, neq; dicat: Si igit ut peccator flagellor, & ipē non habeo, infructuosa mea est correptio. Peccatorē enim uocauit nunc scriptura, non omnino à B pietate alienū, sed qui affligit, & aliqua parte pius est, labitur tamen. Quòd peccatoribus deus miseret, plena omnis scriptura pignoribus diuinæ misericordiæ: inquit em: Viuo ego, dicit dominus. Ezech. 18 Nolo mortē peccatoris, sed ut magis conuertatur & uiuat. Iurauit deus, non quasi sibijpsi discredēs, sed nostram infidelitatē ad fidē urgens. Dicat igitur omnis homo, ḡa afflictionibus examinat, iustus es domine, & recta iudicia tua: & simul fortē declaret animā suā, pietatemq; nō soluat. Qualis erat beatus Iob, qui diaboli terriculamenta uicit, qui omnē eius rabiem pressit, qui constantia mentis fluctus diaboli strauit, q omnibus simul priuatus, attamē omniū dominū non negauit. Verum C illius strategemata proprium habebunt librū: nā uerè opus habent, ut exquirantur, non sermone breuiore & perfunctorio sugillentur illius certamina. At præ oculis habeamus, quæ dixit fortis ille & magnus pugil. Quoniam, quia sigillū dictis Iob. 1 infert, nudatus omnibus, seipsum pietate non nudauit, sed dixit: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino uisum est, ita & factum est. Bene, inquit, uisum est. Concedit autoritati, nō curiose dispensationē explorat: non dixit sicut nos, Quare iuuenes moriuntur, & senes manēt? Qualis est ista dispensatio? Desiderat senex mortē, solutus carnibus, opum indigus, & alijs consolationibus destitutus, frustraturq; uoto. Et puer amabilis formæ, gratus parentibus, intempestiuus rapitur. Disce ne talia quæras: disce ut dicas: Iudicia tua abyſ D sus multa. Disce ut dicas: Iustus es dñe, & recta iudicia tua. Disce ut dicas: Sicut domino uisum est, ita & factū est. Agnosce autoritatē, ut agnoscas et pietatē. Verū quoniā incidit sermo de gloria spiritus sancti, dicamus aliquid ex dogmatibus in uestrā utilitatē & securitatē. Nam sicut Iob, cū dixit, sicut dño uisum est, autoritatē mōstrauit & dominationē: sic et apostoli dominatiuā autoritatē san Act. 15 cti spiritus ostendentes, dicunt: Visum est sancto spiritui, nihil imponere uobis. Visum est sancto spiritui. Si subditus est, quare ei uisum est? si sub lege est spiritus, & seruit, quomodo uisum fuit subdito? quomodo decreuit? Nónne quæ regi uidentē, ea & fiunt, an potius quæ subditis placent? Sicut domino uisum est, dicit Iob: spiritui sancto uisum est, dicunt apostoli. Eiusdem autoritatis & honoris dictio utrobiq;, quoniā indiuisa est gloria regni. At malitia hæreticorū iterū inuenit effugium, Num enim quia dixerunt, dicūt apostoli: Visum est spiritui sancto: subdiderunt aūt, et nobis: iuxta illud habebant & apostoli diuinitatis autoritatē? Hæc bene examinenē, ne inexercitatis suæ infidelitatis uenenū injiciāt, nec synceris auribus impietatis hæresim infundant. Talia enim sæpe magnificè loquūtur. Nihil, inquit, admireris dicta, fratrē te uocat, & quasi hostē te occidit. Ne mireris, inquit, si de spiritu sancto dicūt apostoli: Visum est spiritui sancto & nobis, uisum est apostolis. Num dij apostoli? Num diuinam habent autoritatem? Quando hæc dicit hæreticus, nos à sancta scriptura tela proferamus. Sagittæ enim potentis acutæ Psal. 44 in cor inimicorū regis mittendæ. Quid igitur ad hæc dicendum? Si hoc spiritus sancti dignitatem imminuit, itaq; et Mosen cōiunctum esse deo, dei imminuit dignitatē. Exempli gratia dico: Si non magnum putas, quod dicitur, uisum fuit, eo quòd et apostolis sit coniunctum: utiq; neq; magna tibi uideri potest fides, quia & deus Mosi iunctus est. Dicit enim scriptura: Credidit populus in deum Exod. 14 & in Mosen. Cæterū & aliud telum proferamus. Si spiritus sancti dignitatē destruit adiuncta gloria apostolorum, contumelia & ex Samuele erit deo. Scriptum est enim, Et timuit omnis populus 1. Reg. 12 deum & Samuelem. Denuo & tertium promamus iaculum contra impietatem. Si dignitatē spiritus sancti, & diuinam autoritatem hoc imminuit, quòd ei iunguntur apostoli, minuit & dignitatem dei Gedeon adiunctus eadem appellatione. Clamauit enim omnis populus militans, Gladius deo et Gedeoni. Sicut igitur cōiunctus est Moses deo, nō ut honore par deo, sed ut minister dei. Et Samuel deo, non ut æqualis dignitate, sed ut propheta dei. Et Gedeon deo, non ut eiusdem honoris, sed ut miles prælij. Sic & apostoli iūcti sunt spiritui, ut prædicatores euangelij. Agnosce igitur autoritatem, & ne sugilles spiritus diuinitatē. Agnoscito diuinæ trinitatis theologiā, patris, & filij, & spiritus sancti. Ista est increata natura, uera dignitas, indiuisum imperiū, impartibilis honor, indiscreta spes, incomprehensibilis gloria patris, & filij, & spiritus sancti: quam decet omnis gloria, honor, & adoratio, &c.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI SERmo de sancta & consubstantiali, uiuificaq; ac inseparabili Trinitate.

QVI aduersus sanctam & consubstantialem, inseparabilemq; Trinitatem linguas acuūt & blasphemāt, nituntur q; unigeniti, & spiritus sancti dignitatem destruere, arguuntur quidē ab ipso spiritu sancto, qui locutus est per prophetas, & à uerbo quod prædicauit suijpsius propriū & in carne aduentum, propter nos ex sancta uirgine factum, ineffabilem & alterationis expertē propter suas dignitates: arguentur autem & postremum in die iusti iudicij, quādo iterū ueniet de cœlo

cœlo ut glorificetur in sanctis suis, & admirabilis A appareat in his qui fidem in se custodierūt immutabiliter. Ausi aūt sunt Arianorū discipuli, & insania Macedonianorū laborantes, dicere deū magnum & paruum, & creatū deū, gentilitatem nobis subintroducentes. Gentiliū enim est creaturā adorare, & alium ex dijs suis maiorem, alium minorem facere. Enimuero si in aliquo deficit filius uel spiritus sanctus, non est deus. Paulus enim reprehendens dicit: Venerati sunt, & coluerūt creaRom. 1 turam supra eum qui cōdidit, qui est in omnibus deus benedictus. Quòd si adorant filium, ut creaturā, dicentes & patrem creaturā, maledicti sunt, Deut. 27 iuxta Mosen dicentē: Maledictus omnis qui adorat creaturam & facturam: nos autem nō creaturam adoramus, sed Trinitatem increatam, mutationis expertem & consubstantialē, nihilq; habēB tem aduenticium uel seruile, uel quod productione in esse uenerit, quasi prius quidē non existens, postea autem aduenies. Vide, oro, testimonia sanctæ & consubstātialis Trinitatis, & uenerare illā Gen. 1 recte, ne pereas. Et dixit, inquit, deus: Faciamus hominem secundum imaginē nostram, & secundum similitudinē. Cum quo consilium init deus? Cum angelis, inquit. At non habent angeli imaginem dei: loquitur autem ad coopificem filium, & sanctū spiritum. Et ut ueritas hæc tibi persuadeatPsal. 32 tur, audi Psaltem dicētem: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Non ignoras autem uerbū esse filiū. Dicit em IoIoan. 1 annes Theologus: Et deus erat uerbum: & de spiritu, Spiritus deus, Dicit igitur deus & pater deo C filio & deo spiritui sancto: Faciamus hominē secundum imaginem nostram. Et non dixit, meam & uestram, neq; meam & tuam. Significans autē scriptura esse unam imaginem sanctæ Trinitatis, dicit: Et fecit deus hominem, secundum imaginē dei fecit illū. Sicut & Paulus clamat de filio: Qui cum sit splendor gloriæ & character subſtantiæ. Heb. 1 Et iterum: Qui est imago dei inuisibilis. Iterū & alio loco dicit scriptura: Venite & descendamus & confundamus illorum linguas, dicendo, Veni te: pares honore exhortando uocat. Neq; enim si angelis imperasset, dicere debuit, uenite: sed imperando, ite. Vide autem obsecro, quomodo patris uox filium & spiritū uocet. Nam si ad unū solum hoc dictū esset, debebat dicere, Veni & de- D scēdamus & confundamus illorum linguas: quia autem dixit, Venite: unius est uox ad duos honore æquales. Audi quoq; & beatum Iob, qui manifeste declarat inseparabilem Trinitatem. Dicit eIob. 27 nim: Viuit dominus, qui sic me iudicauit, et omnipotens, qui amaram fecit animam meam, & spiritus diuinus qui tenetur in naribus meis. Dicendo dominum & omnipotentē et spiritum dei, conEsa. 6 substantialem prædicat. Disce & hymnum Seraphin clamātium tertio, sanctus, sanctus, sanctus: non enim dicunt semel sanctus, neq; bis sanctus, neq; quater dicūt, sancti, sancti, sancti, sancti, ut ne multis nominibus multos deos nobis inducerēt, sed unum solum. Ter autem dicendo sanctus, sanctus: manifestat unam & æqualem gloriam patris, & filij, & spiritus sancti. Audi itē & prophetam dicentem: Spiritus domini locutus est in Ezech. 11 me, & sermo illius in ore meo pronunciatus est: quia deus erat sermo. Ecce dicendo spiritum domini, & sermonem, & dominum, pronunciat in separabilem Trinitatem. Vide aūt & tres pueros in camino omnes creaturas & facturas, ut glorificēt deum, uocantes, solem, lunam, stellas, cœlos, angelos, uirtutes, homines, spiritus, omnem creaturam uisibilem & inuisibilem & mente præditā, & nusquam connumerant filium uel spiritū sanctum inter facturas. Quòd si contēdis, quòd cum Iudæi essent, ignorarint spiritum sanctum, reprehenderis mox à scriptura: Erat enim quartus, inquit, quasi similitudo filij dei. De sancto autē spiritu dicit: Excitauit deus spiritu sancto puerū adolescentem, cui nomen Daniel. Et in alijs multis locis præmonstratus est spiritus sanctus in ueteri. Itaq; sciuerunt quidē patrem & filium & spiritum sanctum unius esse deitatis & potentiæ, sciuerunt autem & quæ illi seruiebant prouocare ad glorificandum deitatem. Vt autem scias, q; nihil aduenticium uel creatū Trinitati accedat, Paulus præponendo patrē dicit sic: Vnus deus pater ex quo Eph. 4 omnia, & nos ex illo: & unus dns Iesus Christus per quē omnia, & nos per illū: & unus spiritus sanctus. Iterum aūt dicit: Diuisiones donorum sunt, 1. Cor. 12 idem uero spiritus: & diuisiones ministrationum, idem aūt dns: & diuisiones efficaciarū sunt, idem autē deus qui operatur omnia in omnibus. Hæc utiq; omnia operatur unus & idem spiritus, diuidens singulis prout uult, & nō sicut scit. Iam cum baptizaretur filius, pater de cœlo testificatus est, Matth. 3 spiritus autem sanctus in specie columbæ descendit super illum, qui pari honore præditus est. Per hæc omnia unum regnū indiuisibilis Trinitatis intelligere possumus. Ipse aūt deus sermo, qui propter nos uerè incarnatus, rediturus unde uenerat dicit sanctis apostolis suis: Ite et docete omnes gentes, baptizātes illos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Obsignati sumus, sed unum signaculum est sanctæ Trinitatis unū baptisma. Quomodo igitur audes à paterna substantia alienare filiū uel spiritū sanctum? Neq; enim si alieni sunt, cum patre & spiritu sancto debebāt cōnumerari. Quanam ratiōe iuxta tuum sermonem aduersarie dei in baptismo debuerūt annumerari? Si creatus est filius uel spiritus sanctus, quare cum patre simul coassumuntur? Enimuero si nomen patris solum eum qui baptizetur potest saluare, quare coassumuntur & creaturæ, quasi pater non possit solus saluare? Absit. Igitur si patris infirmitatem negas, & consubstantialia non admittis, cogeris nobiscum fateri Trinitatem increatam & consubstantialem & omnipotentem. Iam si dixeris mihi de patre, Scriptum est: Te solum uerum deum. Sed Ioan. 17 est & hoc scriptum, Et deus erat sermo. Et quomodo igitur æqualis patri? Dicendo enim de patre, quod ipse sit solus uerus deus: monstrauit filium nō naturalē, sed adoptatum filium. At quid

propriæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

propriæ salutis inimice? num quia scriptum, sicut
1. Ioan. 1 dicit Ioannes de patre, Deus lux est: de filio autē,
Erat lux uera: ideo audes propter hoc dicere mi-
norem patrem, eo quòd non adiecit, quòd sit lux
uera: sed de filio solo dicit, quòd fuit lux uera? Si-
cut igitur non audes minorem facere patrem, eo-
quòd nō appositum est, quòd sit uera lux: ita cum
audis de patre, Te solum uerum deum: de filio au
tem, solum quòd sit deus, ne audeas minorem fa-
cere filium: quoniam nomina diuerso modo nūc
illi, nunc huic adhærent, ut de patre dicatur, deus
uerus: de filio autem, deus. & contrà, Erat lux ue-
ra, tribuitur filio: patri autem, lux tantum. Porrò
sicut non licet dicere de patre, quòd nō sit lux ue-
ra: & de filio, quòd non sit deus uerus. Ipse enim
dixit: ego sum ueritas: ita & de spiritu sancto, quo
niā spiritus est ueritatis. Atq; ita per hæc testimo- B
nia disce, ut uenereris inseparabilem deitatē. Om
nia quæcunq; habet pater, mea sunt, dicit unigeni
Exod. 3 tus deus, existens in sinu patris. Moses dicit: Qui
est, misit me. Qui est, est pater: qui est, est filius: &
habet se qui est, ad eum qui est, absq; principio &
non in tempore genitus est. Omnia quę habet pa
ter, qui uere uita & immortalitas & lux & omni-
potēs & deus & dominus, ea utiq; habet & filius.
Ego enim, inquit, ueritas, & uita, & erat lux uera,
& deus erat uerbum. Et Thomas inquit aposto-
Ioan. 20 lus: Dominus meus & deus meus, quemadmodū
Psal. 17 & Psaltes dicit: Manibus meis deum exquisiui,
& nō sum deceptus. Palpauit enim Thomas uer-
bū incredulitate, & non est deceptus, Christum
& deum illum confessus in fide. Profecto, inquit, C
dico filium dei deum. Sed dicis: Nōn sine princi-
pio autem, sed creatum, proinde & seruū. Et quo-
Philip. 2 modo hoc? Quasi in forma dei existens, non rapi
nam arbitratus est æqualē se deo, sed semetipsum
inaniuit forma serui accepta. Si igitur seruus est
(omnis em̄ creatura serua est) quomodo seruus
existens formā serui accepit? Accepit enim quod
non habuit, & mansit quod erat. Serui forma dei
existens per misericordiam, absq; sui uersione ac-
cepit formam serui. Si autem non uis illum confi-
teri absq; principio, sequitur quòd fuerit tempus,
quo non fuerit filius. Etiam, dicit. Ecce igitur, in-
quam, iuxta tuum sermonē erat tempus quo non
fuit pater. Qui enim filium non habet, pater non D
uocat: Et pater habuit principiū, quo cœpit esse
pater. Ex filio enim pater cognoscitur. Nunquid
& pater tēpore aliquo alterius patris erat filius?
Proh, quanta blasphemia. Itaq; dum uideris uene
rari patrem, summa illum contumelia afficis. Iam
si filius ipse tempora fecit (omnia enim per ipsum
facta sunt) quo pacto dicere audes, q; fuerit tēpus
quo nō fuerit filius? Proinde iuxta sermonē tuū,
maius erit tēpus quàm sermo diuinus. Nā quod
prius, id necessario & maius. Vis autē scire, quòd
Esa. 43 filius coæternus sit patri? Dicit Esaias: Ego deus
primus, & ego posthac, & ante me non fuit alius
deus, & post me non erit. Itaq; si posteriorem pa-
tre dicis filiū: quomodo dicit pater, quòd post me
non erit alius deus? Sin exponis hoc de filio: quo A
modo dicit, ante me non fuit alius deus? Quapro
pter ex his collige filium coæternum esse patri, au
di autem & testimonia de filio, & fuge cū blasphe
matur. Pluit dominus à domino ignē & sulphur
super Sodoma. Dominum uocat patrem, domi-
num filium, dominum spiritum sanctum. Sicut di
cit, Dominus autem spiritus est: & non dicit, do- 1. Cor. 3
minus minor, à domino magno. Et Moses dicit:
Et adorent illum omnes angeli. Angelus aūt crea
turam nō adorat. Et ut discas de filio hoc dictum
esse, audi Paulum dicentem: Quādo autem indu- Heb. 1
cit primogenitum in orbē terrarum, dicit: Et ad-
orent illū omnes angeli dei. Et Dauid quoq; cla-
mat: Dixit dominus domino meo, sede à dextris
meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pe-
dum tuorum. Et nō dixit, Dixit dominus domi
meis: sed, dominus domino meo. Ecce (dicit Esai- B Esa. 7
as) uirgo uterū geret, & pariet filiū, & uocabunt
nomen eius Emanuel: quod est interpretatū, no-
biscum deus. Vtiq; dico ipsum filium subiectum
plane & inferiorē patre. Arguit te denuo Esaias,
dicēs: Puer natus est nobis, filius est datus nobis,
& uocabitur nomen eius magni consilij angelus,
admirabilis consiliarius, deus fortis, potestatem
habēs, princeps pacis, pater futuri seculi. Prophe
ta potestate prædītum, & deum fortem prædicat,
& tu dicis illum subditum? Ille magni consilij an-
gelum uocat, & tu dicis paruum? Vide aūt obse-
cro, quid Hieremias de eo clamet: Hic deus no- Baruc. 3
ster, non conferetur alius ad illum. De patrēne di
cit, an de filio? De patre dicit. Pater ne incarnatus
est, an filius? filius. Itaq; secundum sermonem tuū
pater incarnatus. Verum nūc uideo iuxta sermo-
nem prophetæ, quòd filius qui & conuersatus est
cum hominibus. Etiam filius incarnatus est, pater
autem non incarnatus permansit. Reprehēderis
igitur insipiens, quòd de filio hoc dicis per sequē
tia: Hic deus noster nō cōferetur ad illū alius, in-
uenit omnem uiam scientiæ, & dedit eā Iacob pu
ero suo, & Israel dilecto suo: postea super terram
uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Vi-
des illum & legislatorem? Nam si ipse inuenit o-
mnem uiam scientiæ, et dedit eā Iacob puero suo,
& Israel dilecto suo, ipse est qui & Mosi apparu-
it, & legē dedit. Et unde hoc manifestū? audi pro-
phetam dicentem: Disponam uobis testamentū
quod disposui cum patribus uestris, quando ap-
prehendi manum eorum, ut educerem eos ex Ae
gypto. Dabo leges meas in corda eorū & in men
tes eorum inscribam illas, & erunt mihi in popu-
lum, & ego ero eis in deū. Vides quòd ipse est le-
gislator tā ueteris quàm nouę? nam quòd nouam
legē ipse tulerit, neq; tu inficias ieris. Et tu Bethle
hem domus Ephrata non minima es, ut sis in mi-
libus Iuda: ex te enim mihi egredietur dux, & egres
siones eius ab initio dierum, & ipse reget populū
meum Israel. Vides unum populum patris & fi-
lij? Filius dicit: Ero eis in deum, & ipsi mihi in po-
pulum. Pater de Christo dicit: Et reget populum
meum Israel. Disce unum regnum patris & filij.
Quæcunque autem quæ post hæc audis humilia,
quòd

quòd incarnatus sit, & se humiliarit ipso dicente A
propter salutē hominū, senti de illis ut dignū est
de deo. Nam litera occidit, spiritus autē uiuificat.
Nā si apostolis qui uiderant sua miracula, et in no
mine suo oēs morbos curauerāt, dicebat: Multa
uobis habeo dicere, sed nō potestis portare mo-
do: quid ergo ad multo crassiorē ludęū? etenim si
cū diceret, priusquā Abrahā fieret, ego sum: tule-
runt lapides ut lapidarent ipsum: quomodo quid
sublimius sibi dici sustinuissent? Sic & in ueteri
multa inueniet quis dici pro crassitate auditorū:
ut, Septē oculi domini respicientes orbē terrarū:
&, In uelamento alarū tuarū proteges me. &, Ex-
citare, ut quid obdormis domine? &, Nisi conuer
si fueritis, gladium suū uibrauit, arcū suū intendit,
& parauit illū, sagittas suas ardētibus elaborauit.
Et quomodo? Neq; enim uolatilis est deus, neq; B
somno grauatur, neq; uel gladius apud deū, uel ar
cus, uel sagittæ. Incorporeus enim deus est. Verū
hæc interminatur propheta, attēperans se audito
rū crassitudini: ita & deus uerbū propter nos in-
carnatus, imitans patrē suum, humilia loquit, ad
nostram salutē respiciēs. Quoniā enim ipsum ad-
uersarium deo putabant dicentes: Non est hic à
Ioan. 10 deo: &, De bono opere nō lapidamus te, sed pro-
pter blasphemiam: quia tu cum homo sis, facis te
ipsum deum. Et propter hoc quærebant eum lapi
dare, quòd non solū soluebat sabbatum, sed quòd
& patrē suum dicebat Deum, æqualē seipsum fa-
ciens deo: & ideo quia non capiebant sublimia et
sua deitate digna, incipit humilia dicere, per om-
nia declarans quòd non sit deo contrarius. Si dili C
geretis me, gauderetis utiq;, quòd ego uado ad eū
qui misit me patrem, quoniam pater meus maior
me est. quando enim seipsum æqualē patri facie-
bat, lapidare ipsum conabantur. Quòd si hæc nō
sic se haberent, cogeremur laudare Iudęos, quòd iu
ste crucifixissent Christū, ut aduersariū dei. Nam
qui semetipsum æqualem deo & patri facit, cum
non sit talis, is deo aduersarius est. Cæterū mēdax
Philip. 1 erit & Paulus, dicens: Nō rapinam arbitratus est
se esse æqualem deo. Quid igitur est saluator, se-
Ioan. 20 cundum quod incarnatus est? Sic dicēs, Vado ad
patrem meum & patrē uestrum, & deū meum &
deum uestrū: aliter uocat suū, secundū naturā: & D
aliter nostrum, secundū gratiam & adoptionem:
aliter suū, propter bonam uoluntatē, & propter
creatam assumptionē: & aliter nostrum, ut creatu
rarum. Quòd si in his ambigit, potuit dicere patrē
meum, nō patrem meum & uestrum. Cuius ergo
gratia diuisit se? nónne ut hanc nos deo dignam
sententiam doceret? Vides, inquit, quomodo in-
diguerit paterno auxilio, dicens: Nūc anima mea
turbata est. Et quid dico, Pater salua me ex hora
Ioan. 12 hac. Indigne legis. Nūc anima mea turbata est: &
quid. Nam cū distinctionē ibi fecisset, subdit: Et
quid dico, Pater salua me ex hora hac, sed propte
rea uenī in horam hanc. Enimuero per hoc quod
dixit, Propterea uenī in horam hanc: monstrauit
Luc. 22 q; salutarē mortē nō fugeret. Desiderio enim de-
sideraui hoc Pascha māducare uobiscum, inquit.

Si possibile est, trāseat à me calix iste: uerumtamē
non uoluntas mea, sed tua fiat. Nunquid mortem
formidat, uel inuolūtarius ad passionem accedit,
qui dixit: Oportet filiū hominis multa pati, & oc-
cidi, & sepeliri, & tertia die resurgere? q dixit, Sol
uite templum hoc, & in tribus diebus excitabo il
lud. Qui dixit: Potestatem habeo ponendi animā
meam, & potestatem habeo iterū recipiēdi illam:
nullus tollit illam à me, ego à memetipso pono il
lam, & ego iterū accipio illam. Qui increpauit Pe
trum, quem paulo antea beatificarat, qui dixerat:
Tu es Christus filius dei uiuentis: sed deinde cum
indignum illi uideretur, quòd pateretur, dixit illi:
Vade post me satana, offendiculum mihi es, quia
non sapis quæ dei sunt, sed quæ hominū. Qui ob-
firmauit faciem suam cum ascenderet in Hieruſa-
lem, ut salutem per passionem suam omnibus sup
peditaret: qui per prophetas ipsam passionis suæ
speciem prædixit. Per Hieremiam enim dicit: Su- Hier. 11
per me cogitauerūt, dicentes: Venite, & immitta
mus lignum in panē illius, & exteramus illum de
terra: crucem significās. Per Dauid autē: Dede-
runt in cibū meū fel, & in sitī mea potauerunt me
aceto. &, Foderunt manus meas & pedes meos.
Partiti sunt sibi ipsis uestimēta mea, & super uesti
menta mea miserunt sortem. Et per Esaiam: Ter-
gum meū dedi ad flagella. genas meas ad alapas,
faciem meam non auerti à confusione sputorum.
Vidisti sanè hæc omnia perfecta in cruce: nā sub
Pilato flagellatus est, à seruo alapa cæsus, ab im-
pijs cōsputus, à militibus clauis in cruce fixus, qui
C diuiserunt ipsius uestimenta, & sortem miserunt.
Qui per tam multa passionē significauit, quomo
do nunc cessaret? Quare igitur dicit, Pater si possi
bile est, transeat à me calix iste? Ignorabat diabo-
lus quis esset. Videns enim ipsum sitientē, esurien
tem, lassum, & alias dispensationes, reputauit ho-
minem esse purum: uidens autem eius diuina mi-
racula, deum suspicabat. Dubitabat igitur de eo,
ignorans illum. Nā si euidenter scisset quòd deus
esset, non ausi fuissent ad eū accedere, sicut & Pau
lus dicit: Si em̄ cognouissent, utiq; dominū glo-
riæ non crucifixissent. Prætendit igitur dominus
formidinem quo ille alliceretur, ut cū accederet
hominem, & ab ipso in fugam uerteretur, redime
rentur omnes qui ab illo detenti erant. Quemad- D
modum rex aliquis inuasurus tyrannū, fingit me-
tum dicens exercitibus suis. Fugiamus hinc à fa-
cie illius, ut ne à nobis fugiat, sed persequat nos,
& sic conuersi comprehendamus illum: Ita & do
minus prætexebat formidinem, ut cum diabolus
ipsum quasi hominē aggrederet, inueniret deum
qui illum interimeret, & liberaret omnes qui ab il
lo detinebantur in inferno. Sic enim dicit: Appa- Luc. 22
ruit angelus cōfortans eū. Qui ab angelis adora-
tur, & cui flectitur omne genu cœlestiū, & terre-
strium, & subterraneorū, quo pacto ab angelo ro
bur accipiebat? Non robur accepit, sed glorifica-
tionem angeli dicentis: Tuū est regnū & imperiū
domine. Nullus scit diem illam uel horā, neq; an- Matth. 24
geli, neq; filius, nisi pater. Et quomodo ergo, in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quit,æqualis est patri,qui nescit diem illã? Qui se A
cit illam, ignorabit'ne illã? Et quare igitur dicit,
neq; filius? Vide theoriã exquisitiorẽ. Duas quis
scientias & notitias in scriptura inueniet. Vnã qui-
dem quæ ex opere sumitur, alterã uero ex cogni-
tione. Cognouit enim, inquit, Adam Heuã uxo-
Gen. 29 rem suam, non quòd prius ignorauerit. Aut quo-
modo ignorasset, qui dixerat: Hoc nũc os ex ossi-
bus meis, & caro ex carne mea? Et cognouit A-
brahã Saram uxorem suam. Et Iacob Lian, & Ra
chel. Nũ ignorabat illas, qui propter illas annos
quatuordecim seruierat? Sciebat qdẽ illas agno-
scẽdo, opere aũt postea cognouit. Itaq; pater qui
non iudicat quenquã, sed omne iudicium dedit fi
lio, scit diẽ tam cognitione quàm opere. Filius au
tem qui uenit ut saluet mundũ, & non ut iudicet,
scit eam speculatiua notitia: quia autem nondũ iu B
dicauit, ideo dixit: Ignorat diem, notitiã operati-
Heb. 3 uam significans. At Paulus dicit: Cõsiderate apo-
stolum & pontificem cõfessionis nostræ Christũ
Iesum, quod fidelis sit ei qui fecit ipsum. Et alio lo
co: Dominũ & Christum illũ deus fecit. Et Solo-
Prouer. 8 mon dicit: Dominus creauit me ab initio uiarum
suarũ in operibus suis. Vides quomodo creaturã
& facturã suam eũ scriptura significat? Verum ar
Heb. 5 guent te aduersarie dei, ea quæ sequũtur: Omnis
enim, inquit, sacerdos, qui ex hominibus assumi-
tur, pro hominibus constituit, ut offerat dona &
sacrificia. Accepit enim ex nobis carnẽ absq; pec
cato, quã pro nobis patri obtulit sacrificium. Itaq;
intellige, quòd secundũ carnem fecerit eũ, & non
secundum diuinitatẽ. Sic & dominũ Iesum Chri- C
stum eum deus fecit. Nã ante dispensationẽ ubiq;
deus prædicatur, sicut præmonstratũ est, & nun-
quam aliquis factũ eum dicit, sed propter unio
nem carnis dicit, Dominũ & Christũ Deus eum
fecit. Propter auditorũ crassitatem inquit, Domi
nus initio uiarũ suarum creauit me. Vides quòd
creaturam dicit? Verũ procedamus ad ea quæ ibi
deinceps sequuntur. Ante seculũ fundauit me, an
te omnes colles gignit me. Primũ quidem ó uanę
gloriæ sectator, discę q; liber parœmiæ uel para-
bolæ inscribitur. Quicquid autem per parabolã
dicitur, non idem est quod uerbi uis ac litera. Nã
dominus regnum cœlorũ sagenæ & fermento, &
grano sinapis assimilauit, & aliis multis. Et nõ o-
mnino dicimus regnum cœlorũ aliquid tale esse. D
Sed non dicã multis ambagibus. Dominus ab ini
tio uiarũ suarum creauit me, ante seculũ fundauit
me, ante omnes colles gignit me. Quomodo igi-
tur quod gignitur, creatur, uel fundatur? uel quo-
modo quod creatur, gignitur? Nam si creatus est,
non est genitus. Nos quæ condimus, non gigni-
mus: neq; gignimus quæ cõdimus. Et quomodo
possibile est, increato patri natum esse filium crea
tum? Nos enim qui creati sumus, gignimus crea-
ta: pater autẽ qui incarnatus est, filiũ genuit incre
atum. Aquila autẽ interpretatus est, possedit me.
Igitur quũ dicit, creauit me, prædicit futurũ, quasi
iam esset factum. Etenim hic mos est scripturę, si-
Psal. 21 cut cũ dicit: Foderunt manus meas & pedes me-

os: quasi diceret, Ego quẽ uidetis creatam carnẽ
propria uoluntate mihi adunasse, ab initio sum,
non à Maria habeo initiũ. In principio enim erat
uerbũ, & priusquã Abrahã fieret, ego sum. Cõsite
re igit' filium increatũ, & cũ patre principio caren
tem, ut ne des & patri principiũ quo cœperit esse
pater. Quod si dicis filium cũ patre principio ca-
rere: dic, quomodo genuit pater filium, uolẽs uel
nõ uolẽs? Si dixerimus uolens, cõtradicunt: Iam
erat uoluntas ante uerbum: priusquã enim uellet,
dicunt, non erat filius. Si autẽ dixerimus, non uo-
lens, dicũt: Vim patitur ergo deus. Omne autem
quod uim patitur, non est deus. Nos aũt dicimus,
quod sicut sol radios & lumẽ coæterna habet, ita
pater filiũ & spiritũ sanctũ: ut ne dicamus et patrẽ
sub principio. Si enim diceretur sub principio pri
usquam inciperet esse filius, non erat pater pater,
secundũ sermonem tuũ. Erat enim tẽpus quo pa-
ter non erat pater. Itaq; & ipse incepit ut esset pa-
ter. Itaq; si dixeris, non uolẽs, uim passus est: deus
aũt uim non patitur. Quod enim uim patitur, de-
us non est. Vides in quantã incidis impietatem, si
non confiteris, filiũ cum patre carere principio, et
coopificem esse. Scriptũ est enim, quoniã omnia
per ipsum facta sunt. Non audis prophetã dicen- Ioan. 1
tem de filio: Ex ore paruulorũ & lactentium per- Psal. 8
fecisti laudem? & cætera. Quoniam uidebo cœ-
los opera digitorum tuorũ, lunã & stellas tu fun-
dasti. Non uides Christi autoritatem, dicentẽ: Pa- Ioan. 5
ter meus usq; modo operatur, & ego operor? &,
Quomodo pater suscitat mortuos & uiuificat, &
filius quos uult, uiuificat. & Adolescens tibi dico
surge. Et spiritui immundo: Ego tibi impero, ob-
mutesce, & egredere ex illo. &, Bono animo sis fi
li, remittuntur tibi peccata tua. Quoniam enim il
li dicebant: Nullus potest dimittere peccata, nisi
solus deus: ex ore ipsorũ arguit illos, dicens: Vos
dixistis, quòd dei solius est dimittere peccata. Ec-
ce igitur dimitto peccata, & confiteamini deitatẽ
meam. Si aũt non creditis, ex sanitate corporis ui
dete & discite animæ bonam ualetudinem. Tunc Luc. 5
dixit ei: Surge, & tolle grabbatum tuum, & uade
in domum tuam. Et iterũ loco alio: Extende ma-
num tuam. Et mari: Sile, obmutesce. Puella surge.
Lazare ueni foras. Volo, mundare. Et cætera om
nia per quæ manifestat, quòd cũ patre æqualẽ ha
beat dignitatẽ. Quæ cũ omnia recte didiceris, cre
de quòd patri consubstantialis sit, & quòd cõsub
stantialis sit & spiritus. Nã si ex patre procedit, &
à filio sumit, nõ alterius substantię est spiritus. Spi
ritus dei, spiritus Christi, spiritus ueritatis, spiritus
cõsolator, nõ habens aliũ oppositũ spiritus deus.
Dominus aũt spiritus est: sicut & Petrus ad Ana-
niã, Cur conspirastis inter uos, ut tentaretis spiri-
tum sanctũ? & manifestans quòd deus sit, inquit,
nõ mẽtitus es homini, sed deo. Vides quòd deus
spiritus, cui mentiti sunt? Et Paulus dicit: Vos tẽ- 2. Cor. 6
plum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis. Ma
nifestum quòd deus est spiritus, qui habitat in uo
bis. In ipso em̃ uiuimus, et mouemur, & sumus: et,
Secundus homo, in spiritũ uiuificantẽ. Et alio lo-
co

co dicit: Caro non prodest quicquã, spiritus est q A
uiuificat. Ne aũtis igitur aliquid loqui contra con
substantialẽ & omnipotentẽ trinitatẽ. Et iterum:
Nullus scit quę hominis, nisi spiritus hominis qui
in eo: sic & quæ dei nullus scit, nisi spiritus dei: nõ
iam qui in illo, ut ne quis cõpositũ spiritũ putet.
Spiritus enim omnia scrutatur, etiã profunda dei.
Profectò scrutatur, sed non cõprendit. Non e-
nim scriptum est, q; cõprehẽdatur: quomodo igit'
scrutatur? ut extraneus? ut alienus? ut ignorans?
An non est scriptũ: Profundiora te ne quæras, &
sublimiora te ne exquiras? quæ ꝓposita tibi sunt,
ea & cogita. Non est em̃ tibi opus absconditis: nũ
alienus est, iuxta tuũ sermonẽ? Quomodo audet
ergo abscõdita dei scrutari? De patre scriptũ est:
Quoniã ego sum deus probans renes, & scrutans B
penetralia cordis. Nũ quia non addit' hoc uerbũ
cõprehendendo, ignorare patrẽ dices? Nũ ignо-
rans scrutat' & probat, ut & de adorando spiritu
hoc dicere ausis? Quomodo dixit, Segregate mi
hi Paulũ et Barnabã in opus ad q; uocaui eos? Vi
des potestatẽ, intellige deitatẽ. Et Agabus: hęc di
cit spiritus sanctus: Virũ cuius est zona hæc, sic li-
gabunt in Hierusalẽ. Et apostoli: Visum est spiri-
tui sancto nihil magis seruandũ. Et iterũ: Pertran
sli Phrygiam & Galatiæ regionẽ, prohibiti à spi-
ritu sancto loqui sermonẽ in Asia. Vt uenerũt aũt
in Mysiam, attentarũt in Bithyniã, ꝓficisci, et non
sinebat eos spiritus sanctus. Et iterũ: Veruntamẽ
spiritus sanctus per singulas ciuitates testificat', di C
cens, &c. Et propheta, Et spiritus meus, inquit,
astitit in medio uestri. Dominus uero: Vbicunq;
fuerint duo uel tres congregati nomine meo, illic
sum in medio eorũ. & Dominus misit me, ac spiri
tus eius. Attendite uobis ipsis & toti gregi, in quo
uos posuit spiritus sanctus episcopos & diaco-
nos. Vide uirtutẽ spiritus sancti, & autoritatẽ, &
potestatẽ, nũ alienus à deo sit spiritus. Vidi, uidi,
inquit Esaias, deũ super thronũ excelsum & ele-
uatum, & Seraphim in circuitu eius. &c. ac dixi:
O miserũ me, quoniã cõpunctus sum, quoniã im
munda labia habens, in medio populi immunda
labia habentis ego habito, & regẽ dominũ Saba-
oth uidi oculis meis. Et dixit: Quis ibit ad popu-
lum hũc? Et dixi, Ecce ego, mitte me. Manifestũ,
quòd qui sedebat in throno, dixit: Vade ad popu D
lum hunc. & dixit: Auditu audiatis, et minime in-
telligatis: & uidentes uideatis, & minime uideri-
tis. Quis est qui sedebat super thronum? Pater, di
cit. Si aũt didiceris à Paulo quòd spiritus est, con-
fiteris illũ deũ? Ostende, inquit, & credo. Audi il-
Act. ult. lum dicẽtem: Bene dixit spiritus sanctus per Esa-
iam prophetã: Vade ad populũ hunc, & dic: Auri
bus audietis, &c. Paulus inquit, dixit spiritus san-
ctus. Esaias inquit, dixit dominus Sabaoth. Vi-
des, inquit, qua diuersitate scriptura loquit' de pa
tre & filio & spiritu sancto? Igit' ne dic posthac,
Magnũ et paruum deum, incidens in gentilẽ er-
Tit. 2 rorẽ. Nã si paruus deus est filius, mentitur Paulus,
dicens: Expectãtes beatã spẽ, gloriã magni dei et
saluatoris nostri Iesu Christi: quem nunc Paulus

uocat magnũ deũ, tu ne dixeris paruũ. Nã in deo
perfecta sunt omnia, ex quibus Christus quantũ
ad carnẽ, qui tamẽ super omnia deus est in secula.
Neq; creatũ deũ nominabis unquã: impius enim
est q; creaturã adorat. Quid igit'? Nõ dices corpus
domini creatum? uide ergo ꝙ & tu creaturã ado-
ras. Insipiens nullus dicit regi, exue purpurã quã
indutus es, uel surge à throno tuo, ut te nudũ ado
rẽ: sed adorat regẽ super thronũ sedentẽ, & purpu
ra uestitũ. Cõplacitum em̃ fuit deo uerbo, ut crea
tã carnẽ nostrã sibi absq; macula adunaret, & ado
raretur cum deo uerbo, quatenus deitati adest. Et
hoc significans diuinus Dauid, clamat: Exaltate Psal. 98
dominũ deum nostrũ, & adorate scabellum pedũ
eius, quoniã sanctus est. In alio eloquio dicit: Cœ Esa. 66
lum mihi sedes, terra aũt scabellum pedũ meorũ.
Terrã nos iubes adorare, ó beate Dauid? Et quo- Exod. 20
modo Moses legẽ ponit, neq; cœlum, neq; terrã, Leuit. 26
neq; quę in eis sunt adorãda? Videte sacramentũ. Deut. 17
Quoniã adunaturus erat nostrã carnẽ absq; ma-
cula in unã carnem. Caro aũt nostra ex Adam, ex
terra est. Iuxta quod dicit: Et adorate scabellũ pe-
dum eius. Nos enim terrã nõ adoramus, sed deũ
uerbũ q; uniuit sibi absq; peccato carnẽ quę ex ter
ra formata est Adæ. Ne igit' ultrà dicas, creatũ de-
um filium. Aut dic, ubi dixit pater: Creaui mihi fi-
liũ: uel filius, creauit me pater, neq; humanas uo-
ces Christi in eius diminutionẽ accipe. Nam si his
dictis, & humanis in eo demõstratis, ausi sunt qui
dã dicere phantasiã & apparentiã fuisse, ꝙ fuit in-
carnatus: si hæc nõ essent facta, in q; nõ excideret
impietatẽ? Proinde omnis qui sanctis scripturis
credit, adoret trinitatẽ increatã, incõmutabilem,
uersionis expertẽ, omnipotentẽ, principio caren
tem, coæternã & cõsubstãtialem, patrẽ, & filium
prius quidem absq; carne, deinde autẽ uoluntate
propria in fine seculorũ perfectũ hominẽ factũ,
absq; peccato, absq; uersiõe et mutatione sui. Ho
mo em̃ factus, manſit id quod erat, nempe deus:
nõ enim excidit à gloria & dignitate sua: & misit
spiritum sanctum, spiritũ qui locutus est per pro-
phetas. Eos aũt qui dicunt spiritum sanctum, aut
filium uel uersum uel mutatũ, uel alterius subſtan
tiæ, uel ex nihilo factum, uel quòd fuerit tempus
quando non erat, anathemate punit ecclesia. Suf
ficiant hæc ei q uoluerit, tametsi pauca sint: om-
nia em̃ tractare impossibile, Docẽti em̃ mihi defi
ceret tempus. Neq; ipsum mundum opinor, cape
re libros qui scribunt: nos autẽ indigni qui tantã
ex sacris scripturis utilitatem assequamur: adore-
mus patrem & filium & spiritum sanctum, cui sit
gloria in secula seculorum, Amen.

DE EVCHARISTIA IN ENCAENIIS admonitorius sermo.

NOn satis fuerit simpliciter & uulga-
riter Christianos homines dici nos.
Eius rei, si placet, adhibeo fide dignũ
testem fratrẽ domini Iacobum dicen
tem: Fides sine operibus mortua est. Iacob. 2
Ergo ubiq; opus est mãdatorum operatione. Nã

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa absente, neq; Christiani nominis appellatio nobis prodesse poterit. Et ne mireris. Quid enim, dic mihi, lucri habes miles quando in exercitu es, nisi et digne pro rege milites? Forte autem terribile est quod dicitur: Melius enim erat nō militare, quàm in militia curam & honorem regis negligere eum qui à rege nutritur, pro rege autem nō certare. Quid autem dico rege? Vtinam etiā pro nostris animabus curā gereremus. Et quomodo, ait, possibile in mūdo & medio hominum sic uersantem saluari? Quid dicis homo? Vis breuiter ostēdam nō esse locum qui saluet, sed mores & rectā fidem, et uoluntatem. Adam in paradiso ut in portu naufragiū fecit. Loth in Sodomis sicut in pelago seruatus est. Iob in stercore iustificatus est. Saul ille inter raros regno præsenti & futuro excidit. Non est defensio, q̄ dicis te nō posse etiam in medio negotiorum saluari: sed hæc grauia nobis accidunt, quia in diuinis cōuentibus frequentes nō sumus. An non uidetis uolentes dignitatem à terreno rege accipere, quomodo assident, quomodo alios ad patrocinādum incitant, ut potiantur eo quod quærūt? Hęc ego dixerim ad eos qui sanctorum cōmunionem & congregationem relinquunt, & sub horā terribilis mysticæ mensę in uanilo quentię cōuenticulis occupati sunt. Quid facis homo? Nō promisisti sacerdoti, qui dixit: Sursum mentem & corda, & dixisti, habemus ad dominum? Nō reuereris & erubescis? Et illa ipsa hora mēdax inueniris. Papę, mensa mysterijs instructa est, & agnus dei pro te immolat, sacerdos pro te angit, sanguis spiritualis ex sacra mensa refluit. Seraphim adstant sex alis faciem tegentia, omnes incorporeę uirtutes pro te cum sacerdote intercedunt: ignis spiritualis è cœlo descendit, sanguis in cratere in tuam purificationem ex immaculato latere haustus est. Et nō erubescis, reuereris, & confunderis, neq; deum tibi propitiū facis? Non conscientia tua iudicat te ó homo? Centū sexaginta octo horas habente hebdomada, unam et solā horā sibijpsi segregauit deus, & hanc in opera secularia, & in ridicula, & in cōuenticula insumis: cū qua postea fiducia ad mysteria accedes? ó q̄ polluta cōscientia. Nū si stercus manibus haberes, auderes appropriare fimbriæ regis? Num uides panem? num uinum? num sicut reliqui cibi in secessum uadunt? Absit. Ne sic cogites. Quemadmodum enim si cera igni adhibita illi assimilatur, nihil substātię remanet, nihil superfluit: sic & hic puta mysteria consumi corporis substantia. Propter quod et accedentes, ne putetis quòd accipiatis diuinū corpus ex homine, sed ex ipsis Seraphim forcipe ignē, quem scilicet Esaias uidit uos accipere. Reputate salutarē sanguinē, quasi è diuino & impolluto latere effluere, & ita approximātes labijs puris accipite. Quocirca frēs oro uos et obsecro, ne absimus ab ecclesijs, neq; in alijs colloquijs occupati simus. Stemus tremētes et timidi, demissis oculis, renata aūt anima, gemētes sine uoce, iubilantes corde. An non uides eos qui sensibili, corruptibili, temporali & terreno regi assistūt, quàm illa absente, neq; Christiani nominis appellatio nobis prodesse poterit. Et ne mireris. Quid enim, dic mihi, lucri habes miles quando in exercitu es, nisi et digne pro rege milites? Forte autem terribile est quod dicitur: Melius enim erat nō militare, quàm in militia curam & honorem regis negligere eum qui à rege nutritur, pro rege autem nō certare. Quid autem dico rege? Vtinam etiā pro nostris animabus curā gereremus. Et quomodo, ait, possibile in mūdo & medio hominum sic uersantem saluari? Quid dicis homo? Vis breuiter ostēdam nō esse locum qui saluet, sed mores & rectā fidem, et uoluntatem. Adam in paradiso ut in portu naufragiū fecit. Loth in Sodomis sicut in pelago seruatus est. Iob in stercore iustificatus est. Saul ille inter raros regno præsenti & futuro excidit. Non est defensio, q̄ dicis te nō posse etiam in medio negotiorum saluari: sed hæc grauia nobis accidunt, quia in diuinis cōuentibus frequentes nō sumus. An non uidetis uolentes dignitatem à terreno rege accipere, quomodo alios ad patrocinādum incitant, ut potiantur eo quod quærūt? Hęc ego dixerim ad eos qui sanctorum cōmunionem & congregationem relinquunt, & sub horā terribilis mysticæ mensę in uanilo quentię cōuenticulis occupati sunt. Quid facis homo? Nō promisisti sacerdoti, qui dixit: Sursum mentem & corda, & dixisti, habemus ad dominum? Nō reuereris & erubescis? Et illa ipsa hora mēdax inueniris. Papę, mensa mysterijs instructa est, & agnus dei pro te immolat, sacerdos pro te angit, sanguis spiritualis ex sacra mensa refluit. Seraphim adstant sex alis faciem tegentia, omnes incorporeę uirtutes pro te cum sacerdote intercedunt: ignis spiritualis è cœlo descendit, sanguis in cratere in tuam purificationem ex immaculato latere haustus est. Et nō erubescis, reuereris, & confunderis, neq; deum tibi propitiū facis? Non conscientia tua iudicat te ó homo? Centū sexaginta octo horas habente hebdomada, unam et solā horā sibijpsi segregauit deus, & hanc in opera secularia, & in ridicula, & in cōuenticula insumis: cū qua postea fiducia ad mysteria accedes? ó q̄ polluta cōscientia. Nū si stercus manibus haberes, auderes appropriare fimbriæ regis? Num uides panem? num uinum? num sicut reliqui cibi in secessum uadunt? Absit. Ne sic cogites. Quemadmodum enim si cera igni adhibita illi assimilatur, nihil substātię remanet, nihil superfluit: sic & hic puta mysteria consumi corporis substantia. Propter quod et accedentes, ne putetis quòd accipiatis diuinū corpus ex homine, sed ex ipsis Seraphim forcipe ignē, quem scilicet Esaias uidit uos accipere. Reputate salutarē sanguinē, quasi è diuino & impolluto latere effluere, & ita approximātes labijs puris accipite. Quocirca frēs oro uos et obsecro, ne absimus ab ecclesijs, neq; in alijs colloquijs occupati simus. Stemus tremētes et timidi, demissis oculis, renata aūt anima, gemētes sine uoce, iubilantes corde. An non uides eos qui sensibili, corruptibili, temporali & terreno regi assistūt, quàm

Esa. 6

sint immobiles, non loquentes, nō oculos huc & illuc mittentes, sed mœsti, territi, lugentes? Exipsis documentum accipite homines, & sic assistite deo, quasi terrenū regem accessuri. Multo magis cœlesti regi cū timore adstare oportet. Hoc sæpe dico, et dicere nō cessabo, donec correctos uideā. Ingredientes aūt in ecclesiā, ut decet, deum accedamus, ne uindictæ cupiditatē in mente habentes, aduersus nos precemur, dicentes: Dimitte nobis, sicut et nos dimittimus. Terribile est mysteriū hoc quod dicitur, & fermè sic ad deū clamat qui hoc dicit: Dimisi dñe, dimitte: solui, solue: ignoui, ignosce: si non soluí proximo, neq; tu mea soluas: si non dimisi, neq; tu dimittas: si inuasi, inuade: si durus fui, durus esto: in qua mensura metior proximo, eadem remetiaris mihi. Igit quum hæc scia mus, & ignem illum & terribilem tormentorum locum in mentem accipiamus, conuertentes nos postea à uia qua errauimus. Veniet em̄ hora, quādo theatrum uitę huius soluetur, & nullus postea certabit. Non est post huius uitæ finē negotiatio. Dissoluto hoc theatro coronas mereri nō datur. Hoc tempus est pœnitētię, illud iudicij: hoc agonum, illud coronarū: hoc laboris, illud relaxationis: hoc ærumnæ, illud retributionis. Excitemini, obsecro, excitemini, & quę dicuntur, suauiter audiamus, & alacriter faciamus. Viximus in carne, uiuamus posthac in spiritu: uiximus in uoluptatibus, uiuamus in uirtutibus: uiximus in negligentia, uiuamus in pœnitentia. Quid inflaris terra & cinis? quid superbis homo? quid arrogās es? quid speras ex gloria mūdi & diuitijs? Egrediamur ad sepulchra obsecro, uideamus ibi mysteria, uideamus dilapsam naturam, ossa corrosa, corpora putrefacta. Considera ibi quis sapiens, & quis prudens: dic mihi, Quis illic rex, & q̄s priuatus: quis generosus, & quis seruus: quis sapiens, et quis insipiens? Vbi pulchritudo illic adolescētiæ, ubi gratiosus aspectus, ubi oculi speciosi, ubi elegans nasus, ubi flagrantia labia, ubi pulchritudo præsens, ubi frons radians? An non omnia cinis? nónne omnia puluis? nónne omnia sauilla? nónne omnia uermis? nónne omnia putredo & fœtor? Hęc animis inserētes dilecti, & extremum diem in animo collocantes, dum tempus habemus, cōuertamur à uia nostra qua errauimus. Sanguine pretioso redempti sumus. Propter hoc deus super terram uisus est, nō habens ubi caput reclinet. Papę, iudex ad tribunal ducitur, creator creaturę sistitur, qui à Seraphim uideri nequit, à conseruo cōspuit: fel & acetum gustat, lancea configit, in sepulchrum deponitur. Et tu negligēs es. Et tu dormis, & contemnis homo: nondum scis, quòd etsi proprium sanguinem pro ipso effundas, non quantū oportet, imples? Alius enim est sanguis serui. Præueni conuersatione animæ tuæ, ne quādo si mors aduenerit, omnem curam anima negligat. Propter quod super terram tantum, & non in inferno pœnitentia robur habet. Quęramus dominum, cum tempus habemus: operemur bonum, ut à gehēna quæ fine caret, liberemur, & cœlorum regnū consequamur,

Matth. 6

Eccle. 10

sequamur, gratia et misericordia dñi nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE PRAEMIIS SANCTORVM, DIVERSISQ̄ HONORIBVS APOSTOLORVM, & de gehenna si sit, & ubi sit: Sermo.

HAVD æque idem beatis omnibus in Dei regno honos habebit, siquidē neq; Christi discipulos inter se pares omnes fuisse constat: tres enim erāt qui cæteris præstarent, quos inter distare etiā uidebatur: quippe cum deo uel minima

1. Cor. 15 quæq; acriori sunt curæ. Astrum enim, inquit, ab astro differt gloria. Tametsi discipuli oēs pro apostolis haberentur, uniuersiq; sint super sedes duodecim consessuri, palamq; sit & sua singulos reliquisse, cum Christo & uitam duxisse singulos: qui tamen cum esset orādi gratia secessurus, tres secū sumpsit, alio quin hos inter neminē præstare asserit, cum dicit: Sedere enim ad dextram meam, aut

Marc. 15 ad sinistram, nō est meum dare uobis, sed quibus à patre paratum est. Item & Petrum reliquis præfert, dicens: Petre, amas me plus his? Et alibi: Ioan

Ioan. 21 nes autem cæteros præter ab eo colebatur. Erit autē diligētissima in omne inquisitio, adeò ut si parua aliqua re, uel minima proximū excesseris, uel id sit deo curæ futurū, & ita ut ex fulgore superne accepto, beatorum quiuis cognosci possit. Nempe & Loth cum iustior haberetur, haud tamē Abrahā par esse iustitia uidebat. Item & Ezechias cum æquior esset, nec tamen Dauid æquitate erat assimilis. Prophetę insuper omnes cum iustitia abundarent, nō tamen uel singuli cum Ioanne cōferendi. Vbi igitur sunt qui post tam acerrimā meritorum inuestigationem, nullam fore gehennā arbitrantur, quādo & iusti omnes, si uel paruo reliquos antecesserint, haud quaquā paria sunt præmia recepturi? ut illud: Astrum enim ab astro distat gloria. Quo ergo pacto facinorosi eadē cum iustis statione futuri sunt? Huiusmodi rerum confusionem ne dęum dixerim, neq; hominum quēpiā facturum existimauerim. Quod si libet ex priscorum hominum erratis, & quantum illi inter se distent, & dei quàm accuratissimū sit iudiciū, patefaciā. Peccauit Adam, peccauit & Heua, ita ut utriq; præuaricati sint, utq; nec paria eorum errata, sic absimili sunt affecti supplicio. Siquidem horum adeò erant peccata diuersa, ut Paulus asserat

1. Tim. 2 Adam nihil fuisse fallacię perpessum, qui Heuam quin seducta sit, fuisse præuaricatam: etsi non impar esset utriusq; deceptionis conditio, factum tamen est diuina illa & diligentissima inquisitione, ut tanta delinquētium argueret diuersitas, quòd Paulus illud dicere cōpulsus sit. Porrò ob fratricidium cruciabatur Cain, quum Lamech qui hominē paulo pòst necasset, nullo sit eiusmodi tormento affectus: quumq; horum uterq; humanum sanguinem fudisset, grauius tamen esset Lamech culpandus, quòd Cain exemplo nihil in melius proficisset: sed quoniā neq; fratrē admonitus interemit, neq; admissi facinoris delatore, qui cōmissa ederet, indiguit: neq; domino de cæde quærēti impudentius respōdisset, qn nemine incusante ipse homicidij se arguens damnasset, facilius est sceleris ueniam assequutus. Cain uero quoniā his longe aliena facere est aggressus, cruciatib. & tormētis afficiebat. Vides quàm diligenti inuestigatione deus hominū facta disquirat? Idcirco de his q̄ aquarum inundatione consumpti sunt, uarijs modis supplicij sumpsit. Diuersis etiā Israelitas pœnis, & Babylonios, & qui Antiochi fuere tēporibus, ludęos affecit, ut ostēderet se nostri haud mediocrem habere rationē: quū horū aliqui annos octoginta, quadringentos nōnulli fuissent seruitute oppressi: cōstetq; ex his plerosq; liberos præesurie fameq; esitasse, fuisseq; calamitatibus et erumnis grauioribus affectos, quas neq; fato functi, neq; superstites euasissent: qppe quū potius deus Sodomam laturum se, & Gomorrham asserat, q̄ istorum hominum ciuitatem. Quòd si nulla foret ei de nobis delinquentibus, uel proficientibus cura: aliquid fortè gehennam negare, & futura supplicia diffiteri, rationis præ se ferre uideretur. Verum cū tanto studio incumbat, ne in aliquod ipsi facinus prolabamur, tantumq; impendat operæ, ut recte uiuamus: conspicuum est quòd peccantibus pœnas, benefacientibus coronam sit & præmia largiturus. Nunc uero aduerte q̄ uarie hominum sentiat multitudo, qui plerunq; deo id culpę afferunt, quòd uiolentos & raptores nonnunquā toleret, nefarios & facinorosos impunes sinat: quodq; ex his duntaxat supplicia minitetur, culpant grauius, & iniquo animo ferunt: quorū etsi altero grauentur, alterum tamen probari per eos, & cū admiratione efferri laudibus oporteret. Sed ó dementiam, ó efferatam & sine ratione mētem, ó animum sceleratum, et in omne flagitium et scelus propensum. unde eiusmodi tua hæc depraua ta emergit opinio? quòd si maluerint qui hæc sentiunt, uirtutibus inhærere, quamprimum quauis ambiguitate reiecta, fiant de gehenna certiores. Quæret aliquis, ubinam gentium, aut quibus in terris hāc gehennam sitam dixeris? Verum quid illud tibi est curæ: quum enim utrum sit gehenna quæratur, de loco situ ue nondum est aliquid inquirendum: quamuis plerique pro certo nō diffitētur esse hanc in Iosaphat ualle constitutam: quod in certamine quodam, & bello apud ueteres illos quondam in gehenna uallis Iosaphat gesto narratur: quod sacrę literæ nusquam affirmant. At si de situ & loco quæsieris, respondebo, dicamq; extra terrarum orbem hunc aliquo esse positā. Non ergo erit quo fuerit hæc loco sita, quin magis quo pacto euitari possit, quærendū: neq; quòd pro nimia eius indulgentia deus nullas perfæpe exigat in hac uita pœnas, futuris est diffidendū. nā ideo hominum tolerat errata, q̄a clemēs & pius, eoq; potius comminatur, q̄ subito cursu inuadat. Inquit enim: Nolo mortem delinquentis. Vnde cognosci potest, si nulla esset peccāti, pposita mors, superuacaneum id Christi dictum extitisse. Scio equidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

equidē uobis his uerbis nihil quippiā esse mole-
stius, cū mihi sit nihil suauius: utinā cp quū cœnaī,
quū prādium sumitur, quū lauaī, cū demū reliqua
peraguntʼ, de gehenna fieret apud nos mētio: nec
emī illius formidine aut hic aduersa uideremē gra-
uia, aut pro suauibus prospera haberemʼ. Tu uero
quid graue, aut molestū dixeris? nū paupertatē?
num languores? nū seruitutē? nū corporis cæcita
tem? Hæc certè ridicula uidebunʼ, si cū gehennæ
incendio cōparemʼ. Quin uel si fame & longa ue-
xatos adduxeris, uel ab ineunte ætate & luminib.
captos, & mendicos, pro esca hæc omnia, & cibo
quodā lautiori ducentʼ, illorū tormentorū respe-
ctu, quorū narratio frequentius iteranda est, quā-
do gehennę eiusmodi recordatio nos eā incidere
haud sinit. Nonne & Paulū audis dicentē, qui pœ
nas perpetuò daturi sunt à facie domini: cuiusmo
di & Nero fuit, quē idē Antichristi mysteriū ap-
pellat, quū inquit: Mysteriū iā operaī iniquitatis.
2. Thes. 2 Quid igitur? nihil Nero, nihil Antichristus, nihil ne
mali & diabolus patietur? Nūquid Antichristus
pro diabolo futurus est? nū demū hi oēs nisi sup-
plicio & pœna coganī, malis aliquādo sunt finē
facturi? Verum dicet aliquis, nihil erit à gehenna
uerendum, quam solū à Christi fide alieni homi-
nes aduturi sunt. Quæso quāobrem? quoniam fi-
deles sui domini iāpridem habent notionem. At
quid illud, cū horū sit uita impurior, propterea cp
maiores sunt cp illi pœnas daturi? quotquot enim
sine lege admittunt, sine lege & pereunt: qui uero
in lege deliquerint, & lege iudicabunʼ. Item et ser
uus qui herilis sit animi conscius, nec domino ad
uoluntatē paruerit, multis ut uapulet necesse est.
Quod si nullā dixeris uitæ rationē reddēdā fore,
frustra cp id & uulgo opinari nonnullos: ergo nec
diabolus ipse cruciabitur, quia habeat et ipse dei
notitiā longe magis cp homines certiorem. Siqui
dem dæmones uniuersi & deum norunt, fateī,
& contremiscunt. Itacp si uitæ huius actionū, pra-
uorūcp facinorū nullæ essent reddendæ rationes,
forent et hi supplicio quouis liberati. Nū ita se res
habent, non ita, cauendum sanè ne uos fallat opi-
nio. Nā si certè nihil de gehenna constaret, quo-
nam pacto duodecim apostoli bis senas & Israeli
ticas essent tribus iudicaturi? Quid præterea &
1. Cor. 6 Paulus illud assereret, inquiens: Nonne uidetis
quoniā de angelis (ne de tēporariis his dixerim)
sumus iudiciū facturi? Quid etiā & Christus illud
Luc. 11 protulisset: Viri Niniuitæ resurgent, & condēna-
bunt generationē hanc, eritcp terra Sodomorum
magis in die iudicij, cp hi tolerabilis? Quī illa ioco
agis, quæ seriò agenda sunt? quid falleris insanien
do? quid dei clementiā oppugnas? eò emī gehen-
nam deus & parauit, et cōminatus est, ut illā trepi
di caueremus. Itacp & qui eā tollit, nihil aliud eni-
ti uideī, cp ut falsa opinione captus in eā enixius
prolabatur. Non igitur erunt illorū uires, aut
manus debilitādæ, qui pro uirtute contendunt, nec
torpentium augenda segnities: quādo enim cum
pertinaci hac & stulta uulgi persuasiōe qua gehē-
nam negāt, à scelere desistetur: quando etiam im-
ponet nequitiæ finis, aut ubi de iustitia cōstabit?
nō dico solū quæ flagitiosum à iusto secernat, sed
arguat à peccatore delinquentē: id est, cur aliquo
ties nōnulli hominū pœnas hic pro sceleribus luāt,
nōnulli uero qui aut eque, aut grauius forte com
miserint, sint sanè dum uiuunt, tormētorū exper-
tes. Si itacp nullibi sit de gehenna compertum, nil
profectò tibi quod eiusmodi obiectātibus respō-
deas, suppetet. Quocirca obsecro, ut rebus his ir-
risiōe dignissimis reiectis, eorū ora occludatis, q
lōge aliter de gehenna cp uos ipsi senserint: quan-
do ut perexigua errata, ita & benefacta acerrime
cōquirentur, adeò ut pro impudico oculorū aspe
ctu pœnas daturi simus, procp superuacaneis otio
secp dictis, pro leui insuper & tenui contumelia,
procp uiolentia demum ipsa torment a nobis sub
eunda sint. Sic contrà pro gelidioris aquę cyatho
cōmunicato, uel solo gemitu, mercedem prome-
rebimur. Da emī signū, inquit, in faciem ingemi- Ezech. 9
scentium et dolentium. Quo igitur pacto affirma
re audebis eum qui nostra omnia diligentius scru
tetur, frustra fuisse gehēnam cōminatum? ne ob-
secro, ne, inquam, inani hac spe tum teipsum, tum
tuę huius opinionis sectatores eas perditū. Nam
si meis forte diffidendum esse dictis censueris, Iu-
dæos, gentiles, hereticos cp uniuersos rogato: re-
spondebunt sanè ad unum oēs futurū iudicium,
futuramcp ut bonorum, ita et malorum retributio
nem. Quòd si homines haud satis petitioni huic
facturos existimaueris, pete uel demōes ipsos, au
dies mox illos clamitantes: Quid huc uenisti nos Matth. 8
ante tempus cruciatū? Quibus omnibus in unū
coactis, persuade animo ne frustra deliret, ne ge-
hennā expertus, de ea certior fiat: quin illius con-
templatione, et metu moderatior effectus, eiusdē
queat et cruciatus effugere, et futuris bonis potiri.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI de martyribus Sermo.

NEMO est qui nesciat martyrū glori-
as ad hoc diuino cōsilio à dei popu-
lis frequētari: nisi, ut & illis debitus
honor dicetur, & nobis uirtutis ex-
empla fauente Christo monstrent:
ut dum hæc ita celebrari perspicimus, cognosca-
mus, quāta eos gloria maneat in cœlis, quorū na-
talitia taliter celebrantur in terris: quo possimus
etiā ipsi talib. prouocari exēplis, uirtute pari, de-
uotione cōsimili ac fide: ut Christo præstāte dimi
care & uincere hostem possimus: ut parta uicto-
ria cū ijsdē sanctis in regis cœlestibus triumphe-
mus. Quis est enim, qui eorū uolens merito copu
lari nisi prius constantiā eorū teneat, sectetur fi-
dem, imitetē uirtutē passionis, eorum gloriā uitæ
liniamentis aut inueniat, aut exquirat? Qui etsi
martyrio par esse non possit, tamen muneris tanti
dignitate se quisc bonis actibus dignū præbeat.
Adest enim clementissimus deus, qui desideran-
tibus suis aut martyrium præbeat, aut sine marty-
rio cum sanctis præmia diuina. Nobis nanc pec-
cata nostra officiunt: nobis, inquam, peccata no-
stra

stra aduersa prouocant, arcēt prospera, bona à no
bis diuina repellūt. Qui si dño seruiremus, ut par
est, cūcta nobis prospera, puenirent. Duæ sunt e-
nim causæ in seculo, quæ homini aduersa impor-
tant: quæ aduersa licet de uno malitiæ fonte pro-
cedāt, tamē hæc nonnunc peccatoribus & iustis
æque obueniunt: sed diuersitate meriti discernūʼ.
Aliud enim pro peccatis affligi, aliud pro iustitia
exerceri. In peccatore meritorū retributio, in iu-
sto gloriosa de uirtute certatio. Illic peccator, ut
mereī, affligitur: hīc iustus pro examine cōproba
tur. Vt emī infirmatur peccator aduersis, ita iustus
tentationibus roboratur. Sic dimicarūt aduersus
peccatū sancti: sic & laborando fortiores, & mo-
riendo uictores effecti sunt. Nullus athletes sine
certamine fortior dici, nullus sine uictoria pote- B
rit coronari. Nemo miles sine prælio hostē subie
cit, nemo sine bello imperatorē, pmeruit. Habes
Christiane cōpetentia arma, quibus hostē expu-
gnes: habes fortissima tela, quibus inimicū debel
les. His te iamdudū dominus per gratiā imbuit, et
postmodum apostolus Paulus armauit. Hęc sunt
arma, quibus dimicarūt sancti: quorū uirtutes di-
ligis, & uictorias admiraris. Imitare Christiane ds
diligis, sanctos: & quorū uirtutes frequentas, eo-
rum uitā & instituta sectare. Esto talis, de eorum
exēplo: quia & hi de superiorū, tales effecti sunt.
imitari Nec emī uirtus ab eo poterit imitari cuiusc, qui
passime eius uitam non fuerit imitatus. Cæterū amare nō
est, quem imitari nolueris: & quem sectari detre-
ctas, eum profecto amare te simulas. Habes exē- C
pla, quæ secteris, ut uincas: qa Abel in principio
ante ullius exemplum, prior dedicauit martyriū.
Qui quidem optaret innocēs in seculo uiuere: cp
à fratre occisus, in occidentis perniciem martyri-
um dedicare. Cain enim nec innocentiam naturę
seruauit, & pietatis iura in cæde fratris corrupit.
Perpetrat scelus, quod nec ipse sciebat admitte-
re, nec frater nouerat præcauere. Gerit diabolus
totum, qui iam parētes fecerat peccatores. Gerit,
inquam, diabolus totum: sed cōsentit Cain hosti,
quem de parentum casu debuerat execrari: ut u-
tercp reatus crimē incurreret: & diabolus, qui par
ricidium suasit, & Cain, qui assensum persuaden-
ti diabolo commodauit. Solus aūt Abel sanctissi
mus inter fratrē & diabolū, inter parricidā & ho-
stem, inter persuadentem & factorē purus atque
integer perseuerat. Fit enim Abel innocens, glo- D
riosus sacerdos & uictima, immolator & hostia,
antistes & holocaustū. Vt emī sancte atcp innocē-
ter deo hostias immolabat: ita sācta atcp innocēs
hostia deo summo effectus est. Nec no. n & Iacob
sanctissimū innocētem & iustum Esau reprobus
impie atcp crudeliter minatur occidere: qđ quidē
facinus etiam ipse cōplesset: nisi ad propaga tio-
nē paterni seminis eum dñs reseruasset, sicut idē
Gen. 27 Esau loquitur dicens: Appropinquet dies mortis
patris mei, ut ego occidam Iacob fratrem meū. O
nepharium scelus uenenato ore prolatum. Vt fra
trem occidat, patri mortē exoptat. Bis in una cau
sa delinquit; & dum optat obitum patris, & dum
disponit parricidiū fratris. Non intellīgit miser se
gemino ac duplici crimine detineri: nō intelligit,
inquam, utrumcp scelus à se in sua iam professione
cōpleri. Nec considerat iudicio dei se perditū, ni-
si & hoc quod mente conceperat, suis sermonib.
indicaret: ut malitiam, quam dūs in eo reprobaue
rat sua professione expromeret. Denicp Iacob fu
gæ consiliū inuenit, ne immoratio sui fratrē face-
ret parricidā. Cuius quidem peregrinationis an-
gustias, tribulationes, & metus, ita dūs guberna-
uit, ut in ipso durissimæ seruitutis obsequio au-
geret patrimonio, locupletaret fide: & quod est
amplius, per uisitationes & diuina colloquia, an-
gelicacp luctamina, sua eū benignitate donaret.
Quid Ioseph persecutione fratrū, qd Dauid Sau-
lis regis atrocissimo metu, quid prophetarū, apo
stolorumcp sanctorū chorū, ludæorū odijs, aut af
flictos, aut iugulatos enumerē? Quis emī sancto-
rū in seculo, non aut persecutionē perpessus, aut
ab inimicis est iugulatus? Nulli est dubiū inimicū
esse seculū sanctis dñi. Vox est ad suos dicētis, Si Ioan. 15
me persecuti sunt, & uos persequenī. Et rursus ad
dit dicēs: Si de seculo essetis: seculū, cp suum esset,
amaret. Sed quia de seculo nō estis, & ego elegi
uos de seculo, propterea odit uos seculum, Et ur
sum, Vos plorabitis & plāgetis, seculū aūt gaude
bit: uos tristes eritis, sed & tristitia uestra in lætiti-
am ueniet. Timenda sunt Christianis præsentis se
culi gaudia: & optanda pro deuotione mœstitia,
quæ cœlesti lætitia repensetur. Pro amore dei, o-
dia humana optāda sunt: pro dilectione Christi,
inimicorū insectatio appetenda. Nemo emī amat
à mundo, nisi qui odio fuerit Christo: nec diligit
à seculo, nisi qui execrabilis fuerit deo. Seculi est
enim quodcunc lætaī: dei est, cp pro iustitia affli-
giī. Inimici sui amicū nemo in amicitias sumit, ni-
si qui amico inimicus esse uoluerit. Nemo aduer-
sariū fratri, familiarē sibi arrogat, nisi qui germa-
nitatis iura uiolare æmulo liuore desideret. Hosti
domini sui seruus nunc famulaī, nisi à dño atro-
cissima seueritate uexeī. Nemo miles ab imperā-
tore extraneo stipendiū accipit: sin aūt, illum cui
militat lædit, Quid agis Christiane si dñi hostē a-
micū habueris? Quid agis, inquā, si dilexeris secu
lū, saluatoris Christi hostem pariter et inimicum?
Quid agis, inquā, si amaueris mundū, qui deū tuū
inimica crudelitate peremit? aut enim eris seruus
acceptus, si dñi tui inimicū fueris detestatus: aut
si eius amaueris inimicū, eris ipse à domino alie-
nus. Quare aut oderis inimicum, necesse est, si do
mini tui uolueris esse charissimus: aut si eius ama
ueris inimicum, cum eodem in die iudicij mulcta
beris. Fuge Christiane, fuge quod dñs non amat:
detestare & horre, quæ tibi detestanda mādauit.
Præsenti liberalitate eternam uitam mercare, mo
mentaneo lucro præmia diuina acquire. Thesau-
ros tuos ad cœlestia regna trāsmitte: fœnerare in
pauperibus dominum, in egenis Christum & pa
ce & uesti. Et serua mādata, quæ te ad uitam per-
ducant: custodi præcepta, quæ te deo proximū fa
ciant. Propterea ad æterna, ad futura festina. Nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

te aliqua dulcedo seculi ac prę-
sētis uitæ detineat, A
sed tibi futura omnia Christo numerāte occurrāt.

DE MARTYRIBVS, QVOD AVT IMI-
tandi, aut non laudandi sunt, Sermo.

QVI sanctorū merita religiosa cha-
ritate mirāt, quiq; iustorū glorias fre-
quēti laude colloquitur, eorum mo
res sanctos atq; iustitiā imitet: quo-
niā quē delectat sancti alicuius me-
ritū, delectare debet par circa cultū dei obsequiū.
Quare aut imitari debet si laudat, aut laudare nō
debet si imitari detrectat: ut qui aliū laudat, lauda
bile se reddat, & qui sanctorū merita admirāt, mi
rabilis ipse uitæ sanctitate reddatur. Nam si prop B
terea iustos fideles q; diligimus, q; in ipsis iustitiā
fidēq; suspicimus, possumus nos quoq; esse quod
sunt, si faciamus ipsi quod faciūt. Neq; enim diffi
cile nobis est q̄d ab ipsis geritur imitari, cum sine
præcedenti exēplo ab antiquis talia gesta cōspi-
cimus: ut non ipsi aliorū æmuli redderētur, sed æ-
mulandæ uirtutis seipsos nobis præberent exem
plum, ut dū nos ex ipsis & ex nobis alij proficiūt,
sic Christus in suis semper seruis in ecclesia sācta
laudet. Vndè ab origine mundi innocēs Abel oc
cidítur, Enoch deo placens transfert, iustus Noe
inuenitur, Abrahā fidelis probatur, Moyses man
suetus dignoscitur, Iesus castus, Dauid lenis, He-
lias acceptus, Daniel sanctus, tres pueri uictores C
redduntur, Apostoli discipuli Christi credētium
magistri habentur. A quibus eruditi confessores
fortissimi pugnant, martyres perfecti triumphāt,
& Christiani semper exercitus diabolū deo arma
ti debellant. In istis semper pares uirtutes, dissimi
les pugnę, glorioseq; uictorię. Vnde & tu Christia-
ne delicatus es miles, si putas te posse sine pugna
uincere, sine certamine triumphare. Exere uires,
fortiter dimica, atrociter in prælio isto concerta.
Cōsidera pactū, conditionem attende, militiā no
sce. Pactum q; spopondisti, conditionē qua acces
sisti, militiā cui nomē dedisti. Hoc em̄ pacto quos
miraris cūcti pugnarunt, hac conditione uniuer-
si uicerūt, hac militia oēs triumpharunt. Denique
cōsidera præsente deo te cū hoste pugnare, fauet
ille ut uincas, fauet ut obtineas. Cū pugnas adest, D
cum dimicas præsens est. Tātum enim uirium de
eius præsentia concipis, quantum inimico debili
tatis accedit. Tu erigeris in uirtutē, hostis incidit
in debilitatē. Tibi arma diuinitus ministrantur, il
li malitiæ tela franguntur. Tibi conspectus dei ui
rium adhibet incrementa, hosti præsens maiestas
adimit nocendi uenena. Tibi angeli applaudunt,
illi formidinem adhibent. Tibi enim fortitudo tri
buitur, illius malitia infirmatur. Quibus tu foue-
ris, ille opprimit: quib. tu erigeris, ille prosternit.
In tua pugna dns congreditur, dominus dimicat,
dns præliatur, & uictoria tibi adscribit. Certamē
tuū dei certamē est, prælium tuum Christi est præ
lium. Quid trepidas, quid formidas, quasi tua uir
tute deuincas? Prēde arma, procede in bellū, for-
titer dimica, ut dimicāti adsit ille qui uinci nō no-
uit. Non potest imperatorē demereri, qui hostē à
se noluerit superari. Nō potest regi esse acceptus,
q; hosti fuerit lenocinatus. Nec enim hostē pote-
rit uincere, nisi q; atrociter uoluerit dimicare. Vi-
ctoria militis, peremptio est hostis: & peremptio
hostis, gloria est imperatoris. Deniq; in certami-
ne Christiano, aut superstes miles ꝓstrato hoste
beatus de prælio redit, aut hostē uictor moriēdo
deuincit. Feliciter em̄ uincit, q; post uictoriā uin-
ci nō nouit. Feliciter uincit, qui & diabolū & mū
dum post uictoriā dereliquit. Feliciter uincit, qui
proficiscēs è mundo diabolū quē in præsenti de-
uicit, in futuro cū dño iudicabit. Alios em̄ post u-
nū certamē ad alias palmas dns seruat, alios con-
summato martyrio iam coronat: alios uictores re
tinet in exemplū, alios iam perfectos transmittit
ad cœlū. Alios frequenter desiderat uidere certā-
tes, alios passione iā meritos imponit regnis cœ-
lestibus triūphantes: ut imperatoris Christi ab o-
mnibus dignatio collaudet, qui in suis et semel et
frequenter hostē deuicit, et quēlibet quō pugna-
re uiderit, munerabit. Tantū contra hostē excitet
animus, exerantur artus, deuotio præparet, ut ꝓ-
cedēs miles ad bellū, uel primo prælio coronet,
uel frequentibus trophæis palmarū numero ho-
noretur. Sic dimicarunt, quos diligere Christiane
cōsuesti: sic præliati sunt, quos semper amasti. De
niq; tres pueri in Chaldæa Barbari regis dū terro
res despiciūt, formidines calcant, minas contem-
nūt, sic eundē regē cū suis ignibus deuicerūt. Da-
niel quoq; cultor dei, amator iustitię, ueritatis de-
fensor, dum in asserendo deo regis edicta cōtem-
nit, sic & leonum rabiem uicit, & de inimicorū in
teritu exultauit. Petrus & Ioānes apostoli ad orā
dum deum hora nona Salomonis templū ascen-
dunt, claudum curant, uirtutem faciunt, quinque
milia hominum prædicādo acquirunt. Vnius cu-
ra, multitudinis salus efficitur. Vnus enim curat,
& multi saluantur. Vnum membri uitiū in homi-
ne uno corrigitur, sed plurimorum utilitates ope
rante domino reparātur. Vnius debilitas curat,
sed multorū salus acquiritur. Vexato sanitas red-
ditur, sed prauitas in obduratis corrigitur. Ascen
dunt apostoli dominū deprecari, sed preces clau-
di nō poterant aspernari. Præueniuntur precibus
preces, rogantem claudum rogaturi ante audiūt
quàm precentur: nec permittit claudus orare il-
los quos petit, nisi prius acciperet ipse quod op-
tatit: ut antè ab eis quod uoluit impetraret, q̄ ipsi
à domino quod uolebant expeterent. O glorio-
sum Apostolorum meritum, qui ante in templo
operantur, quàm ipsi dominum deprecētur: ante
uirtus ostenditur, quàm oratio ad dominum præ
mittatur: effectus preces præueniunt, uirtutes de
sideria antecedunt: nec expectatur ut uota ad do
minum præmittantur, quia dominus ipse ante ef-
ficit, quàm rogetur. Interea claudus aliud petit, &
aliud accipit: aliud postulat, & aliud impetrat: a-
liud cupit accipere, & aliud à domino meruit im-
petrare. Postulat eleemosynā, & sanitatis accipit
curam. Petit aliquid ad uictū accipere, & integri-
tatem

tatē corporis meruit recuperare. Quod petis, in- A
quit Petrus, nō habeo: sed illud dabo, quo ex gra
Act. 3 tia Christi redundo. Argētum quidem & aurum
nō est mihi, quod autem habeo, hoc do tibi. In no
mine domini Iesu Christi, surge & ambula sanus.
Sānctissimus Petrus nihil sibi de facto, nihil de o-
pere, nihil de uirtute adscribit: sed totū illi adsig-
nat, per quē meruit quod impleuit. Deniq; cura,
ut dixi, uniùs claudi negotium geritur multitudi-
nis, unus sanus efficitur, & plurimorū utilitati cō-
sulitur. Adeò mirantur cuncti uirtutem, stupēt fa
ctum, honorant deū, quinq; milia credūt in Chri-
stum, ut & claudi desiderium, & apostolorum me
ritum, & benignitatis Christi in multorum salutē
probaretur exemplum.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ORA-
tio de beato Philogonio, qui fuit ex patrono cau
sarum factus episcopus, & quòd nihil æque red-
dit nos deo probatos, atque si studiosi simus ea-
rum rerū quæ publicæ cōducūt utilitati, & quòd
negligenter adeuntes mysteria grauissime puni-
untur, etiamsi semel tantū in anno scelus hoc cō-
miserint. Dicta est autem quinq; diebus ante
natalem Christi, Erasmo Rotero-
damo interprete. *autore Homeo hoc opus pertinet.*

A contrarijs ratiocinatur

EGO quidem & hodiè destinatā ad-
uersus hæreticos luctaturus uestes
exuere, quodq; restabat debiti uo-
bis persoluere: Verū beati Philogo
nij dies, cuius hodie memoriā cele- C
bramus, ad ipsius benefactorū enarrationē lingu
am nostrā euocauit. Et omnino parendū est. Ete
nim si qui patri matriúe maledicit, morte moriē:
ꝓfecto clarū est eū qui benedixerit illis uitę præ-
mia recepturum: & si ijs qui iuxta naturam parē
tes sunt tantā debemus præstare beneuolentiam,
multo magis id præstandū ijs, qui iuxta spiritum
sunt parentes, potissimū uero quū iam uita defun
ctos nostra laudatio nihilo reddat illos glorioſio
res, nos uero congregatos tū qui loquimur, tum
qui audimus, reddat meliores. Nā ille quidē sub-
uectus in cœlū haud quaquā egere potest huma-
nis laudibus, ad feliciorē magisq; duraturā quie-
tem profectus. Cæterū nos qui hactenus hic uer-
samur multaq; opus habemus exhortatiõe, illius D
egemus encomijs, quò uidelicet ad eius imitatio
nē excitemur. Quapropter sapiens quidā hortat,
Prou. 10 dicens: Memoria iusti cum laudibus. Non perin-
de quòd laudant qui decesserunt, sed quòd ij po-
tius qui res istas egregias laudibus uehunt. Quo-
niā igitur hac ex re tanta nobis utilitas proficisci-
tur, obtēperemus neq; recusemus. Nam & ipsum
tēpus huic narrationi cōgruit. Siquidē hodie bea
tus ille ad tranquillā omnisq; turbationis exper-
tem uitā translatus est, eoq; nauigiū appulit, ubi
deinceps non poterit metuere naufragiū, nec ul-
lā animi defectionē aut dolorē. Et quid mirū est,
si locus ille purus est ab omi molestia animi, quū
Paulus hominibus adhuc in hac uita degentib. lo
1. Thes. 5 quēs dicat: Semper gaudete, sine intermissiõe o-
rate. Quòd si hic, ubi morbi, ubi insectatiões, ubi
præmaturæ mortes, ubi calūniæ, ubi inuidiæ, ubi
desperatiões, ubi iræ, ubi cupiditates, ubi innume
rabiles insidiæ, ubi quotidianæ solicitudines, ubi
perpetua sibiq; cohęrentia mala sunt, innumeros
ex omni parte dolores adferētia, Paulus dixit fie-
ri posse ut semper gaudeamus, si quis paululū ex
rerū mūdanarum fluctibus erexerit caput, uitāq;
suā recte moderetur cōposueritq;: multo magis
postq; hinc demigrauerimus facile compotes eri
mus eius boni, quū hæc omnia sublata fuerint, ad
uersa ualetudo, morbi, peccandi materia, ubi non
est meū ac tuum, frigidū illud uerbū, & quicquid
est malorū in uitā nostram inuehens, innumeraq;
gignēs bella. Quamobrē maximopere gratulor
B huius sancti felicitati, quòd quanq; trāslatus est,
atq; hanc quæ apud nos est ciuitatem reliquit, ta-
men in alteram transijt ciuitatē, nempe dei, ac di-
gressus ab hac ecclesia ad illam peruenit, quæ est
primogenitorum descriptorū in cœlis, ac relictis
hisce festis transijt ad celebritatem angelorū. Ete
nim quòd et superne sit ciuitas, ecclesia ac celebri
tas, audi Paulum dicentem, Accessistis ad ciuita- Hebr. 12
tem dei uiuentis, ad Hierosolymā cœlestem, et ec
clesiam primogenitorum descriptorum in cœlis,
& ad innumerabilem angelorū frequentiam. Nō
solum autē ob multitudinem uirtutum cœlestiū,
uerum etiam ob abundantiam bonorum, ac iuge
gaudium & lætitiam, panegyrim, hoc est, totius πανήγυρις
multitudinis cœtū appellat totā illam uitam. Nec
enim alia res facere solet panegyrim, quàm merci
um uenalium copia, quum triticum, ordeū, & om
nijugæ frugū species, ouium greges, boū armen-
ta, uestes aliaq; id genus plurima importantur, a-
lijs quidem uendentibus, alijs uero commercāti-
bus. Sed quid, inquis, harum rerum est in cœlis?
Horum quidē nihil, sed sunt his multo magis præ
clara. Non enim illic sunt triticum, ordeum, ac fru
gum uariæ species, sed illic ubiq; fructus spiritus,
gaudium, beneuolentia, bonitas, pax, ac mansue-
tudo summa exuberat copia. Non ouium gre-
ges, nō boum armenta, sed spiritus iustorū perfe-
ctorum, animarum uirtutes, uitęq; recta facta per
oēs cœlos uidere licet. Nō uestes aut amictus,
sed coronas quouis auro pretiosiores, tū brabia,
certaminum præmia, aliaq; innumera bona repo
sita ijs qui recte fecerint: adhæc ibi est multitudo
congregatorum, longe tum copiosior, tum hono
ratior. Neq; enim constat ex uiris urbanis indige
nisq;, sed hic sunt angelorū infinita milia, illic so-
dalitia prophetarum, alibi martyrū chori, aposto
lorū ordines, cuncti iustorū, omniūq; qui fortiter
rem gesserunt uarij cœtus. Profecto miranda pa-
negyris est. Iamq; id sanè maius est omnibus, q; in
media frequentia uersatur horū omniū rex. Etem
ubi dixisset, ad innumerabiliū angelorū frequen
tiam, subiecit, & ad iudicē uniuersorū deū. Quis
unq; uidit in panegyrim prodeuntē regem? Hic
quidem nemo uidit, illic autem qui adsunt perpe
tuo uident, quatenus illum uidere licet, nō solum
præsentem, uerū etiam suæ gloriæ splendore con-
decoran-

Universidad de Deusto
Biblioteca

decorantẽ uniuersum cœtũ. Et noſtræ quidẽ cele A
brítates ſub meridiẽ plerũq; ſoluunt, illæ uero nõ
item. Neq; enim mẽſium in orbem recurſus, neq;
annorũ circuítus, neq; dierũ numerum expectat:
ſed ſtat perpetuo, illiuſq; bona finem non habẽt,
nec ſeneſcere nec marceſcere poſſunt, ſed ſunt tũ
ſenij, tum mortis expertia. Nullus illic tumultus,
quemadmodũ hîc: nulla turbatio, ſed ingens om
niũ cum ordine decẽti cõpoſitio, haud ſecus atq;
in cithara quapiã, modulatiſſimum cõcentum &
quauis muſica ſuauiorem reddentiũ utriuſq; crea
turę domino, dũ anima illic uelut in ſacris adytis,
diuiniſq; myſterijs, diuinorum arcanorũ celebra
tionẽ peragit. Ad hanc beatã requiẽ tranſijt bea
tus Philogonius. Quænam igiẽ oratio par ſit uiri
laudibus, quem deus tã felici ſorte dignatus eſt? B
Nõ eſt ulla. Sed age dic mihi, num idcirco ſilebi
mus? Et cuius rei gratia conuenimus? An dice
mus nos haud poſſe magnitudinẽ geſtorum ora
tione cõſequi? Atqui ob hoc ipſum neceſſe eſt di
cere, quandoquidẽ hæc eſt præcipua laudũ illius
pars, quòd factis uerba æquiparari non poſſint.
Nam quorũ benefacta naturã etiam ſuperãt mor
talem, perſpicuum eſt, q; horum laudes excedunt
linguam humanã. Haud tamẽ ob id aſpernabitur
officiũ noſtrum, q; pro uiribus præſtamus, ſed ſu
um imitabimur dominum. Siquidẽ & ille uiduæ
duos tantum obolos deijcienti in gazophylaciũ,
non tantum duorũ obolorum mercedẽ reddidit.
Quur ita tandem? Quoniã non perpendebat pe
cunię modum, ſed animi diuitias. Nam ſi pecunię C
modũ expendas, magna paupertas eſt: ſin uolun
tatem explices, ineffabilem uidebis excelſi animi
mercedem. Proinde quãuis noſtræ facultates exi
guæ ſint minimiq; pretij, attamen quæ poſſumus
offerimus. Ea licet non reſpõdeant magnitudini
meritorũ animę preclari iuſtiq; Philogonij, tamẽ
hoc ipſum celſitudinis illius maximũ fuerit argu
mentũ, quòd nec puſilla repellat, ſed idem faciat
q; ſolent diuites. Siquidẽ illi quũ acceperint à te
nuibus exigua, quibus non egent, ſua uiciſſim ap
ponunt, remunerantes eos, qui q; poterant obtu
lerint: Itidem & hîc, quum acceperit à nobis lau
dem uerbis peractam, qua nequaquã eget, redo
nabit nobis per ipſa facta benedictionẽ, qua ſem
per uti poſſimus. Vnde igitur laudationem illius
auſpicabimur? An à magiſtratu, quem ſpiritus il
li tradidit gratiæ? Nam mundani magiſtratus ne- D
quaquã poſſunt Chriſtianorũ demõſtrare uirtu
tes, quin potius frequenter habent accuſationem
malitiæ. Quam ob cauſam? Quoniã & ſolicitudi
nes amicorum, & circũcurſationes, & adulatiões
aliaq; permulta his fœdiora tales magiſtratus ſo
lent cõciliare. Cæterũ ubi deus ſuo ſuffragio deſi
gnarit aliquẽ, illaq; manus ſanctum contigerit ca
put, incorruptũ ſuffragium, alienũ ab omni ſuſpi
cione iudicium, indubitata fuerit delecti cõproba
tio, propter eius qui delegit autoritatẽ. Porrò
quòd elegerit illum deus, uel ex ipſa morum inte
gritate perſpicuum eſt, quippe quẽ ex medio ab
reptum foro ad thronum hunc euexerit: adeò ca-
ſtam & inſignẽ prius egit uitam, quum uxorẽ ha
beret ac filiã, & in forenſibus negotijs uerſaretur,
adeò ſolem ipſum ſplendore uicit, ut protinus ab
illo geſto, hoc magiſtratu dignus uideret, & à tri
bunali ad tribunal euectus ſit. Ac tũ quidẽ homi
nibus patrocinabatur aduerſus homines qui ſtru
ebant inſidias, ijs qui afficiebãtur iniuria, ſuperio
res reddens ijs qui iniuriam inferebant. Hic autẽ
adeſt hominibus patrocinans aduerſus dæmões
inuadentes. Quãtum aũt ſit pietatis argumentũ,
quòd deus illum tanto magiſtratu dignũ iudica
rit, audi: Chriſtus excitatus à morte quid dicit Pe
tro? poſtq; enim illum interrogaſſet, Petre amas
me? Is q; reſpondiſſet: Tu dñe ſcis q; amo te. Non Ioan. 21
dixit Chriſtus, abijce pecunias, ieiunium exerce,
macera te laboribus, mortuos excita, dæmones
abige, nihil uel horũ uel aliorũ miraculorum re
tecq; factorũ in mediũ adduxit, ſed omnibus illis
prętermiſſis dicit illi. Si diligis me, paſce oues me
as. Hoc aũt dicebat nõ ſolum ut nobis certiſſime
declararet quantopere ipſum diligeret Petrus: ue
rumetiã ut palam faceret quantã haberet benevo
lentiã erga ſuas oues, exemplũ propoſuit Petri er
ga ipſum amoris, tantũ non dicens: Qui diligit o
ues meas, me diligit. Vide igiẽ quàm multa prop
ter hunc gregẽ paſſus ſit Chriſtus. Homo factus
eſt, ſerui formã aſſumpſit, cõſputus eſt, alapis cæ
ſus eſt, poſtremo ne mortẽ quidẽ recuſauit, & qui
dem ignominioſiſſimã. Quin & ipſum ſanguinẽ
ſuũ effudit. Itaq; ſi quis uoluerit illi commẽdatus
eſſe, curã habeat ouiũ illius, publicã quærat utili
tatẽ, fratrũ ſuorum ſaluti proſpiciat. Nullũ em̃ of
ficiũ hoc deo charius eſt. Et ob id alicubi dicit: Si Luc. 22
mon Simõ, expetiuit te ſatanas ut cribraret te tan
quam triticũ, ſed ego rogaui pro te, ne deficiat fi
des tua. Quid igiẽ huius ſolicitudinis curæq; præ
mium mihi repẽdis? Sed quam tandem poſcit re
penſationem? Eandem curã quam nobis impen
dit, repoſcit. Nam & tu, inquit, aliquando cõuer
ſus cõfirma fratres tuos. Sic & Paulus ait: Imitato 1. Cor. 4
res mei eſtote ſicut & ego Chriſti. Quõ ille factus
eſt Chriſti imitator? Omnibus per omnia placẽs,
nõ quærens ſuam ipſius utilitatẽ, ſed multorũ, ut
ſalui fierent. Rurſus alio loco dicit: Etenim Chri
ſtus non ſibijpſi placuit, ſed multis. Neq; prorſus Rom. 15
aliã res eſt, quæ perinde declaret doceatq; qs ſit
fidelis & amãs Chriſti, quàm ſi fratrum curam a
gat, proq; illorum ſalute gerat ſolicitudinẽ. Hæc
omnes audiant & monachi, qui montiũ occupa
rũt cacumina, quiq; modis omnibus ſeipſos mun
do crucifixerunt, quò pro uiribus eccleſiarũ præ
fectos adiuuent, horumq; curas leniãt precibus,
concordia, charitate, ſcientes quòd ni modis om
nibus opitulentur ijs qui tot periculis obijciũtur
per gratiam dei, totq; negotiorum curas ſuſtinẽt,
quibuſcũq; poſſunt rationibus auxilientur, quan
quam procul habitantes, & uictus ſors ipſis periſ
ſet, & tota in ſcopulũ impegiſſet ſapiẽtia. Verum
hoc eſſe maximum amicitiæ erga Chriſtum argu
mentum, declaratur & hinc. Videamus autẽ quo
modo munus hoc epiſcopi adminiſtrarit. Quin
potius

potius nõ eſt opus hîc plurib. uerbis aut uoce no A
ſtra, quũ ueſter fauor ueſtrumq; ſtudiũ hoc ultro
declaret. Quẽadmodũ enim aliquis ingreſſus ui
neã, uites q; contẽplatus, pampinis comantes, fru
ctu grauidas, macerijs ac ſeptis undiq; munitas,
haud quaq; deſiderat orationẽ cuiuſquam qui de
mõſtret unitoris induſtriã, & agricolæ uirtutem:
Itidem & hîc, ſi quis ingreſſus conſpiciat uites ſpi
rituales, ueſtrumq; fructũ contempletur, nihil o
pus habuerit ut ex cuiuſquã oratione diſcat qua
lis ſit ueſter præpoſitus. Sicut & Paulus ſcribit ali
2. Cor. 3 cubi: Epiſtola mea uos eſtis, quæ inſcripta eſt, &
legiẽ. Fluuius arguit qualis ſit fons, & fructus in
dicat qualis ſit radix. Dicendũ igitur erat et tẽpus
& initiũ quando uineam hãc ſuſcepit. Neq; enim
hoc minimũ habebit momenti ad abſoluendam B
Encomij partẽ, ſed omnino ſatis fuerit ad declarã
dam hominis uirtutẽ. Res tũ erat multæ difficul
tatis, quũ nuper eſſet ſedata perſequutio, manẽti
bus etiãnum grauiſſimæ tẽpeſtatis illius reliquiis,
quumq; negotia plurimã deſiderarẽt correctio
nem. His inſuper illud adiungendũ erat, q̃d quẽ
admodũ dicebam, hæreticorũ factio ſub illo nata
negotiũ exhibuit illius ſapientia cuncta proſpici
1. Tim. 3 ente. Verum ad aliam neceſſariam materiã nobis
feſtinat oratio, eoq; cõmuni patri, beatiq; Philo
gonij ſectatori hæc dicẽda relinquentes, ut q me
lius nobis teneat quicquid eſt antiquitatũ, ad aliã
concionandi rationẽ tranſeamus. Appetit em̃ fe
ſtum omnium feſtorũ maxime uenerandum, ado
randumq;: quod ſi quis appellet omniũ feſtorum C
metropolim, haud quaq; aberret. Quod autẽ hoc
eſt? Chriſti iuxta carnem natiuitas. Ab hoc enim
illuſtratio dei, feſtũ uidelicet Epiphaniorũ, ac ſa
crum Paſcha, Aſcenſio, & Pentecoſte, originẽ ac
fundamentũ ducunt. Niſi enim ſecundũ carnem
natus eſſet Chriſtus, nequaquã baptizatus eſſet,
nam id eſt feſtũ Theophaniorum. Nequaquã fu
iſſet crucifixus, nam hoc eſt feſtũ Paſchæ. Nequa
quam miſiſſet ſpiritum ſanctum, quod eſt feſtum
Pentecoſtes. Itaq; ab hoc ceu fonte quopiam, hi
diuerſi amnes orti, nata ſunt nobis hæc feſta. Ve
rum non ob hoc tantum par eſt hunc diem cæte
ris anteponi, ſed etiã ob id, quòd id quod in hoc
natũ eſt, cæteris omnibus eſt uenerabilius. Nam
quòd Chriſtus homo factus mortuus eſt, quũ nul D
lum omnino peccatũ perpetraſſet, quid huic am
plius poterat adiungi miraculo? Sed mortale cor
pus aſſumpſit. Erat quidẽ & hoc admirandũ. Cæ
terum quòd deus quum eſſet, uoluerit homo fie
ri, tantumq; ſeſe demittere ſuſtinuerit, quãtum ne
cogitatione quidem cõplecti queas, hoc eſt om
nium maxime reuerẽdũ, ſtuporiſq; plenũ. Quod
quidem & Paulus admirans dicebat, ſine contro
uerſia magnum pietatis myſteriũ. Quod magnũ:
Heb. 2 Deus declaratus in carne. Ac rurſum alibi: Nõ e-
nim angelos apprehendit deus, ſemẽ Abrahæ ap
prehendit. Vnde debuit per omnia fratribus aſſi
milari. Propter hoc potiſſimum amplector dili
goq; diem hunc, & amorem eius in medium pro
pono, ut uos huius amatorij pharmaci participes
reddam. Eoq; rogo uos omnes obſecroq;, ut ſum
mo ſtudio ſumaq; cũ alacritate uelitis adeſſe, ſed
prius ſuã quiſq; domũ repurget, ut uideamus do
minũ noſtrum in cunis iacentem, ac faſcijs inuo
lutũ, horrẽdum ac ſtupendũ ſpectaculum. Quid
enim excuſabimus, aut quam ueniam obtinebi
mus, ſi quum ipſe noſtra cauſa deſcenderit è cœ
lis, nos ad illũ uel ex ædibus ire grauemur: quum
alienigenæ barbariq; ex Perſide accurrant ut illũ
uideant in præſepi iacentẽ, tu uero ne breue qui
dem ſpatium emetiri ſuſtines, ut hoc felici ſpecta
culo perfruaris. Nam ſi cum fide acceſſerimus, p
culdubio uidebimus illum in præſepi iacentẽ. Si
quidem hæc menſa uicem explet præſepis. Nam
& hîc ponitur corpus dominicum: non quidẽ fa
ſcijs inuolutum ſicuti tunc, ſed undiquaq; ſpiritu
ſancto cõueſtitum. Qui myſterijs initiati ſunt, in
telligunt quę dicuntur. Ac Magi quidem nihil a
liud quàm adorarunt, tibi uero ſi cum pura acce
ſeris conſcientia, permittemus ut ſumas, & ſump
to domum abeas. Accede igitur tu quoq; mune
ra offerens, non qualia deferebant illi, ſed multo
religioſiora. Obtulerunt illi aurũ, offer tu tempe
rantiam ac uirtutẽ. Obtulerũt illi thus, offer tu pu
ras preces, quæ ſunt odoramenta ſpiritualia. Ob
tulerunt illi myrrham, offer tu modeſtiam, & cor
ſubmiſſum cũ eleemoſyna. Quòd ſi hiſce cũ mu
neribus acceſſeris, multa cũ fiducia particeps eris
huius ſacræ menſæ. Nam hæc ideo nunc loquor,
quod ſciam certò futurum, quòd in illa die cõplu
res accedant, irruantq; ad uictimam hãc ſpiritua
lem. Id igitur ne faciamus ad detrimentum & cõ
demnationem animæ noſtræ, ſed ad ſalutem: iam
nũc obteſtor obſecroq; ut omnibus modis repur
gatis animis ueſtris, ita demum adeatis myſteria.
Neq; mihi quiſquam dixerit, uereor, habeo con
ſcientiam peccatis oppletam, ſarcinam circumfe
ro grauiſſimam. Sufficit enim horũ quinq; dierũ
tempus, ſi ſobrius fueris, ſi attentus, ſi uigilaueris,
multitudinem peccatorum reddes contractiorẽ.
Nec illud perpende quòd breue tempus eſt, ſed
illud cõſidera quòd benignus eſt dominus. Quã
doquidem & Niniuitæ tridui ſpatio tantam iram
dei à ſe depulerũt, nec obſtitit illis temporis angu
ſtia, ſed animi prõptitudo amplectẽs domini be
nignitatem, totũ peragere ualuit. Et meretrix illa
breui temporis momento, quũ ad Chriſtũ acce
ſiſſet, omnia probra diluit. Quin & calumniatib.
ludæis, quòd illã admiſiſſet, tantamq; præbuiſſet
fiduciam, Chriſtus illis quidem ſilentiũ impoſuit,
hãc uero malis omnibus liberatam, cõprobatoq;
illius ſtudio, ita domum remiſit. Quid ita tãdem?
Quoniã feruenti animo, & flagranti corde, ardẽ
tiq; acceſſit fide, factoſq; illos ac ſacros attigit pe
des ſolutis capillis, fontibus lacrymarum ex ocu
lis emiſſis, unguento profuſo. Etenim per quæ de
ceperat homines, per eadem parauit remedia pœ
nitẽtiæ: per quæ auocarat oculos intemperantiũ,
per hæc emiſit lacrymas: per capillos arte compo
ſitos multos illexerat ad peccatũ, per eoſdem pe
des abſterſit Ieſu. Vnguẽto multos ineſcarat, per
hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc pedes illius lauit. Proinde & tu quibus rebus A prouocasti deum, per has rursum facito propitiũ. Prouocasti illum pecuniarũ rapina, per easdem illum reconcilia, quumq; & rapta restitueris illis quos iniuria affeceras, & alia insup addideris, dicito iuxta Zacchæum: Reddo si quid rapui, quadruplum. Prouocasti linguæ maledicẽtia, multis cõtumelia affectis: uicissim lingua placato, puras emittens preces, benedicens maledicentibus, laudans uituperantes, gratias agens iniuriã inferentibus. Hæc non egent multis diebus annisue, sed solo animi proposito unico die perficiuntur. Discede à malo, uirtutẽ amplectere, desiste à prauitate. Polliceor te posthac ista non cõmissurum, & istud sufficiet ad excusationem. Ego testificor ac B fideiubeo fore, ut si nostrũ quisq; q peccatis obnoxij sumus recedens à pristinis malis, ex animo uereq; promittat deo se posteã nũquã ad illa rediturũ, nihil aliud deus requirat ad satisfactionem ulteriorẽ. Benignus enim est, & quemadmodum parturiens cupit eniti fœtũ, ita & ille cupit effundere suam misericordiam. Sed obstãt peccata nostra. Diruamus igitur maceriem, atq; ex hoc iam tempore festũ auspicemur, hosce dies quinq; negotijs omnibus ualere iussis. Valeat forum, ualeat curia, facessant mundanæ curæ, cũ pactis & contractibus: animam meam seruare cupio. Quid lucrifecerit homo, si totũ mundum lucrifaciens, animæ suæ iacturã faciat? Egressi sunt à Perside Ma- C gi, egredere tu è tẽporarijs negotijs, ad Iesum proficiscere, non est longum interuallum si uelimus. Non eñ necesse est trajicere mare, neq; montium superare cacumina, sed domi sedens, si pietatẽ exhibeas, multamq; cordis compunctionem, potes illum uidere, potes totam diruere maceriem, totũ submouere obstaculũ, abbreuiare uiæ longitudi-
Hier. 23 nem. Deus enim inquit, appropinquãs ego sum,
Psal. 144 & non deus procul. Et dominus prope est omnibus inuocantibus ipsum in ueritate. Nunc autem multi Christianorũ in tantam uecordiã, tantumq; uenere contemptum, ut quum innumeris scateãt malis, nullam tamen uitæ suę curã habeant: sed in diebus festis negligẽter ac temere ad mẽsam hãc accedant, haud intelligẽtes quòd communionis tempus non est festum, neq; celebritas, sed consci D entia pura, uitaq; à peccatis repurgata. Quemadmodũ enim qui sibi nullius mali cõscius est, hunc oportet singulis diebus accedere: sic qui peccatis occupatus est, nec pœnitet, eũ ne in festis quidẽ accedere tutũ est. Neq; enim semel in anno accedere, liberat nos à peccatis, si indigne accesserimus, quin hoc ipsum potius auget damnationẽ, quòd quũ semel tãtum accedamus, ne tum quidẽ pure accedimus. Quapropter adhortor uos oẽs ne negligenter, ueluti festo die cogẽte ad diuina mysteria accedatis, sed si quando parabitis huius sacræ hostiæ fieri participes, multis ante diebus repurgetis uosipsos per pœnitẽtiam, precationẽ & eleemosynã. Deniq; per hoc ut uacetis spiritualibus, nec denuo cõuertamini canis in morem ad propriũ uomitũ. An non enim absurdũ tantã habere curã rerum corporalium, ut appetente festo multis ante diebus ueste è scrinijs deprõptam dili gẽter appares, emas calceamenta, mensa largior splendidiorq; paretur, deniq; uariã undiquaq; rerũ copiam excogites, omnibusq; modis temetipsum ornes, nitidumq; reddas: animæ uero neglectæ, sordentis, squalidæ, fame contabescentis nullum habere respectũ, quũ sola maneat impura: ac corpus quidẽ nitidum huc adducere, animã uero nudã incultamq;? At qui corpus quidem uidet cõseruus, neq; quicquam est detrimenti, quomodocunq; fuerit habitũ: illam aũt uidet dominus, qui grauissime punit negligentiã. An nescitis qd' hęc mensa plena est igni spirituali? Et quemadmodũ fontes aquæ uim exundant, ita hæc flammã quan B dam habet arcanam. Ne igitur accesseris stipulã adferens, non ligna, non fœnum, ne augeas incẽndium, exuratq; animam ad cõmunionem accedentem: sed accede ferẽs lapides pretiosos, aurũ, argẽtum, quò puriorem reddas materiã, multoq; cum lucro discedas. Si quid mali est, abigas ab animo. Habet quis inimicũ, grauiter læsus, soluat simultatẽ, coerceat animũ exardescentẽ, intumescentẽq;, ne quis sit tumultus aut perturbatio. Regem enim excepturus es per cõmunionem: quũ autẽ rex ingreditur animam, oportet magnam esse tranquillitatem, multumq; silentiũ, profundã cogitationum quietẽ. Sed atrociter læsus es, nec potes iram remittere. Quid igitur? An igitur teipsum magis etiam & grauius lædes? Neq; enim tantis malis te afficiet inimicus, quæcunq; fecerit, quib, teipsum afficis, si non illi reconcilieris, sed dei leges conculcaris. Ille te contumelia affecit, dic mihi num tu ideo deum afficies cõtumelia? Etenim non recipere in gratiam eum qui molestiam attulit, non tam est illum ulcisci, quàm deum afficere contumelia legis huius autorẽ, præcipientis ut i- Matth. 5
nimicis reconciliemur, priusquam accedamus ad altare. Proinde ne respicias ad cõseruum, neq; ad magnitudinem iniuriarũ, quas intulit ille, sed ad deum, illiusq; timore in animũ immisso, illud expẽde, quòd quo maiorem uim admoueris animo tuo, post innumera mala cogens illũ redire in gratiam cum eo qui molestiã intulit, tanto maius prę mium feres à deo, qui hæc præcepit. Et quemadmodũ hic deum excipis multo cum honore, sic et ipse te illic multa cum gloria excipiet, reddetq; tibi millecuplam istius obedientiæ mercedẽ: quã nobis omnibus assequi contingat, gratia & benignitate dñi nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI IN Iuuentinum & Maximum martyres, sermo, docto quodam interprete.

HEri beatus Babylas cum tribus pueris nos hic congregabat, hodie uerò par sanctorũ militũ, in acie exercitũ Christi ostendit. Heri quadriga martyrum, hodie biga se ostendit. Impar eorum est ętas, sed par fides. Varia certamina, sed eadem

eadem fortitudo. Illi tẽpore superiores, isti recen A tiores. Et quũ tantus thesaurus sit ecclesiæ, nouas et ueteres habentis margaritas: sed una omniũ est gratia. Eorũ flos neq; languescit, neq; defluit tempore. Nescit uetustatis rubiginẽ splendoris istius natura. Tẽporis accessione, opes quæ ad corpora spectãt, facile intereunt, uestimenta absumũtur, domus destruunt, & aurũ rubigine consumitur: & in summa, omniũ sensibilium facultatũ natura tempore tandẽ aboletur & intercidit. At nõ sic se res habet in spiritualib. thesauris, de martyribus, inquã, qui semper in eodẽ manẽt uigore, semper in eodẽ iuuẽtutis flore sunt, semper luę gloriæ fulgorem emittunt & radios. Quos scientes non aliter priscos, aliter recẽtiores colitis sanctos, sed ea B dem alacritate omnes. Non enim exploratis tempus, sed exquisitis animi fortitudinem, fidem, zelum feruidũ, & eas uirtutes, quas præ se ferunt sancti, ob quorum honorem hodie conuenimus. Hi enim tanto amore dei flagrabãt, ut etiã extra persecutiõis tẽpus, martyrij corona redimiti fuerint, absq; pugna triumphũ retulerint, absq; prælio uictoria potiti sint, absq; theatri certamine brauiũ rapuerint. Et quomodo hoc? Ego dicã: sed ferte me rem paulo altius enarrantem. Erat rex etiã nostro ævo omnes qui se præcesserũt, impietate uincens, de quo & heri à me dictum. Qui, cum uideret res nostras martyrum morte clariores fieri, & ea causa non solum uiros, sed & teneros pueros, C uirgines q; nondũ nubiles: & in summa, ex omni sexu & ætate quosdam pro religione ad mortem prosilire, cruciabatur & dolebat. Cæterùm moue re bellũ manifestè nolebat. Omẽs enim, dicebat, ad martyrium, quasi ad aluearium apes uolabũt. Hæc autem non à semetipso habebat, sed à progenitoribus suis didicerat. Etenim & illi, utpote tyranni ecclesiam infestarunt, & populi quoq; in nos insurrexerunt, quum adhuc parua religionis scintilla esset: eam tamen non expugnarunt, neq; confregerunt, sed ipsi potius confracti sunt. Augebatur quotidie scintilla hæc, ferebaturq; in sublime, & omnem undiq; orbem inuadebat. Cũ occiderenẽ, adurerentur, suspenderentur, præcipitarentur, bestijs obijcerentur fideles: carbones si- D cut lutũ calcabant, mare & fluctus sicut pratũ intuebantur, ad gladium sicut ad diadema & coronam currebãt: omniaq; tormentorum genera ita contemnebant, ut ea nõ solum generose & fortiter ferrẽt, sed & alacriter & uolupe. Enimuero sicut plantæ rigatæ magis crescunt, ita & fides nostra oppugnata magis floret: & seditione agitata, incremẽta maiora sumit. Neq; horti aquis irrigati ita germinant & fœcundi sunt, ut ecclesiæ, si martyrum irrigẽnt sanguine. Hæc omnia atq; plura cũ rex ille sciret, meticulosior erat, quàm ut manifestè cum nostris confligeret. Non, inquit, triũphos & uictorias, & coronas mutuo parabimus. Sed quid facit? Vide oro malignitatẽ. Medicos & milites, & oratores omnes uel à professionibus suis discedere, uel fidem suam abiurare iubet. Excitauitq; in hunc modum contra nostros bellum tela

eminus mittẽs, ut si à fide desisterent, ridiculè uincerenẽ, utpote qui fidem opibus non præferrent: sin generose perseuerarent, & uincerent, neq; sic egregia foret uictoria, neq; insignis triũphus. Nihil enim magnũ, artem uel professionem pro pietate cõtemnere. Neq; is sæuitiæ eius finis erat. Nã ob hæc, si quis superioribus annis, cum adhuc pij reges rerũ potirẽtur, uel altaria demolitus fuisset, uel templa suffodisset, uel oblationes diripuisset, uel aliud tale quiddam egisset, rapiebaẽ ad tribunal, & occidebaẽ, etiam insons, & duntaxat delatus. Fingebat quoque & alias uarias causas, ita ut pie uiuentium nemo non lugeret. Agebat autem hæc, ut obscurareẽ, cõtemptaq; esset martyrij corona, & nihilominus cædes & strages fierent. Nihil tamen arte hac proficiebat. Nã qui ita affligebantur, nõ ad illius calculum & malignitatẽ spectabãt, sed ad incorruptum iudicem, à quo & cœlestem coronam accepturos sese confidebant. Interea cum hæc ita sese haberent, & bellum quidẽ rex parturiret aduersus nostros, cessaret autẽ, ueritus ne uinceretur: accidit ut milites quoddã cõuiuium haberent, in quo & martyres, quos hodie colimus, erãt. Cæterùm, ut conuiuiorum mos est, cum uarij sermones hinc inde dicerenẽ, alijq; alia tractarent, martyres nostri mala sui seculi inter se deplorabãt, longe feliciora fuisse superiora asserẽtes, dicebantq; & inter se, & ad sodales: Quem iuuaret ultrà uiuere, uel spirare, uel solem intueri, sacris legibus ita cõculcatis, pietate ita uiolata. creaturarũ omniũ domino ita contempto? Omnia nidore plena sunt & fumo, omnia sacrificijs immũdis referta. Proh, neq; purum aerem spirare possumus. Dicta hæc ne perfunctorie transeas, sed considera quando ea locuti sunt, & quãta pietate. Nã si in militari symposio, ubi regnat ebrietas & intẽperãtia, ubi certaẽ de prodigalitate, ubi agon est stuporis & insipientiæ, sic ingemiscebant & lugebant: quales erant domi cum soli inter se agerẽt? Quales erant in precibus & ieiunijs, qui deliciarum tẽpore, tam humiliati, & tam apostolica præ se ferebant pectora? Gaudebant alij, hi uerò lugebant: impie agebant alij, hi uerò zelo urebantur. Sanè ipsi ob fratrum ualetudinẽ suam sanitatẽ nõ sentiebant. Sic dolebant & lacrymabantur in malis quæ tunc fiebant, quasi uniuerso mundo tutores dati essent. Neq; clandestinum fuit talia eos dixisse. Nam ex sodalibus & conuiuis adulator et irrisor quidam, obsequium regi facturus, omnia ut dicta erant, detulit. Rex accepta occasione iã diu quæsita, causatus est ex uerbis illis affectatam tyrannidem, ut ita martyrij corona priuaret, & iussit cõfiscatis facultatibus eorum omnibus, nudos eos in carcerem conijci. Illi autem gaudebant & exultabant, dicentes: Quid nobis diuitijs, precio saq; uestę opus? Si & indusium intimũ, nempe caro, propter Christum exuendum est, nõ oblucta-
bimur, sed sponte cõcedimus. Et ocyus dicto scripti sunt libelli indices, confiscataq; omnia. Porrò ut homines in patriam migraturi, substantiam omnem in pecuniam commutatam præmittũt: ita &

Universidad de Deusto
Biblioteca

illis accidit. Quoniam enim in cœlos transituri, inimicis ipsis negocium agentibus, & in hoc ministrantibus, opes suas ante se miserunt. Non enim illæ tantū opes, quas eleemosynæ nomine dispendimus, transferuntur in cœlum, sed etiā quascunque nobis hostes fidei piorumq; persecutores rapiunt, alibi thesauri erūt. Est enim hoc nō minus quàm illud. De hoc audi quid Paulus dicat: Et rapinā, inquit, facultatum uestrarum cū gaudio tulistis, scientes uos habere meliorem substantiam, & manentem in cœlis. Vt autem ingressi sunt in carcerem, confluxit ad eos omnis ciuitas, tametsi multis terroribus, minis, & periculis interdictum erat, ne quis uel eos accederet, uel eis loqueretur, uel quouis modo cōmunicaret. Atqui timor dei efficiebat ut non curarentur ea principis mandata. Vnde multi ob consuetudinem quam cū martyribus habebant, facti sunt & ipsi martyres. Multi eñ contempta præsenti uita, frequenter eos uisitādo, sacras apud eos uigilias continuis psalmis perficiebant. Erāt familiaritates illæ spiritualis eruditionis atq; consolationis plenæ. Et clausa quidem tūc est ecclesia, carcer autem ecclesia factus est. Neq; hi solum qui eos uisebant, sed & qui intus cum eis tenebantur, meram sapientiam & uirtutem à patiētia & fide eorum discebant. Rex, ut hæc audiuit, ualde stomachatus est, cupiens tamē eos supplantare, & ab alacritate sua destituere, auaros quosdam homines, & impostores suborna uit, qui si quādo priuatum colloquium sese offerret, eos accederent: non ut à rege missi, sed quasi singulari compassione & proprio consilio id agētes, & adhortarētur ut à religione desistant, & ad impietatem transeant. Dicebant enim: Sic nō solum imminens periculum effugietis, sed maiore dignitate honestati, maiorem quoq; principatū adepturi estis, regis ira feliciter placata. Nōne uidistis & alios uestri ordinis id ipsum fecisse? Quibus illi responderunt: Atqui nos hac potissimum ratione uiriliter stabimus, & pro illorū ruina nosmetipsos in sacrificia offeremus. Benignus & misericors nobis dominus est. Solet etiam unico accepto sacrificio toti orbi conciliari. At sicut olim tres pueri dixerunt: Non est in tempore hoc princeps & propheta, & dux, neq; sacrificium, neque incensum, neq; locus primitiarum corā te, ut possimus inuenire misericordiā, sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur: quasi in holocaustis arietum & taurorū, & sicut in milibus agnorum pinguium. Ita & illi uidentes altaria subuersa, clausas ecclesias, sacerdotes fugatos, fideles omnes in exiliū actos, studebant ut pro omnibus offerrentur domino, relictisq; militaribus signis, angelicis sese choris adiungerēt. Quocirca & dicebant: Quid? etiā si nūc non morimur, moriendum tamen omnino est nō multo posthac. Satius igitur fuerit mori pro rege angelorū, quàm pro rege tam impio. Hic etsi moriatur quis pro rege, nihil accipiet à rege, sua dignum fortitudine. Et quid posset defuncto præstare, si uel maxime uellet? Atqui eis sæpenumero ne sepultura quidem contingit, & nō raro à canibus deuorantur. Quòd si pro rege angelorū mortui fuerimus, certi sumus nos accepturos corpus multo glorioſius, maiori gloria cōspicui erimus, longe maiora nobis erunt laborū præmia. Proinde arripiamus arma spiritualia: nō opus iaculis & sagittis, sufficit pro omnibus lingua. Sūt enim & sanctorum ora pharetræ, è quibus diabolico capiti continui & crebri ictus inferunt. Nūciata sunt & hęc atq; similia regi, qui nec sic destitit, sed illecebrarum escis iterum atq; iterū illos tentauit. Ita autē mandauit, quòd si cederent uicti, sub omniū oculos producerentur: sin fortes perseuerarēt, uti perduellionis rei educerent, & occiderentur, neque ulla Christianæ professionis, ob quam tenebantur, mentio fieret. At qui reuelat profunda & abdita, non permisit ut machinationes illæ occultæ manerēt, & ignotæ insidiæ. Nam quemadmodū olim mulier Ægyptia Iosephū in lecto apprehendēs, licet speraret factum suum clam fore omnibus hominibus, non fuit tamē occulta, uel oculo illi soporis nescio, uel posteritati: quippe quod absq; arbitro illa Iosepho dixit, id nūc toto ubiq; mundo canitur: Ita & ea quę per subornatos illos consiliarios dolosus rex agebat, sperans occulta fore, nequaquā manserunt occulta. Didicerūt eñ posteri omnes & insidias dolosas, & triumphantiū uictorias. Deniq; cum multo tempore exacto alacritatem eorum non solum nō frangeret multitudo dierum, sed potius studium & ardorem excitaret, æmulatoresq; multos faceret, iussit tandē media nocte in barathrū eos abduci. Ducebātur itaq; in densas tenebras luminaria, & decollabantur. Cæterū capita detrūcata tunc diabolo magis terribilia erāt, q̄ quum adhuc uocem darēt: Sicut & caput Ioannis nō tantum terrebat, cum loqueretur, quantum cum in disco mutum afferret. Habet enim & sanctorum sanguis suam uocem, quę non per aures auditur, sed occidentium conscientiam inuadit & perstringit. Post beatam autem illam cædem, quidam etiam cum salutis periculo, athletas illos optimos rapuerūt, etiā ipsi uiui martyres, ut illorū reliquias curarent decenter. Nam quamuis non occidebantur, optabant tamē mori potius, quàm ut corpora illa relinquerent inhumata, ita ad uenationem eorū festinabant. Dicūt qui tunc affuere, & quibus corpora illa recens occisa uidere datum fuit, quod iacentibus simul illis in sepulchro, talis quædā ex eorum oculis & uultu gratia resplenduerit, qualē in Stephano Iudęis respōsuro fuisse Lucas dicit. Neque ullus est, qui nō pio quodam horrore illis adstiterit, adeo aspectus ille afficiebat omnes. Quin & omnes clamābāt in laudem eorum, id quod à Dauide dictum: In uita sua non sunt separati, & in morte non sunt diuisi. Pariter enim cōfessi sunt, pariter carcerem inhabitarunt, pariter in barathrum abducti sunt, pariter capite mulctati sunt. Et unus utriusq; corpora tumulus tenet. Et unum quoq; tabernaculum in cœlis eos excipiet, quando in maiorē peruenturi sunt gloriam, nempe immutandi. Illos nō

Heb. 10

Dan. 3

Gen. 39

Act. 6

Matth. 16

2. Reg. 1

indignum

indignum fuerit, & columnas, & scopulos, et turres, & cādelabra, & tauros simul appellare. Nam ecclesiam sicut columnæ sustinēt, sicut turres muniūt: & sicut scopuli omnes undarum assultus repulerūt, multā interim ipsi seruantes tranquillitatem, sicut luminaria tenebras impietatis discusserūt: & sicut tauri, anima promptitudineq; eadem, suaue Christi iugum traxere. Iacirco sæpe eos inuisamus, tumulos adornemus, magnaq; fide reliquias eorum contingamus, ut inde benedictionem aliquā assequamur. Etenim sicut milites, uulnera quæ in prælijs sibi inflicta regi monstrantes, fidenter loquuntur: ita & illi in manibus abscta capita gestantes, & in mediū afferentes, quæcunque uoluerint apud regē cœlorū impetrare possunt. Proinde magna fide, prōptitudineq; huc ueniamus, quò & uilis sanctorum monumentis, & consideratis eorū præmijs, inde uarios thesauros undiquaq; colligamus: & per præsentem uitā ita iuxta uoluntatem dei trāseamus, ut in portum æternitatis cū multis mercibus ingrediamur, fruituri regno cœlorū in Christo Iesu domino nostro, cui sit gloria in secula, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI Homilia de uerbis Pauli, Non solum sed & gloriamur in afflictionibus, & quæ deinceps sequuntur, Sigismundo Gelenio interprete.

Laboriosum quidē agricolę iungere boues et aratrum ducere, sulcis arua proscindere & semina spargere, hyemes ac frigora perferre, fossis superfluas aquas à satis arcere, ripas amnium aggeribus munire, & per arua media collices facere: sed ista operosa laboriosaq; leuia reddunt ac facilia, dum spe concipit flauentes noualiū segetes, & falces exacutas, & areā manipulis repletam, & fruges maturas magna alacritate domum cōportandas. Pari etiam modo gubernator efferatas undas ac tēpestatū uim furensq; pelagus sępenumero contemnit: ad hæc uentorū inconstantiam, marinas iactationes, longinquas peregrinationes, haud grauatim fert, dum merciū sarcinas, emporiorum opportunitatem, prædiuitemq; ex his comparādam copiā animo secū reputat. Nec absimiliter miles uulnera patitur, telorū nubē excipit, famem, frigus, difficiles peregrinationes, & in acie pericula perfert, dū futuras uictorias, coronas, & trophęa cogitat. Sed cur hæc commemoro, aut quid sibi uolūt hæ similitudines? Exhortationem hinc auspicari libuit, qua ad auscultādum excitemini, & ad labores uirtutis causa alacriter susciendos. Si enim eorum quisq; quos commoramur laborem leuem existimat spe futurum commodorū, quibus etiāsi potiri contingat, nō tamen ultra præsentem uitā prorogant: multo magis cōuenit uos percipiendę spiritualis doctrinæ causa in auscultādo perdurare, & spe futurę uitæ tam certamina dubia, quàm alios quoslibet sudores impigre perferre. quādoquidem illorum spes tēporaria est & incerta, nec raro in expectatione melioris fortunæ ex hac uita sunt prærepti, spe tantū oblectati, euentu autem procul, graues licet interim labores ac pericula ppessi. uerbi gratia, post multos illos sudores agricola nonnunq; iam falcem in messem immissurus, rubigine in eā aut locustarum multitudine delata, aut imbribus immodicis incidētibus, aut alia quapiā calamitate per aeris intemperiē illata, redijt domū uacuis manibus, labore quidem omni exhausto, cæterū fructus spe frustratus. itidē gubernator lætus multitudine mercium, & magna alacritate uelis expāsis, & multum maris emensus, in ipso sæpe portus ingressu, aut procella repente exorta, aut naui in latens aliquod saxum impacta totum onus perdidit, & post tanta pericula amissis mercibus ægre nudus in littus euasit. Miles similiter non raro posteaq; toties in acie stetisset, aduersosq; hostes repulisset ac profligasset, iam iā imminens uictoriæ repentino aliquo casu è uita est sublatus, nullo periculorum ac laborū pretio percepto. Nostræ uero res non ita se habent. nam & spes habemus æternas, immobiles ac firmas, nec cum temporaria hac uita finiendas, sed ad immortalem illā ac beatam uitam perennantes, nec solum aeris tēpestatibus aut improuisis casibus sed & morti ipsi minime obnoxias: & præter hanc spem fructū interim percipimus non cōtemnendum, magnamq; mercedem iam nūc repræsentātem. Quapropter etiam beatus Paulus clamabat dicēs: Non solum autē, sed & gloriamur in afflictionibus. Obsecro ne hæc uerba neglectim prætercurramus, sed posteaquam nescio quo pacto in præclari illius gubernatoris mentionē iterum incidimus, oblectemur hoc eius sermone, breui quidē sed multū philosophiæ nos docente. Quid igit̄ est quod dicit, aut quid nobis his uerbis subindicat? Altius paulo, si uidetur, doctrinā hanc repetamus, & uidebimus magnā perspicuitatē & sententiarum uim in de nobis prouenientē. Cæterum nemini corpus langueſcat, sed roris uice desiderio spiritualis doctrinę recreet. Etenim de afflictione nobis est sermo, æternorūq; bonorū desiderio, simulq; patientia: tū quanta merces sequat̄ quotquot in hoc bono proposito persistunt. Quid igit̄ significāt hæc uerba, Nō solū? Qui eñ sic nobis loquit̄, indicat multa etiam alia præcedentia bona, eisq; etiā hoc adiungit, quod ex afflictione prouenit, quapropter dicit, Nō solū aūt, sed & gloriamur in afflictionibus. Vt aūt clarius hæc uerba enarrem, sustinete paulisper prolixius me de his differētē. Ex quo eñ apostoli diuinū illud præconium annūciauerūt, omnemq; terrarū orbem perlustrauerunt, sermonē pietatis serentes, & radicitus errorē euellētes, & patrias gentilium leges abrogantes, omnemq; iniquitatē exterminantes ac terram repurgātes, tum simulacra, templa, altaria, celebritates & id genus mysteria fugienda docētes, agnoscendum uero unicum & solum uniuersorum deū, ac futura bona ab illo solo speranda: adhęc de patre & filio spirituq; sancto differuerūt, deq; resurre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctione ac cœlorũ regno: his de causis bellum exortum est ingens, & quouis alio bello longe crudelius: q̃ oĩa tumultu, terrore, seditione q̃ referta essent, tam per oppida q̃ per rusticas plebes ac priuatas domos, tã per culta q̃ per inculta, nimirũ labefactatis priscis ritibus, & antiquis opinionibus quibus tanto tempore præoccupati fuerãt conuulsis, atq; in eorũ locũ nouis decretis subintroductis, quæ nemo unquã hactenus audiuerat. Hoc erat cur reges sæuirẽt, magistratus indignarent, uulgus tumultuaret, fora streperẽt, tribunalia concitarent, gladij stringerentur, arma expedirẽtur, leges irascerent. hinc supplicia, hinc pœnæ ac minæ, & nihil non cõmouebatur eorũ quæ apud homines habent grauia, haud secus ac pelago furente & magna naufragia parturiente: ita tũ nihilo mitius se habebat rerũ humanarum status, dum pater filiũ propter pietatẽ abdicat, & nurus à socru dissidet, & fratres mutuas simultates exercẽt, & dñi in seruos exasperant, & ipsa fermè rerũ natura à seipsa dissidet, nec ciuile modo, sed & cognatũ bellum domesticatim peruagat. Sermo enim gladij more penetrãs, & uitiosas partes à sanis resecans, magnã ubiq; seditionẽ excitabat ac contentionẽ, plurimas contra fideles inimicitias & persecutiones commouebat. Quo factũ est ut pars in carceres, pars ad tribunalia nõnulli ad supplicia ducerent: aliorũ bona cõfiscarẽtur, nec deessent q patria uel uita etiã priuarent: atq; undiq; niuib. hibernis crebriora imminebant mala, intus pugnę, foris terrores, à suis, ab alienis, ab ipsis naturę uinculo coniunctissimis. Hæc igit uidẽs beatus Paulus, ille terrarũ orbis pædotriba & diuinæ sapientiæ doctor, cũ aduersa quidẽ præ manibus & oculis uersarent, bona uero sperarent tantũ & annũciarent, uidelicet resurrectio bonaq; illa omnem sermonẽ cogitationémue supergredientia: fornaces aũt, sartagines, gladij, supplicia, tormentorumq; ac mortiũ genera omnia non iam sperarentur sed experirent: tum quibus contra hæc certandũ erat, à simulacris & altaribus, à libidinibus, ebrietate, uoluptatibusq; cæteris ad fidẽ recẽs traducti essent, nihil adhuc sublime de uita æterna cogitare assueti, sed presentia potius mordicus retinentes: ueri simileq; esset multos eorũ ob pusillanimitatẽ labefactãdos, & ad pristinã uitam relapsuros ob quotidianas oppugnationes: considera quid faciat particeps ille ineffabiliũ secretorum, eiusq; sapientiã animaduerte. Indesinenter de futuris bonis apud illos loquit, & præmia ,ponit, & coronas ostẽtat, ungens eos ad certamen, & futurorũ bonorũ spe subinde refouens. Et quid dicit? Existimo em̃ nõ esse dignas afflictiones præsentis tẽporis, collatas ad futurã gloriam quæ reuelabitur in nobis. Quid enim mihi cõmemoras, inquit, uulnera, altaria, furorẽ populi, supplicia, fames, cõfiscationes, paupertatẽ, uincula, catenas? oĩa in unũ confer quæ hominibus uident grauia, nihil tamen dignũ afferes præmijs illis & coronis ac retributionib. hæc enim cũ præsenti uita abrũpuntur, illa per infinita secula finẽ nõ inueniunt: hæc prætereunt q sint tẽporaria, illa cõtinenter permanẽt, ut quæ nunq; senescãt. Quod & alibi hoc ipsum subindicãs dicit: Nã momentanea leuitas afflictionis nostræ: quãtitate qualitatẽ præcidens, & tẽporis breuitate oneris grauamẽ consolans. Nam quoniã natura sua grauia erant ac onerosa quæ tũ illis accidebant, maximam partem oneris tollit per momentaneam breuitatẽ temporis, sic loquens: Nã momentanea leuitas afflictionis nostræ, mire supra modũ æternum põdus gloriæ parit nobis, dum non spectamus ea quæ uidẽtur, sed ea quæ nõ uidentur. nã quæ uidentur, temporaria sunt: at quæ non uidentur, æterna. Ac rursum reducẽs eos ad cogitationẽ magnitudinis futurorũ bonorũ, ipsam creaturam inducit indolescentem ac ingemiscentẽ præsentibus malis, et uehementer cõcupiscentẽ futura, utpote modis omnibus iucunda: dicit q̃, etenim creatura congemiscit simulq; nobiscũ parturit usq; ad hoc tẽpus. Cur ingemiscit? cur parturit? nimirum futura illa bona expectans, & mutationem in melius desiderans. Nã & ipsa, inquit, creatura liberabitur à seruitute corruptiõis, in libertatẽ gloriæ filiorũ dei. Dum aũt audis q̃ ingemiscit & parturit, caue putes ratione præditam eã esse, sed scripturæ morẽ cognosce. quãdo enim deus uult magnũ aliquid ac iucundum hominibus per prophetas annunciare, ad ipsas quoque inanimas res sensum facit magnitudinis miraculorum peruenire: nõ quòd creatura sentiat, sed ut hoc pacto apud homines magna admiratio his rebus concilietur. hoc sanè etiam nos solemus dicere, quoties aliquid inopinatum accidit, quòd ipsa urbs contristata est, ipsum solum mœstius est factum. Et de horrẽdis aeefferatis hominibus dicere licet, quòd ipsa fundamenta cõcussit, ipsi lapides ad eius præsentiã contremuerũt: non quòd reuera lapides tremuerint, sed ut hac hyperbole hominis immanitas & furor euidentius indicetur. Hac sanè de causa etiam admirandus ille propheta Dauid, enarrans bona illa quæ ludæis contigerunt, quantũq; uoluptatis ab Ægyptijs liberati percepissent, dicebat: In exitu Israelis ex Ægypto, domus Iacob de populo barbaro: facta est ludæa sanctificatio eius, Israel potestas eius: mare uidit & fugit, Iordanis cõuersus est retrorsum: montes exultauerũt ut arietes, & colles sicut agni ouiũ, à facie domini: id quod nemo unquam factum audiuit. mare enim & Iordanis conuersi sunt retrorsum diuino iussu, montes autem & colles non exultauerunt: sed ut iam dixi, ostendere uolens quàm ingẽs fuerit eorum gaudium ob relaxationem ab Ægyptijs affligentibus, ipsa quoque inanima exultare dixit & tripudiare præ uoluptate eorum bonorum quę illis tum contigerant. Quemadmodum quando aliquid triste ob nostra peccata euenturum nuncia-re uult, Lugebit, inquit, uinum, lugebit et uitis. Et alibi: Viæ Sion lugent, quin etiam lacrymari sensu carentia dicit. Mœnia filiæ Sion emiserunt, inquit, lacrymas. Imò & ipsam terram, ipsam ludæam lugere dicit & mœrore ebriam esse: non quòd

quòd elementa aliquid tale sentiant, sed ut iam dixi, unusquisq; prophetarum magnitudinẽ bonorũ à deo concessorũ, & pœnarum nostris uicijs inducendarum, hoc modo indicare uult. Quapropter & beatus Paulus ipse quoq; creaturã facit gemẽtẽ & parturiẽtẽ, ut magnitudinẽ donorũ, quæ nos post hoc seculum manet, exprimere ualeat. Sed hæc oĩa, inquit, in spe. Cæterũ pusillanimis & miser homo, nũc primum ab insano idolorum cultu abstractus, nec dum sciens de futuris philosophari, non admodũ his sermonibus emẽdatur, sed quærit etiam in præsenti tempore aliquam inuenire consolationẽ. quamobrem sapiẽs hic præceptor & omniscius non solum futurorum bonorum spe illi animum addit, sed etiam præsentium commodorum respectu eum confortat. ac primũ ea cõmemorat quæ iam orbi terrarum essent exhibita, quorum non expectatio, sed experimentũ adesset, ut iã frui liceret: quæq; manifestissime declararent, ne futurorum quidem spem uanã fore. & prolixe de fide locutus, deq; patriarcha Abrahamo, quomodo reclamante licet natura patrem ipsum fore, sperauit tamẽ, expectauit & credidit, propter quod & uoti cõpos factus est: indeq; docens nõ oportere unq; ad ratiocinationũ infirmitatẽ delabi, sed fidei robore erigi, & subsistere altumq; sapere: postea magnitudinem quoq; eorũ quæ iam exhibita essent indicat. Quid autem hoc est? Filium, inquit, unigenitum, germanum, dilectum, deus pro nobis malæ frugi mancipijs tradidit: qui infinitis grauabamur peccatis, tanto q̃ delictorum onere premebamur, non solum à culpa liberauit, sed iustos insuper effecit: nullisq; oneris aut laboriosis aut molestis mãdatis impositis, sed fide tantum requisita, & iustificauit nos & sanctos reddidit: ad hæc filios dei nos declarauit, regni hæredes instituit, unigenitiq; sui cohæredes: resurrectionẽ nobis pollicitus est & incorruptibilitatẽ corporum, uitamq; cum angelis degendam, omnẽ humanam cogitationem superãtem, & in cœlis habitationem, secumq; conuersationem. tũ spiritus sancti gratiã iam hic effudit, atq; è diaboli potestate, eq; dæmoniorum seruitute nos eripuit, & peccati uim fregit, execrationẽ aboleuit, inferni portas contriuit, paradisum aperuit. non angelum, non archangelum, sed ipsum misit unigenitum propter nostram salutẽ, sicut dicit per prophetam: Non legatus, nõ nuncius, sed ipse dominus seruauit eos. Annon hæc innumeris coronis sunt illustriora, quòd sanctificati sumus, q̃ iustificati, quòd per fidem, q̃ unigenito filio dei è cœlo propter nos descendente, quòd patre charissimũ suũ pro nobis tradente? q̃ spiritum sanctum accepimus? q̃ cum omni facilitate inenarrabili gratia donisq; perfruimur? His igitur dictis, & omnib. breui sermone indicatis, rursum in spẽ uerba sua finit. Cũ enim dixisset: Iustificati igitur ex fide pacem habemus erga deum, per dominũ nostrũ Iesum Christum, per quem & contigit nobis ut fide perduceremur in gratiam hãc in qua stamus: subiecit: & gloriamur in spe gloriæ dei. Ergo posteaquam partim iam facta dixit, partim futura: nam iustificatos esse nos, & filium pro nobis immolatum, & per eum patri nos reconciliatos, & gratiã ac dona percepisse, & à peccatis esse liberatos, & pacẽ habere cum deo, & spiritus sancti esse participes, hæc iam facta erant: restabat autem in futurũ gloria illa ineffabilis, quod & ipsum adiecit, dicẽs: in qua stamus & gloriamur in spe filiorũ dei: spes autem hæc, ut iam dixi, nõ multum potest excitare & erigere pusillanimem auditorẽ: uide qd rursum faciat, & contemplare fortitudinem Pauli & philosophicam mentem. ex illis enim quæ uidebantur contristare & turbare & terrere auditorẽ, ex his ipsis plectit cõsolationis atq; gloriationis coronas. his enim omnibus enumeratis tandẽ infert dicens. Non solum hæc dico quæ audiuistis, inquit, nempe quòd sanctificati sumus, quòd iustificati, quòd per unigenitum, quòd gratia fruimur, quòd pace, quòd donis, q̃ peccatorũ remissione, quòd spiritu sancto, quòd cum omni facilitate, quòd sine laboribus & sudoribus, quòd sola fide: quòd filium misit unigenitum, quòd alia dedit, alia promisit, gloriam ineffabilem, incorruptibilitatẽ, corporum resurrectionem, uitam angelicam, cum Christo consuetudinem, in cœlis habitationem. hæc enim omnia repræsentauit his uerbis, & gloriamur in spe gloriæ dei. non hæc igitur sola dicit, quæ facta sunt quæ ue futura, sed & illa quæ uidentur hominibus molesta, uidelicet tribunalia, carceres, mortes, minas, fames, tormẽta, sartagines, fornaces, direptiones, bella, oppugnationes, pugnas, seditiones, cõtentiones, & hæc collocat in ordine donorũ & præclare gestorum. nõ em̃ propter illa sola lætandũ est & gaudendũ, sed & in his gloriari oportet. sicut quando dicit: Nũc lętor in passionibus meis pro uobis & suppleo in carne mea quod deerat afflictionibus Christi. Vidisti animam fortem, & mentem sublimem, & spiritum subuerti nescium, qui non tam coronis sibi placeat, quàm certaminibus delectetur, nõ tã præmijs gaudeat, q̃ in luctis deliciętur, nõ tam retributionibus lætetur, quàm ipsum pancratiũ ostentet. Ne mihi commemores regnum cœlorum, neque coronas illas immarcescibiles, neq; præmia, sed hæc ipsa quæ præsto sunt, quæ afflictionẽ habent, quæ ærumnas & labores multos: hæc in me diũ affer, & potero ostẽdere quòd ob hæc magis sit gloriandum. nam in externis istis certaminib. lucta quidem laborem habet, corona aũt uoluptatem: hic autem non sic, sed & ante coronas ipsæ luctæ multam afferunt gloriationẽ. Et ut discatis quòd hæc ita se habeant, considerate unũquenq; sanctorum per singulas ætates, sicut dictum est: Exemplum accipite fratres afflictionũ & patientiæ à prophetis, qui locuti sunt sermonẽ in nomine domini. Quin & hic ipse qui nunc nobis certamen hoc proponit, & presens hoc spirituale theatrum cõstituit, Paulus inquam, post enumeratos innumeros illos sanctorũ labores, quos nunc recensere perdifficile fuerit, adijcit dicens: Oberrarũt in ouillis & caprinis pellibus, destituti, pressi, afflicti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

afflicti, quibus indignus erat mũdus: quod & his omnibus lætabantur. Hoc aũt uidere licet, quãdo post carcerẽ et obiurgationẽ flagris cæsi abigebãtur. Quid dicit? Illi quidẽ ibant gaudẽtes à cõspectu cõcilij, quòd digni habiti essent, ut pro nomine Christi cõtumelia afficerentur. Verũ enim uero etiã nostris tẽporibus eadem acciderunt, & si cui libet cogitet quod dico, tẽpore persecutionũ qualia sæpe accidebãt. Ingrediebaꝫ uirgo tenera, nondũ nuptias experta, cera quauis mollius corpus habẽs, deinde patibulo suffixa undiq; fodiebaꝫ latera sulcata, cruoreq; perfusa: nec aliter q̃ si ad spõsum deduceretur, uel potius in thalamo sederet, summa cũ facilitate omnia ferebat propter regnũ cœlorũ, iam tum in ipso certamine coronã percipiẽs. Cogita quale erat spectaculũ, tyrannũ frequẽti militia stipatũ, tot gladijs alijsq; armis instructũ, ab unica puella superari. Vides q etiã afflictio ipsa glorationẽ habet maximã: & quòd uera dicam uos estis testes. Cũ enim martyres retributionẽ nondũ receperint, neq; coronas & præmia, sed in puluerẽ abiuerint & cinerẽ, cum omni tamen alacritate ad eos honorãdos cõcurrimus, & in illo spirituali theatro præconijs eos celebramus, coronamusq; ꝑpter uulnera & cruorẽ, propter tormẽta & plagas, propter afflictiones & angustias: adeo afflictiones quoq; ipsę gloriationẽ suã habent, uel ante præmium. Cogita qualis erat Paulus tũc cum carceres habitaret, & ad tribunalia duceretur, q̃ cõspicuus, quàm splendidus ac illustris apud omnes apparebat, præcipuè uero illos à quibus persecutionem & insidias patiebaꝫ: quandoquidem & dæmonibus tum maxime erat terribilis, dum flagris cæderetur, dum uinciretur, dum naufragus nataret. tunc maxime illa prodigia patrabat, tũc magis aduersarias potestates superabat. Quare non ignorans quantum lucri anima ex tribulationibus perciperet, dicebat, Quando infirmor, tunc potẽs sum. Deinde addit: Quapꝑter lætor in infirmitatibus, in cõtumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in afflictionibus, ut uirtus Christi inhabitet in me. Hac de causa cũ quosdam apud Corinthum habitantes reprehenderet, quòd de seipsis magnifice sentientes alios contemnerent, necesse habuit rerum à se gestarũ imaginem in epistola depingere: idq; non prodigia recensendo aut miracula, non honorem, non requiem, sed carceres, supplicia, tribunalia, famẽ, frigus, bella, insidias, in hunc modum eis scribẽs: Ministri Christi sunt: desipiẽs loquor: excellẽtius sum ego. Et ostendẽs in quo excelleret, ait: in laboribus copiosius, in uerberibus supramodum, in carceribus abũdantius, in mortibus frequẽter. à ludæis quinquies quadragenas plagas una minus accepi. ter uirgis cæsus sum, semel fui lapidatus, ter naufragium feci, noctem ac diem in profundo egi. in itineribus sæpe, in periculis fluminũ, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gẽtibus, periculis in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis inter falsos fratres: in labore & molestia, in uigilijs sæpe, in fame & siti, in ieiunijs sæpe, in frigore et nuditate: præter ea quæ extrinsecus accidunt, incumbens mihi quotidiana cura omniũ ecclesiarum, quis infirmatur, & ego non infirmor? quis offenditur, & ego nõ uror? Si gloriari oportet, de his quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Vides eũ in his potius gloriari, quàm ullis splendidis coronis sibi placere, & ideo dicere, Non solum autẽ, sed & gloriamur in afflictionibus. Sed quid est quod dicit, Nõ solũ? Non solum, inquit, non deficimus afflictiones & ærumnas perferentes, sed tanquã ad maiorem honorem et gloriam prouecti, gloriamur insuper in afflictionibus quæ nobis obueniunt. Deinde posteaquã affirmauit ex afflictionibus gloriã prouenire maximam, quæq; iactari debeat & ostentari: gloria uerbo dubio procul uoluptatem coniunctam habet: nam ubi uoluptas, ibi omnino etiam gloria: ubi uero talis gloria, ibi omnino etiam uoluptas: posteaq;, inquam, magnificam rem ostendit tribulationem, ut quæ ostentatione digna sit, addit aliam eius laudem, & utilitatem quandam admirabilem ac opiniõe maiorem. quæ autẽ hæc sit uideamus. Scientes, inquit, quòd afflictio patientiã pariat, patientia uero probationẽ, probatio autem spem, Porrò spes non pudefacit. Quid est, sciẽtes quòd afflictio patientiam parit? hic maximus fructus est, quòd robustiorem facit eum qui sic affligitur. Quẽadmodum enim arbores quę in umbrosis locis & nulli uento obnoxijs alũtur, uirent quidem, sed molliores reddunt, facileq; quouis uiolento flatu læduntur: quæ uero in celsis montiũ uerticibus stant, multisq; ac magnis uẽtis pulsantur, ad hæc uarias tẽpestates cõtinenter perferunt, dũ nunc grauissimis procellis agitant, nunc crebras niues sustinẽt, quouis ferro ualidiores fiunt: similiterq; corpora multis ac uarijs uoluptatibus innutrita, mollibusq; uestibus & cõtinuis balineis ac unguẽtis assueta non necessarijs, ad nullos oñino pietatis labores ac sudores sunt utilia, sed maximis pœnis destinata: ita sanè etiã animæ quæ ociosam & quietã uitã degunt, præsentesq; uoluptates laboribus & afflictionibus spe futuri regni sustinẽdis anteponunt, quauis cera molliores infirmioresq; factæ, ęternis ignib. pabulũ seruant. quæ uero periculis, laboribus, ærũnis afflictionibusq; propter deũ ferendis exponunt, atq; in eis assidue uersant, ipso ferro aut adamãte solidiores fiunt ac generosiores, frequẽti malorũ tolerãtia inexpugnabiles aduersarijs redditæ, & habitũ quendã inuictũ fortitudinis patientiæq; cõsecutæ. Et quẽadmodũ qui tũ primũ conscendũt nauẽ, nauseam præ iactatione sentiunt, & cũ sint maris rudes turbantur uertigineq; laborãt: qui uero sæpe longinqua maria sunt emẽsi, & plurimis tẽpestatibus indurati, naufragiaq; nonnunq; experti, magno animo nauigationẽ aggrediunt: ita sanè etiã anima quę multas tentationes sustinuit, & magnas afflictiones ptulit, usum sibi laborũ, & habitũ fortitudinis cõparat, nõ ad quẽuis strepitũ suspensa, neq; terroríb. obnoxia, neq; in aduersitatib. turbatu facilis, sed ob assiduã in rebus duris

ris exercitationem, crebrãq; in talib. meditationẽ, magna æquitate ferens quicquid graue aut molestum imminet. Hoc igitur peritus ille cœlestis politiæ architectus significare uolens dicebat: Nõ solum autem, sed et gloriamur in afflictionibus. quoniã ante regnũ illud cœlestesq; coronas, maximũ hinc colligimus fructum, dum per continuas afflictiones tolerantior anima nostra redditur, & ratio nostra fortitudinem quandã hinc sibi comparat. Hæc igitur omnia scientes dilecti, feramus strenue quicquid molestiarũ accidit, uel ob hoc quòd ita deo uisum sit ad utilitatẽ nostrã: néue oscitemus, aut ingruentibus tentatiõibus retrocedamus: sed uiriliter stantes gratias agamus deo indesinenter pro oñibus ipsius in nos beneficijs, ut & præsentibus fruamur bonis, & futura consequamur, gratia & miseratiõe ac benignitate domini Iesu Christi, cum quo patri gloria, unà cum sancto spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI IN locũ Pauli, Salutate Priscam et Aquilam, & de colendis sacerdotibus.

Rom. 16

NOnne docti estis, nihil in sacris literis inter superuacanea habẽdũ? Nonne didicistis & inscriptiões, & nomina et cognomina diligẽter in arcanis scripturis excutiẽda? Ego sanè studiosos arbitror ne laturos q̃dẽ, ut uerbulũ aliquod in sacris libris contemptim prætereat, etiãsi tantũ nomina recẽseant, uel tẽpus numeret, uel breuis cuipiã cognominatio cõtingat. Attamẽ ut adhuc certior hæc sententia fiat: age, hodie ad ea, quę nuper in salutatione Priscillę & Aquilæ relicta sunt, accedamus: tametsi nõ parũ profuerint & præcedentia. Docuit eñ nos, quãtum bonũ sit, operari, et quantum malũ, ignauiæ deditum esse. Et qualis anima Pauli? Quàm uigil, quàm solicita? Non tantum ciuitatum & populorum, & gentium, sed & singulorum fidelium magnã curam gerit. Ostenditq; quomodo hospitalitas nec inopia præpedia tur. Et quòd uirtute ac pia uoluntate ubiq; opus sit, non item diuitijs & facultatibus. Et quòd clarissimi omnium sunt, qui dei timorem habent, etiamsi in extrema paupertate degant. Vnde Priscilla et Aquila opifices, nempe pelliones, pauperem et honestam agentes uitã, præ omnibus beati prædicantur. Et cum alij dignitatibus et potentia inflati, silentio prætereunt, pellio ille unà cum uxore toto orbe decantantur. Quòd si tanta eorũ in præsenti uita est gloria, cogita quãti eorũ futuri sint fructus post illum diem, quãdo tempus erit coronarum et retributionum, q̃ ante illum diẽ nõ paruam uoluptatem, utilitatem, et gloriam acceperunt, quibus tantilli temporis cõsuetudo cum Paulo fuit. Enimuero sicut prius dicebam, neque nunc dicere desinã. Quòd non solum doctrina, et admonitio, et cõsilium, sed et sanctorũ aspectus, atq; uestium amictus, et calceorũ mos, multũ habet utilitatis ac uoluptatis. Et inde non exigua uitæ nostræ cõmoditas accedit, cũ discimus quatenus hi necessarijs usi fuerint. Non eñ solum utendi modum non sunt transgressi, sed & usui fermè necessario nõnunq; renuntiarũt: quin & in fame, & siti, & nuditate uersati sunt. Et Paulus quidẽ imperabat discipulis dicens: Habentes autẽ alimenta & tegumenta, his contenti simus. Et clarum est q̃ de seipso dicit: Vsq; in hanc horã, & esurimus, & sitimus, & nudi agimus, & colaphis cædimur. Operæprecium hic fuerit in mediũ aliquid afferre, de quo frequens est quæstio. Et quidnam hoc? Dicebam, morem apostolicorum calceorum nõnihil nobis conferre utilitatis. Sed cum hoc dico, incidit mihi lex, quam Christus posuit, dicẽs: Nõ possidete aurũ, neq; argẽtũ, neq; aliud quid in zonis uestris, neq; calceos, neq; uirgã in uia. Manifestum aũt est, Petrũ habuisse sandalia. Vnde cum angelus eum dormientẽ excitaret, & è carcere educeret, ait: Calcea te sandalijs tuis, & circũda uestimentum tuum, & sequere me. Et Paulus Timotheo scribit: Penulã, quã reliqui Troade apud Carpum, cũ uenies, affer, & libros, præsertim mẽbranas. Quid dicis Paule? Christus iubet nõ habere calceos, tu autẽ penulam habes, & alius sandalia? Quòd si hi cõtẽptibiles quidã essent magistro nõ per oñia obtẽperantes, nulla erat hic faciẽda quæstio: sed quoniã ipsi principui sunt ac primates apostolorũ, & animas suas impenderũt, Christoq; per omnia obedierunt: Paulus uero nõ solũ imperata fecit, sed & supra septa trãsilit: cumq; præciperet ex euangelio uiuendũ, uictum ipse manibus suis quæsiuit, plus q̃ imperatũ erat faciens: idcirco dignũ est, ut quæramus, quare qui in omnibus Christo parebãt, legẽ eius uidentur transgredi? Nam re ipsa nõ transgrediuntur. Hic sermo non in hoc solũ utilis erit, ut excusent sancti illi, sed & ut Gentilium obstruant ora. Quandoquidẽ multi, uiduarũ domos subuertẽtes, orphanos nudantes, ipsiq; omnibus abundantes, & lupis nihil meliores, ex alienaq; miseria uiuentes: cum uident interdũ fidelium aliquos pluribus uestiri amiculis, continuo eis legẽ Christi obijciunt, & dicunt: nonne præcepit uobis Christus, ne habeatis duas tunicas, uel calceamenta? quõ ergo uos legem illam præuaricamini? Et post hæc, cum abunde fratrẽ riserint, & probris affecerint, discedunt. Igitur ne talia fiant, age & illorum obturemus impudẽtiam. Et possemus q̃dem ab eis facile liberari, si hoc unũ eis dicere mus. Quale hoc? Si Christum ut fide dignũ probas, Ethnice merito hæc obijcis, & à nobis quæris: sin ei nõ credis, quare legẽ eius opponis? Aut quando accusare nos uis, dignus tibi uidetur fide Christus? quãdo aũt eum admirari oportet, & adorare, nullius est apud te momenti, totius orbis dominus? Verũ ne hæc inopia defensionis dicere nos putẽt, ad solutionẽ eius quod quęrebaꝫ uenia mus. Quænã ergo solutio? Videndũ est in huiusmodi, quibus, & quãdo ea Christus imperauerit. Non eñ obiter, & nudè inquirendà sunt hęc: sed operæpreciũ fuerit simul et personã, et tempus, et omnia hæc diligenter perscrutari. Itaq; cũ hęc diligẽter cõsideramus, inuenimus, q̃ ipsa nõ sint om-

Matth. 10

Luc. 9

Universidad de Deusto
Biblioteca

nibus imperata, sed solis apostolis: & neq; illis in omne, sed ad præscriptũ & determinatũ tẽpus. Et
Matth. 10 unde hoc manifestũ? Ex dictis ipsis: dicit em, Vocatis duodecim discipulis, dixit eis: In uiã Gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis. Ite potius ad oues domus Israel quæ perierunt: infirmos curate: dæmonia eijcite: gratis accepistis, gratis date. ne possideatis aurum uel argentũ, uel æs in zonis uestris. Attẽde quanta magistri sapientia, quõ leue hoc præceptũ fuerit. Nã cum
Ibidem. prius dixisset: Infirmos curate, leprosos mundate, dæmones eijcite, magnãq; eis gratiã liberaliter dedisset, tunc tandẽ hæc imperauit, nimirũ paupertatẽ, signorũ potestate leuẽ & facilẽ reddens. neq; ex his solũ, sed et ex multis aliis manifestũ est solis discipulis esse imperatũ. Nam et uirgines, qa oleum in lampadib. suis non habebant, puniuit: et alios quoq; arguit & increpat, qa esurientẽ ipsum uiderũt, & nõ pauerũt, & sitientẽ nõ potarũt. Por rò is cui nõ est æs neq; calceamentũ, sed una tantũ uestis, quõ absq; his aliũ pascere, quomodo nudum uestire, quomodo alium in domũ inducere
Marc. 10 poterit? Sed & aliunde clarũ esse poterat. Nam accedente ac dicẽte quodã: Quid faciẽdo uitæ æternæ hæreditatem assequar? Cum recensita essent omnia, quæ in lege præcepta, & ille curiosius percontaret, & diceret: Hæc omia seruaui ab adolescẽtia mea, qd adhuc mihi deest? dicit ad ipsum, Si uis perfectus esse: uade, uende facultates tuas, & da pauperibus, & ueni sequere me. Hic si præcipere uoluisset, oportebat hoc principio dicere, & legẽ in ordine præceptorũ ponere, & nõ tanq; con C silium & exhortatiõem narrare. Enimuero cũ dicit, Nõ possidete aurum uel argentũ: imperãdo dicit. Cum uerò dicit, Si uis perfectus esse, cõsulendo et admonendo dicit. Nõ est aũt idem cõsulere, & legẽ ponere. Nam q legem statuit, modis oĩbus fieri uult qd præcipit. Qui uerò cõsulit & adhortat, sententię et arbitrio auditoris permittit, ut ex dictis quod uoluerit eligat, sicq; faciendorũ dominus auditor relinquit. Propterea non simpliciter dixit, Vade, uẽde facultates tuas: sed ut discas, q in arbitrio audiẽtium res sitæ sint. Vnde manifestum, apostolis solis hæc fuisse præcepta. Verum quæstio nõdũ soluta est. Nam si præcepta sunt hęc solis apostolis, qd in causa est, q, licet præceptum D fuerit ne haberent calceos, uel geminas uestes, inuẽti sunt eos possidentes? nam alius possedit penulam, alius uerò sandalia. Quid igit ad hæc dicemus? Christus neq; apostolos semper huius legis necessitate obstringi uoluit, sed eos absoluit ab hac lege, cũ iã ad salutarẽ crucẽ iturus esset. Et unde hoc liquet? Ex saluatoris sermonib. Nã passionẽ aggressurus, uocatis illis dixit, Cum uos mitterẽ sine marsupio & pera, aliqd ne deerat? At hi respõdentes dixerũt: Nihil. Ipse aũt dicebat eis: Sed nunc q habet marsupium, tollat & peram: & q nõ habet, uendat uestẽ suã, & mercet gladiũ. Iam fortè dicet aliquis, apostolos qdem his dictis à crimine absolutos. Sed ultra quæritur. Quare Christus cõtraria præceperit? nam interdũ dicit, Ne possideatis perã: interdũ aũt, q non habet marsupium, tollat & perã: Quare hoc fecit? Sanè hęc admodũ digne fecit, p sua sapientia curaq; quam, p discipulis gerebat. Ab initio em uocationis hoc faciebat, ut discipuli periculũ uirtutis suæ facerent: & posthac in orbem terrarum exituri, hoc exemplo animati, se magis fiderent. Verum, ubi iam potẽtiam suã agnoscere cœperunt, uoluit ut et ipsi domi uirtutis specimẽ aliquod præberent, permisitq; ipsos met suas ferre tentationes, ne scilicet perpetuo otiosi residerẽt, & ad finẽ usq; in oĩbus quasi pueri gestarent. Et quemadmodũ q artem natãdi docent, principio multa diligentia discipulos gestãt: post unũ aũt & alterũ diem subtracta dextera illis præcipiunt, ut seipsos iuuent, et nõnunq; illos paruper mergi sinunt, ita ut multũ salsuginis sorbeant: B Ita sane & cum discipulis suis Christus faciebat. Nam initio nihil eos pati sinebat, uel paruum uel magnum, sed ubiq; aderat muniens, & circumuallans eos, faciensq; ut omnia ubertim eis affluerent: cum uero tempus esset, ut uirilitatem suã ipsi declararent, subtraxit aliquandiu beneficium, prę cipiẽs eis, ut etiã per seipsos multa perficerent. At quę hãc ob causam, cum nõ habebant calceos, uel zonã, uel baculũ, uel æs, nihil eis deerat. Dicit enim, Num aliquid uobis deerat? Et respõdentes dixerunt: Nihil. Cæterũ quo tẽpore permisit eis, ut marsupiũ haberent & perã, & calceos, inuenie bant et esurientes, et sitientes, et nudi incedentes. Vnde liquidum, cur passim eos periclitari et affligi sinit: nempe, ut mercedẽ aliquã habeãt. Et quẽ admodũ aues pullos suos fouentes, tãdiu in nido C sedent, donec illorũ plumæ increscant: quas dum increuisse uiderint, eos primũ circa nidũ uolitare docent, dein, adminiculo suo totos destituunt: Ita faciebat et Christus. In Palęstina em, quasi in nido nutricabat discipulos, et exin eos uolare docuit præsens, et gestans: tandem permisit eos uolare in totum orbem, dato eis mandato, ne sibijpsis deesse nt. Et q ideo omnino eos nudos, et una tantum uestę amictos misit, & absq; calceis ambulare iussit, ut suam uirtutem et potentiam cognoscerent: sciemus uerũ esse: si et aliud dictũ audiamus. Non em simpliciter dixit eis, Tollite marsupium & peram, sed priorum memoriã refricãdo sic dicebat, D Cum mitterem uos sine marsupio & pera, aliquid ne deerat? hoc est, nónne oĩa ubertim uobis affluebant, multaq; largitate fruebamini? sed nunc uolo uos & paupertatẽ experiri, & eapropter ad legem priorem obstrictos nolo, neq; à uobis idẽ quod antea exigo, ut ne quasi per inanima organa per uos operari existimer. Adhibete & uos uestrã diligentiã & industriam. Quòd si adhuc dicis: An nõ maius fuisset beneficiũ, si semper ita securè uersari eos uoluisset? Verũ nõ ita probati fuissent, si nullã uel afflictionẽ, uel persecutionem, uel inopiam, uel angustiam degustassent: sed mansissent ignaui & pigri. Cęterũ oportebat relucere, nõ solum beneficiũ et gratiã Christi, sed et subditorum probationem, ut ne sint postea qui dicere possint Apostolos nihil à seipsis attulisse, sed facta omnia

opere

opere Christi. Non enim difficile erat deo usq; ad A finẽ in eo successu custodire: sed noluit ob uarias necessarias q causas, quas sæpe charitati uestrę diximus. Vna qdem hęc quã diximus. Alia aũt hac nõ minor, nẽpe ut modestiæ assuescerent. Tertia uerò, ut ne maior illis, q̃ hominibus deberet, honor exhiberet. Itaq; ppter hęc, & his multo plura, cũ permissurus esset eis multa inexpectata accidere, noluit priorem legem tam arctam manere, sed eius seueritatem nõnihil relaxauit: ut et ita nõ esset eis grauis & intolerabilis uita, si ubiq; derelinquerentur, & simul durã hanc legẽ seruare cogerent. Quoniã aũt oportebat obscure propositũ clarius
Luc. 22 doceri: ideirco postq; dixit, Qui habet marsupiũ tollat et perã: subiecit, Et q nõ habet, uendat uestẽ suam et emat gladium. Quid nam hoc? Armátne
Matth. 5 discipulos, q̃ dicit: Si quis te percusserit in dexte- B
Luc. 6 ram maxillã, obuerte ei et alterã? Qui præcepit ut benedicamus his, qui nos conuicijs lacessunt, feramus inuadentes, oremus pro persequentibus, nũc armat, armatq; uno tantum gladio? Et quomodo hæc rationi consona sunt? Nam si omnino armis opus erat, nõ solo gladio, sed et scuto, et galea, et ocreis armare oportebat. Et profecto si humano more hęc dispensare, et agere uoluisset, ridiculum erat hoc præceptum. Qyandoquidẽ licet sexcenta id genus arma possedissent, aduersus insidias, et impetus populorum, tyrannorum, ciuitatum, gentium: quomodo potentiores habiti fuissent undecim? Non potuissent præ timore spectare faciem exercituũ, & audire uocẽ hinnientiũ equorũ, uiri nõ nisi in stagnis & fluminibus & lembis uersati. C Quare ergo hoc dicit? ludæorum insidias quod q̃ se cõprehensuri essent, indicare uolebat, nõ manifeste, sed per ænigmata, ne iterũ turbarent. Itaque
Matth. 10 sicut cum audis Christũ dicentẽ: Quod audistis in
Luc. 12 aurẽ, prædicate super tecta: & quod audistis in tenebris, dicite in luce: nõ intelligis, quasi præcipiat relictis foris & triuijs, eos super tecta debere prædicare: nunq; em hoc usi sunt facere: sed cũ dicit, Super tecta, & in luce: fiduciam & libertatem publice prędicandi insinuat. Cum uero dicit, In aurẽ & in tenebris: significat, ut ubiq; terrarũ narrent, quod in parua mundi parte, et in uno Palęstinę loco audierant. Neq; enim in tenebris & in aurẽ eis dicta erant, sed sæpe in altis montibus, in cõuentibus & synagogis. Ita & hic intellige. Nã sicut ibi D audimus tecta, ita & hic arma. Non igit sentimus, quòd talibus uerbis iusserit haberi gladios: sed q per gladios insinuarit imminere insidias, & passurum se à ludæis quæ & passus est: atque hoc ex sequentibus manifestũ est. Nam ut dixit emendum gladiũ, mox adiecit: qa oportet adimpleri ea quæ de me sunt scripta, Quòd cum iniquis reputatus
Psal. 53 sum. Discipulis aũt dicentibus, Hic sunt duo gla-
Luc. 22 dij: & nõ intelligentibus dictũ, ait: Satis est, Tametsi nõ sufficissent uel duo, uel tres, uel centum, si humano auxilio eos uti uoluisset. Quòd si noluit eos humano præsidio uti, sunt utiq; & hi duo superflui. Proinde hic doctrinã suã non exposuit, id quod ubiq; facere uidet, ut quoties dicta minus intelligunt discipuli, euentui rerũ dictorũ intelligentiã explanandã relinquens prętereat. Ita & alibi facit: De resurrectione em differens, sic alicubi dicebat: Soluite templum hoc, et in tribus diebus Ioan. 2 excitabo illud: & nõ intelligebãt discipuli quid diceret, sicut & euãgelista testat, dicens: Quãdo aũt Ibidem. surrexit Iesus, crediderũt uerbo eius, & scripturæ. Et iterũ alibi: Nondum em scierant scripturam, q oportebat ipsum è mortuis resurgere. Sed quæstio satis soluta est. Nos nũc ad reliquã salutatiõis partem sermonem flectamus. Quidnã ergo est, quod dicendum? et unde digressi sumus? Priscillã & Aquilã beatos diximus, q Paulo cohabitarunt, diligenter addiscentes morẽ habitus, & calceamentorum, atq; omnium quæ agebat. Hinc nobis enata est quæstio, & quæsitũ: cuius gratia Christo prohibẽte aliquid præter unam uestem haberi, uili sunt hi habere sandalia, & penulam? et sermone demõstratũ est, q apostoli his utendo legem nõ trãsgressi sunt, sed diligenter obseruarunt. Hęc autem dicimus, nõ ut uos ad coaceruandas diuitias exhortemur, & prouocemus, ut plus q̃ necessitas postulat, possideatis: sed ut in prõptu sint, quæ infidelibus nostra carpentib, respõderi debẽt. Etem Christus superiorem legem soluẽs, nõ propterea iussit nos habere domos, seruos, lectos, uasa argentea, uel quippiã horum: sed liberauit nos, ne prius dictorũ necessitate urgeremur. Vnde & Paulus sic
1. Tim. 6 admonet, dicẽs: Habentes uictũ & tegumẽta, his contenti simus. Tribuendũ em egentibus, si quid usui nostro supereat. Id quod Priscilla & Aquila perquã studiose faciebãt. Et idcirco eos laudat et admiratur Apostolus, insigne illorũ præconium apponens. Nam ut dixit, Salutate Priscillã et Aquilam cooperarios meos in domino: etiã causam ponit tantæ charitatis. Qualẽ? Qui pro mea, ait, ani-
Rom. 16 ma ceruicẽ suã supposuere. Igit, dicet fortasse aliquis, hac de causa eos diligis & amas? Maxime. Quia & si id unũ egissent, ingẽti laude digni erãt. Qui em ducẽ exercitus saluũ fecit, & milites fecit saluos: q medicũ liberauit periculis, et laborantes morbis ad sanitatẽ reduxit: q gubernatorẽ fluctibus eripuit, nauẽ totam ex undis liberauit: sic utique q magistrum orbis saluarũt, & pro eo illiusq; salute sanguinẽ suũ effuderũt, orbis quoq; totius fuerũt benefactores, utpote sua erga præceptorẽ beneuolentia discipulos oẽs seruantes. Vt autem discas, q nõ solum in magistrum fuerint tales, sed et fratribus eandem curã impẽderint, audi sequentia. Nam cũ dixit, q pro anima mea ceruicem supposuerunt, adiecit dicẽs: Quibus nõ ego solus gratias ago, sed & oẽs ecclesiæ gentium. Iam qd tantũ duo illi tantis prodesse potuerũt ecclesiis? Quaopum abundãtia, qua potẽtiæ magnitudine, quo erga principes fauore claruerunt? Opum quidem abundantia, & potentia, et gratia apud potẽtes nihil ualuerunt, neq; talia habebãt: sed erat eis, q his oĩbus maior est, animus ad pericula prõptus & alacer, magnũq; benefaciẽdi studiũ. Hinc est q de multis bene meruerũt multosq; saluarũt. Neq; enim ecclesiis tam prodesse ualent diuites illi pom

patici,

Universidad de Deusto
Biblioteca

patici, ut pauperes magnanimi. Nemo dictũ hoc A
miretur: nam multæ sunt diuitis molestiæ & negotia. Timet pro domo, pro famulis, pro agris, pro opibus, ne quis aliquid ex his auferat. Et qui multorũ est dominus, idem multorũ seruus esse cogitur. Pauper autẽ nummis parũ ualens, & curis his omnibus carẽs, leo est, ígnẽ spirat, generoso & forti animo aduersus oẽs insurgit, facilè omnia agit, quæ prodesse possunt ecclesijs, siue opus sit ut arguant aliqui, siue ut increpẽt, siue ut Christi nomine ferant pericula & inimicitiæ. Quoniam qui semel uitam despexit præsentem, magna facilitate cõficit omnia. Quid em timeret, dic obsecro? Nũ ne opes eius auferant? Hoc nemo dicere poterit. Num ne quis imminuat ei ministeria & delicias? sed in omnibus illis gaudere se dicit. Cœli municeps est, & ad futuram festinat uitam. Nõ deprecabit item si anima impendenda sit, & effundendus sanguis. Hinc est, q talis etiam & tyrannis, & regibus, & populis, & oẽibus potentior est ac ditior. Et ut discas, q uere hęc, & nõ adulanter sint dicta: & q qui nihil possidet, hic omniũ liberrimus est, & maximè libere loqui audet: quot diuites erant tempore Herodis? quot potentes? & quis in medium prorupit? quis tyrannum increpauit? quis contempras leges dei ultus est? Diuitum quidem nullus, sed pauper ille & inops, q neq; lectũ, neq; mensam, neq; tectum habebat: ille, inquã, solitudinis inquilinus Ioannes, ille solus & primus omni libertate tyrannum arguit, & adulterinas nuptias detexit, & præsentibus omnibus ac audientibus pronuntiata sententia eum condemnauit. Et ante hunc magnus quoq; Helias, qui nihil præter meloten possidebat, impium & præuaricatorẽ illum Achab solus uiriliter corripuit. Nihil enim, nihil oẽino sic libere loqui, & in rerũ discrimine fiduciã habere, & cõtra captiuitatẽ satis munitũ & fortem facit, ut nihil possidere, & nullis secularibus adobrui negotijs. Atq; adeò, si quis uirtutum libertatisq; multũ possidere cupit, paupertatẽ amplexetur, præsentẽ uitã despiciat, nihil esse putet mortem. Hic nõ solum pluscq; diuites & principes, sed & pluscq; reges ipsi ecclesijs prodesse poterit. Nã regnates illi et abũdantes, quæcunq; faciũt ex opibus faciũt: hic aũt magna plerũq; operat̃ è periculis & mortibus. Quãto autẽ auro omni pretiosior D
est sanguis, tanto paupertas cẽ abũdantia melior.
1.Cor.16 Tales quidã erãt illi Pauli hospites, Priscilla & Aquila, qui opum carebant abundantia, & oẽibus diuitibus locupletiorem animũ possidebãt, expectantes quotidie, ut morerent̃: testificantesq; oẽi tempore cædebant̃, & sanguinẽ effundebant. Sic discipuli magistris, & magistri discipulis colligati erant. Nam Paulus hoc nõ solum de his, sed & de multis alijs testat̃. Nã Hebræis, & Thessalonicensibus, & Galatis scribẽs, asserit oẽs multis tentationib. afflictos. Et indicat, quare scripserit, nempe q patria excidebãt, substantias perdebant, ad sanguinem usq; periclitabantur, tota eorũ uita in gra uibus certaminibus erat, & uel membris mutilari
Gal.4 pro præceptorib. nõ detrectabant. Vnde Galatis

scribens, dicit: Testor em q, si possibile, oculos uestros effossos mihi dedissetis. Eadem de causa & Colossensem illũ, & Epaphroditũ cõmendat. Nã ut dixit, q ægrotarit usq; ad mortẽ, & deus eius misertus fuerit, subdit: nõ solum aũt eius, sed & mei, ut ne tristitiã super tristitiam haberẽ. Vbi clare demõstrat se habiturũ fuisse dolorẽ in morte discipuli. Cuius uirtutẽ alicubi oẽibus iterum detegit dicens: quod appropiauit usq; ad mortem, neglecta animę suę salute, ut impleat, qd̃ in uobis erga me deerat, ministerium. Quid illis fuerit beatius, quid aũt nobis miserius? Quãdoquidem illi sanguinẽ & animã pro præceptoribus præparati erant impendere. nos aũt neq; breue uerbum p communibus patrib. emittere audemus, cum audiamus eis maledici, & cõuitijs eos proscindi & blasphemari, & à suis & ab alienis. Nã maledicẽtes neq; compescimus, neq; reprehẽdimus, neq; prohibemus. Vtinam nõ ipsi primi accusatorũ simus. Sanè non tanta ab infidelibus conuitia et probra, quanta in principes ab his, q nobis iuncti religione uident̃, fidelibus, iaci uidebit aliq̃s. Vltra hic quærimus, unde hæc ignauia, et unde hic pietatis cõtemptus euenit, q sic hostiliter erga patres nostros sumus affecti? Nihil est quod ecclesiã dei ita destruere, et dissoluere potest: ut quando discipuli magistris, & patribus filij, & principib. subditi, non magno studio cohęrent. Diuina uoce, si quis fratrũ cupiã maledicit, à sacrarũ scripturarũ lectione excludit̃.
Vt quid em accipis, ait, testamentũ meum per os Psal.49
tuũ? & causa posita dicit: Sedens contra fratrem tuũ, obloqueris: et patrẽ accusans dignũ te putas qui diuina uestibula accedas? Quomodo hoc cõgruet? Nam si maledicẽtes patri uel matri, morte moriunt̃ iuxta legẽ: quali iudicio dignus eris, qui maledicere audes ei, q parentibus illis magis necessarius est, & melior? An nõ times, ne aperiat se terra, & totũ te absorbeat, uel fulmẽ supernè in te adigat̃, & maledicã illã linguam cõburat? Nõ audisti, qd passa sit Mosi soror, principi maledicẽs? Quomodo facta sit immũda, inciderit in lepram, summã sustinuerit ignominiã, fratre deum orante ueniã nõ obtinuerit: tametsi illaipsa esset, quæ sanctum illum olim expoſuerat, & pro eius educatione multa excogitauerat, ut eius mater in alumnã & nutricem assumeretur, & ne puellus in barbarico sinu enutriret̃: & ab initio tanta fecerat, ut fœminarũ dux fieret, sicut Moses uirorũ utpote omnes antecellens, uerè soror Mosis existens. Verum tamen cũ maledicit, nihil ei profuerunt hæc oẽia ad effugandã iram dei: sed nec Moses, qui tantum populũ, post recentem illam impietatẽ, precibus obtinuerat, pro sorore supplicãs & ueniã petens, placare deũ potuit, sed ab eo ualde increpat̃: quò discamus & nos, quantũ malũ sit, principibus maledicere, & aliorũ iudicare uitã. Etenim in die illo magno, non solũ de his quæ nos peccauimus, sed & de his ob quæ in alios sententiã tulimus, omnino iudicabit nos deus. Et quod sæpe natura leue peccatum est, hoc graue & incõdonabile fit, dum peccans aliũ iudicat. Fortè non satis claret, quod

dixinus:

dixímus: igit̃ clarius dicemus. Peccauit aliquis, & A
aliũ idẽ cõmittentẽ peccatũ cõdemnauit, is in die illo ualde amaro nõ eã pœnã luet, quã peccati natura exposcit, sed maiorẽ cẽ duplicẽ & triplicẽ: nõ propter id, q ipse peccauit, sed q aliũ iudicauit. Et ideo in eũ sententiã feret deus. Et q hoc uerũ sit, ex his quæ iã facta sunt & cõtigerũt, demõstrabo. Nã pharisæus, quãuis ipse nihil peccauerat, sed & iuste uixerat, & multa de se prædicare poterat: qa tamen publicanũ, ut raptorẽ, auarum, & iniquissimum cõdemnauit, iustificatus nõ est, & ad maiorem cẽ ille pœnã seruatus. Quòd si is, q nihil peccauit, & peccantẽ aliũ (q manifestus erat omnibus) uerbo breui cõdemnauit, tantum iacturæ fecit, & intãtum est punitus: q multũ quotidie peccant, alioruq; uitã cõdemnant, etiã ignotorũ, cogita quantã sustinebunt pœnã, quomodo oẽi uenia excí- B
Matth.7 dent? In quo em iudicio iudicatis, inquit, & uos iudicabimini. Propter hæc utiq; & supplico, & precor, & exhortor, ut ab hac mala cõsuetudine desistatis. Nihil em nocebimus sacerdotibus, quibus maledicimus, siue mẽtita, siue uera sint, quæ de eis dicimus. Quoniã & pharisæus publicano nil nocuit, sed ei profuit, licet uera de eo diceret. Cæterũ nobis ipsis mala extrema ipsi accersimus, sicut & pharisæus in seipsum gladium intrusit, & accepta plaga abijt. Vt igit̃ ne & nos idẽ patiamur, imperemus indomitæ linguę. Nã si tis, q publicano male dixit, pœnã nõ effugit, nos q patribus maledicere solemus, qua nos apologia tuebimur? Si Maria, quæ fratrẽ blasphemauit semel, tantã dedit pœnã: quæ fratrẽ blasphemauit semel, tantã dedit pœnã: C
cuius nobis salutis spes, cũ nos quotidie principes infinitis cõuitijs, ut aiunt, abluimus? An mihi hoc quis dicet, Ille Moses erat? Potero & ego dicere, Illa Maria erat. Cæterũ, ut & alia ratiõe hoc manifeste cognoscas, q nec si criminũ rei sint, illorũ tibi uitã iudicare fas sit, audi qd dicat de principib. Iudæorũ Christus: Super cathedrã Mosi sederunt Matth.23
scribæ et pharisęi: omnia igit̃ quęcũq; dixerint uobis, ut faciatis, facite: iuxta opera aũt eorũ ne facia tis. Quid illorũ uita erat peius, quorũ imitatio discipulos corrũpere poterat? Attamen neq; sic eos deposuit à dignitate, neq; subditis cõtẽptibiles fecit. Quòd si semel hanc potestatẽ arripuerint subditi, statim hi qui alios ordinant, à gradu & dignitate deturbari uidebunt̃. Eapropter Paulus cum
principẽ Iudæorũ notasset, ac dixisset: Percutiet D
te deus paries dealbate: & tu iudicans me, sedes? postq; alios audiuit sibi resistentes, & dicẽtes: Põtificẽ dei cõuitijs incessis? mõstrare uolens, quantum oportet sacerdotibus dei exhibere honorẽ, & reuerentiã: Nescieba, inquit, q pontifex esset. Propterea & Dauid, cum Saulem apprehendisset præuaricatorem, & spirantem homicidiũ, & multis pœnis dignum: non solum eius uitæ pepercit, sed neq; ut uerbũ asperum in eum iaceretur sustinuit, causamq; ponens dicit, Christus domini est.
1.Reg.24 Neq; hinc solũ, sed & aliunde uidere licet copiose, quomodo subditum procul à sacerdotũ correptione abesse oportet. Nam cum aliquando arca reduceretur, & subditorũ aliqui ad lapsum declinantem uidentes erigerent, eoipso in loco pœnã dederunt, & à domino percussi, mortui mãserunt, tametsi nihil agerẽt absurdum. Non em subuertebant, sed lapsurã erigebant. Et ut adhuc copiosioribus testimonijs sacerdotũ dignitatem discas, & quomodo non sit fas subditũ, & in ordine laicorũ existentem talia erigere: illos in media multitudine occidit, cæteros omnes hoc prodigio terrens, & persuadens, ne adyta sacerdotij accedant. Em uero, si quoties indigne aliqua à sacerdotibus fiunt, singuli ad corrigendum prosiliant: ad hoc ut sacerdotij dignitas honestetur, nunq; deerit corrigendi occasio, & confusis inter se omnibus, inter principem & subditũ nõ discernemus. Nemo hęc me dicere opinetur, quasi à sacerdotibus sim subornatus. Scitis ipsi cẽ sint mãsueti per gratiam dei, & neminem unq; ut scitis, offenderunt. Quod si B
& malos haberetis patres, & molestos magistros, neq; sic eis maledicere, uobis securũ, & abiq; graui periculo. De corporalibus enim parentibus dicit: Si sensu deficiant, ueniam da. Quid enim illis dabis, quale ipsi tibi? Multò magis in spiritualib. hæc lex obseruanda. Præterea uniuscuiusq; officium est, ut suam ipsius uitam diligenter cõsideret, Matth.7
ne uidelicet audiamus in die illo: Hypocrita, qd Luc.6
uides festucam in oculo fratris tui, in tuo autem oculo trabem non consideras? Etenim hypocritarum opus est, publice quidem & omnibus uidentibus, osculari manus sacerdotum, genua tangere, supplicare ut pro se orent, & baptizandos ad illorum ianuas deducere: domi aũtẽ & in conuentibus, tantorũ bonorũ autores & ministros multis abluere probris, uel opprobratores illorum ferre. Quòd si uere malus est pater, quomodo fidelẽ putas tam terribilium sacramentorũ ministrũ? Si autem fidelis tibi minister esse uidetur, quare fers alios ei maledicentes, & nõ concludis eorum ora, neq; stomacharis, neq; ægrefers, ut & mercedem accipias à deo, & laudem ab illis? Nam licet ualde illudant, oẽs tamen te laudabunt, & amplexabuntur ob egregiam in parentes curã: sicut si hoc non facitis, omnes uos cõdemnabunt, etiã illijpsi qui maledicũt. Ad hæc oẽia accedit illud multo grauius, quòd grauẽ illic dabimus pœnã. Quia nihil plane sic ostendit ecclesias atq; morbus ille: & sicut corpus neruorũ debita habitudine carẽs, multas gignit ægritudines, et uitam facit nõ diuturnã: ita ecclesia nõ circundata forti, & uehemẽter urgẽte catena, plurima parturit bella, irã dei auget, & multarũ tentationum est occasio. Ne igitur hęc cõtingant, néue deum exacerbemus, nostraq; augeamus mala, & pœnã certam indeclinabilemq; cõparemus, uitã hanc multis implẽtes doloribus, nostram ad bene loquendum linguam assuefacia mus: nostrã ipsorũ uitam singulis diebus diligenter scrutemur: aliorum aũt uitam, ei qui etiam incognita nouit, iudicandam relinquamus, ipsi nostra peccata interim iudicantes. Ita nobis gehẽnalem ignem licebit effugere. Nam sicut, qui in alienis curiosius explorãdis occupati sunt, suorũ peccatorũ nullam habent rationẽ: ita qui ab aliena ui

ta

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta discutienda abhorrent, magnã suorũ delictorũ habebunt curã: & quia sua cõsiderant mala, illaq; quotidie iudicãt, à seipsis expoſcentes pœnas mi-
1. Cor. 11 tem habituri sunt iudicem. Id quod Paulus declarãs dicebat: Nam si nosipsos iudicamus, non utiq; iudicabimur. Vt aũt hanc sententiã effugiamus, relictis omnibus aliis, magno studio uita & conscientia nostra exquirenda, puniendæ cogitationes ad peccãdũ irritãtes, subinde de factis nostris reddenda ratio. Sic poterimus facile à peccatorũ exonerari sarcina, multa uenia frui, præsentemq; simul uitam cum uoluptate trãsmittere, & assequi bona futura: gratia & misericordia &c.

DE LIBELLO REPVDII, IN DICTVM Pauli, Mulier alligata est legi, quanto tempore uixerit uir suus: si autem dormierit, libera est, cui uoluerit, tantum in domino. Beatior est, si sic manserit.

PRidem nobis beatus Paulus de coniugio cõiugisq; iustificationib. legẽ tulit, Corinthijs sic scribens ac dicẽs: De quibus aũt scripsistis mihi, Bonũ esse homini, mulierẽ nõ tãgere: propter fornicationẽ aũt, suã quisq; uxorẽ habeat, & suũ quæq; uirũ habeat. Eapropter & nos totũ sermonẽ in hoc insumebamus. Itaq; necesse est hodie de eodẽ argumẽto iterũ uobiscũ disserere, quã doquidẽ de eo dẽ etiã ipse Paulus disserit. Audiuistis eñ illũ clamantẽ, ac dicentẽ: Vxor alligata est legi, quoad uixerit uir illius: si aũt obdormierit uir illius, libera est, cui uoluerit nubat: beatior aũt est, si sic mãserit, iuxta meũ consiliũ, opinor aũt q & spiritũ dei habeã. Sequamur igit illũ & hodie, & de hac colloquamur materia. Sequentes eñ Paulũ, per hoc & Christũ ipsum sequemur, eo q et ille nõ semetipsũ, sed Christũ per omia sequẽs scripsit. Enimuero nõ est uulgaris res, cõiugiũ bene se habens: sicut etiã his q illo, nõ ut oportet, utunt, innumerorũ malorũ fit materia. Nã sicut mulier adiutrix est, ita sæpe & insidiatrix fit. Et sicut portus est coniugiũ, ita & sæpe naufragiũ parit: nõ iuxta suã naturã, sed iuxta sententiã eorũ, q illo malè utuntur. Etenim q iuxta cõgruas leges illud obseruat, domũ & uxorẽ suã, ut malorũ omniũ quæ uel in foro, uel alicubi obueniunt, cõsolatricẽ ac libera-
D tricẽ reperit. Qui aũt temere et uulgariter hãc rẽ aggredit, etiã si multa in foro & alibi trãquillitate fruat, ingressus in domũ scopulos & petras uidebit. Itaq; quoniã nõ de rebus uulgaribus nobis est periculũ, operępretiũ fuerit cũ diligentia dictis attendere, & uxorẽ ducturũ, iuxta Pauli, imò Christi leges agere. Sanè scimus, q multis nouũ & inexpectatũ uidebit quod dicimus: at propterea nõ silebo, sed primũ legẽ uobis legã, & dein legẽ quę cõtraria uidet soluere tẽtabo. Igit quænã est lex illa, quã nobis Paulus posuit? Mulier, inquit, non separet, uiuente uiro, neq; aliũ superinducat maritũ, neq; secundas nuptias habeat. Et uide quanta cũ diligentia uerborũ usus sit, ꝓprietate. Nõ enim dixit, cohabitet uiro, quoad uixerit uir illius: atq; adeò etiãsi libellũ repudij det, etiãsi domum relinquat, etiãsi ad alium abeat, legi astricta est, adulteraq; est talis. Quãdo igit uir eijcere uul uxorẽ, & uxor relinquere uirũ, huius memor sit dicti, et Paulũ putet esse præsentẽ, & persequi se clamando & dicendo: Mulier astricta est legi. Nã quẽadmodũ serui fugitiui etiãsi domũ herilẽ relinquãt, catenã secũ trahunt attrahentẽ: Ita et mulieres etiãsi uiros relinquant, legẽ habent ꝓ catena, se persequentẽ & adulterij accusantẽ, accusantẽ etiã recipientes, ac dicentẽ: Adhuc supereſt maritus, & adulteriũ facinus hoc est. Mulier eñ astricta est legi, quoad uixerit maritus illius. Et omnis q dimissam in uxorẽ acceperit, adulter fit. Quãdo igit licebit illi secundas nuptias cõtrahere? Quãdo? tunc ubi à catena liberata fuerit, quãdo uir morietur solũ. Hoc igitur declarans nõ addit: Quòd si mortuus fuerit
B uir illius, libera est, cui uoluerit ut nubat: sed, si aũt dormierit uir illius, quasi cõsolãs uiduã, & persuadẽs manere apud priorẽ, & nõ adiũgere secundũ maritũ. Nõ mortuus est, inqt, uir tuus, sed obdormiuit. Libera est, cui uoluerit ut nubat. Nõ dixit, Nubat, ut ne uideat uim facere et cogere: neq; phibuit uolentẽ secundas nuptias cõtrahere, neq; nolentẽ adhortatus est, sed legẽ legit, dicens: Libera est, cui uoluerit nubat. Liberãaũt illã post uiri mortẽ esse factã dicẽs, ostendit, ꝓ antea adhuc uiuẽte marito serua sit. Quæ aũt serua est, ac subdita legi, etiãsi millies libellũ repudij det, adulterij ligabit lege. Nã seruis quidẽ licet mutare dominos uiuentes: uxori aũt nõ licebit uiros cõmutare uiuentes,
C alioqui adulteriũ perpetrabunt. Ne mihi leges ab exteris cõditas legas, præcipiẽtes dari libellũ repudij, & diuelli. Neq; eñ iuxta illas iudicaturus est te deus in die illa qua uẽturus est, sed secundũ suas, ut ipse statuit. Etiã externæ leges, nõ simpliciter, nec absolute hoc posuerũt: nã & ipsæ puniunt factũ, & hinc liquet, ꝓ peccatũ ualde ægre tulerint. Vnde eã quæ autor fuerit repudij, nudã & spoliatã facultatibus eijciũt, ut unde fuerit dissolutionis occasio, etiã facultatũ sit iactura. Nunc puniũt, & idcirco hoc facientes, factũ illud nõ cõmendabãt. Matth. 5
Quid igit? Et Moses, aiunt, hoc fecit: & ille ꝓpter istã causam. Tu uero audi Christũ dicentẽ, Nisi ab
D undauerit iustitia uestra plus ẽ scribarũ & pharisæorũ, nequaq; intrabitis in regnũ cœlorũ. Audi illũ dicentẽ: Qui dimiserit uxorẽ suã, excepta causa stupri, facit illã adulterã fieri: & q dimissam in uxorẽ duxerit, adulter fit. Propter hoc uenit unigenitus filius dei: ꝓpter hoc serui formã assumpsit, propter hoc sãguinẽ effudit pretiosum, mortẽ destruxit, peccatũ extinxit, largioręs spũs gratiã dedit, ut ad maius sapientiæ studiũ induceret. Alias etiam nõ ita simpliciter legẽ hãc tulit, sed cũ cogeret se attẽperare eorũ quibus legẽ dabat infirmitati. Nam quoniã ad cædes prõpti erãt, & domus cognato replebãt sanguine, & neq; suis neq; alienis parcebãt, ne intus occiderent uxores, quæ ingratæ erant, præcepit foras mittẽdas, quò grauius malum, nempe homicidiorũ facilitas tolleret. Sanè ꝓ homicidæ quidã fuerint, audi ꝓphetas dicentes:

Mich. 3 Oſee. 4 Eſa. 59 tes: Aedificantes Sion in sanguinibus, & Hierusa-
A lem in iniustitijs: Et iterum: Sanguinem sanguini miscent. Et iterũ: Manus uestræ sanguinis plenæ. Et ꝓ nõ solũ cõtra alienos, sed etiã cõtra suos sæuierint, & ita manifestans Propheta dicebat: Sacrifi-
Psal. 105 cauerũt filios suos & filias suas dæmonijs. Qui aũt nõ parcebant liberis, utiq; nec uxoribus pepercisſent. Vnde ad hoc cõmodum illud permisit. Quapropter & Christus Iudæis rogantibus & dicen-
Matth. 19 tibus: Quomodo igit Moses permisit dare libellum repudij, ostendens, ꝓ nõ cõtrariam legẽ fert, sic alicubi dixit: Moses iuxta duritiã cordis uestri locutus est, ab initio aũt nõ erat sic: sed q fecit ab initio, masculũ et fœminã fecit illos. Si hoc fuisset, inquit, nõ unũ uirũ et unã mulierẽ feciſſet, sed uno Adã cõdito duas feciſſet mulieres, siquidẽ uoluiſſet unã q dem eijci, alterã uerò induci. Nunc uerò
B ipso formationis modo legẽ induxit, quã ego nũc scribo. Et quænã est illa? Hæc utiq;, Eã sibi quisq; uxorem seruet semper, quã initio sortitus est. Hæc lex antiquior, q̃ illa de libello repudij, & intantũ quantũ Adã ipso Mose. Et idcirco nunc nihil nouum sector, neq; peregrina affero decreta, sed ea quæ Mose antiquiora & priora fuere. Dignũ aũtẽ
Deut. 14 fuerit & Mosis legẽ illã quã de hac re posuit audire: Si quis, inquit, acceperit uxorẽ, & habitauerit cũ illa, & erit si nõ inuenerit gratiã corã illo, ꝙa inuenit in illa turpitudinis rẽ, scribet illi libellũ repudij, & det in manũ eius: imò nõ dixit, scribito et dato, sed q d? Scribet illi libellum repudij, & dabit in manus eius. Magnũ aũtẽ inter hoc & illud discrimen: nã dicere, Scribat illi libellũ repudij, et det in
C manus eius, iubentis ac imperãtis est. Dicere aũt, Scribet libellũ repudij, & dabit in manus eius, annuntiantis factũ, et nõ propriã legẽ introducentis est. Igit si quis dicat, Eijciat uxorẽ, & dimittat illã ex domo sua: & cum abierit, si fuerit alteri uiro, & odio illã habuerit etiã uir posterior, & scribet illi libellũ repudij, & dabit in manus suas & emittat illam ex domo sua: si mortuus fuerit illius uir, ꝙa accepit sibi illã uxorẽ, nõ poterit uir prior, q dimiserat illã redire, & accipere eã sibi in uxorẽ. Deinde mõstrans, ꝓ nõ dixit de facto: nõ eñ cõiugiũ esse putat, sed propter infirmitatẽ illorũ cõdescendit, dicẽs: Nõ poterit uir prior accipere illã sibi in uxo-
D rẽ, addidit, Postq̃ polluit illã: declarans per huius uerbi modũ, quod secundæ nuptiæ uiuente priore uiro, pollutio magis sit q̃ cõiugiũ: propter hoc nõ dixit, Postq̃ illã in uxorẽ duxerit. Vides ꝓ cõsona cũ Christo loquit, Deinde & causam apposuit, ꝓ abominatio sit corã deo. Et Moses q̃dẽ sic. Propheta autem Malachias multo manifestius, q̃
Mala. 1 Moses hoc demõstrat: Nunquid dignũ respicere ad sacrificiũ nostrum, uel recipere acceptabile de manib. nostris? Et cũ dixisset, cuius ergo? Vxorẽ adolescentiæ tuæ ne derelinquas. Postea ut ostendit quale sit malũ, & priuans omni uenia eũ q hoc fecit, in sequẽtibus accusationẽ intentat, sic dicẽs: Et ista socia tua, & uxor pacti tui, & reliquiæ spiritus tui, & nõ alius fecit. Vides quãtas apponit iustificationes, primũ ætatẽ, dicẽs: Vxor adolescen-

tiæ tuę. Deinde societatẽ uitę, dicens: Et ista socia tua. Postea modũ formationis, dicens: Reliquiæ spiritus tui. Nõ eñ de terra formata est, sicut Adã, sed de formati è terra latere, & hoc est quod dicit ἐγκατάλειμμα & reliquiæ spiritus tui. Ad hæc oñia, quod oñibus illis maius fuerit, accedit cõditoris dignitas. Hoc eñ est, quod nõ alius fecit. Non potes, inqt, dicere, quòd te quidẽ deus fecit, illam uerò non deus, sed alius quidã illo deterior. sed unus & idem utroscq; ut essent produxit: & ita quãuis nihil aliud, hoc saltẽ reuerĕtus charitatẽ erga illã custodi. Nam si sæpe hoc seruis mutuæ dilectionis causa fuit, quia ambo uni & eidẽ domino seruiũt: multo magis nobiscum hoc fieri cõuenit, quando eundem, & cõditorẽ, & opificẽ utriq; habeamus. Vidisti quomodo etiã in ueteri initia & proœmia ferè acceperint noųę philosophię præcepta. Nam ubi multo tempore in lege uersati essent, & ad cõsummatiora mãdata trãsire deberẽt, iamq; properaret ipsorũ politia, opportuno tẽpore ad eiusmodi sapientiã illos Propheta inducit. Credamus igitur bonę legi, & nos ab oñi cõfusione liberemus, neq; nostras eijciamus, neq; eiectas recipiamus. Nam qua facie uirum uxoris aspicies? quibus oculis amicos illius familiares? Nam si is qui mortui coniugis, cuius uxorem accepit, imaginem positam uiderit, afficit aliquo modo, & grauiter fert, si uiuẽtem maritũ uideat eius quæ sibi cohabitat, qualem uitã aget? quo pacto ingredietur domum? quo animo? quibus oculis? quomodo uidebit illius uxorem suam, imò neq; illius, neq; suam? lustẽ quis talem alloquereť, Adultera nullius est uxor. Fefellit pacta quæ cum illo habuit, & ad te cũ honestis legibus non uenit. Quantę igitur dementię fuerit, rem tot malis plenam in domum inducere? Non sunt enim tam raræ fœminę, ut super caput tuum tantã inducas perniciẽ. Quare cum multæ sint, quas potes pura cõscientia, & permittẽtibus legib. ducere, ad prohibitas currentes domus subuertimus, bella inter amicos excitamus, ac undiq; inimicitias nobis conciliamus: ad hæc innumeris accusatoribus ora aperientes, nostram uitam confundimus, & despectam facimus, & quod omnibus grauius est, ineuitabile iudiciũ in die illo nobis accumulamus. Quid eñ dicemus iudicaturo nos, quando legẽ in mediũ illatam legerit, dicẽs:
Matth. 5 Iussi repudiatã uxorẽ nõ ducere, dicens ꝓ adulterium cõmittatur. Quomodo igit ausus es ad prohibitas nuptias accedere? Quid dicemus, quid respõdebimus? Nunq; enim illic fas externas leges prætexere, sed necessariũ tacentes & ligatos in gehẽnę ignẽ immitti, cum adulteris & alienũ thorũ iniuria afficientibus. Nam quãdo dimiserit absq; causa stupri, quãdo eiectam uiuente uiro duxerit, cum eiecta illa punietur. Propter quod oro, obsecro et supplico, ne uiri mulieres eijciãt, neq; mulieres uiros relinquãt, sed audiant Paulum dicẽtem:
1. Cor. 7 Mulier astricta est legi quanto tẽpore uixerit uir eius. Si aũtẽ dormierit uir, libera erit cui uolet ut nubat tantum in dño. Qualẽ eñ habebunt ueniã, qui Paulo etiã secundas permittente nuptias post

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortẽ cõiugis,et tãtã cõcedẽte copiã,ante mortẽ audẽt talia facere? Quã assequẽt defensionẽ,uel illi q uiuẽtibus uiris uxores accipiũt, uel hi q uulgatissima scorta accedũt? Etẽ & illud est adulterij aliud genus, habere domi uxorẽ, & foris scortis iungi. Nã quẽadmodũ mulier habẽs uirũ, etiãsi famulo uel libero cuipiã uxorẽ nõ habẽti se exponat, adulterij legibus implicat: Sic & uir licet aduulgare scortũ,uel ad mulierẽ aliã,quamuis nõ habentẽ uirũ,ipse uxorẽ habẽs aberrarit, adulterij reus censebit. Fugiamus igit et hũc adulterij modũ. Quid em poterimus dicere,qd itẽ pretexere,q talia audemus, quã honestã excusationẽ adhibebimus? Naturæ concupiscentiã? sed assistit quidem uxor, & quæ semel obtigit, hac nos excusatione priuans. Idcirco nuptiæ inuectæ sunt,utne scorteris,imò non uxor sola,& multi alij, qui eandẽ quã nos habemus naturam cohibent, hac nos priuant uenia. Quando em conseruus tuus, idem habens corpus, eandem cõcupiscentiam possidens, eadẽ necessitate extimulatus,nullam uidet mulierẽ,sed manet sua sola contentus, qualem habebis excusationem,cõcupiscentiam prætexens? Et quid dico habentes uxores? Cogita mihi eos qui semper in uirginitate uixerunt,& contemptis nuptijs,magnam præ se tulerunt continentiam. Cum igitur alij ablatis nuptijs cõtinentes sint, quam tu assequeris ueniã cum nuptijs scortãs? Hęc & uiri & mulieres audiant, ac uiduæ ac nuptæ: omnibus em Paulus loquitur & lex illa, dicens: Mulier astricta est legi quanto tẽpore uixerit uir illius: si autem dormierit, libera est, cui uult ut nubat,tantũ in domino. Et habẽtibus uiros,& nõ habentibus, uiduis, et secundo nubentibus marito,et omnibus simpliciter sermo ille utilis est. Nam quę habet uirũ non uolet uiuente marito illo quærere alium, audiens q uiuẽte illo astricta sit. Quæ uerò libera, siquidẽ uoluerit secũdo nubere, nõ simpliciter neq; timere hoc faciat, sed cũ legibus quæ sunt à Paulo positæ: dicit em: Libera est, cui uult ut nubat, tantum in domino: hoc est, cum continentia & honestate. Sin uoluerit cum defuncto seruare fœdera, audiet repositas sibi coronas, maiorẽq; alacritatẽ capiet. Beatior em est, inquit, si sic mãserit. Vides quo pacto omnibus sermo ille utilis, & se ad illarũ humilitatẽ demittit, & istas suis laudib. non defraudat. Etenim q de nuptijs & uirginitate fecit, hoc & de prioribus & secũdis nuptijs: quẽadmodũ illic nõ excluſit nuptias, ut ne grauet infirmiores, neq; necessitatẽ imposuit, ut ne uolentes uirgines agere propositis coronis spoliaret: Sed demonstrauit quidẽ, quòd bonę sint nuptię: manifestauit autem q melior sit uirginitas: Ita & hic quoq; eosdẽ gradus ponit nobis, maiorẽ scilicet altero alterũ nempe uiduitatem: alterũ uerò inferiorem, nempe secũdas nuptias. Et illas ulterius, quãuis trãsilire uolens, ad certamen pręparãs, et infirmiores cadere non permittit: dicens, Beatior em est si sic manserit. Et ne pures humanã esse legem, audiens iuxta meum cõsiliũ subdit: Opinor autem quòd & ego spiritũ dei habeã. Nõ igit humanum cõsilium est uel præceptũ, sed gratiæ spiritus sententia ac diuina lex. Idcirco ne putemus q audiamus Paulum dum hæc dicit, sed spiritum sanctum qui hanc nobis legem condit. Quòd uerò dixit, Opinor, non quasi nescíens dicit, sed modeste agens & seipsum humilians. At quia beatiorẽ dixerat, & nõ adiecerat quomodo beatiorem, iustã demonstrationem dat hanc se à spiritu afferre sententiam: quod si uoles etiã rationibus exquirere, magnam demõstrationum copiã inuenies, & uidebis beatiorem esse uiduã: nõ solum in futuro seculo, sed etiã in præsente uita. Et istuc ipsum maximè uidit Paulus, id quod de uirginibus insinuauit, dicẽs: Admonens em & cõsulens eligendã esse uirginitatem, sic alibi dicebat: Opinor, q bonum sit homini sic esse propter instantem necessitatem. Et iterũ: Etiamsi nupserit uirgo, non peccauit. Virginem hic dicẽs non eam quæ renuntiauit, sed eam duntaxat quæ nondum coniugiũ experta est, et nõ factam obnoxiam perpetuæ uirginitatis promissione. Tribulationẽ autẽ in carne habebunt qui tales sunt: Ego aũt uobis parco. Vno enim & breui hoc uerbo reliquit cordato auditori, ut omia colligat & expendat, dolores partus, educationes puerorũ, curam, infirmitates, mortes intẽpestiuas, inimicitias, contentiões, innumeris seruire præceptis, alienis malis obnoxiam fieri, innumeras tristitias in una sua anima recipere. Ab omnibus illis malis liberatur, quæ cõtinentiã amplexatur, & cum liberatione à tot iniucũdis, etiã in futura uita magnã repositam habet mercedem. Hæc igitur omnia scientes, studeamus quidem primis nuptijs esse cõtenti. Si autem & ad secũdas aspiramus, fiat hoc decẽtissimo modo & habitu, nempe iuxta diuinas leges. Propter hoc em dixit: Libera est, cui uult ut nubat: & subdit, Tantum in domino: simul & licentiã excludens, & potestatẽ cõcedens, & potestati illi undiq; leges ac terminos ponens: uidelicet ne pollutos & corruptos uiros in domum introducat mulier, & stuprũ sectantes, sed cũ honestate & modestia, ac pietate omia in gloriã dei fiant. Quoniam em sæpius multæ mulieres prioribus uiris defunctis, adulterio prius commisso alios introducunt, aliæ etiã alias pessimas uias excogitarũt: propter hoc adiecit, Tantũ in domino, ut nihil horũ secundæ nuptiæ habeant: sic em à criminibus liberæ esse poterunt. Optimũ enim foret expectare defunctum, & seruare leges cũ illo initas, continentiãq; eligere, & manere cũ derelictis pueris maiorẽ dei beneuolentiã sic cõciliando. Et si quæ secũdo nubere marito uolet, cũ modestia ac honestate, & decentissimis legib. hoc faciat, quandoquidẽ & hoc permittit. Fornicatio autẽ sola & adulteriũ prohibentur. Hanc igitur fugiamus & cõiuges & cœlibes, nec cõfundamus uitã nostrã, uitamq; agamus ridiculam, neq; polluamus corpus, neq; malã conscientiã in mentẽ inducamus. Quomodo em post cõsuetudinem cum scortis in ecclesiam uenire poteris? quomodo manus quibus scortũ cõtrectasti in cœlũ extendere audebis? Quibus oculis intueberis amicos honestiores? Et quid dico amicos? etiamsi

etiamsi nullus cõscius sit, tu teipsum cogeris maximè omniũ rubore ac cõfusione perfundere, & maximè omniũ corpus propriũ abominari. Nam nisi hoc esset, quare ad balneũ post peccatũ illud curris? nónne quia omni luto immundiorẽ teipsum esse censes? Quã igitur maiorem immunditię tuæ probationẽ quæris, uel quã deum expectas sententiam daturũ, quãdo tu ipse negligens deum, talem de factis tuis sententiã tenes? Igitur q impuros se esse cẽsent, ualde laudo & approbo. Quòd autem non rectũ purificãdi modũ habẽt amputo, et propterea reprehendo. Nã si corporalis macula esset, uerisimile est q balneorũ purificationib. corpus ipsum ablueres, animã autẽ coinquinares. Talem quære purificationẽ, quæ illius maculam abluere poterit. Quod aũt est illius maculæ balneũ? Calidi lacrymarũ fontes, gemitus è profundo cordis ascẽdentes, cõpunctio perpetua, preces cõtinuæ, eleemosynæ, & eleemosynæ largæ, nõ ultra hæc opera attentare, cõdemnare quod factũ. Ita peccati natura abluit, ita expurgat animæ macula. Atq; adeo si hæc nõ fecerimus, etiãsi in omnes fluminũ fontes descenderimus, neq; parũ illius peccati depellere poterimus. Imò quod melius, ne attentemus hoc abominabile peccatũ. Si quis autem aliquando supplãtatus fuerit, hæc subsciat remedia, prius promittens non ultra in hæc prolapsurum. Sed si peccantes cõdemnauerimus quidẽ ea quæ iã fecimus: iterũ aũt eadem attentamus, nulla erit purificationis utilitas. Qui em abluit, et eodem luto iterũ inquinat: et qui demolitur iterũ quod ædificauit, & qui ædificat iterũ, ut destruat: nihil inde lucrifacit, q̃ quòd frustra laborat, & grumnosus est. Igit & nos ne in uanũ & frustra uitã insumamus, priora peccata expurgemus, & qd' reliquũ est uitæ in cõtinẽtia & honestate cęteris q̃ uirtutibus agamus, ut & deũ misericordẽ habẽtes regnũ cœlorum assequamur, cui sit gloria in secula.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO, in dictũ apostoli: Nolo uos ignorare fratres, quòd patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierunt.

NAVTAE eam maris partem magis amant, quæ frequentibus insulis & portubus diuisa est. Mare em ubi portu caret, etiamsi placidum sit, nauigãtibus multũ timorem incutit: ubi autem portus & littora undequaq; obuia fuerint, ibi ualde secure nauigatur, etiamsi mare tempestatibus sæuiat: facile tamen, & breui ab urgẽtibus malis liberari possunt, non longe absente refugio: & eapropter non solum quando prope portum nauigãt, sed & si multũ absint, ingentem ab aspectu consolationem accipiunt. Non enim uulgariter illorum animas reparare solent, etiã ea quæ procul uidẽt, uti uertices mõtium, exurgens fumus, & ouium greges in montibus pascentes. Verũ, ubi littus ingrediuntur, plena tunc perfruunt lætitia, tunc & laborem remittunt, & corpora mire exasperata, potabilib. oblectãt aquis: egressiq; in lit-

tus, & nudis per terram ambulantes corporibus, omne nauticũ tędiũ deponunt. Sicut aũt illi hanc potissimũ maris amplexant partem ob frequentes & cõtinuas refocillationes, sic & ego hãc anni partem præcipue amo. Non q liberati simus hyeme, neq; q æstate perfruimur, blande afflante zephyro: sed quia crebri nos excipiunt spirituales portus, festi, inquã, sanctorũ martyrum dies. Non enim portus tam idonei sunt ad refocillãdos nautas, quã recreent fideles sanctorũ solennijs. Nautas quidem littora liberant ab inundatione, multoq; impetu marinorũ fluctuũ: sanctorum aũt memoria fideles ad martyrũ festa confluentes, erigit à malignis spiritibus, immundisq; ac absurdis cogitationibus, magna animabus eorũ reddita tranquillitate. Et si quis uel ex publicis, uel ex priuatis negocijs mœrore obrutus aduenìat: statim omni eo deposito, & leuior, & placidior abit. Non unũ quidẽ deponens, neq; amplustra suspendens, sed dissoluẽs importabile & multiplex onus secularis tristitiæ, & muktã in anima sua lætitiam excipiẽs. Horũ omnium testes estis, qui beati Barlaam prę-mijs heri oblectati, & magna alacritate huc festinantes, abluistis seculariũ curarũ sudorẽ, iterumq; domũ leues auditis nostris sermonib. concessistis. Ecce & aliorũ martyrũ alia accedit festiuitas. Igitur ut ad illorũ portũ festinemus, age, nautas imitemur: & sicut illi nauigãtes pelagus cantant, cantu laborẽ mulcentes: sic & nos donec ad illorum portũ ueniamus, spirituales quosdã inter nos conferamus sermones: Beatũ Paulũ ducẽ eius colloquij habentes, quorsum ille iusserit, sequamur. Et quò nos sequi iubet? per eremum, & uiam miraculorũ quæ in eremo cõtigerunt. Audite em ipsum hodie clamãtem, & dicentẽ. Nolo enim uos ignorare fratres, q patres nostri omnes sub nube erant, & omes per Mosen baptizati sunt in nube & mari, & omes eandem escã spiritualẽ comederunt, & oẽs eundem potũ spiritualẽ biberũt. Biberunt em de spirituali, quæ illos comitabat, petra: petra uero fuit Christus. Sed plures illorũ nõ approbauit deus, prostrati em sunt in deserto: hæc autẽ figuræ nostri fuere. Ne nos simus cõcupiscẽtes rerum malarũ, quemadmodum et illi cupierũt. Neq; simulachrorũ sitis cultores, sicut quidã illorũ. Quemadmodum scriptũ est: Sedit populus ut ederet & biberet, & surrexerunt ad ludẽdum. Neq; stupris inquinemur, sicut quidã illorũ stupris polluti sunt & cõciderunt uno die uiginti duo milia. Neq; tentemus Christum, sicut quidam illorum tentauerunt, & à serpentibus extincti sunt. Neq; murmuremus, sicut & quidã illorũ murmurauerunt, & extincti sunt ab exterminatore.] Videntur quidem hæc quæ dicta sunt manifesta, diligenter tamen attendentibus, dubitationem adferunt haud uulgarem. etenim primũ interrogatur quare ueteris historiæ meminit, & qua cõsequentia, cũ de his disputarit quæ idolis sint immolata, in hanc narrationem incidit, afferens in mediũ quę in eremo contigerunt. Non simpliciter neq; fortuito beatus ille loquit, sed magna conuenientia & proportione,

Num. 9
Exo. 13. 14

Exo. 32

Universidad de Deusto
Biblioteca

quę dicta eius obseruat, cohærere uidet undique.
Quare ergo, et unde in hãc incidit historiã? Increpabat eos qui temere et non requisiti ad idola ingrediũt, pollutã comedentes mensam, et tangẽtes idolothyta. Et eũ ostendisset q̃ duplex damnũ illi inde sustinerent: nam & infirmiores offendebant, & ipsi dæmoniorũ participes erãt, & cũ per prædicta satis spiritus eorũ humiliasset & docuisset, ostendit fidelẽ spectare non solũ quæ sua sunt debere, sed & quæ multorũ: uolensq̃ ipsis timorẽ incutere, ueterẽ historiã eis recenset. siquidẽ & illi magna de se sentiebãt, quasi fideles & ab errore liberati, et scientiã assecuti, & ineffabiliũ sacramẽtorũ participes facti, necnon & ad regnũ cœlorũ uocati. Volens ergo declarare, q̃ illorum nulla sit utilitas, nisi adsit & uita tãtæ gratiæ respõdens, ex ueteri historia ipsos erudit. Insuper etiã hoc multi plicẽ in se quęstionẽ cõplectit. Cur nõ potius per uerba Christi in euãgelio posita cũ ipsis disputat? Cur nõ meminit gehẽnæ, & externarũ tenebrarũ, & uenenati uermis, & perpetuorũ uinculorũ, & ignis præparati diabolo, & stridoris dentiũ, et aliorũ indicibiliũ suppliciorũ? terrere eũ uolens, hoc facere debebat, nõ ab ijs quæ in eremo cõtigerũt. Nã illi licet puniti sint, mitius tamẽ & tẽporaliter, & uno tantum die: isti aũt immortalibus & multo grauioribus supplicijs. Quare ergo nõ inde ipsos terruit, neq; uerbũ Christi recẽsuit? Poterat eũ dicere ad læsos: Nolim uos ignorare fratres, quales Christus posuit leges aduersus eos, q̃ fidẽ q̃dẽ habent, uitã aũt optimã nõ præ se ferunt. Etenim homines q̃ miracula operati sunt, & futura prędixerũt, regno cœlorũ ejiciebat, dicẽs: Multi dicẽt mihi in
Matth. 7 die ipsa. Domine dñe, nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo, prophetauimus, & uirtutes multas fecimus? & tũc cõfitebor ipsis: Discedite à me, nõ noui uos q̃ operamini iniquita
Ibid. 25 tẽ. Et uirgines qdem nõ propter fidem & dogma, sed propter peruersam uitã, & immisericordiã, & crudelitatẽ arguit, et thalamo exclusit: & eum qui indutus erat sordido amiculo, propterea uinctũ eiecit non quia nõ habebat recta dogmata, sed quia uitam sordidã & impurã. Et quare iussit in ignem intrudi diabolo præparatum? Non ideo eò misit, quia fide exciderãt, sed quia nullius miserti erant. Horũ omnium et talium memoriã potuit facere, et dicere: Nõ uolo uos ignorare fratres, quod illi omẽs et baptismum assecuti sunt, et participes sanctorum facti, et cõmunicarunt mysterijs, et fidem multã ostenderunt, et perfectã habuerunt sciẽtiã: sed quia uitã filij cõsonam non egerunt, regno eiecti, et igni traditi sunt. Quare igitur hæc nõ dixit? sed omissis istis omnibus, sic fermè ait: Nolo autẽ uos ignorare fratres, q̃ patres nostri omẽs sub nube fuerunt: et cõmemoratis Mosaicis, obtieuit ea quæ sub gratia dicunt. Nõ simpliciter, neq; absq; ratiõe hoc facit: magna em prædítus erat sapientia. Sed quidnã ait, et propter qd? Volebat ostendere, idem duobus illis testamẽtis tradi, & magnã cognationẽ Veteris & Noui testamẽti. Quandoquidem multi sunt homines, qui gehennã esse nõ credunt, & neq; esse suppliciũ: sed deũ simpliciter minari uerẽ immortalẽ & ignẽ inextinguibilẽ, & tenebras externas incutiendę formidinis et eruditionis causa: sed nõ possunt fidem præteritis abnegare. Nam quæ facta sunt, quo pacto posset qs dicere nõ fuisse facta? Nam his quidem quæ nondum apparuerunt, neq; in opus processerunt, multi fidem non habent: ijs autem quæ facta sunt, etiã qui ualde incorrigibilis, & reprobę mentis, neq; si uellet, poterit non credere, eo quòd ualde cõfessa sint, & finẽ sortita, eorumq; multæ supersint reliquiæ. Vult igitur eos nõ uacillare in fide, iusto dei iudicio, quali diceret: si putas nõ esse gehennam, neq; pœnã et supplicium, sed deum ita simpliciter esse minatum, animo repete quę pręterita sunt, & futura crede. Nam si idem est deus, qui & prius & quæ nunc sunt gubernat, & tam ea quæ ad ueterẽ legem, q̃ ea quæ ad gratiam pertinent: cum igitur idem sit, qua ratione cõstabit, illos quidẽ peccantes puniri, uos uero hęc et multo grauiora illis admittẽtes impunes relinqui? Rogo igitur, fornicatine sunt Iudæi & puniti? Obmurmurauerunt, & puniti sunt, necessarium omnino fuerit confiteri. Quomodo igit animaduertet in illos, te autem eadem cõmittentem despiciet? nõ est rationi consonum. Sed non dedisti hic pœnã. Propterea magis crede gehennã esse & suppliciũ, quia pœnam hic non dedisti. Nam si in futurã uitam nõ esset supplicíũ repositũ, nequaq̃ impunitus mãsisses, qui ausus eadem es quæ priores illi. Tu ergo si reprehendis lasciuũ aliquẽ et dissolutum, multeq; intemperantiæ, & dicit ad te q̃ & sint fabulæ, & nõ sit supplicíũ neq; gehẽna, sed solũ deus terrere uoluerit: dic ad ipsum, si non credis futura, quoniam nõ apparẽt neq; euenerunt, neq; ante oculos nostros sita sint, nõ tamẽ possibile est fidẽ abnegare ijs quæ facta sunt, & quæ finẽ sortita. Cogita Sodomã &
Gen. 19 Gomorrhã, regio illa propter nullum aliud peccatum tantum luit supplicium, q̃ q̃ illius ciues illicitos induxere coitus & illicitos amores, & leges naturæ radicitus subuertẽre. Qua igit ratione cõstabit deum, qui nunc idem est, qualis tunc erat: illos quidem cum peccarãt, absq; omi uenia punijsse: te autẽ q̃ post illos peccasti, tanto maiori supplicio dignũ, quãto maiorem sortitus es gratiam, & emendatus illorũ supplicijs nihil profecisti, impunitum relinquere. Et propterea Paulus nihil iam de gehẽna dicit, quia multis futura parum credita sunt, ab ijs quæ iam cõtigerunt, & de quibus sufficienti fide instructi sunt, ipsos erudire uult. Iam licet futura sint terribiliora, imperfectis tamẽ hominibus prętérita magis credibilia sunt, unde & ipsa futuris magis terrere solent: propterea & hic eis disserit ea, quæ nec ualde impudẽs inficiari, uel discredere possit. Insuper & Marcioni, & omnibus qui eodem laborant morbo, tẽpestiuã plagam infert. Nã si nõ est idem deus Veteris & Nouæ, qui & tunc legẽ statuit, & hæc facturus est, superfluè mihi narras hæc ô Paule, & nullũ timorẽ auditoribus infers. Potest enim auditor dicere, quid si alius est ille deus, & alius iste: nõ omnino iste iudicat iuxta

xta illius sentẽtiã, neq; eadẽ seruabit leges. Quid em si deo Veteris legis uisum est omẽs punire, & afficere supplicijs? qd terres? quas laruas profers? Aliũ habeo dominũ me iudicaturũ, ita ut si alius sit deus Veteris, alius Nouæ legis, Paulus omino secus q̃ uolebat, fecerit. Nõ em solũ nõ terruit audientẽ, sed omni timore & angustia liberauit: qd certè nullus hominũ fecit, quãuis ille insipiẽs. Minus ergo Paulus tãta repletus sapientia ita docet. Vnde manifestũ q̃ unus & idẽ deus sit, qui & Iudæos in eremo prostrauit, & peccatores puniturus est, alioq; nõ idem et sibi cõstans esset. Iterum em idem dicã, per ea quæ olim ab eo facta sunt, & nos de futuris terret, quãdoquidẽ idem est. Expectationẽ supplicij tam certã, cui cõtradici non potest, induxit, mõstrans q̃ reuerẽtia & timore opus sit. Nam q̃ patres puniuit peccãtes, nobis nõ parcet eadem cõmittentibus. Dignũ porrò est, ut redeamus ad principiũ narrationis, & reliqua perscrutemur omni adhibita diligentia. Nolo aũt uos ignorare fratres. Discipulos fratres uocauit, nõ à dignitate, sed charitate hoc eos appellãs nomine: sciebat em, & planè sciebat nihil charitati cõferendum, et summum dignitatis genus charitatẽ. Hoc nunc nos quoq; primũ imitemur, etiãsi ualde nobis inferiores sint aliq̃, ipsos ministerij nominibus appellemus: nõ solũ liberos, sed & seruos: nõ solũ diuites, sed & pauperes. Nã & Paulus non solum
Corinthiorũ diuites liberos, illustres, & nobiles, sed etiã priuatos & famulos, & omnes indiscrimi-
Gal. 3 natim hac appellatione honorauit. In Christo em Iesu neq; seruus, neq; liber, neq; Barbarus, neque Scytha, neq; sapiẽs, neq; insipiẽs, sed omnis secularis dignitatis inæqualitas sublata est. Et quid mirũ si Paulus cõseruos sic uocauit, cum & dominus
Psal. 21 Heb. 2 ipse sic uocarit nostrã naturã, dicẽs: Annuntiabo nomẽ tuũ fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te? Non solũ aũt uocauit nos fratres, sed & ipse fieri frater uoluit, & factus est humana carne induta, naturæ particeps: quæ utiq; et ipse Paulus admirans, dicebat: Non angelos apprehendit deus, sed
Ibidem. semen Abrahæ apprehendit, unde per omnia debuit fratrib. adsimilari: & iterũ: Quia pueros participes fecit carnis & sanguinis, & uerisimile est et ipsum horum fuisse participẽ. Hæc omnia cũ audimus, omnẽ arrogantiã, & fastũ, & stultitiã exanima nostra expellamus, studioq; multo id rectè faciamus, familiaribus nominib. & honorẽ habentibus fratres uocantes: quod, licet tenue opus uideat, attamen magnorũ bonorũ causa est: sicut & multas sæpenumero lites & cõtentiones fecit, omissum. Neq; hoc solũ, sed & cætera uerba diligẽter exquirenda sunt: nõ em solũ posita sunt. Nã cũ dixit, Nolui uos ignorare fratres: adiecit, Patres nostri omẽs: nõ dixit Iudæi, neq; hi q̃ Aegyptum exierũt, sed quid? patres nostri oẽs, quò modestiã suam indicans, suam cum illis cognationem nõ erubescat, tametsi superior illis esset. Et sermõe hoc cõpescit iterũ impudentem linguam, calumniantium ueterẽ legẽ. nam si illa aduersaret, neq; celeberrimorum nominũ fuisset memor, quæ tunc in

uniuersum coargui potuissent. Omnes. Nõ simpliciter dixit, oẽs, neq; obiter, sed ualde sapienter. Nã nõ semel dixit, sed & secundo & tertio, & sæpius, ut discas haud temere adiectũ. Dixit em: Patres nostri oẽs sub nube fuerunt, & oẽs per mare transierunt, & oẽs in Mosen baptizati sunt, & oẽs eundem potum spiritualem biberunt. Audisti q̃ sæpius, oẽs, posuit: quod nequaq̃ fecisset, nisi magnũ quiddam, & admirabile sacramentum significare uoluisset. Nam si potuisset simpliciter, sufficiebat id semel dici, & postea obticeri, ac si diceret, Patres nostri oẽs sub nube fuerunt, & mare transierunt, & in Mosen baptizati sunt, & eundem spiritualem cibum comederunt, & eundem potum spiritualem biberũt. Verum nõ sic dixit, sed in singulis adiecit oẽs: sic nobis aperiendo suæ sententiæ ianuã, quò sua consp iceret prudentia. Nam cuius gratia continuò eius uerbi meminit, nisi ut ostendat magnã esse Veteris ad nouam legem cognationẽ: & quod illa istorũ figura fuerunt, & umbra futurorũ: & primo quod hoc æqualitatẽ indicet? Volens enim declarare, q̃ sicut in ecclesia non est discrimẽ serui & liberi, neq; ciuis & aduenæ, neq; senis & adolescentis, neq; insipientis, & sapientis, neq; priuati & principis, neq; mulieris et uiri: sed omnis ætas, omnis dignitas, & unaquæq; natura æqualiter in baptisteriũ descẽdit, etiã rex et pauper eadẽ purificatiõe utunt: id quod maximũ nostræ
præsertim nobilitatis est argumentũ. Nam similiter et mendicus et purpurã gestans ad mysteria admittunt, neq; in sacramentis maior istius, q̃ illius est respectus. Sic et in Veteri cõuenienter, Omẽs, posuit. Neq; em dicere potes, q̃ Moses per aridã, Iudæi per mare transierunt: neq; q̃ abundãtes per unã, & indigi per aliã uiã: neq; mulieres sub sereno, uiri sub nube fuerint: sed & sub mari omẽs, & sub nube oẽs, & in Mosen omẽs. Nam transitus ille futuri baptismi typus erat: oportebat igitur primũ figurã illam bene omnia figurare, quod omẽs ipsam tenerẽt, sicut & hic oẽs ex æquo participes sunt. Et quomodo ipse ait illud figuram præsentium? Si didiceris primũ quid sit figura, & quid ueritas, tunc & huius tibi ratiões reddemus. Quid igitur est umbra, & quid ueritas? Age, similitudinem ab imaginib. sumamus, quas pictores pingũt. Vidisti sæpe imaginẽ regiã ueneto colore coloratã, deinde pictorẽ circũducere candidas lineas, et facere regẽ & seruũ regium, & equos circumstãtes, & lancearios, & uinctos hostes, & subditos: & cũ hæc uides delineata & adumbrata, neq; scis totũ, neq; ignoras totũ: sed q̃d homo pingit, & equus, obscure cognoscis: qualis aũt sit rex, & qualis hostis, nõ ualde perspicue cognoscis, donec colorũ ueritas adueniens, certiorẽ reddat uisum. Sicut igitur in hac imagine nõ exigis totũ ante ueritatem colorũ: sed etsi obscurã quandã accipias cognitionem eorũ quę fiunt, satis tamen picturã absolutã putas: Sic & de Veteri & Nouo senti, ut nõ omnẽ ueritatis diligentiã in typo exqras. Et poterimus te docere, quõ Vetus ad Nouum testamẽtum habeat cognationẽ: & ille transitus ad nostrũ bapti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſma. Nam ibi aqua, & hic aqua: lauacrũ hic & ibi pelagus. Omnes hic in aquã ingrediunt, & ibi omnes. Iuxta hoc ſimilitudo eſt. Poſtea uis cognoſcere colorũ ueritatẽ, ibi quidem liberati ſunt ex Ægypto per mare, hic autẽ ab idololatria. Et ibi quidẽ Pharao ſubmerſus eſt, hic autẽ diabolus: ibi Ægyptij ſubmerſi, hic autẽ uetus homo peccatis defodit. Et uide cognationẽ figuræ ad ueritatẽ, & ueritatis excellentiã. Neq; em̃ omnino alienũ oportet eſſe typũ à ueritate, alioquí nõ eſſet typus: neq; omnino adæquari ueritati, ꝙa alioqui & ueritas ipſa foret: ſed oportet manere in ſuo modo, & neq; cõprehendere omnẽ ueritatẽ, neq; omni ueritate deſtitui. Nã ſi totum cõtingat, iterũ ipſa eſt ueritas: ſi aũt à toto deſtituat, & nulla ſit ſimilitudo, cõſequẽter nõ poterit eſſe figura. Sed oportet ut partẽ qdem teneat, partem aũt ueritatis reſeruet. Igit̃ ne in ueteri totum à me requiras, etiã ſi parua quædã & obſcura accipis ænigmata, boni hoc cõſulas. Vbi igit̃ eſt affinitas figuræ ad ueritatẽ? omnes ibi, & hic omnes: per aquã ſunt ibi, & hic per aquam: à ſeruitute liberati ſunt illi, et nos à ſeruitute liberati ſumus: ſed non ab eadem oẽs. Nam illi quidẽ à ſeruitute Ægyptiorũ, nos uero à ſeruitute dæmonũ: illi quidẽ a ſeruitute Barbarorũ, nos uero à ſeruitute peccati. Ad libertatẽ uenerũt illi, et nos: ſed nõ ad eandem. Nam nos ad multo clariorẽ. Quòd ſi maiora ſunt noſtra, et illis excellentiora, ne mouearis: hoc em̃ à ueritate eſt: ꝙ ſit aliqua excellentia, ſed nõ pugna uel diuerſitas cum figura. Quid autẽ eſt, Omnes in Moſen baptizati ſunt? et fortè manifeſtũ eſt ꝙd dicit: tentabimus tamen id notius reddere. Mare ante oculos tũc effuſum erat, et præceptũ illis, ut trãſirent per aridã et admirabilem quandã uiam, quã nullus hominum unquã tranſiuerat. Cum credidiſſent Moſi, ipſum habentes ducẽ itineris, fidenter aquas tranſierunt: hoc et in Chriſto effectũ eſt. Nam ubi nos eduxit ab errore, et liberauit ab idololatria, ad regnũ inducẽs, ipſe primus hanc uiã ire cœpit, quoniã primus in cœlos aſcendit. Sicut igit̃ illi Moſi credidere, et iter audacter ſuſcepere: ſic et nos in Chriſto cõfidimus, et audacter hanc peregrinationẽ perficimus. Et hoc ꝙ in Moſe baptizati ſũt, manifeſtũ ex hiſtoria eſt. Non em̃ in nomine Moſis baptizati ſunt. Cum aũt nos nõ ſolũ ſortiti ſumus ducẽ Ieſum, ſed in nomine eius baptizati ſumus, et illi in nomine Moſis nõ ſunt baptizati, ne etiã hic turberis: dixi em̃ ꝙ oportet ueritatẽ habere excellentiã quandã ſupra figurã. Vidiſti de baptiſmate quæ figura, et quæ ueritas? Agè, oſtendã tibi et menſas, et ſacramentorũ cõmunionẽ ibi delineari, ſi non iterũ petis à me totũ, ſed ſic reqris quæ facta ſunt, ſicut par eſt in adumbratiõe et figuris uidere. Igitur ꝙa dixit de mari, et de nube, & de Moſe: adiecit præterea, Et oẽs eundẽ ſpiritualem cibũ comederunt. Sicut tu, inqt, à lauacro aquarũ aſcendens, ad menſam uenẽre nouã & admirabilẽ: de manna loquor. Et iterũ, ſicut tu admirabilem habes potũ, ſalutarẽ ſanguinẽ: ſic & illi admirabilẽ habuerũt poculi naturã. Non em̃ inuenerunt fontes, & amnes manãtes, ſed à dura & inaquoſa petra multam fluminũ largitatẽ acceperũt: propter hoc et ſpiritualem uocauit. Nõ ꝙ natura talis eſſet, ſed ꝙ hoc modo ſuppeditabant. Nõ em̃ ſecundum naturæ conuenientiam ipſis dabat, ſed ſecũdum operationẽ dei ipſos ducentis. Vnde & cũ hoc corrigeret, ita dicebat. Igit̃ quia dixit: Oẽs eundem potum ſpiritualem biberunt: aqua autem erat quæ bibebatur: uolens oſtendere ꝙ propter hoc ſpirituale dixit, nõ ob naturam aquæ, ſed ob modum quo ſuppeditabat illis, adiecit: Bibebant em̃ de ſpirituali eos cõſequente petra, petra autem erat Chriſtus. Nõ, inquit, natura lapidis, ſed efficax uirtus dei fontes illos ſcaturire faciebat. Et hic Pauli Samoſateni hæreſim radicitus euellit. Si enim Chriſtus illa omnia operabat, quomodo ipſum tunc primum cœpiſſe dicunt, quando ex Maria natus eſt? Cum em̃ ea quæ in eremo contigerunt, multo tempore ante Mariam facta ſunt: & Chriſtus, iuxta Pauli uocem, hæc omnia fecit: neceſſe & ante hunc partũ & parturitionem ipſum eſſe. Non enim qui nulli bi erat, has fuiſſet operatus tam admirabiles atq; raras res. Sicut autẽ dixit, ꝙ omnes per mare tranſierunt: ſic nobilitatem eccleſię præfigurauit, cum dixit: Eundem ſpiritualem cibũ comederũt. Hoc idem rurſus inſinuauit: ſic em̃ in eccleſia nõ aliud quidem corpus diues, aliud uero pauper: neq; aliũ quidem ſanguinem ille, aliũ aũt iſte. Sic et tunc nõ aliud quidem accipiebat diues manna, aliud uero pauper: neq; alterius fontis iſte particeps erat, alterius uero indigentioris ille. Sed ſicut nunc eadem menſa & idem poculum, eadem & educatio omnibus qui huc ingrediuntur, proponitur: ſic & tunc idem manna & idẽ fons omnib. proferebat. Et hoc utiq; mirabile & rarum. Tentauerunt tunc aliqui per tẽpus illud pluſcq; opus fuerat colligere & nullũ auaritiæ ſuæ fructũ accipiebant: & quandiu æqualitatem colebãt, mãſit manna quod manna erat: poſtcq; autem auari plus habere deſiderauerunt, auaritia mutauit manna in uermem, quanuis hoc nõ cum detrimento aliorũ faciebant. Non em̃ rapiebãt ex alimento proximi, cum plus colligerent: attamen cũ plus deſiderarent, cõdemnati ſunt. Nam tametſi neminem alium iniuria affecerunt, tamen ſibijpſis maxime nocuere, hoc colligendi modo auaritiæ ſtudẽtes. Atq; ſic ſimul erat cibus, & diuinæ agnitiõis inſtructio: ſimul & paſcebat corpora, & erudiebat animam. Neq; paſcebat ſolum, ſed à laboríb. liberabat. Nõ em̃ opus erat iungere boues, neq; trahere aratrũ, neq; ſulcos ſecare, neq; ad annum expectare: ſed menſam habebant ſubito appoſitã, ſemper recentem et quotidie nouã, rebuscq; ipſis diſcebant euangelicũ illud præceptũ, Nõ debere eſſe ſolicitum in craſtinum. *Matth. 4* Nulla em̃ utilitas ipſis ab hac ſolicitudine proueniebat. Nam q plus colligebat, corrumpebatur, et peribat, & auaritiæ argumentũ ſolum dabat. Inſuper ne putarent illum hymbrẽ iuxta naturæ conſuetudinem eſſe, nihil talium in die ſabbati fiebat, deo duo illa ipſos docente, ꝙ priorib. diebus ipſe mirabilem & priorem pluuiam operabatur: & ꝙ per diem illum abſtinebat, ut inuiti etiã diſcerent illo die feriari. Non in cibis autem ſolum, ſed et in indumentis, & calceamentis, & alijs omnibus rebus ipſis uidere licebat mandata apoſtolis ipſis præcepta. Nam neq; propriã habebant menſam, neq; ueſtem ſecundã, neq; calceos, deo ſic diſpenſante. Vide quanta ueteris ad nouã affinitas? Sicut em̃ poſtea Chriſtus apoſtolos inſtruxit, quantũ ad neceſſaria, ſic & illis quidẽ uitæ modus adaptatus eſt, & omis creatura ad miniſteriũ illorum præparata erat. Et cuius gratia hæc facta ſunt, dicit. Concluſurus illos erat in unũ orbis locũ, & iuſſurus ut ſibi illic perpetuo miniſtrarẽt, & neq; tẽplum, neq; altare alicubi aliud fundarent: ſed oblationes & ſacrificia ſua illuc ferrent, & ferias celebrarent, & legerent legẽ, & oẽs alios ſanctificationis illius ritus perficerent. Ne igit̃ ſeparato miniſterij ritu, prouidentiam ſuam illuc cõcludi putarent, quaſi unius regionis deus eſſet, prius ſuam uirtutẽ in aliena regione declarauit: in Ægypto, in eremo, ubi nullus miniſtrabat, ubi nullus adorabat: & creatura planè diuerſis rebus ſeruiebat, quibus probabat ſuam potentiã qua primum cõdidit orbem, & ita incredulos arguebat. Nam mare alios ſubmergebat, alios ſaluabat: & aer nunc pluebat grandinem, & perdebat Barbaros: nunc deferebat mãna, & ludæos paſcebat. At terra nũc culices ad puniendũ hoſtes, nũc coturnices in ſalutem eorũ proferebat: & illis in die tenebræ, his in nocte lux erat. Et Ægyptij Nilum habentes prope fluentẽ, ſiti & ſiccitate peribant: hi autẽ in terra arida & ſicca exercitũ ducẽtes, multa aquarum copia fruebãtur. Et aduerſus illos ranæ pugnabant, hos aũt neq; gigantes cõprehendere potuerũt. Sed cuius gratia horum memoriam affert beatus Paulus? Ob cauſam quã principio uobis dixi, ut diſcas quòd neq; baptiſma, neq; peccatorum remiſſio, neq; ſcientia, neq; ſacramentorum cõmunio, neq; ſacra menſa, neq; fruitio corporis, neq; participatio ſanguinis, neq; aliquid horum prodeſſe nobis poterit, niſi uitam rectã, & admirabilẽ, & oñi peccato liberã habeamus. Propter hæc enim meminit recenſens figuram baptiſmatis in mari & nube. Et figuram ſacramentorum in manna & petra præfigurauit in ueteri. Et cum dixit, quòd omnes eundem cibum ſpiritualem comederunt & eundem potum ſpiritualẽ biberunt, adiecit dicens: Sed plures illorum non approbauit deus. *1. Cor. 10* Poſt hæc & talia miracula ait: Non dilexit ipſos deus. Sed cur, pſtrati ſunt in deſerto? Cuius gratia hæc nobis dicis ò Paule? Hæ figuræ noſtri cauſa factæ ſunt, ut neq; nos fiamus concupiſcẽtes rerum malarũ, ſicut & illi cõcupierũt: neq; idololatræ fiamus, ſicut aliqui horũ, ut ſcriptũ eſt: *Exod. 32* Sedit populus ut ederet & biberet, ſurrexeruntq; ad ludendum. Vide Pauli prudentiã. Dixit peccatum, dixit cauſam peccati, dixit pœnam peccato debitã: per ea nos erudiẽs, ut illorũ fugiamus mores, non imitando. Cauſa peccati, gula. Sedit em̃, ait, populus ut ederet & biberet. Peccatũ ipſum, ludus: deinde pœna, proſtratio in deſerto. Iterum ait, Ne ſcortemur quemadmodũ illorum quidam ſcortati ſunt. Ibi ſcortatiõis cauſam nõ poſuit, ſed pœnã. Qualem aũt? Ceciderunt in die una uiginti tria milia. Quare aũt nõ poſuit occaſionẽ unde orta ſcortatio? Studioſis hoc reliquit, ut hiſtoriã inquirerent, & inde eius radicẽ diſcerent. Ille optimus medicandi modus, dicere unde naſcantur morbi, & uulneribus remedia adhibere. Ob hoc ait: Hæc aũt omnia figuratiuè cõtigerunt illis, ſcripta aũt ſunt ad noſtrã admonitionẽ, atq; adeo qui illa fecit, & reprobos tũc puniuit, idẽ & nunc nos admonet. Non em̃ uerbis ſolũ, ſed etiã operib. ipſis, qui ſcilicet maximus admonitiõis eſt modus. Vide quõ eum qui in ueteri hæc fecit, magiſtrum his quæ in gratia inſtituit, demõſtrans ꝙ unus eſt & idẽ q & illa fecit, & qui hæc per ipſum loquit̃. Nam ſi alius eſſet, non uocaſſet illa iſtorũ figuras, neq; dixiſſet ipſa in noſtri admonitionẽ ſcripta, neq; magiſtrũ nobis inſtituiſſet, quem non putaſſet eſſe deum: neq; nos per ea quæ ab illo tunc facta ſunt nos terruiſſet, quaſi in illius manus olim caſuros. Nunc aũt quia monſtrauit, quòd in illius manus iterum ſumus caſuri: & quòd uterq; populus & ille & hic illius legibus regantur, meminit omnium illorum & dixit, quod ad noſtri admonitionem ſcripta ſunt. Igitur cum hæc ſciamus, tam futuris ꝙ præteritis credamus. Si aũt ſunt quidã futuris non credentes, illos ad uirtutis ſtudium à præteritis inducamus, narremus quæ Sodomitis euenerũt, dicamus de diluuio, commemoremus de Ægyptijs, ut aliorũ reſipiſcẽtes pœnis, & uitã agant optimã, & fideliter de gehenna & reſurrectione credãt. Quia et nũc quotquot iudicíũ non credunt, hoc à uita peruerſa, & conſcientia mala patiũtur: quòd ſi expurgamus ipſorum peccata, & timore futurorũ erudiamus, & ut de futuris fideliter ſentiant perſuadeamus. Nã ſicut mala dogmata impuram inducere conſueuerũt uitam, ita & uita peruerſa, dogmatum peruerſitatem ſæpe parit. Quod ſcilicet ne fiat, ideo uerba hæc & nobis omnibus, & alijs cantabimus, ut in recta fide perſeuerantes, & uitam optimam agamus. Atq; hoc ubiq; ſermonibus docui, quia ſine ea nulla rectorũ dogmatũ utilitas. Fiant hæc precibus ſanctorum & patronorũ omnium, ut ſeruemus dogmatum rectitudinem, quam ſuperne & à progenitoribus accepimus: & adijciamus illis congruã uitã, ut promiſſa bona conſequamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri ſimul & ſpiritui ſancto ſit gloria, &c.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI HOmilia in dictum Apoſtoli ad Corinthios: Oportet & hæreſes eſſe.

Oncionem ueſtrã ſermone dudũ ſatis incendi, cũ inducerẽ Hieruſalem ſuarũ calamitatũ uobis & nunciam, & lamentatricẽ. Et quia tũc uidi oculos ueſtros turgidos, lacrymarũ flumina producere, mentesq; omnium affectionibus confundi ac *1. Cor. 11*

Universidad de Deusto
Biblioteca

turbari: ideo ſtatim, ut id animaduerti, tragœdia A paucis abſoluta, ſermonē è medio abrupi. Eò ēm progredi uidebatur luctus, ut omniū corda planctibus diſſectum iri putarem. Iam anima luctu impedita, nihil ſani uel dicere uel audire poteſt. At quòd hæc nūc repeto, quid ad rem? Multum. Nā id quod hodie diximus, admodum ſimile & cognatum eſt ei, ꝙd hodie adhuc dicere decreuimus. Vt enim quæ dicta ſunt hodie, ad reprimendam uitæ deſidiam, corrigēdamq; in operibus noſtris negligentiam conducunt: ita quæ nunc dicenda, circa diligentem articulorum fidei obſeruationē ſecuriores nos reddere poterunt, ut ſic undequa-
Colloſſ. 1 que in menſuram Chriſti peruenientes, iuxta diuum Apoſtolum, in uirum integrum euadamus: & ſicut hodie ea, quæ ad corpus pertinebant, curabamus: ita nunc quæ ad caput ſpectant tracta- B bimus, & hodie quidem uerba Hieremiæ, nūc autem uerba Pauli. Ex uerbis uero Pauli: de quibus nunc agēdum, hæc nobis proponuntur: Oportet autē & hæreſes eſſe, ut probati manifeſti fiant inter uos. Haud contemnendū, quod quæritur: Nā ſi Paulus conſulendo diceret, Oportet & hæreſes eſſe, inculpati forent hæreſiarchæ. Atqui non ita ſentit, neq; hoc cōſulentis, ſed futura prædicentis uerbum eſt. Quomodo & medicus uidēs ægrum gulæ & ebrietati, interdictiſq; aliis deditū, dicit: profecto neceſſe eſt ut incontinentia hæc febrim pariat: quibus uerbis non legem ſtatuit, neq; conſulit, ſed è præſentibus futura coniectat. Similiter & agricola & nauta, cum uidet cōglobari nubes, & audit tonitrua, dicit: Fieri non poteſt, quin nu- C bes illæ pluuiam & ualidos imbres pariant. Neq; hi laudant, ſed prædicunt quod apparet. Paulus quoq; eadem ratione poſuit uerbum: Oportet. Et nos ſæpenumero, cum uidemus homines inter ſe diſceptare, grauiq; dicacitate mutuum inuadere, dicimus: Oportet quòd ex huiuſmodi rixa magnum quoddam malum oriatur. Quibus tamē uerbis, neq; nos conſulimus, neq; quempiam incitamus: ſed quid futurum ſit, ex præſentibus diuinamus. Ita ſanè nec Paulus aliquid conſulit, dum dicit: Oportet etiam hæreſes in uobis eſſe, ſed prędicit ac propherat rem euenturam: cæterum hæreGal. 1 ſes conſulit minime. Ipſe enim eſt, qui dicit: Si angelus uobis aliud euangelizat, præter id quod ac- D cepiſtis, anathema ſit. Ipſe eſt, qui circunciſionem prohibuit, cū præter tempus obſeruaretur, & puritatem prædicationis euangelicæ interturbaret. Eiiciebat enim illam & dicebat: Si circuncidimini, Chriſtus nihil uobis proderit. At inquies, cur igitur ad hæc cauſam adiunxit, dicens: Vt probati manifeſti fiant inter uos? Vt, in ſcripturis plerunq; non cauſam ſignificat, ſed magis euentū rerum. Exempli gratia: Venit Chriſtus, & cæcū uidere fecit, à quo adoratus eſt: Iudæi aūt illo curato faciebant omnia, ſi qua miraculum obfuſcare poſſent, atq; ita Chriſtum repellebāt. tunc igitur ait: In iudicium ego in hūc mundum ueni, ut qui non uident, uideant, & qui uident, cæci fiant. Ergóne ea de cauſa uenit, ut illi excæcarentur? Non ideo uenit, tametſi ita euenit. Vnde ſub figura reddit cauſæ narratur euētus. Item, Lex data eſt, ut impetum peccādi prohibeat, moderatioresq; faciat eos, qui illam acciperēt. Sed ob illorū ignauiam diuerſo modo accidit: auxit enim peccata, & dicit Paulus: Lex autem ſubingreſſa eſt, ut pec Rom. 5 cata augeret: cum tamen ob hoc potius ingreſſa fuerit, ut peccata minueret: etiamſi ſecus acciderit, ob illorum inſipientiam qui eam accepere. Sic utiq; Vt, nec hic cauſam reddit, ſed euētum indicat. Quando quidem alia quædam cauſa eſt, & origo hæreticorum. Neq; inde ſunt hæreſes, ut probati manifeſti fiant, ſed aliunde occaſiones acceperunt: de qua re audi Chriſtum, qui id nobis declarat: Simile factum eſt regnum cœlorum homi Matth. 13 ni ſeminanti ſemen bonū in agro ſuo: cumq; dormirent homines, uenit inimicus homo, et ſuperſeminauit zizania. Vides hæreſium cauſam hāc eſſe, quod homines dormierunt, quòd negligentes fuere, quod non diligenter his, quę dicta ſunt, intendere. Quapropter, ut ne quis dicat, quare hoc permiſerit Chriſtus, dicit Paulus. Nil te nocebit ea promiſſio, ſi probatus fueris. Inde enim multo clarior & manifeſtior euades. Nō enim idem fuerit, nullo uel aliquo ſubuertēte, & à nullis uel multis fluctibus pulſatum, manere immotum & non circumactū. Nam ut arbores bene & diligēter radicatæ, uētorum ui cum agunt hinc & inde, ſolidiores fiūt: ſic & bene ſolidatas in fundamēto uerę fidei animas, quæcunq; irruūt hæreſes, reddūt fortiores, tantū abeſt ut ſubuertant. Quid autē de infirmis dicit, qui leui momento circumaguntur, C & ſupplāntantur? Neq; illi ob hæreſeos impetum, ſed ob ſuam imbecillitatem hoc patiuntur. Imbecillitatem, inquam, non natiuam, ſed uoluntariā, quæ digna reprehenſione, quæ ſupplicij rea eſt, quā & nos officioſe corrigimus: cumq; emendamus, laudamur: ſi inemendatā relinquimus, punimur. Iam ut diſcas, quia ſobrios atq; prudētes nocere non poſſunt: qd eſt, dic ſodes, diabolo peius, quid etiam inquinatius? Veruntamen ille tā malus, tamq; importunus, tātaq; poteſtate prēditus, licet omnes machinas in Iob cōuerteret, omnēq; pharetram in corpus iuſti exinaniret, ipſum tamē non ſolū nō ſubuertit, ſed & clariorem fecit: & ille quidē nihil incōmodi à diabolo accepit. Iudæ D autem quia negligens erat ac deſes, neq; Chriſti conſuetudo profuit. Nam poſt tot cōſilia, poſtq; plurimas illas admonitiones manſit, qualis erat, proditor. Cauſa autem eſt, quia deus nō adigit ui, neq; cogit inuitos. Itaq; nec nos, ſicut neque Iob, modo prudentes ſimus, nocere poterit diabolus. At ſi ſobrij prudentesq; non fuerimus, ſed ignaui, etiam illa quæ prodeſſe poſſent, non proderunt, ſummamq; interim faciemus iacturam. Tantum malum eſt ignauia. Quocirca Iudæis præſentia Chriſti non ſolum non profuit, ſed & nocuit, nō ob Chriſtū, ſed ob ſuam ipſorum malitiam & ſtuporem: & de hoc audi Chriſtum dicētem: Niſi Ioan. 15 ueniſſem, ait, & locutus fuiſſem eis, peccatum nō haberent: nunc autem excuſationem peccati ſui non

non habēt. Vides quomodo illos præſentia Chri A ſti etiam uenia facit indignos, & excuſationis effugium tollit: tantum mali eſt, non attendere ſibiipſi, neq; quę ſua ſunt ſicut par eſt, regere: id quod & in corporibus uidere licet. Nā qui oculis laborat, etiam à ſole offendi cōſueuit: qui autem ſanus eſt, nec à tenebris incommodatur. Hæreo autē diutius in hoc ſermone: ſunt enim nonnulli, quibus tametſi diſpliceat ignauia ſua, quiq; ſe à torpore uindicent, obambulant tamen quærētes frigidas excuſatiunculas, et dicunt: Niſi eſſet diabolus, nō periremus: niſi lex eſſet, non peccaremus: niſi hereſes eſſent, nō ſupplantaremur. Amice, hæ quas prætexis cauſę, neminem læſerunt unquam: ſicut nihil quoq; prodeſt ei, qui ſalutem ſuam ignauus aut oſcitabūdus negligit. Proinde & tale quiddā B Paulus inſinuans dicit, Vt probati manifeſti fiāt in uobis, quaſi diceret, ne turbemini, ne mœreatis: nihil enim uos nocere poterunt hæreſes. Iā tamerſi de hereſibus ſermo ſit, non tamē hoc ipſum agitur, quod ſermo ſonat: id quod uel ex his manifeſtum. Eſt enim prophetia, non conſilium: prędictio, non adhortatio: euentus, non cauſa. Neq; hoc loco de articulis fidei loquitur, ſed de pauperibus & diuitibus, de manducando, & non manducando, de luxu ac intemperantia diuitum, deq; pauperibus cōtemptis. Ferte igitur aliquātulum, ut repetamus rē paulo altius, alioqui res uix manifeſta erit. Quàm primum apoſtoli uerbum pietatis ſeminare cœperunt, annumerati ſunt eis ſtatim tria milia, & iterum quinq; milia, eratq; ipſo- C Act. 4 rum omnium cor, & anima una. Et quis tantæ cōcordiæ autor? Quod illud charitatis uinculum? Quódnam animarum illud phiłtrum? Opum cōtemptus. Nullus enim ipſorum dicebat ſuum aliquid eſſe, ex his quæ poſſidebat, ſed erant ipſis cōmunia omnia. Omnia etenim bona ſtatim prouciunt, ubi malorum radix, auaritiam dico, ſublata fuerit. Igitur cohærebāt inter ſe, nihilq; erat, quod diuellere poterat. Iam enim friuola illa uerba, Meum & Tuum, quæ tot bella mundo inuexerūt, ex ſancta illa eccleſia erant exterminata: inhabitabaturq; non aliter terra, quàm ab angelis cœlū. Non inuidebant diuitibus pauperes: neq; enim erāt diuites: nō contemnebantur à diuitibus pauperes: non enim erant pauperes. Verum cōmunia erant D omnia, & nemo quod habebat, dicebat propriū. Inſuper non ſicut nunc mos habet, ita & tunc eueniebat. Nam qui nunc dant indigentibus, habent propria: tūc autem dominio etiam rerum ſuarum renuntiantes, oblatisq; omnibus nihil reliquiarū ſeruabant ſibi, qui antea fuerāt diuites. Et ſi qua ex opum contemptu inflatio eſſe potuit, tollebatur & ipſa confeſtim. Siquidem modis omnibus par omnium erat honor. Erat item uidere quandam pietatis ſpeciem, nō ex ſola abiectione opum omnium in unum conflatarum, ſed etiam ex abijcendi modo. Nam quotquot uel domos, uel agros poſſidebant, ea uendebant, eorumq; pretium allatum ante pedes ponebant apoſtolorum. Non dicit, quod in manus ipſorum ponebāt, ſed ad pedes, declarando ſimul fidem, pietatem atq; reuerentiam, quam habebant apoſtolis. Et quod maioris ducebant, quod ab eis reciperentur, quam quod darentur dona. Hoc enim potiſſimū eſt cōtemnere opes, hoc eſt paſcere eſuriētem Chriſtū, ſi abſq; arrogātia & faſtu hoc facias, ſicq; des, qua ſi tibijpſi plura, quàm danti beneficia dare uidearis: quòd ſi ſecus affectus es, neq; ſic dederis ut te putes magis accipere quàm dare, nō dediſti hoc alijs. Idem teſtatur Paulus, dicens: Certiores autē 2. Cor. 8 uos facio fratres de gratia dei, quæ data fuit in eccleſijs Macedoniæ quod profunda paupertas illorum exundauit in diuitias ſimplicitatis ipſorū: nā pro uiribus, teſtor, etiā ſupra uires prōpti fuerūt, multa cū obteſtatione rogātes nos ut beneficiū & ſocietatem miniſterij ſuſciperemus in ſanctos. Vides quō illos magis in hoc admiratur, qd' licet nacti eſſent gratiā, orabāt tamē, & obſecrabant, tantā præ ſe ferētes liberalitatē. Eadē de cau Gen. 18 ſa & Abrahā admirabilis eſt, nō ſolū q; uitulū immolauit, neq; quòd farinā cōmiſcuit, ſed q; multa cū humilitate & uoluptate hoſpites ſuſcepit. Ac currebat enim, miniſtrabat, dominos appellabat, theſaurum innumerorū bonorum ſe inuenille putabat, ſi quādo hoſpitem uideret prætereuntem. Sic enim duplex erit eleemoſyna, & cum damus, & cū alacriter exhibemus. Hilarem datorē diligit 2. Cor. 9 deus. Eſto innumera expenderis talenta, niſi alienus ab arrogātia, faſtu, atq; inani gloria fueris, omnia ſimul perdes. Quemadmodū phariſæus ille Luc. 18 rerum ſuarum decimator, quia de ſe ſublimia ſentiebat, & inflabatur, domum perditis omnibus à templo redibat. Verum alia ratio erat eorum, qui apoſtolorū temporibus uiuebāt. Gaudebant ēm & exultabant cum opes offerrent, maxima lucrari ſeſe putantes, maximæ charitatis eſſe arbitrabātur, ſi eas ab ipſis recipere dignarentur apoſtoli. Et quaſi hi qui ad magnos quoſdam principatus accerſiti, regias inhabitaturi ciuitates omnē ſubſtantiam ſuam in pecuniam commutant, & ſic illo migrant: ita planè & tunc faciebant homines illi ad cœlum uocati, & ad ſupernā metropolim, & regnū quod illic eſt. Nam perſuaſum habentes illic eſſe patriam, omni ſubſtātia ſua in pecuniam cōmutata, pecuniam per apoſtolorū manus illò præmiſerunt. Eſt aūt extremæ ſtultitiæ relinquere aliquid rerum noſtrarū in hoc loco, nobis paulo poſt etiā hinc emigraturis. Quicquid enim relinquitur, in damnum cedit. Quapropter illo præmittant omnia, ubi & nos ſemper poſthac ſumus conuerſaturi. Hæc quoq; quia & ipſi ſecum reputarunt, omnem ſimul depoſuerunt ſubſtantiā, ſic batq; illis duplex pietatis opus: ſubleuabāt enim indigorū inopiā, & theſauris ſuis in cœlo repoſitis, plures & ſecuriores ſuas facultates faciebant. Ab hac lege & cōſuetudine inoleuit in eccleſijs conſuetudo quædā admirabilis: fideles enim omnes in conuentib. ſuis poſtq; audiſſent doctrinas, poſt preces, poſt ſacramentorū cōmunionem, ſoluta concione non mox domum cōcedebant, ſed diuites & abundantiores alimenta & edulia à domibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mibus suis auferentes pauperes uocabant, cõmu A
nesq; faciebant mẽsas, cõmunia prandia, commu
nia cõuiuia in ipsa ecclesia. Atq; ita à cõmunione
mensæ, & pietate loci undequaq; ad charitatẽ ac
cendebantur, non absq; summa uoluptate utilita
teq; maxima: pauperes enim tum fruebant cõso-
latione qualis obtingebat: diuites uero fructũ be
neuolẽtiæ, & ab his quos pascebãt, & à deo pro-
pter quẽ illos pascebant, assequebantur: sicq; tan
dem domũ redibant. Igitur multa quidẽ hinc eis
proueniebant bona: summum tamẽ omniũ erat,
feruens in tota congregatione amicitia, tanta ip-
sis inter sese prudentia atq; beneuolẽtia cõgrega
gatis, non solũ cum acciperent, sed & cum darent
beneficia. Hunc morẽ Corinthij processu tẽporis
corrumpebant, & abundantiores inuitatis sui si- B
milibus contẽnebant pauperes, & tardius ueniẽ-
tes, utpote more pauperũ secularijs negocijs de-
tentos, non expectabant. Vnde contingebat, qd
pauperes aduenientes, mensa sublata, alijs præue
nientibus, alijs tardius subsequẽtibus uerecunde
discederent. Videns igitur Paulus mala, quę tum
ex eo negotio fiebant, & postea futura, quando-
quidem contemnebantur pauperes mirũ in mo-
dum à diuitibus, quorum insolens erat superbia:
ediuerso uero pauperes mœsti aduersabantur di
uitibus: & qualia ex huiusce modi rebus mala ori
ri solent, tunc quoq; usu ueniebant: proinde pra
uam hanc consuetudinẽ emendat, & uide quan-
1. Cor. 11 ta prouidentia correptionẽ aggreditur. Incipiẽs
enim sic dicit: Illud aũt præcipiens non laudo, qd C
non in melius, sed in deterius cõuenitis. Quid est,
non in melius? Progenitores, ait, uestri & patres
substantias suas uendebant, & possessiones, & o-
pes, & cõmunia omnia habebãt, & magnã in pri
mis inter se charitatem: quos cum imitari uos de-
beatis, nõ solum nihil talium feceritis, sed etiam id
ipsum, quod solum uobis reliquum erat, perdidi-
stis. De conuiuijs autẽ loquitur, quæ in synaxi fie
bant: & ob hoc dicit, nõ in melius, sed in deterius
cõuenitis: quòd patres uestri pauperibus omnes
possessiones cõcedebant: uos pauperes mensa e-
tiam illis cõcessa priuastis. Nam primum quidem
cum cõuenitis in ecclesia, audio dissidia in uobis
esse, & aliqua ex parte credo. Vides quomodo i-
terum prudẽter correctionem adhibet: nõ dixit,
nõ credo: neq; dixit, credo, sed medio uerbo usus
est, Aliqua ex parte etiam credo. nõ omnino cre- D
do, neq; omnino discredo uel hoc, uel illud omni
bus modis contigisse. Vos domini, siquidẽ emen
dati fueritis, nõ credo: sin ita perseueraueritis, cre
do. Igitur non accusauit, & accusauit tamen. Non
accusauit perfecte, ut legitimam ipsis pœnitentię
correctionisq; spem daret. Non reliquit absq; re-
prehensione, ut ne manerent in ignauia sua. Nõ-
dum omnino credidi dicit: hoc enim est quod di-
cit, ex aliqua parte credo. Hoc autem dicebat ad-
monens ut imitarentur & corrigerẽtur, utq; auo-
caretur, ne tale quid aduersus eos crederet, etiãsi
ex parte crederet. Oportet enim & hæreses in uo
bis esse, quò qui probati sunt, manifesti fiãt inter
uos. Dic igitur quę illæ hæreses? Hic attendite, q
nõ de articulis fidei dictum est, oportet inter uos
hæreses esse: sed de discordia, & sectis circa mẽ-
sam. Nã cum dixit, oportet etiã hæreses esse, sub-
dit modũ hæreseon. Igitur cũ conuenitis in eun-
dem locũ, non licet dominicã cœnã mãducare.
Quid est, dominicã cœnam manducare? Non est
comedere herilẽ cœnam. Illam aũt cœnam dicit,
quam suprema nocte tradidit Christus, cum disci- Ioan. 13
puli omes essent cum eo. In illa enim cœna & do
minus & serui omes simul sedebant: uos aũt cum
sitis conserui, inter uos tamẽ dissidetis & diuidi-
mini. & Christus quidem neq; proditorẽ abegit:
nam & Iudas tum cum ipsis erat: tu aũt fratrẽ de-
pellis. Ob hoc dicit, non est dominicam cœnam
manducare, uocans dominicam cœnam, quę om
nibus simul conuocatis concorditer & cõmuni-
ter sumitur. Vnusquisq; enim, dicit, propriam cœ
nã occupat in edendo, & hic quidẽ esurit, ille ue-
ro ebrius est. Et ibi ebrietatis quoq; nomine magis
eos corripit, quamuis utrobiq; immodica di-
cit, samẽ uidelicet & ebrietatem nominando. Ete
nim tu distenderis uoracitate, ille autem fame ta-
bescit: tu pluribus cũ opus sit participas, ille neq;
necessarijs fruitur. Itaq; duplex hoc corruptæ æ-
qualitatis malum hæreses uocat. Siquidem con-
tentiose inter se recumbebant & tumultuabãtur:
& ille quidẽ esuriebat, hic uero inebriabat. Ideo
recte dicebat, cõuenientibus uobis in unum. Cu
ius enim gratia conuenistis, ait? Quid uult sibi cõ
uentus ille? Cuius gratia facta est collecta? si quidem mẽsa non fit cõmunis. Dominicæ sunt opes
quas accepimus, etiam conseruis nostris cõuiuia 1. Cor. 11
proposita sint. Num sanè domos non habetis ad
edendum & bibendum? An ecclesiam dei contẽ
nitis, & pudefacitis eos, qui non habent? Tu quidẽ
putas quasi fratrem solũ iniuria afficias, redun
dat aũt etiam iniuria in locum illum. Ecclesiam e-
nim totam cõtemnis. Propterea enim ecclesia di
citur, quia cõmuniter omnes accipit. Cur ergo in
ecclesia dapsilitatem domus tuæ introducis? Iam
si fratrem contemnis, reuerere saltẽ locum. Nam
& ecclesiæ iniuria fit. Signãter autẽ non dicit, pri
uatis eos qui non habent: sed quid ait? pudefaci-
tis eos, qui non habẽt. Quo curiosissimum quoq;
ipsorum luxum reprehendit: non enim tam curæ
pauperibus est quõ alantur, quàm dedecori cum
iniuria afficiunt. Vides quo pacto honeste de his
respõdit, illosq; grauius increpat? Quid uobis di
cam, laudabo uos? in hoc non laudo. Quid hoc?
Postquã indignitatẽ rei declarauit, subiungit ac-
cusatio, optimoq; iure ut ne fiant impudentiores.
Nam prius cũ indignitatem facti demonstraret,
perfectam negationẽ protulit dicendo: Hæc pre-
cipiens nõ laudo. Vbi aũt satis diligenter demon
strauit dignos eos esse multis reprehensionibus,
subiũxit accusationem, quæ superioribus uerbis
declaratione congrueret. Relicta aũt in medio et
suspensa accusationis uehementia, ad mysticam
mensam consequenter sermonẽ uertit, plus ipsos
uolens terrere. Ego enim, ait, accepi à domino, 1. Cor. 11
quod

qd & tradidi uobis. Qualis hæc est cõsequentia, A
de communi disputas prandio, & sacramenta cõ
memoras? Etiã, ait. Nam si etiam spiritualis illa
tremendaq; mẽsa ex æquo omnibus diuiti & pau
peri proponitur: neq; ea fruitur uberius dives,
& parcius pauper, sed omniũ unus honor est, &
idem accessus: donec omnes cõmunicent & par-
ticipes fiant spiritualis illius cibi, quæ proposita
sunt non retrahuntur, sed stantes sacerdotes expe
ctant, etiam pauperrimum omnium: quanto igit magis in mensa illa corporali ita fieri cõuenit? &
eapropter meminit huius dominicæ cœnæ. Ego
enim accepi à domino, quod & tradidi uobis, qd Matth. 26
dominus Iesus in ea nocte qua tradebat, accepit
panem, & actis gratijs fregit ac dixit: Hoc meum
est corpus, quod pro uobis frãgitur, hoc facite in B
mei commemorationem. Similiter & poculũ per
acta cœna, dicens: Hoc poculum nouũ testamen
tum est in meo sanguine. Deinde cũ multum dis-
putasset de his, qui indigne communicant myste
rijs, eosq; reprehendisset grauiter, & demonstras-
set quòd idem supplicium passuri essent, quod hi
qui Christum occiderant, si sanguinẽ eius & cor-
pus absq; probatione & temere accipiãt: rursum
ad propositam materiam sermonem cõuertit, di-
cens: Itaq; fratres cum cõuenitis ad comedendũ,
alius alium expectate: quòd si quis esurit, domi e-
dat, ut ne ad iudicium conueniatis. Vide quomo
do latenter etiam gulam ipsorum taxat: & nõ di-
xit, Si autem esuritis: sed, quòd si quis esurit, ut u-
nusquisq; qui sibi reus esse uideatur reprehensio- C
num, præueniens seipsum corrigat. Vnde et à ma
iori metu supplicij sermonem claudit, dicens: ut
ne in iudicium conueniatis, hoc est, in condemna
tionem. quasi diceret: non est cibus: neq; mensa,
quæ cum despectu fratris & ecclesiæ, cumq; tan-
ta gula & intẽperantia exhibetur. Non sunt hæc
contemnenda, sed sunt uerius uindicta & supplí-
cium. Magnam enim inde meremini & contrahi
tis pœnam uobis infligendã, si fratres iniurijs affi
citis, si ecclesiam cõtemnitis, si priuatam domum
ex sancto loco facitis, qa seorsum comeditis. Di-
lecti, ubi & uos hæc audiuerítis, obturate ora eo-
rum, qui ita ruditer & temere apostolico sermõe
utuntur: corrigite eos, qui in suum aliorumq; dã-
num scripturis abutuntur. Habetis enim nunc, ut D
reor, quid & de quo dicat, cum dicit: Oportet au-
tem & hæreses esse: nẽpe de discordia, quæ fit cir-
ca mensas, cũ unus esurit, alius aũt ebrius est. Re-
liquum cũ fide recte instituti fuerimus, uitã quo-
que ad tanta dogmata digne subsequentẽ decla-
remus, multa nobis sit erga pauperes benignitas,
multa circa indignos prouidentia satagamus, spi
ritualẽ quandam negotiationẽ exercentes, neq;
plus inquiramus, cũ nostra exigat necessitas, et u-
sus. Hæ ueræ sunt diuitiæ, hęc uera abundãtia, hic
uerus thesaurus est, qui non deficiet, si omnia no-
stra in cœlos trãsferamus: & cõfidimus præterea
hæc nobis reposita, et egregie custodita. Hinc no
bis geminũ ab eleemosyna lucrum accrescet. Pri-
mũ, quod de opibus quas expendimus nõ time-
mus, ne fortè à latronibus & furibus, & familiari-
um infidelitate diripiantur. Secundum, quòd re-
positæ, & non uulgariter defossæ sunt, quasi infru
ctuosæ: sed sicut radix in pingui plãtata solo, quæ
nobis singulis annis tẽpestiuos affert fructus: sic
& pecunia in manibus pauperum plantata, nõ so
lũ in singulos annos, sed & in singulos dies spiri-
tuales nobis fructus affert, fidentiã scilicet in de-
um, peccatorũ absessum, conscientiam bonam,
lætitiam spiritualem, spem iucũdam, aliaq; bona,
quæ præparauit deus diligẽtibus se. Quæ precor
ut & uos omnes assequamini, gratia domini, cui
gloria in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ex apostolo de fide, spe, & chari tate, sermo.

APostolus Paulus loquitur, dicens: Ma- 1. Cor. 13
nẽt, inquam, tria ista, fides, spes, cha
ritas: maior autem his est charitas.
Hæc ergo tria decurrenda sunt no-
bis, et singillatim pro uiribus demõ
stranda. Dumq; quantum ualeant inuestigamus:
singula nobis quemadmodum exercẽda sint, no-
uerimus. Primum igitur nobis definiẽda est fides. Fides quid
Est enim fides origo iustitiæ, sanctitatis caput, de
uotionis principiũ, religionis fundamentũ. Nul-
lus unquam sine hac dominũ promeruit, nullus si
ne illa fastigiũ sublimitatis ascẽdit. Est enim fides
innocens ac pura credulitas: qua ad deum accedi
mus, qua præceptis insistimus, qua expiata men-
te dominum ueneramur. Hæc excludit dubia, te-
net certa, promissa consignat. Hanc qui tenet, fœ
lix est: qui deseruerit, miser. Hæc in ecclesia signa
ostendit, uirtutes exercet, charismata cõplet. Hęc
amplexanda nobis est semper, hæc mentis uirtu-
te tenenda. Per illã enim uenimus ad Christũ: per
illã pergimus ad deũ: per illã properamus ad cœ-
lũ. Hac gubernatrice, Noe diluuiũ nauigauit: per Gen. 7
hanc Abraham & benedictionẽ meruit, et filium
in senectute susceptt. Per hanc ex Sodomitarum
interitu, Loth sanctissimus liberatus, Moyses ele
ctus, Dauid protectus, tres pueri de incendio ere
pti, Daniel à leonibus liberatus. Est, inquã, fides
pactum cum deo, cum Christo placitum, consig-
natio promissorum. Denicq; quoties ad istam fidẽ
acceditur, & pactum inter hominem & deum fir
matur: tunc homo deo se credere profitetur, & à
deo homini pignus quoddam spiritus sancti tri-
buitur. Teneris igitur Christiane & tenes: aliud à
deo accipis, aliud deo promittis. Nõ debes placi-
tum destruere, cuius te pignus cõspicis retinere.
Nam si inter homines semper pacta seruantur, &
quicquid inter socios aliquando placuerit, incon
cussa fidei firmitate tenetur, ne sit uiolatæ fidei re
us, qui aut placitum soluerit, aut pactum ruperit,
aut socialem conuentum perfida calliditate mu-
tauerit: quando tenacius firmiusq; seruãdum est,
quod cum deo contrahitur, quod cum Christo
initur, quod in spem promissorũ cœlestiũ copu-
latur? Homines enim inter se nonnunquam aut
falluntur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

falluntur,aut fallunt:deus aũt ab homine falli nõ poterit.Quícquid promiseris, exigít:quícq; uoueris,inquirit:adeò ut cum iudicij uenerit dies,& singulorum pacta uel sponsa recitari iubente domino cœperint,aut seruatæ fidei præmiũ, aut uiolatę supplicium tribuatur. Vt enim ipse fidelis est reddendo,ita fidelẽ exigit de promisso. Talẽ hominẽ quærit erga se semel deus existere,qualẽ seipsum homini desiderat exhibere.Ego, inquit dominus,promissa non muto : ego quod destinaui, attribuo.Ego tibi præmia,quæ spopondi, dispenso:si tamẽ,quod credis,exhibeas:si fidẽ, quã polliceris,adimpleas:si actibus sanctis, quod uoueris, ostẽdas.Cæterum si aliud gesseris,quàm uoueris: & fidei nomen perfida uoluntate dissolueris:non modo præmiorum compos esse non poteris, sed & destinato supplicio necesse est subiungaris.Aliud est emẽ esse,quod diceris: aliud dici, quod nõ sis.Non potest ad prẽmiũ tendere, qui professionem noluerit adimplere: nec accípere potérit q̃d promittitur,nisi ante impleuerit quod iubet. Dictum est igitur,licet paucis,de fide. De spe quoq; aliqua prosequamur.Spes est futuræ pollicitationis religiosus assensus, ,pmissæ gloriæ deuota intẽtio,sanctorum destinata sublimitas, bonorum expectatio futurorũ. Spes est, inquam, cognitio fidei,credulitatis propinquitas,destinatum prẽmiorum tẽpus,futura expectatio meritorũ.Quæ duo, id est,fides & spes, ita certa sibi mutua uice coniuncta sunt: ut altera sine altera stare nõ possit. Quícquid enim fides credendo acquirit: hoc spes sustinendo præsumit,dicente propheta:Et si tardauerit,sustine eum:quoniam ueniens aderit, & non tardabit. Noli à spe proposita Christiane desistere,noli sustinendi gloriam perdere, noli rebellandi animo claudicare.Salomon enim cõcionatur,& dicit: Væ his, qui perdiderunt sustinentiam,&díuerterunt in uias prauas.Et quíd facient, cum inspícere cœperit deus? Noli,inquam,à spe proposita christiane desistere,noli à cœpto itinere declinare:festina,quò tẽdis:quò properas, peruenì.Currentis gressus non retrahat inimicus:festinantis animum spes ipsa perducat ad deũ. Veloces sequere, tardiores attrahe, pigros desere, fortiores fortiter imitare.Tu alios prouoca,te,prouocẽt alij.Cito enim quò desiderat, peruenit, qui uelociores sequitur,& ueretur ne à tardioríb.trãseatur.Perpende,si potes,labores & merita, sudores & prẽmia,cursus & regna. Nec tamẽ laborat, qui deo iuuãte festinat: aut onerosum aliquid sentit,cui particeps Christus existit.Exiguum sentis, sed immensum est quod mereris. Modicum pateris:sed æternum est,quod regnabis:quamuis uoluptas sit magna Deo iuuante currere,& Christo comite pergere,fauente domino festinare.In stadio terrestri unus quí prior uenerit, coronatur:in cœlesti uero stadio quisquis peruenerit,promerétur coronã. Nescitis, inquit Apostolus, quía qui in stadio currũt,omnes quidem currunt, unus tamen accípit brauiũ? Vos aũt sic currite,ut omnes accípiatis. Et illi quidẽ ut corruptibilẽ coronam accípiant,nos autem incorruptã. In stadio quidẽ terreno uelocitas quæritur,in cœlesti uero affectus optatur.Illic festinans,hic perueniens:illic properans,hic perficiens coronatur.Nonnunquã enim festinatio fatigata deficit : feliciter uero peruenit quem lætum iter ad destinata perducit.Fides gloriam inchoat,spes sustinendo cõsummat.Illa fundamentum ponit,hæc ipsum hominẽ constituit.Illa dat principiũ, hæc Christianũ perducit ad summum.Illa initia credulitatis aggreditur,hęc ad cõsummationem uirtutis meditatur : Illa quod promittitur,credit: hæc quod sperat,iã cernit. Videmus nunc,inquit Apostolus, per speculum in ænígmate:tunc autem facie ad faciem. Nũc autem cognosco ex parte:tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Nec enim quisquã poterit fidei fructũ percípere,nisi quí spei gloriã uoluerit consummare. Vt enim sine fide spes non habet firmitatem:ita sine spe fides non potest habere mercedem.Sanè si fides est religionis fundamentum,& spes cõsummat,& perficit ędificiũ:quomodo Apostolus dicit charitatem esse maiorem, quæ sine fide & spe non potest habere firmitatẽ? Denique tolle fidem,et spes ubi constituitur? Adime spem, & ubi charitas sublimatur? Illa enim poterunt esse maiora,sine quibus esse alia non possunt.Igitur si ita res est, quur charitati & non magis fidei Apostolus tribuit principatũ? Sed ut quæstio iã dirimatur:& quod obscurũ est,pateat:est fides, qua futura credimus : spes,qua uentura præsumimus: charitas,qua & deum diligimus, & proximos honoramus.Siue enim,inquit Apostolus, prophetiæ euacuabuntur,siue linguæ cessabunt,siue sciẽtia euacuabitur:ex parte enim scimus, & ex parte prophetamus:quum autem uenerit quod perfectum est,euacuabitur quod ex parte est. Cessat enim fides,ubi quod creditum est,uenerit:cessat et spes,ubi quod speratur,affuerit. Tũc enim iam q̃ credatur,nõ est:quia quod credebat,adest. Tunc quod sperabatur,cessat: quia quod speratum est, præsens est.Sola charitas æterna est: quia cũ deo in sanctis est:& ideo maior est.Denicq; nullũ charisma sine charitate perfectum est, nullum donũ sine dilectione aptum.Quícquid enim charismatis aut doni quisq; meruerit, desertũ charitate nõ stabit. Omnia enim quæ spíritus sanctus deuotis aut impartit,aut donat, aut charitate perficiũtur, aut sine charitate effectum nullum sortiũtur. Denicq; ipsum martyrium sine charitate impleri non poterit:licet charitas sine martyrio sola perfecta sit.Sicut Apostolus loquitur,dicẽs:Si línguis hominum loquar,& angelorum,charitatem autem nõ habeam, factus sum ut æramentum tinniens, aut cymbalum concrepãs.Et si habuero prophetiam,& sciero omnia mysteria,& omnem scientiam: & si habuero tantam fidem,ita ut montes trãsferam:charitatẽ non habeã,nihil sum. Et si distribuero omnia mea,etsi tradidero corpus meũ, ita ut ardeam:charitatem autem non habeam, nihil sum.Si nec corpus ignibus traditum, & substãtia donata pauperibus,nec communis sermo cũ angelis,

spes quid

Charitas

Abac. 2

Eccl. 2

1.Cor. 9

1.Cor. 13

nec montes trãslati per fidem sine charitate effectus habere possunt: quid charitate sublimius esse poterit,quũ ipsa charitas deus sit? Sicut loãnes apostolus loquitur: Deus charitas est,ut etiã si qd comparaueris, parũ sit: si quid sociaueris,minus, dum charitas deus est, cui comparabile nihil est. Inchoat in mundo,perficitur in cœlo:quæritur in seculo,inuenitur in regno.Hic enim nec fides cœpta perficitur, nec spes proposita consummatur. Esse enim fidelem charitatis est bonũ: sperare q̃d promissum est,amare est Christũ. Charitas est emẽ quæ & fidem adiuuat, & spẽ sibi sociat, & utrãq; secum deo muneranti assignat.Sola est, inquam, quæ & fidem excitat, & spem longanimem reddit, & utriq; semet sociam exhibet & magistram. Cum ipsis ad Christum peruenit:ipsis tunc perfectione cessantibus, sola in sanctis regna cœlestia possidebit. Age nũc quisqs es Christiane, cũ istis uiue, cũ istis in ecclesia flore,cum istis sancta officia exerce,cũ istis in hoc mundo cõtra diabolum præliare.Ipsæ te perducant ad deũ, ipsæ te leuent ad cœlũ,ipsę tecũ peruenìãt simul ad Christum.

1.Ioan. 4

HOMILIA DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI in dictũ Apostoli ad Corinthios, Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & filius ipse subijcietur ei, qui sub. &c. Item de mundatione leprosi,de mysterio ternarij,& cornu olei.

1.Cor. 15

IN hesterno fratres,quem de æterno Christi regno habuimus sermõe, & nos omnes dicendi neruos intendimus,& his qui auscultarũt,iusta sufficiensq; obtigit enarratio.Iusta, inquam,non si dignitas rei prædicandæ, sed si meæ prædicãtis uires spectentur. Neq; enim uel in cœlis, uel in terris aliquid tale, q̃d laudatissimã unigeniti dignitatẽ meritis laudibus efferre potest. Multa sanè de dñi theophania prædixerunt prophetæ,multa decreuit lex,multa prædicarũt apostoli,multa promulgarũt euangelistę,& adhuc dignitatẽ illam ne unus quidem assequi potuit. Q̃d si tanta spíritus sancti flumina ppetuis límpidisq; amnibus manantia,omnes humanas uires insuperarũt,& nihil quod par sit, ac dignum uirtute diuina eructarũt:ubinam tenuissima sermonis gutta comparebit,quum talis ac tanta sermonis eminentia proponit? Qui posset mortalis lingua immortalẽ naturã dignis præconijs celebrare? Profecto non capit humana ratio,ut sermo ille p quẽmũdus est factus, quantum addecet prædicetur. Quid igit? Prædicamus quãtum possumus,quando quidem nõ possumus,quantũ debemus. Quippe in alijs quidem certaminibus laureas referunt qui uictores redeunt:at in disputationibus de rebus diuinis,solis illis debet corona,qui se rei magnitudine uictos ingenue fatentur. Itaque uincamur dicentes,ne condemnemur silentes. Nihilominus quũ sint qui dicant,Demonstratum est regnum Christi nullo fine consummari,& quod tradit regnũ deo & patri,hoc est orbem:in quo cum

regnauit olim peccatũ, postea idẽ à gratia regni cœpit. Adhuc nihil inuestigatũ est de eo, q̃d quãdo subiecta fuerint illi omnia,tũc & filius ipse subijcietur patri,à quo subiecta sunt illi omnia.Operæ pretium igitur fuerit, ut de hoc quoq; pro nostra uirili aliquid afferamus in medium, ne scilicet imprudentibus silentio nostro ruinæ alicuius simus autores. Vellẽ itaq; fratres constare uobis omnibus,quòd præter nostrã uoluntatẽ id prætermissum fuit. Nam quũ cætera iuxta ordinẽ, & ut sermo postulabat,traderẽtur:arbitramur ex his quæ iam tenebatis,declarari etiã id q̃d omittebat. Nã unus scopus,eadẽq; ratio soluit quæ dicta,& manifestat intermissa. Enimuero iuxta dispẽsationẽ dicta sunt hæc ab Apostolo. Et quemadmodum illic quũ dicitur,tradit regnum deo & patri, nõ respondet uirtuti,quanta prædicari potuit : sed leuiter & in superficie res agitur, quo consulatur imbecillitati eorum qui deorũ multitudinem inuectũ iri suspicari possent: Lacte enim uos potaui, ait,nõ cibo:sic & nunc, simili sermone hoc dicit. Siquidem generalis scopus apud Apostolũ est, quòd nunquam inducit diuinã naturam seditionem aduersus seipsam excitantem, aut filium patri obluctantẽ,iuxta impiam Iudæorum suspicionẽ.Dicebant enim:Non est ille à deo, quia sabbatum nõ obseruat. Itaq; unicã introducit naturam seditionis prorsus expertem,unam concordiam, unum sermonẽ,unam uoluntatem,unam potestatem,unũ deum in omnibus, nempe ut erroris eorum qui multos deos statuũt, excideret germina. Declarauimus enim, ut memores sunt auditores studiosi,quòd idẽ sermo, qui patris dignitatẽ adstruit,is uerbis & syllabis ŋsdem Christi quoq; dignitatẽ prædicat.Et sicut ibi dixit,ut sit deus omnia in omnibus,sic & de unigenito ait, sed omnia in omnibus Christus.Igitur quid sibi nunc uult, q̃ ait,subijcietur? Pharmacum,inquã, hic parat gentilitũ morbo.Non statuit dogma ecclesiasticũ,sed paganorum suspicionẽ refutat. Quòd si absolute hoc sermone fuerit utendum, dícit eã quę per ecclesiã fit, obedientiam ac subiectionem esse Christi.Quando enim ecclesia nihil spurium adulterinum ue habet,sed syncerã germanamq; deo mentem offert,ac si subiecerit:tunc illi germanè subijcietur.Eapropter coactius uerbum loquutus est, & quod non facile incircunspectior aliquis accipiat.Proinde hic dísce. Quæcũq; eiusmodi dicta Christo tribuũtur, ea ad ecclesiã Christi pertinẽt. Cuius rei testẽ ipsumet dominũ ecclesię producam:sed paulo altius rem repetamus, quo perspectiora sint quæ dicuntur. Quandiu in mũdo hoc erat secundum carnẽ Christus, pro salute mundi, humanã implens dispensationẽ, persequebantur illum Iudæi,& ab inimicis ueritatis infestabat salutator orbis. Et ij qui beneficijs quotidianis fruebantur, erga fontem beneficiorum erant ingrati. Vbi autem omnem humanam adimpleuit dispẽsationem per passionem,in cœlestes cõcessit choros:& corpore quidem translatus est, ueritate autem ipsa adimplet omnia. Corpus item quod in-

Eph. 1

1.Cor. 13

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

duerat,in excelsa receptũ,à dextra magnitudinis A in sublimibus collocauit,nõ quasi extraneã ac peregrinam quãdam acceptur us dignitatem,sed ut corpus quod antea mortale erat hac tanta gloria circũamiciret. Verũ post assumptam carnẽ, post eõsummatas passiones, post resurrectionem illã celeberrimã, postq; illam in cœlos trãslationem, quum ab oĩi exercitu adoraretur, etiam eorum qui super cœlos sunt, circumstiparetur itẽ omnium angelicorum ordinum agminibus, & iam nõ esset in eorum numero qui affligebantur, persecutionibusq; infestabantur, ubi Paulum furibundũ uidit aduersus ecclesiã, & aduersus sanctos furoris sui uenenum effundere, inquit ad eũ is qui passionibus ultrà nõ erat obnoxius, sed in tam admirabili honore dignaq; gloria uersabat: Saule Saule, quare me persequeris? Et planè non te persequor, qui tuam in cœlis habes sedẽ. Quid me persequeris? pprias sibi facit ecclesiæ passiones. Saul Saul, quid me persequeris? Vides qđ persequutio ecclesiæ Christo adscribit, qui ecclesiæ caput est? Sicut igitur cum ecclesia fert persequutionẽ, Christus eam se ferre dicit: ita & nũc Paulus cum
Deut. 17 ecclesia subditur, dicit Christum subijci. Argumẽ
2. Cor. 11 tum item aliud huius rei, si placet, accipe. In duobus enim tribus ue testibus cõsistet omne uerbũ: non quòd uoci dominicæ accedere oporteat testimonium aliud: sed quia Christus quum loquit, apud credulos fidem inuenit, apud infideles nullum persuadet testimonium: uocem dominicam
C non confirmamus, sed insipientia hæreticorũ ora obstruimus. Paulus ergo ille à Christo edoctus, quòd persequutio ecclesiq in Christum uergeret, cognouit: & q cõsentaneum, quòd quicquid patitur ecclesia, in Christum quodãmodo refertur.
Quare & ipse regis sui uerborũ uestigia sequens,
Coloss. 1 in una epistolarum dicit: Impleo quæ defuerũt afflictionibus Christi. Et nunc & iterũ affligit Christus, etiam si in cœlos redijt. At uide quid præterea dicat, suppleo quæ defuerunt afflictionibus Christi in carne mea pro corpore ipsius, quod est ecclesia. Vides ut ipsius faciat quæcũq; sunt ecclesiæ, siue passiones, siue honores. Veneratus es ecclesiam, ueneratus es Christum. Insectatus es ecclesiam: tametsi non opere, proposito tamẽ Chri
D stum insectatus es. Cogita quantum periculũ eorum qui ecclesiam mœrore afficiunt, quãta coro
Luc. 10 na eorum qui ecclesiã uenerantur. Qui uos spernit, me spernit, inquit seruator. Agnosce dñi uocẽ quæ spirituale aliquid in se reconditum & consequens habet. Nam et pater de priscis illis suis prophetis talia loquebatur, propriamq; ducebat iustorum iniuriam. Nam quum Abimelech rex Philistijm accepisset Saram Abrahæ uxorem, dicit ei deus: Restitue uiro uxorem, quia propheta est, & orabit pro te. Ille uero respõdens, ait: Nesciebam domine, qđ uxor eius esset, puro corde hoc feci. Quid aũt ad ipsum dñs? Et ego sciebam quòd puro corde hoc feceris, & ob hoc peperci tibi, ne in me peccares. Declaratũ itaq; est fratres, quòd omnia quæ in ecclesia considerantur, in Christum referri possunt. Et idcirco Apostolus dicit: Subijcietur filius, hoc est ecclesia, ei qui subjecit illi omnia. Cæterum est & uia alia qua solet obstrepere malignus. Et quidnã ait? Nempe ecclesia nõ subditur, sed primũ subijcietur post resurrectionem. Itaq; & idẽ argumenti ad contradictionem tuam obtẽdi poterit hæretice. Dic mihi, Christus an nõ subiectus est etiamnum iuxta tuũ sermonẽ? Quũ subiecerit sibi omnia, tũc subijcietur: occasionem utiq; habuisset, si in præsenti dño non fuisset subiectus. At si hæretice iuxta tuũ sermonẽ Christus nunquam reluctatur patri, temere dicitur quòd quũ subijciet sibi omnia, tunc subijcietur. Sexcentis nominibus subiectionem illius profers, & nũc in aliud tẽpus semoues aliam quandã subiectionem. Quum audis Christũ dicentem: Nõ ueni ut Ioan. 6
B faciam uoluntatem meam, sed eius qui misit me: statim profers cornu impietatis, atq; dicis: Vides ut subiectus est patri: si audieris ipsum dicentem, Ego à meipso non loquor, sed pater mihi mandatum dedit quid dicã, & quid loquar: statim excipis uerbum, confirmans qđ Christo non sit auctoritas, sed subijcitur. Si audieris ipsum dicẽtẽ: Ego nullum iudico, est qui quærat, & qui iudicet: raptim arguis uerbo subiectionem. Quũ ergo in omnibus ostenderis subiectũ, cuius gratia argumentũ adducis malignũ, dicisq;, Verbũ sequor, & nõ mentẽ? Quia tunc subijcietur, qui semper est subiectus. Quid ergo uult sensus? Nusq; non apostoli scopus est, ut aboleat error impius quo dij multi inuehunt, ut eijciatur seditio in natura, quæ omC nis seditionis expers est, & ut exterminentur male sentientium suspiciones. Monstrat itaq; subiectionem non uiolentam, neq; necessitate coactã, neq; seruilem, sed concordiam dignitati congruam. At mi frater, ne facile quæ prædicta sunt, inuadas, ut cũ dicitur: A meipso hoc non dico: mandatũ dedit mihi pater, quid dicã, & quid loquar. Vereor enim ne quæ aduersus hæreticos disputationis gratia dicta sint, in ecclesiasticis dogmatibus te offendant. Sicut ergo sermonem nostrum superius adstruximus, quum de mente apostoli respõderemus, quòd non omnia ut dogmata prædicarint apostoli, sed alia quædam ut dogmata, alia iuxta dispensationem proposita sunt. Idem & apud
D fontem ueritatis, dominum apostolorum, & prophetarum inuenio: quòd non semper ad dignitatem suam, iuxta dogmatum scilicet ueritatem loquutus sit, sed dispensatione quadam pro infirmitate populi nonnunquam se submiserit. Age dicito mihi frater, quum dicit ueritatis dominus: Si e- Ioan. 5
Ioan. 4 go mihi ipsi testis sum, testimonium meum nõ est uerum. Sequar dictionem, sequar uerbum: iniuriam faciam dignitati, siquidem per dispẽsationem dictum. Sed neq; si malignus interpres esse uellẽ, permittet mihi dominus, qui licet dictionem perperam sequar, sensus tamen cõiecturam prauam excludit, & uoce alia me corripit: quæ sicut alio loco sancta de diuinis tradit, ita nunc simpliciter dignitatem confundere & iniuria afficere uideꝛ, Quandoquidem dicere posset: Rationẽ infirmorum

rum Iudæorum habens, dicebam: Si ego de me te A stificor, testimonium meum nõ est uerum: quam dictionem tu ad blasphemiam rapuisti. an nõ me alicubi dicentem audisti, etiam si ego de me testificor, testimonium meum uerum est? Quid ergo fratres, cõtraria sibijpsi, pnunciabit ueritas? Absit; sed aliter se habet ad eos qui ueritatis sunt alũni, & aliter ad eos qui à ueritate aliquantulum ab alienati: non quòd ipsa uaria sit, sed quòd pro singulorum habitudine sese accommodat. Quare igitur dicit Iudæis: Ego à meipso non loquor, sed pater mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar? Quia opinabãtur ipsum esse Mosaicæ legis inimicum, & præscribere aduersa patri, qui in
B lege sabbatũ legis honestabat, uidebaturq; legibus noui testamenti pugnantibus cum ueteri, no uus status induci: idcirco declarare uolẽs se nihil constituere quod deo displiceret, nihil etiam præ dicare quod legi aduersareꝛ, dicit: Ego à meipso non loquor, quemadmodũ uos suspicamini, sed ille ipse qui à uobis adoratur, ipse mihi mãdatum dedit. quasi doceret eos, quòd si hæc suggillatis, non meam doctrinam suggillatis, sed impingitis in deum, quem confitemini. Quãdo ergo fratres sic misere, sic abiecte, sic humiliter sermonẽ Christi tracto, ut accipiã quasi in seruili conditione dicatur hæc uox: A meipso nihil facio, pater mihi mandata dedit quid loquar, & quid dicam: uides mox in quantum impietatis profundum descendo, si ita suspicer. Facio enim ipsum non solum pa
C tre inferiorem, sed & apostolis ipsis minorẽ. Quo
1. Cor. 7 modo autem id, ausculta. Paulus dicit: De uirginibus præceptum domini non habeo, cõsilium autem do. Paulo permittis absq; præcepto consiliũ dare, Christum uero sub seruitutis iugum abstrudis, qui ita mordicus tenes uerbũ, quo dicitur: A meipso facio nihil? Iã sicut et antea premisi, aliter ipsum disputasse solitũ cum his qui ueritate enutricati, aliter cũ his qui ab ea sequestrati. Neq; enim Iudæi ipsum esse filium dei reputabant, neque in
Ioan. 9 mentem Iudæis ueniebat deum esse sermonẽ. Nõ audisti qualia de ipso dixerunt? Homo ille nõ est dei, quia sabbatum non custodit. Non putabãt ese se hominem dei, & quomodo dignitatem unigeniti conijcerent? Ad hæc dicebant iterum de seruatore: Scimus quod homo hic peccator est, qa sabbatum non seruat. Quũ ergo de ipso sentirent
D ut peccatore, & homine, cui nihili cũ ueritate cõmune: ullam' ne diuinitatis opinionem uel fortuitò de ipso conciperent? Ea de ratione ad sic affectos uocem submisit, eosq; docuit, ne ob externũ habitũ contradicentes, putent ipsum à diuina uoluntate dissidere. Vnde dicebat: A meipso nõ loquor: ipse mihi mandatũ dedit quid dicã, & quid loquar. Apud eos autem qui fide filij instructi, animaduerte ut uocem supplicem & abiectam deponit, diuinæq; dignitatis gloriam induit, dicens: Audistis dictum esse antiquis, non facies adulterium: qui uiderit uxorem proximi ut cõcupiscat, iam peccauit: ego autẽ dico. Vides quomodo nuda autoritas, ubi fidelis, & quomodo formata ac tecta per dispensationem, ubi suspectus auditor? Cum autem paruulus fermè in turba contritus esset, dixit: Semper diuini sermonis auditui turbatio agnata est. Etenim animarũ hostis diabolus, ubi uidet quòd sermo acuta iacula aduersus deceptionem suam emittit, continuò auditores cõturbat, ut ueritatem redarguentem in fugam uertat. Eutychus adolescens Pauli auditorium turbarat, Act. 20
& hic adolescens quidam auditorium populi interturbauit, quo magis proposito destituãtur auditores. Atqui fratres nos fugientes fluctuum tẽpestatem, ad trãquillum ueritatis portum nauim appellamus. Nollem enim digressionẽ latius expatiari, quę instituto sermoni obsistat. Vbi suspectus auditor, accommodetur ad dispẽsationis rationem doctrina: ubi uero syncerus ueritatis atq; pietatis alũnus, nuda sit autoritas. Ad Iudæos dicebat: A meipso nihil loquor: ad domesticos autem fidei: Audistis quòd dictum sit antiquis, non facies adulterium: ego autẽ dico. Vbi Ego illud loquentis autoritatem demonstrat: nam ubiq; E-
Matth. 14 go, autoritatem testatur dicentis, ut cum dicit: Ego sum, Ego sum: et honestum est illud, Ego sum, Et iterum Iudæis dicit, Non ueni ut faciam uolũtatem meam, sed uoluntatẽ eius qui misit me. Soluit item hæreticæ suspicionis dubitationem hodierna euangelica lectio. Quando enim leprosus ille ipsum accessit, corpore quidem leproso, anima autẽ pura & lucida, dicit ipsi: Domine, si uis, potes me mundare. Quære hic hæreticorum canonem. Oportuerat enim consentanea uocis suæ dicere, non uolo ego, sed uult pater, mũdus esto: non ueni enim ut faciam uoluntatem meã, sed uoluntatem eius qui misit me. Non audisti me dicẽtem, non ueni ut faciam uoluntatem meam? Si ergo cogat uoluntatem potestati subditã, sicut impij dicunt, cur autoritatem exposcis ab eo qui paternæ autoritati subditus est? Verum nihil horũ seruator ad eum qui ad se syncero pectore accesserat, dixit, sed declarando ipsum syncerę esse fidei, syncera quoq; ac pura sanitate donauit. Accessisti ad ipsum fideliter, accipe & remediũ fideliter. Voluntati meæ adscribis beneuolẽtiam, uoluntate mea & salutem capessito: Domine, si uis, potes me mundare. Volo, mundus esto. Nõ subsistit hæreticæ impietatis definitio. Vides quantũ sermoni subest? A propria uolũtate autoritatem seruat. Hæc aũt cum dicam, nõ induco separatã à uoluntate patris uoluntatẽ filij. Quã enim filij dixeris uolũtatem, patris uoluntatẽ dicis: & quam dixeris uoluntatẽ patris, prædicas autoritatẽ filij: et si dixeris autoritatẽ filij, declarabis potestatem spũs sancti. Vna enim potestas, indiuisum regnũ. At dicit quis: Attigisti inter dicendum de spiritu sãcto, de potestate, ego apostolica uoce inuenio spiritum Christo subiectum. Dixit enim Paulus: Quãdo aũt dicit, quòd omnia ipsi subiecta sunt, 1. Cor. 15
manifestum est quòd omnia præter eũ qui subiecit illi: omnia intelligit, ergo spiritus subditus est: solum enim patrem dicit non subiectũ esse Christo. Verum quum dicit omnia, creaturam signat:

Universidad de Deusto
Biblioteca

nõ increatam naturam iniuria afficit, sed de subiectione inimicorum disputat. Vltimus inimicus abolebitur mors. Cur ergo in subiectorum inimicorum regione collocas spiritum sanctum? Non enim subiectionem amicorum pater induxit, nõ subiectionis angelorum meminit, non subiectionem archangelorum attigit, sed subijciendorum inimicorũ inimicus extremus mors abolebit: loquitur de inimicis qui subditi sunt, non de spiritu sancto. Iam si nos fideles qui in Christo credimus, cum Christo regnabimus: spiritus ne sanctus nõ parem cum obedientibus sortietur dignitatem? In die manifestationis saluatoris sedebũt filij Zebedæi, Iacobus & Ioannes, & chorus ille apostolorum super duodecim thronos: spiritus ne erit circa subditorum suppedaneũ? Facessat hæc impietas amice, sermo hic est de creatura, nõ de increata natura, non de adorabili dignitate. Et ut diligẽtem ac exquisitum ueritatis sermonem accipias, considera quõ beatus Dauid inducens laudantiũ creaturarum chorum, dicit: Laudate dominum è cœlis, laudate eum in summis, & reliqua. Angeli, uirtutes, cœli cœlorum, & aquę super cœlos. Nullam spiritus mẽtionem facit, increatam naturam creaturę non cõnumerat. Tres pueri qui in camino induxerunt & ipsi creaturarum chorũ: laudate, dicentes, angeli domini, cœli domini, uirtutes domini, sol & luna, &c. nõ recordati sunt spiritus sancti. Item & Paulus, quum diuidit inuisibilia ab ijs quæ uidentur: dicit eo loco, ubi docet quòd in Christo condita sunt omnia, tam quæ in cœlo, q̃ quæ super terram: tam uisibilia, quàm inuisibilia: & confestim adnumerat inuisibilia, dicens: Siue throni, siue principatus, siue potestates, siue dominationes. Nam quoniã omnium quę uidentur seruitus, in confesso est: inter inuisibilia autem recensentur angeli, & uirtutes, et spiritus sanctus, et filius, & pater, ut nõ per ignorantiam cœlestium, sub iugum seruitutis dominium & dignitatẽ spiritus sancti trahas, ea quę uidentur, discernit, neq; dicit, siue sol, siue luna, siue astra, omnia seruituti obnoxia: horũ enim cõditio comperta est, quòd omnia seruiunt. Cæterũ in his quę inuisibilia sunt principatus & angeli: est autem inuisibilis etiã & qui adoratur spiritus. Igitur ne quis ipsum cum alijs inuisibilibus copulet, seorsum numerãtur supernа omnia, ne in ordine ministrantium sit & dominus. Seorsum numerat quæ non adorantur, ut segregetur quod adoratur. Siue throni, siue principatus, siue potestates: nõ dicit, siue spiritus. Verũ ad institutum redeamus. Si uis domine, potes me mundare. Sciebat leprosus scaturientẽ beneficẽtiam, sciebat emanantem salutem, sciebat multos male habẽtes, & à dæmonibus infestatos, inuesti gasse fontem salutis, & cogitatiõis hæsitationem deponit: & quum esset carne quidẽ leprosus, anima tamen mundus erat: neq; enim discolor illius anima. Etenim sicut molesta corporis lepra colorem uariat: sic & ubi animã occuparit, duplex facit cor, scilicet ad fidem, & ad infidelitatem se dispertiens. Et quàm iniucunda oculis humanis corporea lepra, tã insuauis est oculis dei in plures secta partes anima. Et ob hoc ait scriptura: Væ duplici cordi, & animæ solutæ, & peccatori uias duas incedenti. Rursum contineamus nos in institu to, Volo, mũdus esto. O miraculũ. Volo, mũdus esto. Sermo nonnunquã fratres ab autoritate, sermo nonnunquã à temeritate proficiscitur: & hũc quidem fortuitò quis eblaterat, ad illũ uero opus comitatur autoritatem eius qui solus potest. Si ergo dixisset: Volo, & nõ subsequutum esset opus, temeritas erat: nunc uero quum opus uocem subsequitur, & sermonẽ ne ægrè feras, & opus reuerere. Vide quantum discrimẽ inter ueterem legẽ, nouamq; gratiã etiam omni ex parte. Moses cum ex monte descendisset, primã legem tulit, & mandauit ut castris excederent leprosi. Christus uero mõte descendens, leprosum protinus mundat: & ille quidem morbidos eliminat, hic uero curã eorum agit. Ascendit Christus in montem, ascendit & Moses: & hic quidem ut acciperet, ille uero ut daret. Ascendit Moses, & inuenit montem imple tum tubis, nubibus, tonitruis, fulguribus, turbini bus, caligine: quæ licet parũ congruebant dexteræ & magnitudini apparentis, uerum decebat ut populus ille ita ad pietatẽ erudiretur. At Christi gratia timorem ponit, seruitutem eiicit. Nõ enim accepimus, spiritum seruitutis iterum in timorẽ, sed accepimus spiritũ adoptionis. Et Moses quidem dedit decem mãdata: Iesus autem dominus Mosis nouem beatitudines. Dictorum ueritatẽ sciunt quotquot aliquatenus scripturas norunt. Prima beatitudo. Beati pauperes spiritu, qa ipsorum est regnum cœlorum. Beati qui lugent, quia ipsi cõsolabuntur. Beati mansueti, quia hæreditate obtinebũt terram. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quia ipsi misericordiã assequẽtur. Beati mundo corde, quia ipsi deum uidebũt. Beati pacifici, quia filij dei uocabũtur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quia ipsorum est regnum cœlorũ. Beati estis quando exprobrauerint uobis, & persequuti fuerint, & dixerint aduersus uos omne malum uerbum mentiẽtes. Quare lex ponit decẽ mandata, gratia autem nouem beatitudines? Nempe decem mandatorum numerus, respondet numero plagarũ Ægypti. Decem plagæ Ægypti impietatem castigarũt, & decẽ mandata populum erudiunt insensatum. Id quod & litera iota indicat, qua denarius numerus scribi solet: uirgulæ enim formam & figuram præ se ferũt. Et uirga erudiebat Ægyptios atq; populum: Iesus uero dominus noster dat nouẽ beatitudines, triplici ternario triplicem plectens coronã. Quãdoquidem fratres adorabilis illa trias, regalis illa dignitas, immaculata natura, indominabilis dominatio, in ternario gloriã habet, & ueneratur deus ternarij prædicationẽ in terra, & uirtutum numerũ, quòd numero sanctæ trinitati respondeat. Et ut exẽpli gratia aliq̃d dicã: Multi sunt patriarchę, & deus seipsum triũ patriarcharũ uocat deũ: Ego deus Abraham, et deus Isaac, & deus Iacob.

Coloss. 1

Psal. 148

Exod. 3

Non quòd non sit etiam deus Mosi, & non deus Ioseph. Omnium enim deus est, qui se inuocãt in ueritate: sed ueneratẽ sicut in imagine, in terrenis cœlestia. Tres patriarchæ sunt in honorẽ trinitatis, tres uirtutes in honorem trinitatis. Nunc autem manẽt tria hæc, fides, spes, charitas. In tria diuisum est uniuersum, nempe in ordinẽ supercœlestium, terrenorum, & subterraneorum. In tria secantur tempora, in præterita, præsentia & futura. Et sicut licet multi sint patriarchæ, ut prædicetur gloria uiuentis spiritus, sufficit ternarius: ita cum multi sint sacerdotes, trias tamen sacerdotum electa est, nempe Mosis & Aaron, qui in sacerdotibus eius, & Samuelis. Multi reges, multi sacerdotes, & trium celebris est memoria. Dauid scilicet, & Ezechiæ & Iosiæ: dicit scriptura, omnes peccauerũt. In camino tres pueri. Cum Christo in montem conscenderunt Petrus, Iacobus & Ioannes. Multi in cœlo angeli, & tres apparent Abrahæ. Omẽs dies dei sunt, & tres seruiũt mysterio. Qui illi tres? Accipe Isaac, dicit, quem dilexisti filium tuum unigenitum, & uade in unum mõtium: ambulauit Abrahã tres dies & tres noctes, ut simul & mysterium monstraret. Sic enim quasi à morte uiuẽtem accepit Isaac. Quomodo autem? Audi: A quo tempore pater illum sacrificio destinarat, mortuus censeri potest. Neq; enim euasurus credebatur, et propositam sanciebat promissionem. Tertio autem die restitutus est uiuus in figurã resurrectionis. An non potuit Ionas in mari manere plures dies? sed solum ibi tres dies fecit, ut resurrectionis mysterium ostẽdat. Hic quis dicet, si alicubi reperias seiunctim mysteria talia, at nõ quãtum satis est ad recipiẽdam incarnationem & trinitatem ista miracula persuadent. Si ego dico, reproba sermonem: sin diuina est prædicatio, audi à me. imò audi mecum: quia tres dies interpretantur nobis passionem domini. Quid de Abraham idem saluator dicit: Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meũ: uidit, & gauisus est. Quẽ diẽ? Mortis. Agnus enim ab arbore traditus Abrahæ, imaginem gessit agni dei, qui tollit peccatum mundi. Et quod dicit, Vidit diem: nihil aliud facit, quàm quòd uidit mortem. Vnde hoc & usitato more dicunt homines, præuenit eũ dies, pro eo quod est mors. Verum cõsuetudinis lex nõ est satis idonea ad astruẽda ea quæ dicuntur: itaque ad scripturam ueniamus. Dicit alicubi beatus Dauid: Obseruabit peccator iustum, & stridebit super eum dentibus suis: dominus autem irridebit eum, quoniam prouidet quod ueniet dies eius. Et hæc quidem in Abraham dicta sunt. Nunc ad Ionam quoq; ipsum redeo. Iterum enim tres dies Ionæ, passionem hanc salutarem interpretari licet. Iterum seruator clamat: Quẽadmodum, dicit, Ionas in uẽtre cœti tres dies & tres noctes, sic oportet filium hominis in corde terræ facere mãsionẽ tres dies ac tres noctes: sed unũ ad supradicta dicemus, quod alijs euidentius est. Populo priori tres erant ordines, sacerdotium, regnum, & prophetia: præter tres illos non uidebatur alius apud Iudæos principatus. Cornui item erat olei sanctificationis, & una fuit unctio, tria uero dona. Vnũ cornu, tria charismata: Inungebantur enim sacerdotes, reges, & prophetæ. Cæterum quia aliqui argumẽti huius ignari sunt, ne incassum sermo currat, seipsum quidem absumens, lectori uero inutilis, audi breuiter: Seruabatur à prophetis cornu, è cornu autem inungebantur reges, prophetæ, & sacerdotes: nulla quidem chrismatis uariatione: nam per idem cornu gratia adhibebatur. Inungebantur reges, inungebãtur prophetæ, inungebãtur sacerdotes: una unctio, tria dona. Quare autẽ in cornu erat unctio? Quia imaginem gerebat Christi. An non in argenteo uase, an non in aureo, an non in aliqua alia pretiosiore materia tantum donũ esse potuit? sed non fuit in alio quàm in cornu. Siquidem ut dicendo præmisi, imaginem gerit Christi. Etenim dicit: Excitabo cornu Dauid: quod est dominus sacerdotij & regni & prophetiæ, ille sit cum omnibus uobis. Quia cũ caput nostrum accepit regnum, contritis tribus illis humanis dignitatibus, in eius cornu omnis dignitas, & gloria resedit, Amen.

Ioan. 8

Psal. 33

Matth. 12

1. Reg. 16

Psal. 131

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI SERMO de eleemosyna & collatione in sanctos, ex priore Pauli ad Corinthios epistola.

IAM XVRREXI hodie functurus apud uos legatione quadam iusta, utili ac honesta, nõ alterius cuiuspiã quàm pauperũ nomine, qui uestram hanc inhabitabant ciuitatẽ. Hi mihi hanc prouinciã iniunxerunt, nõ sermonibus, nec communis consilij suffragijs & sentẽtia, sed miserabilibus accerbissimisq; suis spectaculis. Nã cum ad uestrũ hunc conuentũ festinãs, per forum & angiportus transirẽ, uiderem q̃s in medijs biuijs iacere multos, quorũ alijs abfectę manus, alij exoculati, alij ulceribus pleni & incurabiles, ac protendentes eas partes, quas utpote tabidas potissimũ necessarium erat contegerẽt: extremæ inhumanitatis esse duxi, si apud charitatem uestrã de his non differerem, maxime qđ alioquin ex his quę dicta sunt, opportunitate quadã ad hoc compellor. Et semper quidẽ conuenit de eleemosyna cõcionari, quandoquidem & nobis apud dominũ multa semper opus est misericordia. Nũc uero per hoc tẽpus multo magis necessariũ, quum tantũ sit frigus. Enimuero ætate temporis cõmoditas multum solatur pauperes. Extra enim periculũ sunt, si nudi ambulent, quũ Solis radij pro amictu sint, securumq; in nudo pauimẽto dormire, noctesq; sub dio agere, neq; adeò calceamẽtis indigẽt, uel potu uini, uel alimentis largioribus: contenti emi sunt aquarum fontibus, tumultuariamq; illis mẽsam usilioribus oluscũlis ac paucis leguminib. ipsa anni pars instruit. Ad quæ accedit & alia nõ minor cõmoditas. Nam qui domos extruunt, quiq; terrã fodiunt, & qui mare nauigant, illorum ministerio plurimum egent. Quemadmodũ enim locu-

cupletes prouentus habent ex domibus,agris & A
poſſeſſionibus: ita pauperes ex manibus & corpore,& non aliũde:ac propterea per æſtatem eſt q̃ eos ſoletur: hyeme uero undequaq; uarijs modis affliguntur & uexantur. Duo autem in primis eis moleſta ſunt. Intra,uiſcera deuaſtat fames: extra,carnem conficit frigus. Præterea ampliore indigent alimento,& denſiore ueſtitu: inſuper & tecto,& ſtrato,& calceamentis, atq; multis alijs. Et quod omnibus eſt grauius, operandi commoditatem tẽpus negat. Ea propter quia pluribus habent opus,& non eſt laborandi facultas, nemine miſeris uel mercedem præſtante, uel opus iniungente,nos ſaltem manus porrigamus,non iã mercedem,ſed eleemoſynam daturas. Aſſiſtat autem nobis fidelis in hac legatiõe collega Paulus: pauperum & in egeſtate uiuentium præfectus & procurator,miræ ſingularisq; uigilantiæ ac curæ. Vnde diuiſis apud Petrum diſcipulis, pauperum cu-
Galat.2 ram non diuiſit:ſed ut dicit,Dextras dederũt mihi & Barnabæ ſocietatis, ut nos in gentes, ipſi in circunciſionem apoſtolatu fungeremur. Iniunxerunt ſolum ut pauperum eſſemus memores: id q̃ facere curaui. De qua re ſubinde ſermonem in epiſtolis ſuis inculcat, & nec unam inueniés quæ de ea non admoneat. Sciebat enim, ſciebat quãti momenti res ſit,& propterea tanquam ędificio admirabili faſtigium ſuperimponẽs, hanc doctri nam conſilijs & admonitionibus ſuis adijcit, atq; idipſum hoc quoq; loco facit. Nam poſteaquam de reſurrectiõe diſputauit, decq; alijs omnibus diſ C poſuit, in hunc tandem de miſericordia ſermonẽ
1.Cor.16 deſinit,ſic dicẽs: De collatione autem in ſanctos, ſicut ordinaui eccleſijs Galatiæ, ſic & uos facite. In una ſabbatorum unuſquiſq; ueſtrum. Animad uerte ſenſum & ingenium Apoſtoli, quam tempeſtiue ad hanc admonitionem accedit. Cum eñ meminit futuri iudicij terribilisq; illius ſedis, & gloriæ qua ueſtiẽdi ſumus, modò recte uiuamus, & immortalis uitæ, tum de hoc reliquum ſermonem infert,ut auditor ſpe bona refocillatus, facilior ſit ac benignior, atq; ita maiori ipſum alacritate ſuſcipiat,utpote adhuc iudicij terrore contemiſcens, & repoſitorum animæ bonorum expectatione geſtiẽs. Etenim quiſquis de reſurrectione philoſophatur,& ad futuram uitam ſe totũ cõfert, nihil æſtimabit præſentia, uel diuitias, uel abundantiam, uel aurum, uel argentũ, uel ſumptuo D ſas ueſtes, uel delicias, uel menſę luxũ, uel aliquid tale. Et qui hæc nihili faciũt, haud difficilè pauperum ſuſcipient curam. Et hac de cauſa admonitionem hanc apte ſermoni de reſurrectione ſubiunxit. Primum autem nõ dicit, de collatione in pauperes, neq; in mendicos, ſed in ſanctos: ut eruditet auditores, etiam pauperes ſi piè uiuant admiratione dignos, & diuites ſi uirtutẽ deſpiciãt eſſe contẽptibiles. Ecce rex prophanus uocat & iniquus, quia inimicus erat deo: & pauperes ſancti, quia manſueti erant ac moderati. Neronẽ myſte-
2.Theſſ.2 rium iniquitatis uocat, dicens: Myſterium enim nunc agit iniquitatis. Pauperes uero quibus nec alimenta erant, & qui emendicato alebant uictu, ſanctos appellat. Interim & occultè docet, ne eſſe rantur animo, neq; ob hoc mandatũ extollantur, quaſi alijs ut uilioribus deſpectioribusq; præſtẽt & antecellant: ſed ſciant, ſibiq; ipſis certò perſuadeãt, ſummum eſſe honorem, quòd datum ſit eis illorũ afflictionibus cõmunicare. Iam dignũ eſt, ut & illud perſcrutemur, quinam illi ſunt ſancti. Neq; enim hic duntaxat mentionem ipſorum facit, ſed & alibi ſic dicẽs: Nunc autem proficiſcor Rom.15
Hieruſalem miniſtrans ſanctis. Et Lucas in Actis Act.11
apoſtolorum, memor iſtorum ſanctorum ait: Cæterum diſcipulorum unuſquiſq; ut abundabat, ita & decreuit, ut mittat ad pauperes ſanctorum in Hieruſalem. Et iterum, quod & antea dicebã, ait, Galat.2
B Tantum ut pauperum memores eſſemus: in quo & diligens fui ut hoc ipſum facerẽ. quaſi diceret: Poſtquã ſeparati ſumus, ego in Gentes, ille in Iudæos: in hoc cõmuni ſentẽtia cõuenimus, ne quã tum ad pauperes attinet, ſeiungeremur. Nã quando prædicabant, Petrus quidẽ Iudæis, Paulus uero Gentibus prædicabat: quando aũt pauperũ agebant curã, tunc non ſic agebant, ut Petro tantũ cura eſſet Iudæorũ pauperum, & Paulo tantũ Gẽtiliũ: ſed procurabat Paulus etiã rem pauperũ Iudæorũ. Et propter hoc dicebat: Tantũ ut pauperum memores eſſemus, in quo & diligens fui, ut hoc ipſum facerẽ. Qui igit ſunt illi, de quibus hic diſputatur, & in epiſtola ad Romanos, inſuper et
in epiſtola ad Galatas, pro quibus & apud Mace Rom.15
dones intercedit: Iudæi pauperes erãt, qui & Hie Galat.2
roſolymis degebant. Sed qua de cauſa tantã illorum habet curã? An nõ in ſingulis ciuitatibus erant inopes & mendici? Cur ad illos potiſſimum mittit, & pro eis omnes orat? Sanè non hoc egit temerè, neq; ut acceptor perſonarũ, ſed ob magnam utilitatẽ. Proinde operæpretiũ fuerit, ſermonem illũ aliquanto ſuperius repetere. Enimuero ut Iudæorũ res corruerunt, & confirmata eſt uox eorũ, quam dum crucifigerent Ieſum, clamabant, Non habemus regẽ niſi Cæſarẽ: ipſi Romanorũ Ioan.19
principatui ſubiecti, neq; ſuis ut antea uiuebãt legibus, neq; per omnia ſerui erant, ut nũc: ſed in ordine cõmilitonum & ſociorum habebãtur, ſic tamen, ut ipſi tributa penderẽt regibus ſuis, & magiſtratus ab eis acciperent. In pleriſq; tamẽ & propias ſeruabant leges, & iuxta patrum præſcripta animaduertebãt in eos qui ſecũ peccarant. Nam tributum eos Romanis dediſſe hinc liquet: quia tentantes Ieſum rogabant, ſi liceret dare cenſum Cæſari: at ipſe ſibi iuſſit oſtendi numiſma. Quod ubi monſtrarunt, & lecta erat inſcriptio: Reddi- Matth.22
te, ait, quæ Cæſaris ſunt Cęſari, & quę dei deo. Lu Luc.20
cas quoq; teſtis eſt, templũ habuiſſe milites & duces qui mille præerant. Quòd Romanis ſubditi fuerint Iudæi, non pauca ſunt argumenta. Similiter manifeſtum, quòd propriſs uſi ſunt legibus. Stephanum enim lapidarunt nondum ad tribunal ductum, Iacobum fratrem domini occiderũt, Chriſtum ipſum crucifixerunt, quamuis permittente præſide qui illorum excuſationem refutabat.

Matth.27 bat. Nam ea de cauſa & manus lauit, dicens: Innocens ſum à ſanguine iuſti huius. Et quia ualde urgentes uidebat, ipſe quidem ſententiam non tulit, ſed tradendo eum permiſit illos ſua uti tyrannide, qui & omnia poſtea fecerunt, & Paulo item ſæpe fuerunt moleſti. Igitur, quia ſuis utebanť iudicijs, uſu ueniebat longe grauiora pati eos qui ex illis crediderant. Etenim in alijs ciuitatibus quia iudicia, & leges,& principes erant, non licebat Gẽtilibus eos qui à ſe deficiebant, occidere, uel lapidare, uel aliter opprimere propria tyrannide uel ſententia. At ſi quis deprehendebatur tale quiddam præter iudicum ſentẽtiam patraſſe, is puniebatur. Quod tamen Iudæis erat adhuc permiſſum, idq; magna licẽtia. Vnde grauiſſimè afflígebanť, qui inter eos credebant. Nam erant ſicut relicti in mediis lupis, B
& non habentes aliquem qui eriperet. Sic Paulũ
2.Cor.11 quoq; ſæpe flagellarũt, quod & ipſe docet: Quinquies quadraginta minus una accepi à Iudęis. Ter uirgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum. Denique q̃ hoc non leui coniectura à me dictum ſit, quid ad
Hebr.10 illos ipſos Paulus ſcribat, audi: dicit enim, Redeãt uobis in memoriã ſuperiores dies, in quibus illuminati, ingens certamẽ ſuſtinuiſtis afflictionum: partim quidẽ, dũ & probris et preſſuris affecti, ſpectaculo fuiſtis omnibus: partim dũ conſortes ita conuerſantium facti eſtis: ſiquidem & afflictionũ quæ ex uinculis meis contigerunt, participes fuiſtis, et direptionem facultatum ueſtrarũ cum gaudio accepiſtis, ſcientes uos habere in uobis potio rem ſubſtantiam in cœlis ac manentem. Quin & C
cum Theſſalonicenſes adhortareť, illos in mediũ
1.Theſſ.2 adducit: Vos enim imitatores facti eſtis fratres ecclesiarũ dei, quæ ſunt in Iudæa in Chriſto Ieſu, q̃ eadem paſſi ſitis & uos à propriis contribulibus, quemadmodum & ipſi nos à Iudæis. Hac de cauſa, quia grauiſſima ferebãt præ omnibus, & citra omnem miſericordiam cuncta quæ habebant, eis auferebantur, ducebantur, trahebantur, fugabantur undiq; : iure Apoſtolus in illorũ ſubſidiũ alios excitat, iterum pro iiſdem Corinthios exhortans ac dicẽs: De collatione autem in ſanctos, ſicut ordinaui in eccleſijs Galatiæ, ſic & uos facite: Itaque ſatis demonſtratum eſt, qui ſunt ſancti illi, & quare pro ipſis maiorem habuerit curã: reliquũ eſt, ut inquiramus etiam cur Galatarum meminerit. Cur D
enim non dixit: De collatione aũt in ſanctos, hoc facite, in una ſabbatorum unuſquiſq; ueſtrũ apud ſe ſeponat theſaurizans, &c. ſed cum dixit, De collatione hac in ſanctos: adiunxit, Sicut ordinaui eccleſijs Galatiæ, ſic & uos facite. Cuius gratia hoc facit, & non unius, neq; duarum, neq; trium meminit ciuitatũ, ſed totius gentis? Certe ut promptiores eos redderet, eſſentq; eis materia & occaſio æmulandi aliorum laudes. Et poſt hæc nouũ quendam morem inſtituit. Et quis iller In una ſabbatorum, ait, unuſquiſq; ueſtrũ apud ſe ſeponat theſaurizans, quicquid commodum fuerit: ne cum uenero, tunc collationes fiant. Vnam ſabbatorũ dominicam uocat. Et quamobrem hunc diem oblationi deputat? cur non dixit ſecũda ſabbatorum, uel tertia ſabbatorum, uel aliſs ſabbatis? Profecto nec hoc temerè, nec abſq; cauſa dictũ. Nam & à tẽporis opportunitate anſam capit, quò alacriores reddat offerentes. Et quid cõmodi habet eius diei tẽpus, quo facilius deť eleemoſynať? Ecce, quoniam tũ a labore omni ceſſať, relaxationeq; & feriis alacrior ſit animus. Et quod multo maius eſt, innumeris eo die bonis potiti ſumus. Nã eo die deſtructus eſt infernus, extinctũ maledictũ, diſparuit peccatũ, cõfractę inferorũ portę, captiuus factus eſt diabolus, diuturnũ bellũ diremptũ, conciliati deo homines, noſtrũq; genus ad priſtinam, imò ad maiorem redijt dignitatem, uiditq; ſol inopinatũ & admirabile illud ſpectaculũ, q̃ homo factus eſt immortalis. Hæc omnia uolens ipſe nobis in memoriam referre, diẽ illũ in mediũ attulit, ipſum in aduocatũ aſſumens, qui unicuiq; diceret, Cogita homo quanta & qualia bona accepiſti hoc die, quantis malis es liberatus. Qualis eras antea, qualis poſtea factus es. Iã ſi nos natalitia celebramus, et multi libertinorũ etiã eos dies, in quibus libertate donati ſunt in magno habent honore, ita ut alij, uenerando tẽpus, couiuia faciãt, alij multa munera largiantur: quãto magis nobis dies ille obſeruãdus, quẽ ſi quis natalitiũ totius humanæ naturæ appellet, haud aberrarit? Perditi eñ eramus, & inuenti ſumus: mortui eramus, & reuiximus: inimici eramus, & reconciliati ſumus. Spirituali aũt honore, in quã, hũc diẽ uenerari oportet, nõ conuiuando, non uinũ profundendo, nõ ebrietati choreisq; uacando, ſed indigentes fratres liberalitate facili iuuando. Quæ dico, non ut laudetis tantum, ſed ut & uos quoq; imitemini. Neq; enim putare debetis hæc ſolis Corinthijs eſſe ſcripta, ſed & unicuiq; noſtrum, ac omnibus qui poſt nos futuri ſunt. Faciamus itaq; ſicut nobis Paulus præſcripſit, & die dominico unuſquiſq; noſtrum domi opes dominicas reponat, fiatq; ex hoc lex & conſuetudo immutabilis, nec dubito poſthac non fore opus adhortatione uel cõſilio. Nequaq; enim tam efficax eſt adhortatio & ſermo, ut conſuetudo tempore firmata. Statuamus igitur hoc, ut dominico die aliquid in ſubſidium pauperũ reponamus, neq; legem poſtea tranſgrediamur, etiam quantacunq; urgeat neceſſitas. Iam cum dixit, In una ſabbatorum: ſubdit, Vnuſquiſq; ueſtrum: non diuitibus, ait, dico ſolum, ſed & pauperibus: non liberis ſolum, ſed & ſeruis: non uiris ſolum, ſed & mulieribus. Nullus ab hoc miniſterio exemptus, lucri ue ſit expers, ſed unuſquiſq; aliquid offerat. Neq; collationi huic obſtat inopia: quantumcunq; eñ pauper ſis, non es pauperior uidua illa, quæ omnẽ ſubſtantiam expendit: quantumcunq; mendicus ſis, non eris pauperior Sidonia muliere, quæ pugillũ farinæ tantũ habens, ſolicita erat, quomodo Prophetam digne exciperet, tametſi uideret circumſtantes pueros, & famẽ urgentẽ, neq; aliud quicq; haberet repoſitũ. At qua de cauſa dixit, ut aliquid apud ſeipſum reponat theſaurizãs? Ne fortè quis erubeſcat & uereatur oſtendere tam parũ à ſe offerri: & ideo ait, Tu ſerua & cuſtodi: & cum paula

Universidad de Deusto
Biblioteca

tim paruæ oblationes iustã aliquam quantitatem habent, tum profer in mediũ. Item non dixit, colligens, sed, thesaurizans: ut discas quòd sumptus ille thesaurus sit, & expensæ illæ quæstus. Thesaurus, inquam, est omni thesauro melior. Nam sensibilis thesaurus, & insidijs petitur, & imminuitur, sæpeq; inuentores pessundat: cœlestis autem ille, totus alius est: insidias ignorat, auferri nequit, saluis possidentibus, & accipientibus non consumitur tempore. nõ perit inuidia, sed prorsus eiusmodi iniurijs superior, multa colligentibus affert bona. Obediamus igitur, & faciamus etiam nos ita: ut cum priuatis sint et sacræ opes in domibus nostris repositæ, futurumq; ut per eas etiam priuatæ conseruentur: quemadmodum si opes subditorũ in regijs promptuarijs conseruentur, per illas etiã regiæ securiores sunt: ita certe & in domo tua si pauperũ opes reposueris, & domínico die collegeris, etiam tuæ securiores erũt: erisq; dispensator opũ illarũ à Paulo ordinatus. Et hinc collecta hęc, occasio erit ut plura colligas, modo primũ tibijpsi bonam hanc cõsuetudinem feceris: nam teipsum instigabis nullo alio cõsiliario habens opus. Hoc itaq; modo uniuscuiusq; domus ecclesia fiat, sacratas opes intra se conseruans. Enimuero gazophylacia quæ in templis sunt, illarũ symbolum gerũt. Locus in quo pauperũ opes sitæ, inaccessus est dęmonibus. Et opes, quæ in eleemosynas deputatę, domos plus muniũt, quàm scutũ & lancea, ac arma, & seruorũ & militũ manus. Porrò postquam Apostolus dixit, quando & à quibus, & quomodo reponendæ sint hæ opes, quantas illas esse oporteat, offerentiũ arbitrio relinquit. Nõ enim dicit, tantũ & tãtũ offer, ut ne præcepto grauet, multis alioqui paupertatem prætexentibus, atq; adeò ne dicant pauperes: Quid si tantum præstare non possumus? propterea quantitatem oblationis uirtute offerentiũ arbitrio relinquit. Nõ enim dicit, tantũ & tãtũ offer, ut ne præcepto grauet, multis alioqui paupertatem prætexentibus, atq; adeò ne dicant pauperes: Quid si tantum præstare non possumus? propterea quantitatem oblationis uirtute offerentiũ determinauit. Vnusquisq; enim uestrum, ait, apud sese reponat, thesaurizans quod commodũ fuerit. Quo uerbo ἐνοδιάθη Paulus demonstrat, quòd superne fauor, & felix euentus eis assistet. Non enim hoc solũ considerabat quomodo, sed & ut magna cum promptitudine pauperibus necessaria suppeditarentur. Enimuero, & deus eleemosynã non ob hoc solũ instituit, ut pascãtur indigni, sed etiam ut dantibus accresceret beneficia, atq; adeò magis propter dantes, quàm accipientes. Nam si pauperũ duntaxat habuisset rationẽ, nihil aliud præcepisset, quàm ut necessaria eis darent, nec dantiũ promptitudinẽ requisisset: at nũc uidere licet Apostolũ hoc potissimũ agere, & ordinare, ut gaudentes & hilares sint largitores. Et alicubi dicit. Ne ex tristitia, uel ex necessitate: hilarẽ datorẽ dilígit deus. Ecce non simpliciter dicit datorem, sed eũ qui libenter et uolupe benefacit. Et iterũ alio in loco, Qui impertit in simplícitate, qui præest in diligentia, qui largitur in hilaritate. Et propterea uera eleemosyna est, sic dare, ut gaudeas te dare, putesq; te accipere magis q̃ dare. Atq; hoc modis omnibus conatur, ut leue faciat præceptum, fiatq; cum alacritate oblatio. Et

2. Cor. 9
Eccl. 35
Rom. 12

considera, quot nominibus attentauit præcepti pondus & grauitatem auferre. Primũ iubet offerre non unũ, duos uel tres, sed uniuersam ciuitatem λόγια. Collatio enim nihil aliud est q̃ collectio, & symbolũ quòd omnes dant. Secundo accipientiũ dignitatẽ significat: non enim dicit, pauperes: sed, sanctos. Tertio exemplũ affert aliorũ, qui simile quiddam fecerant, cũ dicit. Sicut ordinaui ecclesiis Galatiæ. Quarto diei opportunitatem adijcit, dicens: In una sabbatorum, unusquisq; apud seipsum ponat. Quinto, nõ iubet omnia simul profundi in eleemosynam, sed paulatim. Indignum enim iubere, totũ uno die offerre, & tanto tempore inopia premi: hoc enim citra rationẽ sumptuũ omnino esset. Ad hæc, non decernit mensurã, sed offerentiũ arbitrio permittit, & à deo datũ declarat. Vtrunq; hoc insinuat, cũ dicit, quod commodum fuerit. Adijcit & septimũ alium modũ, cum dicit, Vt ne cum uenero, tũc collationes fiãt. Quo dicto & suburget expectantes suũ aduentum, & solatur certũ diem aduentus sui scribens. Neque his contentus, aliũ etiam octauũ adducit. Et qualis nam ille? Vbi uenero autem, quoscunq; probaueritis per epistolas, hos mittam, ut perferant gratiam uestram Hierosolymam. Quòd si fuerit operæ pretiũ ut & ego ipse proficiscar, mecũ proficiscentur.] Vide quàm aliena à fastu & mansueta sit generosa illa ac beata anima: uide quàm solícita et affectuũ plena: Noluit enim ex sua sententia eligi ministraturos pauperibus necessaria, sed eorũ electionem ipsis permisit. Neq; iniuriæ loco habuit, quòd Corinthiorũ suffragio, sententiaq;, & non Pauli constituebantur: imò absurdũ censuisset, si secus esset actum. Et hac de causa permisit eis, ut quorũ erat oblatio, eorũ esset & ministrorum electio: interim & mansuetudinem suam demõstrãs, & omnem ansam ac umbram suspicionis auferẽs. Nam licet ab omni suspicione mala alienus, & solę purior erat: ex abundantia tamen hoc curabat, quò infirmioribus parceret, & suspiciones effugeret: unde dicit, Vbi uenero autem, quoscũq; probaueritis, eos mittam, ut deferant gratiam uestrã. Quid dicis Paule? Tu autem non nauigabis, neq; subsidia accipies, sed alijs rem demãdabis? Ne cogitãtes tale quiddam tristiores redderet, uide quomodo & hoc bene tractat. Non enim simpliciter dixit, quoscunq; probaueritis, mittam, sed quid? Per epistolas. Tametsi non corpore adero, sed literis meis affuturus, adiuuabo illorũ ministerium. Num Pauli umbra uel calceamentis eius digni sumus? Et ille tanta apud omnes dignitate conspicuus, reijcit honores undequaq;: nos uero stomachamur, & ægre ferimus, si quando non sententia nostra, neq; suffragio & iudicio ordinant, qui subsidia illa ministrent: & iniuriam putamus, si non nobiscum, & nostra sententia hoc faciunt qui sua impendunt. Vide autem qualiter eleemosynæ ubiq; meminit. Hoc loco eam non uocat mandatũ, neq; eleemosynam, sed gratiam: demonstrans q̃ sicut mortuos excitare, & dæmones effugare, & leprosos mundare, gratiæ opus est: sic etiam pauperes

Collatio.

peres iuuare, & indigis manũ porrigere, imò multo magis hoc quàm illud. Iã licet gratia sit, nostra tamen opus habet opera & studio, ut elígamus & uelimus, & gratia dei dignos nos exhibeamus, & præparemus. Hoc quidem dicto egregiè ipsos cõsolatus est, quia literas suas cũ eis missurus esset: iterum tamen alio maiori quàm antea, consolatur, dum pollicetur seipsum itineris sociũ futurũ. Si enim fuerit operę pretiũ, ut et ipse proficiscar, mecum proficiscentur. Et uide etiam hic ipsius industriam. Neq; enim negauit se simul iturũ, neq; omnino iturus est: sed iterũ arbitrio dantiũ rem submittit, eosq; dominos facit suæ peregrinationis, demonstrans quanta sit hæc dignitas. Nam tanta est, quæ etiam ipsum itineri se ut accingat, excitet. Nam cũ dicit, operæ pretiũ, coniectãtis est. Quòd si per omnia hanc profectionem abnuisset, tristio res utique eos reddidisset, ac segniores: sin dubiè promisisset, negligentiores fecisset, & ideo non omnino negat, neq; pollicetur, sed sententiæ Corinthiorũ submittit. Audientes enim Paulum delaturũ oblationes suas, maiori studio & alacritate ferebantur, quòd per sanctas illas manus oblatiões suæ deferendæ essent, & huic sacrificio preces illius accederent. Porrò si tanta alacritate hoc faciebant Corinthij obsecundaturi Paulo, tu uero dabis domino Pauli (nam per pauperes deus suscipit) qualem excusationem habiturus es, si negaueris uel distuleris? Et profecto nisi res magna, curaq; multa digna esset, ille cui totus orbis creditus, & cui curæ erant omnes quæ sub sole ecclesię, uix id muneris obijsset. Igitur hæc & nos cogitemus, quoties uel dandũ uel dantibus alijs ministrandũ, ne simus difficiles, tristes ue perinde ac possessiones imminuerent. Quomodo enim nõ absurdũ? Agricola sementem facit, & quæ habet expendit, & non tristat, nec dolet, nec sumptũ se facere putat, sed lucrũ potius, tametsi incerta eius spes. Tu aũt non in tam uilibus, sed in multo maioribus, seminans & daturus pecuniã in manus Christi, recusas, torpes, & inopiam prætexis? An non potuit deus præcipere telluri, ut proferat aurũ elaboratũ? Etenim qui dixit: Germinet terra herbam fœni, & ipsa mox protulit uiridantem faciem, nõ potuit præcipere, ut fontes & fluuij auri ubiq; manẽt? At noluit, sed permisit multos inopes, tã ob illorũ quàm tuã utilitatem. Quandoquidẽ ad uirtutem conducibilior paupertas, q̃ diuitiæ, & his q̃ in peccatis sunt, non parua consolatio est, quòd indigentibus subsidium ferunt. Preterea huius rei tanta cura fuit deo, ut cum nobiscũ hic ageret, carneq; indutus cum hominibus uersaret, non detrectaret, neq; erubesceret, quòd ipsemet ea quæ pauperum erãt dispensare uoluit, quamuis tot panes fecisset, faceretq; mãdato suo quæcũq; uellet, possetq; infinitos thesauros simul monstrare. Atqui hoc non fecit, sed præcepit discipulis, ut haberent marsupiũ & dispensarent indignis. Nam cũ ad ludam per ænigma loqueretur de traditione, nõ intelligentes discipuli quid dixisset, putauerunt dictũ, ut pauperibus aliquid daretur. Et dicit, Marsupium ipse portabat, & quæ ei dabant. Frequẽs em deo est misericordiæ mẽtio, nõ solũ eius quæ erga nos, sed eius etiã quæ ab hominibus in conseruos fieri debet. De quo in ueteri ac noua leges innumerę. Per omnia humanos esse iubet, in cogitationibus, uerbis & operibus. Moses de his sursum ac deorsum sermones disseminat: Prophetæ ex persona dei clamant, Misericordiã uolo, & nõ sacrifi- Osee. 6
ciũ. Apostoli quoq; illius consona, & faciunt & di- Matth. 9
cũt. Proinde in hac re negligentes ne simus. Non enim tã pauperibus q̃ nobis prosumus, plura accipientes q̃ dantes. Hæc non temerè, & absq; causa dico. Sunt em perquã multi, qui nonnũquam curiosius rogant & inquirunt patriam & uitam, mores & artẽ, & corporis bonã ualetudinem, & inde crimina intentant, & ob sanitatẽ de eis pœnas exposcũt. Hinc fit, quòd multi etiam cæcitatem corporis simulant, ut eius calamitatis actu, crudelitatem humanitatẽq; nostrã inflectant. Quæ quidẽ si æstate contingant, grauia sunt, nõ tamẽ usq; grauia. Hyeme uero & frigore, tã inhumanũ & crudelem iustificatorem se exhibere, ueniamq; nullam otiosis concedere, summè crudele fuerit. Quid igitur Paulus ad Thessalonicenses dicit: Si quis labo- 2. Thess. 3
rare non uult, etiã non comedat. Vt & tu hæc audias, & non ad illum solum, sed & ad te quoq; hæc uerba attinẽt. Pauli em leges nõ solis pauperibus, sed et nobis positæ sũt. Dico q̃d onerosum, & molestũ scio uos succensere, attamen dicã: non em ut grauem, sed ut emendem dico. Illis quidem otiũ obijcimus, etiam in re cui debetur uenia: nos autẽ eadem sæpe facimus omni otio grauiora. At ego, dicis, paternam hæreditatẽ habeo. An ergo quia pauper, & ex pauperibus est, & non contigerunt ei progenitores diuites, dignus est qui pereat? Profecto hac de causa cõmiseratione & misericordia diuitum maxime dignus est. Tu quidẽ sæpe diem teris in theatris, & in conciliis, & in conuentibus, è quibus nulla utilitas, & multis obloqueris, & nihil te committere, nec te otiosum putas: hunc autem miserum & ærumnosum, in lacrymis, in precibus, in extrema miseria totum diem expendentem, iudicas, & ad tribunal trahis, & de eo pœnas exposcis? Hæccine humana est sententia? Igitur quãdo dicis, Quid dicemus Paulo? Tu ea tibijpsi, non pauperibus dic. Et non solum minas, sed & ueniam ibi lege. Nam ut dixit: Si quis nõ laborat, neq; comedat: adiecit, Vos autem fratres, ne afflixeritis bonum facientes. At qua ratione, dicis, excusabis eos? Fugitiui sunt, & peregrini, & nebulones, relictaq; patria sua in nostram cõfluunt. Et tu hac ne de causa stomacharis, ciuitatisq; huius coronam præcipuam uellicas, quoniam cõmunem patriam & portum omnes eam putant, et alienam propriæ præferunt? Ne tantum præconium adulteres, ne principalem hanc patriæ laudem decurtes. Olim cum fames totum orbem inuasura esset, habitatores huius ciuitatis, his qui Hierosolymis erant, atq; adeò illis ipsis, de quibus uobis totus hic sermo locutus est, per manũ Barnabæ & Saulí subsidia miserunt non parua. Qua ergo uenia di-

C
Gen. 1
D
9
Ioan. 13

gni

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnierimus? quomodo excusabimur, cum patres nostri suis opibus pauerunt eos qui à longe habitabant, & ad ipsos currebant: nos uero etiã aliunde ad nos confugientes fugamus, & ut de eis pœnæ sumantur petimus, præsertim cum non ignoremus, tios plurimorum malorũ reos? Quòd si deus ita diligenter nos scrutaretur, uti nos causam pauperum, nullam unquam misericordiam, uel ueniã Matth. 7 assequeremur. In quo em̃ iudicio iudicatis, dicit, & uos iudicabimini. Esto igitur misericors & benignus conseruo, dimittentur q̃ tibi peccata multa, miserere, & eandem sentẽtiam inuenies. Quid tibi ipsi negotia plectis? Quid curiosus es? Si deus ita ordinasset, ut percontaremur uitas & exposceremus pœnas, & curiose aliorũ mores discuteremus: an non multi grauatim ferrent, & ad seipsos dicerẽt, Quidnam hoc est? Difficilem rem nobis deus præscripsit. Non enim possumus aliorum uitam inquirere, siquidem ignoramus quid admiserint. An non multa ita dicerent? Nunc uero cum omni hac curiositate nos liberauit, & daturum se mensuram perfectam pollicitus est, siue boni, siue mali qui accipiant, nobis ipsis negotium facimus. Et unde hoc liquet, quòd siue bonis, siue malis de Luc. 6 derimus, mercedem accepturi simus? Hinc uideli cet, quòd ipse iussit nos, ut oraremus pro insectantibus & calumniantibus nos, ut simus similes pa- Matth. 5 tri nostro, qui in cœlis est, qui solẽ suum oriri permittit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Proinde quẽadmodũ dominus tuus, cum multi blasphement, multi fornicentur, multi furentur, latrocinentur, sepulchris insidientur, & multa mala faciãt, ipse non desinit à sua in omnes beneficentia: sed cõmunes radios, cõmunes hymbres & fructus terræ profert, suã monstrans misericordiam: Sic & tu fac, & cum adhuc tempus misericordiæ, iuua pauperes, pasce famelicos, libera afflictos, ne sis præterea curiose solicitus. Nam si uitas hominum discussuri sumus, nullius unq̃ miserebimur, & intempestiua curiositate hac præpediti, absq; fructu, & destituti omni adiumẽto permanebimus, magnũ interim laborẽ frustra & incassum subeuntes. Eapropter obsecro, ut intẽpestiua curiositate hac omissa, indigentibus omnib. deẽ, fiatq; hoc magna alacritate, ut etiã ipsi misericordiã et benignitatẽ apud deũ assequamur. Oro, ut hoc uobis omnibus eueniat per gratiam & misericordiam domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri simul & spiritui sancto sit gloria, imperiũ & honor, nunc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

EIVSDEM DE VERBIS APOSTOLI, HAbentes autem eundem spiritũ fidei sicut scriptum
2. Cor. 4 est. Itẽ de his uerbis, Credidi, propter quod locutus sum. & de eleemosyna. Sigismundo Gelenio interprete.

SApientissimi medici ubi uident hulcus egere ferro, admouent quidẽ sectionẽ, sed hoc faciunt non sine affectu & commiseratione, uerũ & mœrent & gaudent non minus quàm ipsi qui secantur: mœrent quidem propter dolorem quem secando inferunt, gaudent aũt propter sanitatem quæ hoc modo comparatur. idẽ & Paulus fecit, sapiẽs ille animarũ medicus. Corinthios em̃ cum acriori obiurgatione opus haberent increpans, lætatus est simul & tristatus. tristabaẽ q̃ dolorem inferret, lætabatur q̃ prodesset: & utrunq; hoc significans dicebat: Quare etiamsi contristaui uos per priorem epistolam, non me pœnitet, tametsi pœnituerat. Cur pœnituerat? & cur nõ pœnitet? Pœnituerat, quia acrius obiurgaui. non pœnitet, quia erratũ correxi. Et ut scias hanc esse causam, audi quid sequaẽ. Video namq; q̃ epistola illa, tametsi ad tempus, cõtristauit uos: nũc gaudeo, non q̃ contristati fueritis, sed q̃ contristati sitis ad pœnitentiam. Etiamsi ad tempus uos contristaui, molestia illa momentanea fuit, inquit: utilitas autem eius perpetua. Permittite nũc mihi quoq; his uerbis apud dilectionem uestram uti: quare etiãsi contristaui uos per priorem admonitionẽ, nõ me pœnitet, tametsi pœnituerat. uideo enim q̃ admonitio illa & consiliũ tametsi ad tempus uos contristauit, mihi tamen magnam lętitiam attulit, non q̃ contristati fueritis, sed q̃ contristati sitis ad pœnitentiã. ecce enim hoc ipsum quòd contristati estis secũdum deũ, quantũ in uobis excitauit alacritatis? Luculentior est hodie noster conuentus, festiuius nostrũ theatrũ, numerosior fratrum chorus. hęc ipsa alacritas, tristitæ illius est fructus. quapropter quãtũ tũc indolui, tantum nũc gaudeo, uidẽs spiritualem hanc nostram uineam fructibus suis adeo undiquaq; refertam. Si enim in uulgaribus istis conuiuijs honorem quendam & hilaritatem cõuiuatori affert conuiuarum frequentia, quanto magis in spiritualibus his cõuiuijs idem fieri conuenit: quamuis illic inuitatorũ multitudo magis absumit ea quæ apponũtur, maioriq; est sumptui: hic aũt contrà, nõ solũ non absumit mensas uocatorũ multitudo, sed etiam abũdare facit. quòd si illic sumptus uoluptatem affert, quanto magis hic idem faciet accessio & reditus? hæc est enim spiritualiũ rerũ natura, quo pluribus distribuũtur, hoc amplius crescũt. quoniam igitur uideo refertam conuiuis mensam, expecto etiam spiritus gratiam menti nostræ insonaturam. quando enim multos adesse uidet, tunc dapsiliores epulas apponere solet, non quòd paucos fastidiat, sed quòd multorũ salutem desideret. Hac de causa Paulũ quoq; præ tercurrentem cæteras urbes, apud Corinthũ commorari Christus per uisionem iussit, dicens, Noli timere, sed loquere & ne taceas, quoniam populus est mihi multus in hac ciuitate. Si em̃ propter unam ouiculam mõtes & nemora & inaccessa loca peruagatus est pastor, qui fieri potest ut nõ lõge maiorem curam adhibeat, quoties multæ oues à socordia & errore sunt reuocandæ? quòd enim ne paucas quidem contemnat, audi ipsum dicentem: Non est uoluntas patris mei, ut pereat uel unus ex istis paruulis. Neq; paucitas, inquit, neq; ui litas inducit eũ ut negligat salutem nostrã. Quando igitur tantam habent paruulorũ ac paucorum curam,

curam, tantam etiam multorũ, totí ab eius fauore pendentes, ad Pauli uerba quæ hodie lecta sunt, sermonẽ flectamus. Scimus, inquit, q̃ si terrenum nostrum domicilium huius tabernaculi destructũ fuerit. Imò uero altius & ad ipsum exordiũ huius sententiæ redeamus. Quemadmodũ enim qui fõtem perueſtigant, inuento riguo loco non illic solum fodiunt, sed humorem eum & uenam sequentes interius scrutanẽ, donec ad caput ipsum & initium fluentorum perueniant: sic & nos faciamus. posteaquã inuenimus spiritualẽ fontẽ è Paulina sapientia procedentẽ, uerba hęc tanquam uenam quampiã sequendo ad caput ipsum sententiæ nos recipiamus. Quod est igiẽ illud fontis caput? Habentes igiẽ eundem spiritum fidei sicut scriptum est, Credidi propter quod locutus sum: & nos credimus, quapropter & loquimur. Quid ais? Nisi B crediderís non loqueris, sed mutus perstas? Etiã, inquit. neq; diducere os possum sine fide. neq; mouere linguam, neq; aperire labia, ratione præditus cũ sim, mutus persto nisi fides loqui me doceat. Sicut enim planta absq; radice fructum nõ profert, ita absq; fidei fundamento nõ prouenit sermo doctrinæ. quapropter & alibi inquit: Corde creditur ad iustitiam, ore autẽ confessio fit ad salutẽ. Quid huic arbori uel præferri uel conferri potest, cuius quidem non rami solum, sed radix quoq; ipsa fert fructum, hęc iustitiam, illi salutem. Ideo dicit: credimus: quapropter & loquimur. Sicut enim membra tremula & senectute lãguida, baculo tuto deducente, labi & cadere non permittunt: sic etiam animam nostram incertis ratiocinationibus circumactam ac iactatã, fides quouis baculo tutius sustentans, suaq; ui reficiens, summopere firmat, nec sinit subuerti, infirmas cogitationes corrigẽs prestantia sue uirtutis, & caliginem illam dispellens: animãq; uelut in domicilio tenebroso inter tumultuantes cogitationes sedentem, suo lumine illustrans. hinc fit, quòd qui illa carent, nihilo potiore sunt conditione, quàm qui in tenebris uitam degunt: sed sicut illi & ad parietes offensant, & in obusa queq; impingunt, & in foueas ac precipitia prolabunẽ, nec ullum usum oculorum habent, ut quibus nihil preluceat: sic etiam quotquot fide carent, & inter se alij in alios incurſant, & in ipsos parietes, & postremo in barathrũ aliquod exitiale ultro scipsi precipitant. Testes mihi sunt illi qui pro D fanam sapientiam iactant, qui multum sibi promissa barba, tritoq; pallio ac baculo placent. post longas enim ac sępe repetitas dissertationes, lapides præ oculis sitos non uident. si enim ut lapides eos cernerent, nequaquã eos deos esse putarent. quin ipsi quoq; in alios alij ferunt, atq; inter se colliduẽt, & in ipsum impietatis profundissimum precipitium deuoluunt, non aliam ob rem, quàm quòd ratiocinationibus suis omnia sua permittũt: id quod Paulus noster significans dicit: Frustrati sunt per cogitationes suas, & obtenebratũ est insciens cor eorum: cum se crederent esse sapientes, stulti facti sunt. Declarans deinde quàm occęcati & stulti essent, addit hęc uerba: Mutaueruntq; gloriam immortalis dei per imaginem, non solum ad mortalis hominis similitudinem effictã, uerumetiã uolatilium & quadrupedum & reptilium. sed has tenebras fides aduẽtu suo in uniuersum discutit in anima, quæ se hospitio dignata fuerit. & quemadmodum nauem uentorũ impetu iactatã, & fluctuum assultu inundatam, demissa ancora omnino stabilit, & uel in medio pelago radicat: ita etiam mentem nostram extraneis cogitationibus iactatam, aduentu suo fides ex imminẽti naufragio liberat, tanquam in tranquillũ portum, in conscientiæ cer titudinem deducens. Quod & ipsum Paulus significãs dicit: Propterea dedit deus apostolos ad perfectionem sanctorum, donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij dei, ut ne amplius simus paruuli fluctuantes & quouis uento huc atq; illuc iactati. Vides fidei facinus præclarum, q̃ ceu ancora quæpiam tutissima, à fluctuatione liberat: sicut idẽ rursus ad Hebręos scribit, hoc modo de fide loquens: Quem uelut ancorã tenemus animæ, tutam firmamq; & introeuntem usq; ad ea quæ sunt intra uelum. Ne enim audita ancora putes deorsum te trahendum, ostendit quòd nouum quoddam ancoræ sit hoc genus, quæ nõ deorsum grauet, sed sursum mentem eleuet, ad cœlum usq; sublatam, & intra uelum ceu manu deductam. Velum enim hoc loco, cœlum uocauit. cur, aut quam ob causam? Quia sicut uelum ab exteriore parte tabernaculi dirimebat sancta sanctorũ: ita cœlum istud tanquam uelum medium inter creaturã obiectum, ab exteriore tabernaculo, hoc est mundo hoc quem uidemus, dirimit sancta sanctorum, uidelicet ea quæ supra se sunt, quò præcursor pro nobis introgressus est Christus. Quod autem dicit, sic intelligendum est. Illuc, inquit, animam nostram sublimem attollit fides, non sinens ullis præsentibus malis humiliari, sed spe futurorũ labores leues faciẽs. Qui enim futura spectat, cœlestia sperans, & mentis oculos illò dirigens, ne sentit quidem præsentium malorũ molestiam, quemadmodũ nec Paulus sentiebat, & huius animi causam reddebat dicens: Nam momentanea leuitas afflictionis nostræ, mire supra modum æternum pondus glorię parit nobis, dum nõ spectamus ea quæ uidentur, sed ea quæ non uidentur, nimirum oculis fidei. Sicut enim corporis oculi nihil uident intelligibile, ita oculi fidei nihil uident sensibile. Sed de qua fide hic loquitur Paulus? nam fidei uocabulum duplicem habet significationem. etenim fides dicitur, per quam prodigia tunc faciebant apostoli, de qua Christus dicebat. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, migra, & migrabit. Et rursum cũ discipuli nõ possent lunaticum liberare à dæmone, causamq; scisciarentur, hanc eis subindicauit, quòd fides eos deficeret, dicens, propter incredulitatem uestram. Et Paulus de eadem dicebat: Si habuero fidem ita ut montes transferam. Et Petrus cum periclitaretur ne mergeretur pedibus per mare incedens, eandẽ increpationem audiuit à Christo, Exigua fide prædite cur hæsitabas? Itaq; fides dicitur qua miracu-

la

Universidad de Deusto
Biblioteca

la & prodigia patrarũ. dicitur item fides quæ nos ad agnitionẽ dei perducit, ob quã quisq; nostrum fidelis uocatur: sicut ad Romanos scribẽs dicit: Gratias ago deo meo per Iesum Christũ, super omnibus uobis, q; fides uestra annunciatur in toto mũdo. Ac rursum ad Thessalonicenses: A uobis em̃ pertonuit sermo domini, nõ solum in Macedonia & Achaia, uerumetiã in omni loco fides uestra, quæ est in deum, dimanauit. Qualẽ igit̃ subindicat in hoc loco fidẽ? Dubio procul fidem cognitionis: id quod ex sequentibus patet. Credidi, inquit, qua propter & locutus sum. Quid credimus? Quòd q resuscitauit Christum, etiam nos resuscitabit per uirtutem suam. Sed quare eã uocat spiritum fidei, & in donationum ordinem annumerat? Nã si donatio est fides, & solus spiritus donum, nõ nostrũ meritum, neq; increduli punientur, neq; credẽtes laudem promerebuntur. Talis enim est donationum natura, non sunt coronæ neq; præmia. Donũ enim non est accipientis meritum, sed largitoris liberalitatis gratificatio. Hanc ob rem etiam discipulos iussit non gaudere eo quòd dæmonas eiicerent: & eos qui in nomine suo prophetauerant, & uirtutes multas fecerant, expulit è regno cœlorũ: quoniam ex suis meritis nullam habebant fiduciam, sed ob solas donationes salui fieri uolebant. Si igitur etiam fides tale quiddam est, & nihil ex nostro contulimus, sed totum est gratiæ spiritus, & ipsa ultro se in animas nostras ingessit, & nullam pro ea recepturi sumus mercedẽ, quomodo igitur dicit: Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem cõfessio fit ad salutem? Quoniam & eius qui credidit uirtutis meritum est fides. Id quomodo fiat, alibi rursum subindicat dicens: Bi uero qui nõ operatur, sed credit in eum qui iustificat impiũ, imputatur fides sua ad iustitiam. Quia non est totum gratiæ spiritus. Sic enim etiam patriarcham Abraham plurimis redimiuit laudũ coronis, eo q; contemptis rebus præsentibus, præter spem in spẽ credidit. Quam ob rem igit̃ spiritũ fidei uocat eam? Illud nimirum ostendere uolens, q; initio credere, & parere uocanti, nostræ est bonę mẽtis. at posteaq; facta fuerint fidei fundamenta, iam opus est auxilio spiritus, ut in nobis perpetuo maneat incõcussa & insubuertibilis. Neq; enim deus, neq; spiritus gratia, nostrũ præuenit propositũ: sed tamet̃si uocet, expectat tamen, ut sponte & propria uoluntate accedamus, ac tum demũ nobis suum exhibeat auxilium. Quoniam enim diabolus posteaquam ad fidẽ accessimus, cõtinuo subrepit uolens egregiam hanc radicẽ euellere, & zizania properans interserere, germanumq; ac purum semen lædere, opus tum habemus auxilio spiritus, ut quẽadmodum strenuus agricola animæ nostræ insidẽs, multa cura & prouidentia nouellam fidei plantã undiquaq; muniat. Ideo Thessalonicensibus quoq; scribebat dicens: Spiritũ ne extinguatis. Certũ quippe est quòd spiritus gratia, inuincibiles malo dæmoni atq; omnibus eius insidijs erimus. Nã si nemo potest dicere dominũ Iesum nisi in spiritu sancto, quanto magis fidem tutam & radicatam non poterit habere nisi in spiritu sancto? At quomodo poterimus allicere auxiliũ spiritus, eiq; persuadere ut apud nos manere uelit? Per opera bona et optimã uiuendi rationem. Sicut enim lucernæ lumen oleo retinetur, & cõsumpto eo ipsum quoq; unà consumptum euanescit: ita etiam spiritus gratia, quanti̇sper habemus opera bona, & crebris eleemosynis animam rigamus, manet non aliter q; flamma oleo retenta: quæ si non adsint, recedit à nobis & abit: quod etiã quinq; illis uirginib. accidit. etenim ille post multos labores ac sudores, cũ nullũ haberent ex sua benignitate præsidium, nõ potuerũt apud se retinere spiritus gratiã: atq; ideo sunt à thalamo repulsæ, uocemq; illam terribilem audierunt: Discedite, non noui uos: quæ uel gehẽna fuit grauior. propter hoc etiam stultæ sunt appellatæ: & merito. quoniam cum impotentiores cupiditates uicissent, à minus ualida sũt uictæ. Naturæ uiolentiã superauerunt, rabidam insaniã frenauerunt, cupidinum fluctus sedauerunt, in terra degentes angelicam uitam uixerunt, corpore uestitæ incorporeas uirtutes æmulatæ sunt, & post tantos labores pecuniarum cupiditatem non superauerũt. Stultæ reuera & insensatæ: quapropter ne uenia quidem dignæ sunt habitæ. Lapsus enim earum socordiæ fuit solius. quæ enim in tanta flãma fornacem potuerant cupidinum extinguere, & ultra septa transilierant, & plura quàm iussæ erant præstiterant: nulla enim lex uirginitatẽ præcipit, liberæ hoc uoluntati auditorum relinquit: post hæc omnia uictæ sunt à pecunia: quo quid est se miserabilius potest, si propter paululum argenti coronam è capite proijcias? Hæc dico non quo manus uirginum dissoluã, neq; q; uirginitatẽ extinguere uelim, sed ne inutiliter currãt, ne post plurimos sudores corona priuatę & pudore plenę exharena discedãt. Bona res est uirginitas, & maius quàm pro naturæ uiribus meritum: sed bona hæc res & magna & naturam superans, nisi benignitatem habeat adiunctam, ne in uestibulum quidem thalami ingredi poterit. Atq; hic mihi considera benignitatis uim & eleemosynæ potentiam. Virginitas sine eleemosyna ne in uestibulum quidem thalami perducere potuit, eleemosyna uero uel sine uirginitate alumnos suos cum magna laude in regnum ante conditum orbem præparatum manu deducit. Hæ siquidem quoniam largã eleemosynam non exhibuerant, audiũt: Abite, non noui uos. Illi uero qui sitientem potauerunt, & esurientem aluerunt Christũ, quamuis uirginitatem non proferrent in medium, audiunt: Venite benedicti patris mei, possidete regnũ paratũ uobis ab exordio mundi. Et merito. Qui enim uirginitatem seruat, & ieiunat, sibijpsi utilis est: qui uero misereꝰ, cõmunis est naufragorum portus, proximorum paupertatem subleuans, & alienis necessitatibus succurrens. Cæterum ex benefactis quæcunq; ad aliorum utilitatem fiunt, ea potissimum laudem promereri solent. Et ut scias quòd talia præcepta præ cæteris deo curæ fuerint, de ieiunio & uirginitate disserens regni cœlorũ meminit: ubi uero de

de eleemosyna & liberalitate, & ut nos misericordes exhibeamus præcipit, lõge amplius quàm regnũ cœlorum præmiũ proponit: Vt fiatis, inquit, similes patris uestri, qui in cœlis est. Illæ em̃ potissimũ leges hominẽ similem deo reddũt, quatenus deo similem fieri hominẽ licet, quæ ad publicã utilitatẽ faciũt. Et hoc significãs Christus dicit: quia solem suũ oriri facit super bonos ac malos, & pluit super iustos ac iniustos. Ita uos quoque pro sua quisq; uiribus facultatibus uestris in comunem fratrum utilitatem utendo, imitamini eum qui bona sua proponit ex æquo omnibus. Ingens est uirginitatis dignitas, quo magis plausibilem eam fieri cupio. Est em̃ dignitas uirginitatis, non solum abstinere à nuptijs, uerumetiam benignũ esse, & fratrum amantẽ, & pronũ ad cõmiserationem. Quæ enim est utilitas uirginitatis cũ crudelitate? quid lucri ex temperantia cũ inhumanitate cõiuncta? Non es capta corporũ concupiscentia, sed capta es cupiditate pecuniarũ. non es admirata hominis faciem, sed admirata es auri pulchritudinẽ. Maiorem aduersarium uicisti, sed minori & imbecilliori succubuisti. Atq; eo turpius uicta es, ideo ne uenia quidem digna es, uidelicet quæ tantã uim sustinuisti, & aduersus naturam reluctasti, ab auaritia uero expugnata es, quam & mancipia sæpenumero, & barbari homines minimo negocio superare ualuerunt. Hæc igitur omnia scientes dilecti, siue in coniugio, siue in uirginitate degentes, magna diligentia eleemosynam exerceamus, quandoquidem nulla alia ratione licet ad regnum cœlorum peruenire. Nam si uirginitas absq; eleemosyna ad regnum non ualuit perducere, quodnam aliud benefactũ hoc efficere sine hac poterit? profecto nullum. Toto igitur animo, totis q; uiribus oleum affundamus lãpadibus, idq; largiter ac indesinenter, ut hilare ac largum lumen permaneat. Nec pauperem respicias accipientem, sed deũ redditurum: non eum qui stipem accipit, sed eum qui se tibi debitorem obligat. Nam ideo alius accipit, alius reddit, ut accipientis paupertas & calamitas ad misericordiam te flectant ac compassionem: diuitiæ uero reddituri, fideiubentes etiam cũ auctario solutionem futuram, bono animo te esse faciant quod ad usurã attinet, & ad largiorem eleemosynam prolicant. Quis em̃ rogo centuplum recepturus, & de recipiendo securus, non omnia sua libens eroget? Ne igitur parcamus pecuniæ: imò uero parcamus pecuniæ. Nã q facultatib. suis parcit, in pauperũ manus eas deponit, in thesaurũ sacrosanctũ, quò nec latrones, nec sycophãtę, nec seruí malefici, nec ullæ mortalium insidiæ penetrare ualeant. Quòd si etiã his auditis piget te è bonis tuis nonnihil erogare, & neq; centuplum recipiendũ, neq; pauperis calamitas, neq; aliud quicquam flectere te potest, reputa quàm multa peccaueris, ingredere in cõscientiam delictorum, excute omnem actam uitam, accurate errata tua cognosce, & sis licet hominum omnium inhumanissimus, certè pauore peccatorum omni tempore compulsus, & remissionem propter eleemosynã sperans, uel corpus tuum insuper impendes, nedũ pecuniam. Si enim saucij, & morbos corporales depellere cupientes, nullis facultatibus parcimus, etiamsi indusium diuendendum sit ut ab infirmitate illa liberemur: multo magis animæ infirmitatem & grauissima peccatorũ uulnera curaturi per eleemosynam, cum summa alacritate eam exerceamus. Atqui quoties ægrotas, non statim numerata pecunia liberaris à morbo, sed sæpenumero & sectione opus est & ustione, & amaris pharmacis, & fame, & frigore, & alijs grauioribus mandatis. hic autem non sic, sed satis est dare numos in manus pauperum, & statim absolueris ab omnibus peccatis, sine ullo uel dolore uel labore. Medicus enim qui animam curat non opus habet ut te inuisat, non instrumentis artis, non ferro aut igne, sed solus nutus sufficit, ac mox omnia peccata ab anima auferũtur & euanescunt. Nõ uides monachos istos qui solitariam uitam amplectuntur, & in uertices montium secedunt, quam duram uidendi rationem perferant? etenim cinerem sibi sternentes, & saccum induentes, & furca corpus degrauãtes, & in casa inclusi, assidue cum fame luctantur, in fletu uiuunt & uigilijs intolerabilibus, ut partẽ aliquam peccatorum abluant. Tibi uero licet sine omni illo duro uictu expeditam hanc & facilem pietatis uiam ingredi. Qualis em̃ rogo, labor est, his quę adsunt frui, & quod superest in egenos insumere? Nam etiamsi nulla merces esset proposita, etiamsi non tam ampla retributio præfinita esset, an nõ uel ipsa rei natura quantumuis inhumanis persuadere poterat, ut eo quod ipsis superest ad egenorum solamen uterentur? Nunc cum tantum coronarum, tantum retributionum, tãta peccatorum obliuio, per eleemosynam paretur, quã rogo excusationem habebunt qui pecuniæ parcunt, et animam suam in profundum peccatorum demergunt? Nam etiamsi nihil aliud te moueat et excitet ad condolendum & ad dandam eleemosynam, saltem reputa quàm incertus sit uitæ finis, & cogita quòd etiamsi pauperibus non des, morte tamen superueniente uelis nolis tuas res alijs cessurus. Ergo dispensato diuitias tuas, & dum licet humanus esto. Extremæ enim uesaniæ fuerit, ea quibus uel inuitus alijs cessurus es, nolle indigentibus communicare ultro, idq; cum tanta bona ex hac benignitate tibi sint prouentura. Vt uestra, inquit, copia succurrat illorum inopiæ. Quid est quod dicit? Maiora accipis cũ das sensibilia, accipis intelligibilia & spiritualia. Das pecuniã, accipis remissionem peccatorum. Liberas pauperem à fame, ille te liberat ab ira diuina. Retributionis hoc genus est & negotiationis quod maiorem ac utiliorem reditum habet quàm sumptum, nõ solũ remissionem peccatorum, uerumetiam fiduciam erga deum, & regnum cœlorum, & bona illa quę neq; oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. An non igitur absurdũ, quòd negociatores nulli rei parcũt, idq; cum paria ferè paribus permutare soleãt? nobis uero cum nõ corruptibilia & momentanea, sed incorruptibilia &

Universidad de Deusto
Biblioteca

sempiterna liceat pro nostris corruptibilib. ac mo A mentaneis commutare, non eandem quam illi diligentiam adhibemus. Non ita fratres, non ita nostræ saluti male consulamus, sed moti exẽplo uirginum, & eorum qui ducuntur in ignem paratum diabolo & angelis eius, eo quòd nõ aluerint neq; potauerint Christum, retineamus sancti spiritus ignem per largam benignitatẽ & profusas eleemosynas, ne circa fidem naufragium faciamus. Fides enim opus habet auxilio spiritus ac præsentia, ut inconcussa permaneat: auxilium autem hoc uitæ puritate moribusq; probatis retineri apud nos solet. Quare si cupimus fidem radicatam habere, uiuendi ratione pura nobis opus est, quæ spiritũ retineat, à quo totam fidei uim dependere constat. Impossibile enim est, impossibile profecto, si uitam impuram habeas, in fide non uacillare. Certè B qui de fato nuganť, & salutarem resurrectionem non credunt, ob malã conscientiam & mores deprauatos in hoc incredulitatis barathrum seipsos præcipitauerunt. Et quemadmodum febre laborantes, dum uolunt æstuationem depellere, sæpe in frigidam sese proijciunt, & paulisper mitigato malo, grauiorẽ sibi ardorem accẽdunt: ita qui mala conscientia premunť, & consolationẽ aliquam quærunt, nec tamen uolunt per pœnitentiam peccata abluere, ad fati tyrannidem & resurrectionis confugiunt abnegationem: atq; hoc pacto dum se in hac uita frigidis rationibus paulisper consolantur, maiorem gehẽnæ flammam sibi accendũt, quando quidem securiores hic facti, postquam illuc deuenerint uidebunt pro suis quenq; peccatis C debita supplicia persoluere. Et ut hoc uerum esse sciatis, quòd fidei robur mala opera uehementer impediant, audite quid Paulus dicat, ad Timothe um scribens. Vt milites, inquit, egregiam militiam, habẽs fidem ac bonã conscientiã. Bona aũt conscientia ex uita & operibus bonis contingere solet. Quam quidam, inquit, repellentes, circa fidem naufragiũ fecerunt. Rursum alibi. Radix omnium malorũ est auaritia, per cuius cupiditatem quidam à fide aberrauerunt. Vides quòd tum illi propterea naufragium fecerunt, tum isti ob hoc ipsum aberrauerunt: quoniã illi bonam conscientiam repulerunt, isti uero auaritiæ adhæserunt. D Quæ quidem omnia cogitantes magnã curam habeamus uitæ q̃ optimè instituendæ, ut duplex nobis merces contingat, una ex operũ retributione, altera ex fidei robore. Sicut enim se habet esca ad corpus, ita recta uita ad fidem. Et sicut carnis nostræ natura sine alimento durare nõ potest, ita neque fides sine bonis operibus. Fides eñ sine operibus, mortua fides est. Vnum superest dicẽdum. Quid est eundem? Nõ enim simpliciter dixit. Habentes spiritũ fidei: sed quid? Habentes eundem spiritum fidei. Et uolebam quidem enarrare hoc quoq;, sed quoniam uideo multa sententiarũ flumina ex nuda hac uocula prorumpentia, uereor ne multitudine eorum quæ dicenda essent inundarem omnia, atq; ita hæc doctrina nimia prolixitate detrimenti aliquid acciperet. quapropter hucusq; finẽ faciens sermoni, oro & obtestor, ut & quæ audiuistis, de honeste uiuẽdo, de fide, de uirginitate, de benignitate, de eleemosyna, diligenter obseruetis: & hæc bene in memoria retinẽtes ad ea quę supersunt audienda præsto sitis. Sic eñ nobis soli dum erit ac inconcussum doctrinæ nostræ ædificiũ, si prioribus in mẽte uestra bene fundatis ea quæ sequunť superstruxerimus. Deus aũt qui nobis dedit hæc dicere, & uobis cum alacritate audire, dignos nos faciat ut & per opera fructum aliquem proferamus, gratia, &c.

EIVSDEM DE EISDEM VERBIS, ET aduersus Manichæos & oẽs qui uetus testamentum calumniantur, & à nouo separare conantur, & de eleemosyna.

APostolici uobis sermonis expositionẽ debeo iã diu, sed hoc debitum uos fortassis estis obliti ob temporis lõgitudinẽ, ego uero nõ sum oblitus ob meum erga uos affectũ. Sic se habet charitas, uigilans est ac solicita: nec adamatos solũ amatores in animo circumferunt, sed & quicquid daturos se promiserunt, magis meminerunt q̃ ipsi qui promissa sunt recepturi. Eodẽ modo mater amantissima postq̃ mensæ reliquias pueris suis reposuit, etiãsi illi forte obliuiscantur, ipsa tamen meminit: easq; diligẽter asseruatas depromit, & famelicos eis palcit. Quòd si matres erga liberos tam indulgẽtes sunt, tanto maiori cura & studio uestra charitas nobis est prosequenda, quanto maioribus est spiritualis partus q̃ naturalis. Quænam igitur fuit illa mensa, cuius reliquias uobis seruauimus? Verba erant apostoli, ex quibus tũc non parum nutrimenti spiritualis percepimus, quorũ partem uestris mentibus indidimus, partẽm in hodiernũ distulimus, ne multitudine sermonũ memoriam uestram obrueremus. Quenam igitur sunt illa uerba? Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi, propter quod locutus sum: etiam nos credimus, quapropter & loquimur. De qua igiť fide sit sermo, utrum de ea per quã patrantur prodigia de qua Christus dicit, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic Migra, & migrabit: an de ea quæ cognitionem in nobis gignit, iuxta quam omnes sumus fideles: tum qua de causa spiritus fidei sit dictus, & quænã sit hæc fides: hæc omnia pro uiribus apud uestram disseruimus charitatem, atq; interim etiam de eleemosyna uerba fecimus. Cum uero superesset disquirendũ, quam obrem dictum sit, eundem spiritum fidei, & præ multitudine eorum quæ iam dixeram non daretur etiam hæc uerba diligenter enarrare, ideo in præsentem diem ea reposuimus, & nunc illud debitum uobis repræsentaturi uenimus. Cur igitur dixit Eundem? Magnam cognationem noui testamenti & ueteris uult ostendere: ideo prophetæ etiam uerba subiungit: Sicut scriptum est, Credidi, propter quod locutus sum. Hoc autem iam dudum & ante multas ætates Dauid dixerat: quod nũc Paulus adduxit, indicãs quòd eadem spiritus

gratia,

gratia, & tunc in illo, & nunc in nobis, fidei uim ra A dicauit. Idem, inquit, est fidei spiritus, qui in illo locutus est, & in nobis operatus. Vbi nunc sunt qui uetus testamentũ criminanť, qui corpus scripturę dilacerant, qui alium nouo, aliũ ueteri testamento deum attribuunt? Audiant Paulũ impia ora obturantẽ, impugnatrices dei linguas cohibentẽ, ostẽdẽtẽ eũdẽ esse spiritũ tam noui q̃ ueteris testamẽti. Nã & ipsa nomina magnã nobis testamentorũ consonantiã significant. Nouũ enim ad differentiam ueteris dicitur, & uetus ad differentiã noui, sicut et Paulus inquit: dicendo nouam, antiquauit illam priorem. Nisi uero eiusdem essent domini, neq; hæc noua, neq; illa uetus appellari posset. itaque hoc ipsum nominum discrimẽ cognationem utriusq; indicat: & differentia hæc non est in eorũ B essentia, sed in mutatione temporum. Solo enim tempore nouum à ueteri distat. ceterum temporis differentia nullam dominij neq; mutationem affert neq; diminutionem: id quod et Christus indicauit dicẽs: Propterea dico uobis: omnis scriba eruditus in regno cœlorum similis est homini patri familiãs, qui depromit de thesauro suo noua & uetera. Vides diuersas quidem possessiones, idem uero dominium. Quemadmodum igiť ille potest depromere noua & uetera, cum sit unus & idem paterfamiliãs: ita hic quoq; nihil uetat eiusdem esse deitum nouum tum uetus testamentum. hoc ipsum enim maxime indicat eius diuitias & abundantiam, quòd nõ solum noua possideat, uerumetiam in ueteribus abundantiã præ se ferat. itaque C differunt tantum inter se testamenta, at non pugnant, neq; sunt contraria. Vetus enim ex nouo fit uetus. hoc autem non pugnæ est neque contrietatis, sed differentiæ tantummodo. Ego autem addo, quòd etiamsi contrariæ essent leges ueteris legibus noui, asseuerarem ne sic quidem alium deum fuisse superinducendum. Si enim eodem tempore, eisdem hominibus, in eisdem rebus uersantibus, eadem munia obeuntibus, cõtrarias leges statuisset, rationem fortassis aliquam habere potuisset commentũ ipsorum. Quòd si aliis illæ, aliis hæ scriptæ sunt, alio tempore illis, alio his, aliter se habentibus illis hominibus, aliter his, quid necesse est propter legum differentiam duos cõtrarios legislatores inducere? Equidem nullam necessita- D tem uideo, ipsi proferant, si habent quod dicant: sed nihil habere possunt. Nanq; & medicus sæpenumero multa contraria facit, sed nõ contraria ratione, imò eadem & conueniente. Sæpe enim urit & non urit, secat & non secat, unum & idem corpus: nunc amara, nunc dulcia pharmaca ad bibendum offert: & facit quidem contraria, sed ratione simili atq; eadem. Vnum enim finem spectat, nimirum ægri sanitatem. An non igitur absurdũ est, medicum quidem non incusare, quòd multa contraria faciat circa unius corporis naturam, deum autem criminari quòd diuerso tempore, diuersis hominibus, diuersa mandata dederit? Demonstratum est igitur quòd non erat incusandus, etiamsi leges inter se fuissent contrariæ. ut autem sciamus non esse contrarias, sed diuersas tantum, age ipsas leges in medium producamus. Audiuistis, inquit, quòd dictum sit antiquis, Non occides. Hæc lex est uetus, uideamus nunc nouam. Ego autem dico uobis, quicunq; irascitur fratri suo temere, obnoxius est gehennæ incendio. Hæccine sunt obsecro contraria mandata? Et quis hoc diceret mortalium, modo rationis compos? Si enim priore uetante occidere, posterior iuberet, fortasse aliquis in his uerbis antinomiam esse diceret: Nunc cum illa iubente non occidere, hæc iubet ne irasci quidem, augetur prius mandatum, non adsertur contrarium. illa enim fructum maliciæ resecat, uidelicet cædẽ. hæc uero etiã radicem ipsam euellit, nimirum iracundiam. illa riuum tollit uicij, hęc fontem ipsum exsiccat. Fons enim & radix cædis est furor & iracundia. illa lex naturam nostram posteriori paratiorem reddidit: hæc superueniẽs quod reliquum erat suppleuit. Quænam hæc est contrietas, dum una finem malorum, altera uero etiam principium extirpat? illa manum purã facit à sanguine, hęc mentem etiam seruat à mala cogitatione. hæc autem concinentium sunt legum, non pugnantium sicut ueritatis inimici adstruere conantur, non animaduertentes quanta hinc segnicię ac negligentiæ nascatur occasio his qui noui testamenti deum substituunt: quę quidem blasphemia in caput illorum uertat, qui nobis hac de re uerba faciendi necessitatẽ imponunt, importune se nostris negotijs ingerentes. Quæ autem dico, sic uobis clariora faciam. Lactis alimento adsimilis est ueteris testamenti educatio, solido uero cibo noui testamenti philosophia. at nemo ante lactis alimoniam solidum cibum adhibet: quod quidẽ noui testamenti Deus fecit, si non idem est qui etiam uetus prodidit. prius eñ quàm lacte nutriret, hoc est legis disciplina, ad solidum nos cibũ adduxit. Non huius autem solum, sed maioris etiam criminis eum reum faciunt, quando quidem post quinquies mille demum annos, aut plures, prouidentiam nostri generis suscepit. Si enim non idem erat qui per prophetas & patriarchas & iustos homines res nostras dispensabat, sed alter quispiam ab hoc alius, sero admodum & tarde uidebitur nostri prouidentiam aggressus, quasi per anteactorũ pœnitentiam ad se reuersus: quod quidem tantũ abest à deo, ut nec in unum quemuis è uulgo hominem competat, tanto tempore tam multis peri re permissis, in extremis demum seculis ad pauco rum quorundam prouidentiam ac curam accedere. Vidésne quantis blasphemijs deum faciãt obnoxium isti, qui alium noui testamenti legum latorem dicunt, alium ueteris: quæ sanè omnes euanescunt, si unum utriusq; testamenti assentiamur esse deum. Sic enim apparebit quòd ordine & bona ratione res nostras dispenset, tunc quidem per legem, nunc autem per gratiam: & non recẽs neq; nuper, sed iam inde ab initio et à prima usq; die nostra omnia gubernet. Quo autem magis eorũ ora obstruamus, age iã testimonia tum prophetarum, tum apostolorum adducamus, clamantium quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

unus est utriusq; testamenti legislator. Procedat A igitur Hieremias ille in utero sanctificatus, & probet hoc manifeste, unũ esse eundemq; deum tũ noui testamenti, tũ ueteris. Quid igit̃ is dicit, ex persona legislatoris clamans? Testabor uobis testamentũ nouũ, nõ sicut testamentum quod testatus sum patribus uestris. Itaq; qui nouum testamentũ dedit, idem est deus qui olim uetus etiam illud derat. Hic sanè Pauli quoq; Samosatensis sectatoribus ora sunt occlusa, qui negant ante secula fuisse unigenitum dei. Si em̃ ante Mariæ partũ, & ante q̃ in carne se uidendum præberet, nõ erat, quomodo legem ferebat cũ non esset? Quomodo aũt dicebat: Testabor uobis testamentum nouũ, non sicut testamentum quod testatus sum patribus uestris? quomodo enim testamentũ dabat patribus eorum cum nondum esset? ut illi quidẽ affirmant. B Sed cõtra Iudæos quidem, eodemq; morbo laborantes Paulianos, idoneum est quod opponatur prophetæ huius testimonium. Vt autem etiã Manichæorum ora cohibeamus, ex nouo testamento adducamus testimonium, quando quidem uetus nihili pendunt: imò uero etiã nouum, cui quãuis honorem habere uideri uelint, non minorem tamen huic quàm illi alteri iniuriam inferunt. uno quidem modo quòd dum illam conuellũt, huius quoq; autoritatem labefactant. Non parum enim ueritatem eius illustrant ueteris testamẽti prophetarum præconia, quo isti auersando nõ intelligũt non minore apostolos q̃ prophetas cõtumelia sefficere: unã inquã, nouo testamento iniuriã faciunt istã. Alio uero modo iterũ, q̃ bonã ex eo par- C tẽ resecant. attamen tanta est eorũ quæ in illo continentur uis, ut uel ex ipsis reliquijs facile maleficium istorum deprehendatur. Resecta enim membra clamant, & pristinum cum suis membris consensum indesinenter requirunt. Quomodo igitur demonstrabimus ueteris & noui testamẽti unum esse legislatorẽ? Ex ipsis apostolicis uerbis, quę in suis codicibus reliqua esse uoluerũt: quæ tametsi prima fronte uideantur uetus illud accusare, non mediocriter tamen id commendãt, & diuinis oraculis cœlitus proditum esse indicant. Et hoc sancti spiritus sapientia factum est, ut accusatores legis allecti prima facie uerborum, imprudentes & D inuiti adscriptum eius defensionem receperint: quam si uellent ad uerum excutere, haberent sermonem quẽ sequerentur: quod si in incredulitate permanerent, nullã sibi in posterũ ueniæ spem reliquam facerent: ut qui etiã illis quæ aliãs recipere uidentur, fidem in ipsorum perniciem abrogarent. Vbi igitur nouũ testamentũ suarum ac ueterum legũ eundem autorẽ esse testatur? Et alibi quidem nõ uno loco: nos tamen data opera eam textus partem adducemus, quę uel in Manichæorum codicib. hactenus mansit incolumis. Quænam hæc? Dicite mihi, inquit, qui sub lege uultis esse, legem non auditis? quòd Abraham duos filios habuit: unum ex ancilla, alterum è libera? Audiuerunt hæretici unũ habuisse ex ancilla, & confestim accurrerunt. rati enim his uerbis legis accusationem contineri, excepta è reliquo contextu, tanquam pro se facientia retinẽt. Age igit̃ ex hoc ipso loco ostendamus eundem esse legis latorem. Abraham duos filios habuit, unum ex ancilla, alterum ex libera. hæc autem sunt, inquit, per allegoriam dicta. Quid est per allegoriã dicta? Figuræ eorum quę sub gratia gererentur erant quæcunq; sub lege fiebant. Sicut enim illic duæ mulieres, ita hic duo testamenta. Primũ in hoc apparet cognatio noui cum ueteri, quòd illa horum figuræ erãt. Figura em̃ ueritati non contraria est, sed cognata. Quòd si ueteris illius deus noui huius deo contrarius esset, haudquaquã per illas mulieres noui præcellentiam præfiguraſſet. quòd si ille præfigurauit, par erat Paulum non abuti hac figura. Sin autem dicant, quòd ad Iudaicam infirmitatem se demittens hoc faciebat, oportebat eum etiã Græcis prædicantem figuras Græcorũ adducere, & rerum apud Græcos gestarũ historias cõmemorare. Sed hoc nusquã fecit, & merito. illa enim nihil cũ ueritate comune habebant, hæc aũt dei leges erant, & oracula. quapropter magna cognatio ueteribus illis cum nouo testamento intercedit. Primũ igitur argumentum hoc est, uetus testamentum modis omnibus cum nouo consonare. secundum autem illo non minus, ex ipsa historia. Quemadmodum em̃ tunc duę mulieres erant unius uiri: ita nũc duo testamenta, unius legislatoris. Si enim alius esset noui, alius ueteris, superuacaneũ erat hãc historiã adducere. neq; em̃ aliũ habebat Sara, alium Agar, sed utraq; unũ & eundẽ. Itaq; dicẽdo, hæc em̃ sunt duo testamenta, nihil aliud dicit q̃ quòd eundem habeant legislatorẽ, sicut illæ unũ uirũ Abraham. Sed altera qdẽ erat serua, altera uero libera. Quid tum? hactenus em̃ quærebaẽ, an unus utriusq; sit legislator. Recipiant igit̃ prius hoc, ac tũ demum ad illud alterũ eis respondebimus. Si em̃ eos hoc ut admittant, ac nobis assentiant, coegeris, uniuersum illorũ dogma corruet. Cõperto em̃ etiã ueteris testamenti eundẽ legislatorẽ esse, sicut reuera est, finẽ habebit omnis illorũ ac nostra controuersia. Attamẽ ne uel hinc turbemini, aduertamus diligenter hæc uerba. nõ em̃ dixit, una quidẽ serua, una uero libera: sed, una quidem in seruitutem gignens. nec statim serua est, quæ in seruitutem gignit: & hoc ipsum ad seruitutem natum esse, non parentis est crimen, sed paruulorum qui nascuntur. quoniam enim sua malicia seipsos libertate priuauerunt, & à iure ingenuitatis exciderunt, non secus quàm male frugi mancipia tractauit eos Deus, terrore continuo pœnisq; ac minis castigans. quin & hodie multi patres liberos suos non ut filios, sed ut seruos, metu coercent: quæ culpa non parentum est, sed filiorum, qui causa fuerunt parentibus ut seruilem in modum ab eis educarentur. Eũdem ad modum etiam deus eius temporis populũ terroribus ac minis erudiebat, non aliter quàm nullius frugi seruum, nec tamen hæc dei culpa fuit, aut legis, sed Iudæorum respuentium frenum, & durioribus lupatis opus habentium. Siquidem in ipso ueteri testamento mul

tos reperire licet, qui non ad eandem sint tractati A disciplinam, ut Abel, Noe, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, Moses, Elias, Elisæus, & omnes qui noui testamenti instituta sunt æmulati. non em̃ terrore ac pœnis, nec minis ac mulctis, sed amore dei & feruenti erga illũ affectione tales sunt redditi quales fuerunt. non enim opus habebant mandatis, neq; præscriptis & legibus, ut uirtutẽ sectarentur ac uicia fugerẽt: sed ut ingenui & liberali ingenio filij, agnoscentes suam conditionẽ, absq; metu ullo aut castigatione in uirtutis castra se contulerũt. reliquum uero uulgus Iudæorũ quoniã ad malicia am defecerant, legis freno necessario coercendi fuerunt. Ideoq; posteaq; uitulũ finxerunt & sculptile adorauerunt, tum demum audierunt, Domi B nus deus tuus dominus unus est. posteaq; cædes patrauerũt & uxores proximi stuprauerũt, tunc audierunt, Non occides, non cõmittes adulteriũ: & simili modo reliqua omnia. Itaq; non est uituperium legis quòd punit & mulctat, & sicut nequam seruos emendat ac castigat, sed præconium insigne, nec uulgaris laus, quòd eos qui ad extremam malitiã prolapsi fuerãt, potuit austeritate sua liberare à uicijs, mollireq; & obsequentes facere, ac uenturæ gratiæ præparare, atq; ad nouam hãc modestiæ ac moderate uiuendi rationem ceu uiã quãdam sternere. Idem enim spiritus tum in ueteri testamento tum in nouo dispensabat omnia, licet diuerso modo. Hoc est cur Paulus dicit: Habentes C autem eundem spiritum fidei, sicut scriptũ est, Credidi propter quod locutus sum. Nec solum propter hoc dixit eundem spiritum, sed et ob aliã non leuiorem causam: quam uolebam quidem nunc afferre, sed ueritus ne pluribus grauati iam dictorum obliuiscamini, in aliam diem uobis eum sermonem seruabo: interim hortatus ut præsentem totum in memoriam recondatis, atq; diligenter retineatis, utq; uirtutes Christianas cum dogmatũ puritate coniungatis, ut sic fiat integer homo dei, ad omne opus bonum præparatus: quando quidẽ nihil nobis profuerit recte sentire, si uita interim fuerit malis moribus uiciata: quemadmodũ contrà nihil prodest uita incorrupta nisi accedat fidei quoq; syncerita. Vt igitur integrã utilitatem cõ- D sequamur, utrinq; nobis prouideamus, fructus etiam generosos proferentes, & cum primis eleemosynam, de qua etiam nuper ad uos uerba feci, magna cum largitate atq; alacritate illã exercentes. Qui enim parce seminat, ait scriptura, parce & metet: & qui seminat cum benedictione, cum benedictione et metet. Quid est cum benedictione? cum magna largitate. Hic quidem in rebus seculares tam messis quàm sementis eorundem est seminum. nam qui triticum aut hordeũ spargit, aut aliquid simile, messis tempore idipsum genus est messurus. at in eleemosyna nõ idem usu uenit: sed spargis argẽtum, & colligis fiduciam erga deum: das pecuniã, & accipis remissionem peccatorum: præbes panem ac uestem, & pro his regnum cœlorum tibi paratur, bonaq; illa infinita, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderũt: et quod est omnium bonorũ summa, similis efficeris deo, quatenus id homini est possibile. Nam cũ de eleemosyna & benignitate disseruisset Christus, subiunxit: ut efficiamini similes patri uestro cœlesti, quia solem suũ oriri iubet super malos ac bonos, & pluit super iustos ac iniustos. Tu non potes oriri iubere solem, neq; imbres immittere, neq; beneficus esse in orbem terrarũ tam longe lateq; patentem? Vtere facultatibus tuis ad beneficẽtiam, & factus es similis ei qui solẽ suum oriri iubet, in quantũ hominem deo similem fieri licet. Animaduertite diligẽter quæ dico: super malos ac bonos, inquit. Ergo tu quoq; quoties eleemosynam facis, ne uitam examines, neq; morũ rationem reposcas. eleemosyna enim, hoc est misératio ideo dicitur, ut etiam indignis præbeamus. qui enim miseratur, non recte uiuentẽ sed peccantem miseratur. nã qui recte uiuit laude est dignus & corona, qui uero peccat, uenia & misericordia. quapropter hac quoq; parte deum imitabimur, si etiam malis benignitatem nostram non subducamus. Considera enim quàm multi orbem terrarũ habitent blasphemi, scelerati, præstigiatores, omnibus uicijs referti, attamen hos quoq; per singulos dies enutrit deus, docens nos ut uniuersos homines beneficentia complectamur. Nos uero omnia contrario modo facimus. non solum enim malos & improbos homines auersamur, uerumetiã cum sanus quispiam nos accedit, aut propter bonitatem, aut propter libertatem, forte etiam propter pigritiam, ut & hoc addam, in paupertate uiuens, probra, contumelias, & innumera in eum iaculati dicteria, uacuis ipsum manibus remittimus. Hoccine iussus es ò homo, obiurgare tantùm ac increpare egenos? Miserari ac subleuare paupertatem eorum iussit deus, non rationem reposcere ac conuiciari. Sed uis illius mores corrigere, & hominẽ inertẽ à segnicie sua reuocatum ad opus aliquod applicare. Da prius, ac tum demum increpa, ut non crudelitatis suspectus fias, sed benignitatis laudem reportes. Eum em̃ qui nihil dans tantum opprobrat, auersatur pauper, & inique fert, ac ne aspicere quidem sustinet. & merito. Putat enim non quòd bene sibi uelit, sed quòd dare nolit, obiurgatorem eum esse: ita ut reuera est. qui uero posteaquam dedit obiurgat, facit ut libenti animo obiurgatio sua recipiatur: eo quòd non propter inhumanitatem, sed propter beneuolentiam increpationem adhibere uideatur. Sic etiam Paulus fecit. Cum enim dixisset: Qui non uult operari, ne edat: adiungit exhortationem dicens: Vos autem bonum facientes ne deficiatis. Atqui hæc præcepta contraria esse uidentur. Si enim ociosos non oportet cibum capere, quomodo iubes benetalibus facere. Sed non sunt contraria: absit. Ideo enim hoc dixi, inquit: Qui non uult operari ne edat, non ut eos qui alioqui largituri erant, auerterem à danda eleemosyna, sed ut in ocio uiuentes à segnicie sua reuocarem. Itaque cum dicit, ne edat, illos extimulat ad laborem, comminatiõe hac territos, cum uero dicit, bonum facientes ne deficia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis, hos excitat ad beneficentiã, utili exhortatione impulsos. ne em̃ retraherẽt manus audito qua illi cõminatione ferianẽ, ad beneficentiã his uerbis illos ꝓuocat: Bonũ faciẽdo ne deficiatis. Itaq; etiãsi ocioso des, bonũ feceris. Idẽ agit & in sequẽti contextu. Cum em̃ dixisset: Siquis nõ audit sermones nostros, hunc per epistolã indicate, & ne cõmisceamini illi: atq; hoc modo hominẽ eiecisset ex ecclesia, rursum alio modo eũ reconciliat, reducens in gratiã cum eis à quibus eiectus fuerat. quapropter hæc uerba subdit. non ut inimicũ existimate, sed ut fratrẽ. Quemadmodũ igit̃ cũ dixisset, siquis non uult laborare ne edat, illos certè qui possunt, curam eorũ habere iussit: ita etiã hic posteaquam dixit, ne cõmisceamini illi, nõ alienauit ab eius cura auditores, sed iubet ut diligenter eũ suscipiant, dicens: nõ ut inimicũ existimate, sed ut fratrẽ. reliquisti eius consuetudinẽ, sed ne relinquas de eo solicitudinẽ. excluſisti eũ à conuentu, ne excludas à charitate. etenim hoc ipsum affectu charitatis mãdauit, ut hac separatione factus melior, mature ad reliquũ corpus reuerteretur. quandoquidẽ etiã patres domo sua filios expellunt, nõ ut perpetuo foris maneant, sed ut hac castigatione modestiores facti, domũ postliminio reuertant̃. atq; hæc sufficiant ad illos qui pigriciã aliis obijcere solent. Verũ quoniã multi alia habent uerba quibus se excusent, plena crudelitatis ac inhumanitatis, necesse est ut illa quoq; redarguã, non ut excusationẽ eis adimã, sed ut persuadeã omissa uana & inutili, ad uerã & apud Christi tribunal profuturã defensionẽ operibus ipsis exerceri. Quæ est igit̃ illa uulgarium hominũ frigida ac inutilis defensio? Alendi sunt, inquit, liberi, rei familiaris gerenda est cura. Vxorẽ alo, necessarios sumptus multos sustineo. quãobrẽ nõ suppetit unde obuios subleuare possim. Quid ais? filios alis, et ideo nõ est unde uenientes ad te subleues? Imò propter hoc ipsum subleuãdi sunt egeni, ut exigua pecunia dominũ q eos tibi dedit propicies, ut etiã post mortẽ tuã patronum illis relinquas, ut eis magnum fauorem cœlitus concilies, & ex illa pecunia sumptus deo gratos faciens. An nõ uides q multi homines præpotentes ac opulentos, nihil alioqui ad suũ genus attinentes, testamẽto sæpe inseruerũt, & liberis suis cohæredes fecerũt? nihil ob aliud quàm ut securitatem filijs modica pecunia pararẽt: idq; cũ incertum esset, quonã affectu filios illos cohæredes essent prosecuturi. Tu uero cũ scias humanitatẽ, bonitatem, & æquitatẽ tui domini, expertẽ eũ tui testamenti facies? non facies eũ cohæredẽ liberorũ tuorum? Hoccine est amãtissimi patris officium? Nam si prolis tuæ curã geris, relinque illis chartulam scriptã, in qua deum debitorẽ habes. hæc maxima hæreditas, hoc decus est, hæc securitas. Induc eũ in terrenã hanc hæreditatẽ, ut te unà cũ tuis liberis in cœlestẽ illam hæreditatẽ inducat. hic hæres nobilis est humanus, bonus, potens, diues, quare nihil est cur eius societatẽ suspectã habeas. Ideo etiã sementis uocat̃ eleemosyna, quia reshęc non tã sumptus est q̃ reditus. Tu aũt quãdo seminandũ est non magni facis quòd euacuas fructus ueterũ prõptuaria, sed ad messis futuræ fructum spectas, idq; cum euentũ nescias. nã & rubigo, & calamitas, & locusta, & aeris intẽperies quãdoq; spes nostras frustratur. cum uero in cœlum est semen faciendum, ubi nullæ sunt tempestates, nullę insidiæ, nulla læsio, tergiuersaris ac procrastinas? Et quã speras ueniã, qui in terrã seminando confidenter & alacriter id facis: cum uero in manum dei seminandum est, cessas & negligis? Nam si terra reddit quod sibi est creditum, multo magis dei manus, quæcunque acceperit, magno cum fœnore est reddituram. Hæc igitur scientes non respiciamus sumptũ quando eleemosynã facimus, sed eũ qui inde speratur prouentũ: imò etiam præsens lucrum. non solum enim in regno cœlorũ hospitiũ præparat, sed in presenti etiam uita securitatẽ adfert & abundãtiam. Quis hæc pollicetur? Ipse qui præstare potest dominus. Dicit enim: qui sua pauperibus largitur, cẽtuplum accipiet in hoc seculo, & uitæ æternæ hæreditatem habebit. Vides retributionem in utraq; uita cum magno fœnore recipiendã? Ne igitur cessemus, neq; procrastinemus, sed per singulos dies eleemosynæ fructũ percipiamus, ut & in præsenti seculo rebus secundis fruamur, & futurã uitam consequamur: quæ nobis omnibus contingat gratia & benignitate, &c.

EIVSDEM DE EISDEM VERBIS, ET qua de causa rebus bonis omnes ex æquo fruantur, & de eleemosyna.

VM priore cõuentu, & qui illũ precesserat, unũ apostoli dictũ susceperimus exponendũ, in eius enarratione totũ sermonem consumpsimus, et hodie quoq; in eodẽ uersari proposuimus. hoc autẽ data opera facimus, ad uestrã utilitatẽ, non ad nostrã ostentationẽ. nõ em̃ ut fœcundũ me & multiscium ostendã sed ut tum Pauli sapientiã uobis aperiam, tum uestrã alacritatẽ excitem, ad hũc modũ eundẽ uerso sermonem. nam & illius intelligẽtiæ profunditas magis elucebit, si ex uno dicto tanta nobis sententiarum fluenta proferat: & uos cognito q̃ ex uno apostoli uerbo ineffabiles sapiẽtiæ diuitias depromere liceat, nõ oscitanter percurretis eius epistolas, sed hac spe inducti singulas earum sententias exquisita cura ac diligẽtia perscrutabimini. Si em̃ unum dictũ triduo nobis disserendi materiã præbuit, quantũ putatis thesaurũ nobis profunderet una quæpiam pars diligenter tractata ac considerata? ne igit̃ delassemur, prius q̃ totũ quod superest decerpserimus. Si em̃ metallorũ auri fossores, licet quantumuis diuitiarũ inde exhauserint, non prius tamen inde absistunt quàm totum aurũ auferant, multo maiorem nos alacritatem ac diligentiam in perscrutandis diuinis eloquijs adhibere conuenit. Nam & nos aurum effodimus, nõ sensibile, sed spirituale. non enim in metallis terræ, sed in spiritus metallis operamur. Paulinæ em̃ epistolæ metalla sunt spiritus & fontes: metalla quidem quia quouis auro preciosiores nobis præbent diuitias: fontes uero quia nunq; deficiunt, sed quantumlibet exhauris, tantũdẽ ac multo amplius rursum affluit. & hoc euidenter declarare potest totum tempus quod præterijt. siquidẽ ex quo Paulus uixit quingenti iam elapsi sunt anni, totoq; hoc tempore multi tum commentatores, tum doctores ac interpretes, multa sæpe inde exhauserunt, nec tamen repositas inibi diuitias exinanire ualuerunt. nõ est enim sensibilis hic thesaurus, & idcirco non consumitur à multis effodientiũ manibus, sed augetur & multiplicatur. Et quid dico de illis qui ante nos fuerũt? quàm multi post nos dicturi sunt, ac rursus post illos alij, nec tamen deficient fontis in modum scatẽtes diuitiæ, neq; metallorum hoc genus exhauriẽtur. Spirituale enim est, & suapte natura nũquam omnino absumi potest. Quod est igitur illud dictum apostolicũ? Habentes autem eundem spiritũ fidei, sicut scriptum est, Credidi, quapropter locutus sum. Nuper igit̃ quæsiuimus qua nam de causa dixerit, eundẽ spiritum fidei, & unam hactenus causam attulimus. erat autem hæc: ut ostenderet consonantiam ueteris ac noui testamenti. Cum enim inueniẽt idem fidei spiritus & Dauidis linguam mouisse, dicentem: Credidi, ꝓpter quod locutus sum, & in Pauli anima operatus esse satis apparet magnã esse prophetarũ cum apostolis cognationẽ, atq; ita necesse fuerio sequit̃ magnã esse ueteris & noui testamẽti consonantiã. Sed ne iterũ eadem repetentes molesti uobis simus, age & alterã causam ꝓferamus, ob quã dixit Eundẽ. iam tum em̃ alterã huius dicti causam promiseramus. Sed opus est ut excitemini: ꝓfundus em̃ est sensus quẽ charitati uestræ sum dicturus, & perspicaci anima opus habet, in genioq; peracuto. qua, ꝓpter obtestor ut summa attentione quæ dicẽda sunt auscultetis. uestrũ est lucrũ, noster uero labor, sed gratuitũ ipsius sancti donũ, quo reuelante secreta neq; qui dicit, neq; q̃ audit defatigat̃. reuelationẽ em̃ magna facilitas sequit̃. Attendamus igit̃ cum diligentia: licet em̃ maiorẽ partẽ auribus ꝓsequamini, si uel minimũ dormitaueritis, interrupto semel cõtextu totum ignorabitis. Et quẽadmodũ his qui uiã ignorant, & ductore opus habent, diu licet illũ secuti, si per negligẽtiã uel paululũ ex oculis eũ amittãt, nihil prodest hactenus secutos esse, sed cõsistũt ignari quanã sit progrediẽdum: ita etiã qui dicentẽ ꝓsecunt̃ animo, etiãsi attẽte doctrinã eius hauserint si pauliſper tantũ oscitãter audiãt, toto intellectu amisso non possunt amplius ad intellectus finem peruenire. ne igit̃ idẽ uobis accidat, omnib. quæ dicturi sumus pari tenore intẽdite, donec ad finẽ perueniamus. Dicturi igit̃ qua de causa dicat, Habentes aũt eundem spiritũ fidei, uolens ostẽdere eandẽ esse utriusq; testamẽti fidẽ omniũ bonorũ matrẽ, paulo altius sermonẽ repetamus. Sic enim nobis causa euidentius apparebit. Quẽnã igit̃ est hæc causa? Magnũ bellum circumsteterat fideles dum hæc dicebant̃, bellũ inquã graue & absq; ullis inducijs. nam & ciuitates integrę & populi undiq; in eos insurrexerãt, & tyrãni oẽs insidiabantur, & reges contra eos armabant̃, & arma mouebantur, & gladij acuebant̃, & exercitus adornabãtur, & omnia genera pœnarũ ac suppliciorum excogitabant̃. inde facultatũ rapinę & cõfiscationes, & carceres ac mortes q̃tidianæ, tormẽta, uincula, ignis, ferrũ, bestiæ, patibula, rotæ, barathra præcipitia, & quicquid in perniciem fideliũ excogitari poterat. ac ne intra hos quidẽ fines bellũ se cõtinuit. nõ solũ enim ab inimicis excitabat̃, sed ipsa etiã natura cõtra seipsam irritabat̃. etenim liberis insidiabant̃ patres, & filiæ parentes exosas habebãt, & amici amicos auersabant̃, et in cognationes ac familias bellũ hoc latenter sese insinuabat: magnusq; tumultus erat per uniuersum orbẽ habitabilẽ. Et sicut nauis undis insurgẽtibus, nubibus cõcurrẽtibus, elisis tonitribus, caligine undiq; nautas cingente, mari furẽte, beluis læuientibus, piratis oppugnãtibus, ipsis ueterib. inter se dissidẽtibus, haudquaq; euadere potest, nisi cœlestis dextra magna illa ac potẽs discusso periculo & sedata tẽpestate in tranquillitatẽ reducat nauigantes: ita etiã tũc inter initia prædicationis accidit. nõ solũ enim externa tẽpestate pulsabant̃, sed intus etiã plerunq; seditione laborabãt. Quis hoc dicit? Paulus ipse sic scribẽs: Foris pugnę, intus timores. Et q̃d hoc uerũ sit, quodq; doctores pariter ac discipuli innumeris septi fuerint malis, & ꝓ omnes ex æquo bellũ hoc fuerit grassatũ, eũdem Paulũ iterũ testẽ adduco. Vestrę aũtẽ partes sunt meminisse omniũ horũ quæ dico, ut cognitis periculis ac tẽtationibus omnibusq; aduersitatibus quas eius temporis fideles perferebant, tanto maiores gratias agatis deo, qui omnib. illis calamitatibus finẽ imposuit, & aberuncato bello, tranquillissimã pacẽ nobis cõfecit: ut nemo uel socordiæ pœnã effugiat, uel ob uitã rectè actã extollat̃. Neque em̃ perinde est si undiquaq; impugnatus & innumeris aduersitatibus obrutus generose subsistas, ac si in portu nũc sedẽs, et in summa securitate eundẽ animũ præ te feras. Illorũ enim conditio nihilo melior erat q̃ eorũ q turbato mari iactant̃: nos uero securius agimus q̃ qui in portũ deuecti incolumes iã per ocium se reficiũt. qua, ꝓpter neq; propter bonã uiuẽdi rationẽ extollamur, neq; tẽtationib. cedamus, neq; securitate ecclesiæ nostrã ad segniciẽ abutamur, q̃n potius sobrij simus ac uigilemus. Nã nobis quoq; est lucta aduersus innatas cõcupiscentias. nõ insurgũt contra nos homines, sed insurgũt carnales uoluptates. nõ impugnant nos reges atq; tyrãni, sed impugnat ira, uanę glorię cupido, inuidia, æmulatio, atq; id genus alij affectus innumeri. Quãdo igit̃ illas tentationes euasimus, ne uel ab his uincamur operam demus. Ideo enim uobis in memoriã reuocaui illius tẽporis calamitates, ut nũc & qui affligit̃, idoneã inde consequat̃ consolationẽ, & qui in securitate agit, in uicem illarũ conflictationũ acre cõtra absurdas cogitationes certamen suscipiat. ꝓpter nostram em̃ admonitionẽ & cõsolationẽ ac toleratiã illa omnia sunt scripta: quæ quidẽ necesse habemus nũc apud uos eloqui, & docere quãtis aduersitatibus

sitatibus eius temporis fideles obsessi fuerint, nõ doctores solũ, uerũetiã discipuli. Audi igit qd dicat Paulus ad Hebræos scribẽs: Memores estote priorũ dierũ, in quibus illuminati multũ certamẽ afflictionũ sustinuistis. Nõ em ad breue tempus, sed mox ab ipso exordio prædicationis & doctrinæ insurrexerũt aduersus eos tẽtationes, & mox à suscepto baptismo periculis erant obnoxij. At quõ audi. Probris & afflictionib. uelut in theatro expositi. Omnes em despuebãt eos, cõtumelijs afficiebant, deridebãt, uituperabãt, fatuos uocabãt ac insensatos, qd deserta patria uiuendi formula, noua placita suscepissent. Quæ quidẽ nõ parũ ualẽt ad cõmouendam animã, ni fides, pfunde sit radicata. Nihil em æque animã mordet ac improperiũ, nihil æque tabefacit mentẽ ac dicteria & contumelia. nã multi uiri per cõuicia sunt sæpe subuersi. Hæc aũt loquor nũc, ut cũ fiducia fidẽ teneamus. Si em illi totius orbis conuicio nõ sunt subuersi, multo magis nostra ætate fides magna cõfidentia retinẽda est, quãdo totus orbis ad nostras partes defecit. Qd aũt illi nõ intra calũnias tantũ & opprobria cõuiciaq; rabiem suam cõtinuerint, audi quæ sequunt. nam & direptionẽ, inquit, facultatum uestrarũ cũ gaudio pertulistis. Vides q & bona eorum confiscabantur olim, & omnibus præda erant expositi qui eos lædere cupiebant. Atq; hæc quidem ad Hebræos scribit. De Thessalonicensibus uero rursum aliud quiddam tale testat. Vos enim, inquit, imitatores facti estis dñi ac nostri, qui suscepistis sermonem hunc cũ afflictione magna. Vide etiã hos affligi, neq; id simpliciter, sed afflictione magna. Vehemens tentatio, continuum periculum, nec minimã quidem respirãdi facultatẽ concedebat eis qui tũc temporis in certamine erãt. attamen cum hæc tolerarent, nõ inique ferebant, neq; animũ despondebãt, imò gaudebant etiã. Vnde hoc apparet? Ex uerbis ipsius Pauli. Dicit enim: In afflictione magna, cum gaudio spiritus sancti. nam tentatio pariebat afflictionem, gaudebant tamen reputantes quare tentarentur. Idonea enim erat cõsolatio, q conscij sibi essent, pter Christũ se hæc pati. Quapropter nõ tam demiror q illo tẽpore affligebantur, q quòd affligi se propter Christũ lætabant. Hoc em generosæ ac deũ amantis animæ officiũ est, nimirũ afflictiões & aduersitates ferre. cæterũ generose tolerare tẽtationẽ, atq; insuper gratias agere ei qui se tentari permittit, id demũ summæ fortitudinis merito uideri potest, animæq; uigilãtis & quæ omnibus humanis affectibus sit superior. Nec hic tantũ, sed & alibi docẽs quãta mala paterent eius temporis fideles à familiaribus ac propinquis (hoc em erat grauissimũ) in hũc modũ loquit. Vos em fratres imitatores facti estis ecclesiarum dei quæ sũt in Iudæa. Qua in re imitatores? quoniã & uos eadẽ estis perpessi à pprijs contribulibus, sicut et illi a Iudæis. Ecce bellũ, sed bellũ ciuile, q maiorẽ facit indignationẽ. Si em inimicus exprobrasset mihi tulissem. Tu autẽ, inquit, unanimis meus: id q tum in figura cõtingebat. Quapropter nõ me-

A diocri opus habebãt cõsolatione. Quod quidem Paulus cũ uideret, eosq; qui ad suam curã pertinebant laborare ac sudare animaduerteret, qd continuis calamitatibus degrauarẽtur, & alias super alias plagas ægrè sustinerent, uide q uarijs modis animos eorũ excitet, nũc quidẽ his uerbis. Siquidem iustũ est apud deũ, affligentib. uos reponi afflictionẽ: nunc uero his: Dñs non longe abest, ne sitis solliciti. Ac rursum. Cauete abijciatis fiduciã uestrã: nam patientia opus habetis, ut faciẽtes dei uoluntatẽ, pmissa bona reportetis. deinde ad patientiã eos confirmãs subinfert: Adhuc em minimũ quiddã superest dũ ueniat qui uenturus est, & nõ diu morat. Quemadmodũ puerulũ plorantẽ, molestè ferentẽ, matremq; suã requirentẽ, assidẽs aliquis sic cõsolatur: paulisper adhuc expecta, &
B omnino tua mater aderit: ita etiã Paulus, uidens ægrè ferẽtes, cõquerentes, aduentũ Christi requirentes eius tẽporis fideles, pter intolerabilẽ malorũ uim, cõsolaturus illos dicit: Adhuc minimũ quiddã superest dum ueniat qui uẽturus est & nõ diu morat. Itaq; q discipuli affligebãt, & plurima male patiebant, nec aliter q agni destituti in medio luporũ undiq; perfectionẽ sustinebant, p hęc satis apparet. Vt aũt sciatis q etiam doctores nõ minora, imò uero multo grauiora sustinebãt (nã quo magis inimicos ueritatis cõtristabãt, hoc plures eos infestabãt) hoc quoq; ab eodẽ q superiora nos docuit audiemus. Corinthijs em scribẽs sic loquit: Nemini ullã impingendi occasionem dãtes, ne reprehẽdat ministeriũ nostrũ: in tolerãtia
C multa, in afflictionibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in uagationib. in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs. Vidisti quãtũ certa minũ enumerauerit, q crebras tentationes? Rursum eisdẽ scribẽs, Ministri Christi sunt, inquit, ut insipiens loquor excellentius ego. Deinde uolẽs nobis persuadere, q multo præstãtius sit propter Christũ affligi q prodigia facere, & pbationẽ adferens q germanus sit apostolus, & præferendus alijs nõ apostolis sed pseudapostolis, nõ à miraculis p se editis argumẽtat, sed à cõtinuis periculis in quibus uersabat, in hunc modũ scribens: in laborib. copiosius, in uerberib. supra modũ, in carceribus abundantius, in mortibus frequẽter. à Iudæis quinquies quadragenas plagas una minus
D accepi, ter uirgis cæsus fui, semel fui lapidatus, ter naufragium feci: noctẽ ac diem in profundo egi: in itineribus sæpe, in periculis fluminũ, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex gentib. periculis in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis inter falsos fratres, in labore & molestia, in uigilijs sæpe, in fame & siti, in ieiunijs sæpe in frigore & nuditate, præter ea quę extrinsecus accidunt. Hi sunt ueri apostolatus characteres. Prodigia siquidẽ & alij sæpe fecerunt, nec eis fecisse, pfuit, sed post omia illa audiuerunt. Abite, nõ noui uos. nemo uero eorũ, q eadẽ quæ Paulus cõmemorare possũt, uocẽ illã unq; est auditurus: uerũ cũ magna fiducia cœlũ conscendet, bonisq; cœlestib. perfruetur uniuersis. Fortasse prolixior

uisus

uisus est uobis sermo noster. Sed ne sitis solliciti, A
non sum oblitus, pmissionis, & statim ad illam reuertar. Hæc aũt nõ temere lõgiore oratione prosecuti sumus, sed ut prolixiori uerborũ apparatu certius ac clarius doctrinã nostrã approbaremus simulq; afflictorũ animas consolaremur: ut quotquot in periculis uersantur & tentationibus, idoneam nacti consolationẽ discedãt, scientes quòd socij Pauli per has afflictiones efficiantur, imò uero ipsius Christi angelorũ domini. Qui autem afflictionum eius particeps est in hoc seculo, in illo particeps erit etiã gloriæ. ait enim: siquidẽ simul patimur, ut simul glorificemur: ac rursum: si sustinemus, ut simul etiam regnemus. Omnino em ne cesse est ut fideliũ genus afflictionib. premat. Omnes em qui uolũt pie in Christo uiuere, persecu B
tionẽ patientur. ac rursum: Fili, dũ accedis ad seruiendũ dño, præpara animã tuã ad tentationem. Recte fac, & perdura. Bella uero, pmissio, statim ab exordio in tentationes incidere. egregia uero exhortatio & consolatio, eius seruitutis pericula cõfestim degustare. Planè egregia simul & admiranda, & maximũ lucrũ adferens. Quod nã illud: Audi quæ sequũt. Sicut em in igne probat aurũ, sic homines accepti in fornace tẽtationis. Quod aũt dicit sic accipe. Sicut aurũ igne examinatũ purius redditur, pari modo etiam anima, quæ inter afflictiones uersat ac pericula, hilarior ac splendidior per illa euadit, omnemq; peccatorũ maculã abstergit. Hinc est q ad diuitẽ illũ dicebat Abraham: Lazarus recepit mala sua: hic aũt cõsolatio- C
nem recipit. ac rursum Corinthijs scribens dicit: Propter hoc inter uos multi imbecilles & inualidi, & dormiunt multi. Etenim si nosipsos dijudicassemus, haud quaquã iudicati fuissemus. At cũ iudicamur à dño corripimur, ne cum mundo condemnemur. Quin & fornicatorẽ illũ hac de causa tradidit in interitũ carnis, ut spiritus saluus fiat: ostendens q tentationes & pericula salutem his qui cum gratiarũ actione illa perferunt, adferant, purgationẽq; animæ minime uulgarem. Itaq; qd afflictiões & innumeras calamitates pertulerint fideles, tã discipuli q doctores, ac ne minimũ quidem respirauerint, uarijs omnium generum bellis undiquaq; circũdati, satis hic noster sermo declarauit, & plura etiam de hoc è sacris literis stu- D
diosi colligere possunt. Superest ut hæc ad propositum nostrum adducamus. Quid autẽ proposuerамus dicere? Qua de causa Paulus dixerit, Habentes eundẽ spiritum fidei. Cur igitur dixit? Turbabat hoc discipulos, qd grauia quidẽ in re præsenti experiebantur, bona uero spe solum concipiebant, & illa quidem iam aderant, hęc longe diferebãt: illa iam cõtingebant, hæc adhuc sperabantur. Et quid mirum si initio prędicationis quibusdam hoc usu ueniebat, quandoquidem & nunc post tantũ temporis spatium, post prædicationẽ toto orbe propagatã, post tot certa promissionũ argumenta, idem multis adhuc usu uenire solet. Nec hoc solũ illos perterrebat, sed & aliud quiddam, idq; non leue. Quod nam hoc? Cogitabant

apud se, quòd in ueteri testamento non ad eũ modum res hominũ dispensabãtur, sed uirtutis præmia confestim accipiebant quicunq; iustã ac temperantem uiuendi rationem prætulissent. non em post corporum resurrectionẽ, neq; in futura uita, sed hic in præsenti uita omnes eis promissiones præsentabantur. ait enim. Si dilexeris dominũ deum tuum, bene tibi erit, & multiplicabit deus armenta boum tuorũ, & greges pecorum tuorum, non erit apud te infœcundum neq; sterile: nõ erit apud te languor neq; ægritudo. emittet deus benedictionem in prõptuaria cellarũ tuarum: aperiet cœlum & dabit tibi pluuiã matutinã & seroti nam. continuabitur area uindemiæ, & uindemiasationi. aliaq; multa simili modo eis promisit, quę quidem omnia in præsenti uita eis reddidit. Si qs est acutior iam præuidet solutionem. Quando igitur corporis sanitas, agrorum felicitas, liberorũ bonitas atq; copia, senectus non inops, anni partium temperies optima, annonæ bonitas, imbriũ opportunitas, armentorum & gregum abundantia, omnia deniq; bona illis in hac uita representabantur, nihilq; post hanc uitam & in futurum seculum sperandum proponebatur: reputãtes hæc fideles quòd maioribus quidem suis omnia bona præpedibus erãt sita, sibi uero in futuram uitam præmia & coronæ reponebãtur, & ex fide ipsorũ promissiones pendebant: delassabant ac deficiebant, ut quibus uniuersa uita inter tẽtationes necessario esset exigenda. Hæc igit considerãs Paulus, & malorũ quę eis impendebãt magnitudinẽ, & q his quidẽ post ex hoc seculo profectionẽ laborũ mercedẽ deus esset pollicitus, patribus autẽ præsentẽ retributionem præstitisset: perspiciẽsq; magnã in illis segnitiẽ è talibus cogitationib. subortri, & uolẽs eos excitare ac docere quòd patrũ quoq; tẽporibus eadẽ erat rerũ dispensatio, multiq; spe mercedẽ percipiebãt nõ re: ppheticũ illis dictũ in memoriã reuocat dicẽs: Habẽtes eundẽ spiritũ fidei sicut scriptũ est, Credidi, pter quod locutus sum: tantũ non dicens q magnus etiã ille Dauid, egregius & admirandus propheta, in fide retributionẽ perceperit, non in exhibitione. alioqui nisi res ita se haberet, non dixisset, Credidi propter quod locutus sum. Fides enim ad ea quæ sperantur refert, nõ ad ea quæ uidentur. quæ em uidentur, facile est sperare. Si igit credidit, illis nimirũ credidit quæ sperabat. quòd si eis quæ sperabat credidit, quæ uero sperant non uident, consequitur eum non recepisse ea quæ crediderat. Propterea dicit, habentes eundẽ spiritũ fidei: hoc est, eandem fidem quę fuit in ueteri testamẽto, etiam nos habemus. Qua, pter & alibi de eius tẽporis sanctis ad hunc modũ loquit: oberrabant in ouillis & caprinis pellibus, egentes, afflicti, anxietate pressi, quibus dignus nõ erat mundus. deinde docens q calamitates quidẽ pertulerũt, mercedem uero nondũ receperunt, subdit uerba hæc: In fide mortui sunt omnes hi, nec promissiones receperunt, sed è longe tantũ aspectas salutauerunt. Et quõ uiderunt eas quæso, quæ nondum erãt præ-

sentes?

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentes: Fidei nimirũ oculis, qui cœlũ penetrãt, & A quæ in eo sunt uniuersa contemplantur. Tu uero considera mihi dei sapientiam, quõ illis præmia è longinquo ostenderit. quæ ideo suis nõ statim dedit, quo maior fieret eorũ sustinentia: ostendit aũt è lõginquo ideo, ut hac spe refecti, ne sensum quidem præsentium laborũ percipiãt. Sed forsan aliquis ex his qui acrius attendũt, inter se pugnãtia nos dicere putabit. Dicet enim: Si neq; priscis illis repræsentata sunt bona & præmia, quid ita in longum extendisti sermonẽ, enumerando annos per sua tempora temperatos, corporis sanitatẽ, liberorum bonitatẽ ac copiã, annonæ facilitatem, fructuum abundantiam, armenta, greges, & omnem uiuendi felicitatẽ? Quid igitur ad hoc est respondendum? Quòd aliter quidem uulgus & im B becilliorẽ populũ, aliter aũt generosos homines, & eã quæ est noui testamẽti uiuendi rationẽ iam tum meditantes, tractauit deus illo tẽpore. uulgo enim qđ nec humo se tollere poterat, nec magnũ aliquid uidere, neq; spẽ suã ad futurorũ bonorũ fruitionẽ extendere, præsentia bona exhibuit, imbecillitatẽ animę eorũ cõsolãdo, et per hoc ad uirtutẽ exercẽdã ipsos deducẽdo, atq; ad rerũ honestarũ desiderium. Eliã aũt & Elisæũ & Hieremiã & Esaiam, et semel uniuersos, pphetas, & quotquot ad magnorũ & sanctorũ hominũ chorũ pertinebãt, ad cœlos uocabat, eaq; bona quę electis sunt illic præparata. quamobrẽ etiam Paulus non oẽs simul enumerauit, sed amictos ouillis ac caprinis pellibus, in fornacẽ cõiectos, uinculis cõstrictos, C flagris cæsos, saxis lapidatos, fame & inopia laborantes, in solitudinibus, spelũcis & cauernis terrę degentes, innumeraq; mala sustinentes, at tum demum dixit, oẽs hos in spe mortuos, nec adhuc, pmissionẽ recepisse: subindicãs nobis non uulgus, sed homines ad Helisæ similitudinem accedẽtes. Quod si quis dicat: hi aũt ipsi quamobrẽ ne nunc quidem debitas sibi coronas perceperũt: causam huius rei discat ab Apostolo. Cum enim dixisset: In fide sunt mortui omnes hi, subiunxit, deo melius quiddam de nobis prospiciẽte, ne sine nobis perfectionem accipiant. Cõmunis est celebritas hæc, inquit, quando quidem maior etiam est uoluptas, dum omnes eadem opera coronamur. Idẽ fit & in olympiacis certaminibus: luctator, pugil, pancratiasta, diuersis quidem temporibus certamen subeunt, sed uno temporis momẽto omnes D à præcone uictores pronunciantur. Idem fit & in conuiuijs. Quoties enim conuiuarum alij uenerunt maturius, alij adhuc cunctantur, conuiuatores in honorem absentum iubent præsentes paulisper manere donec illi quoq; ueniant. Idẽ etiam deus fecit, quoniã enim ex toto orbe diuersis temporibus electos ad cõmune & spirituale cõuiuiũ inuitauit, iubet eos qui priores iuerunt, ut expectent eos qui posteriores sunt uenturi, ut hoc pacto omnibus una præsentibus, unus omnib. contingat honor & una uoluptas. Cogita eñ quanta sit honoris accessio, Paulũ & sui temporis homines, Abrahamũ item atq; eius ætatis uiros, ac rursum alios qui tot seculis ante illum certauerunt et uicerunt, sedere nũc expectantes donec nos quoque approbemur. Quòd eñ Paulus nondum coronam receperit, neq; eorum quisquã qui unquã in certamine uictores euaserunt, imò ne recepturi quidem sunt donec omnes qui coronandi sunt conuenerint, audi ipsum Paulum dicentem: Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidẽ seruaui: reliquum reposita est mihi iustitię corona, quam reddet mihi iustus iudex. Quando? In illa die. Nõ solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentum eius. Et rursum alibi indicans quòd bona illa uniuersis simul ad fruendum concedentur, ad Thessalonicenses sic scribit. Siquidẽ iustum est apud deum ut reddatur affligentibus uos afflictio, uobis autem qui affligimini relaxatio unà nobiscum. Ac rursum. Quoniam nos qui uiuimus, qui relinquimur usque in aduentum domini, non præueniemus eos qui iam obdormiuerunt: per hæc omnia docens quòd oportet nos simul omnes & in commune cœlestis honoris possessionem ac fructum accipere. hoc ipsum etiam illis qui nos præcesserunt magnam adfert uoluptatem, quòd unà cum propriis membris sint ineffabilibus illis bonis perfruituri. Etenim pater mẽ sam habens splendidam ac opiparam, tum demũ maiore cum uoluptate ea fruitur, quando liberi sunt eius uoluptatis ac hilaritatis participes. Ad eundem modum etiam Paulus eiusq; similes, ita demum ampliorẽ sentient animi uoluptatẽ, quãdo unà cũ propriis mẽbris illa perfruẽtur. neq; enim patribus tantus est erga liberos affectus, quã tam illi solicitudinem gerũt de eis qui eãdem uirtutis uiam sunt ingressi. Vt igitur etiam nos in eorũ qui tunc honorabuntur numero simus, demus operã ut sanctos illos assequamur. & quomodo assequi poterimus? Quis nobis uiam, quę ad illos ducit, indicabit? Ipse sanctorũ illorum dominus, qui non solum quõ illos assequamur docet, uerũetiam quomodo illorum omniũ cõtubernales ac sodales fieri possimus. ait enim: Facite uobis amicos ex iniquo mamona, ut cũ defeceritis recipiãt uos in æterna sua tabernacula. Recte dixit æterna. Nam in hoc seculo etiamsi splendidam domũ habeas, omnino uetustate est peritura: imò prius quam illa pereat mors irruens eiiciet te ex magnifico isto domicilio: nõ raro uero uel ante obitum rebus turbatis calũniatorũ impetus ac insidiæ faciunt ut inde eiiciaris. Illic autẽ non est quod tale quicquam uerearis: non corruptionem, non mortẽ, non ruinam, non damnum à calumniatoribus, non aliud quicquam. Sed immobile & immortale est domicilium. quapropter æternũ illud appellauit. Ex iniquo mamona. Vide quãta sit domini benignitas, quanta bonitas ac æquitas. neq; enim temere hoc adiunxit. Sed quoniã pleriq; diuites ex rapinis ac fraude diuitias sibi comparauerunt, Male, inquit, factum, nec oportebat ita pecunias colligere: ueruntamen quandoquidẽ iam collegisti, desiste à rapina & fraude, & utere pecunia ad ea quib. opus habes. Nõ iubeo ut sis ex rapto misericors,

sericors, sed ut à fraude temperans diuitijs ad be- A las cõtraxisti, ut solẽt homines qui in foro uersantur, in iudicũ consessu intersunt, rẽ populi administrãt: pro his omnibus deũ accedis exoraturus et ueniã petiturus. ergo da pecuniã in manus pauperũ, & absterge illas maculas, ut cum fiducia inuoces rogans illũ qui potest peccata hæc remittere. Si te assuefeceris nunquã sine elemosyna sacra hæc uestibula intrare, nec sponte, nec inuitus unquam ab hoc bono opere abstinebis: tantũ ualet cõsuetudo. Et sicut quomodocunq; se res habeat nunquã sustines illotis manibus precari, posteaq; semel consuetudinẽ hãc usurpasti, ita etiã in elemosyna si hanc legẽ tibi præfixeris, uolens nolẽs quotidie illam implebis, ipsa cõsuetudine ad hoc pertractus. Ignis est precatio, præcipuè cũ à uigi- B lante & sobria mente proficiscit: sed ignis iste opus habet oleo, ut ad ipsa cœli conuexa peruenìat. cæterũ oleum quo ignis hic fouetur, non aliud est qđ eleemosyna. Affunde igitur oleum hoc largiter, ut exhilaratus hoc tuo bono opere, cũ maiore alacritate precationẽ tuam absoluas. Sicut enim qui nullius bonę rei sibi sunt conscij, nulla ẽũ fiducia precari possunt: ita qui bene aliquid egerunt, & post iusta opera ad precandũ se conferũt, læti recordatione bene gestorũ, maiore cũ alacritate supplicationẽ suã offerunt. ut igit hac quoq; parte efficaciores sint preces nostræ, nimirũ mente per recentis beneficentiæ memoriam excitata, cum eleemosyna ad precãdum accedamus, & diligẽter omnia quæ dicta sunt in memoria tetinea- C mus, & ante omnia illã pauperum faciem, qua eos dixi pro foribus oratorij cõsistere, in eum animæ usum, in quem fontanam abluendis manibus uertamus. Si enim horum memores cõtinue mẽtem abluerimus, poterimus & puras preces ad dominum allegare, & cœleste regnum cõsequi, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI IN hoc apostoli dictum, utinã toleraſſetis paululũ quiddam insipientiæ meæ HOMILIA: uiro quodam docto interprete.

QMNEIS equidem amo sanctos, maxime uero sanctum Paulum, uas electionis, tubã cœlestem, spõsæ Christi ducem, ac pronubum. Id quod propterea dixi, & amorem in medium produxi, ut uos illectamenti amoris participes facerem. Quando quidem externo amori succumbentes, fateri palam propriè dispudet, tanquam deterritos tum sui pudore, tum audiẽtium periculo. Atqui hũc nostrum amantes nunquam tacent, quia sibi atque auditoribus iuxta prosunt tam honesta professione. Nam amor ille uitio datur, hic laudi. Ille morbus animi, pbris obiectus: hic animæ lætitia est & exultatio, mundusq; indicibilis: ille bellum in amantium cogitationem inuehit, hic bello, si quod fuerit, eiecto, pacem copiosam substituit. Ex amore quidem uulgari, non modo

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo nihil accrescit emolumenti, sed ingentem A quoq; rei familiaris iacturam facit, inanem sumptum, uitæq; internecionem, adeoq; ædium è fundo subuersionem. Ex honesto autem, qui spectat animorũ decorem, multæ opes bonorũ operum, magnaq; uirtutum supellex existit. Præterea bonam corporis formam adamãtes, inhiantesq; ad splendorem faciei, turpes sunt & inelegantis formę, neq; ad mutandam deformitatem quicquam ex concupiscentia lucrãtur, quin semper in peiorem abiectioremq; oris habitũ abeunt. Cæterũ in hoc amore penitus est cõtrarium: quicunq; amat animam sanctã, formosam, clarã pulchramq;, etiam si ipse est turpis, ingratiq; aspectus: imò si omniũ fœdissimus, modò perduret in amore sancto rum, cõtinuò talis erit, qualis est quem amat. Etenim diuinæ id benignitatis argumentum est, qd' B corpus deforme & mutilum nequeat emendari: anima uero turpis & manca, in primã lucẽ & decorẽ facile reformatur. Nã ex bonitate uultus nihil emolumenti, ex pulchritudine autem animæ tanta licet bona lucrari, quanta cõgrue possidet, qui deum habet amatorem. Audi enim, inquit, filia & uide, & inclina aurẽ tuam, & obliuiscere populi tui & domus patris tui, & cõcupiscet rex pulchritudinem tuam. Pulchritudinẽ hic eam dicit, quæ est secundum animam: cuiusmodi uirtute & pietate contingit. Qua de causa, quum tantum sit lucrum sanctorũ amatoribus, operæpretium faci mus, si cõmuni amore amplectamur sanctum tã eximium, idq; cupidissime. Nam si animã nostrã amor ille uel semel subiens, in ea lucidam excita- C uerit flammã: quicquid senticosum, quicquid saxosum & asperum & insensatũ offendit in cogitatione nostra, totũ exponit, aut certè promitigat, & animã nostrã in decliuem fundum, lætumq; arum purgat, aptamq; reddit diuino semini suscipiendo. Et nemo dicat, quòd nunc neq; adsit Paulus, neq; oculis nostris uideatur: & quonam modo contingere queat, ut id quod nunquam uidimus, amemus. Nihil enim hoc est impedimenti, quando absentem amplectimur, & inuisum diligimus, potissimum cuius uirtutis agnoscimus argumenta, tam magna, tamq; egregia in omnibus ubiq; terrarum ecclesijs. Nempe impietatẽ dissiparam, malam uitam in meliorem uersam, errantes in uiam reductos: intemperantiũ sacra, ut Bachanalia & id genus, explosa: abdicata tẽpla, obmutescentes dæmones. Vniuersa hæc tam admirãda linguæ Paulinæ potẽtia, inspirata gratia dei confecit, claramq; flammam pietatis ubiq; gentium accendit. Cum quibus dotibus & sanctas huius epistolas habemus, quæ nobis characterẽ beatæ animæ diligenter insculpũt. Quemadmodum ergo cum Paulo in præsentia constituto differere animus esset: sic cum alacritate nos obsequentes eius literis præbeamus, quæ intus dicta sunt, explicemus. Discamus quidnam sit quod exclamauit hodie, dicẽs: Vtinam tolerassetis parum quid dam insipientiæ meæ, quin me sustinuistis: æmulor enim uos dei æmulatiõe. Quid ais Paule? qui discipulis legem præscribens, In sapiẽtia, inquis, ambulate erga extraneos: qui dicis: Sermo uester Coloss. 4
in gratia sit sale conditus, ut sciatis q̃modo oporteat uos unicuiq; respondere: qui precaris omnibus ut sapiẽtia spirituali adimpleantur: ipse exclamas: Vtinam tolerassetis paululum quiddam insipientiæ meæ. Num satis tibi dixisse fuit, aliquod insipientiæ meæ uerbum? Ad discipulos etiam illud exponis, neq; ad discipulos tantum exponis, imò omnibus hominibus quotquot cum illis fuerunt, per epistolam notum facis. Animaduerte q̃ non oporteat quæ dicuntur simpliciter percurrere; sed unumquodlibet accurate disquirere. Illud enim cum legitur simpliciter, offendit auditores: peruestigatum uero eximiam aperit Pauli sapientiam, admirandam prudentiam, curam indicibilem. At quid tãdem id est, quod dicitur? Pseudoapostoli frequentes apud Corinthios agebãt, qui præconio Christi deprauato, etiam accusati Pauli opinionẽ subruere, quam de ipso discipuli conceperant, ceu per cuniculos tentarũt, eumq; per iroD niam falso dictis arrodentes, superbiæ detulerũt: aduersus illos bona pars, ut uidet, epistolæ pertinet. Quemadmodum quum dicit: Non sumus si- 2.Cor.2
cut reliqui, uenditantes uerbum dei: & rursum dicens, Sic me seruaui, ne cui essem onerosus: & addit consilium semper fuisse ut hanc legem immotam seruet. Nam est ueritas, inquit, in me Christi, quòd hæc mea gloriatio non interrũpetur in me, in regionibus Achaiæ. Quãdo reddit causam, sceleratos istos tacite notat, sic dicens: Quapropter? an q̃ nõ diligam uos? Deus nouit. Verum quod facio, idem & faciam, ut amputem occasionẽ ijs qui cupiũt occasionẽ. Et antea discipulos cohortatur, ne committant, ut eis necessariò potentiam suã declaret, dicens: Rogo autem uos ne præsens 2.Cor.10
audeam ea fiducia qua existimor audax fuisse in quosdam qui putãt nos ueluti secundum carnem ambulare. Nam sic illi maledici de quibus hæc dicit, omnia rememorabant per ironiam eum acerbius uellicãtes: quod uidelicet epistolæ Pauli magnum præ se ferant tumorem & uerborum arrogantiam: ipse uero nihil sit, exiguus, abiectus. Postea quam igitur hoc loco traducitur, quasi in nullo sit enumero, quasi indignus sit de quo ratio habeatur, sicut iterum explicans pseudoapostolis, Num illud, inquit, peccaui, quod meipsum humiliarim, ut uos exaltarẽr? & istud obiectum crimen diluẽs: Quales, inquit, fumus sermone per epistolas quum absumus, tales sumus & quũ adsumus facto. Quando itaq; multi fuerãt apud illos pseudoapostoli, quos & operarios dolosos nominat, sic dicẽs: Siquidem istiusmodi pseudoapostoli operarij dolosi sunt, sumpta persona apostolorum Christi, Atq; haud mirum, quando quidem ipse satan transformatur in angelũ lucis, Non magnum est igitur, si & ministri illius personam in se trãsferũt, quasi sint ministri iustitiæ. Qua de causa cum isti cõtumelias infinitas in hunc dicunt, dãnoq; afficiunt discipulos, quo perperã persuasi, minus idoneam de eo existimationẽ habere queant, de-

2.Cor.11

inceps

inceps nẽcesse habet in magnificam, ueram tamẽ A laudum suarum recordationem descendere. Neque enim consultum fuit in reliquum tempus tacuisse. Cæterum quia pugnas suas nobis erat memoraturus, & reuelationes quas uidit, & labores quos pertulit, ostẽsurus omnibus, quam inuitus, quam ue coactus id faciat: quãquam necessitatẽ uidit ineuitabilem, tamen insipiẽtiæ quiddam uocat, sic dicens: Vtinam tolerassetis quiddam insipientiæ meę. Facturus, inquit, sum rem absurdam et stultam, me ipse celebrabo et extollam. Verum ego prædicationis huiusmodi propriæ causa non sum, sed illi potius qui eò me detruserunt: propter ea uos adhortor, perferatis me illis causam reddẽtem. Num perspicue uides prudẽtiam Pauli? Etenim dicens: Vtinam tolerassetis paululum quid-
dam insipientiæ meæ, quinimò sustinete me: nam B
zelotypus sum erga uos dei zelo: non continuo perrexit ad narrationem laudum, sed interim iterum interserit uerba quædã & in hunc prope mo-
2.Cor.11 dum dicit: Iterum dico, ne quis me putet insipientem, alioqui & ut insipientem accipite me. At ne sic quidem attigit narrationem, sed iterum dicit: Quod dico, non dico secũdum dominum, sed ueluti in insipientia, in hoc argumento gloriationis. Sed ne tum quidem audet ingredi, tot uerbis ceu in præsidium præmissis. Quin iterũ repositis prę ludit, & dicit: Quando quidẽ multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor: libenter enim suffertis insipientes, quum sitis sapiẽtes. Mox iterum recusat & contatur, paucisq; interpositis addit: Sed in quocũq; audet aliquis, in insipientia loC quor, audeo & ego. Quũ demum latissima excusatione præmitigationeq; præaudita, tentauit agredi laudum suarum enarrationem. Et quemadmodum equus præcipitium aliquod præruptũq; cliuum transiturus se colligit, quasi hunc uno saltu exuperaturus foret: uerum profundum despiciens hiatum subiacere, obstupescit metu contrahiturq;: deinde quum sentit equitem uehemẽtius urgere, rursum aggreditur, idemq; quod antea perfert, necessitatẽ & uim indicans, subsistit aliquan diu, hinnitum mussitans super oram foueę, resumpto tandem animo, se ultrò fidenter adigit: Sic & beatus Paulus ueluti se daturus in præceps, in laudum suarum recitationẽ semel atq; iterum, ac tertiò, & subinde sæpius retrocedit, sic dicens: Vtinã tolerassetis paululum quiddam insipientiæ meæ. Et rursum: Ne quis me putet insipiẽtem esse, alioqui & ut insipientem accipite me. &, Quod dico, nõ dico secundum dominũ, sed ueluti in insipientia, in hoc argumẽto gloriationis. Et rursum: Quã doquidem multi gloriantur secundum carnem et ego gloriabor: libenter enim suffertis insipientes, quum sitis sapientes. Et rursum: In quocunq; audet aliquis, in insipientia loquor, audeo et ego. Et quum se millies insipientem nominasset et stultũ, uix tandem audet in proprias laudes descendere. Hebræi sunt, & ego: Israelitæ sunt, & ego: semen Abrahæ sunt, & ego: ministri Christi sunt, & ego. At nõdum sibi excidit, sed iterum prærnollit hoc

pacto: Delirãs, inquit, lo quor, plus ego. Neq; hic desinit: nam absoluto laudum suarũ catalogo, factus sum, inquit, insipiens gloriãdo, uos me cogitis. Ecqd non dixit, pseudoapostoli me coegerũt: sed, uos me cogitis? Quoniam illorum, inquit, rationem non habui. Vestra fermè fuerunt sana & sobria, nisi fuissetis auersi, nisi retulissetis pedem. Qd' si nos semper maledictis impetissent, illorũ uirulentia nihil nobis accreuisset detrimenti. Verum quia cognoui dissipatum esse ouile, discipulosq; deficere, experiũdę rei & arduę & perquam molestę animũ insumpsi, adeoq; coactus sum desipere, mea recensendo encomia, propter uos uestramq; salutem. Ea sanctis consuetudo, quod perperam fecerunt, repandunt quotidiè, deplorant, omnibusq; ob oculos ponunt: quod autem ingenuum & eximium absc̃odunt, & obliuione transmittũt. Talis est hic sãctus noster, peccata sua uel nemine impellente perpetuò uersat excãtatq;. Si quidem aliquando dicit: Christus Iesus uenit in hunc mundum, ut seruaret peccatores, quorũ primus ego sum. Aliquãdo uero: Gratiam habeo in eo qui me confortat Christo, quod fidelem me arbitratus est, ponendo in ministeriũ. Item prius fui contumelioſus, persequutor, & iniurius, sed commiserationem sum cõsequutus, quia ignorans feci in infidelitate. Et rursum: Postremo omniũ tanquam putamento apparuit. &, Ego enim sum mi- 1.Cor.15
nimus apostolorum, qui non sum idoneus nominari apostolus: quandoquidẽ sum ecclesiam persequutus. Et rursum: Mihi minimo omnium san- Eph.3
ctorum data est hæc gratia. Non apostolorum tãtum, sed generatim omium fidelium postremum se asserit, ita dicẽs: Mihi minimo omnium sancto rum data est gratia hæc. Neq; se dignum dicit gratia qua est seruatus: Christus, inquit, Iesus in mundũ uenit, ut peccatores saluos faceret, quorũ primus sum ego. Animaduerte quam causam salutis acceptæ reddit. Nam dicit, ideo misericordiã sum adeptus, ut in me primo ostẽderet Iesus Christus omnem longanimitatem, ad exprimẽdum exemplar ijs qui crediturí essent in se, in uitam æternã. Nullo pacto suam asserit dignitatem & meritum: ne ullus peccator in malitia quantumlibet confirmatus, deinceps animum abijciat, etiamsi bellum Christo fecit: quãdo Paulum uidet postremũ omD nium, quo posterior non erat alius quisquã qui in acie deo restitit, libere seruatum. Quãdoquidem Christus dicit: Quoniã uas electiõis mihi est iste, Act.9
ut portet nomẽ meum coram gentib. & regibus. Ille uero ne tantulum quidem ex tantis præconijs intumuit, se miserum pertinaciter contendit. Post tantam gratiam, post tam eximia uirtutis opera, post præclarã dicendi libertatem, primum se peccatorem nominat. Et propterea se affirmat miseri cordiam consecutum, ne quisquam, neq; in extremam malitiã delapsus desperare queat, modo rẽ spectet, & in hunc exhibitã clementiam. Itaq; preter necessitatem excantat quotidie in omnib. epistolis, se notatione atra describẽs, palamq; faciẽs, nõ solum eius ætatis hominibus, sed & omnibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

posteris. Præconia uel urgente necessitate grauatur, uel potius refugit, enarrare. Nam sæpenumero eam rem insipientiam nominat, atq; admirandam diuinamq; illam reuelationem multo tempore subticuit: quam non paulo ante, neq; anno altero, aut tertio, aut decimo, sed aliquanto superioribus uidit. Quamobrem nūc tempus nominatim apponit, sic dicēs: Scio hominem ante annos quatuordecim raptum usq; in tertium cœlum: ut tu discas, quòd ne tum quidem dixisset, nisi multam uim dissset necessitatem imminere. Nam si animo sedisset proprias aliquando prædicare laudes, factam uisionem tam obstupendā continuò prodidisset, aut primo, aut secundo, aut tertio anno, modo ad annum quartumdecimum tacitò suppressit. Neq; cuiquam aperuit, præter quàm unis Corinthijs: et tum potissimum, quando falsos mendacesq; apostolos suboriri uidit: nimirum ut ostenderet, ne tū quidem fuisse animum dicendi, si nō obseruasset luem illam pessimā in discipulos grassari. At nos non item. Contraria ratione prorsus nitimur: ne unius quidem diei qua peccauimus, tenemus memoriam: imò referētibus indignamur, grauiterq; succensemus, & perquam moleste suscipimus, cū uicīj loco ducimus, mille contumelijs retaliamur. Cæterum si quid bene fecimus, quantulumcunq; fuerit, latissime prosequimur: recensentibus illud habemus gratiā, eos putamus amicos nobis. Sed Christus diuersum præcepit, benefactorum oblionem, memoriam peccatorū. Quod nobis clarum effecit in hoc quòd discipulos adhortatur, dicens: Quando omnia feceritis, dicite inutiles serui sumus. Et in parabola phariſei cui publicanum præposuit. Quemadmodum enim illum delictorum memoria iustificauit, ita hunc memoria suorum operum destruxit. Quarum rerum deus ludæos admonet, sic dicens: Ego sum is qui extinguit iniquitates tuas, & non meminero, tu uero memineris. Talis erat apostolis consuetudo, talis prophetis, atque iustis omnibus: quapropter David peccati sui perpetuò meminit, uirtutis nunquam nisi compulsus necessitate. Quādo barbaricum bellum ludæam uexabat, omniaq; periculis plena uidebantur, cum esset adhuc iuuenis, & rei bellicæ imperitus, omissis ouibus in exercitū profectus, omnes animo deiectos conspexit, obstupefactosq; metu ac tremētes: nihil quod est humanæ fragilitatis persensit, neque formidolosum reddidit suæ humilitatis cognitio: quum fide omnibus quæ uidentur exuperatis, ad regem cœlorum suspiciens, multam animo alacritatem cōcepit, non solum milites, sed & fratres accessit, secq; eos ex præsente periculo promisit in securitatem uindicaturum. Quumq; fratres quod dictum erat risissent, ut qui deum à quo inunctus fuit, ac generosum animum ignorabāt, adeo redundantē cœlesti philosophia, illis omissis ad alios diuertit. Tādem ad regem perductus, quē præ timore propè mortuum inuenit: principio illum solatus, consilium atq; animum reddit, sic dicens: Ne concidat cor domini mei intra se, q̄a seruus tuus abibit ex pugnaturus istum. Rex uero quum non fidem haberet tantis pollicitis: abire, inquit, nō poteris, ad modū puer es, & ille uir bellicosus, & per omnem uitam exercitus. Dauid in ancipiti constitutus, nec cesse habuit recēsere sua præconia. Quàm autem inuitus id fecerit, ex prioribus apparet. Nam de præclare à se gestis ne tantillum quidem narrauit, neq; fratribus, neq; militib. neq; regi ipsi, quoad eum nō adhibentem fidem promissis ipsius uidit, tum angustia pressum, tum negantem facultatem cum illo cōgrediendi. Quid enim præterea faciūdum fuit? tacendæ ne uirtutes? At nequaquam ei concredita fuisset belli summa, neq; defensio periculi iam tum imminentis obtigisset. qua de causa quatenus oportuit, obtexit silētium: inuitante autem ac efflagitante temporis ratione ad dicendū, cōsilium diuersum inijt, dixitq; ad regem: Pastor erā seruus tuus in ouili patris, et quando uenit leo aut ursus, & rapuit ouem ex grege, à tergo aggressum perterrefeci, corripui prædam ex ore, & comprehendi guttur, & interfeci eum: & leonē & ursum percussit seruus tuus, & erit alienigena iste et incircuncisus sicut unum ex illis. Num uides quo pacto declarauit quanam gratia laudes proprias percensuerit? Tum sanè rex in reliquum tempus assumpta fiducia, iussit ut abiret: atq; abiuit, & in acie uictor euasit. Quòd si laudes suas refugisset proferre, neutiquam eum rex ad singulare certamen idoneum putasset, & parum idoneum existimatum in aciem descendere quì dimisisset? Cæterum eo non dimisso, præclarum facinus fuisset impeditum: quo impedito, neq; dei gloria tum illustrata fuisset, neq; ciuitas euitasset incumbēs periculum. Ergo ne tot absurda committantur, néue tāta ministerij magnitudo secludatur, necesse fuit ipsi Dauid suas referre laudes. Quemadmodum enim tacere nouit, quando nulla urgebat necessitas: ita & dicere nouit, quum instare multam uim perpendit. At non in hoc tantum, sed in altero etiam, nempe Samuele, uidere licet modestię rationem. Etenim ille tot annos præfectus populo ludaico, iuxta id q̄d deus tum dispoſuerat, nihil tamen unquam de se eximium prædicauit, tametsi uberrimam, si amasset, glorię materiam habuit: ut pote laudabilem à puero educationē, sanctam in templo conuersationem, & amplissimam ab incunabulis prophetiam. Ad hæc tot bella, uictoriam toties partam, non tam armis quàm beneuolētia & fauore dei. Nihil horum superioribus annis ut de se confiteretur, imperauit usus. Cæterū ubi abdicatam rempublicam alteri curādam cedere parabat, tum inuitauit occasio ad laudes suas late recitandas. Itaq; coacta populi totius cōcione, præsente Saul in hūc fermè modum loquutus est: Ecce uocem uestram audiui, & constituí regē super uos, & senui: & ecce ego conuersatus sum coram uobis ex adolescentia mea, usq; in hūc diem iudicati estis à me corā domino, & corā Christo eius. Cuius uitulum accepi? aut cuius asinum accepi? quem uestrum imperio depressi? cui uestrū uim feci? aut ex cuius manibus corripui uestē aut calceum,

1.Cor.12

Luc.17

Esa.43

1.Reg.17

1.Reg.12

ceum, & abscōdi oculos meos ab ipso? Dicite ad uersum me, & reddam uobis. Aduerte quanta necessitas huiusmodi dicendi. Magna nimirū & uehemens. Quando quidem daturus erat illis principem Saul, in suam ipsius excusationē docere hūc intendens, quonam pacto imperium sit gerendū, & quàm uigilanter curioseq; pro subditis excubādum, eos qui nuper admodum ipsum iudicem recusarunt, philosophiæ suæ testes facit. Neq; tamē eo tēpore quo præfuit magistratui, quo' ue ipsius dicto audierunt, ne cui uideantur ceu timidi, metuq; perterriti, quæ nō fuerunt, affirmasse testimonio. Verū præfectura iam tum præterita, translataq; in successorem prouincia gubernandi, ubi in reliquum tēpus nihil periculi manebat accusatorem, tum demum apud eos iustitiam suam contestatur. Alius fortè iniuriæ memor, quam à ludæis accepisset, neutiquā exoptaret post se principem mansuetum exoriri ac moderatum. Idq; non omnino propter memoriā iniuriæ, sed ut ipse queat amplius commendari. Siquidem grauis iste morbus magistratib. infestus est, ut polit se administrationem rerū suscepturos, peruersos esse ac sceleratos precētur. Nam qui sunt generosi magniq; animi, in clariorem splendorem se existimant euasuros, quum eiusmodi nō fuerunt qui in principatu sequuntur. Qui tantū umbræ sunt, corruptiq; moris, arbitrantur malitiam successoris ipsis in prætextum flagitiorū fore. Atqui nō sic beatus ille Samuel orauit, expetiuitq; uotis summam rerum in eximium quendam traducere. Vsq; adeò affectu charitatis tenebatur, usque adeò mūdus fuit & alienus ab inuidia, lōgeq; semotus à uanitate & opinione sui. Quia salutem hominum dūtaxat spectauit, illis gubernatorē ad sui expressit imitationem in ea oratione qua de gestis suis rationē dedit. Nam quum ignarum sciret odiosumq; regem adhortari, qui omnia coràm erat auditurus, atque illi ceu formā præscribere reipublicæ: quàm scilicet māsuetus esse debeat, quàm moderatus, quàm procul à munerum corruptione, ut nemini uim inferat, ut nemini sit iniustus, neq; diuitijs cōgerendis studeat: rursum tacendo cunctus populus in prædam traditus fuisset: prætextu excusationis, utrunq; periculum declinauit. Illum docuit cuiusmodi gubernatorem esse conueniat, simulq; uitauit odiū doctrinæ. Siquidem uidet circa res suas occupatus, instruit tamen & præscribit quāto studio, quæ uia subditorum cōmodis aduigilare par sit. Tu interim expende, quàm accurate ipse purum declarat ab omni delicto. Nō enim dicit, neq; agrum alicui ex uobis, neq; argentum abstuli, sed quod omnium uilissimum est, dicit, nempe ne calceum quidem. Mox alterā ipsius eximiāq; nobis uirtutem aperit: plericq; enim principes dū furto plebem expoliant, māsueti sunt & moderati & suaues, non ex animo, sed propter necessitatem conscientiæ, adempta eis per furtum dicendi libertate. Si muneribus accipiendis abstinent, onerosi grauesq; sunt, quanquā non ex animo abstinent. Eo nanq; ingenio existimationē captant, quasi ex proposito sint puri. Adeoq; in unum pariter utrunque sæpenumero confluit & quàm facilime, ut idem sit ex æquo sæuus atq; furax. Sanctus ille cōtendit se ambobus his malis eminere, nō minus ab industria compilandæ plebis, quàm ab ira remotissimus, quum dicit: Cuius uitulum sumpsi: nec desinit, quin mox subiūgit, aut quem ex uobis potentia suppressi, aut in uincula perpetua conieci, hoc est afflictionibus extinxi? Quod autem dicit, huiusmodi quiddam est: nemo illud aduersum me dicere poterit, quum nihil penitus accepi. Quando nihil accepi, cōsequens esset me fuisse intolerabilem, difficilem, atrocem, ac inhumanum: eoq; subnectit. Aut quem ex uobis imperio depressi? At quid illi responderunt? Non oppressisti nos, neq; uinculis intrusisti, neq; unquā ex manibus nostris quicquam accepisti. Et quod discas, quòd regem illorū instructurus illa sit præfatus, subiecit: testis dominus, & testis unctus eius, quinimò uobis idē est manifestū. Atq; ostendit quàm iniucūda testificatio: illum enim testem nominauit, qui arcana cogitationum perspexit, quod est mūdæ conscientiæ probamentum, quia nemo prorsus, nemo qui sanus, quiq; mente non excidit, testem deum euocat, nisi omnibus modis sibi confidat. Testificantibus itaq; illis de his quæ modò narrauerat, aliam uirtutem ingerit, ueterū memoriam refricat, & eorū quæ gesta sunt apud Ægyptum, præfecturæ dei ac bellorum quæ secuta sunt. Rememorat pugnam sub se pugnatam in speratamq; uictoriā. Reducit quomodo sępenumero propter peccata traditi sunt hostibus, inuocatoq; deo ab eis rursum liberati. Veteribus noua committens, Misit, inquit, dominus Hieroboam & Barach, Iephthae, ipsumq; Samuelē, & eripuit uos circumundiq; ex manu inimicorū uestrorū, magnaq; fiducia domos uestras incoluistis. Num uides quemadmodū est consuetudo sanctis, propria benefacta pertinaciter cōtegere, nisi dum ad explanandum necessitas imperiosior impellit? Ideoq; Paulus hue spectās, ut qui accurate didicerat, quàm molestū odiosumq; sit audire de se magnificentius loquentem, dixit: Vtinam tolerassetis meæ insipientiæ paululum quiddam. Neq; ait, utinam tolerassetis insipiētiam meam: sed, paulum quiddam. Quando quidē necessitas nō fuit, ut se largius profunderet in encomiorum suorū narrationem, breuibus ea peruolitauit, idq; propter illos & ipsorum salutem. Quemadmodū enim suas recitare uirtutes, extremæ uidet demētiæ, si nulla superest necessitas: ita necessitate uiolenter incumbente propellenteq;, proditio est ea tacere, quæ quis studiose perfecit. At Paulus præsentem considerans necessitatem, adhuc subcunctatur, insipientiæ negocium nominat: quo tu discas eius prudētiam, sapientiam, & securissimam cautionem. Nam cum dicit, quod loquor, non loquor secundum dominum, adnectit, argumento gloriationis. Ne putes, inquit, ista me generatim dissererе. Itaq; in hoc eum laudo maxime & admiror, pronuntioq; sapientissimum, quod rem stul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam exæstimauit sese prædicare et extollere. Quòd si ille quum necessitatem adesse uidet, appellauit hoc insipientiam: qua uenia, qua excusatione digni sunt, qui de se præter necessitatem eximia iactant, aut aliis ut ipsos apud auditores efferant, iniungunt? Ergo quum illa cognoscimus quę dicta sunt, non tantum uerbis commendemus, sed imitemur, & asse qui contendamus, obliti uirtutum, tenacem uitiorum memoriam foueamus, quo medicinis consentire possimus, in futurum protẽdere, brabion apprehendere supremæ uocatiõis. Quod omnib. nobis obueniat ex charitate & benignitate dñi nostri Iesu Christi, cui simul atq; patri & sancto spiritui sit gloria, potẽtia, honor, nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

A

B

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI DE profectu Euãgelij Homilia, in dictum Apostoli: Siue occasione, siue ueritate Christus annunciatur.

Philip. 1

Luc. 16

VM pridẽ pharisęi & publicani mẽtionem faciẽdo, bigas duas ex uitio scilicet uirtutęq; iungeremus, ostendimus quàm sit utilis humilitas animi, & quàm dãnosa mentis arrogantia. Nam arrogantia licet iustitiæ societur, & ieiunijs, & decimarum solutioni, posterior fit. Humilitas autem licet peccato iungatur, præcurrit pharisæi bigam: nec impeditur, quia improbũ habet aurigam. Quid enim publicano deterius? Tamẽ nihilominus, quoniam animam suam contriuit, & peccatorem se confessus est, præoccupauit pharisæum, & ieiunia, ut dicitur, habentem, et decimas dãtem, aq; malis omnibus liberatum. Quare nam hoc? Quia tametsi ab auaritia et rapina fuerit alienus, matrem tamen malorũ omnium inanem gloriam & arrogantiam habuit in anima profundius radicatã. Et idcirco Apostolus obsecrat & dicit:

C

Galat. 6 Vnusquisq; opus suũ probet, et tunc in semetipso tantum gloriationẽ habebit, & non in alio. Ille autem in medium prorumpit, omniũ qui in toto orbe accusator, & omnibus se hominibus meliorem dicit. Non fuisset tolerabile, si se decem tantũ, uel quinq; uel duobus, uel uni prætulisset. Nunc autẽ non solum paucis, sed & toti orbi se prępositi: un

D

de non mirum quòd cursu posterior fuit. Et sicut nauis quæ multos fluctus transit, multasq; tempestates effugit, in ipso autem portu tãdem in scopulum impingit, iacturam totius in se reconditi thesauri facit: ita & pharisęus ille, postquam sustinuit labores ieiunij, aliasq; uirtutes omnes, quia linguã non coercuit, arrogãtia sua in ipso portu naufragium fecit. Nam abire cum tanto detrimento à precibus, à quibus lucrum erat sperandum, quid aliud est, quàm naufragium facere? Proinde dilecti, quum hæc sciamus, omniũ nos postremos existimemus, etiãsi in ipsum uirtutis culmen conscẽderimus. Scimus quoq; quòd arrogantia ex ipsis cœlis superbientẽ deducere, & humilitas ex abysso peccatorum modeste agentem, in altũ reduce-

re potest. Humilitas pharisęo publicanum prępo suit. Arrogantia autẽ & superbia incorporeas uirtutes, diabolum inquam, e cœlo deturbauit humilitas & propriorum peccatorũ agnitio, latronem ante apostolos in paradisum induxit. Igitur si qui sua confitentur peccata, tantam sibimetipsis fiduciam conciliant: qui multorum bonorum cõscij, animas suas humiliant, quantas non coronas asse quuntur? Si enim humilitas peccatis sociata, tam expedite currit, ut iustitiæ ipsam recte iũgas, quãdo eam iustitiæ coniunxeris, quò non peruenit? quos nõ transibit cœlos? Stabit planè fiducia magna inter angelos apud ipsum dei thronum. Contrà, si cum iustitia copulata fuerit arrogantia, imo dica sua grauitate etiam illius fiduciam detrahet:

B

peccato autem iuncta, in quam gehennæ profundi tatem non præcipitabit? Hæc dixerim, nõ ut iustitiam negligamus, sed ut arrogãtiam fugiamus: nõ ut peccemus, sed ut modesti simus. Fundamẽtum enim philosophię nostræ est humilitas. Esto, multum ædifices, habeas eleemosynas, preces, ieiunia, uirtutesq; omnes, hac non prælecta, frustra & inuanum erunt omnia, facileq; ruet super arenam extructum ædificium. Nihil est in omnibus nostris bonis operibus, quod hac non egeat: nihil est quod sine hac stare poterit. Etiam si dicas continentiam, uirginitatem, cõemptum diuitiarum, & quæcũq; libet, omnia prophana, impura, & abominabilia sunt absque humilitate. Cum hac igitur ædificemus: hanc in uerbis, in operibus, in cogitationibus, in omnibus præstemus. Sed de humilitate sufficiant hæc, nõ equidem ut uirtutis postulat dignitas (nullus enim eam pro dignitate laudare potest) sed pro uestræ charitatis intellectu. Scio enim quòd amplexabimini eam magno studio, licet paucis admoniti dictis. Quoniam autem apostoli dictum hodie lectũ, multis uidetur ignauiæ ansam præbere, operæpretiũ ut ipsum clarius reddamus, quo nulli frigidam defensionem in salutis suæ perniciem inde sumant. Igitur eo sermonẽ fle

Philip. 1

ctamus. Quod autem hoc dictum? Siue occasione, inquit, siue ueritate Christus annũtiatur. Hoc multi in ore habẽt, & simpliciter ac temere circũferunt, neq; priora, neq; sequentia legẽtes, sed absecta aliorum membrorũ consequentia, in animarum perniciem ignauioribus proponẽtes. Attentant enim illos hac uia à saniore fide abducere: deinde quum pauidos ac trementes & periculũ suspicari uident, ut timorem illum ex animis eorum eximant, dictum hoc Apostoli in mediũ afferũt, dicentes: Paulus hoc admisit, inquiens: Siue occasione, siue ueritate Christus annuntietur. Verum hæc neutiquam se ita habent. Primum emẽ, non dixit annuntietur: sed annuntiatur. Dicere enim annũtietur, eius est qui legem statuit. Dicere autem annuntiatur, est annũtiari quod euenit. Quod autem Paulus legem non statuat, ut fiãt hæreses, sed abducat omnes ab hoc instituto, habes ex his: di-

Galat. 1

cit enim, Si quis uobis euãgelizauerit aliquid prę ter id quod audistis, anathema sit, etiam si ego, uel angelus de cœlo. Nõ autem anathematizasset & seipsum

seipsum, & angelos, si rẽ periculo carere sciuisset. A

2. Cor. 11 Et iterum dicit: Zelotypus sum erga uos dei zelo. Aptaui enim uos uni uiro, ut uirginem castam exhibeatis Christo. Vereor autem ne forte ut serpens Heuam uersutia sua decepit, ita corrumpantur sensus uestri à simplicitate quę erat in Christũ. Ecce & simplicitatem posuit, et ueniam nõ dedit: nam si condonasset, iam non erat periculum: & si periculum aberat, frustra timuit Paulus. Christus quoque non iussisset exuri zizania, si res indifferens esset: nunc illũ audire, nunc alium, & omnes absq; discrimine. Et quidnam est quod dicit? Repetam paulo altius historiam. Sciendum enim in quo statu res Pauli erant, quũ hæc scriberet. Quõ ergo tunc agebat? In carcere erat, in catenis gra-

Philip. 1 uibusq; periculis. Vnde hoc manifestum? Ex epistola sua. Nam ante hæc dicit: Scire autem uos uo B lo fratres, quòd quę mihi acciderunt, ad maiorem Euangelij profectum euenere: ita ut uincula mea manifesta facta sint in Christo, in toto prætorio, ac cæteris omnibus, utq; plures ex fratribus in domino freti uinculis meis, uberius auderent impauidè sermonem loqui. Nero enim eum in uincula conjecerat. Quippe quemadmodũ prędo aliquis domum cunctis dormientibus ingressus, ut auferat omnia, si quem uiderit accendere candelam, illum mox interimit, & lumen extinguit, ut auferre & rapere alia absq; metu possit: ita & Nero tũc latronem & furem quendam agens, dormientibus omnibus, profundoq; somno grauatis, omniũ bona diripiebat, nuptias inuadebat, domos subuertebat, nullumq; malitiæ genus intermittebat. Pro C inde mox ut beatũ Paulũ uidit accendere in mundo candelam, & afferre sermonem doctrinæ, quo sua reprehendebatur iniquitas, quo omnia facere licenter posset, curauit ut & extingueretur prædicatio, & interficeretur magister. Itaq; uinctũ sanctum illum conjecit in carcerẽ. Et tunc hæc scripsit Paulus. Quis nõ admiraretur & obstupesceret generosam illam animam cœli municipem? Vinctus constrictusq; Philippẽsibus scribit: Scitis autem quanto interuallo distent Macedonia & Roma. Neq; charitatem & memoriam discipulorum ex pectore eius uel uię prolixitas, uel temporis tãta intercapedo, uel negotiorum strepitus, uel mo lestiæ uel quæcunq; alia abradebant: sed habebat D omnes eos in mente. Neq; ita catenis manus eius erant uinctæ, ut amore discipulorum anima eius constricta: id quod etiam ipse in prooemio epistolæ declarat, dicens: Propterea quòd habeam uos

Philip. 1 in corde, & in uinculis meis, & in defensiõe & cõfirmatione Euãgelij. Et sicut rex mane super thronum suum conscendens, & in regalibus aulis considens, plurimas undequaq; literas accipit: ita & ille in carcere quasi in regalibus palatijs sedens, multo plures & accepit, & misit: undequaq; & gẽtibus ad eius sapientiam confugientibus, & ad eũ referentibus de omnibus quæ apud se fiebant. Et tanto plura q; rex administrabat, quanto et maior principatus sibi concreditus erat. Non enim eos solum qui in Romanorum ditione, sed & barba-

ros omnes, deus qui terrã & mare continet, in manus eius dederat. Atq; hoc manifestans Romanis dicebat: Nolo uos ignorare fratres, quòd sæpe p- Rom. 1 posueram uenire ad uos, licet præpeditus fuerim usq; in hũc diem, quo fructum aliquem haberem inter uos quoq;, sicut & inter reliquas gẽtes. Græcis simul ac Barbaris, eruditis pariter ac rudib. debitor sum. Quotidie igitur curæ ei erat, quid Corinthij, quid Macedones, quid Philippenses: quomodo Cappadoces, quomodo Galatæ, quomodo incolentes Pontum, quomodo omnes homines ualerent. Et licet totius orbis curam susceptisset, nihilominus tamen non solum pro gentibus integris, sed & pro uno homine solicitus erat. Et nunc quidem propter Onesimum epistolam mittebat, & propter eum qui apud Corinthios stuprum commiserat. Non enim hoc considerabat, quòd unus esset qui peccauerat, & præsidio egeret, sed quòd homo esset. Homo dignissimum dei animal, & propter quem nec unigenito suo pater pepercit. Non enim mihi hoc dicas, quòd sit fugitiuus quispiam, uel latro, uel fur, uel facinorosus, uel quòd sit pauper, abiectus, uilis, & nullius frugis: sed cogites qđ & pro ipso mortuus est Christus, sufficiat' que tibi, utpote idonea solicitudinis causa. Cogita quantum illum esse necessarium sit, quẽ tantus Christus ita appretiatus est, ut nec sanguini suo pepercerit. Neq; em opinor, si rex pro aliquo occidi uellet, quęreremus argumentum aliud, num magnus quispiam ille sit, quem rex tanti facit. Non autem ego tantum opinor, sed sufficiens est mors eius q; mortuus est, ut ostendat quã C tæ charitatis fuerit erga illum. Nunc uero quum non homo, non angelus, non archangelus, sed ipse cœlorũ dominus, ipse unigenitus dei filius carne uestitus tradit semetipsum pro nobis ad mortem: si non omnia fecerimus, & attẽtauerimus, ut homines tãto pretio redemptos in omni cura habeamus, qua nos tuebimur defensiones? quam uenia impetrabimus? Et hoc ipsum Paulus indicãs Rom. 14 dicebat: Ne cibo tuo perde illum, propter quem Christus mortuus est. Volens enim eos qui despiciebant & contemnebant fratres infirmos castigare, & in officio continere, ut persuaderet eis habendam proximorum curam, hanc unicam ratio nem pro omnibus dedit. Igitur sedens in carcere, per tantum spatium epistolam scripsit Philippensibus. Charitas enim erga deũ nullis humanis impeditur, utpote superne in cœlis radicata. Et quid scribit? Scire autem uos uolo fratres.] Vidistis curam magistri pro discipulis? audi & curã discipulorũ pro magistro: ut scias quòd hoc erat quo fortes & inuicti fiebant, quãdoquidem ita mutuum inter se amore uincti erant. Frater enim qui à fratre adiuuatur, est sicut ciuitas fortis, & multo magis tot ac tãti uinculo charitatis inter se iuncti, omnibus dæmonum restiterunt insidijs. Non opus est ulteriori demonstratione & sermone, qđ Paulus discipulis deuinctissimus fuerit, qui & catenatus solicitus pro eis erat, & quotidie moriebatur. Quod autem discipuli Paulo uicissim magno stu

Universidad de Deusto
Biblioteca

dio deuincti fuerint, & non solum uiri, sed & mu- A
Rom. 16 lieres, audi quid dicat de Phœbe: Commendo au
tem uobis Phœben sororem, quæ est ministra ec
clesiæ Cechreensis, ut illam suscipiatis in Christo,
sicut decet sanctos, & assitis ei in quocunque uo
bis eguerit negocio. Nam & hæc cum multis af
fuit, tum & mihi. Et hæc quidē quod officiose eū
adiuuerit, magnum accepit testimoniū. Priscilla
autem & Aquila etiam mortem pro Paulo adie
runt, de quibus sic scribēs inquit: Salutate Prisci
lam & Aquilā qui pro anima mea suam ipsorum
ceruicem supposuere. Et de alio quoque his ipsis
scribens dicit, quòd appropiarit usq; ad mortem,
non habita ratione uitæ, ut suppleret id quod ue
stro erga me officio fuit diminutū. Vides quomo
do amabant magistrum, quomodo sue ipsorū ani B
mæ, salutem illius præferebant? & propterea tūc
nullus eorum superabatur. Hæc autem dico, non
ut audiamus solum, sed & ut imitemur: & non ad
subditos solum, sed & ad principes sermo noster
se protēdit: quò & discipuli frequēs in magistros
officium, & uicissim magistri eandem quam Pau
lus erga discipulos amoris affectionem declarēt.
Etenim Paulus tam anxie omnium salutem cura
bat, perinde ac totus mūdus sibi unica domus fo
ret, neglectisq; suis uinculis, & plagis, & afflictio
nibus, & pressuris, cōsiderabat & inquirebat quo
tidie, quomodo res discipulorū se haberent: & sæ
pe propter hoc ipsum solū misit, nūc Timotheū,
nunc Tychicum: nam de hoc quidem inquit, Vt
sciatis & uos quæ ad me pertinent, quid agam: de C
omnibus certiores uos reddet Tychicus dilectus
frater, & fidus minister in domino, quem misi ad
uos in hoc ipsum, ut cognosceretis de rebus no
stris. Et iterum alijs: De omnibus rebus meis, cer
tiores uos faciet Tychicus frater & fidus minister
& conseruus in domino, quem misi ad uos in hoc
ipsum, ut cognoscat quid agatis, & cōsoletur cor
da uestra. De Timotheo autē: Quapropter et ego
nō amplius ferens, misi ad hoc ut cognoscerem si
dem uestrā, ne quo pacto tentasset uos ille qui tē
tat, & inanis factus esset labor noster. Et Titum
quoq; aliò mittit, et alium iterum in alium locum.
Atq; ipse uinculorum necessitate in uno sæpe lo
co detentus, uisceribus suis adesse nō poterat, ita
discipulis suis aderat. Itaq; & tunc detentus in uin
culis scribebat Philippensibus: Scire uos uolo fra
tres. Discipulos fratres uocat. Tanta enim chari- D
tas est, ut abijciat omnē inæqualitatem, nullamq;
uel eminentiam, uel dignitatem sciat: sed etsi quis
omnibus sit sublimior, adusq; humillimū omium
descendit: id quod & Paulus faciebat. Audiamus
aūt quid eos scire uolebat: Quæ mihi acciderunt,
magis ad profectū euāgelij euenere. Quo pacto
& quomodo dic oro? Nū uinculis absoluebare?
Num catenam deponebas? num impauide prædi
cabas in ciuitate, & in ecclesia multos et prolixos
sermones faciebas de fide, susceptisq; inde multis
discipulis abibas? Num suscitabas mortuos, & ad
mirationi eras? nū leprosos purificabas & obstu-
pefiebant omnes? num dæmones fugabas? Nihil
horū dicit, sed quid? & quomodo profectus euā-
gelij factus est? ita ut uincula mea manifesta fie
rent in toto prætorio, & cæteris omnibus. Quid di
cis? Hic profectus est, hoc incrementū, hoc prædi
cationis lucrū, q̄ omnes didicerunt te uinctū? Ita
p̄fecto, dicit. Audi ergo sequētia, ut discas q̄ uin
cula non solū nō sunt facta obstaculū, sed & mag
næ fiduciæ materia: atq; adeò, ut plerique fratrū in
domino freti uinculis meis, uberius ausi fuerint
loqui impauide. Quid dicis ò Paule? Nō anxieta
tem, sed fiduciam iniecerunt uincula: non timorē
sed amorem? non habēt quæ sequunt consequen
tiā. Scio & ego. Neq; enim iuxta humanorū ope
rum morem hæc contigerunt, ait: sed super natu
ram fiebant, erantq; diuinæ gratiæ opera, ut unde
alij anxij, inde illi fidentes redderentur. Nā si quis
capit constringitq; ducem, & fit hoc manifestum
alijs, uertitur in fugam omnis exercitus. Et si quis
pastorem abducit ab ouili, absq; timore abigūtur
oues. Atqui hic nō ita euenit, sed per omnia secus.
Dux uinctus erat, & fiebant alacriores milites o-
mnes, maioribusq; animis & fiducia in aduersa-
rios irrumpebant. Pastor cōstrictus erat, & oues
neq; auferebantur, neq; dissipabātur. Quis uidit?
quis audiuit è magistrorum aduersitatibus disci
pulos plus solatij capere? Quomodo non timue-
runt? quomodo non dixerunt Paulo, Medice cu-
ra temetipsum, libera teipsum à malis: & nobis
quoq; cōsultum erit? Quomodo non dixerunt ta
lia? quomodo? Erant edocti à gratia spiritus san
cti, hæc nō ex infirmitate, sed ex permissiōe Chri
sti fieri, ut magis effulgeat ueritas, quæ per uincu
la & custodias, & afflictiōes, & angustias crescēs,
in altius fastigiū erigitur. Etenim si uincula Pauli
mentem deiecissent, & timidiorem reddidissent:
non mirum si & ipsi, & qui eum accessissent, fuis-
sent anxij. Verum quia plus afferebant fiduciæ, &
ad maiorem gloriam conducebant: magis obstu-
pescendum est, & admirandū, quomodo per rem
ignominiæ plenam, gloria doctori conciliatur, et
per terriculamentum fiducia, & consolatio disci-
pulorum crescit. Quis non obstupesceret, uidens
illum catena circundatum, & dæmones fugere?
Nō diadema regis caput tam decorat, ut illius ma
nus catenæ: non sua quidem natura, sed gratia in
ipsis efflorescente, quæ magis consolabatur disci
pulos, uidētes quidem corpus uinctum, linguam
autem solutam, manus constrictas, sermonē uero
liberum, & in totum mundum citius, quàm solis
iubar percurrentem. Magna sanè discipulorum
consolatio erat, cum re ipsa discerent, nullam præ
sentium molestiarum grauem. Anima enim, quā-
do diuino amore & desiderio uerè corripitur, ad
nihil huius uitæ se cōuertit: sed sicut mente moti,
contemnunt ignem, & ferrū, & feras, & pelagus,
& omnia: ita pij furore quodam, maxime spiritua
li ac honestissimo insaniūt, deridētes omnia quæ
uident. Et propterea discipuli uidentes magistrū
uinctum, exultabant magis & gaudebant: re ipsa
declarātes aduersarijs, quàm sint ubiq; inuicti, &
nullis mancipati. Itaq; rebus sic habentibus, æmu
li qui-

li quidam Pauli, grauius bellum excitare, & tyran A
num contra eum crudelius exasperare cupientes,
simulabant & ipsi sese esse prædicatores: prædica
bantq; rectā ac sanā fidē, ita ut & doctrina Pauli
magis incresceret. Hoc autem nō ideo faciebant,
q̄ fidem rectā seminare uellent: sed ut audiret Ne
ro predicationē crescere, et doctrinā inualescere,
ut inde exasperatus, quàm primū Paulum in pro-
fundū demitteret, ac perderet. Itaq; duę erant tūc
doctrinæ, una discipulorū Pauli, altera inimicorū
eius: illis ex ueritate, his ex odio & cōtentione in
Paulum, prædicantibus, & hoc manifestans doce
bat: Alij quidē, inquit, propter inuidiam & con-
tentionem Christū prædicant, inimicis illis desi-
gnatis: alij aūt bona uolūtate, quo discipulos suos
intelligit. Deinde iterum de illis inquit: Alij qui- B
dem ex contentione, nēpe inimici, non caste, non
candide prædicantes, sed existimantes addere se
afflictionē uinculis meis: alij cōtrà ex charitate, et
hoc quoq; de fratribus illis suis dicit: scientes q̄ in
Euangelij defensionē cōstitutus sum. Quid ergo?
Attamen quouis modo, siue per occasionem, siue
per ueritatē Christus tamen annunciatur. Atq; ita
frustra & uane uerbū hoc pro hæresibus assumit.
Nam qui tunc prædicabant, non dogma corru-
ptum prædicabant, sed fidē sanā & rectā. Quòd si
adulteratam doctrinā prædicassent, & alia q̄ Pau
lus docuerat, non utique euenisset quod uolebāt.
Non uolebāt aūt aliud, quàm ut aucta fide & mul
tiplicatis discipulis Paulus à Nerone in grauius
periculū adduceret. Quòd si alia q̄ Paulus prædi C
cassent, nō utiq; discipulos Pauli multiplicassent:
etsi non plures fecissent, neq; exasperassent tyran
num. Igitur hic non dicit, q̄ corruptas doctrinas
introducant: sed q̄ causa propter quā prædicabāt,
non fuerit syncera. Aliud enim est occasionē præ
dicationis non esse sanā: & aliud, non esse prædi-
cationē sanam. Nā prædicatio quidē non fit sana,
quando errores continent dogmata. Occasio au
tem nō fit sana, quando dogma quidem sanū est,
prædicantes aūt non propter Christum prædicāt,
sed uel ad inimicitias uel ad aliorū gratiam. Proin
de nō dicit, q̄ hæreses introduxerint: sed quòd nō
obrectam occasionē, neq; ob pietatē prædicauē-
rint id quod prædicauerunt. Quando quidē hoc
non faciebāt ad incrementū euāgelij, sed ut Pau- D
lo infesti essent, & in maius periculum eum addu-
cerent, & propterea illos arguit. Cæterū uide quo
modo diligenter hoc posuit. Existimātes, inquit,
afferre uinculis meis: non dixit, afferentes uincu-
lis meis: sed, existimantes, hoc est putantes q̄ affe
rant: insinuat, quòd licet illi sic opinentur, non ta-
men ipse sic afficiatur, quin potius ob euāgelij in-
crementum gaudeat, unde adiecit, dicens: Et in
hoc gaudeo, quin & gaudebo.] Quid enim, si e-
tiam semetipsos perdunt illi, ex odio mei hoc faci
entes, dummodo & quæ mea sunt inuiti augeant?
Vides quanta erat Pauli uirtus? quomodo nullis
diaboli uersutijs capiebatur, & non solum non ca
piebat, sed et ipsum laqueis suis apprehendebat?
Nā licet multiplex esset & diaboli uersutia, & mi-
nistrorum eius malignitas, qui prædicabant quasi
idem saperent quod Paulus: qui tamen sapientes
in uersutia sua apprehendit, non permittebat hoc
fieri. Proinde Paulus hoc tunc declarans, dicebat: Philip. 1
Manere quidem in carne, necessarium magis pro
pter uos, & hoc certò scio, q̄ mansurus sim, & cū
omnibus uobis permansurus, in uestrū profectū,
& gaudium fidei. Illi enim præsenti quidem uita
ejcere me cupiunt, et propterea sustinent omnia:
deus autē non permittet propter uos. Hæc igitur
omnia diligenter seruate memoria, ut eos qui sim
pliciter, ac temerè scripturis, ac cum pernicie pro
ximi utuntur, omni cū sapiētia corrigere possitis.
Poterimus aūt & dictorū meminisse, & alios cor-
rigere, si ad preces semper cōfugiamus, et oremus
deum, ut det sermonē sapientię, & intellectū audi B
tus, certamq; & indeprędabilē huius depositi cu-
stodiā. Sepe enim contingit, ut quę studio nostro
corrigere non possumus, ea per preces efficere ua
leamus, per preces, inquam, perpetuas. Semper
enim orandum est, & in afflictione & prosperita-
te, et tam ei qui in tribulationibus, q̄ qui in bonis.
Et illi quidem, qui in bonis & prosperitate, ut im-
mota hæc maneant, & non transferantur: huic au
tem, qui in angustijs, & afflictione, ut benignam
eorū uicissitudinē sentiat. In tranquillitate es, ora
deū ut ipsa tibi tranquillitas stabilis maneat. Tem
pestatem uides grauem, ora deū ut auertat ipsam,
& ex ipsa tranquillitatē faciat. Exauditus es, gra-
tias age, q̄ exauditus es. Non exauditus es, perse-
uera ut exaudiaris. Et si differt aliquādo dñs, non
id odio facit, neq; te auersatur: sed differendo, diu
tius te secū seruare uult. Sicuti & patres filios in-
dulgentius amantes, quo illos diutius apud se de-
tineant quos desides uidēt, dedita opera, moran-
tur aliquid daturi. Cæterū non opus tibi patronis
apud deum, neq; multo discursu, ut blādiare alijs:
sed licet solus sis, patronoq; careas, & per teipsum
deū preceris, omnino tamē uoti cōpos eris. Neq;
enim tā facile deus annuit, cum alij pro nobis o-
rant, ut cum ipsimet oramus, etiamsi plurimis ple
ni simus malis. Nam & hominū, quos ualde exul-
cerauimus, ire q̄ quiescunt, si diluculo & meridie, et
uesperi apud eos cōpareamus, atq; cū illis conti-
nua ac humili cōsuetudine cōuersemur: & multo
magis apud deū, si frequens fueris: licet indignus
sis, dignus tamē eris: quoniā & indignus diutina
familiaritate dignus fieri potest. Porrò tria hæc,
nempe q̄ indignū frequens conuersatio dignum
reddat: & q̄ deus magis annuat, si per nosipsos o-
remus, quàm si alij orent: & q̄ dando sæpe differt,
non ut nos uacuis manibus amādet, & animo he-
sitabundo relinquat, sed ut bonorū maiorum no-
bis causa fiat: Tria hæc, inquā, ex parabola hodie
nobis lecta, manifesta facere tentabimus. Acces-
sit Chananæa Christum pro filia orans, quæ à de-
mone agitabatur, & clamans contenta uoce, ait: Matth. 15
Miserere mei domine, filia em̄ mea male à dæmo-
nijs torquetur. Ecce alienigena mulier & barbara
& extranea à Iudæorum iurisdictione. Et quid a-
liud erat, quàm canis, & indigna quæ uoti cōpos

Universidad de Deusto
Biblioteca

fieret? Nõ enim honestũ est, inquit, ut accipiatur panis filiorũ, & obijciatur canibus. Attamen precum frequẽtia digna facta est, non solũ ut inter filios recenseret quæ erat canis, sed & ut multis laudibus honestata, dimitteret. Dixit em̃: O mulier magna est fides tua. Quoniam aũt Christus dixit, Magna est fides tua: nulla opus est demõstratiõe, & inquisitione ulteriori de mulieris huius gloria. Vides quõ mulier, quę indigna erat, ex assiduitate facta est digna? Vis discere, q̃ etiã per nosipsos orantes apud deũ plus efficimus, quàm dum alij pro nobis orant? Clamauit hæc: & ut accesserunt discipuli, dicunt: Dimitte eam, quia clamat post nos. Et ad illos quidem dixit: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Quãdo aũt ipsamet accessit, & perseuerauit clamãs, & dicẽs: Domine, Etiã: Nam & catuli edunt de mensa dominorũ suorum: tũc beneficium dedit, & ait: Fiat tibi sicut uis. Vides, quomodo repulit, cũ alij precarentur: ubi uero ipsamet orans pro dono clamauit, annuit? Illis enim inquit, Non sum missus nisi ad oues, quæ perierant domus Israel: huic autem dicit, Magna est fides tua, fiat tibi ut uis. Similiter ab initio & ad ingressum petitionis nihil respondit: ubi aũt semel & iterum, & tertio accessit, tunc denicq; beneficium cõcessit. Et in fine docet, q̃ dare distulerit, non ut eam repelleret, sed ut patientiã mulieris omnibus monstraret. Nam si propter repulsam distulisset, neq; tarde ei donasset, & nos minimè agnouissemus mulieris ab initio usq; ad finẽ fortitudinẽ. Dimitte eam, inquiũt, quia clamat post nos. Vos auditis uocẽ, ego mẽtẽ uideo, scio quid dictura sit. Nolo thesaurũ mentis suę occultũ permanere, sed expecto & sileo, ut manifestetur, & omnibus clarus fiat. Cũ hæc omnia non ignoremus, posthac, licet peccatores simus, & indigni in quos cõferanẽ beneficia: licet soli simus, & intercessoribus careamus, ne deficiamus orando, ne despõdeamus animã: sciẽtes, magnũ apud deũ patrociniũ esse per semetipsum magna alacritate ad deũ cõtendere: quamuis aũt differat, & cesset ut largiatur, neq; sic recedamus. scimus em̃, q̃ misericordiæ, magnæq; erga nos clementię est ita differre & tardare. Si ita senserimus, animaq; dolente & feruida, ac excitata, & tali quali ad ipsum Chananæa accesserit, etiãsi canes simus, grauibusq; in peccatis, & nostra amoliemur mala: tantumq; fiducię accipiemus, ut alijs quoq; patrocinari possimus, quemadmodũ Chananæa hæc, non solum ipsa fiduciã, & multas laudes cõsecuta est, sed & filiam intolerabilibus molestijs eripere potuit. Nihil enim, nihil, inquam, precatiõe ignita & syncera ualidius est. Ipsa enim & præsentia mala dissoluit, & à futuris pœnis eripit. Vt igitur & præsentẽ uitam facilius transigamus, & ad iudicium fidentius migremus, multo studio alacritateq; sedula precibus uacemus. Nam sic & reposita bona obtinere poterimus: quæ nobis omnibus per gratiã et misericordiam suam concedat dominus noster Iesus Christus, cui cũ patre, et sancto spiritu sit gloria, imperiũ, & honor, in secula seculorũ, Amen.

A

B

C

D

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI IN dictum Apostoli, De dormientibus nolo uos ignorare fratres, ut ne lugeatis. Tum de Iob & Abraham.

1. Thes. 4

DEs quatuor consumpsimus in Lazari parabola uobis explicãda, thesaurum exantlantes eũ, quẽ in exulcerato corpore repositũ inuenimus: non aurũ quidem aut argentũ, aut lapides pretiosos, sed religionem, fortitudinẽ, perpessionẽ, ac patientiã multã. Quemadmodũ em̃ fluxi caduciq; thesauri extrinsecus spinas habent, & tribulos, & terrã asperiorẽ, si uero quis interius effoderit, magnæ diuitiæ emergũt. Sic & in Lazaro usu uenit: foris uulnera, intus diuitiæ inęstimabiles: languẽs corpus, mens generosa & alacris, in quo illud Apostoli explebat: Quantũ externus homo corrũpitur, tãtum internus homo renouat. Et poterã quidẽ hodie in eadẽ parabola uersari, & contra hæreticos pugnare, qui uetus testamentũ uituperãt, qui Patriarchas reprehendũt, qui cõtra opificẽ omnium deũ linguas exacuũt. Sed ne nimiã satietatẽ adferat oratio, has disputationes in aliud tẽpus recondam: & nunc age ad aliud argumentũ orationem traducamus. Nam & mensa si unius modi sit, satietatem facit: uarietas autẽ perpetuam excitat appetentiam. Vt igitur hoc in oratione fiat, longo iam interuallo ad diuũ Paulũ reuertamur. Etem̃ oportune nobis hodie locus Apostoli legitur, et admodum cum superioribus cohęrent ea, quæ nunc dicturi sumus. Audiuistis ergo personantẽ Paulum & dicẽtem: De dormientibus nolo uos ignorare, ut ne lugeatis quemadmodum reliqui, qui spem nõ habent. Ille euãgelicus de Lazaro neruus fuit: hæc apostolica uox est, sed unus utriusq; concentus est. In illa enim parabola multa de resurrectione, multa de iudicio futuro tractabamus, & nunc in idem nos argumentũ oratio hæc iterum deduxit. Nam si hunc apostolicũ locũ effodiamus, eundem quoq; hic thesaurũ inueniemus. Tum enim oratio nostra omnis in hoc consumebatur, ut auditores doceret nihil humanarũ rerũ splendidum putandũ: Sed ulterius spe progrediendũ, illam iudicis sententiam, iudiciũ formidabile, iudicẽ seuerum, animo quotidie sequendum. Hęc eadẽ Paulus hodie illis uerbis cõsulit. Sed attẽdite: De dormientibus nolo uos ignorare fratres, ut ne lugeatis quemadmodum reliqui, qui spem non habẽt. Si enim credimus q̃ Iesus mortuus est, & resurrexit: Sic & deus eos qui per Iesum dormiunt, ducet cum eo. Hoc primum aũt ad cognoscendũ dignum inquisitione est, cur cum de Christo loquat, illius exitum è uita, mortem appellat: ubi autẽ de nostra morte loquitur, somnum eum, & non mortem nominet. Non enim dixit de mortuis: Quid igitur? de dormiẽtibus: Et paulo post: Sic & deus eos qui per Iesum dormiũt, nõ eos qui per Iesum mortui sunt, ducet cum illo. Et rursum: Nos qui uiuimus, qui relicti ad aduentum Christi sumus, nõ anteuertemus eos qui dormierunt. Ne hic quidẽ mortuos dixit, sed ter ibi mentionem eius faciẽs, ter

2. Cor. 4

Luc. 16

ter mortẽ, somnũ appellauit. De Christo non itẽ: ut, Si em̃ credimus quod Iesus mortuus est: non dixit dormijt, sed mortuus est. At qua de causa Christi mortẽ dixit, nostrum aũt somnum? Non em̃ temerè nec absurdè, sed aliquid magnũ graueq; moliens hac uerborũ obseruatione usus est. De Christo loquẽs, mortẽ appellauit, ut passio ipsa fuisse credatur: de nobis aũt somnũ dicit, ut mœrorem nostrũ cõsoletur. Causam enim unde processit resurrectio, fidenter appellauit mortẽ. Vbi uero in spe totum est positum, somnum eum nominat, & ipso nomine nos consolatur, bonamq; spem injicit. Qui dormit enim, omnino resurget: & nihil aliud mors est, nisi somnus longus. Ne em̃ hoc objicias, neq; audire, neq; loqui, neq; uidere, neq; sentire mortuũ: neq; enim ista facit qui dormit. Si aũt necesse sit aliquid admirabile recensere, audi nũc iam. Dormientis anima etiã quodammodo dormit, mortui aũt uigilat. At mortuus, inquis, putrescit & corrumpitur, & puluis cinisq; efficitur. Quid tum amice? Propterea magis gaudere oportet. Nam domũ antiquam & ruinosam exædificaturus aliquis, habitatores domus primo amãdat, deinde ædificiũ diruit, & ædes magnificentiores extruit: Quæ res habitatores non excruciat, sed multo magis recreat. Non em̃ in præsentẽ ruinam intuentur, sed futurũ & minime adhuc aspectabile ædificium animo sequuntur. Sic & deus facturus, corpus nostrũ dissoluit, & animam illud incolentem quasi domo educit, ut magnificẽtiorẽ domum extruens, maiori cum gloria eam rursus introducat. Non igitur in hanc quasi ruinam, sed in futurum splẽdorem cogitationem defigamus. Si enim statuam quis habet tẽpore & rubigine exesam, & multis partibus comminutam, confringit eam & in fornacẽ injicit, & accurate liquefaciens imaginem illustriorem facit. Quemadmodũ autẽ hæc in fornace dissipatio, non deletio statuæ, sed renouatio est: Sic nostrorum corporũ dissolutio, non exitium sed redintegratio est. Quando igitur uideris, quasi in fornace, defluentẽ carnẽ atq; putrescentem, ne in hoc aspectu consistas, sed conflaturam ante oculos pone. Neq; hac mẽsura contentus esse debes: ulterius progrediendũ tibi est. Statuarius enim æreum fundens corpus, non auream, aut immortalẽ statuã, sed æream rursum facit: Deus aũt contrà, mortale & terrenũ injiciens corpus, aureã & immortalem facit imaginẽ. Terra enim caducum & concretum corpus accipiẽs, immortale & sincerũ idẽ reddit. Non igit in hunc clausis iam luminibus, sine uoce iacentẽ, sed in illum resurgentem, gloriã inenarrabilem, stupendam, atq; admirabilẽ iam percipiẽtem, intuearis: & à præsenti rerum aspectu, ad futurã spem, intelligentiam traducito. At consuetudinẽ illius desideras: & propterea luges ac lamentaris. Sed hoc uehementer absurdum est. Si enim sponso alicui filiam in matrimonium copulaueris, deinde illeam abducens, in longinquã discesserit regionẽ, atq; ibi in omnũ rerum abundantia uiuat, nequaquam hoc molestè feres, sed dolorẽ quem ex absentiæ eius diuturnitate capit, prosperitatis illius cõmuni fama mitigat. Nunc aũt non homine, nõ seruo aliquo accipiente, sed ipso domino requirente quem debet, mœres ac lamẽtaris. At cum homo sum, inquis, non possum non lugere. Neq; ego hoc uolo. Non em̃ mœrorẽ, sed mœroris magnitudinem auferre cupio. Mœrere enim naturæ est: ultra modũ hoc facere amentiæ est, delirationis est, effœminati animi est. Luge, lacryma, sed ne indigneris, ne molestè feras, gratias age deo accipienti, ut exornes abeuntem è uita hominẽ, & honesta illi hæc tribuito parentalia. Si enim hæc molestè pateris, & illũ mortuũ uiolas, & accipientem deum irritas, tibijpsi incommodas: sin gratias egeris, tum illum exornasti, & accipientẽ gloria affecisti, & tibi ipsi commodasti. Lacrymare igitur: Sed ut dominus Lazarum, qui normam nobis & regulam, & certos mœroris fines cõstituit, extra quos egredi non oportet. Sic & Paulus dixit: De dormiẽtibus (inquit) nolo uos ignorare, ut ne lugeatis quemadmodum reliqui, qui spem non habent. Luge, inquit, sed non ut Græcus qui resurrectionẽ abjicit, qui de futura uita desperat. Erubesco, mihi credite, & nõ parum animo commoueor, cum in foro uideam cœtus mulierum immodestos, capillos uellentes, brachia incidentes, genas lacerantes, & in græcorum conspectu hæc facientes. Quid non loquentur illi, quid nõ facta bunt de nobis? Hij sunt qui resurrectionem mortuorum tam certo statuunt? Admodum: sed non cum dictis facta consentiunt. Verbis resurrectionem defendunt, reipsa quod desperati solent, faciunt. Si confiderent isti resurrectionem esse, nequaquam ista facerent. Si persuasi essent ad melio rem illam sortem abijsse, nõ lugerent. Hæc & istis multo plura infideles dicunt, cum luctus istos audiunt. Pudeat nos igitur, & modestiores simus, & ne tantam tum nobis ipsis, tum his qui non intuentur, accersamus noxam. Dicito uero cuius causa eum qui è uita exierit, tantũ defles? Num quia malus erat? Atqui propterea gratias agere oportet, quòd præcisa iam est omnis improbitas illi. Sed bonus & modestus fuit? Propterea gaudere oportet, quòd antea abreptus sit, quàm improbitas illius cogitationem mutauerit, & ad eum locum abierit, ubi florens perpetuo erit, & conuersionem rerum nullam ne suspicari quidem debet. Sed iuuenis fuit? Ideo deum qui accepit gloria afficito, quòd tam cito illum ad meliorem sortẽ uocauerit. Senex est? Propterea etiam gratias age, et deum q̃ acceperit gloria afficito. Pudefaciat igit te luctus tui, efferendi modus, Psalmorum cantiones, orationes, patrũ conuentus, multitudo fratrũ magna, non ut fleas, ut lamenteris, ut indigneris, sed ut deo accipienti gratias agas. Quemadmodũ enim eos qui ad magistratum aliquẽ uocati sunt, permulti solent bonis uerbis prosequi: Sic & discedẽtes sanctos, nempe ad maiorem dignitatem accersitos, omnes bonis uerbis prosequantur. Mors enim requies est, studiorum & curarum ad uitam pertinenitum uacuitas. Cum igitur uideris aliquem

A

B

C

D

1. Thes. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquẽ tibi coniunctum ex hac uita discedentem, A ne molestè feras. Sed cũ dolore punctus fueris, tu te collige, conscientiã tuam inquire, considera, ꝙ etiam tè paulò post idem manet exitus. Moderare tibi, & ex alterius morte timorem cape, socordiam omnem præcide, facta tua animo repete, errata corrige, & optimã facito mutationẽ. Hoc em discamus ab infidelibus, ꝙ iudicia de rebus alia & illi habeamus. Aspicit cœlum infidelis, & adorat, deum enim esse putat: uidet terrã & colit, & in res mortales inhiat. Nos, cõtrà, cœlũ uidemus, & cœli opificẽ admiramur. Non em deum esse, sed dei opus credimus. Video uniuersi huius opificiũ, & eo, quasi manu, ad opificẽ ducor. Videt diuitias infidelis, & inhiat animo, atq; obstupescit: Video diuitias ego, & irrideo. Videt paupertatẽ ille, & B flet: Video paupertatẽ ego & exulto. Aliter ego intueor in res, aliter ille. Ita & in morte facimus. Videt cadauer ille, & putat cadauer esse: Video cadauer ego, somnũ, hanc mortis partẽ esse puto. Et quemadmodum in literis fit, ut eisdem oculis contemplemur literas, tum periti, tũ imperiti, nõ tamen eadẽ cum intelligentia. Imperiti em omnino putant literas eas esse, quæ usu tenent: periti aũt multo cũ artificio subiectam sententiam colligunt. Ita & in rebus ipsis: ijsdẽ oculis res mortales uidemus, nõ tamen eadẽ intelligentia & mente. Qui igit in rebus alijs omnib. ab illis dissidemus, in hac iã de morte congruemus sententia? Cogita ad quẽ abijt, & cape cõsolationẽ: ubi Petrus, ubi Paulus, ubi sanctorũ cœtus omnis est. Cogita ꝙmodo resurget, quanta cũ gloria & splendore. Cogita ꝙ lugendo, & lamentando, quod lacrymis nihil proficies, & ad extremũ teipsum lædes. Cogita hoc si feceris, quorũ exemplũ habes, & peccati societatem fuge. Quos igitur imitaris, quos æmularis? Infideles & non habentes spẽ: quemadmo- 1. Thess. 4 dum Paulus dicit: Vt ne lugeatis quemadmodũ cæteri, qui spem non habent. Et attendite, q̃ accurate loquit̃ Apostolus. Non dixit qui non habẽt spem resurrectionis, sed omnino, qui non habent spem. Qui enim spem illius iudicij non habet, nullam spem habet, nõ modo diuinæ in rebus humanis prouidẽtię, sed ne iustitię quidẽ diuinę, quem admodũ ea omnia perlustrat. Qui hoc non uidet, qui hoc non iudicat, belua quauis immanior est, D & leges, iudicia, instituta, atq; adeò bona omnia è propria expellit mente. Qui enim nõ factorũ suorũ se rationem redditurũ expectat, omnem uirtutem fugit, nequitiam omnẽ persequit̃. Hæc ergo animaduertentes, & Græcorũ, quos lamentando imitamur amentiam, stuporemq; reputantes: Fugiamus hãc cum illis societatẽ. Propterea & Paulus illorũ sæpe mentionẽ fecit, ut ignominiã cõsiderans in quã incidis, ab illorum cõmunitate temperes, & ad propriam nobilitatẽ reuertaris. Neq; hic solum diuus Paulus, sed sæpe, sed assiduè hoc facit. Quãdo enim nos à peccatis discedere uult, cũ quibus per peccata consociemur, demonstrat, ut personę moribus mordeamur, & societatem il- 2. Thess. 4 lius deuitemus. Thessalonicensibus aũt scribens, sic ait. Vnusquisq; corpus uestrũ possidete in sanctificatione et honore, nõ in passione ignominię, quemadmodũ gentes quæ non nouerunt deũ. Et rursus: Non quemadmodum reliquæ gentes ambulant in inanitate cordis sui. Sic & in hoc loco: Nolo uos ignorare fratres de dormiẽtibus, ut ne lugeatis quemadmodum cæteri, qui spem nõ habent. Nõ enim rei natura, sed animi nostri propositũ: non mors discedentis, sed imbecillitas lugentis, nos uexare consueuit: Fidelem enim nulla res præsentes uexare possunt, sed ante percepta futura bona, in præsenti hoc uitæ curriculo, longe differt ab infidelibus. Non em parua reportat è Christi religione bona, sed maximũ ex eo percipit fructum, tranquillitatẽ, & perpetuam lætitiam. Itaq; Philip. 4 Paulus dicit. Gaudete in domino semper, iterum dico, gaudete. Ante resurrectionem enim nõ exiguum habemus fructum, ꝙ in has quotidianas ęrumnas non incidemus, sed futurorum spe, cõsolationem in præsenti magnam habemus. Quemadmodũ ergo utrinq; nos lucrifacimus, sic utrinq; infidelis incõmodatur, tum quia postea punitur ꝙ resurrectionẽ esse non crediderit, tum quia præsenti rerum perturbatione consternatur, cum nullum expectet posthac futurum bonum. Nõ ergo propter resurrectionem solum, sed etiam propter resurrectionis spem, deo gratias agere debemus, quæ afflictam potest consolari animam, & quasi resurrecturos etiã & cum deo futuros de reliquis rebus nos animare potest. Nã si lugere ac lamentari oportet, eos qui in peccatis uiuunt, non eos qui cum uirtute discedunt, deflere ac lamentari oportet. Sic & Paulus fecit. Ad Corinthios enim 2. Cor. 12 scribens, inquit. Ne quando me ad uos ueniẽtem humiliet deus & lugeam multos è uobis, nõ mortuos quidẽ, sed qui ante peccauerunt, quosq; non pœnitet intemperantiæ & impuritatis quam patrauerunt: ij certe lugendi nobis sunt. Sic & alius præcepit, dicens: Desle mortuum, deficit enim il- Eccle. 23 lum lumen: &, desle stultũ, deficit enim illum intelligẽtia. Parum desle mortuum, quia requieuit. Stulti autem morte uita est deterior. Quod si qui intelligentia priuatur, omnino luctu prosequendus est: multo magis is, qui iustitiæ inanis est, & ab hac diuinitus profecta spe excidit. Hos lugeamus, hic enim luctus lucrum apportat: Nam istos cũ lugemus, sæpe emendamus: discedẽtes lugere tum inane, tum inutile est. Non ergo lugendi morem deponamus, sed peccatũ solũ lugeamus. Reliqua enim omnia, siue paupertas, siue ægritudo, siue mors immatura, siue fraus, siue calumnia, seu aliud quid rerum humanarum inciderit, generose omnia perferamus. Hæc enim mala, si temperantes simus, maioris coronæ & gloriæ materia esse possunt. At quomodo inquis fieri potest, ut homo non lugeat? Huic ego contrarium quæro: quomodo fieri potest, ut qui ratione, & oratione, & rerum futurarũ spe est præditus homo, lugeat? At quis est inquis, qui hac perturbatione non interdum uexetur? Multi multoties tum apud nos, tum apud maiores nostros. Iob enim cũ uniuersa liberorum

libellorũ turba perijsset, audi quid dicat: Dñs de- A dit, dominus abstulit: quemadmodũ domino placuit ita factũ est. Admirabilia hæc sunt cum audiuntur solũ, si uero accurate inquiras in illa, tũ magis admiraberis. Cõsidera em diabolũ nequaquã dimidios liberos cepisse, & dimidios reliquisse, neq; plures cepisse & pauciores reliquisse: sed totũ uindemiasse fructũ, & arborẽ nõ deiecisse, uniuersos maris cõcitasse fluctus, & nauem non submersisse: oẽs copias eduxisse, & turrim nõ disturbauisse, sed stetisse undiq; impetitũ, & immotum mãsisse Iobũ. Tempestates adhibebant telorum, & non consternabat, imò uero conijciebant, sed nõ uulnerabat. Cogita quanti sit, tot liberos pereuntes uidere. Quid uero nõ satis ad animum arrodẽdũ fuit, omnes direptos esse? oẽs cõfertim uno atq; eodem die, in ipso ætatis flore, multa uirtute B abundantes, hoc supplicij modo finire uitã? post tot clades, hanc extremam esse obiectam? indulgentem patrem fuisse, exoptatas fuisse discedentes liberos? Cum enim perditos quis amittit liberos, ærumna hac cõmouetur animus, sed non tanto cum feruore ardet. Improbitas enim exeũtium è uita hominum, acriores morsus dolorũ non efficit. Quãdo aũt honesti sunt, altũ uulnus, æternam memoriã, exitiale malũ, duplices stimulos adfert, alteros naturæ, alteros uirtutis è uita excedentiũ. Fuisse aũt istos cũ primis honestos, ex hoc satis liquet: multam in illis educandis pater posuit industriã, & hostias pro illis immolabat, etiã ab abstrusis illorũ peccatis uerius. Nihil enim illi hoc educandorũ filiorũ studio longius aut antiquius fuit, C quæ res non filiorũ modò uirtutẽ demõstrat, sed patris quoq; indulgentiã. Cum igitur & pater fuerit, & tam indulgens pater, non naturę affectionẽ modo, sed cautionem etiam demõstrans, & qui è uita exierunt tam honesti erant, triplices admouebãtur dolorũ faces. Iam uero cũ separatim abripiuntur, habet aliquam hic euentus cõsolationem, residuorũ enim gnatorũ desideriũ, reliquorũ mortuorũ mœrorem tegit, quando uero uniuersa caterua interit, quem aspicere potest is qui cũ priùs liberis abũdabat iam orbus omnino existat? Hic iam quintam calamitatẽ recensere licet: quam tandem illam? ꝙ confertim è uita tollerentur omnes. D Si em quãtuor aut quinq; diebus mortui fuissent, uxor & uicini omnes hoc maxime lamentatæ essent, quòd celeriter & de improuiso ab illorũ conspectu abstraherentur. Multo igitur magis hic ingemisceret, qui nõ diebus tribus, aut duobus, aut uno, sed hora una omnibus ex ęquo priuatus fuit. Expectatũ enim diu malũ, quanq; admodũ intolerabile sit, præmeditatione tamen ipsa leuius malũ solet esse: quod aũt prętер opinionẽ de improuiso contingit, intolerabile est. Quando igitur aliquid sua natura graue est, & præterea nec opinatò opprimit, magnam id certe accessionem habet doloris. Hoc iam nunc igit tecũ cogita, quàm intolerabile fuerit, et omnem exuperauerit doloris sensum. Vis & sextã calamitatẽ audire? In ipso ætatis flore omnes amisit. Scitis autem quemadmodum immaturę mortes non modo discruciẽt, sed etiam uarietatem doloris adferant: hęc aũt nõ immatura modo, uerum etiam uiolenta fuit, ut hæc etiam septima ærumna haberi possit: Non enim in lecto uidit illos animã agentes atq; expirãtes, sed ædiũ ruina oppressos omnes. Considera nunc quemadmodũ quis hanc ruinam postea effodit, & interdum quidem lapidem extraxit, interdum uero membrum alicuius ex illis, & manũ unam uidit phialam tenere, dexteram autẽ alteram in patinas iniectã, totius corporis figuram perimi, obtritis naribus, capite contuso, oculis exclusis, cerebro dispersò, toto corporis habitu uulnerũ uarietate deformato, ut non possit pater exoptatorum liberorũ concupitũ aspectũ internoscere. Hæc cũ auditis, conturbamini & lacrymatis. Considerate igitur quis ille fuerit, qui hæc uidit. Si em nos tam longo interuallo nõ possumus sine lacrymis tragœdiam tam miserabilẽ auditione accipere, idq; aliena audientes mala: quis nam tandem, et quàm adamãtinus Iob fuit, qui cum oculis illa cerneret, non in alienis, sed in suis proprijs malis tam temperans fuit? Non enim indignabatur, sed ne tale quidẽ quicq; uoce usurpauit: Quidnam tandem hoc est? hęccine benignitatis meæ est cõpẽsatio? Num ideo hospitibus domus mea patuit, ut liberorum meorũ tumulũ uideã? Nũ ideo omnẽ illis exhibui beneuolentiam, ut illi talem oppeterent mortem? Nihil horũ non modo dixit, sed ne cogitauit quidẽ: & post lõgã harũ rerũ cogitationem omnia modestè tulit. Quemadmodum enim bonus statuarius, cum aureas cõflat imagines, magna cum cura illas figurat, sic & ille conformando & temperando suam ipsius modificauit mentem. Et quemadmodũ laborioſus agricola, palmarum aut olearũ stirpes rigat, munit, circumsepit, & omni accurat modo: sic & iste non cessauit unius cuiusq; animam quasi oleam quandam frugiferã, ad maius uirtutis amplificare incrementum. Et mali spiritus irruptione stirpes non modo disturbatas, sed etiam ad terram afflictas, & miserabilem uitæ sortitas exitũ, cum uidisset, nullis usus maledictis est: sed gratias deo agens, idoneam diabolo inflixit plagam. Sin dicas illius qui multos habuit liberos, & alterius qui cum unicũ habebat eum amisserat, non parem fuisse dolorem, recte loqueris & ego assentior: non enim æqualis, sed multo maior est Iobi dolor. Quę est enim numerosæ sobolis utilitas? Manifestiorem calamitatẽ, & acerbiorem mœrorem creat hoc in plurimis corporibus uulnus acceptum. Sin alterum uidere uelles, qui cum unicũ filium haberet, uel parem, uel maiorẽ etiam animi magnitudinem demõstrauit: animo repete patriarcham Abraham, qui Isaac filiũ morientem quidẽ non uiderat, sed quod longe funestius miserabiliusq; fuerat, ipse illum interficere mandabatur: & huic mandato nõ restitit, neq; moleste tulit, neq; huiusmodi uerbis usus est: Num ideo me patrem fecisti, ut filij mei me sicariũ faceres? melius fuisset initio non dedisse, q̃ hoc modo iterũ abstulisse. At habere eum uis? qua de causa illum

Universidad de Deusto
Biblioteca

illũ à me interfici,& dexteram sanguine inquinari iubes? Non per hunc puerum me totum terrarum orbem impleturũ receperas? Quales igitur fructus das,cum radices extrahis? Quomodo ne potes promittis,et filium trucidari iubes? Quis talia unquã uidit? quis talia audiuit? deceptus sum: circumuentus sum. Non restitit imperanti,non rationem facti poposcit. Sed cum hoc audiuisset: accipe charum filium tuum quem diligis Isaac,& offer filium tuum in uno ex montibus quem dixero tibi,tanta cũ alacritate mandata effecit, ut & plura quoq; si imperata essent, facturus fuisset. Nam & ab uxore hoc occultauit, & à seruis abdidit, ad montis pedem eos manere præcipiens, & solam secum hostiam capiens conscendit: neq; inuitus, sed multa cum alacritate mandata dei exequebatur. Cogita igitur quantum hoc sit, nemine præsente, solum cum solo illum diſputasse filio, cum ex eo magis animus concalesceret, & uehementior quidam amoris ardor, non uno iam aut altero die, sed pluribus diebus gigneretur. Celeriter enim conficere mandatum, permagnum & admirabile fuit, sed non tam admirabile, quàm, quòd cum multos dies tentaretur animus illius, multa humana erga filium indulgentia uincebatur. Propterea enim & longinquiorem locum uictimæ, & interuallum distinctius deus cõstituit, ut athleta tam robustiorem cerneres: etenim athleta reuera fuit non cum homine, sed cum naturæ ipsius imperio colluctans. Quæ enim oratio ante oculos ponere potest illius magnanimitatem? Adduxit filium, ligauit, lignis imposuit, gladium destrinxit, inflicturus plagam erat. Quomodo ista dicã, aut qua ratione,nescio. Solus ipse nouit, qui hoc faciendum suscepit. Nulla enim oratio hoc ante oculos ponere potest. Quomodo enim non obstupuit manus? quomodo non neruorum robur elanguit? quomodo non desiderabilis filij aspectus illum commouit? Admiratione dignum autem est, etiam Isaac intueri. Quemadmodum em̃ Abraham deo, sic & iste patri obtemperauit. Et quemadmodum ille deo iubente ut mactaret, nõ rationem poscebat: sic et hic patre constringente, & in aram offerente non interrogauit qua de causa sic faceret, sed paterno imperio subiectus fuit. Hic eundẽ patrẽ & sacrificiũ cernere erat, & hostiã sine cruore oblatã, holocaustũ sine igne, mortis & resurrectionis figurã. Interfecit filiũ, & nõ interfecit. Nõ manu sed uoluntate interfecit. Deus aũt propterea iussit, non ut sanguinis effusionẽ uideret, sed ut Abrahæ mentẽ tibi demõstraret, ut illius promptitudinem,in totius orbis meditullio celebraret,ut oẽs ex eo doceret dei mandata,tum liberis, tũ naturæ,tum rebus omnibus,tum ipsi etiam animæ anteponenda esse. Descendit igitur uiuentem huius rei testem Isaac habens. Quam igitur ueniam huius rei impetrabimus? quam defensionem afferemus, si hunc tam præclarum uirum, tanta cum alacritate uideamus deo obtemperasse, ac omnibus in rebus illi cessisse, nos hoc ipsum moleste aut grauatè feremus? Non igitur luctum, non calamitatis magnitudinem afferas, sed illud considera,quòd hoc tam graui dolore superior ille fuit. Satis autem fuisse potuit dei mandatum ad illius mentem perturbandam, ad conijciendum illum in anxietatem, ad præteritam fidem labefactandam. Quis enim præter Abraham ipsum non putasse dolum fuisse atque imposturam ea omnia, quæ de multitudine generis & nepotum à deo narrabantur? Modestiam autem Iob, & animi tanta in calamitate moderationem, nihilominus quis admirari debet,quòd homo tãta uirtute, post tot eleemosynas, post tantam humanitatem, cum nihil sibi, nihil liberis mali conscíret,cum tantam calamitatem, tam nouam, tam inexpectatam, eamq; quæ ne in sceleratissimos quidem homines conueniebat,oculis usurpasset: neque fecit quod uulgus hominum solet, neque uirtutem infructuosam iudicauit, neq; male præteritæ uitæ consultum esse arbitrabatur. Itaque utrunque horum non laudare modo, sed illorum uirtutem imitari atque æmulari oportet. Sed dicet aliquis: At illi admirabiles uiri erant. Certe admirabiles, & magni erant. A nobis tamen maior quæritur religio quàm ab illis, qui antiquam uiuendi formam sequebantur. Nisi enim abundauerit iustitia uestra plus quàm scribarum aut phariſæorum, nõ ingrediemini in regnum cœlorum. Omnino igitur moderatione utamur, & hæc atq; ea, quæ de resurrectione, & de sanctis istis dicta sunt,animo repetentes, perpetuo mentes nostras tranquillemus: non modo cum mœror obiectus nobis est, sed etiam cum uacui ab omni dolore sumus. Ego itaq;, cum nemo molestia aliqua angitur, nunc uerba de his feci, ut quando in aliquam calamitatem incidimus,horum recordatione freti,permagnam consolationem capiamus. Milites enim in rebus pacatis,res bellicas meditantur, ut pugna ingruente, & temporibus peritiam requirentibus, oportune artificium suum demonstrẽt, si in rebus tranquillis diligenter se exercuerint. Nos igitur tum arma,tum medicinam, rebus iam pacatis, præparemus, ut si quando perturbationes rerum graues,uel ærumnæ, uel dolores inuadant, armati bene, & undiq; aduersus omnes insultus diaboli stipati, multa cũ peritia illa depellamus, & recta ratione uerbo dei,bonorũ exẽplis, omni deniq; uia nos muniamus. Sic enim poterimus & præsentem uitam cum tranquillitate degere, & regnum cœlorum in Christo Iesu participare: cui cum patre & spiritu sancto sit honor, & imperium,in secula seculorum, Amen.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, DE LAVDIBVS DIVI PAVLI APOSTOLI

HOMILIA PRIMA.

NIHIL prorsus errauerit, qui pratum insigne quoddam uirtutum, & paradisum spiritualem Pauli animũ nuncupauerit: tã mira enim gratia floruit, tãq; huic gratiæ cõgruente uitę perfectiõe resplẽduit. quoniam enim uas electionis effectus est, & bene se ipsum emendare curauit, largissime in eum sancti spiritus munus effusum est. Vnde & mirabiles nobis fluuios genuit, non secundum paradisi fontes quatuor tantũ, sed multo etiam plures & quotidie fluentes: nec terrã rigantes, sed animas hominum ad producendum uirtutum germina suscitantes. Quis ergo ad explicanda uirtutum germina sensus, quis ad explicanda istius merita sermo sufficiet? Quæ autem lingua laudibus eius inuenietur æqualis, cũ omnia quæ sunt in hominibus bona,una anima possideat, & ea cuncta plenè atq; cumulatè, quæ non solum hominũ sunt: sed, quod amplius est,angelorum? Nequaquam ergo possumus eius explicare præconia,nec tamẽ idcirco reticebimus, quin potius pauca dicemus,Est em̃ hoc maximum laudis genus, cum orationis copiam uirtus exuperat & magnitudo laudati: sicq; uinci nobis est multo gloriosius,quàm sæpe uicisse. Vnde igitur opportunius laudum eius sumemus exordiũ? Vnde, inquam, incipiemus aliũde, nisi ab hoc ipso primũ, ut ostẽdamus eum bona omnium possidentem? Siue enim prophetæ potẽtius aliquid in se ostenderint, magisq; mirabile, siue patriarchæ, siue iusti,siue apostoli,siue martyres: hęc omnia simul colligens Paulus habet cum tanto cumulo, cũ quanto nullus eorũ,bonum, quo excellebat,impleuit. Hoc itaq; diligentius intuere. Abel obtulit sacrificium,& inde laudatur: sed si Pauli hostiam adducamus in mediũ, q̃s cœlum à terra superior apparebit. Quam ergo uultis ut memorem? Non em̃ una tantum est: liquidem semetipsum per dies singulos immolabat: quã tamen rursus hostiam dupliciter offerebat,cum quotidie moriens, tũ corpore suo mortificationem sine intermissione circumferẽs. Nam & ad pericula iugiter parabatur, consummans uoluntate martyriũ, & naturam in se mortificando carnis,nihilo minus q̃ immolatę hostiæ deo munus implebat, imò etiã multo amplius. Nõ em̃ oues offerebat,aut boues: sed semet ipsum per dies singulos dupliciter, ut diximus, immolabat: propter quod cõfitẽdo dicebat,Ego enim iam immolor: sanguinem utique suum immolationẽ uocans. Neq; uero his tantum sacrificijs contentus fuit,sed quia se ipsum cõsecrauerat deo,etiã orbẽ uniuersum studuit offerre: qui terrã uidelicet,ac mare, Græciã,simulq; Barbariẽ,omnẽq; prorsus, quanta est sub cœlo,regionẽ, quasi uolitans circumiuit,non simplici labore,ueluti in uacuum itinera percurrens: sed peccatorũ spinas pariter euellens, & uerbum seminans ubiq; pietatis,fugans errores,ueritatem reducens, ex hominibus angelos faciens: quinimo ipsos homines quasi ex dæmonibus in angelos prouehens. Propter quod iam hinc post sudores plurimos, ac trophæa innumerabilia trãsiturus,pro discipulorum cõsolatione dicebat: Sed etsi immolor super sacrificium & obsequiũ fidei uestræ,gaudeo, & cõgratulor omnibus uobis: propter quod & uos gaudete,& cõgratulamini mihi. Quidnã igitur huic hostiæ reperiri æquale,quã Paulus sancti spiritus cultro immolauit, quanq; in illo altari obtulit, quod supra cœlos locatum est? Sed Abel dolo germani percussus occubuit: atq; hinc effectus est clarior. Vt ergo innumeras tibi ostendã mortes, tot utiq; quot etiam dies beatus iste in prædicatione uixit: si uero eam quoq; uis nosse mortem, quę nouissime etiã rebus impleta est: Abel quidem à fratre ut nihil à se læso, ita nullis affecto beneficijs interemptus est: Paulus uero ab eis interfectus est, quos innumeris malis cupiebat eripere, & ppter quos sustinuit uniuersa quæ passus est. Sed Noe iustus in generatione sua, atq; perfectus, & solus erat talis cũctis: sed & Paulus solus inter omnes talis inuentus. Et ille quidem tantummodo legitur se seruasse cum liberis: hic autem multo sæuiore mundi inundante diluuio, non arcam coaptando compagibus tabularum, sed epistolas componendo: nõ duos uel tres, aut quinq; cognatos, sed uniuersum prorsus orbem mergi periclitantẽ ex medijs fluctibus liberauit. Nec uero hęc erat talis arca, ut uno circunferretur loco, quę utiq; orbis terrarum terminos comprehendit. Nam usq; nunc omnes in hanc arcam Paulus inducit, quam certe capacem saluandæ multitudinis præparauit, quæ suscipiens irrationalibus pene animalibus stultiores, imitatores effecit angelorum. Et hinc quoque illam uicit arcam, quia illa quidem coruum recipiens, coruum rursus emisit: & includens lupum, feritatem eius mutare non potuit: hæc uero accipitres miluosq; suscipiens fecit columbas, & excludens omnem irrationalitatẽ atq; ferocitatẽ, mansuetudinẽ spiritus introduxit: manetq; hodie hęc arca nauigans, nec tamen aliquando dissoluitur,

Gen. 4

Phil. 2

Gen. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec ualet tabulas eius ulla malitiæ laxare tempe- A
stas: quin potius ipsa tẽpestatis motus nauigãdo
compescit, quod satis consequenter effectum est.
Non enim bitumine aut pice, sed sancto spiritu ei-
us tabulæ sunt perunctæ. Sed Abrahã mirantur
Gen. 12 omnes: Qui cũ audisset, Abrahã exi de terra tua
& de cognatiõe tua: & domos reliquit, & patriã,
& amicos, & cognatos, quorũ omnium iacturam
solo diuini præcepti amore pẽsabat: nã & nos eũ
propterea miramur. Sed quis Paulo possit æquari?
qui non modo patriã, cognatos, ac domũ, sed se-
ipsum quoq; ac mundũ reliquit: imò etiã cœlũ, &
cœlum cœli, & hæc omnia Christũ suscipiendo de-
spexit: unũ pro cunctis & solũ, id est Christi cha-
Rom. 8 ritatem requirẽs, neq; præsentia inquit, neq; futu-
ra, neq; altitudo, neq; profundum, neq; alia creatu-
ra poterit nos separare à charitate dei, quæ est in B
Christo Iesu domino nostro. Sed Abraham seip-
sum in periculũ tradens hostibus, filium fratris eri-
puit: at Paulus nõ fratris filiũ, neq; tres aut quinq;
urbes, sed orbem uniuersum de diaboli extorsit
manu, innumerabilia per dies singulos pericula
sustinendo, proprijsq; mortib. maximã securitatẽ
aliis comparando. Caput bonorũ, eiusq; culmen
philosophię est, q; filiũ uoluit immolare: hic quo-
que inueniemus Paulũ primatũ tenentẽ, q non fi-
lium, sed semetipsum, ut dixi, millies immolauit.
In Isaac quidem aliquis admiratur, & quidem plu-
ra, sed præcipue patientiã: quoniã puteos fodiẽs,
& de proprijs exagitatus laboribus, resistebat mi-
nime: sed factos à se puteos obrui patiebatur, atq;
ad alium semper migrabat locum. Neq; collecta C
seruorũ manu in aduersarios irruebat, sed ,ppria
possessione ubique cedebat, quo aduscp iniquissi-
mam illorum expleret cupiditatẽ. At Paulus non
puteos cernens lapidibus obrutos, sed proprium
corpus, non solum sicut ille cedebat, sed etiam à
quib. lapidabaf, in cœlũ studebat euehere. Quan-
to enim amplius obruebaf fons iste, tanto erum-
pebat magis, ac plures ex se fluuios effundendo
manabat. De longanimitate ac patientia huius fi-
lij Iacob admiraf scriptura. Et quænã illa est ada-
mantina prorsus anima, quæ Pauli patientiã pos-
sit imitari? Neq; enim bis septẽ annorũ, sed totius
uitę seruitium pro sponsa pertulit Christi, non ad- D
ustus solum æstu diei, & noctis gelu, sed tentatio
nes mille perpetiẽs. Et nunc quidem uerberibus,
nunc uero lapidibus cæsus atq; collisus, & nunc
quidem cum bestijs, modo aũt fluctibus pugnãs,
modo etiam nimiæ atq; continuę reluctans fami,
diebus atq; noctibus, & inter certamina ubiq; re-
siliens, captas oues ex diaboli faucibus extraheb-
bat. Sed & Ioseph pudicitię uirtute decoratus est:
at ego uereor ne iã ridiculum sit hinc Paulum uel
le laudare, qui semetipsum mũdo crucifigens, nõ
solum humanorum corporũ pulchritudines, sed
etiam omnia, quæ uidentur nobis clara atque de-
cora, ita cernebat, quemadmodum nos fauillam
cineremq; despicimus, qui quasi mortuus prorsus
ad mortuum immobilis permanebat. Itaque cum
tanta animi cura comprimeret incentiua uitiorũ,
& naturæ: nihil humanum ab aliquo aliquando
perpessus est. Stupent certe Iob omnes homines,
& ualde utique conuenienter. Est enim ille athle-
ta mirabilis: & qui Paulum ipsum uelut ex aduer-
so posset aspicere, ob patientiam puritatemq; ui-
tæ, ob testimonium dei, propter illam cum diabo
lo fortissimam pugnam, propter uictoriam quæ
pugnam secuta est: at Paulus non mensibus tan-
tum, sed annis plurimis in agone perdurans, tam
clarus emicuit, non terræ gleba saniem carnis era
dens, sed in ipsius intelligibilis os leonis frequen
ter incurrens, & pugnans aduersus tẽtationes in-
numeras, omni erat lapide tolerantior: qui non à
tribus aut quatuor amicis, sed à cunctis infidelibus, à falsis etiam fratribus opprobria sustinebat,
consputatus ab omnibus, atq; maledictus. Sed il-
lius erat magna hospitalitas, & cura pauperum,
nec nos quidem istud negamus: sed Pauli eam li-
beralitate inferiorem docemus, & tãto inferiorẽ,
quanto anima est corpus inferius. Quam enim il-
le curam impendebat carne debilibus, hanc iste
animabus morbidis exhibebat, nunc mentes sen-
sibus claudicantes dirigendo in recti itineris in-
cessum, nunc nuditates deformes stola cœlestis
philosophiæ uestiendo. In corporalibus quoque
beneficijs tanto ille superabat, quanto est ampli-
us in fame & nuditate uiuentem indigentibus fer
re præsidium, quãm ipsum de diuitiarum affluen-
tia ministrare. Nam illius quidem omni ad ue-
nienti aperiebatur domus: huius uero anima uni-
uerso patebat orbi, ac fidelium populos benignæ
mentis recipiebat hospitio, dicens: Non angustia 2. Cor. 6
mini in nobis, angustiamini autem in uisceribus
uestris. Et ille quidem cum oues & boues haberet
innumeras, erat in pauperes liberalis: hic uero ni-
hil amplius corpore suo possidẽs, in hoc ipso suf-
ficienter indigẽtibus administrabat: quod alicubi Act. 20
ipse cõmemorãs. Necessitatibus, inquit, meis, &
his qui mecum erant, ministrauerunt manus istæ.
Corporis enim sui operam uelut ex quadam pos-
sessione fructus esurientibus deputabat. Sed uer-
mes uidelicet, atq; uulnera, fœuos atq; intolerabi
les sancto Iob inferebant dolores, & ego fateor:
sed si per tam multos annos Pauli uerbera, & cũ
iugi fame etiam nuditatem, catenas, carcerem, in
sidias, periculaq; cõsideres, quæ à domesticis, ab
extraneis, à toto postremo patiebaf orbe: addas
huc etiã his profecto amariora, id est pro eis qui
labebantur, dolores, solicitudinem: quam pro ec-
clesiis ustionem, quam pro scandalizatis singulis
perferebat: uidebis quam erit omni saxo durior
anima ista perpetiens, & ferrum atq; adamantem
superãs. Quæ enim Iob corpore, hæc Paulus men
te sustinuit, quem omni uerme molestior de sin-
gulis quibusq; labentibus mœstitia consumebat.
Vnde et iuges lacrymarum ex eo fontes non die-
bus solum, sed etiam noctibus effluebant, omniq;
muliere parturiente uehementius affligebatur in
singulis. propter quod etiam dicebat: Filioli mei,
quos iterum parturio, &c. Quem uero iam quis-
piam post Iob putet esse mirabilem? Mosen pro-
fecto,

fecto, sed hunc etiam Paulus satis eminenti uirtu- A
te transcendit, cuius quidẽ sunt multa alia præcla
ra. Sed caput illius sanctæ animæ atq; fastigiũ est:
quoniã pro Iudæorũ salute deleri elegit ex libro
uitæ: sed Moses cum cæteris optauit perire, Pau-
lus præ cæteris. Non enim cũ pereuntibus perire
uoluit, sed ut saluarentur alij, ipse de gloriæ æter-
nitate decidere. Et ille quidẽ Pharaoni, hic aũtem
diabolo quotidie repugnabat. Et ille pro una gen
te, iste uero pro uniuerso orbe certauit, non sudo-
re, sed sanguine uice sudoris undiq; profluẽte: cũ
non solum habitabiles mundi partes, uerumetiã
deserta ad cultum religionis adduceret, nec solũ
Græcorum populos, uerumetiam Barbarorum.
Poteram quidem & Iesum Naue, & Samuelem,
et alios prophetas in comparationem uocare: sed B
ne sermonem faciam longiorem, ad ipsa eorũ ca-
pita condescendam. Cum enim istis excellentior
apparuerit, nulla prorsus de alijs ambiguitas re-
linquetur. Quinam ergo eminentiores uidentur?
quis post hos alius, nisi Dauid, & Helias, & Ioan-
nes, quorum unus prioris, alter secundi est præcur
sor aduentus? propter quod etiam nominis com-
munione cõiuncti sunt. Quid igit in Dauid præ-
cipuum reperitur? procul dubio hospitalitas atq;
erga deum feruens amor. Et quis amplius, immo
quis ita, ut anima Pauli, hæc utraq; cõpleuit? Ad-
mirandum autem in Helia ego minime reor, quia
cœlum clausit, quia induxit famem, quia ignem
de cœlo sermone compluit: sed quia zelauit pro
deo, erat in hoc mẽtis affectu ipso igne uehemen C
tior. Sed si Pauli zelum diligenter inspicias, tanto
eum inuenies celsiorem, quanto ille prophetis cę
teris eminebat. Quid enim uerbis illis reperiatur
Rom. 9 æquale, qui gloriã domini zelãdo dicebat: Quo-
niam optabam ego anathema esse pro fratribus
meis, qui sunt cognati mei secundum carnẽ? Pro-
pterea è cœlis sibi propositis præmijs & coronis,
tardauit atque distulit, dicens: Permanere autem
Philip. 1 in carne, necessarium est propter uos. Propterea
non solum istam quæ cernitur, sed illã quoq; quæ
intelligitur creaturam, nequaquam sufficere sibi
credidit, ad ostendendum zelum & charitatem,
qua ardebat in Christum: sed etiam aliam, quæ nõ
est, sermone formauit, ut quod tota uoluntate cu-
piebat, exprimeret. Sed Ioannes in cibum locu- D
stas et mel syluestre sumebat: at Paulus ita in mun
di strepitu, quemadmodum ille in eremi quiete
uersatus est: non quidem pastus locustis, aut mel-
le syluestri, sed multo his uictu uiliore contentus,
ac ne necessario quidem indulgens cibo, præ fer-
uore & studio prędicandi. Verum illius aduersus
Herodem apparuit magna constantia. at iste non
unum, aut duos, aut tres, sed innumeros in simili
positos potestate corripuit, immo longe illa sęui-
ores tyrãnos. Restat ut Paulum iam angelis com-
paremus. Ideoq; relinquentes terram, ad cœlorũ
fastigia trãseamus. Sed nullus sermonis nostri ac-
cuset audaciam. Si enim Ioannem & sacerdotes
dei scriptura angelos nominauit: quid mirum, si
præstantiorem omnibus Paulum illis uirtutibus
conferamus? Quid ergo in angelis magnificum
prædicamus? profecto quia cũ omni cura obedi
unt deo. Quod Dauid quoq; admirãdo dicebat:
Potentes uirtute, facientes uerbum illius, & cęte-
ra. Huic enim bono æquale est nihil. Prorsus eti-
amsi sint millies incorporei: hoc est eũ quod ma-
xime præstat eos beatos, quia obediũt præceptis
dei, quia eum in nullo aliquando contemnunt.
Hoc igitur & in Paulo plane animaduerti potest,
cum omni diligentia & cautione seruatum. Non
autem solum sermonem eius impleuit, uerumetiã
præcepta, super quæ præcepta hoc quippe decla
rans ait: Quæ est ergo merces mea, ut euangeliũ 1. Cor. 9
prædicans, sine sumptu ponam euangelium dei?
Quid uero aliud in angelis propheta mirat? Qui
facit, inquit, angelos suos spiritus, & ministros
suos ignem urentem. Sed hoc etiam in Paulo pos
sumus inuenire, qui uelut ignis, ac spiritus totum
terrarum percurrit orbem, percurrendoq; purga-
uit. Sed necdum cœlum iste fortitus est, & hoc o
mnino mirabile: quia talis uersabatur in terris, &
mortali adhuc carne circundatus, cum incorpora
lium potestatum uirtute certabat. Quãta ergo su-
mus condemnatione digni, cum uno homine bo
na omnia in se congregante, ne minimã quidem
eorum partẽ studemus imitari? Hæc assidue men
te uoluentes, & nosipsos inculpabiles præbeamus,
& ad illius zelum studeamus accedere, ut ad
eadem bona peruenire mereamur, gratia & mise-
ricordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria &
imperium, in secula seculorum, Amen.

HOMILIA SECVNDA.

QVID sit homo, & quanta naturæ no
stræ nobilitas, quantæq; capax uir-
tutis, hoc uel præcipue ex omnibus
Paulus ostendit, qui nunc stetit ad-
uersus criminationes humanæ crea-
turæ, clarissima pro deo uoce respõdens, cohor-
tans ad studia uirtutis, & impudẽtissima blasphe-
mantium ora concludens: docens quoq; q; inter
angelos homines q; non grande sit medium, si ta-
men nosipsos diligentius excolamus. Non enim
aliam ille est sortitus naturam, nec dissimilem na-
ctus animam, neque alterum habitans mundum,
sed in eadem terra, eademq; regione, sub eisdem
etiam legibus nutritus & moribus, cunctos qui
nunc sunt homines uel fuerũt, altius uirtute tran-
scendit. Vbi igitur illi nunc sunt, qui uitia in pro-
cliui, uirtutem in arduo collocauerunt? Hic enim
palam illis repugnat, dicens: Quod enim in præ- 2. Cor. 4
senti momentaneum est & leue tribulationis no-
stræ supra modum in sublimitate æternum in no-
bis gloriæ pondus operatur. Si autem huius tribu
lationes inueniuntur leues, quanto magis hę quę
sunt in nobis uoluptates? Neque uero hoc solum
in illo mirabile est, quòd præ abundantia deuoti-
onis quodammodo non sensit dolores pro uirtu-
te susceptos: sed etiam quòd uirtutem ipsam pro
mercede pensauit. Nam nos equidem pro ea nec
mercede proposita certamus, quam ille comple-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctens etiam sine præmio diligebat, cũcta illa quæ asperitate sui uidentur impedire uirtutẽ, cũ omni magnanimitate perpetiẽs: qui neq; infirmitatem corporis, neq; multitudines circumstantiũ undiq; negotiorum, neq; tyrannidem naturæ, neq; quicquam aliud omnino causatus est, cũ utiq; maior illi quàm cunctis & militiæ principibus, & regibus terræ esset cura cõmissa. Sed quotidie celsior, quotidie assurgebat ardentior, & intentis sibi periculis noua semper alacritate pugnabat, idq; Philip. 3 significans dicebat: Eorum quæ retro obliuiscens, in ea uero quæ priora sunt extẽdẽs me: qui cũ sibi iam mortẽ imminẽtem uideret, ad cõmunionem delectationemq; gaudij alios prouocabat, dicẽs: Gaudete et congratulamini mihi: ac periculis, iniurijs, opprobrijsq; propositis, rursus exultat, & 2. Cor. 12 Corinthijs scribens, ait: Placeo mihi periculis & in infirmitatibus meis. Cum utiq; hæc ipsa esse diceret arma iustitiæ, ostendens hinc sibi fructum maximũ prouenire. Itaq; cum inter medias inimicorũ uersaretur insidias, ouans tamẽ de omni eorum referebat impugnatione uictorias, & ubiq; cæsus uerberibus, affectus iniurijs atque maledictis, quasi triumphales pompas ageret, crebra trophæa strueret, orabat gratiasq; referebat deo, dicens: Deo aũt gratias, qui semper triumphat nos. Itaq; ad confusionem & iniurias, quas ob prædicandi studiũ sustinebat, magis quàm ad bonorũ oblectamenta properabat, mortem potius, quàm uitam appetens: paupertatem, quàm opulẽtiam: & multo amplius laborem desiderans, quàm alij requiem post laborem: ac mœrorẽ magis eligẽs, quàm alij uoluptatem: studiosius pro inimicis orans, quàm alij aduersus inimicos. Conuertit eñ orbem terrarum: imò nos eum uere peruertimus. Ab illo autem sic custoditus est, quemadmodum à deo fuerat institutus. Illa enim omnia quæ appetebantur à Paulo, naturæ congrua: hæc uero quæ idem ille fugiebat, contraria iudicantur. Vnde istud probari potest? Homo enim cum esset Paulus, ad illa tamen magis q̃ ad ista currebat. Vnum enim illi formidandum erat, atq; metuendum, offensa nimirum dei, nec quicquam aliud omnino. Ergo nec desiderabile illi aliud erat, nisi placere semper deo. Non dico quia nihil præsentium desiderabat, sed nec ipsorum aliquid futurorum. Nõ D enim mihi dicas urbes & gentes, exercitus, prouincias, potestates: hæc enim ille, quasi harenam, uilia reputauit, sed ea ipsa penè, quæ promittuntur in cœlis, & tunc eius ardentẽ in Christo amorem uidebis. Hic siquidem præ illius dulcedine, non angelorum, non archangelorum admiratus est dignitatem: nec quicquã horum simile concupiuit. Quod enim erat maius omnibus, Christi amore fruebatur, cum hoc beatorem se cũctis putabat, sine hoc autem neq; dominatuũ, neq; principatuum socius esse cupiebat: sed cum hac dilectiõe magis esse extremus optabat, imò etiam ex numero punitorũ, quàm sine hac inter summos, & honore sublimes. Hoc enim erat illi maximum & singulare tormentum, ab hac charitate discede re: hæc illi erat gehenna, hæc sola pœna, hæc infinita & intoleranda supplicia. Sicut etiam perfrui charitate Christi, hoc illi uita, hoc mundus, hoc angelus: hoc præsentia, hoc futura, hoc regnum, hoc promissio, hoc bona uidebantur innumera. præter hæc uero nihil in tristium parte ponebat. Horum enim quæ hic habentur, nihil asperum, nihil etiam suaue reputabat. Sic despiciebat uniuersa quæ cernimus, ut solet herba iam putrefacta contemni. Tyrannos uero ipsos, ac populos spirantes furorem, uelut esse quosdam culices existimabat. Mortem uero, & cruciatus & mille supplicia, quasi ludum putabat esse puerorum, dummodo propter Christum aliquid sustineret. Tunc enim tunc & amplectebatur libenter, & decorabatur uinctus catena magis, quàm diademate coronatus. Etenim coarctatus carcere, habitabat cœlum, ac libentius uerbera excipiebat & uulnera, quàm alij brauia diripuit: & dolores non minus, quàm præmia diligebat, cum ipsos utiq; dolores loco duceret præmiorum: propterea enim illos & gratiam nominabat. Quem sensum diligenter attende: præmium certe erat dissoluí, & esse cum Christo: permanere autem in carne, certamen: sed tamen propter Christi desiderium præmia differebat cupiditate certaminis, idq; magis necessarium esse ducebat. E regione uero anathema à Christo fieri optabat. Certamen hoc erat & dolor, magis autem & supra certamen, supraq; omnem dolorẽ. At uero esse cum Christo erat præ C mium singulare. Paulus tamen propter Christum illud maluit, quàm istud eligere. Sed profecto dicat hic aliquis: quoniam hęc omnia propter Christum suauia esse dicebat: hoc planè etiam ipse cõfiteor, quoniam quę nobis sunt causa tristitię, hęc illi maximam pariebant uoluptatem. Et quid ego pericula erumnasq; commemoro? In mœrore enim maximo ille uersabatur, propter quod dicebat: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis 2. Cor. 11 scandalizatur, & ego non uror? Et si in mœrore dicat quoq; quis ineſſe aliquam uoluptatem: multi enim illorum qui filiorũ mortibus uulnerantur, aliquid consolationis accipiunt, cum fletibus manant, magisq; dolent, cum dolore prohibentur. Sic igitur & Paulus nocte in die consolationem exci piebat ex lacrymis, nullus siquidẽ tanto affectu mala propria, quàm ille deflebat aliena. Quemadmodum enim illum opinaris afflictum, cum perditionem Iudęorum dolet, qui, ut illi salui fierent, Rom. 9 seipsum à cœlorũ gloria cupiebat excludi? Et unum hoc manifestum est, quia scilicet non saluari illos acerbius æstuabat, quàm seipsum perire: aut si non acerbius, nunquã aliud optasset, quod utique quasi tolerabilius elegit. Qui cum certe spe maxima futuri præmij pascęretur, non perfuncto rie aliquid optabat, sed clamabat dicens: Quoniã tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Hũc ergo de singulis, ut ita dixerim, habitatorib. mundi tã uehementer dolentem, & in commune pro cũctis, & Gẽtibus, uidelicet, & Iudęis, & pro unoquoq; peculiariter lamentantẽ: cuiñ rerum

rerum aliquis poterit comparare, cui ferro, cui adamãti? Quidnam aliquis illam appellet animã, aureámne magis, an adamantinam? Nam & erat omni adamante fortior, & auro gemmisq; pretiosior, & alterã quidẽ materiã firmitate, alterã pretiositate superabat. Cui ergo rei hęc ab aliquo anima cõparetur? Earũ quidẽ quæ sunt oñino nulli. Quòd si uel auro adamãtis fortitudo, uel adamãti honor daret aurí, tamẽ forte aliquo modo comparatio eius Pauli posset animæ conuenire. Sed quid ego adamantẽ, uel aurũ ad similitudinẽ adduco Pauli? Mundũ si è diuerso appendas omnẽ, & tunc uidebis aperte Pauli uergere pondus examinis. Si eñ de his qui in melotis & specubus in exigua orbis parte uersantur hoc dictũ est: quãto B magis nos dicemus Paulum mundo, & omnibus quæ in mundo sunt digniorem? Si igiť eo mũdus dignus non est, sed forte uel cœlũ, sed istud quoq; inuenitur inferius. Si enim iste non solũ cœlum, sed quæ habentur in cœlis dei postposuit charitati: quomodo non magis dominus, qui tanto est benignior Paulo, quãto malitiã bonitas antecellit, innumeris eum cœlis iudicat digniorem? Nõ eñ quantũ nos diligit deus, tantũ à nobis diligiť ipse: sed tãto effusius, quantũ nec sermo quidẽ sufficit explicare. Consideremus ergo quantis illũ honoribus etiã ante tempus resurrectionis extulerit. In paradisum rapuit, & in cœlũ tertiũ subleuauit, ineffabilis arcani fecit esse participem, taliumq; my C steriorum conscium, quæ nulli hominum fas fuerit confiteri. Nec immerito: si quidẽ Paulus in ter 2. Cor. 12 ra gradiens, sic se agebat in cunctis, quasi angelorum societate frueretur. Nam passibili adhuc colligatus corpori, illorũ perfectione gaudebat, tantisq; frugalitatibus subditus, in nullo inferior supernis uirtutibus apparere certabat. Nam & tanquam pennatus totũ dicendo peruolauit orbem, & uelut incorporeus labores oẽs periculaq; contempsit, & quasi iã cœlum possidẽs, cuncta prorsus terrena despexit: & tanquam cum ipsis iam incorporeis degeret, ita iugi mentis intentione uigilauit: & angelis quidem sæpe diuersarum gentiũ cura commissa est, sed nullis illorum ita creditum sibi populum gubernauit, ut Paulus uniuersum D gubernauit orbem. Neq; uero dicas, quia hæc nõ perficiebantur à Paulo. Hoc etiam nos fatemur. Sed & si ipse non erat qui cuncta complebat, nequaquam tamẽ ab eorũ laudibus separatur: quia utiq; dignũ tantæ se gratiæ præparauit, per quam tã magnifica & gloriosa perficeret. Michaeli gẽs commissa est Iudęorum: Paulo uero terræ, ac maria, atq; uniuersi orbis habitatio, ipsumq; desertũ, & hoc nõ ad iniuriam, quod absit, angelorum: sed ostendimus esse possibile illis hominem copulari, iuxtaq; illorum merita consistere. Cuius autem rei gratia, non angelis potius hæc prędicationis cura commissa est? Vt nullum scilicet excusationis colorem de se inueniret anima negligens: ac ne tu ad diuersitatem naturæ confugeres dormiendo. Deinde ut tanto etiam maior operũ admiratio nasceretur, quãto de natura inferiore pro cederent. Quomodo enim non admirabile hoc, atq; improuisum uideret, cũ ex terrena lingua sermo prosiliens, mortem fugat, peccata dissoluit, tenebras cæcitatis illuminat, & mutatione mirifica terram conuertit in cœlum? Propter hoc igiť stupeo uirtutem dei, propter hoc admiror promptũ animum Pauli, quomodo se talem studuit exhibere, quomodo se tantæ gratiæ capacẽ parauit. Vos autem rogo, ut nõ miremini solum, uerumetiam imitemini hoc tam clarum uirtutis exemplum: sic nanq; poterimus coronarum eius esse participes. Quòd si aliquis nos dixisse miratur, quia quicunque habuerit Pauli merita, eadem sit etiam habiturus præmia, ipsum audiat ita dicentem: Certa- 2. Tim. 4 men, inquit, bonum certaui, cursum cõsummaui, fidem seruaui: de cætero reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in die illa iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Vides certe quomodo cunctos in eãdem gloriæ communionem uocet. Quia igitur omnibus eadem corona gloriæ proposita est, studeamus omnes digni illis bonis, quę promissa sunt, inueniri. Neq; solum magnitudinẽ atq; eminentiam in illo debemus considerare uirtutem, & promptum illud animi eius atq; robustũ propositum, per quod ad tantam meruit gratiam peruenire: sed & naturæ societatem, per quam & nobis in cunctis ille participat: & sic etiam, quæ ualde sunt ardua, nobis facilia uidebũtur & leuia, breuiq; hoc tempore laborãtes, incorruptibilem illam gestabimus atq; immortalem coronam, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria & imperium, in secula seculorũ, Amen.

HOMILIA III.

BEatus Paulus, qui tantam uim humanæ alacritatis ostendit, ut ad cœlum quoq; ipsum ualeret subuolare, prętermittens angelos & archangelos, aliasq; uirtutes, aliquãdo quidẽ suo exemplo Christi nos fieri imitatores iubet, dicen 1. Cor. 4 do: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ali quando uero de se reticens, ad ipsius nos imitatio Ephes. 5 nẽ dei extendit, dicẽs: Estote ergo imitatores dei, sicut filij charissimi. Iã uerò demonstrans, quia nihil ita hãc imitationẽ pariat, q̃ si ita uiuat aliquis, ut bonũ eius in cõmune proficiat, atq; uniuersis utiliora prouideat, adiunxit: ambulate in charitate. Ideo cum dixisset, imitatores mei estote: continuo de charitate disseruit, quia hæc præcipuè uirtus homines deo proximos facit. Quantæcunq; eñ sint aliæ uirtutes, inferiorẽ tenentes locũ cunctæ erga hominũ studia uersanť: ut est contra concupiscentias pugna, ut quod aduersus gulã geritť bellum, ut in auaritię interitũ acies ordinata, ut cũ iracundiæ furore conflictus: diligere uero nobis deoq; cõmune est. Propterea & dominus imperabat: orate pro calumniantibus & persequentibus uos, ut sitis filij patris uestri, qui in cœlis est. Hoc igitur & Paulus intelligens cũctorum esse caput bonorum, omniũ in se studia exprimere curauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nemo enim ita dilexit inimicos, nemo erga insidiatores suos tam beneficus fuit, nullus pro afflictoribus suis tanta perpessus est. Non ẽ illa quę patiebatur, sed naturæ copulã cogitabat, quãtocp amplius efferebanc inimici, tanto eorũ magis miserabatur insaniam. Vt enim aliquis indulgentissimus pater afficitur erga filiũ phreneſi cõprehensum, cuius quanto magis conuicijs ictibusq; pulsatur, tanto eũ potius miserac atq; deflet: ita Paulus quũ de ipsa magnitudine passionum eorum, à quibus affligebaẽ, existimaret furorem, maiora illis adhibebat fomenta pietatis. Audi igitur cp patienter, cp mansuetè nobis pro illis loquaẽ, qui eũ quinquies uerberauerunt, qui eũ catenis onerauerunt, qui uinculis sæpe cõstrinxerũt, q eius ipsum sitiebant cruorẽ, quicp illũ quotidie discerpere ge- B
Rom.10 stiebãt. Testimonium, inquit, illis perhibeo, quoniam æmulationem dei habent, sed non secundũ scientiã. Et rursus eos, qui se supra illos superbius efferebant, refrenans: Noli, ait, altum sapere, sed time: si enim deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat. Quia ẽm cognouerat dominicam in illos iam processisse sententiam, quod unum & solum erat in sua potestate, præstabat. Sæpe lacrymabatur uehementer, & pro illis dolebat: uolentes illis insultare prohibebat, atq; inquãtum poterat, laborabat umbram eis aliquã excusationis obtendere. Et quia propter contumaciam eorum atque duritiam, persuadere illis fidem sermone nõ poterat, ad orationes conuertebatur assiduas. Fratres, inquit, uolũtas quidẽ cor- C
Ibidem. dis mei, & obsecratio ad deum fit pro illis in salutẽ. Sæpe quoq; meliores illos esse solicitat, dicẽs: Sine pœnitentia enim sunt dona & uocatio dei, ut non pertinaci usq; ad finem desperatione moriantur. Quæ utiq; omnia sunt uerba amantis, & ualde eorum utilitatibus prouidentis: ut cum dicit, Veniet ex Sion, qui eripiat & auertat impietates ab Iacob. Mordebatur enim uehemẽter, ac penitus dissecabatur, cũ eos pereuntes uideret, propter quod et multa solatia huic adhibebat dolori,
Esa.59 aliquando quidem dicẽs: Veniet ex Sion, qui eripiat & auertat impietates ab Iacob: aliquãdo uerò, & isti non crediderunt in illorum misericordiam, & ut ipsi misericordiam consequantur. Facit autem hoc etiam Hieremias, uim quandam infe- D
Hiere.5 rens, atq; contendens excusationem aliquam pro delinquentibus inuenire, & nunc quidem dicẽs: Sed peccata nostra restiterũt nobis: & rursus: Nõ
Gen.3 est in homine uia eius, nec homo ibit, & diriget iter suum: & rursus: Memento quoniam puluis sumus. Mos etenim est omnino celeberrimus, ut hi qui pro delinquentibus deprecantur, etsi nihil idoneum afferant, ad rogandum saltem umbram quandam excusationis pro eis opponant, nõ certa uerborum proprietate munitam, nec quæ trahi possit in dogmata, sed quæ pro pereuntibus tantummodo consoletur dolentem. Non ergo huiusmodi excusationes scrupulosius põderemus, sed intelligamus esse illa dolentis animæ, & dicere aliquid pro peccatoribus requirentis, iuxtaq; hũc modum hæc quæ superius dicta sunt, censeamus. Putas autem, quia erga solos Iudæos talis extiterit, ad alios uerò, uel domesticos, uel extraneos, non se multo etiam præbuerit mitiorem? His autem, inquit, qui sine lege erant, factus sum, quasi sine lege essem, ut omnes lucrifacerem. Audi igitur quid ad Timotheum sit locutus: Seruum, inquit, dei non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, doctorem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt, si quãdo det illis deus pœnitentiam ad cognoscendam ueritatem, ut resipiscant à diaboli laqueis, à quo capti tenẽtur ad ipsius uoluntatem. Vis autem probare, quàm modeste etiã & cum illis loquatur, qui in peccata corruerunt? Audi quid Corinthijs dixerit: Timeo, inquit, ne cũ uenero, humiliet me deus apud uos. & lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & nõ egerũt pœnitentiam super immunditia & fornicatione, & impudicitia quam gesserũt. & ad Galatas, Filioli, inquit, mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis. Et in causa eius, qui fuerat fornicatus, non minus & ipso, qui pro peccato suo lamentabatur, dolet, procp illo alios deprecatur, dicẽs: Confirmate in illum charitatẽ: Sed etiam quando ab ecclesiæ corpore separabat, quàm multis hoc lacrymis gemituq; faciebat. Ex multa, inquit, tribulatione, & angustia cordis scripsi uobis per multas lacrymas, non ut contristemini, sed ut sciatis, quoniam charitatem habeam abundantius in uos: & rursus: Factus sum Iudæis tanquam Iudæus, his qui sub lege erant, quasi sub lege essem, factus sum infirmus infirmis, omnibus omnia factus sum, ut omnes saluos facerem. Vidisti ne, quæso, animam omnia terrena superantem? Omnem enim prorsus hominẽ deo exhibere cupiebat, & omnes, quantum ad ipsum spectat, exhibuit: quasi enim uniuersum mũdum genuisset, sic perturbabatur, sic curabat, sic oẽs in regnum dei festinabat inducere, docendo, pollicẽdo, meditando, tum orãdo pro ipsis, tum etiã ipsis supplicando, & terrendo, & dæmones corruptores animarum fugando, aliquando epistolis aliquando præsentia, nunc sermone, nunc rebus, per discipulos, per semetipsum conabatur erigere labantes: stantes uerò firmare, humi iacentes attollere, sanare contritos, torpentes oleo exhortationis animare, inimicis insonare terribiliter, hostes minaciter intueri, more optimi cuiusdam ducis ac medici, artis suæ instrumenta gestantis, protector ipse bellantium, ipse sedulus ægrotorũ minister, & unus omniũ officiorum personas, & exercitium ubicp custodiens. Nec in spiritalibus solum tam egregium conseruabat ducem, sed in carnalibus quoq; plurima solicitudinis, ac prouidentiæ suæ documenta præstabat. Audi itaq; quemadmodum pro una etiam muliere ad uniuersum scribat populum, dicens: Commendo autem uobis Phœben sororem meam, quæ est in ministerio ecclesiæ, quæ est Cenchris, ut eam suscipiatis in domino digne sanctis, & assistatis ei in quocũque negotio uestri indiguerit: & iterum: Nostis, ait,

1.Cor.9
2.Tim.2
2.Cor.12
Gal.4
2.Cor.2
Rom.ult.

ait, domum Stephanæ, ut & uos subditi sitis eius- A
modi: & rursus: Cognoscite quæ huiusmodi sunt. Est enim hoc quoq; proprium & familiare in dilectione sanctorum. Sic enim & Helisæus mulierem illam susceptricem suam, nõ spiritualibus solum, uerumetiam carnalibus beneficijs remunerat, propter quod cum multa solicitudine curacp dicebat: Num est tibi sermo ad regem, uel ad principem? Et quid mirum, si commendationes per literas præstitit Paulus? qui ad se aliquos reuocãs, nec de uiatico illorum curam gerere dedignatus est, idcp ipsum in epistola sua scribere. Siquidem
Tit.3 scribens Tito ait: Zenam legis peritum, & Apollo solicitè præmitte, ut nihil illis desit. Qui commendans aliquos tam studiose scripsit atq; solicite, multo magis sicubi uidisset periclitantes, cun- B
cta fecisset. Ad Philemonem quoq; propter Onesimum scribens: uide quàm omne impẽdebat studium, quàm intente ac solicite deprecetur. Qui autem pro uno seruulo, maxime fugitiuo, & qui ex rebus domini multa subtraxerat, integram, omnicp affectu plenam epistolam sine cũctatione composuit: qualis circa alios fuerit perpende. Vnum enim hoc ille pudore dignum putauit, aliqd scilicet pro cuiuslibet salute negligere. Propter hoc agebat omnia, & commonebat: nec omnino quicquam pro his, qui saluandi erant, cunctabatur impendere, non uerba, non pecunias, non denicp corpus ipsum. Qui enim millies seipsum tradiderat in mortem, multo magis si habuisset, nec pecunijs pepercisset. Et quid dico, si habuisset cũ C
probare possim, non pepercisse eum pecunijs, etiam nihil habentem: & ne ambiguum putetur esse quod dicimus, audi ipsum rursus loquentem:
2.Cor.12 Quoniam, inquit, libenter impẽdam, & superimpendar ipse pro animabus uestris: & ad Philippẽ
Act.20 ses scribẽs ait: Necessitatibus meis, & his qui mecum erant, ministrauerunt manus istæ. Cum uero celsus in omnium consisteret arce uirtutum, omnem tamen flammam præcipuo charitatis ardore uincebat. Vt enim missum in ignem ferrum, totum profecto ignis efficitur: sic Paulus charitate succensus, totus factus est charitas, qui quasi communis totius mundi esset pater, ita in amore omnium ipsos eorum imitabatur parentes: imò cunctos, non carnales tantummodo, uerum etiã spirituales patres solicitudine ac pietate superabat: & pecunias, & uerba, & corpus: & animam pro his, D
quos diligebat, impẽdens. Propter hoc itaq; charitatem etiam plenitudinem legis uocabat, & uinculum perfectionis, & omnium matrem bonorũ, & initium finemcp uirtutũ: propterea cp dicebat,
1.Tim.1 Finis autem præcepti est charitas de corde puro,
Rom.13 & conscientia bona: & rursus: Non adulterabis, non occides. Et si quod aliud est mandatũ, in hoc uerbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quia igitur & initium, & finis, & bona omnino uniuersa dilectio est, uel in ipsa studeamus Paulum imitari: etenim hic illius ope talis effectus est. Non enim proponas mihi mortuos, quos sæpius suscitauit: necp leprosos, quos eadem uirtute mundauit: nihil horum requirit à te deus. Posside charitatem Pauli, & perfectam adipisceris coronam. Cuius uero ista sententia est? ipsius nutritoris, utiq; charitatis, qui eã & mirabilibus, & signis, & alijs bonis mille præposuit. Quia ẽm eam ipse abunde, ac uehementer impleuerat, idcirco etiam acrius, atq; examinatius uim eius intelligit. Per ipsam etenim ille ad tam celsum perfectionis culmen ascendit, nihilcp eum ita dignũ deo, ut uirtus præstitit charitatis: & ideo dicebat,
1.Cor.12 Imitamini dona meliora, & adhuc excellentiorẽ uiam uobis demonstrabo, charitatem profecto optimam uiã, planissimamcp pronuntians. In hoc ergo & uigilanter ambulemus, ut & Paulum, imò & dominũ Pauli uidere mereamur, & incorruptibiles consequamur coronas, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo gloria patri, cum spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

HOMILIA IIII.

Beatus Paulus, qui nos hodie cõgregauit, quicp terrarum etiam illuminauit orbẽ, uocationis suæ tempore aliquãdo cæcatus est, sed illius cẽ citas illuminatio totius orbis effecta est. Quoniam enim uidebat malè, bene eum excæcauit deus, ut utiliter iam uideret in reliquũ. Simul enim & documentum ei uirtutis suæ præbuit, & in passione eius figurauit futura, & modũ eius prædicationis edocuit, quòd scilicet oporteret eũ priora studia penitus excludere, et quasi cõ niuentem oculis semetipsum undicp coercere: propter quod ipse idem istud significans, clamat: Si
1.Cor.3 quis uidetur inter uos sapiẽs, stultus fiat, ut sit sapiens. Nequaquã ergo potuisset rursum bene uidere, nisi prius excæcatus fuisset. Vnde & propriam sapientiam, qua perturbabatur excludens, fidei se per cuncta committit. Sed nullus hoc audiens, uocationem istam necessitatem putet: siquidem potuit redire unde discesserat. Multi enim et in Nouo, & in Veteri testamento, cum maiora sæpe mirabilia uidissent, retrò (ut legimus) sunt reuersi: ut Nabuchodonosor, ut Iudas, ut Elimas magus, ut Simõ, ut Ananias, ut Sapphira, ut uniuersus populus Iudæorũ: sed non ita Paulus. Illustrato enim mentis aspectu ad syncerrimum illud lumẽ cursu tetendit, atq; ad cœlũ perniciter subuolauit. Quòd si interroges, cuius rei gratia sit cæ
Gal.1 catus, accipe ipsum loquentẽ: Audistis, inquit, cõ uersationem meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra modum persequebar ecclesiam dei, & expugnabam illam, & proficiebã in Iudaismo supra multos coætaneos meos, in genere meo abundantius æmulator existens paternarũ mearũ traditionũ. Quia enim uehemens quidem erat & ferus, frenis quoq; uehemẽtioribus indigebat, ne scilicet impetu ipso eius quo ferebatur alacritatis arreptus, prolata à se dei uerba contemneret. Propterea igitur furorẽ eius indomitũ prius compremit, concitatos & præcipites illius iracundiæ fluctus cæcitatis beneficio redigit in quietẽ: & tunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæmum cœlesti eum domat affatu, ostẽdens pro- A
prie inaccessibilem sapientiam, & supereminentem omnibus diuinæ scientiæ bonitatem, ut disceret, cui iam aduersario repugnaret: quẽ certe non modo punientem ferre non posset, sed ne beneficia conferentem. Non enim ille obscuritate tenebrarum, sed luminis nimietate cæcatus est. Et cur, inquies, hoc non ante factũ est? Ne quæras istud, neq; uelis esse curiosior, sed concede incomprehensibili dei prouidentię salutes hominum notis sibi temporum opportunitatibus ordinanti. Sic enim etiam ipse fatebatur dicens: Cum autem placuit ei, q̃ me segregauit de utero matris meæ, uocauit per suam gratiam, ut reuelaret filium suum in me. Nihil tu igit̃ scruteris amplius, quando hęc dicit & Paulus. Istud enim tunc utique fieri oportuit, cum iam scandala ubiq; creuissent. Ab ipso i- B
taq; discamus, quoniam nullus ante Paulum, neque ipse Paulus ex se tantummodo eum inuenit, sed ipse se Christus ostẽdit, et idcirco dicebat: Nõ
Ioan. 15 uos me elegistis, sed ego elegi uos. Cæterum cur ante non credidit, cum uideret resurgere mortuos, ambulare claudos, paralyticos roborari, dæmões effugari? Nullum enim fructum ille ex his omnibus consecutus est, cum tamen non ignoraret ista, qui tam erat erga apostolos curiosus, qui certè cum lapidaretur Stephanus, adstabat, & faciem eius uidebat angelico fulgore radiantẽ. Cur ergo nihil inde lucratus est? Quia necdũ utiq; uocatus fuerat à Christo. Tu uero hoc audiens, noli uocationẽ istam, necessitatẽ putare. Nõ em̃ deus cogit homines uocãdo, sed post uocationẽ quo- C
que permittit eos propriarum esse dominos uolũtatum. Nã & Iudæis seipsum quando oportuit, reuelauit: sed illi propter gloriam, quam ab homínibus requirebant, ultro se offerentẽ suscipere noluerũt. Verum hoc loco infidelior quis opponat, atq; dicat: Cur me etiam non uocauit è cœlo? Vnde etiam manifestũ est, ô homo, quia Paulum uocauit de cœlo? Sed credis istud? ergo si credis, hoc ipsũ ad signũ tibi satis est. Si uero non credis, quia è cœlo Paulũ uocauit: quomodo dicis, cur me etiam non uocauit? Credis, quia ille uocauit, hoc ipsum tibi (ut dixi) abundat ad signum. Crede igit̃, nam te quoq; è cœlo uocat deus, si habes animam ad obediẽdum paratam. Quòd si inobe- D
diens sis, & corruptæ depraueteq; sentẽtiæ, ne de cœlo quidem ad te uox demissa tibi sufficit ad salutem. Quoties autem & Iudæi uocẽ audiere de cœlo, in Nouo, & in Veteri testamẽto, nec tamẽ facti sunt idcirco meliores? Nam in Veteri, Iudęi post mille miracula pro deo uitulum, quem fecerant, adorauerunt. At uero Hierichuntina meretrix, quæ nihil omnino ex mirabilibus uiderat, ostendit tamẽ fidem in exploratorum susceptione mirabilem. Interea quoq; repromissionis Iudæi signa cernentes, permanebant lapidibus duriores. Niniuitę uero Ionã solum uidentes crediderunt, & egerũt pœnitentiam, & uenturã super se iram dei conuersione pepulerunt. In Nouo etiam testamento sub præsentia ipsius Christi, latro quidem cum crucifixũ cerneret, adorauit: Iudæi uero qui eum spectauerant mortuos suscitantem, & uinxerunt & affixerũt cruci. Quid autem nostra quoq; ætate, nónne ex fundamentis templi, quod Hierosolymis fuit, ignis exiliens audentes illud ædificare consumpsit? sicq; reliqui ab iniquis conatib. destiterunt, nec tamen ab impietate sua atq; cęcitate conuersi sunt. Quanta uero etiã post hæc alia facta sunt miracula: ut cum super Apollinis uerticem fulmen illapsum est, ut cũ ipsius responsa dæmonis transferri à rege sepultum iuxta se martyrem compulerunt, dicentis se alloqui omnino nõ posse, quandiu proximam illius arcam uideret: erat namq; uicina. Post quæ ipsius regis auũculus, qui prophano attactu consecrata deo uasa temerauerat, uermibus exesus interijt: Prępositus quo
que regalis ærarij, ob aliam quam ecclesiæ intulerat iniuriam, medius repente diruptus est: tũc etiã regionis nostræ fontes, qui prius flumina ipsa cursu inundante uincebant, subito in se resiliendo fugerunt, nunquam hoc ante perpessi, nisi postquã loca illa sacrificijs ac uictimis inquinauit. Quid uero iam memorem famem toto prorsus orbe terrarum cum impio rege dominatam, regis interitum in regione Persarum: ante mortem uero mẽtis errorẽ perpessum, exercitum in medio barbarorũ relictum, & undiq; uelut quodam reti cõclusum, reditum ex illis locis improuisum atq; mirabilem? Cum enim rege impio miserabiliter interempto, alter pius in eius successisset imperium, ad
uersa omnia continuo dissoluta sunt, & exercitus
C qui uelut in medijs erat retibus inuolutus, nec ullum exitum aliquãdo se inuenturũ esse credebat, dei iam nutu ab hostibus liberatus, omni cum securitate remeauit. Et hæc quidem quem nõ ualeant ad partem pietatis attrahere? Quid uero præsentia? nõne etiã multo mirabiliora dicẽda sunt? nónne crux prædicatur, & totus ad credendũ mũdus accurrit? Nónne mors nuntiatur, & omnes conuolant? Nũquid nõ innumeri crucifixi sunt? Nunquid non duo latrones cum domino pependerunt? Nunquid non sapientes? nõquid nũ multi extiterunt potentes? Cuius igitur aliquãdo sic nomen obtinuit? Et quid dico potentes atque sapientes? Nunquid nõ fuerũt reges inclyti? Quis
D ita sibi terrarum orbem tam breui tempore subiugauit? Non enim uarias mihi atq; diuersas opponas hæreses. Omnes siquidem eundem prædicãt Christum, etsi non omnes sanè prædicent atq; legitimè. Illum enim omnes prædicant, qui in Palæstina & natus, & passus, qui Pontio Pilato adiudicante crucifixus est. Hæc igitur cuncta quæ proposui, nónne etiam magis uirtutis eius uidentur habere documentum, quàm illa uox allata de cœlo? Cur enim nullus ita aliquando regnum, ut hic solus obtinuit, certe cum innumera ex aduerso impedimenta pugnarent? Nam & reges contra Euangelium præliati sunt, & tyranni bella gesserunt: & nostra usque adeo attrita sunt, ut inde magis fierent clariora. Vnde igitur hæc tanta, tamq; admirabilis uirtus? Magus scilicet erat? Solus ergo iste

go iste magus tam potens fuit? Audistis nempe, A
quia & apud Persas magi, & apud Indos extiterunt, sint quoq; & modo. Sed ne nomen quidem eorum usq; sonat. Et ille quidem ex Tyanorũ urbe deceptor ac maleficus aliquo loci apparuit, at breui aliquanto tempore in exigua parte orbis refulsit: sed celeriter extinctus atq; deletus est, qui nõ ecclesiã omnino, non populũ, non aliquid horũ reliquit. Sed quid dico magos atq; maleficos extinctos? Vnde, quæso, omnium deorum templa extincta sunt, & Dodoneus, & Clarius, & omnes istæ prophanitatis officinæ silent, ac penitus obstructæ sunt? Vnde igitur non solum crucifixum, sed etiã pro ipso occisorum fauillas dæmones contremiscunt? Cuius rei gratia, saltẽ nomen audiẽtes crucis, in fugam resiliunt? cum certe si se
res haberet aliter, magis eos oporteret irridere B
quàm fugere. An forte crux quid clarum uidetur ac nobile? Imò è contrario turpis, & exprobrabilis mors. Est enim & utiq; pœnalis mors, & omni no teterrima, & apud Iudæos maledicta, & inter gentiles abominanda. Vnde igitur illam dæmones reformidant, nisi de uirtute crucifixi? Si enim illam per seipsam timerent, quanquam & hoc ipsum deis esset indignum, tamen & ante illum, & post illum plerique crucifixi sunt, & cum ipso etiã duo. Quid igitur si inuocet aliquis nomen latronis, uel alterius cuiusquã crucifixi, dæmón ne forte timebit ac fugiet? Nequaquam, quinimo ridebit. Si uero Iesum addideris Nazarenũ, uelut ab igne repente diffugiet. Quid igitur ais? Vnde prę
C ualuit? Quia, inquis, seductor fuit. At nõ hæc præcepta loquuntur. Deinde & multi seductores fuerunt, & tamen nullus obtinuit. Sed quia magus fuit. Verum longe aliud eius dogmata contestantur. Sed & magorũ multa sæpe fuit copia, nec tamen ullum huius potentiæ nomen auditum est. Sed quia sapiens fuit. At multi fuerunt sæpe sapientes. Quis itaq; similiter obtinuisse dicetur? Nullus enim aliquãdo saltem ex parte aliqua huic potẽtiæ appropinquauit. Vnde liq;do patet, quoniã Christus non fuerit magus, non seductor, sed qui è contrario horum extitit emendator. Et uere diuina uirtus, nec ulli omnino superabilis. Idcirco
D & ipse cuncta uicit, atq; perdomuit. Et Paulus cũ illa arte uilissima tantam potuit inspirare uirtutẽ,
Act. 18 quantam ipse rerum testatur effectus. Homo etenim ignobilis, abiectus, & circunforaneus, qui artem exercebat in pellibus, intantum uirtute progressus est, ut uix triginta annorum spatio & Romanos, & Persas, & Parthos, & Medos, & Indos & Scythas, & Æthiopes, & Sauromatas, & Saracenos, & omne prorsus humanum genus sub iugum mitteret ueritatis. Respõde igitur, unde iste opifex uilis, ac publicus stans in loco artis suæ, ac scasellum in manu gerens, ita ut ipse philosophatus sit, & alios docuerit philosophari, gentes scilicet, urbes atq; regiones, nec uim in se sermonis o-
2. Cor. 11 stendens? Audi enim ipsum loquentẽ: Et si imperitus sermone: nec pecunias possidens: nam hoc
1. Cor. 4 quoque ipse testatur. Vsq; ad hanc, inquit, horam & esurimus & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur. & quid dico pecunias? cum ille sæpe necessarium quidem nõ haberet cibum, nec quo se circundaret indumentum. Quia uero nec de professione clarus fuerit, ipsius discipulus ostẽdit, dicens, quoniam manebat apud Aquilam & Priscillam, propterea quòd eiusdem artis essent. Erãt enim scænofactoriæ artis. Non igitur à proauis nobilis, quippe qui tam uilis fuisse artis ostendit, nõ à patria, non à gente, tamen progressus in mediũ, ac tantummodo apparens, inimicorũ cuncta turbauit, uniuersa confudit: & sicut in stipulas, aut in fœnum ignis immissus, omnia dæmonum opera consumpsit, atq; in quod uoluit, omnia cõuertit. Neque uero hoc solum admiratione dignum est, quòd tantam potentiam talis obtinuit: sed quoniam discipulorum quoq; illius plurimi pauperes, imperiti, ac totius erãt eruditionis extranei, in fame & egestate uiuentes, ignobiles, ac de ignobilibus procreati: quod certe etiam ipse prædicauit, nec erubuit eorum commemorare paupertẽ, imò
Rom. 15 ne necessaria quidem eorũ uictui postulare. Pro-
1. Cor. 16 ficiscar, inquit, Hierusalem ministrare sanctis. Et rursus: Secundum unam sabbati unusquisq; uestrum reponat, quod ei bene placuerit, ut nõ cum uenero tunc collectæ fiant. Quare uero plures discipulorum ex imperitorum numero constarent, ad Corinthios scribens, ait: Videte uocationẽ uestram, quoniam non multi sapientes secundũ carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed & ualde obscuri, & uiles fuerunt. Nã infirma mũdi, inquit, elegit deus, & quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret. At nobilis & eruditus erat fortè persuasor. Nec istud quidem, nam hoc quoque ipse confirmauit, dicens: Et ego ueni ad uos, non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuntians uobis testimoniũ Christi. Non enim iudicaui me scire aliquid inter uos, nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixum. Et sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis. Sed causa nimirum ipsa prædicationis erat idonea, quæ ad se pertraheret audiẽtes. Accipe quid
1. Cor. 1 etiam super hac re ipse pronuntiet. Quoniam, inquit, Iudæi signa petunt, & Græci sapientiã quærunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Græcis autem stultitiam. Sed securitate, ac libertate perfunctus est. At omnino à periculis nunquam respirauit. Et ego, inquit, in infirmitate, et timore et tremore multo fui apud uos: neq; uero ipse solũ, sed etiam discipuli eius passionibus subiacebant. Memẽto
Heb. 10 te, inquit, dierum priorũ in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum. In altero quidem opprobrijs, & tribulationibus spectaculum facti, in altero etiam socij taliter conuersantium facti: nam uincti compassi estis, & rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis. Et
1. Thess. 2 rursus ad Thessalonicenses ait: Vos enim eadem passi estis à contribulibus uestris, sicut & ipsi à Iudæis, qui & dominũ nostrum occiderunt, & prophetas suos persecuti sunt. Rursus ad Corinthios scribens:

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Cor. 1 Gal. 3

scribens: Sicut, inquit, abundant passiones Christi in uobis, & quemadmodum socij estis passionũ, ita eritis & consolationis. Et ad Galatas: Tanta, inquit, passi estis sine causa, si tamen sine causa. Cum igitur & prædicator, & imperitus, cum etiã pauper esset, & prorsus ignobilis: & quod prædicabatur, nõ modo cõmendatione sui esset uacuũ, uerum etiam offensione pleniſſimum, & auditores ipsi inopes, imbecilles atq; omino nulli, & pericula tam crebra, tam uaria, non doctoribus solum, sed etiam discipulis imminerent, & crucifixus esset qui annuntiabatur adorãdus: quidnam illud est, quod huius prædicatio potuit obtinere? Nonne lucidiſſime claret diuina hoc & ineffabili quadam uirtute perfectum? quod certe etiã inimicorum comparatione poterit liquido comprobari. Cum enim uideris contraria horum uniuersa concurrere in unum: id est, ut opes, & nobilitatẽ, & patriæ claritudinẽ, & oratoriæ artis pompam, & pacis securitatem, & plurimam in ipsa superstitione culturam, continuo tamen morem prophanitatis extinctũ: hos uero qui sunt ex aduersa parte superare, quæ horũ causa sit, respondе. Tale est enim, ut cum rex quispiam instructus armis, fretus exercitu, potentiſſimas in bello acies instruẽs hostes superare nequiuerit, nudus aliquis, & pauper, & solus, ac ne breui quidem iaculo armatus, aut simplici saltẽ ueste tectus, certamẽ ineat, eaq; peragat quæ alij, nec cum mille quidem munitionibus patrare potuerunt. Noli igitur in praua permanere sentẽtia, sed uirtutem uenerare crucifixi. Neq; enim si regem aliquem uideas ciuitates sibi excelsas parantem, circumagentem fossas, muris machinas imponentem, innumeram quoq; habẽtem militum multitudinem, arma fulgentia, pecunias infinitas, unamq; hostium ciuitatẽ destruere non ualentem: alterum uero nudo corpore dimicantem, solisq; manibus utentem, non unam aut duas, aut paucas, sed et prorsus innumeras, totoq; orbe diffusas urbes percurrentem celeriter, cunctasq; capientem, humanę hoc dicas esse uirtutis. Sic ergo proculdubio in præsenti causa sentiendũ est. Propterea enim concessit deus & latrones cum saluatore crucifigi, & ante saluatoris aduentum seductores aliquot apparere, ut etiam ex cõparatione rerum nimis insipientibus ostenderet excellentia ueritatis: & discerent, quia hic non unus ex illis, sed grãde sit inter tam dispares infinitumq; discrimen. Nihil enim Christi gloriam potuit inumbrare, uel eorũdem opportunitas temporum, uel communio passionum. ne quis enim putaret, quia dæmones crucem, & non crucifixi pauerent uirtutem, obstruxit ora ista dicentiũ per latronem. Quòd si temporum opportunitas cuncta fecisse dicatur, ad repellendum Theodotus atque eius discipuli proferentur, qui cum eisdem ferè, quibus etiam Christus temporibus extitisset, & ueritatem per quædam etiam signa impugnare tentasset, repente destructi sunt. Quod ẽm iam ante memoraui, ideo interdum falsa fieri deus signa cõcessit, ut abundãtius uera monstraret. Proterea & pseudoprophetas tẽpore prophetarũ, & pseudoapostolos cum apostolis apparere permisit, ut disceres, quia splendẽtes eius ubiq; uirtutes nequaquã obscurare posset similitudo & umbra quædam uirtutum. Age iam ex alijs quoq; documentis, probemus esse hanc potentiam singularem, & precipuam atq; mirabilem. Docebimus enim Christi gloriam ipsa magis inimicorum impugnatione creuisse. Cum enim hunc ipsum beatum Paulũ Romæ quidã persequerentur, aliquando hoc ipsum dogma inquietius prædicabãt. Cupiẽtes enim Neronẽ impugnatorem Pauli acrius in eius odium commouere, mira quadam arte lędẽdi susceperunt & ipsi euangelicæ prædicatiõis officiũ, ut magis scilicet fidei sermone feruẽte, & discipulorum crescente numero, in immẽsum ignescęret furor tyranni, & fera maiora adhuc colligeret incrementa feritatis. Et hoc ipse ad Philippenses Paulus scribens, ait: Scire uos autẽ, inquit, uolo fratres, quæ circa me sunt, magis uenerunt ad profectũ euangelij, ita ut plures è fratribus cõfidentes in uinculis meis, abundantius auderent sine timore uerbum dei loqui. Quidam quidem etiam per inuidiam & contentionem, quidam etiam per bonam uoluntatem Christum prædicãt: quidam autem ex contentione Christum annuntiant non syncere, existimantes pressuram suscitare uinculis meis. Quidam autem ex charitate, scientes quòd in defensione euangelij positus sum. Quid enim si omni modo, siue per occasionem, siue per ueritatem Christus annuntietur? Vidisti certè, quemadmodum etsi ex contentione aliqui prædicarent, tamen etiam per inimicos ueritas Christi crescebat. Supra uero hanc inimicorum calliditatem, alia quoque ex aduerso multa ueniebant. Nam & antiquæ leges, non modo non opitulabantur, uerumetiam aduersabantur: contráque ueritatis partem nõ solum malitia obloquentium inimicorum, uerumetiam ignorantia dimicabant, regem asebant alterum Christum. Non enim nouerãt eius cœleste regnum terribile istud, & absque ullo termino glorioſum: sed & quasi tyrannidem morbis inferentibus per calumniam repugnabant, & in commune omnes, & specialiter aduersus eos singuli dimicando. In communi quidem, quasi contra eos, qui publicæ disciplinæ, & legum scita destruerent: specialiter uero, quasi singulorum domos diuisionibus diuortijsq; dissoluerent. Nam et filium tunc impugnabat pater, & filius patrem negabat, & maritum uxor oderat, & uxorem maritus, filiæ quoque cum matribus dissidebant, cognati cognatos, amici oppugnabant amicos, eratq; per omnium domos uarium istud, & multiforme bellũ, propinquos separans, dispergens curiam, iudicia conturbans: cum utique mores patrij soluerentur, festiuitas & cultura dæmonum pelleretur, quæ alij legumlatores uel in primis custodiẽda decreuerant, cum his omnibus etiam tyrannidis orta suspicio undiq; faciebat eos explodi. Neq; uero dicere quispiã potest à gentibus quanta inferebantur, à parte uero Iudæo-

Iudæorum omnia inquietabantur, cum certe isti etiam sæuius immínerent. Cumq; & ipsi ei destructionẽ legis impingerẽt: non ẽm cessat, inquiunt, loquens contra legẽ, & locũ sanctũ. Veruntamẽ undiq; inuidiæ igne succenso, ab domibus, ab urbibus, ab agris, à solitudine, à terra, à mari, à gentibus, à Iudæis, à principibus, à plebibus, à regibus, à regum ministris, cum omnes ad crudelitatem se mutuò cohortarẽtur, & omnes ferissimè sæuiusq; consurgerent: beatus tamẽ Paulus in tãtos ignes insiliens, atq; in medio talium luporum consistẽs, quanquam ictus omnium exciperet, non modò tamen obrutus ipse nõ est, sed etiã omnes illos in partẽ transtulit ueritatis. Et hæc & alia quoq; præclara non minus sæua memorabo: ut illud quod aduersus pseudoapostolos gerebat q̃tidie: quodq; cum super omnia alia torquebat, domesticorum dolus, ruina nutantium: multi enim etiam ex fidelium numero habebantur, sed etiam contra ista præualuit. Vnde, quæso, ex quáue uirtute? Quia, inquit, arma nostra non carnalia, sed potẽtia sunt ad destructionem, munitionũ consilia destruentem, & omnem altitudinem extollentẽ se aduersus scientiã dei. Propterea igitur in diuersum omnia uertebãtur, ac mutabant repente: ac sicut igne succẽso paulatim spinæ consumuntur, & cedunt, flammisq; superantur, ac mundi reddũtur nouales: sic etiã Pauli insonãte lingua, & omni igne uehemẽtius irruente cedebant omnia, fugiebantq; & dæmonum cultus, & celebritas omis, atq; festiuitas, & mores patrij, & populorũ furores, & tyrannorum minæ, & insidiæ domesticorum, & pseudoapostolorum operationes malignæ. Magis autem sicut radijs solis orientibus, & tenebræ fugantur, & feræ latitant, foueisq; conduntur, et latrones recedunt, & homicidæ ad antra suffugiunt, & amouentur piratæ, & sepulchrorum uiolatores fugantur, & adulteri, & fures, & perfossores domorum deprehensi à sole, redarguti, periclitantes abeũt, sesecq; alicubi procul occultant, omniaq; lucida efficiuntur & clara, illustrantibus desuper radijs terram, pelagus, ac mõtes, urbes simul atq; regiões: sic tunc prædicatione fulgente, & ubiq; euangeliũ disseminante Paulo, fugabatur error, ueritasq; remeabat: fauillæ uero fumusq; templorũ, & cymbala omnia, & tympana, & ebrietates, & comessationes, & stupra, & adulteria, & alia dictu fœda, quæ in sacris suis celebrare consueuerant, defecerunt, atq; consumpta sunt, instar ceræ ignis uapore pereuntis, & palearum uice, quæ subito concremantur incendio. Clara uero inter hæc ueritatis flamma surgebat resplendẽs, & ipsum aduscq; cœlum sublimitate conscendens, ab his potissimum subleuata, qui eam nitebantur opprimere: perq; illos magis incrementa suscipiens, qui illam extinctũ iri cupiebant. Nec pericula enim progressum eius, aut impetus coercere poterunt, non tyrannis quædam inueteratæ consuetudinis, nõ patrij moris autoritas, non legum potestas, non illa ipsa custodiendi eius quod prædicabatur euangelij difficultas, nec quicquam eorum quæ impedimẽtum afferre possunt, proficiscentis celeriter ueritatis cursum aut incidere, aut retardare potuerunt. Atque ut quantam istud uim habeat, cognoscas, comminare gentibus, non dico pericula, famem, mortẽ, sed damnum aliquod exiguum, & uidebis eos repente mutatos. At nõ talia inueniuntur & nostra, sed concisis occisisq; omnibus, & ubiq; impugnatis uario genere bellorum, illa tamen florentiora semper effecta sunt. Et quid ego nostræ ætatis cõmemoro gentiles, & uiles istos, & omino cõtemptui faciles? quin potius qui apud illos erant aliquando mirabiles in medium proferamus, philosophiæ scilicet honore celebratos, Platonem, Pythagoram, Aristotelem, multosq; alios huiusmodi, & tunc demum euãgelicæ prædicationis uirtutem probabis. Nam post Socratis uenenũ, alij quidem Megara discesserũt, similia patiendi metu: alter autẽ & patria & libertate priuatus est: nec præter unam mulierem philosophiæ quenquam studijs subiugauit. Plato autem depictam in paginis disciplinã relinquẽs, in mortem solutus est. Et certe nihil eis tunc impedimento erat, non periculũ, non egestas, non imperitia sermonis: sed erant & dicendo potentes, & opibus affluentes, & de nobilitate patriæ gloriantes. Verum nequaquã obtinere potuerunt: talis est enim conditio erroris, etiam nullo sibi obsistente consenescit, ac defluit. Talis autem è diuerso ueritatis status, etiam multis impugnantibus suscitatur, & crescit. Hæc autẽ ita esse, ueritas rerum ipsa proclamat, nihiloq; hic opus est assertiõe uerborum, cum uocẽ quodammodo totus undiq; mũdus emittat, urbes scilicet, & agri, & terræ, & maria, & loca culta atq; deserta, ipsæ quoq; etiã montium summitates. Neq; enim solitudinem beneficij sui reliquit exortẽ, sed ipsam maximè his, quæ nobis de cœlo ueniẽs detulit, bonis repleuit, per Pauli præcipuè linguam, perq; illam quam in ipsum cõtulit gratiam. Quia enim dignam tali dono deuotionem gerebat, copiosa in illo etiã gratia coruscauit, plurimaq; horum, quę hucusq; memorauimus, ipsius sudore ac sermone cõpleta sunt. Quoniam igitur ita genus nostrum nobilitauit deus, ut unum hominem dignaretur tantorum causam facere bonorum, studeamus & nos eius similes inueniri. Neque uero istud impossibile putemus, quoniam, ut sæpe dixi, & nunc inculcare non cesso: tale illi, quale etiã nobis corpus fuit, talis anima, tales cibi, sed uolũtas in eo mirabilis, et preclara deuotio: & istud est prorsus unde ille talis effectus est. Nemo igiẽ diffidat, nemo desperet: si intẽdas animam, & prepares, nihil est quod te ab eiusdẽ gratiæ possit prohibere muneribus. Non est enim personarum acceptor deus. Idem illum teq; formauit: & quemadmodum illius, ita est etiam tuus deus: ac sicut illũ meritò laudauit, ita etiã tibi offert coronã. Spondeamus igitur nosmetipsos deo, atq; mundemus, ut nos quoq; eandem gratiam consequentes, eadem etiam præmia sortiamur, gratia & miseri-cordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Homi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

HOMILIA V

VBi nũc illi sunt, qui querulo semper animo mortem causari solent, & corruptibile hoc corpus, atq; passibile impedimento sibi esse ad uirtutẽ putant: audiant Pauli facta præclara, et ab hac obtrectatione malignissima conquiescãt. Quid enim humano generi mors nocuit? quid uero uirtutem corruptio corporis impediuit? Considera itaq; Paulum, & uidebis, quia nobis etiam ad maximam utilitatem proficiet ista mortalitas. Hic enim nisi mortalis fuisset, nequaquã dicere potuisset, magis autẽ nequisset ostẽdere, qđ ipsius temporibus est locutus, quoniã quotidie mo- 1.Cor.15
rior propter gloriã uestram, quam habeo in Christo Iesu. Vbiq; em̃ nobis intẽtione animi, ac prõpta opus est uoluntate: quæ si affuerint, nihil erit quod nos possit à uirtute prohibere, sicut superiorĩ sermo memoratus est. Nõne erat iste mortalis? nonne ignobilis? nõne pauper, & quotidiano opere uictũ requirens? Nonne corpus habuit, cunctis naturę necessitatibus subiugatum? Quid ergo eum uetuit illis, quibus floruit, splendere uirtutibus? profecto nihil. Nullus ergo mœreat pauper, nullus angatur inglorius, nullus ex uiliorib. ingemiscat: sed tantummodo illi, qui molles sunt animo, & eneruati mente, atque resoluti. Hoc em̃ solum est quod nos à uirtute ualeat arcere, uitiositas animæ, atq; mollitudo sententiæ, nec quicquã omnino præterea: idq; beati huius propter quem hodie congregati sumus, qui præsentium iucũditate gaudet, illustratur exemplo. Sicut enim Paulo nihil ea quę superius sunt memorata nocuerũt: ita extra religionem nostram positos, nihil his aduersa iuuerunt, non generis claritudo, non diuitiarum affluentia, non splendor eloquij, non gloriæ magnitudo, non sublimitas potentatus. Sed quid ego de hominibus adhuc loquor, & quandiu circa terram contineo sermonem? Fas est etiam supernas commemorare uirtutes, principatus uide licet, ac potestates, mundiq; rectores, ac tenebrarum huius seculi. Quid enim iuuit eos angelorũ sortitos esse naturam? Nonne uenient omnes istę uirtutes à Paulo, eiusq; similibus iudicandæ? Nescitis, inquit, quia angelos iudicabimus? quanto magis secularia. Non igitur ob alias aliquãdo causas, nisi ob uitia sola doleamus, horum nos studiosos esse pœniteat. Nihil est quod nos Pauli similes fieri uetet. Ille enim nõ solum gratia dei, sed etiam sua uoluntate talis effectus est, et idcirco gratia, quia etiam de propria uoluntate. Vtraq; enim plena in illo fuerunt, atq; perfecta, & ea quæ donãtur à deo, & ea quæ uoluntate præstantur. Vis dona dei agnoscere? uestimẽta Pauli dęmonibus
Act.2 terrori erant. Verum ego nequaquam istud admiror, sicut nec illud quidem, quia umbra Petri corporum languores effugabat. Hæc sunt uero mirãda, quæ Paulus etiam ante gratiam magnus ab ipsis rudimentis, ab ipsis fidei suæ inuenitur fecisse principijs, q̃a nec uirtute hac, qua postea polluit, illustratus, nec apostolatus honore donatus, ita
A in Christi zelum totus exarsit, ut omnem cõtra se accenderet populum: qui cum se in tantis periculis, & ciuitatem propter se obsessam cerneret, per murum dimissus in sporta est, sicq; depositus, nec 2.Cor.11
tũc quidem in segnitiem ac timiditatem relapsus est: sed maiorem alacritatem mentis accepit periculis quibusdam se sæpe subdens in aliorum salutem: nulli autem studio cedens docẽdi sed quotidie portas crucem, dominum sequebatur. Et quidem cum recens adhuc Stephani ante oculos haberet exemplum, uideretq; contra se omnes potissimum concitatos ludæos, cædem spirantes, ipsasq; pẽnè carnes eius deuorare cupientes. unde igitur Paulus, neq; cum in pericula irrueret, temeritatis argui poterat, nec pericula fugere timiditatis? quia utiq; & amabat satis præsentẽ uitam, ob
B lucrum docẽdi: rursum ualde eam despiciebat, ob philosophiam, ad quam illum mundi cõtemptus euexerat, propterq; amorẽ quo ire urgebatur ad Christũ. Quod enim de ipso dico semper, nec dicere aliquando cessabo, nullus ita in diuersa rerũ incidens atq; contraria, utraq; in commodum suũ transtulit, utraq; suis utilitatibus coaptauit. Nullus enim sic unquã præsentis uitæ fuit amans, nec eorum istius qui sunt lucis cupidissimi: & è regione sic aliquando despexit salutem illorum, qui se in mortem sponte præcipitant: sic ab omni se mũdana cupiditate abstrahebat, nullaq; præsentium tenebatur passiõe, sed ubiq; desiderium suũ cum dei uoluntate miscebat. Et tunc quidem præsentẽ uitam magis necessariam ducebat, quam societatem Christi, atq; colloquium: nunc uero iam mo-
C lestam sibi illam fatebatur & grauem, ut etiam ingemisceret, atq; in mortis desiderium cogeretur. Ea enim sola cupiebat, quæ illi secundum deũ lucra parerent, etiamsi uiderentur esse contraria. Erat enim quidem uarius semper ac multiplex, nõ utiq; dissimulatione mutabilis, quod absit, sed faciens omnia, quæ prædicationum, salutisq; hominum necessitas popposcisset, in hoc quoq; domini sui inuentus imitator. Nam & deus & homo apparuit, cum id deum oportuit apparere, et in igne quando tempus ita exegit: et nũc quidem se in habitu armati militis, nunc in similitudine uiatoris,
D nunc in ipsa ostendit similitudine hominis uerita tem, secundum quam ne ipsam quidem mortẽ refugit: sed iterum iterumq; commoneo: nemo dispẽsationem istam necessitatem putet, sed tãtum modo amorem dei erga homines intelligat. Nam & aliquando quidem super thronum, aliquando uero super Cherubin apparebat sedẽs. Omnia tamen ista pro uariarum dispensationum opportunitate faciebat. propter quod loquitur per Prophetã: Ego uisiones multiplicaui, & in manibus Oseæ 13
prophetarum assimilatus sum. Ita igitur et Paulus creditæ sibi dispensationis modum sæpe uariando, nequaquam de domini sui imitatione culpatus est, cum modo Iudæus fieret, modo se illis nulla communicatione miscereret. Et nunc quidem custodiret legem, nunc uero despiceret: & aliquando conseruaret præsentem uitam, aliquando contemne-

temneret: & nunc quidem etiam postularet pecu- A
nias, nunc autem oblatas etiam refutaret: nam & sacrificium obtulit, & purificationem ex more Iebraui. Sed rursus & anathematizauit ista faciẽtes. Et nunc quidem circuncidebat ipse, nunc circuncisionem penitus excludebat. Et erant facta quidem ipsa diuersa inter se, atq; contraria: mens uero atq; sententia ex illa fiebat ualde sibi concinens atq; concordans. Vnum illud requirebat & solum, eorum qui illum audirent ac uiderent salutem: propterea modo extollit legem, modo inclinat ac deijcit. Non enim solum in actibus suis uerumetiam in uerbis erat, ut dixi, uarius ac multiplex, non mutando sentẽtiam, sed alter factus ex altero: sed ipse quod erat semper manẽdo, eorum quæ dicta sunt usum pro causarum opportunitate uariabat. Non igitur eum propter ista reprehẽ- B
das, propter quæ illum magis debes dignis laudibus coronare. Siquidem & medicum nunc urentem uideris, nunc fouentem, nunc ferro utentem, nũc medicamento, & aliquando quidem ægrotũ à cibo potuq; cohibentem, aliquando uero eum ista laxantem: & modo quidem cooperientẽ undiq;, & undiq; confouentem: nunc uero ipsi illi calefacto securius plenam frigidis aquis imperantẽ epotare phialam: non utiq; super hac eum uarietate & frequenti mutatione culpabis, sed nũc præcipue stupebis artem, quando ea quæ nobis contraria uidentur & noxia, illum cum fiducia uideris offerentem. Hoc est enim ueri artificis ac periti. Si igitur approbamus medicum contraria ista C
facientem, multo magis Pauli debemus animam prædicare, tam multis se ac diuersis modis ægrotantibus coaptantem. Non enim minus hi qui animarum, quàm illi qui corporum languore uexantur, arte opus habent, ac uarietate curandi: ad quos si secure, & uelut ex directo uoluerint accedere, omis spes ab eis salutis aufugiet. Et quid mirum si homines ad hæc sanandi temperamẽta descendant, cum etiam omnipotens deus hoc ipso medicinæ utatur modo, nec omnia nobis uniformiter ac directim loquatur? Quia em̃ sponte nos uult effici bonos, non necessitate atque uiolẽtia, opus etiam habet mutatiõe curæ, nõ propter aliquam impossibilitatẽ suam, sed propter nostram fragilitatem. Ipsi enim licet innuere solum, imò D
uellet tãtummodo, iamq; facta spectaret, quæ uoluit. Nos uero qui semel dominatum nostri adepti sumus, nõ in cunctis deos subditos esse nos patimur, quia si traheret inuitos, eriperet ipse quod cõtulit, id est, arbitrij potestatem. Ne igitur istud fieret, frequẽti fuit opus uarietate medicãdi. Hæc autem à nobis non superfluo dispputata sunt, sed propter beati Pauli uarium studium atq; sapiens, ut quando eum uideris pericula fugientem, non illum admireris minus, quàm cũ se periculis gaudet opponere. Vt enim hoc fortitudinis, ita illud sapientiæ est. Et cum uideris eum magna de seipso sonantem, similiter admireris, ac si illum uideas semetipsum depretiãtem. Vt enim istud humilitatis, & illud magnanimitatis est. Quando enim gloriantem uideris, admirare: sed similiter lauda, cum illum uides humilia de se & contemptibilia dicentem. Nam & hoc est animi arrogãtia uacui, & illud dilectione & humanitate pleni. In dispen- 2.Cor.5
sationem siquidem multorũ salutis ista faciebat, propter q̃ ait: Siue enim mente excedimus, deo: siue sobrij sumus, uobis. Neq; alius quisquam tantas, non dico occasiones, sed prorsus necessitates habuit arrogãtiæ, neq; tamen ullus alter ita se mũdè ab omni iactantia subduxit. Hæc itaq; animo attentiore cõsidera. Scientia, inquit, inflat. Et hoc omnes cum apostolo facile dixerimus. At tanta certe in illo erat scientia, quanta in ullo unquam fuerit, neq; tamẽ se extulit insolẽter, qui se in hoc ipso humiliat, ac deijcit dicẽs: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, & nõ me arbitror 1.Cor.13
comprehẽdisse. Et si quis existimat se scire aliqd, nõdum cognouit quemadmodum eum oportet scire. Ieiunium rursus inflat, idq; fecit Pharisæus ille manifestum, qui ait: Ieiuno bis in sabbato. Sed Luc.18
Paulus nõ modo ieiunans, uerumetiam famẽ propter Christum patiens, se etiam abortiuum uocabat. Et quid de scientia dico atq; ieiunio, quando etiam tanta cum deo habens tamq; crebra colloquia, quanta nec prophetarum, nec apostolorum ullus habuit, per ea ipsa humilior reddebat? Non enim mihi dicas ista quæ legimus, Nam plura celauit, nec em̃ omnia dixit, ne gloria se maiore circumdaret: nec omnino cuncta tacuit, ne pseudoapostolorum contra se ora reseraret. Nihil em̃ otiose ille faciebat, sed omnia cum causa iusta, probabiliq; ratione. Cum tanta itaq; ratione animi tantas res inter se diuersas, cõtrariasq; peragebat, ut eisdem tamen laudibus ubique ornaretur. Quod dum adhuc aptius dicimus, intuere magnum loqui. Hæc autẽ tam opportune aptecq; faciebat, ut magis mereretur loquendo de se, quàm tacendo, laudari. Qui nisi fecisset istud, culpabilior esset illis, qui seipsos importune laudare didicerunt: & nisi etiam gloriatus fuisset, creditos sibi perdidisset, omnesq; res inimicorum dum se humiliat extulisset. Sic nouerat utrunq; temperare, & cum recto consilio atq; sententia ea quæ uidentur reprobanda perficere tam utiliter & commode, ut non minus de illis placeret, q̃ cum imperata compleret. Amplius enim tunc Paulus placuit gloriãdo, quàm alter laudes proprias occultando: nec tantum quisquã profuit cum sua merita celaret, quãtum iste cum proderet. Sed hoc quoq; est multo admirabilius, quia de se nõ modo locutus, uerũetiam quantum oportuit, est locutus. Non enim quasi maximam licentiam de opportunitate nactus, immoderatius laudibus suis usus est: sed cõsideratissime quousq; eũ progredi deceret, agnouit. Nec tamẽ istud sufficere sibi credidit, sed ne alios hoc sermone uetaret, idq; efficeret ut semet ipsos inaniter prædicarent: libenter se etiam insipientem uocauit, quanq; certa inuitante causa de propria aliquid laude perstrinxerit. Quia em̃ cõsequens erat, ut idipsum respicientes, alij temere atq; inaniter eius uterẽtur exẽplo, quod plerunq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

contingit in medicis: sepe enim medicamentum quod opportune alter appositum, importune alter admouens, uim medicaminis obscurat atq; corrumpit. Ne igitur hic quoq; istud accideret, uide quanta procuratione usus sit: qui cum gloriaturus esset, non semel, non secundo, sed sæpius differendo atq; cunctando dicebat: Vtinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ: & rursus: Quod loquor, non loquor secundum deum, sed in insipientia. Cumq; tanta dixisset, non tamen ea se præmisisse contentus est, sed rursus ingressurus in laudes, semetipsum occultat, & dicit: Scio hominem, & iterum pro huiusmodi gloriabor, postq; hæc omnia factus sum insipiens. Quis ergo tam stultus, quis inueniatur omni sensu ac ratione priuatus, qui uidens sanctum illum, etiã cum tanta ei necessitas immineret, cunctantem tamen, atq; metuentem, grande aliquid de seipso loqui, & sicut equum usq; ad præcipitia horrenda uenientem, secq; sæpius inde trahentem, & quidem cum tanta hoc esset dispensatione facturus: Quis, inquam, sic sit insipiens, qui nõ etiã maiore abundantia cautionis laudes suas fugiat, & tunc forte solum de illis aliquid attingat, quando id opportunissimum tempus exegerit? Vis aliud tibi tale quoq; illius ostendam? Etenim istud est omnino mirabile, quia contentus non erat testimonio conscientiæ, sed etiam nos docebat iuxta quam regulam in tali rerum discrimine deberemus incedere: non sibi tantummodo de tempo rum necessitate satisfactionem parãs, uerumetiã alios erudiens quanta cum cautione, etiam tempore efflagitante, istud effugerẽt. Nã per ista quæ dixit, quodammodo illud effatus est: Grande malum est dilectissimi, de seipso aliquid grande dicere atq; mirabile, extremæq; omnino demẽtiæ est, nulla imminente necessitate rerum, & necessitate uiolenta propriis uelle laudibus decorari: Non enim est hoc secundum deum loqui: indicium potius est istud insaniæ. Hoc enim nobis omnẽ prorsus mercedem euacuat, & quidem plurimis laboribus sudoribusq; quæsitam. Hæc enim omnia, hisq; plura dixisse uidetur ad cunctos, dũ loquendi de se necessitatem etiam excusatione muniuit. His autẽ profecto maius est, quia necessitate cogente, non uniuersa fudit in medium, sed plura etiam & maiora celauit. Venio, inquit, ad uisiones & reuelationes dei: parco autem, ne quis de me existimet super id quod uidet. Hoc uero dicẽdo, nos erudit, ut ne existente quidem necessitate, omnia quorum nobis conscij sumus, in medium proferendo uulgemus, sed ea solum, quæ audientibus utilia iudicamus: quoniam & Samuel (nihil enim uidetur inconsequens, illius quoque meminisse sancti: in nostram siquidem utilitatem laudemq; proficiet) & ipse, inquam, aliquando gloriatus est, & propria recte facta patefecit: sed qualia illa, quæso? quæ utiq; cognoscere audientibus conueniret. Non enim super decore pudicitiæ, neque de obliuione locutus est iniuriæ, sed super tali re quadam, quam præcipue discere regem illius temporis oportebat: id est, de conseruanda integritate iustitiæ, & manibus abstinendis à muneribus. Dauid etiam glorians, de eis utiq; gloriabatur, quæ emendare auditorem ualerent. Necq; enim de se aliam commemorauit ille uirtutem, sed ursum atque leonem adduxit in medium, atq; aliud prorsus nihil. Etenim altius de se offerre sermonem, glorioſi est, & insolenter sese iactantis: dicere autem illa quæ præsenti causæ tantũmodo necessaria sunt futura, amantis est multorumq; commoda cogitantis. Hoc itaque fecit & Paulus, qui cum à pseudoapostolis carperetur, quasi nõ esset probatus apostolus, nec habens à Christo aliquã potestatem, propter obtrectationes falsas, in laudes suas ire compulsus est, quę maxime dignitatẽ eius ostenderent. Videsne igitur per quanta docuerit auditorẽ non inaniter gloriari? Primo quidem dum ostendit se, istud necessitatem uocauit. Secundo, dum plurimis laudes suas satisfactionibus temperaret. Tertio, quia non cuncta confessus est, sed maiora suppressit, & hoc certe cum necessitate quadam in sua præconia cogeret. Quarto, dum sub alterius persona dixit, scio hominem. Quinto, cum non omnes uirtutes suas adduxit in medium, sed eam partem, quam præsens tempus maxime flagitabat. Necq; uero de se tantummodo gloriando, eundem uirtutum suarum seruabat tenorem, uerumetiam in alios, quæ uiderentur iniuriosa, dicendo. Nam iniuriam inferre fratri interprohibita numerat, sed hac quoq; specie ita Paulus opportune usus est, & congrue, ut magis etiã quam laudans placeret: propterea & Galatas insensatos uocat, & Cretenses uentres pigros, & bestias malas, & tamen hinc etiam prædicatur. Fines etenim nobis exemplo suo statuit, ac regulas, ut neglectores uoluntatis dei, nequaquam cura leniore tractemus, sed sermonem in eos, qui paulo rigidius percutiat, dirigamus. Omnium siquidem mensuræ sunt apud illum locatæ, ac propterea omne quod dixerit, omne quod fecerit, placet: & conuicijs coercẽdo, & laudibus prouocando, austerius aliquos auersando, & blandius admonendo: & cum effert seipsum, & rursus cũ deponit ac deijcit, & cum de se gloriatur, & cum se ipse miseratur. Et quid mirum si iniuria & maledictum placet, quando placuit & æmulatio, & dolus quidem, atque deceptio, nõ in Vetere solum, sed in Nouo etiam testamẽto? Hæc omnia igitur diligenti examine ponderantes, admiremur Paulum, & glorificemus deum, ut ipsi etiã bona consequamur æterna, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui est gloria et imperiũ in secula seculorum, Amen.

2. Cor. 11

2. Cor. 12

Gal. 3

HOMILIA VI.

VOltis hodie fratres dilectissimi, qui audiendi studio huc conuenistis, ut magna gesta Pauli, atque præclara, quæ iuxta quorundam suspicionem habere uidentur aliquid reprehẽsionis, in medium proferamus? Etenim inueniemus illum non minus de his, quàm ex cæteris clarum effici, atq; magnificum. Quidnam illud ergo est, quod

quod reprehensibile iudicatur? Visus est, inquiunt, aliquãdo plagas timere, quòd certe uisus est, quando eum loris milites tutuderunt: neque uero solum tunc, sed alias quoq; apud illam purpuræ uenditricem. Quando etiam causas apud illos mouebat, qui eum de carcere iam educere festinabant. Nihil enim aliud ista faciẽdo, nisi sibimet ipsi defensionem parabat, etsi quid horum fugeret, rursus in ea ipsa prouidebat. Quid igitur dixit? Si quidem nihil eum ita magnum atq; mirabilem, ut hæc dicta declarant, quia ubiq; & talem habẽs animam, id est, non malignitate quadam ac desperatione præcipitem, & corpus cedens plagis, atq; uerbera contremiscens, non minus tamen, quàm incorporeæ uirtutes, omnia illa quæ uidentur terribilia despexit, cum hoc tempus exigeret. Quando ergo illum uides extentum ad plagas, atq; metuentem illorum recordare uerborũ, per quæ trãscendit ad cœlũ, angelisq; certauit, dicẽdo: Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Illorum quoq; uerborum memento, quibus omnia quæ patitur, nihil esse pronũtiat, dicens: Quod enim in præsenti est momentaneũ ac leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ põdus operat in nobis. Adde his quotidianas tribulationes, imò singularum mortes dierum, atq; ista perpẽdens, admirare Paulum, & de teipso desperare desiste. Hæc enim quæ uidetur infirmitas esse naturæ, ipsa est maximũ eius uirtutis indicium, quia talem se utiq; præstabat, etiã cum multarũ rerum necessitate torqueretur. Quoniam enim enormitas periculorũ hanc de illo multis opinionem suggesserat, & suspicare eos profecto fecerat, qd̃ super humanã naturã ille proficiẽs, tãtus existeret: idcirco affligi permittebat, ut disceres, quia cum secundum naturã unus esset de pluribus: propter uoluntatẽ non solum supra multos homines, uerumetiã unus esset ex angelis. Cũ tali em̃ anima, taliq; corpore mortes mille tolerabat, despiciebat præsentia, contemnebat futura, clara illa atq; magnifica uerba resonabat: Quoniam optaui, inquit, ego ipse & anathema esse à Christo Iesu pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundũ carnẽ. Possibile est em̃ dei iussa perficere, si modo uelimus omnem naturę trepidationem alacriter uirtute superare, nihilq; impossibile est eorum quę à Christo hominibus imperantur. Si enim quantũ est in nobis uelimus uitium exprimere, maximũ etiam nobis deus adiungit auxilium, atq; ita, etsi omnia in nos aduersa concurrãt, tuti tamẽ in medio periculorũ intactiq; seruabimur. Necq; tamen metuere plagas reprehensione dignum est, sed propter plagarum metum aliquid indignum pietate cõmittere. Hoc ipso enim quo plagas timet, qui in certamine non uincitur, admirabilior ostenditur, quàm ille qui non timet. Magis em̃ in isto uirtus refulget, cum uicerit etiam illa quæ timuit. Nã plagas formidare, naturæ est: nihil autem indecẽs plagarum timore committere, uoluntatis naturã infirmam iuuantis est, eiusq; imbecillitatem sua uirtute superãtis. Sicut nec mœrere culpabile est, sed per mœrorẽ aut aliquid facere, aut dicere eorum quæ deo displicent. Quòd si ego Paulum fuisse hominem denegarem, merito mihi has fragilitates naturæ eius opponeres, quibus nostrũ posses refutare sermonem. Si uero ipse dico, atq; confirmo, quia homo quidem fuit, & nulla nobis etiam naturæ conditione præstantior, fuit tamẽ melior uoluntate: frustra mihi ista proponis, imò nõ frustra, sed omnino pro Paulo, & hinc potissimũ qualis ille fuerit, ostendis, qui in tali natura uiuẽs, potuit quodammodo esse supra naturam. Nõ autem illum tantum modo extollis, sed etiam consuis ora torpentium, sesq; in desidiam reclinantium, non eos sustinens ad eminentiam confugere naturæ, sed impellens ad studium uoluntatis. Sed & mortem, inquis, aliquando pertimuit: sed hoc quoq; profecto naturę, et tamẽ rursus hic ipse qui mortem timuit, dicebat: Nam quandiu sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati: & rursus: Nosipsi intra nos gemimus. Vidésne æquipãrater, quomodo è diuerso naturali infirmitati uirtutem opposuerim uoluntatis? quia & martyres plurimi cum ducerentur ad mortem, sæpius palluerunt, et timore ac trepidatione complexi sunt. Sed hoc ipso precipuè mirabiles comprobantur: quoniam illi ipsi qui mori timuerunt, mortem tamen propter Christum miníme refugerũt. Sic & Paulus, qui cum mortem timeret, ne ipsam quidẽ recusabat gehennam, qui propter desideriũ Christi, etiam cum formidaret interitum, tamen cupiebat resolui. Non autem hic solus talis fuit, sed ille quoque qui fuit apostolorum caput, qui sæpe dixerat paratum se esse pro Christo animam tradere, & tamen mortem uehementer horruerat. Audi igitur quid ei super hoc Christus loquitur: Cũ autem senueris, alius te cinget, & ducet quò non uis: naturæ infirmitatem exprimens, non uoluntatem. Siquidem natura nobis inuitis quoque ostendit sua, & infirmitates eius superare non possumus, nec si ualdè studioseq; cupiamus: nec culpamus istud, quia utiq; inde nihil lędimur, imò in de magis sumus admirabiles. Non enim crimen est mortem timere: imò è contrario, quanta laus est nil turpe atq; seruile perpeti per timorem? Nõ enim naturam habere infirmitatibus subditam, sed seruire infirmitatib. criminosum est: ut merito magnus ille habeatur, atque mirabilis, qui imbecillitatem naturæ uoluntatis uirtute superauerit: & hoc ipso ostendit, quanta sit liberæ uoluntatis potestas, obstruitq; ora dicentium, cur non natura boni facti sumus, nec cum ipsa uirtute progeniti? Quid enim refert natura esse, quod potes effici uoluntate? imò tãto est melius sponte esse bonum, quàm fortem: quanto utiq; præstat coronis, & amplissima laude decorari, quàm penitus nil mereri: quanq; si uelis uoluntatem fortem habere atq; robustam, hoc illo pene fit firmius. An uero non uides concisa martyrum corpora, ferroq; cadentia, nec tamẽ cedere, aut uinci in aliquo uo

2. Cor. 5

Rom. 8

2. Cor. 4

Ioan. 21

Universidad de Deusto
Biblioteca

luntatem? An forte nõ ſpectaſti etiam Abraham uoluntate naturæ impedimenta ſuperantem, quã do utique unigenitum filium iuſſus eſt immolare, cum certe tunc natura quaſi fortiori ceſſerit uoluntati? Nónne uidiſti idipſum in illis tribus pueris accidiſſe? Nõne etiam audiſti illud antiquum & ſeculare prouerbium, quòd fiat ex conſuetudine ſecunda natura? Ego uero dixerim, quod etiã prima, ſicut ſuperius dicta docuerunt. Vides igitur & haberi poſſe illam, quæ in natura eſt firmitatem, ſi ſit uoluntas fortis ac uigilans: & quòd maiore laude ſit dignus, qui eſſe uult bonus, quàm ille qui cogitur: hoc eſt enim eſſe præcipue bonũ:
1.Cor.9 itaque cum dicit, Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo: timeo enim ne cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar: tunc illũ maxime me B ritum, honorum præconijs attollis, uidens nõ eum ſine labore impleſſe uirtutem: ne hi qui poſt eum eſſent futuri argumentum ad deſidiam ducerẽt illius in bono facilitatem: et cum rurſus dicit:
Gal.6 Mundo crucifixus ſum, uolũtatem eius corono. Poteſt enim, poteſt, inquam, naturę fortitudinem uirtus uoluntatis imitari. Nam ſi uel nunc ipſum adducamus in medium, qui eſt quædam, ut ita dixerim, ſtatua uirtutis: inuenimus quoniam bona, quæ illi inerant uolũtate, in naturæ ea firmitatem certauerit adducere. Dolebat quidẽ ille corpus, ſed non inferius incorporeis poteſtatibus ipſos contemnebat dolores: ſicut ex ipſius uerbis animaduerti poteſt, quæ nec de noſtra putatur proferre natura. Quando enim dicit, Mundo crucifixus ſum: quid aliud uidetur dicere, quàm quòd C
2.Cor.12 etiam ex corpore ipſo animi uirtute migrauerit? Quid uero datur carni, cũ proculdubio dicit: Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus ſatanæ? Hoc autem nihil eſt prorſus aliud, quàm oſtendere contempſiſſe dolorem ſe corpore ſentientem, non quia non ingrederetur animum, ſed quia magnitudine uoluntatis excluderet eum atq; depelleret. Cum uero alia plurima his mirabiliora dicat, et gaudeat uerberatus, et glorietur catenatus, quid alius quiſpiam dixerit, quàm iſtud quod ipſe memorauí? Quoniam dicendo quidem, caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo: timeo D enim, ne cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar: oſtendit naturæ infirmitatem: per iſta uero, quę dixi, uoluntatis nobilitatem. Idcirco enim utrunq; poſitum eſt, ut neq; propter illa magna, alterius eum opineris eſſe naturæ, & ipſe de uirtute deſperes: neque per iſta paruula, ſanctam illam reprehendas animam: ſed hinc quoque deſperationem rurſus excludens, ad meliorem ſpem teipſum reducas. Propterea rurſus adiungit etiam id quod dei eſſe gratiæ proprium confitetur, & quidem exaggerando atq; cumulando. Sed grato erga deum animo facit, piaq; ſententia, ne quid ſcilicet ſuum eſſe credatur. Dicit autẽ etiam quòd ad ipſius pertinet uoluntatẽ, ne in deum cuncta proijciens, dormire malis ac ſtertere. Omnium nanq; menſuras, ac regulas apud eum inuenies. Sed maledixit aliquando, inquis, Alexandro ærario. Et quid iſtud ſpectat ad uitium? Non enim fuit hic ſermo iracundiæ, ſed potius doloris, qui certe ortus eſt de ueritatis iniuria. Non enim propter ſeipſum dolebat, ſed quia prædicationi ille reſtiterat. Valde enim, inquit, reſtitit, non mihi, ait, ſed uer- 2.Ti.4
bis noſtris. Vt & ſuum erga ueritatem exprimeret affectum: et non ſolum illum cui ſcribebat, ſed certe his quoq; diſcipulos ſolaretur. Quoniam enim ſatis conſequens erat ſcandalizari omnes, nihil patientibus aduerſarijs ueritatis, idcirco & ei qui repugnauerat, dei comminatus eſt ultionem.
2.Theſſ.1 Sed orauit aduerſus aliquos, dicens: Si tamen iuſtum eſt apud deum retributionẽ reddere his qui nos tribulant, nos illos pœnas luere cõcupiſcẽs, ſed eos qui affligebantur conſolari ſtudens: propter quod & infert, Et uobis qui tribulamini, requiem nobiſcum. Cæterum cum ipſe aliquid triſte perpetitur, audi quàm alta patientia philoſophetur, & propter mala bonam uicem reddat inimicis. Maledicimur, inquit, & benedicimus: per- 1.Cor.4
ſecutionem patimur, & ſuſtinemus: blaſphemamur, & obſecramus. Si autem quæ pro alijs facta, uel dicta ſunt, iracundię dicas fuiſſe, potes dicere & Elymam magum per iracundiam excæcatum, iniurioſeq; correptum: Ananiam quoq; & Saphiram per iracũdiam à Petro interfectos clamabis. Sed quis eſt ita ſtultus & ſaxeus, ut hoc audeat ſuſpicari? Alia quoq; plurima inuenimus eum dixiſſe, atq; feciſſe, quæ ad ſpeciem uidentur onerosa. Verum hæc ipſa ſunt, quæ præcipuè modeſtiam
1.Cor.5 eius oſtendunt. Etenim cũ ſatanæ tradit eum, qui Corinthi fuerat fornicatus, cum multa hoc effecit charitate, plenoq; amoris animo, idq; ex ſecunda epiſtola euidẽter oſtendit: & è regione cũ ludæis minat, ac dicit, peruenit in eos ira dei: nõ utiq; furore plenus id loquitur, quem audimus pro ipſis frequenter orantem, ſed deterrere eos ſtudẽs, per quæ eos redderet meliores. Sed ſacerdoti, inquis, irrogauit iniuriam, dicens: Percutiet te deus pari es dealbate. Nouimus quidem quòd de hoc loco aliqui ſatisfacientes, loco prophetiæ uelint eſſe quod dictum eſt: nec culpo dicẽtes: etenim iſtud euenit, ſicq; defunctus eſt. Si quis tamen acrior inſurgat inimicus, et curioſius reparans quæſtionẽ, contradicat, ac referat: nónne nouerat, quia ſummus erat ſacerdos? Hoc utiq; dicemus, quoniam erudiens alios, erga eos qui poteſtate ſunt modeſtius cõuerſati, atq; monens, ipſe quoq; huic uoluit obtemperare, ſicut & Chriſtus fecit, qui certe cum ſcribis mille fãda atq; nefanda dixiſſet, ait tamen: Super cathedram Moſi ſederunt ſcribæ & Matth.23
phariſæi: omnia ergo quæ dicunt uobis, facite: ſecundum autem opera eorum nolite facere. Ita igitur & hic Paulus, & conſeruauit pontificis dignitatem, & quod futurũ erat, antè prædixit. Quòd ſi Ioannem à conſortio ſeparauit, & hoc utiq; rectiſſime pro communi officio prædicationis effecit. Eum ſiquidem qui iſtud ſuſcipit officium, nõ oportet mollem eſſe quẽdam atq; reſolutum, ſed fortem, & per cuncta robuſtum. Neque ſaltem attingere quiſquam debet præclari huius muneris

functionem, niſi paratus ſit millies animam ſuam A tradere in mortem, atq; diſcrimina. Dicit enim ip
Luc.9 ſe dominus Ieſus: Si quis uult poſt me uenire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuã, & ſequatur me. Qui ergo nõ tali animo eſt, multos etiam alios ſuo perdit exemplo, magisq; utile eſt, ſi quieſcat ſibiq; tantum uacet, quàm ſi procedat in medium, et onus ſuis uiribus maius aſſumat: ſic enim non propriam ſolum, ſed etiam multorũ ſibi creditorum prodit ſalutem. Et reuera quomodo nõ abſurdũ eſt, ut cum aliquis neſciat artẽ gubernãdi pugnãdiq; cũ fluctibus, nec ſi mille rebus adigat, eligat ad clauum ſedere: & ille qui ad prædicandi pergit officium, temere ad iſtud, utcunq; contingit, accedat atq; innumerabilium rerum curã abſque ulla conſideratione ſuſcipiat? Non itaq; naui
um gubernatorem, non ad beſtias dimicãtem, nõ B ludo gladiatorio deſtinatum, non alium quempiam omnino ſic ad diſcrimina & mortes paratam atq; expoſitam oportet habere animam, ut eum qui ſuſcipit officium prædicandi. Nam & pericula profecto maiora, & aduerſarij ſæuiores, & non unum quoddam mortis genus incumbit, nec uſquam prorſus ſimili conditione certatur. Cœlum nanq; hic in premio, in ſupplicio autem gehenna proponitur, & æterna animæ ſalus, atq; perditio. Non ſolum autem eum, qui prędicationi accingitur, ſic oportet parari, ſed quecunq; uel ſimpliciter Chriſtianum: nam crucẽ tollere, & ſequi Chriſtum omnibus imperatur. Si autem cunctis, multo magis doctoribus populi atq; paſtoribus, quo
rum ex numero etiam Ioannes tunc erat, qui dice C batur & Marcus: qui, quoniam ſe in ipſa aciei frõte conſtituens, nimis inuiriliter egerat, eum merito Paulus abiecit, ne illius quaſi cõtagione uires corrumperẽtur aliorum. Si uero, ut Lucas refert, quoniam aliqua inter ipſos facta eſt contẽtio, noli hoc delictum putare. Nõ enim commoueri malũ eſt, ſed irrationabiliter, nulloq; iuſto flagitante negotio cõmoueri. Iracundia, inquit, iniuſta non iuſtificabitur: non ergo culpatur ſimplex iracun-
Matth.5 dia, ſed iniuſta, & rurſus: Qui iratus fuerit fratri
Pſal.4 ſuo ſine cauſa. Non ergo ſimpliciter iratus &
Eph.4 propheta dicit: Iraſcimini, & nolite peccare. Quòd ſi omnino huiuſmodi uti nõ oportet affectu, etiam cum tempus expoſcit, fruſtra nobis uidetur ingenitus: ſed profecto non fruſtra quem certe prouidus nobis creator inſeruit, ut dormientes animas, atq; reſolutas ab inertia ac deſidia ſuſcitaret. Qua ſi enim gladio aciem, ita menti noſtræ iræ acumẽ impoſuit, ut eo, cum oportet, utamur. Propterea igitur & Paulus hoc ſæpe eſt uſus affectu, & modeſte loquentibus erat melior iratus, cum tempore omnia faciens opportuno, pro lucro & cõmodo prędicandi. Neq; enim ſimpliciter lenitas ſemper eſt bona, ſed cum illam tempus efflagitat: quã do uero id non adeſt, etiam iſta uitioſa eſt, fitq; inconſtantia. Hęc uero omnia non pro Paulo ſatisfaciens ſum locutus: non enim noſtri ille indiget ſermonis: laus enim eius nõ ex hominibus, ſed ex deo eſt: ſed quo auditores erudiamus, ut omnib.

ad opportunitatem utantur affectibus, ſicut iam ante memorauí. Sic nanque poterimus undiq; ſpiritualium lucrorum incrementa colligere, cumq; maximis diuitijs ad portum tutiſſimum peruenire, & conſequi indeficientes coronas, quas etiam nos omnes contingat mereri, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium, in ſecula ſeculorum, Amen.

HOMILIA SEPTIMA.



Voties hi, qui portant ſigna regalia clangente ante ſe tuba, & acie militum præeunte, ingrediuntur urbes: omnis populus cõſueuit accurrere, ad audiendum buccinæ ſonum, uel ſignum quod in ſublime fertur uidendum, ipſius etiam uirtutem ferẽtis. Quoniam igitur, & hodie non urbem, ſed orbem Paulus ingreditur, concurramus omnes. Etenim iſte non ſignum terreni alicuius regis, ſed in cœlo regnantis Chriſti crucem portat, & præcedunt non hominum, ſed angelorum cateruæ, non ſolum in honorem eius ſigni q; fertur, ſed in eius à quo fertur auxilium. Si em propriam uitam regentibus tãtummodo, nihilq; pro communi utilitate faciẽtibus, angeli ab omnium domino deputati ſunt, ſicut ait unus ex iuſtis, An Gen.48
gelus qui eruit me à iuuentute mea: multo magis his, quibus totius orbis cura commiſſa eſt, taliũq; donorum onera portantibus uirtutes adſunt ſupernæ. Et illi quidem, qui in exercitu hoc honore donati ſunt, ornãtur ueſte pretioſa, aureis torqui-
bus colla ſubnixi, nitentes undiq;, & undiq; reſul C gentes: iſte uero catena pro torque circũdatus geſtat crucem, & perſecutionem undiq; ſuſtinẽs, famem ubiq; perpetiens. Sed nihil eſt dilectiſſimi, quod ex huius ſermõibus ingemiſcas. Siquidem iſte ornatus multo eſt illo melior & clarior, atque amicior deo, propter quod & portans minime laborat. Hoc eſt nanq; mirabile, quia cum uinculis, uerberibus, atque uulneribus longe ſplendidior erat diademate purpuraq; fulgentibus. Quòd em eſſet uere clarior, & quia non ad ſomnum tãtummodo iſta dicuntur, ipſius ueſtimenta docuerũt. Nam ſi mille diademata, totidemq; purpuras ardenti febri ſuperponas, ne modicum quidem flãmæ eius ualebunt extinguere. At modo huiuſcemodi ueſtimenta, ægrotantium admota corporibus, morbos omnes fugabant. Si enim latrões uidentes ſignum illud militare, nõ irruunt, ſed auerſi repente diffugiunt, multo magis & egritudines & dæmones, Chriſti ſigno apparente, fugiebant. Sic autem Paulus ferebat hoc ſignum, non ut ſolus illud portaret, ſed ut omnes quoq; tales eſſe doceret, ac faceret, propter ꝙd clamat atq; dicit: Id- Philip.1
ipſum certamen habentes, quale audiſtis & uidiſtis in me. Et uobis donatũ eſt, non ſolũ ut in eum credatis, ſed ut etiã pro illo patiamini. Etem præſentis uitæ dignitatis tunc clariores uideri ſolent, quando in uno tantum homine cõſtiterint. In ſpiritualibus uero è contrario, tunc magis ſplendẽt honores, cum ſibi plurimi eorum communione

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſociantur, cum non unus eſt particeps dignitatis, A ſed multos habet qui eiſdē honoribus perfruant. Vides igitur hic omnes eſſe ſigniferos, & Chriſti nomen unumquenq; geſtare in conſpectu gentium atq; regum, ipſum uero Paulum etiā cum ſibi anathema optat, atq; ſupplicīū. Sed non hoc præcepit & cæteris, quod certe illi portare non poterant. Vidiſtis nempe quantæ noſtra ſit natura capax uirtutis, quam nihil ſit homine pretioſius, & adhuc utiq; mortali. Quid enim mihi hoc maius, imò quid poteris ſaltē æquale memorare? Quantorum uero iſte, quæſo, honore dignus eſt angelorum, qui hoc uerbū potuit effari? Qui ēm in temporali hoc atq; mortali corpore conſtitutus, cuncta etiam quorum non erat dominus, pro Chriſto nō dubitat offerre, hic ſi incorporeæ fuiſſet natuB turæ, quid tandem facere diſtuliſſet? Nam & angelos propterea miramur, non quia incorporei ſunt creati: ſiquidem cum diabolus ſit incorporeus & inuiſibilis, eſt tamen omnibus infelicior: qa factoris dei meruit offenſam. Hinc etiā homines infelices uocamus, non quia uidemus eos carne circundatos: ſed cum non ea, ut oportet, utuntur, alioquin & Paulus carne induebatur. Vnde igit talis emerſit, & tantus? Et ex proprio uidelicet, et ex dei: & idcirco ex dei, quia de proprio. Non enim eſt perſonarum acceptor deus. Si autem dixeris, & quemadmodum illum imitari poſſibile

1. Cor. 4 eſt? diſce quid dixerit: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Ille ipſius Chriſti effectus eſt imitator, tu uero nec apoſtoli. Ille domini æmulator fuC it, tu autem neq; ſerui: & quam tādem poteris negligentiæ tuę umbrā obtendere? Quemadmodū uero eum imitatus ſit, oſtendit. Idq; ab initio conſidera ab ipſis principijs. Quanto enim ex illis ſalutaribus emerſit fluentis, tanto igne plenus exiit, ut nec neceſſariū ſibi putaret magiſtrū. Nō enim expectauit Petrum, nec uenit ad Iacobum, neq; ad alium omnino quēquam: ſed ppria alacritate raptus, ita totā illā, in qua fuerat baptizatus, prædicatione ſua inflāmauit urbem, ut ſæuiſſimū contra ſe Iudæorū prælium cōcitaret. Violentiſſimum enim perſecutorē Chriſtus in ardentiſſimū repente prædicatorē immutauerat. Siquidem etiam cum Iudæus eſſet, ſupra dignitatē ſuam multa faciebat, alligans, abducens, trahens in publicum Chriſtianos. Sic etiam Moſes cū à nullo in principatum populi ordinatus fuiſſet, contribules ſuos D tamen à Barbarorū iniquitate defendit. Hæc ēm ſunt fortis cuiuſdam ac uirilis animi certa documenta. Hoc ſignū propriæ liberæq; ſententiæ, ne quaquam in aliorū afflictionibus tenere patientiam: ſed benigne atq; conſtanter tueri eos qui opprimūtur, etiam ſi nullo in hoc ordinetur officio. Quia uero iuſte opus arripuerat principatus, deus hanc ei poſtea contulit dignitatē. Idipſum aūt ſeruauit in Paulo: qui q̄ recte faceret ultro arripere initia ſermonis atq; doctrinæ, deus ſimiliter oſtēdit, cito doctoris eum honore ſublimans. Si enim magiſterij atq; primatus adipiſcēdi gratia ad procuranda tanta negocia, pſiluiſſent, cōſequenter eſſent de ambitione culpabiles. Cum uero uterq; pericula diligerent, mortesq; in ſe procurārēt undiq;, ut alios acquirerent in ſalutē: quis tā aperte infelix eſt, qui tantæ deuotionis ſtudiū criminetur? Quòd enim aliorū amantes ſalutē, iſta perfecerint, & ſentētia declarauit dei, & eorū perditio, qui male iſtū concupierunt honorem. Irruerunt ſiquidem tunc & alij huiuſmodi principatū, ſed protinus interempti ſunt: nam alterum quidē lapſus à cœlo exuſſit ignis, alterum ſubitus hiatus terræ abſorbuit. Non enim propter defenſionem populi iſta faciebant, ſed ob gloriam dignitatis. Irruit & Ozias, ſed lepra commaculante pu- 2. Par. 26
nitus eſt. Irruit etiam Simon, ſed reprobatus eſt, Act. 8
& morte periclitatus. Irruit uero etiā Paulus, ſed apoſtolatus gloria coronatus eſt. Non enim in ſacerdotium nec honorem, ſed in miniſteriū irruit atq; labores: maximeq; in hoc zelo & alacritate properauit, propterea prædicator, propterea cōtinuo clarus efficitur. Sicut ēm qui princeps fuerit ordinatus, niſi digne impoſitum ſibi adminiſtraret officium, meretur etiam maiora ſupplicia: ſic alter, etſi non ordinetur quidem, ſuſcipiat tamen, & ſicut oportet impleat, non dico ſacerdotium, ſed ſolicitudinem curamq; multorum, omni profecto eſt honore digniſſimus. Propterea igitur ne unum quidem diem in otio paſſus eſt & quiete tranſire hic in prædicādi ardore ipſo igne uehementior: ſed ſimul ut ſalutifero ex fonte conſcēdit, plurimamq; in ſe flāmam ipſe ſuccēdit, nō pericula timuit, non irriſiones erubuit & opprobria ludæorum, neq; ſermonem ſuum ab illis reſpui indignanter tulit. Non aliud quiſquam horum ſimile cogitauit, ſed alios accipiens oculos, utiq; charitatis, aliamq; mentem, multo cum impetu inſtar torrentis irrupit: omnia pariter Iudæorum trahēs atq; cōuoluens, & ex ſcripturis ipſum eſſe Chriſtum euidenter oſtendens. Et certe nondum in eo tā multa gratiæ munera coruſcabant, nondum tanta fuerat ſpiritus illuminatione donatus: ſed tamen inflammata continuo uoluntas, mortificataq; anima cuncta faciebat: & quaſi ſemper ſatisfaceret deo de tēpore iam peracto, ſic gerebat omnia, ſic lucra ſpiritualia undiq; colligebat, in locum, qui eſſet belli pars maxima, & laborum periculorumq; plena fidenter inſiliens. Hoc uero maiore quoq; admiratiōe dignum eſt, quòd cum tam eſſet audax, ac uelut ad pugnam ſemper accinctus, & ignem quendam bellicum ſpirans: ita rurſus placidum ſe præbebat magiſtris, ut nunq; eos, uel in tāto illo impetu alacritatis offenderet. Itaque feruenti tunc, uel potius furenti præceperunt, ut iret Tarſum atq; Cæſaream, nec tamen renuit. Dixerunt, quia eum per murum deponi oporteret, & paſſus eſt. Dederunt cōſilium pro impenda purificatione, non reſtitit. Suaſerunt ne in theatrum ingrederetur, & ceſſit. Ita ſe huic rei totum dedicauerat, ut omnia pro fidelium utilitatibus libenter acciperet, pro ipſorum ædificatiōe, pacem, conſenſum, diſpenſationem, cōcordiam, diligendo, & eundem ſe, ac ſemper æqualem præ-

dicatio-

dicationi ubiq; ſeruando. Cum igitur audis quòd A fratrem miſerit ad tribunum, uolens de periculis liberari, & quod appellet Cæſarem, quodq; Romam ire feſtinet, nequaquam putes uerbum eſſe formidinis. Qui ēm gemebat in hac ſe adhuc eſſe uita, quo putes modo eligebat eſſe cum Chriſto? Qui & cœlū propter ipſum deſpiciebat & angelos, quo tandem pacto hæc præſentia diligebat? Cuius igitur rei gratia iſta faciebat? Peculdubio, ut diutius prædicationi inſiſteret, cumq; multis hinc credētibus, atq; omnibus coronatus iret ad Chriſtū: tam profecto metuebat, ne pauper hinc atq; inops multorum ſalutis abſcederet. Et idcirco dicebat: permanere autem in carne neceſſarium eſt propter uos. Propterea ergo cum uideret meliorem pro ſe in iudicio proceſſiſſe ſentētiam, ipſoq; dicente Feſto, abſolui poterat homo iſte, B niſi appellaſſet Cęſarem: uinctus tamē cumq; plurimis uinctis, qui mille facinora commiſerant, ductus, non erubuit cum illis ligari: quinimò omnium ſimul nauigantium curam gerebat, ſui quippe ſecurus, ſecq; tutum ſatis eſſe certiſſimus. Cūq; uinctus per tam uaſtum pelagus duceret, ita gaudebat tamen, tanquam in maximū duceretur imperium. Etenim non paruum illi præmium urbis Romæ conuerſio proponebatur. Verum ne illos quidem qui pariter nauigabant, deſpectui habendos putauit: ſed illis quoq; de ueritatis ſuauitate modulatus eſt, indicās ſibi diuinos apparuiſſe uultus, & ea quæ fuerant ſibi dicta, commemorans: id eſt, tibi donaui homines iſtos. Hoc uerbis facie bat, non ſeipſum arroganter extollens, ſed illos ſi C bi ad perſuaſionem fidei parans, Propterea et deus permiſit pelagus cōmoueri, ut per id quod auditus non eſt, ſpiritualis Pauli gratia panderetur. Nam & cum dediſſet cōſilium nauigandum non eſſe, cōtemptus eſt, uentumq; eſt uſq; ad extrema diſcrimina. Verum ne cōtemptu quidem eorum factus eſt oneroſior: ſed rurſus, quaſi pater filijs prouidebat, agebatq; omnia, ne quiſquam periret. Poſtquam uero Romam ingreſſus eſt, ibi quoq; quanta cum modeſtia annuntiat ueritatem, quanta etiam cum libertate obſtruit ora impiorū? Verum nec ibi ſtare contentus, etiam in Hiſpaniam percurrit. Cum autem ſæpius uaria pericula ſuſtineret, confidebat magis atq; fiebat audacior: nec D ipſe ſolum, ſed etiam diſcipuli propter ipſum, qui eius utiq; firmabantur exemplo. Quemadmodū enim ſi eum remiſſiorē ſegniorēq; uidiſſent, ipſi etiam profecto fuiſſent mœrore dejecti: ita qui illum fortiorē factum eſſe cernebant, & inter iniurias atq; plagas conſtantiæ ſæpe uirtute crescentem, ipſi quoq; cum maiore fiducia prædicabant,

Philip. 1 idq; ſignificans ait, Ita ut plures è fratribus confidentes uinculis meis, abundantius auderent ſine timore uerbū dei loqui. Si enim dux militiæ fortis ac robuſtus, nō modo cædens atq; proſternēs: uerumetiā uulnere ipſe percuſſus, ſubditos ſuos efficit fortiores, magisq; hoc præſtat uulneratus ipſe, quàm uulnerans. Cum ēm hi qui ſub tali pugnant magiſtro, uiderint inflicta uulnera, fluētem

ſanguinem, & nec ſic quidem illum hoſtibus aliquando cedentē: ſed ſtantem fortiter, haſtaq; uibrantem, & crebris certiſq; ictibus in aduerſarios proruentem, nec omnino quicq; parcentē dolori, maiore abſq; dubio tanto duci alacritate ſubdūtur. Hoc itaq; factum eſt & in Paulo. Videntes enim illum ligatū catenis, & nihilominus in carcere prædicantē, uidentes etiam uerberatum, & tamen uerberantes ipſos ſermone capientem, maiorem profecto fiduciā colligebant. Et idcirco nō dixit ſimpliciter confidentes, ſed ita, ut abundantius auderēt ſine timore uerbū dei loqui: Magis, inquit, modo q̄ cū eſſem liber à uinculis, fiducialiter prædicabāt. Tunc enim certiorem alacritatē & ipſe capiebat, ac uehemētius in aduerſarios ferebatur, & incrementa perſecutionis, maioris illi fiebant cauſa conſtantiæ. Incluſus eſt quidem in carcere, tantumq; in eo uirtutis reſulſit, ut etiā fundamēta quaterētur, & oſtia panderentur. Cuſtodē quoq; tunc ipſum carceris ad fidem tranſtulit, iudici pene perſuaſit, ita ut ipſe diceret: In modico me ſuades Chriſtianū fieri. Rurſus cū lapidaretur, plenam populi ciuitatē fidei luce donauit, & uocabant eum quaſi iudicaturi ludæi. tunc etiam Atheniēſes facti ſunt ex aduerſarijs ſubditi, & ex iudicibus repente diſcipuli. Sicut enim ignis in diuerſas plerunq; materies incidēs augetur magis, & ex ſubiecta ſibi ſubſtantia incremēta ſortit: ſic etiā lingua Pauli, quibuſcunq; fuiſſet admota ad ſeipſum eos continuò transferebat. Impugnatores quoq; eius celeriter ipſius uerbo capti pabulum quoddam ſpirituali huic efficiebantur igni, perq; ipſos magis euangelij fama creſcebat. Idcirco dicebat: Alligatus ſum, ſed uerbum dei nō eſt 2. Ti. 2
alligatum. Fugabant eum frequenter inimici, & quantum quidem ad rem ſpectat, perſequebant: quantum uero ad euentum rei, alijs mittebāt magiſtrum: quodq; faciebant amici atq; concordes, hoc uelut ſtudio exequebātur inimici, nunquam ſinentes eum in una habitaculum regione collocare, ſed perſecutionibus inſidijsq; pellentes, per cunctas omnino prouincias medium circūducebāt, ut omnes uidelicet ſalutaria eius linguæ remedia ſentirēt. Rurſus alligauerūt eum: ſed acrius in defenſionē fidei diſcipulos concitauerūt perſecuti ſunt, & non habentibus miſerunt magiſtrū. Ad maius iudicium prouocauerunt, ſed uberius Iudæi beneficium contulerunt, propter quod & Iudæi dicebant de apoſtolis dolentes: Quid faciemus iſtis hominibus? Per quæ enim eos opprimere uolumus, per ea ipſa prouehimus. Tradiderūt cuſtodi carceris, ut eum diligēter ligaret, ſed ipſe à Paulo arctius alligatus eſt. Impoluerūt eū nauicum reis atq; uinctis, ut plane etiā nolētes ocyus iter eius facerēt explicari, accidēsq; naufragium factum eſt cum apoſtolo nauigantibus cauſa doctrinæ. Minabantur mille ſupplicia, ut ignē prædicationis extinguerēt, qui econtrario magis inde creſcebat. Et ſicut de domino dixerūt, occida- Ioan. 11
mus eum, ne tollāt Romani locum noſtrum atq; gentem, accidit q̄ contrarium: nam quia occide-

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt eum, propterea Romani & gentem eorum & ciuitatem tulerunt: & quæ putabantur impedimenta prædicationis, fortia efficiebãtur auxilia. Sic etiam prædicante Paulo, quòd aduersarij ad opprimendum intulere uerbum, hoc illud ad ineffabilem quandam altitudinem subleuauerunt. Super his uero omnibus gratias bono tantarum rerum autori agamus deo, glorificemus Paulum, per quem ista completa sunt. Oremus etiam, ut ipsi quoq; eisdem perfruamur bonis, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, per quem et cum quo gloria patri, cum spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

HOMILIA OCTAVA.

SAEPE fulgido cœli globo delectatus oculus ad spectaculum oppositi è regione luminis sese uiolenter intẽdit: & licet sentiat aciem suam imparem radiorum esse certamini, desiderio tamen illius pulcherrimi luminis intuendi libenter inaccessibili radiantis orbis reluctatur coruscо. Tale igitur quippiam ego ipse perpetior, cum uideam propriæ mẽtis oculos ex radijs apostoli splendoris hebetari: cupio tamen Pauli animam, miro fulgore uirtutum rutilantem, uelut eminus intueri, & contra importabiles solis micatus contentiosa subire certamina. Sol enim quidam est hominibus Paulus, qui totũ prorsum orbem fulgentibus linguæ suæ radijs illuminauit, quiq; uniuersas circumeundo gentes cursum omnino solis imitatus est, ac mũdi regiones omnes, quasi libero à corpore animo peruolauit, & hoc cum ei amara undiq; uulnera crebrius obuiarent. In duas nanq; partes omne tunc fere hominũ scindebatur genus, in eorum scilicet qui horribili rabie erga idolorum cultum ferebantur, & in illorum, quos legis zelus in euangelij odia flammabat. Ab utraq; uero parte grauissima in Paulũ bella surgebant, cum Iudei undiq; illum quasi paternarum traditionum corruptorem fugarent, gentes uero quasi deum mortuum prædicantem. Noli enim illum, qui tunc fuit rerum statum, huic qui modo est comparando magnitudinem apostolici laboris attendere, sed ipsa adhuc prædicatiõis exordia mente perpende. Considera prius pelagi sæuientis furorem, & tum demum uim gubernatoris intelliges: sicut enim in quodam freto, ita Paulus medijs in fluctibus æstuabat, ac mille discriminum urgebatur procellis. Inter ipsa quippe euangelij principia, prædicationis nouitas uehementes ei tentationum turbines suscitauit. Iudeorum nanq; tunc populi mouebãtur, quos ad hoc Mosaica uidebantur præcepta compellere. Pharisæorum quoq; latrabant gressus, cum dudum à se crucifixi prædicare deitatem dolerent. Indignabatur etiam conspiratio sacerdotum, cũ audirent crucem quasi sceptrum quoddam regale celebrari. In huiusmodi bello Iudæi sociabantur & gentes, quæ aris diuũm, ac templis, puluinarium cineribus assuetæ penè iam euelli sibi nescij amplectebantur errorem. Iudices in prædicationem euangelij sæuientes, suæ adstabant cateruæ. Reges iugiter idipsum bellum gerebant, auditam crucem cuncti abominabantur exercitus, quam sapiẽtes recipere nesciebant, quasi signum utiq; damnati: sed Paulo totius hoc mundi bellum omni erat pace iucundius. Delectabat enim quicunque illum propter euangelium uulnerabat: hinc est quòd ille Græciam atq; Barbariam, cum illatis sibi uulneribus alacer circuibat, non minus plagis suis gaudens, quàm regijs triumphis: haud aliter delectatus naufragijs, quàm cæteri acquisitis solent gaudere thesauris: liuoribus, quos ei uerbera sæpius inferebant, quasi quibusdam gloriabatur coronis, afflictionibus ut delicijs utebat, squalore caceris ut paradisi amœnitate gaudebat. Cui te ò beate Paule iustorum ueteris testamenti, uel noui audeam comparare? Omnium quippe uirtutem quasi in arca quadam, sed cum multo prorsus cumulo condidisti. Denique etiamsi totum contra te aliquis sigillatim iustorum appendat chorum, inueniet trutinam uirtutum põderibus à tua parte depressam. Paulus uere secundus Abel, uerum non semel, sed per dies singulos immolatus. Paulus alter Noe, sed absque arca insurgentes aduersus se undas impietatis enauigãs. Paulus alter Abraham no modo à patria uel gente, sed post uocationem suam ab ipsa etiam uita prorsus abscissus. Paulus alter Isaac sponte in hostiam colligatus. Paulus alter Iacob, quasi pro uno quodam totius mundi grege semper inuigilans. Paulus alter Ioseph, spirituali fame tabescente mundo ueritatis alimenta distribuens. Paulus alter Moses, qui omnes gentes à tyrãide diaboli reduxit ad Christum. Paulus alter Aaron, totius mundi populis inunctus sacerdos. Paulus alter Phinees, impietatem Iudæorum atque gentilium, quasi fornicationem mentium, uno fidei mucrone cõfodiens. Paulus alter Dauid, qui uelut quendam Goliam in certamine diabolũ prouocat. Paulus alter Helias, clarius raptus in cœlos. Paulus alter Heliseus, qui gentes ab interiore lepræ pollutione mundauit. Paulus alter Ezechias, qui ad unam fidem Christi diuersos populos attraxit. Paulus alter Iosias, qui abominationes gentilium dissipauit ac perdidit. Paulus alter Ioannes pro Christo capite truncatus. Paulus alter Petrus, nõ de cœlo uocatus ad credendũ. Paulus alter Gabriel, qui Christi ortum cunctis gentibus nuntiauit. Paulus alter Michael, qui Christianorum dux esse fortitus est: etiamsi angelorum, etiamsi iustorum hominum circunuolem choros, non inuenio comparationem, cui non tamen cumulo meritorũ Paulus occurrat. Acclamatio populi, et post acclamationem: etiam mortuus Paulus ardentissima nobis theatra pietatis accendit. Sed quandiu uersabo linguam, nũc iustis uiris Paulum, nunc etiam angelis comparando? Opulentissimum hũc thesaurum, in nostris auide pectoribus recõdamus. Hauriamus certatim uirtutes ex abundanti isto bonæ uoluntatis fonte manantes, & cupiditate maxima

maxima feracissimæ huius arboris poma rapiamus, uarijsq; floribus, ac fructibus plenũ apostolicarũ uirtutum pratum metẽtes, sumamus è Paulo fulgentẽ rosam castitatis, eligamus fidei florem marcescere nescientẽ, decerpamus ex eo uberrimos patientiæ fructus, et uirtutũ omnium colligamus, demus beato Paulo gloriã, ut dicat de nobis in futurum: Ecce ego & pueri quos mihi dedit deus, ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

DE FERENDIS REPREHENSIONIBVS, & conuersione Pauli. Homilia IX.

REprehenderunt nos amicorum quidam, quòd productiora sermonum initia faciamus. Igitur siue iniuste illi taxent, siue iuste sententiam ferãt, utpote de his, quæ à nobis audierũt, hic quasi in foro, in quo omnibus iudicare cõcessum, est, nos hoc primum præfatione demonstrabimus: quòd illis ob hanc reprehensionem gratiam habemus. Reprehensiones enim non ex malitia, sed cura proximi proficiscuntur. Asseueranter amare me amicum non solum quãdo laudat, sed & quando reprehendit & corrigit. Nam omnia laudare tam quæ bene se habent, quàm quæ male, non fuerit amici sed irrisoris: & non diligentis, sed decipientis. Laudare si quid fiat ut debet, reprehendere autem si peccatum fuerit, amici est & curam agentis. Et ut discatis, quòd sine delectu omnia laudare, & in omnibus beatum dicere, nõ
Esa.3 sit amici, sed impostoris, dicit scriptura: Populeus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & semitam pedum tuorum exturbant. Sanè inimicum ne laudantem quidem probo, amicum uero & reprehendentem amplexor. Ille & si me osculetur, insuauis est: hic & si uulneret, amabilis. Illius osculum suspicione plenum est, huius uulnus
Pro.20 medicamẽti uim habet. Propter hoc dicit quidã: Fideliora sunt uulnera amici, quàm blanda oscula inimici. Quid dicis? Vulnera amicorum melio ra dicit. Non enim ad naturam eorum quæ fiunt, sed potius ad affectionem eorum qui faciunt, attẽdit. Vis discere, quomodo fideliora sunt uulnera amici, quàm blanda oscula inimici? Osculatus
Luc.22 est dominũ Iudas, sed osculo prodidit, uenenum habebat os eius, malitiaq; impleta erat lingua eius. Paulus uulnerauit eum, qui apud Corinthios scortatus fuit, sed saluauit. Et quomodo uulnerauit? Dicit q̃ dederit eum satanæ.
1.Cor.5 Inquit enim: Tradatur satanæ ad interitũ, quo spiritus saluus sit in die domini Iesu. Vidisti uulnera salutem afferentia, ui disti osculũ proditione plenũ? Sic fideliora sunt uulnera amici, quàm blanda oscula inimici. Verum inquiramus quomodo hoc dictum, non solum in hominibus, sed & in deo & diabolo habeat locum. Ille enim amicus, hic inimicus: ille saluator & curam nostri gerens, hic inimicus & deceptor. Et hic quidem aliquando dedit osculum, ille uero uulnus inflixit. Et quomodo hic osculatus est, & ille uulnerauit? Hic quidem dixit, Eritis si-
Gen.3 cut dij: ille autem, Terra es, & in terram abibis.

Vter igitur magis profuit, hic ne qui dixit, Eritis sicut dij: an ille qui dixit, Terra es, & in terram abibis? Ille mortem interminatus est, hic immortalitatem promisit. Atqui hic, qui immortalitatem pollicitus est, è paradiso eiecit: Ille uero qui mortem comminatus est, in cœlũ inuexit. Vides quomodo fideliora uulnera amici, quàm blanda oscula inimici? Proinde hoc primum declarare uolui, quòd gratiam habeam his, qui me arguunt. Amici enim, siue iuste, siue iniuste arguunt, nõ opprobrare uolunt, sed hoc faciunt ut emendent. Inimici autem & si iuste reprehendunt, hoc tamẽ agũt, non ut corrigant, sed ut exibilent: sicut & illi dum laudant, hoc unum spectant, ut meliorem reddãt: & hi dum laudant, studeant quomodo supplantare possint. Veruntamen quomodocunq; reprehensio cõtingat, utile fuerit, bonumq; magnum, si ferantur reprehensiones & accusationes, & nõ detur locus iræ & exasperationi. Qui enim odit redargui, ait, insipiens est. Non dixit sic uel sic redargui, sed tantum redargui. Nam siquidem iuste arguit amicus, agit ut peccatum corrigat: sin absque ratione & immerito, iam laudanda est uoluntas eius, & probanda bona mentis intentio, agnoscendumq; & testandum amicitiæ beneficium: non enim reprehenderet, nisi multum diligeret. Proinde ne stomachemur, ne succenseamus, cum arguimur. Quòd si omnes ita affecti essemus, ut & argueremus peccantes, & lapsi libenter ferremus reprehensiones: mirum, quanta hinc uitæ nostræ accederent commoda. In peccatis enim hoc operantur reprehensiones, quod in uulneribus remedia. Idcirco sicut insipiens est qui pharmaca reijcit, ita & stultus qui non suscipit grato animo reprehensiones. At qui non raro multi exasperantur, & intra semetipsos cogitant & dicunt: Sapiens ego, & tanta præditus intelligentia, hunc ferrem? ignorant autem, quòd hoc extremę dementię sit indicium. Videbam enim, inquit, hominem qui sibi uidebatur sapiens, & maiorem illo spem
Rom.12 habet insipiens. Ea propter & Paulus dicit: Ne sitis prudentes apud uosmetipsos. Nam licet mirum in modum sapiens sis, & perspicias ea quæ oportet, attamẽ homo es, & consiliario tibi opus est. Solius enim dei est nullius indigere, & nullo opus habere consiliario. Et propterea de eo solo
Esa.40 dicitur: Quis cognouit sensum domini, uel quis eius cõsiliarius fuit? Cæterũ homines nos, etiamsi plurimum sapientes simus, in multis tamen reprehendi meremur, atque hinc naturæ nostræ apparet infirmitas. Non enim omnia esse possunt in hominibus. Et quare? Ecce filius hominis non est immortalis. Quid lucidius sole? attamen & lux eius deficit. Et profecto sicut fulgidam illam lucem, & fulguroſum iubar sæpenumero superuenientes tenebræ obtegunt: ita & intellectum nostrum, quasi in meridie fulgentem & perspicuum inconsiderantia obrepens tenebrosum reddit. Et nonnunquam euenit, ut sapiens nõ uideat quod oportet, & minor & hebetior clare & acute illud perspiciat. Hinc est, quare neque sapiens extolli,

Universidad de Deusto
Biblioteca

neq; abiectior miserum se dicere debeat. Itaq; ma A barbarus & obscurus, statim animaduertit, & in
gnum bonum est ferre reprehensiones, magnum medium attulit, quam ille non temere cogitauit.
etiam bonum est posse reprehendere: nam hoc fi- Quæ igitur hæc causa? audite, ut & uobis prosit.
des & cura, quam proximo debemus, exigunt. Iã Consiliarijs enim oẽs opus habent, etiãsi Mosi
nos si quem uidemus uestę breuiori, & ex late- conferri possint. Multa enim sunt, quæ magni &
ribus aperta, uel alioqui indecenter uestitum, ad- admirabiles uiri ignorant, quæ tamen parui abie
monemus & emendamus: uerum uidentes uitam ctiq; scire solent. Nam postquã Moses ex Aegy-
eius dissolutam, ne uerbum quidem proferimus, pto exijt, & in solitudinem uenit, præfuit sexcen-
uidentes mores eius nefarios, præterimus: tamet- torum millium populo, & solus omniũ cõtenden
si ridicula sint ea quæ ad uestes pertinent, pericu- tium lites dijudicauit: quod uidit socer eius. Erat
losa autem & damnosa, quæ ad animam. dic obse autem Iethro homo alioqui barbarus, & insipiẽs,
cro, Nonne cum uides fratrem per præceps ferri, quicq; in solitudine uitam egerat, neq; ulli commu
uel alioqui per incuriam aliò quàm oportet spe- nicarat qui populos legibus rexerat, & adhæc im
ctare, manum ei porrigis? nonne à lapsu erigis? pius erat, quo non est certius insipientiæ argumẽ
nonne reprehẽdis & arguis? Et in his, maioris fa- tum. Nihil enim Gentilibus est insipientius. Ve-
cis nõ offendere, & non haberi pro inimico, q̃ sa B runtamen ille barbarus, ille impius, ille insipiens,
lutis eius curã habere? Et quã habiturus es apud ubi uidit Mosen quædam præter dignitatem fa-
Exo. 23 deum ueniã? uel quam defensionem? Nõ audisti cere, eum correxit, non curans quòd sapiens esset
Deut. 22 quid deus Iudæis præcepit? nempe ne errãtia ini- & intelligens, & dei amicus. Et cum dixisset ei,
micorũ iumenta despiciant, & lapsa ne prętereãt. Quare illi stant coram te: didicisset; causam, in- Exod. 18
Quod cum Iudæis præceptum, ne inimicorũ bru quit: Non recte hoc fecisti, iunxitq; consilio incre
ta contemnant, nos ne fratrũ animos, qui quoti- pationem: & neq; sic exasperatus est ille sapiens,
die supplãtantur despiciemus? Et quomodo non ille intelligens, ille tot myriadum dux. Neq; enim
est summa inhumanitas, & ferina crudelitas, nos hoc paruum & cõtemnendum, quòd ab homine
non tãtum curę hominibus impendere, quantum barbaro & priuato doceã. At non inflabatur uel
alij iumentis? Hoc est quod omnem uitã nostram principatus magnitudine, uel miraculis quæ ope
cõfundit, hoc est quod omnẽ ordinem subuertit: ratus erat, neque rubore suffundebatur, quòd tot
quia neq; boni consulimus, cum reprehendimur, præsentibus, ijsq; subditis corrigeretur: sed consi-
neq; alios reprehendere uolumus. Ideo enim mo derabat, quòd licet magna à se signa fierẽt, humа-
lesti sumus cum arguimus, quia & exasperamur næ tamen particeps esset naturæ, quam non raro
cum arguimur. Enimuero si sciret frater, quod à C multa latent, atq; ideo cum mansuetudine consi-
te laudaretur te arguens, ipse etiam uicariam ean- lium susceperit. Est nunc uidere aliquos, qui ne pu-
dem operam tibi impenderet. Cæterum si discere tentur alieno indigere consilio, malunt potius uti
uis, quòd etiamsi ingenij acrimonia antecellas a- litate consilij carere, quàm susceptа admonitione
lios, sisq; ualde perfectus, peruenerisq; ad sum- peccatum emendare: imò eligunt ignorare quàm
mum ipsum uirtutis fastigium, opus tibi sit consi- discere, quamuis sciant non esse crimen non igno
lario, & aliquo qui te corrigat & arguat, audi hi- rare, sed nolle discere: non indoctum esse, sed do
Num. 12 storiam ueterem. Neq; enim Mosi facile par fue- ctrinam respuere: non reprehendi, sed inemenda
ris, qui, ut scriptura inquit, omnium hominũ erat biliter peccare. Et sæpe abiectus quispiam & uilis
mitissimus, amicusq; deo, & in externa philoso- inuenit, quod magnus & sapiens uir præterit.
phia bene institutus, & non minus spiritualiũ in- Quod Moses quoq; considerans, omni cum mã-
telligentia insignis. Vides omnigenam eius erudi suetudine audiuit illum cõsulentem, ac dicentem
tionem? Erat aũt potens in uerbo & opere, alijsq; sibi: Fac tibi tribunos, centenarios, quinquagena
uirtutibus. Cuius & aliud habet testimoniũ. Mul- rios, decanos, & si res aliqua grauior fuerit, refe-
tis prophetis, inquit, familiaris fuit deus, sed nul- rant ad te: sin leuior, dijudicent ipsi. Hæc ut audi
Exod. 33 lis sicut Mosi. Nam alijs quidem per ænigmata & D uit, non erubuit, non est confusus, non est reuerí-
somnia, Mosi uero facie ad faciẽ. Quęris ne aliud tus subditos, non dixit intra semetipsum: Contе-
maius uirtutis illius argumẽtum, q̃ quòd omniũ mnent me subditi, si ab alijs quid faciẽdum sit di-
dominus seruo, ut amico loquitur? Erat itaque sa dicero: sed obtemperauit, & fecit iuxta consilium
piens, tam domestica q̃ peregrina eruditione: e- illius. Quid quòd non solum propter eos, qui ea
rat potens uerbo & opere. Imperabat creaturæ, tempestate erant non erubuit, sed neq; propter
quia amicus erat domini creaturæ. Eduxit tãtum nos post se futuros? imò tanquam honestatus hac
populum ex Aegypto, mare diuisit, & iterum cõ socerі admonitione, nõ illos solum qui tunc erãt
iunxit, miraculum sanè admirabile. Tunc eñ pri- homines, sed etiam eos qui usq; ad nostram æta-
mum sol uidit mare, non nauali, sed pedestri itine tem secuti sunt, & usque ad Christi aduentum e-
re transiri, pelagusq; non remis & nauibus, sed e- runt, per totum orbem factum hoc literis docuit,
quorum pedibus transmitti. Nihilominus sapiẽs & quòd non potuerit animaduertere quid opus
ille, qui tam potens in uerbo & opere, qui amicus facto, & quòd correctionem & consilium [illegible]
dei, qui creaturæ imperauit, qui tãta miracula o- socero acceperit. Nos autem si coram uno homi[illegible] ar
peratus est, nõ animaduertit rem, quam mortaliũ guimur, & corripimur: conturbamur totis uisce-
pleriq; facilè considerant. Socer aũtẽ eius, homo ribus, obstupescimus, & de uitę huius summa pe-
riclitari

riclitari nos putamus. At Moses non sic agit, sed A opus habent. Vnde tunc opus est die secundo fi-
uidẽs tot milia hominũ præsentia, imò tot myria- nem doctrinæ prioris repetere, ut dum principio
des quę interim fuerunt & sunt hodie, futuras, nõ finis cõgruit, sermo cohæreat, auditoribusq; mi-
erubescit: sed prædicat quotidie omnibus, idq; li- nus sit obscurus. Et ut discas, sermonẽ absq; pro-
teris, quòd socer suus animaduerterit ea, quæ ipse cœmijs ualde obscurari: ecce exempli gratia affe- Ioan. 1
considerare nõ potuerat. Et quare hoc fecit? qua ram aliqua. Vt autem uidit eum Iesus, Tu es Si-
re factum memorię commendauit? non aliam ob mõ, inquit, filius Iona, tu uocaberis Cephas, quod
causam, quàm ut nos doceret, ne unquam de no- interpretatum est Petrus. Vides num intelligatis
bilibus sublime sentiamus, etiamsi omnibus sapi- dictum? num intelligatis consequentiam, & quа-
entiores simus: neque patrum consilia contemna re dicta sint? quandoquidem absq; procœmijs in-
mus, etiamsi omnibus uiliores habeanť. Et si quid troducta sunt. Comparatur igitur qui hoc facit, ei
utile uel commodum consulat aliquis, esto mini- qui hominem omni ex parte obtectum in specta
ster sit, ut tamen admonitionem suscipias: sin per culum adducit. Age igiť dimisso procœmio redea
niciale quiddam, esto in summa dignitate sit, eius mus ad sermonẽ de Paulo, qui nuper ortus cũ de
sententiam reijcias. Non enim qualitas personа- nominib. dissereremus & quæreremus: Quare q̃
rum consulentium, sed natura consilij, in omni- B aliquando dictus est Saulus, postea uocatus sit
bus obseruãda est. Hoc igiť est, quod Moses nos Paulus. Hinc digressi sumus ad ueteres historias,
docuit, ut non erubescamus si arguamur, etiamsi & de omnibus qui gemina nomina sortiti sunt, in
tota nostra plebs assit. Reprehensionem enim be quisiuimus. Fuimusq; & tũc Simonis memores,
ne ferre, non uulgaris, sed summæ philosophiæ & uocis Christi ad eum dicentis: Tu es Simon fili
præconiũ & laus est. Non adeo laudamus & ad- us Iona, tu uocaberis Cephas, quod interpretatũ
miramur hodie Iethro, qui Mosen correxit, sicut est Petrus. Vides quõ quod paulo antea obscuri-
sanctũ illum, qui non erubuit tot præsentibus cor tate plenum uidebať, nunc fit aliquanto notius?
rigi, & factũ hoc memoriæ cõmendare, declarãs Act. 9
in omnibus sapientiam suam, quòd gloriã in tan- Proinde sicut corpus capite, arbor radice, & flu-
ta eminentia, quæ sibi à pluribus impensa fuisset, men fonte indiget: ita & sermo procœmijs. Itaq; &
contẽpsit & cõculcauit. At nos de plixitate pro- cum nos uiæ initium & progressum monstrauerі
cœmiorum rationem reddituri, iterum maius feci- mus, tangamus deinceps historiã procœmij. Sau-
mus procœmium, sed non temere, neque sine cau- lus autem adhuc spirans minas & cædem in disci
sa: disseruimus enim interim de summis, multũq; pulos domini. Atqui in epistolis Paulus uocatur,
nobis necessarijs, ut libenter feramus cum argui- C quare ergo hic nomen mutauit spiritus sanctus?
mur, & alacriter arguamus & castigemus eos qui Quemadmodum dominus, qui seruum mercatus
peccant. Verum operæpretium est, ut tandem & est, ostendere uolens se dominum serui, nomẽ il-
nos satisfaciamus illis, rationemq; dicamus, pro- lius immutat: ita & spiritus sanctus fecit, ubi Pau-
pter quam tam longis procœmijs utamur. Et cu- lum captiuum accepit, uocabulum eius mutauit,
ius nam gratia tantam uerborum farraginem of- ut etiã inde disceret Paulus se habere dominum.
fundimus uitis, qui mulieres habẽt, domibus pre- Nominum enim impositio dominij signum est,
sunt, è quotidiano opificio, & secularibus nego- & præcipuum. Et unde hoc declarabimus? Faci-
tijs uictum quærunt: neq; hoc solum molestum, le ex his, quæ dominus cum Adam egit, perspicu
quod cõtinuo sunt occupati, sed quòd semel dun um erit. Volens enim docere Adamum quod eũ
taxat in hebdomada huc confluunt? Seruiunt no principem & dominũ omnium fecisset, adduxit
bis in hoc procœmia, ut auditores de dicendis per ad eum omnia animalia, ut uideret quid uocaret
compendium instruantur, & manifestior tradа- ea. Quo monstrat, quòd nominum impositio do-
tur doctrina. Fateor enim non opus procœmijs minium testetur. Quod si & ab hominibus ita fa-
neq; instructionibus his qui semper scripturis ua ctũ uidere uultis & discere, olim talem fuisse mo-
cant, neque alijs occupationibus distrahuntur: D rem, q̃ seruorum in captiuitatem abductorũ no-
statim enim audito lectore, dictorum mentem ac mina mutata sint, audite q̃d fecerit Babyloniorũ
cipiunt. Qui autem bonam temporis partem se- rex. Nam ut captiuum abduxit Ananiam, Aza- Dan. 1
cularibus negotijs impendunt, & rarius hic cõpa riam, & Misaelem, non reliquit eorum nomina
rẽt, nisi procœmia audiant, & instructi intelligant prima, sed uocauit eos Sedrak, Mesak, & Abde-
quæ sermonem illum prȩcedant, absq; lucro hinc nago. Verum quam ob causam spiritus sanctus
abeunt. Non est autem hæc sola nobis procœmio non statim mutauit nomen Pauli, sed expectauit
rum causa, sed & alia non minor quàm ista. In tan ad tantum tempus? Si statim cõuerso Paulo, mu-
ta multitudine sunt alij qui aduenіunt, alij qui sæ tatum fuisset & nomen eius, tunc minus manife-
pe non aduenіunt, & necesse ut laudentur præ- sta fuisset eius conuersio, & ad fidem translatio.
sentes, arguantur absentes: ut illi quidem laudi- Nam sicut in famulis usu euenire solet, quòd ob-
bus studiosiores euadant, hi autem reprehensi, i- scuri fiant, si q̃ primum fugam inierunt, sua nomi
gnauiam abijciant. Est & alius usus procœmiorũ. na mutarint: ita & in Paulo contigisset, si mox ut
Incidimus enim sæpe in longiora argumẽta, quæ relictis Iudæis ad nos uenit, aliud nomen sortitus
uno die ad finem perduci nequeunt, & interdum fuisset: nemo eñ sciuisset, q̃ persecutor ille esset
duobus uel tribus diebus, ut recte explicentur euãgelista. Accidit aũt hoc, ut palàm fieret ex per
secutore factum apostolum: quandoquidem hoc
Iudæos

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæos male habebat, quod doctor suus, qui pro eis olim stabat, nunc se eis opponeret. Quapropter ut ne subita nominis mutatio, uoluntatis mutationē occultaret, relictū est ei multo tēpore nomen primum. Hinc enim omnes discebant, quòd ille ipse esset, qui prius fuerat ecclesiam persecutus. Postq̄ autem omnibus hoc factū est notum, tunc transmutatum est & nomen. Et quòd hęc sit uera causa, audi ipsum dicentem: Veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ibi ignotus à facie ecclesiis Iudææ. Iudæam uocat eam, quæ est in Palæstina. Si igitur in Palæstina erat ignotus, quanto ignotior fuisset in ecclesiis, quæ in alijs locis sitæ? Eram ignotus, ait, facie, non nomine. Quare ignotus erat facie? Nullus enim fidelium ipsum uidere audebat, cum nos impugnaret. Tanta cēde, tantoq̄ furore plenus erat. Proinde ab eo resiliebant omnes, fugiebāt omnes, & si alicubi præsentem eum conspicarent, ne aspicere quidem audebant: tam efferatus erat, & infestus fidelibus. Tantum autē audierant: qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem quam impugnabat. Quoniam ergo à facie eum ignorabant, tantūq̄ audierant, qui persequebat nos aliquando, nunc euāgelizat fidem, quam impugnabat: si nomen statim mutatū fuisset, neutiquā qui audierant hæc cognouissent, quòd ille qui persequebatur eos aliquādo euangelizaret. Nam quoniā primum nomen eius, & quòd Saulus uocaretur sciebant, si commutato illo uocatus fuisset Paulus: fuisset q̄ eis à quopiam nuntiatum Paulum euangelizare, qui persequebatur ecclesiam, nescirent quòd hic ille esset Saulus, eo quòd non Saulus, sed Paulus, uocaretur. Atq̄ hac de causa relictum est nomen eius primum aliquandiu, donec omnibus fidelibus fieret notius, atq̄ etiam his qui longe aberant, & non uiderant eum. Satis itaque demonstratum, quare non statim mutatum est nomen eius. Reliquum operæpretium ut ad initium sermonis redeamus. Saulus autem adhuc spirans minas & cædem in discipulos domini. Quid est, quod dicit, Adhuc? Quid enim antea fecit, quod dicis, Adhuc? Sanè dicere, adhuc, de homine dicitur, qui antea mala multa operatus est. Quid ergo fecit? Qnin tu mihi dicas, quod malum non fecit? Sanguine Hierosolymas impleuit, fideles interfecit, ecclesiā impugnauit, apostolos persecutus est. Stephanum occidit, neq̄ uiris neq̄ mulieribus pepercit. De hoc audi & discipulum ipsum
Act. 8 dicētem: Saulus autem deuastabat ecclesiam, domosq̄ ipsas ingrediēs, ui mulieres & uiros rapiebat. Nō enim sufficiebat ei forum, insiliebat & in domus. Dicit enim: Domos ingrediens. Et nō dicit ducēs, neq̄ trahens mulieres & uiros: sed ui rapiens mulieres & uiros: sicut de fera dicere solemus. Rapiens uiros & mulieres. Neq̄ naturam reuerebatur, neq̄ sexus miserebat, neq̄ infirmitatē respiciebat. Zelo tamen, nō furore hæc faciebat. Et ob hoc uenia dignus fuit, cū ludæi qui eadem faciebant, accusatione erant digni. Nā ludæi quid respexerint, ipsi manifestabant, nempe q̄ omnia honoris & gloriæ gratia fecerint. Erant ēm apud multos in magna existimatione. At Paulus nō sic sed zelo dei, tametsi nō secundū scientiā. Et hinc est, quare ludæi mulieres quidē dimiserunt, uiris aūt infesti fuerunt: quoniā in illos transisse gloriā suam uidebant: hic aūt ob zelum erga omnes talem se gerebat. Hæc igitur omnia animo perpendens Lucas, & uidens ipsum nondum satiatū dicebat: Saulus aūt adhuc spirans minas & cædem in discipulos domini. Nō satiarat eum cædes Stephani, non explerat concupiscentiam eius ecclesiæ persecutio, sed ulterius procedebat, & furoris eius nullus erat finis: à cæde Stephani digressus persecutus est apostolos: & idem faciebat quod sæuiens lupus, qui insiliens in caulam ouiū, agnū inde rapit, quem ubi deuorauit, audacior fit. Ita enim & Paulus in chorum apostolorum insiliit, & inde rapuit agnum Christi, Stephanum, quem dilaniaret, & cæde audacior effectus est. Et propterea dicit, adhuc. Quanuis quem non impleret miseratione cædes illa? quem non placaret mansuetudo eius, qui occidebatur: & cum lapidaret, orabat & dicebat: Domine, ne statuas eis peccatum hoc? propterea persecutor euangelista factus est: mox enim post homicidium conuersus est. Quippe deus audiuit uocem illam. Dignus enim erat Stephanus qui exaudiretur, tum propter futurā Pauli uirtutem, tum propter illius confessionem: Domine, ne statuas eis peccatum hoc. Audiant quicunq̄ inimicos habent, quicunq̄ inuaduntur, quicunq̄ ab auaris premuntur. Nam licet plurimas feras molestias, nōdum tamen lapidatus es, sicut Stephanus. Et uide quid sit factum. Obturatus est fons unus Stephani, & apertus est alius, plurimos emittens fluuios. Nam postquàm siluit os Stephani, mox sonuit tuba Pauli. Sic nunquā dereliquit deus in finem ad se currentes, sed dona dat maiora, quàm ab inimicis auferuntur. Non enim talem illi eiecerunt militem ab exercitu, qualem in locum eius submisit Christus. Saulus autem adhuc. Et aliud quiddā manifestat illud, Adhuc. Quid illud? Quia adhuc ferocientē, adhuc insanientem, adhuc in uigore furoris existentē, adhuc cæde feruentem attraxit Christus. Non enim expectauit ut expleret furorē, ut ostenderet morbum, ut extingueret flammas affectionum, & fatigatus debacchando mansuesceret, & tunc tandem traheret: sed dum uigeret furor, ipsum cepit: ut ostenderet potentiam suam, uincens & superans persecutorem in media insania. Enimuero medicum tunc maxime admiramur, quando febrem cum infestior, & flammam morbi cū uehemētior est extinguere, & penitus abolere potest. Id qd & in Paulo contigit. Vox ēm domini quasi ros quidam desuper descendens, à morbo in ipso flammæ feruore liberauit. Saulus autē adhuc spirans minas & cædem in discipulos domini, reliquit multitudinem, & nūc in principes ipsos insilit. Et enim sicut qui excindere uult arborē, ramis relictis radicem infra execat: ita sane & hic adortus est discipulos, radicem prædicationis uolens eximere.

eximere. Verum discipuli non erant radix prædicationis, sed discipulorum dominus, qui & dicebat: Ego sum uitis, uos autē palmites. Eapropter inuicta illa radix, quanto plures excindebantur
Ioan. 15 palmites, tanto plures & maiores iterum pullulabat. Eiectus est Stephanus, & pullulauit Paulum,
Act. 9 & eos qui per Paulum crediderūt. Factum est autem, dicit, cum appropiaret ille Damasco, repēte circumfulgurauit eum lux de cœlo, & ut procidit ad terrā, audiuit uocem dicētem sibi, Saule, Saule quid me persequeris? Quare non allata est prius uox, sed lux prius eum circūfulgurauit? ut cū silentio uocē audiret. Nam qui in opere aliquo intentus & furore plenus est, etiāsi plurimi uocēt, prorsus non animaduertit quid ante se agatur. Ne ergo hoc & Paulo eueniret, & factorū insania ebrius uocē contemneret, uel principiū non audiret, mente tota in tonitruo occupata, prius per lumē excæcatis oculis, & compresso furore, extinctaq̄ omni animæ turbulentia, & ingenti in anima serenitate reddita, uocē emisit: ut depresso fastu his quæ dicebantur, mente sobria & modesta intēderet. Saule, Saule quid me persequeris? Verba hæc non tam arguentis, q̄ defendentis sunt. Quid me persequeris? In quo paruo, magno, accusare me potes, tibi per me iniuria facta: an quòd mortuos uestros suscitaui, uel quòd leprosos purgaui, uel quòd dæmones fugaui? Sed propter hæc magis adorare, q̄ persequi me oportebat. Porro ut clare cognoscas, quòd hæc sint uerba defendentis, audi quomodo ijsdem pene uerbis utitur contra Iudæos. Nam sicut hic dicit: Saule, Saule quid me persequeris? sic illic Iudæis: Populeme us quid feci tibi, uel in quo contristaui te? Saule, Saule quid me persequeris? Ecce iaces supinus, ecce ligatus es absq̄ catena. Et sicut dominus famulū, q̄ pluri ma & grauia commisit, manu comprehensum, & uinctū alloquitur, Quid tibi uis faciam nūc? Ecce uenisti sub manus meas. Ita & dominus uidens Paulū correptū, & prostratum, supinumq̄ ac tremulum præ timore, & nihil facere ualentem, dicit: Saule, Saule quid me persequeris? Quò nūc peruenit ferox ille tuus furor? ubi insania? ubi zelus intempestiuus? ubi uincula, & circūcursationes? ubi atrocitas illa? immobilis quidem eris nunc, & neq̄ uidere persequentem poteris. En qui festinabat, qui ubiq̄ circūcursabat, opus nunc habet aliquibus qui manuducāt: eapropter & nūc dicit ei: Quid me persequeris? ut discat, q̄ quæ prius facta, sponte sua permiserit, & q̄ nō fuerint infirmitatis illa, quæ olim: neq̄ crudelitatis, quæ tunc agebantur: sed utraq̄ beneuolentiæ & curæ. Quid ergo Paulus? Quis es domine? inquit. Agnoscit dominū, uirtutē didicit ab indulgentia, in cęcitate confitēē potestatem. Quis es domine? Vidisti animam gratam & beneuolam, uidisti mentem libertate plenam, uidisti cōscientiam synceram & incorruptam? Non obluctatur, nō contendit, sed statim cognoscit dominū. Non sicut ludęi, qui uidentes mortuos suscitari, cęcos cernere, leprosos purificari: non solum non accurrebant ad talia facientem, sed eum & planū ac impostorē uocabat, & omnibus modis insidias mouebant. Paulus autem non ita agebat, sed statim conuertebaē. Quid ergo Christus? Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Et quare non dixit, Ego sum Iesus, qui resurrexit: Ego sum Iesus, qui sedit à dextris dei: sed, ego sum Iesus, quem tu persequeris? Vt perstringeret eius mentem, ut compūgeret eius animam. Audi ergo Paulum post multa tēpora, plurimaq̄ bona opera hoc lamētantem: Ego enim sum, ait, 1. Cor. 15
minimus apostolorum, qui nō sum dignus ut uocer apostolus, eo quòd persecutus sum ecclesiam dei. Igitur qui post multa bona opera, & tanta tēpora hoc lugebat, quid uerisimile est ipsum per id tēporis passum, quo nullum bonū opus habebat, et conscius persecutionis, uocem illam audiebat? Cæterū aggrediuntur nos hic quidē dicētes: Vos autem ne pigeat, etiāsi uespera deprehendat. Pro Paulo omis noster sermo est, pro Paulo inquam, qui per triennium die ac nocte discipulos docuit. Aggrediuntur itaq̄ hic nos quidam, dicentes: Et quid mirū quòd Paulus ad fidem peruenit, cū deus uocem illam, quasi funem ceruici eius iniecerit, uiq̄ ipsum ad se duxerit? Attendite diligenter. Etenim sermo ille communis est Gentilibus, ludæis, & nostris, qui suæ incredulitatis operculum putant, si iustum accusent, nescientes quòd duplex peccatum peccent, & quòd errorem suum ipsi nō deponāt, & sanctum dei talibus culpis notare tentant. At nos eius nomine, per gratiam dei defensionem afferemus. Quæ igitur accusatio est? Vi & necessitate ipsum, inquit, attraxit deus. Qualis illa uis & necessitas, dic ō homo? Vocauit eum superne? Igitur & te hodie uocat per illam uocem, cur & tu non obedis? Vides non esse necessitatis negotium? Nam si necessitas quædam foret, oportebat & te obedire: cum autem & tu nō obedis, manifestum quòd ille uoluntarius obediuit. Et ut discatis, quòd multum quidem fecit ad salutem Pauli uocatio, sicut & aliorum omnium hominum facere solet, nō tamē destituit eum à suis operibus, & suæ propriæ uoluntatis laude, neq̄ nocuit eius libero arbitrio: sed uoluntarius aduenit ipse atq̄ sua bona uoluntate: faciam hoc & alio exemplo liquidum. Audiuerunt & ludæi uocem superne loquentem, non filij, sed patris de Christo dicentis circa Iordanis fluenta: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Et dicunt ei: Hic est deceptor. Vides manifestam pugnam? uides bellum apertum? Vides ubiq̄ opus bona uolūtate, animaq̄ malis affectionibus prius non infecta? Ecce & illic uox & hic uox: sed hic obtemperat, illi autem cōtradicunt. Et non solum illic uox auditur, sed & spiritus in specie columbæ uidetur. Nam postquā Ioannes baptizauit, baptizatusq̄ est Christus, ut ne qui ad humanam figuram spectant, putent baptizantem baptizato maiorem, uenit uox, qua hic ab illo discerneretur. Et quia adhuc incertum erat de quo diceret uox, id quod Matth. 3
dicebat: uenit & spiritus sanctus in specie columbę,

Universidad de Deusto
Biblioteca

bæ,uocem in caput Christi ducens, atq; ita & per A
uocem prædicatus est, & per spiritum mõstratus.
Et ob hæc Ioannes quoq; clamabat: Non sum dignus,ut soluam corigiam calceamenti: & insuper
plurima alia testimonia tam uerborum, quàm operum atteſtabantur: sed post hæc omnia Iudęi in
cæcitate sua manserunt,imò uiderunt omnia: sed
neq; dictis, neq; factis credidere, eo quòd infecta
eorum mens, quam præoccuparat insanus uanæ
gloriæ amor. Vnde euãgelista dicit: Multi Iudęorum qui crediderũt in eum, propter principes nõ
confitebantur, ne è synagoga eijcerentur. Et ipse
Christus quoq; dicebat: Quomodo uos potestis
credere,qui gloriam à uobis inuicem accipitis,&
gloriã quæ à solo deo proficiscitur,non quæritis?
At Paulus non sic, sed unica duntaxat audita uo- B
ce,cum adhuc nostros insectaretur, statim accurrit,statim obediuit, statim eximiã præ se tulit conuersionem. Quòd si non fatigamini dictorũ prolixitate, dicemus aliud exemplũ adhuc proximius.
Etenim & filiũ audierunt, & sic audierunt ut Paulus audiuit,& neq; sic crediderunt. Nã sicut Paulus audiuit uocem,cum adhuc fureret,& in discipulos sæuiret: ita Iudæi aliquando audierunt alicubi uocẽ,cum egrederentur cum facibus,& lampadibus ad comprehendendum eũ. Putabãt em̃
sese hominem purum adoriri. At ille uolens docere eos uirtutem suam, & se deum, eosq; frustra cõ
Ioan. 18 tra stimulum calcitrare,dicit eis: Quem quæritis?
Stabant ante & iuxta eum et non uidebant eum.
Christus autem quærebat eos, & manuducebat C
ut se inuenirent, ac discerent, quòd non inuitus
ad passionem iret,neq; superabilis esset, nisi sponte sua eis permitteret. At quomodo superarent,
quem inuenire non potuerunt? Quid dico inuenire? neq; præsentem uidere ualuerunt: & non solum nõ ualuerunt uidere præsentẽ, sed & cum roganti responderent,nesciebant quis nam ille præsens, qui tam potenter oculos eorum excæcauerat,& uoce sua eos prostrauerat. Nam ut dixit, Ego sum: uoce ea perculsi, retrorsum abierũt,& ceciderunt omnes. Itaq; ut Paulum uox prostrauit,
& supinum iacere fecit: ita & illos uox oms prosternebat. Et sicut Paulus non uidit eum,quẽ persequebatur: ita & illi non uidebant, quem quęrerent: & sicut Paulus tempore quo furebat, excæ- D
catus est: ita & illi tempore furoris sunt excæcati:
& sicut Paulus,cum iret ut comprehenderet discipulos,hæc passus est: ita & illi cum exirent ut cõprehenderent Christum,talia passi sunt. Vtrobiq;
uincula, utrobiq; persecutio. Simile utrobiq; uirtutis Christi indicium, similiaq; remedia, at non similis correctio. Aegri enim multum inter se distabant. Quid enim stupidius, quid reprobatius illis,
qui retrorsum corruerunt, iterumq; surrexerunt,
& iterum inuadunt? An non lapidibus insensatiores erant? Et ut discant, quòd ipse, qui dixerat eis,
Quem quæritis: ille sit qui eos prostrauerat, loquitur eis iterum. Cum iterum surgerent ac dicerent,
Iesum: dicit eis: Dicebam uobis quòd ego sum:
quasi diceret, Discite, quòd ego ille sum qui antehac dixit: Quem quæritis, & qui uos prostrauit.
Verum neq; hoc dicto profecit aliquid, sed illi in
cæcitate sua manserunt. Hęc igitur omnia inter te
confer diligenter & disce quòd Paulus non ex necessitate, sed anima syncera, bonaq; uoluntate ad
fidem accessit. Quin si non abitis & sustinetis,adferam & aliam demonstrationem, cui contradici
nequeat,& certius probabo Paulum non necessi
tate coactũ ad fidem uenisse. Venit post hæc Paulus in Salaminem Cypri ciuitatem,& inuenit illic
magum quendam, resistentem apud proconsu-
lem Sergium. Paulus autem impletus spiritu san- Act. 13
cto dixit ei: O plene omni dolo & omni uersutia
fili diaboli,inimice omnis iustitię, nõ desinis per
uertere uias domini rectas? Hæc persecutoris uer
ba sunt. Glorificemus igitur eum, quòd conuersus est. Ante hoc audistis, quòd deuastabat ecclesiam, domosq; ingrediens ac ui rapiens uiros, &
mulieres in carcerem tradebat: uidete,quomodo
nunc pro prædicatione libere loquitur. Non cessas ait,peruertere uias domini rectas? Et nunc ecce manus domini super te,& eris cæcus, & usque
ad tempus non uidens. Remedium quo sibi uisus
redditus est,adhibuit & mago, qui tamen in cęcitate permãsit: ut discas quòd nõ sola uocatio Paulum adduxerit, sed & uoluntas eius. Nam si sola
cæcitas hoc effecisset, oportebat eam & in mago
efficacem esse: sed nihil effecit, & ille quidem remansit cæcus, proconsul autẽ factum uidens, credidit: accepitq; alius remedium, alius autem curatus est. Videte quantum bonum sit,bene uelle: &
quantum malum, discredere & corde obdurari.
Excæcatur magus, nullamq; utilitatẽ accipit, incredulus em̃ erat, & interim proconsul Christum
agnoscit. At satis demonstratum fuerit Paulũ uoluntarie uenisse ad Christum. Vellem aũt uos sermonem hunc diligenter memoria tenere. Deus
em̃ nolentes non cogit,sed uolẽtes trahit. Et propterea dicit: Nemo ad me ueniet, nisi pater meus
traxerit eum. Qui aũt trahit uolentem, trahit humiq; iacẽtem, ac manum porrigentẽ. Et ut discas
quod nullum cogit: Nam si ipse uult, nos aũt non
uolumus, ad nostram salutem nihil proficiunt, ea
quæ alioquin efficacia sunt: non quia infirma sit
eius uoluntas,sed quia cogere neminem uult: necessario hunc sermonẽ attulimus. uidemus enim
complures ad defensionẽ suæ ignauiæ, prætextu
tali uti,& si quando eos adhortamur,ut illuminẽtur,& ad meliorem uitam conuertantur,atque ad
alia id genus bona opera, respondere, quasi cunctabundos & resilientes: Si deus uolet,persuadebit mihi,& conuertar. Quos nõ arguo, sed ualde
probo,quòd ad uoluntatem dei confugiũt. Vellem autem nos etiam nostra afferre,& tunc dicere: Si deus uoluerit. Nam si te ipsum somno, desidiæq; tradideris,neutiquam in manus tuas obuenient bona opera: & alioqui si solam uoluntatem
dei prætexas, nihil eorum, quibus opus habes,
adipiscęris unquam. Hoc igitur est quod dixi,nul
lum unquam ui & necessitate à deo adigi. Ipse 1. Tim. 2
quidem uult omnes saluos fieri; at non omnium
uolun-

uoluntas eius uolũtati obsequitur,neq; ab eo ali- A
Luc. 13 quis cogitur. Vnde & ad Hierusalẽ sic dicit: Hierusalem Hierusalem, quoties uolui congregare filios tuos,& noluisti? Quid ergo? Ecce relinquetur domus uestra deserta. Vides quòd dominus
saluare nos uult: nos autem, quia nos ei non adiungimus, maneamus in interitu. Deus em̃ paratus est ad saluandum hominem,non inuoluntarium,neq; nõ uolentem,id quod sæpe dico: sed uoluntarium, & hoc eligentem. Homines quidẽ uolentibus nolentibusq; seruis uolunt & esse & dominari: dominanturq; non in seruorum, sed suam
utilitatem spectantes. Deus aũt nullius indigens,
declarare tibi uult, quòd nullius nostri indigens,
seruitutem nostrã desiderat, ad id solum spectãs,
quomodo nobis prosit,& quomodo nõ suæ, sed
nostrę utilitatis gratia operetur omnia: si quidem
assentimur & uolumus, & scientes ei beneficium
istius seruitutis deberi,ad ipsum ueniamus. Inuo- A
lũtarios em̃ & resilientes,neq; ui,neq; necessitate
cogit. Quo nobis cõmonstrat,qđ non ipse nobis
gratiã habere debet, quia serui eius sumus: sed qa
ipse dñs noster est,sibi gratias agere tenemur. Igitur hæc scientes, bene recogitemus misericordiã
domini,uitamq; sua bonitate dignam pro nostris
uiribus exhibeamus: ut & nos regnum cœlorum
assequamur: Quod nobis omnibus concedatur
gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cui est gloria & imperium,in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI
Archiepiscopi Constantinopolitani
Homiliarum de laudibus
diui Pauli,
FINIS.

SERIES CHARTARVM

abcdefghiklmnopqrstuxyz ABCDEFGHIKLMN
OPQRSTVXYZ Omnes terniones præter Z quaternionem

BASILEAE PER HIERONYMVM FROBENIVM,
ET NICOLAVM EPISCOPIVM,
ANNO M. D. LVIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Buenos Aires
Biblioteca